PETRI PACIONI

J. C. PISTORIENSIS,

ET IN ALMA URBE ADVOCATI,

TRACTATUS

DE LOCATIONE, ET CONDUTIONE,

IN QUO NON SOLUM AGITUR IN GENERE

DE CONTRACTU LOCATIONIS, ET OMNIBUS AD EUM PERTINENTIBUS; SED ETIAM IN SPECIE
DE LOCATIONE OPERARUM, AC SINGULARUM RERUM, TAM LAICARUM,
QUAM ECCLESIASTICARUM, CASUSQUE INDIVIDUI PASSIM INSERUNTUR.

CUM TRIBUS INDICIBUS, CAPITULORUM UNO;
ARGUMENTORUM, SEU MATERIARUM ALTERO; VERBORUM, ET SENTENTIARUM TERTIO LOCUPLETISSIMO.

HUIC VENETAE EDITIONI ACCEDUNT NONNULLAE SACRAE ROTAE ROMANAE
RECENTISSIMAE DECISIONES AD MATERIAM FACIENTES.

FLORENTIÆ
APUD JOSEPHUM CELLI
MDCCCXL

AUCTOR LECTORI

Ut animum ad Legalem Scientiam appuli, ipsam cum addiscendi, tum exercendi faciliorem methodum requirens, ac in tanta illius immensitate considerans non sufficere legum, doctorumque sententias intellexisse, ac inde quid justum, quidve injustum percepisse, nisi mente retineretur, ac auctoritates in promptu haberentur, et omnium habere memoriam divinitatis potius quam mortalitatis esse; perutile, ac necessarium duxi majorum monitum illud, calamo parcendum non esse, et ita naturae defectui scriptura supplendum. Quapropter illico quidquid semel compertum habui, ordine disposito, annotare coepi, et longo annorum cursu, indefessis laboribus, atque vigiliis eo perveni, ut in qualibet ejusdem scientiae materia tractatum haud difficulter componere valeam. Quod cum valde utile cunctis, ac praecipue professoribus commodum judicarint amici gravissimi viri, et quorum auctoritas summa in rebus meis merito semper extitit, hortati sunt, et quasi me renitentem, ad hunc de frequentissimo Locationis, et Conductionis contractu, publicandum impulere. Hic tibi si, candide Lector, placebit, fortasse primus, sin aliter erit certe postremus. Brevitatem, perspicuitatemque, quoad potui, sum secutus, ne pretiosi temporis impendio carios emere cogaris parum utilitatis, quod inde consequi possis. Erubescentiam loquendi sine auctoritate, aut rationis fundamento intactam me servasse, videbis: et quoad auctoritates memetipsum eas legisse, ac annotasse scias, et diligenter appositas crede. Quare, si aliquam talem non repereris, mendae tribuas, et errori, in numeris praecipue facillimo, ac iterum quaere, ut invenias. Quoad operis defectus neque excusationes adducam, quandoquidem mihi persuasum habeo, tibi satis notum, quod nihil perfectum sub sole, et quod omnia dici nequeant, cum plura sint negotia, quam verba. Senties tamen regulas generales me primum praebuisse, deinde speciales, ac tandem ad individuales casus descendisse. In dubiis ab aliis diligenter discussis allegationes, rationesve per eos adductas, repetere non placuit, potissimum quando aut ex Tribunali, aut ex communi doctorum sententia definita haberentur, in quibus indicavi ubi Decisiones videre possis, et motiva, non praetermittens etiam aliqua graviora, aut aptiora tangere, quoties, et quando visum est opportunum. At in casibus indecisis, et haud sufficienter discussis, cognosces me et breviter discutiendi, et dilucide resolvendi, non effugisse laborem. Ex primo Indice ordinem capitulorum in duodecim partes distinctum cernes. Materias in specie ex secundo, quem ut velis diligenter observare suadeo, tibi enim super alios inserviet, si recte comprehendes. Individua ex ultimo invenies, idque ut facilius assequaris, verba conclusionibus abundantia, ordine methodico in principio cujusque indicato distincta videbis. Denique scias in omnibus me elaborasse, ut laborem tuum minuerem, quamobrem grato animo te futurum confido. Vale, et Deus te diu servet incolumem.

INDEX CAPITULORUM

IN DUODECIM PARTES DISTINCTUS.

Parioni

INDEX ARGUMENTORUM

SEU MATERIARUM

TOTIUS OPERIS SUMMAM CONTINENS

IN QUO, SEQUENDO ORDINEM CAPITULORUM, INDICATUR NUMERUS, A QUO MATERIAE IPSAE INCIPIUNT.

Quid sit locatio. Quibus contractibus assimiletur, et quomodo ab eis dignoscatur.

PARS PRIMA

Qui locare possint, et qui conducere.

PARS SECUNDA

Quae res locari possint.

PARS TERTIA.

Quomodo contrahatur locatio, et de ejus justitia, et validitate.

PARS QUARTA

Quando teneatur quis locare, vel locando aliquem praeferre, et locatione pluribus facta quis praeferatur.

PARS QUINTA

De probatione locationis, et ejus intellectu, seu interpretatione.

PARS SEXTA

De probatione locationis. Cap. XXII.

Locatio quomodo intelligatur, seu interpretetur, seu de dubiis, quae oriri possunt circa contractum locationis quomodo intelligi, se interpretari debeant. Cap. XXIII.

Locatio quando dicatur ad corpus, vel ad mensuram, et quid inde resultet, et quando, ac quomodo facienda mensura. Cap. XXIV.

Locatio an, et quando dicatur una, vel plures, et de correspectivitate plurium locationum. Cap. XXV.

De obligatione in solidum, et jure accrescendi in locatione. Cap. XXVI.

De effectibus locationis, et obligationibus, ac facultatibus locatoris, et conductoris.

PARS SEPTIMA

De effectibus locationis. Cap. XXVII.

De obligationibus locatoris erga conductorem. Cap. XXVIII.

De conductore, quid facere possit, et debeat in re locata, et an, et quando teneatur de ejusdem rei periculo, et deterioratione. Cap. XXIX.

De incendio, an et quando conductor de eo teneatur. Cap. XXX.

De operis locati vitio, et periculo et cujus damno cedat. Cap. XXXI.

De sublocatione, et assumptione in socium conductionis. Cap. XXXII.

De fructibus rei locatae, ac de expensis, et melioramentis in ea faciendis.

PARS OCTAVA

De fructibus rei locatae. Cap. XXXIII.

De impensis, et melioramentis in re locata faciendis. Cap. XXXIV.

Quid, et quotuplices sint impensae.

PRINCIPIUM CAP.

Quas impensas, et melioramenta teneatur facere locator, et quas conductor. §. I.

De pactis circa melioramenta in re locata. §. II.

Quas impensas conductor repetere possit, et quomodo, ac quando. §. III.

De probatione, et liquidatione impensarum. §. IV.

De peritorum electione, ac eorum relatione quomodo facienda, et quam probationem faciant. §. V.

De mercede locationis, et ejus solutione.

PARS NONA.

De remissione mercedis, et ejus augmento, et praescriptione.

PARS DECIMA

Pacioni

4

De fine locationis, ac an, et quando successor teneatur eâ stare.

PARS UNDECIMA

De fine locationis ex quo dominus velit domum reficere. Cap. LVII.

De fine locationis voluntario. Cap. LVIII.

De remissione caducitatis. Cap. LIX.

Conductor an, et quando possit recedere a contractu ante finitum tempus in eo conventum. Cap. LX.

De successore, an, et quando teneatur stare locationi. Cap. LXI.

De renovatione locationis, et rei locatae restitutione.

PARS DUODECIMA.

De renovatione locationis quae de debeat de jure fieri. Cap. LXII.

De pactis, consuetudinibus, et statutis, quod locatio renovetur. Cap. LXIII.

De renovatione locationis tacita. Cap. LXIV.

De restitutione rei locatae facienda per conductorem locatione finita. Cap. LXV.

F I N I S.

PETRI PACIONI

TRACTATUS

DE LOCATIONE, ET CONDUCTIONE.

Quid sit locatio, quotuplex, et quis locator, vel conductor dicatur?

SUMMARIUM.

1. Definitiones locationis plures dantur.
2. Locatio quid sit.
3. Definitio, quae constat ex genere, et differentia, et est convertibilis, cum suo definito est bona.
4. Definitio omnis in jure periculosa est.
5. Locatio est contractus bonae fidei.
6. Emphyteusis est contractus stricti juris.
7. Emphyteusis fit etiam ad tempus.
8. Emphyteusis ecclesiastica praesumitur temporalis.
9. Personae locantur, et res.
10. Locatio est concessio ad usum.
11. Merces est de substantia locationis.
12. Merces in locatione debet esse certa.
13. Merces in locatione debet esse in pecunia numerata.
14. Locatio pro uno nummo est nulla.
15. Declara hoc non procedere, si eo pretio tantum res digna sit.
16. Pecuniae nomine omnia corpora continentur.
17. Secus si dictum sit pecunia numerata.
18. Locatio dicitur a verbo locare, quod est in loco ponere.
19. Conductio dicitur, a verbo conducere, quod est secum ducere.
20. Locator quis dicatur, et quis conductor.
21. Locatoris, et conductoris nomina non sunt promiscue usurpanda.
22. Locatoris et conductoris nomina antiquitus accipiebantur promiscue cum nominibus emptionis, et venditionis.
23. Locator operarum quis dicatur.
24. Conductor operarum differt a conductore operis, et quis dicatur.
25. Inquilinus quis dicatur.
26. Colonus quis dicatur.
27. Affictuarius, et affictus quid sit.
28. Appaltator quis dicatur.
29. Merces locationis correspondet pretio venditionis.
30. Merces quandoque dicitur pretium, et pensio.
31. Locationis origo antiquissima est.
32. Pecunia fuit inventa per multos annos post jus gentium.
33. Jus gentium dicitur quo omnes gentes utuntur.
34. Pecunia est apud omnes gentes.
35. Locatio alia propria, alia impropria, alia impropriissima, et earum differentia.
36. Locatio alia est rerum, alia personarum.
37. Locatio alia est ad tempus, alia perpetua.
38. Societates officii continent implicitam locationem, et quomodo.

CAPUT PRIMUM.

1 Definitionem locationis, et conductionis varie tradiderunt nostrates, ut videre est penes Carocc. *in princ. sui tract. de locat. et conduct.* et alios relatos per Pichar. *ad rubr. instit. tit. de loc. et conduct. n.* 9. Ego aliis omnibus postpositis am-
2 plector istam. Locatio, et conductio est personae, reive ad usum facta concessio mercede in pecunia numeranda conventa, quam tradidit Azor. *in sua sum. hoc tit. de locat. et conduct. n.* 1. et approbarunt Rot. *in decis.* 37. *n.* 20. *part.* 2. *diversor.* Molphes. *ad consuet. Neap. part.* 14. *quaest.* 1. *n.* 1. et alii communiter, ut testatur Caroccius *ubi supra*, et Fulgin. *de jur. emphyt. in praelud. quaest.* 1. *n.* 21. ubique aliqua tantum verba addo, dicendo locatio, et conductio est contractus bonae fidei in quo persona, resve ad usum alteri conceditur pro certa mercede in pecunia numeranda conventa.

3 Quae definitio, quae constat ex genere, et differentia, et est convertibilis cum suo definito, ut cuique recte consideranti constabit, ideo recipienda est, juxta regulas dialecticorum, etiam in jure receptas ad *l.* 1. § 1. *ff. de dol.* Dec. et Cagnol. *in l. omnis definitio, ff. de reg. jur.* Peregrin. *de fideicom-*
4 *mis. art.* 1. *n.* 2. In quantum tamen fieri potest, nam omnis definitio in jure nostro periculosa est, ut dicit text. *in d. l. omnis definitio*, est enim in ea contractus loco generis, et omnia alia verba loco differentiae.

5 Quod autem locatio sit contractus bonae fidei sunt text. *in* § *actionum instit. de action. et in l. consensu, ff. de act. et oblig.* et dixit Rot. coram Mantic. *decis.* 4. *n.* 5. *vers. praesertim*, et necessario exprimendum videtur in ejus definitione ad excludendum ab ea emphyteusim, quae proprie non est locatio, ut dicam infra cap. 3. et his verbis excluditur ab hac 6
definitione, quia ipsa non est contractus bonae fidei, sed stricti juris Menoch. *cons.* 668. *n.* 18. Rot. coram Duran. *decis.* 300. *n.* 1.

Et licet ad eumdem effectum excludendi emphyteusim aliqui dicant. Locatio est concessio ad tempus, ut Pichar. *in d. rubr. n.* 26. *et seq.* ea tamen hoc modo non bene excluditur, nam quatenus etiam verum esset, locationem, eo ipso quod fit in perpetuum, nomen locationis perdere, et locari emphyteusim, ut vult ibi Pichard. quod infra videbimus, adhuc 7
quia emphyteusis fit etiam ad tempus, ut admittit ipsemet
Pichar. imo ecclesiastica ad tempus facta praesumitur, Burat. 8
decis. 334. *n.* 20. saltem ista emphyteusis ad tempus facta, per verba praedicta non remanet exclusa.

Quod concedatur persona, et res patet, quia non solum rerum, sed etiam personarum usus quandoque in locatione conceditur, et res, vel personae locantur, *leg. item si* 22. § *cum in-* 9
sulam, l. in operis 26. *l. cum in plures* 60. § *leg. dicta, ff. locat. et cond.* cum aliis plurib. concordan. relat. per Pichar. *in d. rub. instit. de loc. n.* 12.

Quod concessio fiat ad usum in locatione, est text. *in* § 10
praeterea instit. tit. de locat. et conduct. et probant omnes ut supra locationem definientes, et per simplicem locationem non concedi nisi usum rei, dicam suo loco, et esse de substantia hujus contractus, ut usus tradatur Bart. *in l. si quis domum in princ. ff. locat.* Costill. *controv. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 65. et alii quos refert Molphes. *ad consuet. Neap. part.* 14. *q.* 1. *n.* 2.

Dicitur autem in definitione communi, pro mercede, nam 11
ut emptio et venditio ita contrahitur, si de pretio fuerit conventum, sic et locatio, et conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit, ut dicit imp. *in princ. tit. instit. de locat. et conduct.* Et merces est de substantia locationis, ut post alios tradunt Surd. *cons.* 400. *n.* 9. Caroc. *de loc. et cond tit. de substan. locat. n.* 9. ut dicam alibi.

Addidi verbum, certa, quia hoc pariter requiritur, quod 12
merces sit certa, alias enim si tradatur res pro mercede incerta, locatio, et conductio contrahi non videtur, ut est text. *in l. si merces* 28. *in princ. ff. locat.* et dixit Rot. *decis.* 172. *n.* 3. *part.* 6. *recent.* et alibi, ut per addent. *ad decis.* 470. *n.* 102. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Et idem verbum addidit etiam in sua definitione locationis, Pichar. *in d. rubr. instit. hoc tit. num.* 25.

Dicitur vero in pecunia numerata, quia ubi merces non 13
est in pecunia, non est proprie locatio, ut patet in *l.* 1. § *si quis servum ff. de pos.* cum concordan. relat. per gloss. *in d. instit. tit. de loc. in princ. ver. si merces.* et ponderatis per Molin. *de contract. disput.* 486. *n.* 2. Et quod debeat esse pecunia numerata, seu numeranda videbatur dicendum ex eo, quod conductio nulla est, quae est in nummo uno, ut
inquit text. *in l. si quis ante* 10. *prope fin. ff. de acquir. vel* 14
ammit. possess. et hoc quia unitas non est numerus, sed principium numeri, et ideo non potest dici merces in pecunia numerata, ut explicat ibi gloss. *in vers. solum tenent*, at
quia ibidem Bart. vult hoc non procedere, si eo pretio tantum 15
res digna sit quod et tenent ibid. Castrens. et alii, ideo alia ratione necessaria est expressio, quod pecunia sit numerata,
videlicet, quia absque tali expressione, pecuniae nomine om- 16
nia corpora contineri palam est, ut habetur *in l. pecun.* 178. *in princ. ff. de verb. sign.* et dicta expressio eam restringit
ad solos nummos, et pecuniam propriam ut patet ex eo text. 17

Pacioni

et dixit Rebuff. *in l. pecuniae* 4. *col.* 3. *vers. sed communis*
usus Franciae, ff. de verb. signif.
Dicitur autem locatio a verbo locare, quod significat pone-
18 re in loco, quasi qui locat domum, vel fundum ponat alium
in domo, vel fundo Pichar. *in d. rubr. instit. tit. de locat.* n.
3. *et seqq.* et ibidem Harprect. *in princ. tit. n.* 2. Condu-
ctio vero dicitur a verbo conducere, quod secum ducere si-
19 gnificat. Pichar. *ibid. n.* 4. *et* 5.
Et hinc deciditur quaestio illa quis dicatur locator, et
quis conductor de qua late Cujac. *lib.* 2. *observ. cap.* 10. et
alii relat. per Harprect. *in d. princip. tit. inst. de locat.* n.
20 16. locator enim dicitur ille, qui alium ponit in re sua, et
conductor ille, qui eam rem secum ducit, seu recipit, non
enim dici potest, quod locator sit ille, qui mercedem recipit,
et conductor ille, qui eam solvit quia hoc non est perpetuo
verum, ut ostendit Cujac. *dict. cap.* 10. et ex infra dicendis
de conductore operis patebit, minusque placet locatorem eum
esse qui inchoat contractum, seque alio ultro prius obtulit,
conductorem vero, cui quid faciendum aliquis ultro obtulit,
et qui placitum offerentis, suscepit, ut censuit Harprect. *in*
d. princ. hujus tit. n. 16. *vers. putaverim.* ratio enim qua
movetur, quia inscriptio, seu rubrica illius *tit. et ff. et c. lo-*
cat. et cond. prius incipiat a locatione, et deinde ponat con-
ductionem, non convincit, nam etiam *rubr. instit. tit. de empt.*
et vend. incipit ab emptione, et tamen absurdum esset dice-
re quod qui offert primo rem suam pro certo pretio conclu-
21 so contractu dicatur emptor. Nec etiam omnino placet, quod
appellatione locatoris, et conductoris promiscue usurpentur.
ut tradit Pichar. *in d. rub.* n. 6. et alii adducti per Rot. *de-*
cis. 37. *n.* 25. *part.* 2. *divers.* licet enim habeamus. *l. vete-*
res 20. *ff. de act. empt.* quae dicit; *Veteres in emptione, ven-*
ditioneque appellationibus promiscue utebantur, et *l. seq.*
ibidem quae dicit. *idem est, et in locatione, et conduct.*. ta-
men vel istae leges debent legi unitae, et ubi secunda dicit
22 idem est, legi debet idem, ita ut sensus sit veteres promiscue
usos verbis emptionis et venditionis, et loco verborum loca-
tionis. et conductionis, ac e contra, non autem, quod em-
ptionis verbum pro venditione, et conductionis pro locatio-
ne, vel e contra usurpaverint, ut declarat Cujac. *lib.* 9. *ob-*
serv. cap. 15. *circa med.* et latius ad easdem leges, quas po-
nit sub *n.* 19. et 20. et ab eo non discedunt Hotom et Bris-
son. *de verb. jur. ver emptionis*, ut refert Pichar. *in d. rub.*
hujus tit. n. 7. vel quatenus veteres locationis et conductio-
nis appellationis promiscue uterentur a posterioribus tamen
haec verba bifariam usurpantur, ut dicit Morla *in empor.*
par. 1. *tit.* 10. *in princ. n.* 3. et quatenus adsit promiscuus
usus, iste restringitur in locatione, et conductione operis, ut
sensit Morla *in empor. d. tit.* 10. *n.* 3. *vers. sed in opere*, et
in his terminis loquitur Rot. *in d. decis.* 37. *n.* 25. *part.* 2.
divers. in caeteris poterit quandoque reperiri aequivocatum.
sed improprie, et abusive, ut patet ex gloss. *in l. si quis fun-*
dum 10. *verb. locatoris. ff. locat.* quae inquit; *locatoris,*
idest conductoris, sed proprie poni non potest.
23 Sed et in ipsa operarum locatione, et conductione operis,
non potest quis proprie loquendo ex eodem contractu dici ad
libitum locator, vel conductor, sed faber quandoque est lo-
cator, quandoque est conductor, quia quandoque locat ope-
24 ras, quandoque conducit opus, et sic faber dicitur conductor
ratione ipsius operis, quod accipit, et secum ducit, dicitur,
et locator ratione operarum, quas recipit dominus, ut dicit
gloss. *in l.* 2. *ver. conduxisti, c. locati*, sed adhuc adverten-
dum est, quod tunc dicitur artifex opus conducere, cum il-
lud faciendum in se totaliter suscipit, tunc enim proprie il-
lud conducit, quasi secum ducit, ut in *l. item si pretio* 25.
§. *cum insulam*, ibi: *cum insulam aedificandam loco, ut sua*
impensa conductor omnia faciat, ff. locat. et in l. 2. §. *con-*
ductore, ff. de administr. rer. ad civ. pertinen. quo in casu
si volumus considerare locationem, quam facit artifex, ea po-
tius est locatio necessitatis faciendi, quam solum secum du-
cit dominus, quam locatio operarum, cum eas arbitrio suo
dirigere dominus non valeat, ut satis aperte explicatur *in*
d. l. item si pretio, §. *cum insulam*, ibi; *locat enim artifex*
operas suas, idest necessitatem faciendi, nec quidquam in-
terest utrum uno pretio opus totum, an in singulas operas
certa pecunia locetur, sed solum attenditur, an artifex opus
suscipiat, et secum ducat, idest ex se perficere debeat, an ve-
ro operas ipsas det domino, ut ipse eas ita secum ducat, ut
ejus arbitrio opus efficiatur, ut habetur in *l. ea lege* 53. §.
locavi opus. ff. loc. nam quatenus suas operas vendit arti-
fex dicitur locator, quatenus opus faciendum suscipit dici-
tur conductor, ut firmat, licet ita late non explicet Morla *in*
empor. d. tit. 10. *in princ. n.* 3. *ad fin.*
Stat igitur semper firmum conductorem dici eum, qui rem
locatam secum ducit, qui diversimode nuncupatur, nam ur-
bani praedii conductor dicitur inquilinus, conductor vero ru- 25
stici praedii dicitur colonus; gloss. *in* §. *item serviano, in* 26
ver. coloni instit. tit. de act. et quatenus uno pretio condu-
cantur domus habitabiles in agro existentes, et agri ipsi at-
tenditur, quid principaliter sit conductum, et ab eo sumi-
tur denominatio, non autem ab eo, quod accessorie in con-
tractum venit, ut docet Bald. *in l. certi juris* 5. *n.* 5. *c. lo-*
cat. item et suburbani praedii conductor dicitur potius in-
quilinus quam colonus Mozz. *de loc. et conduct. cap.* 1. *n.*
11. Colonorum autem variae sunt species ut dicam in *cap.*
particulari de eis inscripto, vocaturque etiam conductor
praecipue praediorum aliquibus in locis affictuarius, ver-
bum enim affictus secundum communem usum loquendi,
vel intelligitur de locatione, vel de mercede locationis, Rot. 27
coram Puteo *decis.* 178. *n.* 1. *lib.* 1. nec non etiam appal-
tator, et hoc praesertim in conductore gabellarum, et alio- 28
rum redituum cameralium. nec non etiam redemptor, ut
in *l. in lege* 32. ubi gloss. *in ver. redempt. ff. locat.*
Merces etiam diversimode nuncupari solet, etenim quia 29
correspondet pretio in venditione requisito, *l.* 2. §. 1. *ff.*
loc. quandoque et ipsa pretium dici solet, ut habetur in *l.* 30
et haec distinctio 38. §. *cum fundum, ff. loc. et in l. si quis*
ante 10 *in fin. ff. de acq. possess.* et quandoque pensio, ac
praecipue, in praediis urbanis nuncupatur, ut notat Mol-
phes. *in summ. tom.* 2 *tractat.* 12. *cap* 8. *n.* 57. licet ita
nuncupetur etiam in rusticis, ut videre est signanter in *leg.*
si uno 17. *in princ. et in l. sed addes* 21. §. *si quis, ff. locat.*
Origo hujus contractus est antiquissima, nam naturalis, 31
et omnium gentium dicitur in *l.* 1 *ff locat.* et esse de jure
gentium habetur etiam in *l. ex hoc jure ff. de just. et jur.*
Hinc autem aliqui sumunt argumentum contra definitio-
nem ejusdem suprappositam, in qua dicitur, requiri mer-
cedem in pecunia numerata, seu numeranda, cum pecunia
per multos annos post jus gentium fuerit inventa, ex relat. 32
per Caroc. *tit. de orig. locat. n.* 2. sed breviter dicendum,
quod licet locatio non inceperit ab initio, quo gentes esse
coeperunt, prout non incepit pecunia, tamen quia jus gen-
tium illud dicitur, quo omnes gentes utuntur §. *jus autem* 33
civile instit. de jur. nat. gent. et civ. sufficit quod casu exi-
gente, et humanis necessitatibus gentes humanae contractum
locationis, et conductionis, prout, et pene omnes alios con-
tractus constituerint. ad hoc ut dicatur de jure gentium §.
jus autem gentium instit. de jur. nat. gent. et civ. cum nul- 34
la gens sit, quae non habeat materiam seu monetam for-
ma publica signatam, ut docet Bart. *in l.* 1. *in princ. ff.*
de contrah. empt. quem alii sequuntur congesti per Ca-
rocc. ubi *supra n.* 4.
Dividitur autem locatio, ut alia sit propria, alia impropria, 35
et alia impropriissima, Molphes. *ad consuetud. Neap. part*
14. *quaest.* 2. *n.* 1. Propria est cui convenit definitio supra-
posita, in qua videlicet conceditur usus rei vel personae pro
certa mercede in pecunia numerata. Ubi vero merces non est
in pecunia numerata, tunc est locatio impropria, licet enim
non sit vere, et proprie locatio, tamen regulatur cum locatio-
ne imo ab ea in nihilo distinguitur secundum Garz. *de ex-*
pen. et mel. c. 14. *n.* 20. de quo etiam alibi. Impropriissima
vero est locatio, sub qua complectitur emphyteusis, ac etiam
census, ut dicit Molphes. *in d. quaest.* 2. *in princ.* et dicam
in *cap.* 3. *de emphyteusi.*
Locatio autem propria subdividitur in locationem rerum, 36
et locationem personarum, ut patet ex definitione supraposita,
sed gloss. *in l. si uno*, §. *item si post, ff. locat.* ad majorem
explicationem facit tres species videlicet, ut alia sit locatio rei,
alia operarum, alia rerum, et operarum simul, et in his tribus
speciebus quarta additur a Castrens. *in dict.* §. *item si post*,
ut alia sit locatio operis, et licet haec additio Castrens. non
placeat Molphes. *in dict. quaest.* 2. *n.* 1. ex quo putat hanc
contineri in secunda, vel tertia specie, tamen vere differt ab
illis, ut patet ex iis, quae supra dicta sunt de illa, unde non
debet displicere, prout non displicet Manticae *de tacit. lib.*
5. *tit.* 1. *n.* 12.
Dividitur etiam locatio, ut alia sit perpetua, alia ad tem- 37
pus. Et locatio ad tempus subdividitur, ut alia sit ad longum
tempus, alia ad breve, Molphes. *ad consuetud. Neap. tom.*
3. *part.* 14. *quaest.* 2. *n.* 2. *et seq.* ubi etiam eas explicat,
et multum interest, an sit locatio ad breve tempus, an vero

ad longum tempus, vel perpetua, quis prima nullum transfert dominium, aliae vero transferunt dominium utile, ut dicetur in cap. 4. ubi tractabitur, an locatio sit alienatio, et propterea prima est de jure gentium, aliae vero sunt de jure civili a quo dominium utile fuit inventum ut explicat Montic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 14. *et* 15.

38 Alia denique est locatio pura, et simplex, alia mixta cum alio contractu, prout signanter in societatibus officiorum, quae practicantur passim in urbe, continetur implicita locatio, Gration. *discept.* 679. *n.* 35 *et seq.* admittit enim officialis socium ad participationem fructuum, et haec est societas, verum quia sunt incerti, idem officialis conducit ratam illam socii ad rationem tot pro centenario Rot. *decis.* 388. *n.* 13. *et seq.* post Cenc. *de cens. ut in rec. decis.* 160. n. 17. *part.* 4. tom. 2. Millin. *decis.* 251. *n* 4.

De emptione, et venditione, in quo differat a locatione, et quomodo ab ea dignoscatur?

SUMMARIUM.

1. Emptio, et venditio differt a locatione, et conductione.
2. Emptio, et venditio transfert dominium a venditore in emptorem.
3. Locatio non transfert dominium.
4. Lim. si sit ad longum tempus, quia transfert dominium utile.
5. Periculum rei venditae spectat ad emptorem.
6. Periculum rei locatae spectat ad locatorem.
7. Remissio mercedis fit conductori si uti non possit re, emptori autem non fit.
8. Venditor post quam rem tradidit eam non avocat, secus autem locator
9. Venditor re semel tradita liberatur, secus in locatore.
10. Vendi quaedam res possunt, quae locari non possunt, ut servitutes praediales.
11. Evicta re locata, locator liberatur praestando aeque idoneam, secus in emptione.
12. Venditio sine expressione certi pretii non valet.
13. Etiamsi dicatur fieri pro justo pretio.
14. Vendito fundo non veniunt instrumenta, secus autem eo locato.
15. Vitiosa re vendita competit rescissio contractus, secus autem si fuerit locata.
16. Locatio, et conductio quibusdam exceptis, est similis emptioni, et venditioni.
17. Convenit cum emptione in materia.
18. Et convenit etiam in forma, et in aliis.
19. An contracta sit locatio, vel potius emptio, et venditio saepe dubitatur.
20. Venditio esse non potest sine translatione dominii.
21. Etiamsi partes dixerint vendere.
22. Declaratur tamen procedere si reservatum sit dominium perpetuum secus si ad tempus.
23. Ampl. declarationem etiamsi dictum fuerit quod iterum facta sit locatio.
24. Natura rei solitae locari facit reputari contractum locationis non venditionis.
25. Ampl. etiamsi partes dixerint vendere.
26. Emptio contracta censetur non locatio si constitutum pretium non merces.
27. Merces locationis quandoque in jure vocatur pretium.
28. Et ideo mentio pretii in contractu, non tollit esse locationem.
29. Pretii mentio tunc relevat cum correspondet vero pretio.
30. Venditio ex parvitate pretii non efficitur locatio sed corruit.
31. Pretium distributum in annos denotat locationem, unicum vero denotat venditionem.
32. Ampl. ut distributum in annos denotet locationem, etiamsi facta mentio pretii.
33. Item ampl. etiamsi dictum emere, et vendere.
34. Si autem constitutum sit unicum pretium, et simul distributum, tunc si prius distributum, et postea unicum erit locatio, secus e contra.
35. Denominatio denotat qualis sit contractus, et ei statur in dubio.
36. Ampl. etiam si adsit aliqua praesumptio in contrarium.
37. Operarum, seu facti locatio est si recipiens pecuniam nihil transfert
38. Decl. procedere quatenus factum tale sit, ut locari soleat.
39. Si autem quid tradatur artifici, ut immutetur, et aliud fiat constituto pretio est emptio, secus si ut eadem reddatur.
40. Si artifex ipse ponat rem non erit locatio, sed venditio.
41. Decl. procedere si materia quam posuit stet principaliter, non autem si accessorie.
42. Et in dubio, an stet principaliter attenditur, an quantitas pretii conveniat valori.
43. Gabella censetur locata non vendita.
44. Lim. si pacta omnino repugnent locationi.
45. Si gabella concessa sit pro annis decem pro tot nummis singulo anno erit locatio.
46. Ampl. idem esse si unicum pretium pro omnibus decem annis sit constitutum si dictum sit locavit.
47. Et etiamsi non simpliciter dictum sit locavit, sed etiam vendidit, et locavit.
48. Secus dictum simpliciter vendidit, et unicum pretium constitutum.
49. Si dictum simpliciter vendidit, et constitutum pretium in singulos annos erit locatio.
50. Concessio ad tempus puta ad vitam dignoscitur, quod sit locatio a distributione pretii in singulos annos.
51. Pactum remissionis mercedis propter casus fortuitos indicat contractum esse locationem.
52. Venditionis nomine venit quandoque locatio in materia favorabili, secus in odiosa.
53. Venditionis verbum est latissimum, et aptum comprehendere omnem translationem dominii.
54. Emptio, et locatio eadem juris regulis consistunt.
55. Argumentum, a venditione, ad locationem valet.
56. Regulae statur donec limitatio probetur.
57. Limitatio regulae probanda est plene, et concludenter et quomodo.

CAPUT II.

Quia dictum est in praecedenti cap. 1. veteres promiscue usos fuisse verbis emptionis et venditionis loco verborum locationis, ut conductionis, ut habetur in *l. veteres* 20. *cum l. seq. ff. de act. empt.* juxta lecturam Cujac. ut aliorum ibidem allegatorum, hic congrue videtur quaerendum. an locatio differat a venditione et quomodo ab ea dignoscatur. Et quoad primam partem quaesiti respondendum est affirmative, quia ultra diversitatem nominis, adsunt etiam inter hos contractus plures differentiae reales, quarum prima est, quod in contractu emptionis, et venditionis dominium transfertur a venditore in emptorem; *l. clavibus* 74. *ff. de contrah. empt. §. vendit. instit. de rer. div.* secus autem in locatione et conductione, *l. non solet* 39. *ff. de locat. et cond. l. cum manu* 80. *§. fin. ff. de contrah. empt.* quod intelligitur de dominio directo, nam utile in locatione ad longum tempus transfertur in conductorem, Aretio. *cons.* 55. *vers. sed in locatione* Alex. *cons.* 112. *n.* 3. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 272. *n.* 8. 2

Secunda est circa rei periculum, sive deteriorationis, sive interitus, nam si contracta sit emptio periculum spectat ad emptorem. *l. necessario* 8. *ff. de peric. et com. rei venditae, §. cum autem instit. de empt. et vend.* contrarium autem est in locatione, et conductione, in qua periculum spectat ad locatorem, *l. item quaeritur* 14. *§. exercitu, l. ex conducto* 16. *ff. locat.* Unde sequitur, quod in locatione, si casu aliquo non possit conductor uti re conducta, fit ei remissio mercedis, secus autem in venditione, Menoch. *retinend. remed.* 3. *n.* 25. *et* 26. 5 6

Tertia est circa avocationem rei. Nam venditor postquam eam tradidit amplius eam avocare non potest ab emptore, *l. quidam fundum* 16. *ff. de in rem verso*, locator autem saepe avocat a conductore, *l. aede* 4. *c. locat.* 8

Quarta est circa rei traditionem, venditor enim si semel rem emptori tradat liberatur, itaut cum eo ex empto amplius agi non possit, sed aliis remediis uti debet, *l. qui pendentem* 16. *ff de action. empt. l. si cum fundum* 68. juncta glos. ibi in ver. *tradat, ff de contr. empt.* quod non procedit in locatione, nam potest conductor post rem sibi semel traditam, si uti non poterit, iterum, ac saepius agere, ut tradatur *l. si quis domum* 9. *et l. ex conducto* 15. *ff. locat.* et hanc differentiam notat Bart. *in d. l. si quis domum n.* 1. *vers. advertendum*, Natt. *cons.* 360. *n.* 2. Mozz. *de loc. et cond. cap.* 1. *n.* 5. 9

Quinta est, ut sint quaedam res, quae vendi possint, locari non item, ut in specie servitutes praediales constat vendi posse. *l. aquaeductus* 47. *ff. de contrahen. empt.* locari autem non posse, *l. locare* 44. *ff. locat.*

Sexta est, quod si evincatur res locata, locator liberatur praestando aliam aeque idoneam; *l. si quis domum ff. locat.* quod secus est in venditore, qui non liberatur praestando aeque idoneam, sed tenetur ad interesse. Castren. *in l. si quis fundum ff. locat.* Mozz. *de locat. et cond. cap.* 1. *n.* 4.

Septima est, quod locatio valet quandoque nulla expressa mercede, videlicet si res erat solita locari, quia censetur pro consueta, ut dicam infra cap. 17. Quod secus est in emptione, et venditione, ut post Castren. *in l.* 1. *ff. locat. et cond.* notat ad effectum hujus differentiae Mozz. *in dicto cap.* 1. *n.* 6. et de venditione pro justo pretio facta absque expressione quantitatis, quod non valeat, nec possit venditor agere ad pretium, etiamsi rem tradiderit, secus autem in locatione, quia in simili conventione, secuta rei traditione, tenetur conductor ad mercedem tradit, et dicit esse novam, et utilem differentiam Pinell. *in rubr. c. de resc. vendit. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 24. et dicam infra cap. 35.

Octava est, quod vendito fundo non veniunt ejus instrumenta, *l. fundi in princ. ff. de act. empt.* secus autem eo locato, *l. sed addes* 21. *§. illud. ff locat.* et hanc differentiam advertit Bart. *in l.* 2. *in fin. v. de verb. sign.* Surdus *decis.* 201. *n.* 1.

Nona est, quia in venditione rei vitiosae competit recissio contractus per actionem redhibitoriam ex edicto edilium con-

cesse, quod secus est in locatione, ut est text. *in l. sciendum*
est 63. *ff. de edil. edict.*
16 Verum tamen est, quod his, et similibus differentiis non
obstantibus locatio, et conductio similis est emptioni, et ven-
ditioni, ut dicit imperator in principio *tit. instit. de loc. et*
conduct. et J. C. *in l.* 2. *in princ. ff. eodem*, et patet, quia
17 conveniunt in materia, cum sicut in emptione requiritur res,
et pretium *instit. tit. de empt. et vend.* ita, et in locatione
res, et merces desideratur *instit. tit. de locat. in princ.*
18 Et conveniunt etiam in forma, nam sicut emptio, et vendi-
tio ita contrahitur, si de pretio convenerit, sic locatio, et con-
ductio ita contracta intelligitur, si merces constituta sit, *inst.*
dicto tit. de loc. et cond. in princ. et conveniunt in aliis
multis, quorum plura simul cumulat Molin. *de just. et jur.*
tom. 2. *q.* 487. quae non refero, quia ex discorsu patebunt.
19 Stante autem tali similitudine praecipue in modo con-
trahendi consistente, saepe dubitari contingit, an contracta
fuerit emptio, et venditio, seu potius locatio, et conductio,
quae est secunda pars quaesiti supra positi, de qua dubita-
tione sunt text. *in §. adeo autem inst. de loc. et cond.*
in l. 2. *§. adeo autem, ff. eodem. in l. Sabinus* 20. *et in l.*
convenit mihi 65. *de contrah. empt.* et alibi, ita ut, haec sit
vere gravis, et controversa juris quaestio, ut dicit Menoch.
retinen. rem. 4. *n.* 7.
Praemittam igitur in hac quaestione aliquas regulas gene-
rales, quae habentur ad dignoscendos hos contractus, et dein-
de deveniam ad aliquos casus particulares.
Prima regula est, ut inspiciatur an sit translatum domi-
nium, vel ne, cum ista sit prima et principalis differentia in-
20 ter eos, ut supra probatum fuit, et quod nemo possit videri
eam rem vendidisse de cujus dominio id agitur ne ad empto-
rem transeat, sed tunc aut locatio, aut aliud genus contractus
sit, monet praecise jur. cons *in l. cum manu sata* 80. *§. fin.*
de contrah. empt.
21 Quod ampliatur, ut licet contrahentes utantur nomine em-
ptionis, adhuc si tacite, vel expresse actum sit, ut dominium
pleno jure non transeat, non erit emptio, sed magis locatio.
Signorol. *cons.* 22. *n.* 12. *vers. praeterea licet*, Azeved. *cons.*
32. *n.* 11. Manent. *cons.* 129. *n.* 2. Surd: *decis.* 157. n. 3
22 Rot. quae alios citat. *decis.* 128. *n.* 2. *part*, 8. *recent.* Quod
tamen intelligendum est, ut procedat absque difficultate si
reservatum dominum perpetuo, at si reservatum fuerit ad
tempus hoc non repugnat omnino contractui venditionis, et
praecipue si reservatum sit prout consuevit, usquequo solva-
tur integrum pretium. ut declarant Surd *decis.* 157. *n.* 2.
23 et Rota *dicta decis.* 128. *n.* 9. ubi ita explicat text. *in dicta*
l. manu satapar, 8. *recent.* Imo fortius etiam si partes ex-
presse dixerint, quod donec solvatur pretium, fundus sit lo-
catus, adhuc locatio ista tamquam incidenter facta, et vendi-
tioni accessoria illi adhaerebit, et cedet, ejusque naturam
assumet, itaut periculum, et deterioratio rei non spectet ad
locatorem, prout spectat in locatione, sed spectet ad condu-
ctorem, ut spectat in emptione, et venditione, ut est text.
in l. sicut emptio 23. *§. interdum ff. locat.* et ibi *glos. in*
vers. exsolvat, et firmat pluribus relatis Mantic. *de tacitis.*
lib. 4. *tit.* 24. *num.* 18. et latius, Hodiern. ad Surd. *decis.*
157. *n.* 12. *et seqq.* ubi post alios dicit d. textum maxime
notandum, quia quilibet eo non viso responderet contrarium,
sed hoc verum quatenus venditio sit pura, tunc *enim* ei cedit
locatio interim, ac solvitur pretium facta, at secus est si
locatio facta sit cum pacto, ut, non soluto pretio, venditio
habeatur pro non facta, nam si, pretio non soluto, inempta
res facta sit, tunc ex locato erit actio dicit text. *in l. item si*
pretio 25 *ff. locat.* ubi gloss. *verb. ex locato* explicat proce-
dere stante pacto praefato.
24 Secunda regula est, ut attendatur natura rei, quae dedu-
citur in contractum, nam, si solet locari. reputabitur locatio
25 *l. naturalis* 5. *§. at cum do ff. de praescr. verb.* et regula
ista pariter ampliatur, ut procedat etiam si partes aliter con-
tractum denominaverint secundum Signorol. *d. cons.* 22. *n.*
26 12. *in princ* et probat text. *in l. insulam* 6 *ff. de praescript.*
verb.
Tertia est, ut tunc dicatur contracta emptio, non autem
locatio, cum non est constituta merces, sed conventum de
pretio *instit. tit. de locat. et cond. in princ.* adeo ut, ex ipso
quod fit mentio de pretio, praesumatur emptio. non autem
locatio, ut dicunt Bald. *in l. cum dotem* 10. *n.* 2. *c. de jur.*
dot. Marsil. *sing.* 105. *in princ.* Menoch. *praes.* 74. *num.* 1.
lib. 3. Caroc. *de locat. in tit. de similitudine locationis in*
qualitate prima n. 2. ubi innumeros congerit.

Verum merces etiam locationis, quandoque in jure dicitur 27
pretium, ut signanter *in l. si quis ante* 10. *in fin. ff. de acq.*
poss. et sic non relevat mentio pretii ad locationem exclu-
dendam, quando ex aliis dignoscitur contracta, et signanter 28
ex praecedenti denominatione locationis, ut sensit Jas. *in d.*
l. si quis ante n. 14. *ad fin.* et eum sequi videtur Caroc. *in*
d. qualit. 1. *empt. n.* 9. et licet contrariam opinionem, quod
nempe denominatio non relevet in concursu cum mentione
pretii probet post alios Menoch. qui alios cumulat *d. praes.*
74. *n.* 4. *lib.* 3. Afflict. *decis.* 72. *n.* 10. *et ibi* Ursil. *n.* 1. *et* 29
seq. tamen istam contrariam non admitterem nisi in casu,
quo pretium dignosceretur justum, et correspondens vero va-
lori rei, tunc enim operatur ejus mentio, ut contractus non
possit censeri locatio, sed reputandus sit venditio, at quan-
do pretium non est congruum valori rei, tunc non censetur
venditio, sed potius arguitur locatio non obstante pretii
mentione, si alia verba non repugnent, ut post alios tradunt
Marsil. *sing.* 105. *ad fin.* Menoch. *praesumpt.* 74. n. 5. *lib.*
3. *et retinen. remed.* 4. *n.* 24. et late Caroc. *tit. de simili-*
tudine locationis cap. de qualitate prima empt. n. 4. *et* 5. 30
ubi tamen hoc nimis ampliat; dum dicit. quod si venditio
non valet ex parvitate pretii efficitur locatio, quia ex parvi-
tate pretii bene potest argui facta locatio, si verba sint du-
bia, at ubi vere contracta est venditio pro parvo pretio, si
parvitas est intra dimidiam justi venditio sustinetur, si vero
est ultra dimidiam, et tunc rescinditur contractus, ut dispo-
nitur *in l.* 2. *c. de rescind. vend* Rota coram eminentissimo
Celso *decis.* 202. *n* 6. et quando adest magnus excessus ul-
tra dimidiam, contractus remanet nullus ipso jure Gratian.
discept. 823. *n.* 38. *et seq* Prat. *discept.* 25. *n.* 32. *vers*
vera numque est regula, et num 34. *in fin. et seq.* Fab. *in*
cod. lib. 4. *tit.* 3. *def.* 3. Rota coram Caval. *decis.* 301. *n.* 3
et in recent. decis. 202. *n.* 6 *par.* 10. *et in Romana tran-*
sactionis 19 *aprilis* 1660. *§. non obstat* coram Verospio, et
sic numquam transit in locationem, unde tunc magis arguere-
tur venditio, cum facta esset valoris rei aestimatio, et juxta
illam pretium esset constitutum Menoch. *alios referens praes.*
74. *n.* 2. *lib.* 3.
Quarta regula dignoscendi, an sit locatio, vel venditio est 31
videre, an pretium sit distributum in singulos annos, vel
aliter ratio temporis habita sit, quia tunc erit locatio, si vero
non sit ita distributum, sed unicum, erit venditio Tiraquell.
de retract. lignag. §. 1. *glos.* 14 *n.* 86. *et* 87. Menoch. *la-*
tissime retinen. rem. 4. n. 19 Caroc. *de locat. sub tit. de*
simil. locationis, §. disgregata solutio num 1. et istum esse
verum modum dignoscendi locationem a venditione dixit plu-
ribus relatis Rota coram Millino *decis.* 446. *n.* 2. Quod am- 32
pliatur procedere, etiam si adsit mentio pretii, quia hoc casu
pretium pro mercede interpretatur Menoch. *d. remed.* 4. *n.* 33
23. Ac etiam si partes aliter contractum denominaverint, vi-
delicet si verbi gratia dixerint emere, et vendere pro tot scu-
tis quolibet anno solvendis, adhuc erit locatio, et non emptio
Tiraquell. *d. glos.* 14. *n* 87. Caroc. *sub tit. de simil loca-*
tionis §. de qualitate secunda disgregata solutio n. 6. Me-
noch. *retin. remed.* 4. *n.* 21.
Quid autem si utrumque factum apparet videlicet con- 34
stitutum unicum pretium, et distributum in singulos annos?
et quamvis constitutionem pretii unici hoc casu, quo adest
etiam distributio in annos, non esse curandam dicat. Bart.
in dicta quaest. 4. *n.* 12. *vers. non obstat, quod pretium*,
et eum sequatur Menoch. *retinen. d. remed.* 4. *num.* 20. *ad*
med. vers. primo non adversatur: distinguendum videtur,
ut si constitutio pretii in unica summa praecedat, et solutio
dilata sit in annos gratia facilioris solutionis, ista distributio
non sit attendenda, sed solum constitutio pretii, et indicet
venditionem. E contra vero si constitutum sit ratione anno-
rum, videlicet pro centum annuis in totum conficientibus
mille in concessione facta ad decennium, reputanda erit lo-
catio, cum illa expressio centorum mille stet potius demon-
strative, quam dispositive, et non operetur, nam a primor-
dio tituli posterior formatur eventus *l un. ad fin. c. de im-*
ponen. lucr. descript. lib. 10. Gratian. *discept.* 214. *n.* 21. et
faciunt in simili, quae dicuntur de dignoscenda venditione,
an sit facta ad corpus, vel ad mensuram, ut videlicet si prius
sit expressum corpus censeatur ad corpus, licet subsequatur
expressio mensurae, et e contra Becc. *cons.* 133. *n.* 1. *et seq.*
Gabr. *cons.* 64. n. 3. *et* 13. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 4.
tit. 17. n. 21 *et seq.* Seraphin. *decis.* 264. *num.* 6. *et decis.*
317. *n.* 4. *ad fin.*
Quinta regula erit, ut in dubio attendatur denomina- 35

tio partium, nam si dixerint contrahere emptionem, et venditionem emptio reputabitur, si dixerint contrahere locationem, et conductionem locatio et conductio reputabitur, in dubio enim talis reputatur contractus, qualis a partibus denominatur, ut firmant Menoch. *praes.* 105. *n.* 1. *et seq. lib.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. *n.* 17. Rota *decis.* 510. *n.* 1. *vers. et pro tali part.* 4. *tom.* 3. *recent.* ubi *n.* 2. quod hoc maxime procedit, si denominatio sit dispositive concepta.

36 Et quamvis denominatio cedat aliquibus ex demonstrationibus contrariis, ut visum est in regulis suprapositis, tamen non quaelibet praesumptio istam, quae ex denominatione insurgit elidere valet, sed ei standum est etiam si aliquae praesumptiones sint in contrarium Cravett. *cons.* 20 *num.* 4. Surd. *cons.* 243. *n.* 3. Becc. *cons.* 35. *n.* 9. *in fin. et seqq.* quidquid secus dicendum sit si adsint pacta substantialia in contrarium, ut diam in sequenti *cap.*

37 His praemissis deveniendo ad casus particulares in quibus magis dubitari solet, an sit contracta locatio, seu venditio primus erit si deductum sit in contractum merum factum, seu operatio aliqua, et nullum jus in alium transferet is, qui pecuniam recipit, sed solum aliquid operetur, et isto casu non potest esse emptio, et venditio, sed tantum locatio *l. item si pretio* 25. *in princ. vers. quoties autem ff. locat.* cum concordan. relat. per Bart. *in sua quaest.* 4. *incip. pu-*
38 *blicanus n.* 10. *vers. aliquando agitur*, dummodo tamen opus tale sit, ut locari soleat puta si do, ut tabulam pingas, secus autem si tale sit, ut locari non possit uti si do, ut manumittas juxta secundam regulam supra datam, et in his terminis loquitur ille text. *in l. naturalis* 5. §. *et cum do, de praescr. ver.* ibi citat. Et non attenditur in casu isto regula quarta suprapposita, nempe an sit datum unicum pretium, vel distributum in menses, aut annos *l. ea lege* 53. §. *locavi opus ff. loc.* et docet Bart. *in d. q.* 4. *ubi supra* Menoch. *retinend. remed.* 4. *n.* 13. Caroc. *qui alios citat. sub titulo de differentia locationis* §. *de qualitate primo locationis n.* 2.

39 Secundus casus est, quando in contractum deducitur factum, simulque aliqua rei traditio, et tunc adhoc, ut sit locatio necesse est, ut is cui opus faciendum est det rem, seu corpus in quo opus faciendum sit, ut habetur in *leg. Sabinus* 20. *ff. de contrah. empt.* toties enim conductio est quoties materia, in qua aliquid praestatur in eodem statu ejusdem manet, quoties autem immutatur, et alienatur emptio magis, quam locatio intelligi debet *l. convenit mihi*
40 65. *vers. totis enim ff. de contr. empt.* Unde si cum aurifice Titius convenerit, ut is de auro suo anulos certi ponderis, certaeque formae sibi faciat acceptis verbi gratia decem, haec erit emptio, et venditio, si vero Titius aurum dederit poliendum, vel ornandum mercede pro opera constituta erit locatio §. *item quaer. inst. de loc. et cond. l.* 2. §. *adeo autem ff. eod.*

41 Verum non sufficit, artificem aliquid de suo ponere ad hoc, ut fit venditio, sed necesse est, ut materia illa, quam ponit stet principaliter, alias si stet accessorie adhuc erit locatio, ut est casus in *l. item si pretio* 25. §. *cum insulam ff. locat.* ubi data fuerat insula artifici aedificanda totali suo impensa, qui propterea cementa etiam de suo ponere debebat, et tamen dicitur locatio, quia solum quod stat principaliter, cum aedificium ei cedat, ab eo non dabatur, itaut quod dabat artifex non stabat principaliter, ut consideravit Bart. *in d. qu.* 4. *n.* 10. *prope med.* et aliis congestis Menoch. *retinen. remed.* 4. n. 15. *cum duobus seqq.*

42 Si vero res sit dubia an videlicet res, quae ab artifice praestatur stet principaliter, seu accessorie et recurrendum esse ad quantitatem pretii, ut si conveniat valori rei sit emptio, secus e contra censuit post gloss. quam dicit singularem in *l.* 1. §. 1. *in verb. agendo ff. de superfic.* Bart. *in sua qu.* 4. *in solut. n.* 10. *vers. aliquando dubitatur*, et aliis adductis, Menoch. *d. rem.* 4. *n.* 18.

43 Tertius casus est quando in contractum non venit factum aliquod, sed res tantum, et quaestio cadere solet, quando conceditur a principe, seu communitate gabella, seu datium ad aliquos annos puta per decennium, et in hac quaestione, quia subjecta materia magis, atque etiam magis convenit locationi quam venditioni secundum Boer. *decis.* 249. *n.* 11. *post med. vers. et hoc dicit expresse*, sunt enim hae res
44 naturae ut exerceri soleant per communitates, aut locari, ut dicit Signorol. *cons.* 22. *n.* 12. debet semper censeri facta locatio nisi alia pacta omnino repugnent *d. l. naturalis* 5. §. *et cum do ff. de praescr. verb.*

45 Vis igitur stat in dignoscendo, quando adsint pacta adeo repugnantia, ut praevaleant, et si dictum sit concedo pro annis decem pro tot nummis singulo anno, nihil est, quod praevaleat naturae rei, et multo minus, si pro verbo concedo, dictum sit loco. Ripa *in tract. de peste tit. de privileg. contr. n.* 51. *et* 55. Menoch. *praesumpt.* 104. *n.* 1. *et* 2. *lib.* 3. Boer. *decis.* 249. *n.* 11. *vers. primus casus, et vers. secundus casus.*

Quid autem si constitutum sit unicum pretium pro omnibus decem annis? et adhuc, si dictum sit locavit, censeri debet locatio ex adduct. per Menoch. *dict. praesumpt.* 104. *n.* 4. *et* 5. ubi respondet contra Carocc. *de loc. sub tit. de similitudine locationis* §. *de qualitate quarta venditionis* 46
n. 7. Idque ampliatur procedere non tantum si simpliciter dictum sit locavit. sed etiam si dictum promiscue vendidit, et locavit, quia adhuc erit locatio, quamvis constitutum sit unicum pretium Ripa *d. titul. de privileg. contract. n.* 66. Menoch. *d. praesumpt.* 104. *n.* 43. Boer. *decis.* 249. *n.* 11. *vers.* 4. *est casus.* 47

Si autem dictum sit simpliciter, vendidit, et tunc, si constitutum unicum pretium pro omnibus decem annis, reputatur venditio, quia concurrunt duae demonstrationes, quae praevalent qualitati rei in contractum deductae, nempe denominatio venditionis, et unicum pretium Menoch. *d. praesump.* 104. *n.* 40. Carocc. *d.* §. *de qualitate* 4. *vendit. n.* 7. *vers.* 3. *casus* Boer. *dec.* 249. *n.* 11. *in* 3. *casu vers.* 2. *quod ampliatur procedere*, etiam si, post constitutum ab initio unicum pretium, postea sit facta distributio in singulos annos Rip. *in d. tit. de privil. contract. n.* 46. Menoch. *praesumpt.* 104. *n.* 41. *lib.* 3. 48

At si, ubi dictum simpliciter vendidit, non sit constitutum pretium unicum, sed divisum tantum in singulos annos et erit locatio Bart. *in l. cotem ferro* §. *qui maximos n.* 2. *ff. de public. et vectig.* Ancar. *cons.* 402. *n.* 2. Corn. *cons.* 23. *n.* 7. *et cons.* 33. *n.* 9. *lib.* 2. Carocc. *d.* §. *de qualitate* 4. *venditionis n.* 7. *vers.* 3. est Boer. *decis.* 249. *n.* 11. *vers. tertius casus*, et est communis opinio, ut fatetur, licet plura in contrarium adducat Menoch. *d. praes.* 104. *n.* 6. quae procedit etiamsi constitutum sit pretium unicum, et deinde distributum in singulos annos Ripa *in d. tit. de privil. contract. n.* 64. quem refert Menoch. *eadem praesumpt.* 104. *n.* 39. et sequitur Carocc. *d.* §. *de qualitate quarta vendit. sub tit. de similitudine locationis n.* 7. *vers. ampliatur.* 49

Solet etiam cadere quaestio ista in concessione rei ad tempus puta domus ad vitam, et in his terminis verum esse modum dignoscendi locationem a venditione inspicere, si pretium sit distributum in annos, vel unicum pro toto tempore juxta regulam supra quarto loco traditam dicit Rot. *in illa decis.* 446. *n.* 2. *coram* Millin. *ibi citat.* At in praefatis quoque casibus, et aliis similibus, in quibus cadit haec quaestio, considerari solent pacta conventa. Nam si adaptentur ma- 50
gis locationi: quam venditioni locationem arguent, et e contra, prout in specie si adsit pactum, quod ob bellum, vel alium casum similem fiat remissio mercedis, quod demonstret esse contractum locationis respondit Socin. sen. *cons.* 88. *col.* 2. *vers. quod etiam dignoscitur lib.* 1. Menoch. *retinend. d. remed.* 4. *n.* 25. *et* 26. 51

Et considerari etiam solet subjecta materia, nam locatio ad longum tempus uti transferens dominium utile, in materia favorabili venditionis nomine venire poterit, secus autem in stricta, et odiosa; ut in specie enim in una Romana Praelationis praetenderetur per quasdam moniales, uti dominas directas domus ad vitam per emphyteutam locatae, praelatio in tali locatione per text. in *l. fin. c. de jur. emphyt.* cum ibi tradit per Jas. *n.* 11. Rot. coram Sacrato *sub die* 5. *apr.* 1604. censuit eam non competere, et reddidit rationem, quia dispositio *d. l.* (sunt verba praecisa decisionis) est exorbitans tamquam contra *l. dudum c. de controh. empt*, et ideo stricte, et in casu tantum ibi expresso intelligenda, ut in specie argumentatur, Rimin. sen. *cons.* 357. *n.* 7. *lib.* 2. et faciunt plures rationes ponderatae in causa Romana Casalis *die.* 20. *febr. et* 14. *martii* 1576. coram reverendiss. Alex, quae, licet fuerint deductae ad effectum evitandae poenae, possunt etiam deservire in hoc casu, quo stricta est facienda interpretatio, ut supra dictum est. Dispositio autem *d. l fin.* loquitur in venditione non autem in locatione ad vitam. 52

Non obstat quod venditionis verbum sit latissimum, et aptum comprachendere omnem actum per quem transfertur dominium *l. statu liberis ff. de statu liberis* Bar. *in l. novit.* §. *venditionis ff. quibus modis pign. vel hypoth. solut.* cum similibus. In locatione autem ad vitam transferatur un- 53

Pacioni

le dominium, ut late fuit deductum in causa Romana de Capis 10. *novemb.* 1600. còram me, quia praedicta procedunt in materia favorabili, vel saltem in indifferenti, secus in materia stricta, ut per Greg. Lopez post alios quos allegat in *l.* 55. *n.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. faciunt tradita per Tiraquell. *tit. de tract. lign.* §. *in gloss.* 14. *num.* 88. *et* 89. ex quibus fuit conclusum sententiam d. in civilibus locumtenentis illustriss. Vicarii urbis ad favorem monialium latam tamquam injustam esse revocandam, haec Rota.

54 Denique non omittendum hic animadvertere, quod jura non solum dicunt locationem, et conductionem esse similem emptioni, et venditioni, sed etiam expresse addunt eisdem juris regulis consistere text. est *in princip. tit. institut. de locat. et conduct. in l.* 2. *in princ. ff. eodem.* Hinc enim deducitur magna consequentia, ut videlicet liceat arguere ab emptione, et venditione ad locationem, et conductionem

55 prout faciunt Corn. *cons.* 181. *n.* 65. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 11. Rot. *dec.* 350. *n.* 9. *p.* 4. *recent.* et alii passim, et procedet argumentum, ubicumque non docebitur aliud esse in locatione, et conductione specialiter constitutum, vel in ea diversam militare rationem, in praedictis enim juribus traditur regula generalis, quod contractus eisdem juris regulis consistunt, et sic constituta in

56 uno procedant etiam in alio, ac proinde huic regulae standum erit donec probetur limitatio, Gloss. *in rub. de reg. jur. in* 6. *ante fin. vers. habet enim adversarius*, Bald. *in cap.* 1. *n.* 5. *vers. in omnibus his de alienat. judic. mut. ca. fact.* dec. *in l.* 1. *n.* 8. *ff. de reg. jur. et cons.* 141. *n.* 4. *vers. et ideo secundum regulam.* Rota coram Gregor. *decis.* 182.

57 *n.* 1. *et decis.* 228. *n.* 7. et probanda erit limitatio concludenter, et plene Seraphin. *decis.* 416. *num.* 9. Gregor. *decis.* 279. *n.* 2. Itaut non satis sit allegare aliquam diversitatem nisi diversitas illa pernecesse inferat ad limitationem, et legis auctoritate fundetur, ut requiritur, quando, prout hic, regula legis auctoritate fundatur, Peregr. *cons.* 97. *in fin. lib.* 1. Sperel. *decis.* 124. *n.* 62.

Emphyteusis an sit locatio et quomodo ab ea dignoscatur?

SUMMARIUM.

1. Emphyteusis quid sit.
2. Emphyteusis comprehenditur sub nomine locationis late sumpto.
3. Emphyteusis natura non inclinat, neque ad locationem, neque ad venditionem.
4. Emphyteusis differt non solum a locatione ad breve tempus, sed etiam a locatione ad longum tempus, et perpetua.
5. Emphyteusis habet familiaritate cum locatione.
6. Emphyteusis dignoscitur a locatione ex denominatione partium.
7. Et multo magis si denominatio fuerit dispositione concepta.
8. Denominatio contractus etiam enunciativa attenditur.
9. Denominatio contractus attenditur, etiamsi adsint aliquae praesumptiones in contrarium.
10. Pacta magis attenduntur, quam denominatio contractus.
11. Intellige de pactis circa naturam contractus, non circa accidentalia.
12. Verba deserviunt naturae contractus, non natura verbis.
13. Denominationi statur si sunt pacta hinc inde.
14. Pacta magis attenduntur si partes usae sunt promiscue verbo locationis, et emphyteusis.
15. Emphyteusis denominatio, magis operatur, quam denominatio locationis.
16. Emphyteusis admittit quaecumque pacta.
17. Emphyteusis est materia informis, recipiens formam a placito contrahentium.
18. Locatio dignoscitur ab aliis contractibus ex pensione.
19. Pensio magna denotat esse locationem non emphyteusim, et e contra modica denotat emphyteusim.
20. Hebraei habentes jus, quod vocant Gazagà sunt conductores, non emphyteutae.
21. Pensionis quantitas praevalet omnibus conjecturis, et indiciis contrariis ad dignoscendum, an sit contractus locationis.
22. Decl. procedere, ut praevaleat singulis conjecturis de per se, non simul.
23. Denominatio emphyteusis praevalet quantitati pensionis magnae, denominatio vero locationis cedit quantitati pensionis parvae.
24. Emphyteusis ecclesiastica non potest concedi pro pensione modica.
25. Pensio magna denotat locationem etiam in ecclesiasticis cum partes usae sunt promiscue nomine emphyteusis, et locationis.
26. Pensionis quantitas denotat locationem si apparet eam solvi in recompensationem fructuum, et e contra denotat emphyteusim si in recognitionem dominii.
27. Pensio denotat locationem si dictum solvi pro ficto.
28. Pensio denotat locationem si dictum solvi pro canone.
29. Canon, et census sunt synonyma, et quando relevet dictum pro canone.
30. Pactum remissionis pensionis denotat locationem.
31. Pensionis divisio ad rationem petiarum terrae denotat locationem.
32. Pensio quando dicatur magna, ad effectum ut indicet contractum esse locationem.
33. Solutio alicujus summae ab initio indicat fuisse contractam emphyteusim.
34. Pensio, ut cognoscatur an sit magna, considerari debent fructus de tempore concessionis.
35. Pensio an praesumatur, quod fuerit correspondens fructibus, vel non.
36. Jactare suum nemo praesumitur.
37. Sed haec est praesumptio levissima, et aliis cedit.
38. Pensio magna quamvis contractus sit emphyteusis operatur, ut in eo procedant regulae locationis.
39. Pensio in pecunia magis denotat locationem, in fructibus emphyteusim.
40. Pensio si dictum solvi pro portione dominica arguit locationem.
41. Pensio in annos distributa indicat locationem.
42. Dominii translatio denotat non esse contractum emphyteusim, sed contractum censualem.
43. Censualis contractus differt ab emphyteutico, quia in eo transfertur utrumque dominium.
44. Census alius reservativus, alius constitutivus, et in quo differant.
45. Dominii directi reservatio non magis convenit emphyteusi quam locationi.
46. Pactum de non auferendo magis convenit emphyteusi, sed potest etiam apponi in locatione.
47. Pactum quod in aliquo casu possint bona restitui denotat locationem.
48. Pactum quod fiant reparationes per conductorem magis convenit emphyteusi, sed non repugnat locationi.
49. Pactum, quod ob non solutionem pensionis incurratur caducitas aeque convenit emphyteusi, ac locationi.
50. Caducitas ob alienationem non procedit in locatione ad longum tempus.
51. Alienatio ad rei longum tempus conductae est nulla.
52. Pactum, quod non possit conductor alienare, magis convenit emphyteusi quam locationi, et eam indicat.
53. Secus si addita poena caducitatis, quia indicat locationem.
54. Laudemium non debetur ex alienatione rei locatae.
55. Non tamen repugnat locationi pactum, quod debeatur laudemium.
56. Laudemium est quinquagesima pars pretii.
57. Laudemii solutio denotat bona esse emphyteutica.
58. Secus si appareat solutum per errorem
59. Perpetuitas concessionis arguit contractum esse emphyteusim potius quam locationem.
60. Sed haec est conjectura levis, et contrarium procedit in ecclesiasticis.
61. Concessio ad tertiam generationem non repugnat quod sit locatio.
62. Concessio ad vitam magis convenit locationi quam emphyteusi.
63. Contractus in dubio potius locationis quam emphyteusis reputandus est.
64. Et potius censualis quam emphyteutica.
65. Secus si in regione emphyteusis non practicaretur.

CAPUT III.

Emphyteusis, quae nihil aliud est quam concessio rei immobilis ad tempus, vel in perpetuum pro conventa pensione, seu reddito domino directo praestando in dominii directi recognitionem, prout rejectis aliis definitionibus eam novissime definivit. Fulgin. *de jur. emphyt in praelud. quaest.* 1. *n.* 1
18. Licet sub nomine locationis late saltem sumpto vocabulo 2
comprehendantur, Menoch. *cons.* 372. *n.* 12. Caroc *de loc. et cond. in princ. tit. locationis divisio n.* 1. tamen certum 3
est, quod post legem Zenonianam habet propriam naturam neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam, ut habetur in §. *adeo autem instit. tit. de loc. et cond.*

Et licet aliqui dicant emphyteusim differre a locatione ad 4
breve tempus facta, et respectu locationis ad longum tempus adesse differentiam verbalem tantum, tamen eorum opinio est evidenter falsa, ut asserit, et probat Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 2. *n.* 55. *vers. nec obstat. quod et Gratian. discep.* 378. *n.* 30. Rot. coram Seraph. *decis.* 286. *n.* 20. *et decis.* 288. *n.* 2 *et seq.* Et patet ex pluribus differentiis relatis per Velasc. *de jur. emphyt. quaest.* 20. *et seq.* ubi viginti differentias refert, et per Fulgin. *eodem tract. in praelud. quaest.* 5. et patebit etiam ex dicendis infra hoc capit. et alibi, ubi secundum subjectam materiam occurret saepe distinctionem facere inter hos contractus, et procedit dicta differentia etiam si locatio sit perpetua, quia, et in his terminis loquuntur dictae decisiones coram Seraphin. et expresse declaratur coram eodem *decis.* 353. *n.* 2. quae est in eadem causa cum supracitatis.

Verum quia licet vere inter hos contractus adsint multae 5
differentiae, tamen negari etiam non potest esse inter eos magnam familiaritatem, ut dicit text. *in* §. *adeo instit. de locat. et cond.* et Fulgin. *de jur. emphyt. d. quaest.* 5. *n.* 1. Seraph. *decis.* 288. *n.* 2. ita ut saepe in praxi dubitare contingat an sit contracta locatio, vel potius emphyteusis operae pretium est videre quomodo dignoscatur; licet sit valde laboriosum, ut dixit Caroc. *de locat. tit. de rescind. locat. n.* 46.

Et quatenus vere dubitetur an unus, vel alius contra- 6
ctus celebratus sit, in tali dubio statur denominationi par-

tium, itant si denominaverint contractum locationis, loca-
tio censebitur contracta si denominaverint emphyteusim, pari
modo reputanda erit contracta emphyteusis, Menoch. *prae-
sumpt.* 105. *n.* 1. *et seq. lib.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.*
8. *n.* 7. Rot. *decis.* 510. *n.* 1. *vers. et pro tali part.* 4. *tom.*
3. *recent.* et coram Merlino *decis.* 545. *n.* 7.
7 Idque multo magis procedet si talis denominatio non sim-
pliciter enunciative, sed dispositiva fuerit concepta, ut be-
ne consideravit Rota *dict. decis.* 510. *n.* 2. *part.* 4. *tom.* 3.
8 *recent.* At non proinde sperni debent enunciativae; nam non
solum emissae in ipso instrumento concessionis, sed etiam ali-
bi, maxime probant in hoc propositio, Gratian. *discept.* 917.
n. 4. *et seq.* Rota in Sabinen. tenutae coram Litta impress.
per Marchesan. *part.* 1. *fol.* 1079. *n.* 2.
9 Et hoc procedit etiam si adsint aliquae praesumptiones,
quod contractus non sit is, quem partes denominarunt, quia
adhuc reputari debebit talis secundum Gravet. *consil.* 20.
n. 4. Surd. *cons.* 243. *n.* 3. Bec. *cons.* 35. *n.* 9. *in fin et*
10 *seqq.* sed hoc non item quoad pacta, quia ea magis attendun-
tur ad dignoscendum quid actum, quam denominatio, De-
cian. *cons.* 35. *n.* 41. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 201. *n.* 26. *et*
11 *seqq.* Peregrin. *cons.* 12. *n.* 25. *lib.* 2. Bellon. jun. *cons.* 58.
n. 6. *et seqq.* Intelligendo tamen de pactis, quae versantur
circa substantiam, et naturam contractus, non de iis, quae
solum circa accidentalia ejusdem versentur, ut declarant Surd.
12 *cons.* 243. *n.* 43. et Becc. *cons.* 35. *n.* 11. *ad med.* Ratio
enim conclusionis est, quia verba deserviunt naturae contra-
ctus, et non natura verbis, et ideo non denominatio, sed pa-
cta substantialia attendi debent, *l. insulam* 6. *ff. de prae-
script. verb.* Alex. *cons.* 40. *n.* 14. *vers. pro hoc facit lib.* 4.
13 Seraph. *decis.* 794. *n.* 6. Dummodo tamen non adsint pacta
hinc inde, partim videlicet, convenientia locationi, et partim
convenientia emphyteusi, quia tunc standum erit denomi-
nationi, Surd. *cons.* 243. *n.* 43. *ad med.* Fachin. *cons.* 1. *n.*
14 16. *lib.* 1. Menoch. *praesumpt.* 104. *n.* 31. *lib.* 3. prout e con-
tra si partes promiscue usae fuerint verbo locationis, et em-
phyteusis magis attendi debebunt pacta, Bellon. sen. *cons.*
21. *n.* 5. Andreol. *controv.* 90. *n.* 5. *part.* 1. Clar. *in § em-
phyteusis quaest.* 1 *n.* 5. Marescott. *var. cap* 76 *n.* 15. *lib.*
15 2. Mantic. *de tacit. lib.* 28. *tit.* 2. *n.* 10. magis tamen urge-
bit, quod partes dixerint vel contrahere emphyteusim, quam
quod dixerint velle locare magisque propterea urgentes con-
jecturae requirentur, ut a tali denominatione emphyteusis
recedatur quam, ut recedatur a simplici denominatione lo-
cationis, idque non solum quia locationis nomen non repu-
gnat contractui emphyteutico, sed illum comprehendit sal-
tem sub sua lata significatione, ut supra dixi in principio, sed
16 etiam quia emphyteusis admittit quaecumque pacta *l.* 1. *c.
de jur. emphyt.* Ruin. *consil.* 98. *n.* 12. *lib.* 3. et non habet
propriam naturam, sed est veluti materia informis recipiens
formam a placito contrahentium, ut dicit Rota coram Pania
decis. 1192. *n.* 3. et Hodiern. ad Surd. *decis.* 198. *n.* 5.
et quod habeat naturam suis pactionibus fulciendam dicit
imper. *in § adeo autem, post med. instit. de loc. et cond.*
Unde difficilius operari poterunt pacta ut a denominatione
17 recedatur, ut bene probat Marescot. *var. cap.* 76. *n.* 17. *et
seqq. lib.* 2. et sensit Rota in una Forosempronien. pensionis
27. januarii 1616. §. Rota censuit coram Sacrato.
18 Deveniendo autem ad pacta: primo, et principaliter con-
siderari solent ea quae versantur circa pensionem, ex pensio-
ne enim dignoscitur locatio ab aliis contractibus, ut docuit
Gloss. *in l.* 1. *ver. agendo*, et ibidem etiam Bart. *n.* 3. *ff.
de superficieb.* et in proposito, si pensio sit magna demonstrat
esse locationem, non autem emphyteusim, Ruin. *cons.* 161.
n. 27. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 9. *n.* 12. Bursat. *cons.* 255 *n.* 2.
Nevizan. *cons.* 92. *n.* 12. *et latis. seq.* Berrett. *cons.* 32. *n.*
8. Becc. *cons.* 3. *n.* 22. ubi de communi testatur Menoch.
cons. 929. *n.* 16. Bolognin. *cons.* 54. *n.* 5. Clarus *in § em-
19 phyt. quaest.* 1. *n.* 5. Thesaur *decis.* 20. *n.* 5. *et in fin.* Rot.
decis. 14. *n.* 11. *part.* 6. *recent.* Et e contra si solvatur quid
minimum respectu rei erit emphyteusis, Bald. *in rubr. c.
de jur. emphyt. n.* 11. *et seqq.* Ruin. *cons.* 161. *n.* 27. *ad
fin. lib.* 1. Menoch. *cons.* 372. *n.* 7. Surd. *cons.* 537. *n.* 4.
Gratian. *discept.* 926. *n.* 11. Et iste est verus modus digno-
scendi locationem ab emphyteusi, ut tradunt Bellon. sen.
cons. 21. *n.* 8. *vers. ultimo notabiliter*, Seraph. *decis.* 272.
n. 3. *et decis.* 794. *n.* 5. Rot. *decis.* 564. *n.* 2. *part.* 1. *divers.
et decis.* 64. *n.* 3. *post med. part.* 4. *recent.* et quod haec
sit verior opinio, et ab ea non recedendum testatur Burat.
decis. 334. *n.* 1.

Hinc licet hebraei urbis, tamquam habentes ex quadam con- 20
stitutione san. mem. Clement. VIII. privilegium, ut per do-
minos domorum quas inhabitant expelli non valeant, vin-
dicent sibi quoddam jus inquilinatus, quod Gazagà vocant,
et praetenderetur per illud eos potius effici emphyteutas,
quam conductores, Rota in una Romana domorum coram
Verospio, quae est *decis.* 38. *part.* 14. *recent.* censuit con-
trarium, idque non aliunde deduxit quam ex eo quod ipsi
non quid modicum in recognitionem directi dominii dumta-
xat persolvunt, sed pensionem annuis redditibus correspon-
dentem, ex quo dignoscitur eos esse conductores non emphy-
teutas, ex praedictis aliisque ibi cumulatis *sub n.* 5.
Et adeo magni faciunt DD. hoc argumentum desumptum 21
a quantitate pensionis, ut praevalere velint omnibus conje-
cturis, et indiciis contrariis, Aretin. *cons.* 55. *n.* 4. *ad fin.
vers. secundo respondamus*, Ruin. *cons.* 161. *n.* 29. *post med.
lib.* 1. Bolognin. *cons.* 54. *n.* 4. *vers. tamen tanta est*, Man-
tic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 2. *n.* 9. Rot. coram Seraph. *de-
cis.* 272. *n.* 4. et coram Burat. *decis.* 334. *n.* 14.
Quod tamen intelligo de singulis aliis indiciis de per se 22
consideratis, non autem de omnibus simul junctis, cum imo
in specie do denominatione sint, qui teneant eam praevale-
re dicto argumento desumpto a quantitate pensionis, Natta
cons. 49. *n.* 16. Silvan. *cons.* 47. *n.* 5. Gabr. *cons.* 84. *n.*
9. *et seqq. lib.* 2.
Et licet in contrarium, etiam in terminis, quod pensio ma-
gna praevaleat ad demonstrandam locationem, argumento
desumpto pro emphyteusi, ex eo quod partes, ita contractum
denominaverint, teneant, Ruin. *cons.* 161. *n.* 27. *in princ.
lib.* 1. Roland. *cons.* 96. *n.* 38. *et seqq. lib.* 1. et Rot. quae
in una Viterbien. domus de Lanuviis 14. maii 1601. §. ex ad-
verso antea coram Corduba, et in una spoletana mercedis
29. maii 1600. coram eodem, dicit ita fuisse saepius resolu-
tum Seraphin. *decis.* 794 *n* 3. *et seqq.* Burat. *decis.* 334.
n. 3. Andreol. *contr.* 90. *n.* 6. *part.* 1. *in recent. decis.* 14.
n. 12. *part.* 6. placet distinctio, ut si agatur de contractu, 23
quae partes denominaverint locationem, et in eo constitue-
rint, pensionem modicam, procedat ista ultima opinio. ut
praevaleat quantitas pensionis, et magis demonstret emphy-
teusim, quam dicta denominatio demonstret locationem,
quia conductio non est, quae fit pro uno nummo, sed quae
fit pro pretio justo, *l. si quis ante* 10. *ad finem. juncta glos.
in vers. vero pretio, ff. de acquir. poss.* At e contra si si-
mus in contractu denominato emphyteusis, in quo pensio sit
magna, magis standum sit denominationi, quia hoc casu non
est cur recedamus ab ea, dum, ut supradixi, emphyteusis est
capax omnium pactorum, et sic etiam admittendi, quod sol-
vatur magna pensio, ut bene supracitati pro prima opinione.
et ultra eos optime, lateque Marescot. *var. cap.* 76. *n.* 10. *et
seqq. lib.* 2. et plene etiam Surd. *decis.* 198. *n.* 19. *ad fin.
vers. secundo respondebat*, et ibi hodierna in addit. *n.* 5.
et 6. penes quos alii.
Quod absque dubio facilius dicendum erit in emphyteusi 24
ecclesiastica, nam licet non ignorem aliquos doctores etiam
de ea loqui, dum dicunt ex magnitudine pensionis argui lo-
cationem, prout consideravit Rota coram Buratto *dicta de-
cis.* 334. *n.* 13. *vers. quia hoc objectum*, tamen inde poterit
sumi etiam in ecclesiastica aliquod indicium, quod quatenus
concurrant alia, prout concurrebant in praedicta *decis.* 334.
aliquid operabitur, at non poterit sumi argumentum magnum
aliis, et signanter denominationi empyteusis, praevalens, prae-
sertim ubi non agatur de emphyteusi antiquissima, vel aliud
concurrat. quia in emphyteusi ecclesiastica necesse est consti-
tuere pensionem magnam, et correspondentem fructibus, alias
contractus non posset dici utilis, et sic esset nullus juxta di-
spositionem *extrav. ambitiosae de reb. eccles. non alien.* ut
bene considerant in proposito Gabriel. *dicto cons.* 84. *n.* 12.
lib. 2. Surd. *decis.* 198. *n.* 22. Franc. *decis.* 191. *n.* 12. et
dicam latius infra cap. 14. de locatione bonorum ecclesiasti-
corum §. 10.
Tunc autem etiam in ecclesiasticis magnitudo pensionis de- 25
monstraret locationem, cum partes non denominassent contra-
ctum simpliciter empyteusim, sed promiscue usae essent no-
mine emphyteusis, et locationis, hoc enim casu, etiam tenen-
tes magnam pensionem, non facere contractum locationis,
contrarium tenent, ut advertit Rota coram Buratt. *dec.* 334.
n. 12. et promiscua denominatio reputatur etiam, ubi partes
dixerint locavit, et respective conduxit in emphyteusim, Bald.
in rubr. c. de jur. emphyt. n. 11. Burat. *d. decis.* 334. *n.* 11.
Prout etiam magni facienda est quantitas pensionis, si ex 26

verbis instrumenti apparet, quod vere solvitur in recompensationem fructuum, ac pro eis, et a contra nihil faceret, si constaret, quod non in meram recompensationem fructuum, sed magis in recognitionem directi dominii solveretur. Nam in hoc consistit tota vis hujus conjecturae, cum ista sit differentia principalis inter hos contractus, ut patet ex utriusque definitione, quarum una habetur supra cap. 1. et alia in cap. isto utrobique in principio, et ideo quando habetur pensio magna vel parva cum hac circumstantia, videlicet, quod magna sit expresse constituta in recompensationem fructuum, et pro eis, vel parva in recognitionem dominii directi, tunc vera procedat conclusio, quod haec conjectura denominationi contractus, et aliis conjecturis praevaleat, quia in his terminis, ut plurimum loquuntur pro ea suprariitati, et signanter explicant Nat. *cons.* 49. *n.* 30. *vers. non obstat dum dicitur*, Rimin. jun. *cons.* 461. n. 25. Becc. *cons.* 3. *n.* 23. Gabr. *cons.* 80. *n.* 11. *et cons.* 84. *n.* 13. *lib.* 2. Marescot. *var. cap.* 76. *n.* 11. *lib.* 2.

27 Et sufficienter expressum erit solvi debere pro fructibus, et non meram recognitionem directi dominii, si dictum fuerit solvendum pro fictu, et sic aperte demonstrabit, juxta praedicta, fuisse contractam locationem, et non emphyteusim, Surd. *cons.* 537. n. 7. Gabr. *cons.* 80. *n.* 10. *lib.* 2. *ubi n.* 12. quod propterea non attendendum hoc casu, quod contractus denominatus sit emphyteusis, licet hoc non absolute procedat, sed solum quatenus pensio sit magna, et alia repugnent, ut censuit Mantica *de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. *n.* 27.

28 E contra si dictum solvi debere pro canone arguitur, contrartum non esse locationis, Mart. *cons.* 3. *n.* 16. Menoch. *cons.* 372. *n.* 4. Marescot. *cap.* 76. *n.* 23. *lib.* 2. facit Seraphin. *decis.* 1435. n. 1. licet non propterea demonstret esse emphyteusim potius quam contractum censualem, cum canon,
29 et census sint synonyma *decis.* 25. *n.* 8. post Posth. *de manut.* Ducan. *decis.* 425. *n.* 14. Merlin. *decis.* 545. *n.* 12. et quatenus dictum sit pro canone, seu responsione nullum potest fieri fundamentum in nomine canonis, Rimin. sen. *cons.* 160. *n.* 6. Burat. *dec.* 334. *n.* 16. et hoc casu intelligeretur potius pro censu, quam pro emphyteusi, Menoch. *cons.* 865. *n.* 4. Gratian. *discept.* 566. *n.* 12. Mantic. *decis.* 134. *n.* 3. prout etiam si dictum esset pro canone, seu censu. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. *n.* 9. Fulgin. *de jur. emphyt. in praelud. quaest.* 15. *n.* 16. licet verba ista non repugnent, si aliunde constet contractam esse emphyteusim Gratian. *discept.* 926. *n.* 12. Seraphin. *dec*, 1195. *n.* 3. *et dec.* 1235. *in princ.* Census enim nomen nil relevat, cum varie accipiatur, et sumatur etiam pro canone, Seraphin. *decis.* 1235. *n.* 1. *in recent. decis.* 117. *n.* 8. *part.* 5. eminentis Celsi *decis.* 202. *n.* 17. ac etiam pro pensione, Honded. *cons.* 81. *n.* 20. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 3. *n.* 19. *vers. nec obstat.*

30 Si autem dictum sit pensionem non esse solvendam in casibus occurrentibus non perceptionis fructuum, patebit quod pensio est constituta in fructuum recompensationem, et habito respectu ad eos unde tale pactum demonstrabit locationem quia non convenit regulariter emphyteusi, Bellon. sen. *cons.* 21. *n.* 8. *vers. item adest*, et dicam alibi.

31 Prout etiam sumitur argumentum, quod non sit constituta pensio in recognitionem directi dominii, sed in recompensam fructuum, et magis urget pro locatione, si non sit conventa in unica summa pro toto praedio, sed divisim puta ad carolenos tres pro quolibet rubro, cum dignoscatur constita pro terra, et ejus usu, quod est proprium locationis, ut consideravit Rota coram Burat. *decis.* 334. *n.* 7.

32 Controvertitur autem, quae nam dicatur pensio magna ad hunc effectum denotandi contractum non esse emphyteuticum, sed locationis, et requiri eam esse omnino correspondentem fructibus rei, censuit Surd. *decis.* 198. *n.* 19. *vers. ad quantitatem.* sed contraria opinio est penes plures, quod videlicet, etiam si pensio non correspondeat quantitati fructuum, dummodo non sit minima indicet locationem, ut videre est penes Grat. *cons.* 128. *n.* 8. *lib.* 2. Nevizan. *cons.* 92. *n.* 45. Rimin. jun. *cons.* 461. *n.* 25. Rot. coram Burat. *decis.* 334. n. 2. et pensionem duodecim ducatorum esse magnam in casu suo, censuit Gabr. *cons.* 80. *n.* 6. *lib.* 2. sed veritas est, quod tunc urget magis hoc argumentum a quantitate pensionis, cum constat, quod pensio correspondet quantitati fructuum, et ratio est. quia tunc magis arguitur, quod fuerit in eorum recompensationem constituta, quo casu vere urget magnitudo pensionis ad arguendam locationem, ut supra dixi.

33 Prout etiam tunc magis urget idem argumentum, cum constat, quod ab initio fuit soluta aliqua summa, alias enim si nihil solutum non repugnat emphyteusi, ut solvatur canon aequivalens fructibus, vel paulo minor, imo, saltem in ecclesiastica, clarum est quod non potest esse quid minimum, cum admittatur ad summum quod sit minor quantitatis fructuum in sexta parte tantum, et hoc quatenus emphyteusis sit perpetua, et non alias, ut supra dicebam, et dicam quoque infra *cap.* 14. §. 10. *a n.* et advertunt in proposito Nat. *cons.* 49. *n.* 17. Silvan. *cons.* 47. *num.* 6. Gabr. *cons.* 84. *n.* 12. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 6. *n.* 23. *et seqq.* Surd. *decis.* 198. *n.* 21. Solet autem ista solutio alicujus quantitatis considerabilis ab initio praetirari magis in emphyteusi quam in locatione, et ideo praebere posset aliquod indicium talis solutio contractum esse emphyteuticum, sed non multum relevans, si annua pensio est magna Ruin. *cons.* 161. *n.* 28. *ad fin. lib.* 1.

Considerandi autem sunt fructus, qui percipiebantur de 34
tempore concessionis ad dignoscendum an pensio sit magna, vel parva, et eis non correspondens, Rim. jun. *cons.* 461. *n.* 28. *vers. nec quidquam*, Becc. *cons.* 3. *n.* 23. *vers. his ita*, unde sequitur non habendam rationem fructuum resultantium ex melioramentis postea factis, Gabr. *cons.* 80. *n.* 8. ubi de communi approbata, et usu recepta etiam in Rota *lib.* 2. Marescot. *cap.* 76. *n.* 30. *lib.* 2. Rot. *decis.* 539. *n.* 6. *part.* 3. *lib.* 3. *divers.* et in una Tiburtin. praetensae devolutionis 18. decembris 1615. §. et licet, coram Verospio, et considerandi etiam sunt detractis expensis in cultura, et recollectione, aliisque necessariis, Cephal. *cons.* 9. *n.* 12. *ad med.*
Marescot. *d. cap.* 76. *n.* 29. Unde dubitari solet quis pro- 35
bare debeat eorumdem fructuum quantitatem ad hunc effectum et probandum ab eo, qui dicit, pensionem esse correspondentem fructibus, voluit Surd. *decis.* 198. *n.* 27. Contrarium vero, quod hoc sufficiat allegare, quia praesumatur voluit Ruin. *cons.* 161. *n.* 25. *vers. item istud lib.* 1. et notabilem conclusionem dicit Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 51. et sensit Rot. *decis.* 14. *n.* 10. *et* 11. *part.* 6. *recent.* et in fortioribus, quod etiam si fundus datus sit pro quinta parte fructuum, adhuc si ad culturam redactus sit, praesumatur, quod correspondeat fructibus fundi detractis fructibus melioramentorum dictum fuit in praefata Tiburtina praetensae de-
volutionis, §. et licet coram Verospio, at quidem haec con- 36
traria videtur fundata in illo axiomate, quod nemo praesumatur jactare suum, *l. cum de indebito* 25. *vers. sin vero, ff. de probat.* prout facere, qui concederet rem pro minori utilitate, quam ex ea perciperet, sed quia vere iste contractus emphyteusis pro parva pensione fructibus non correspondente est in usu, ideo tali praesumptioni standum crederem in dubio, non autem si ex verbis concessionis deprehenderetur facta, quia videlicet ita fuisset a partibus denominata, vel adessent aliae probationes, seu indicia sufficientia, tunc enim si alia pars diceret non standum denominationi, vel aliis demonstrationibus, quia pensio esset correspondens fructibus,
tunc crederem non posse ei suffragari solam praesumptionem 37
praedictam, nam praesumptio, quod nemo suum jactet est levissima, secundum Rot. Januen. *decis.* 21. *n.* 11. *prope med. vers. respondetur, quod talis*, et cedit aliis, ut probat Surd. *cons.* 80. *n.* 20. *et seqq.* Unde non posset dici pensio magna, nisi probato valore de tempore concessionis, prout etiam nec posset dici parva ad arguendum emphyteusim, Rota *decis.* 770. *n.* 7. *part.* 2. *recentior.*

Postremo circa hunc punctum magnitudinis pensionis non 38
omittendum animadvertere, quod quando pensio correspondet fructibus, quantumvis dici deberet non locationem, sed emphyteusim fuisse contractam, puta quia de voluntate contrahentium aliunde sufficienter constaret, adhuc adeo operatur haec circumstantia, ut talis emphyteusis judicanda sit ut locatio, et in ea procedant regulae locationis, non emphyteusis, Alex. *cons.* 112. *n.* 3. *et per tot. lib.* 1. ubi de remissione Mercedis, Cephal. *cons.* 9. *n.* 12. ubi ad effectum transeundi ad extraneos, Bero. *cons.* 130. *n.* 4. *et per tot. lib.* 1. Bellon. sen. *cons.* 21. *n.* 10. *ad fin. vers. praeterea dicit.* Valasc. *de jur. emph. q.* 26. *n.* 11. Maresc. *varior. cap.* 76. n. 1. *et seqq.* ubi de com. et Rotae opinione testatur *lib.* 2. Andreol. *contr.* 90. *n.* 6. *part.* 1.

Considerari etiam solet circa pensionem ad hunc effectum, 39
an ea sit constituta in pecunia numerata, vel in alia re, nam in locatione proprie sumpta requiritur, quod pensio sit in pecunia numerata, ut patet ex verbis definitionis suprapositae in cap. 1. Et quod pensio in pecunia numerata magis proprie conveniat locationi, ideoque locationem demonstret, tradunt

Roland. *cons.* 96. *n.* 43. *lib.* 1. Bolognin. *cons.* 54. *n.* 5. *vers.*
aliud etiam est, Rimin. Jun. *cons.* 461. n. 26. et quod si
solvatur partim in pecunia, partim in fructibus, attendatur
quod magis est, Seraphin. *decis.* 272. n. 7. *vers. praeterea*,
et e contra si solvatur solum certa pars fructuum arguitur em-
phyteusis, Gratian. *disceptat.* 926. n. 10. et ideo debebitur
laudemium, et procedent in tali contractu alia, quae statuta
sunt in emphyteusi, Burgos. *de Laudem. par.* 1. *inspect.* 4.
n. 37. Verum hoc non obstante, quod, solvatur certa pars
fructuum, poterit esse locatio, saltem impropria, et non em-
phyteusis, ut dixit Rot. in Narnien. locationis 17. maii 1613.
§. Non obstat, quod coram Coccino, quae est hodie inter ejus
impressas *decis.* 741. et in d. Tiburtina praetensae devolutio-
nis 18. decemb, 1615. §. Non obstant pensiones, et seq. cor.
Verospio. Maxime si non sit quota fructuum, sed certa quan-
titas, Seraph. *decis.* 272. *n.* 7. in d. Narnien. locationis, et
40 ubi talis quantitas solvi debet pro parte dominica, quia ex his
verbis magis argueretur locatio quasi solvatur intuitu fru-
ctuum, ut dixit Rota in una spoletana remissionis mercedis
29. maji 1600. §. 2. hoc etiam coram Cordoba.

41 Prout etiam considerari solet, quod pensionis solutio sit
ordinata in quolibet anno, quia hoc indicat, quod fit respe-
ctu fructuum, qui quolibet anno percipiuntur, et sic magis
convenit locationi, et eam indicat Soccin. sen. *cons.* 156. *in*
princip. lib. 1. Bellon. sen. *cons.* 21. *n.* 8. *vers. item facien-*
da est, Roland. *cons.* 96. n. 43. *vers. aliud etiam est*, *lib.*
1. Bolognin. *cons.* 54. n. 5. *vers. aliud etiam inest*, Rimin.
jun. *cons.* 461. n. 26. *ad med.*

42 Quia vero supra dictum fuit, quod tunc multum urgeat
magna quantitas pensionis ad demonstrandam locationem,
cum apparet correspondens quantitati fructuum, et in eorum
recompensatio statuta, et e contra urgeat pro emphyteusi par-
va quantitas, cum dignoscitur solvi in recognitionem directi
dominii, ideo videndum est de reservatione dominii directi,
quid importet, et adeo eam relevare, ut ubi nulla sit domi-
nii directi reservatio non possit dici emphyteusim adesse, cen-
suerit Bursat. *cons.* 26. *n.* 14. Sed hoc admitti posset si vere
appareret, de contrario, videlicet fuisse utrumque dominium
translatum, et tunc multo minus dici posset locatio, sed es-
set contractus censualis, de quo loquitur Bursat. et in hoc
differt talis contractus censualis ab emphyteutico, quod in
eo transfertur utrumque dominium directum, et utile in re-
43 cipientem rem ad censum, secus autem in emphyteutico, Soc-
cin. sen. *cons.* 167. *n.* 6. *vers. sed certe lib.* 2. Clar. in §.
emphyteusis q. 1. *n.* 1. Menoch. *praes.* 107. *n.* 1. *p.* 3. Man-
tic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 3. n. 9. Rot. *decis.* 431. *n.* 21. post
44 Cenc. *de Cens.* et coram Merlino *decis.* 545. *n.* 6. Unde etiam
si dictum concedo omnia jura in emphyteusim, reputatur cen-
sus, *cap. constitutus* 6. et ibi glos. in *verb. juxta ratam. vers.*
sed revera. derelig. domib. Merlin. *decis.* 545. n. 6. Intelligen-
do tamen de illo censu, qui constituitur tradendo fundum cum
onere solvendi, quid annuum, qui dicitur census reservati-
vus, non autem de altero, in quo quis promittit solvere quid
annuum recepta ab eo, cui fit promissio, aliqua summa, qui
dicitur census constitutus, ut declarat Cravet. *cons.* 217. *n*
4. et aliis relatis Menoch. *praesumpt.* 107. *n.* 4. et 5. *lib.* 3.
de quo ultimo necesse est intelligere Eminentis. Celsom in
decis. 208. *n.* 15. Dum dicit verbum concedere importare do-
minii translationem, et sic magis congruere emphyteusi, quam
censui, in quo dominium non transfertur.

At ubi agitur de pacto contrario, reservationis videlicet
45 dominii directi, et translationis dominii utilis, ex eo non pot-
est argui contracta potius emphyteusis, quam locatio ad lon-
gum tempus, cum, et in ista eodem modo dominium utile
transferatur in conductorem, ut probat Test. *in l.* 1. §. *quod*
autem ff. de superfic. ibi: *et sane causa cognita, ei, qui non ad*
modicum tempus conduxit superficiem in rem actio compe-
tit, et notant ibi scribentes, et ultra eos Aretin. *cons.* 55.
vers. sed in locatione. Alex. *cons.* 112. n. 3. *lib.* 1. Seraph.
decis 272. *n.* 8. *et decis.* 286. n. 3. Burat. *decis.* 334. n. 14
d. Narnien. locationis 17. maji 1613. §. minus etiam facit co-
ram Coccino inter ejus impressas *decis.* 741. Rot. in *recent.*
decis. 182. *n.* 10. *part.* 6.

46 Pactum de non auferendo proprie convenire videtur
emphyteusi, non autem locationi, cum a conductore pluri-
bus ex causis possit res auferri, *l.* 3. c. *locat.* §. *adeo, instit.*
eodem tit. Bald. *in l.* 1. *in* 2. *lect.* n. 2. *cod. de jur. em-*
phyt. sed adhuc hoc pactum non facere ad arguendam em-
phyteusim, potius quam locationem, dixit in specie Rot. in
d. Narnien. locationis 17. maji 1613. §. neque facit coram
Coccino, ea ratione adducta, quia istud pactum, potest etiam
convenire locationi maxime ad longum tempus cum pos-
sit per pactum derogari dispositioni dictae *l.* 3. *c. locat.* ut
per Gabr. *in tit. de locat.* concl. 3. *n.* 2.

Sic pactum, quod in aliquo casu, puta absentiae Pontificis, 47
possint restitui bona, repugnat emphyteusi, et ostendit lo-
cationem, Ruin. *cons.* 161. *n.* 22. *lib.* 1. Bellon. *sen. cons.*
21. *n.* 8. et aliis adductis. Rot. coram Seraph. *decis.* 272. n. 6.

Pactum pariter, quod fiant per conductorem reparationes, 48
est quidem magis conforme naturae emphyteusis, sed non
repugnat naturae locationis, Rot. *decis* 14. *n.* 37. *part.* 6.
recent. imo fortius, nec pactum ad meliorandum excludit
eadem ratione contractum esse locationem, ut fuit dictum per
Rotam in una Spoletana remissionis mercedis 29. maji 1600.
§. minus obstat coram Corduba, unde concludendum ex tali
pacto conjecturam esse lubricam, et solam parum relevare,
prout dicunt etiam Mantic. *de tacit lib.* 22. *tit.* 8. *n.* 11. et
Fulgin. *de jur. emphyt. In praelud. quaest.* 15. *n.* 15.

Pactum, quod ob non solutionem pensionis incurratur ca- 49
ducitas, non indicat magis emphyteusim, quam locationem
ad longum tempus, quia in utraque caducitas eodem modo
incurritur, Soccin. sen. *cons.* 167. *n.* 7. *vers. si vero dica-*
mus lib. 2. Surd. *cons.* 537. n. 15. *vers. aut intelligimus*,
Corbul. *de caus. privat. ob non solut. can. ampliat.* 23.
Boer. *decis.* 234. *n.* 3. Rota *decis.* 174. n. 8. *p.* 1. *div.* ubi
quod in hoc isti duo contractus aequiparantur, et *decis.* 334.
n. 19. coram Burat. et licet contrarium dicere videatur idem
Burat. *decis.* 50. n. 6. animadvertendum quod allegat *decis.*
139. *et* 174. *par.* 1. *divers.* in quibus Rota non loquitur de
caducitate ista, sed de alia ob alienationem, quae in proposi-
to differt ab ista, ut in ipsa *decis.* 174. n. 8. aperte distin-
guitur, ob alienationem enim irrequisito domino licet in- 50
currit caducitatem etiam in locatione velint, Aretin. *cons.*
55. n. 4. *vers. non obstat.* Surd. *cons.* 537. n 16. Caldas *de*
jur. emphyt. lib. 1. *qu.* 16. *n.* 10. *et* 17. ubi de com. Merlin.
de contract. disput. 459. *n.* 21. *post med.* tamen verior opi-
nio est in contrarium, ut testatur, et probat Rota in prae-
dictis *decis.* 134. *et* 174. *part.* 1. *divers.* et penes Seraph.
decis. 286. *n.* 8. *et per tot. et decis.* 288. *et decis.* 355. *per*
tot. Caballin. *Milleloq.* 213. *post med.* Gomez. *var. tom.* 2.
cap. 3. *n.* 11. *ad fin.* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 2. n. 55.
Gratian. *discept.* 378. *n.* 29. *et seqq.* ubi de magis aequa, et
vera Burat. *decis.* 334. *n.* 18.

Verum tamen est, quod alienatio rei conductae sic facta 51
est nulla, *l.* 2. c. *ne rei dom. vel temp.* Mantic. *d. tit.* 2. n.
56. *in fin.* Gratian. *dicta discept.* 378. *n.* 31. Seraph. *d. de-*
cis. 286. n. 19.

Et ex his sequitur, quod pactum expressum in instrumento 52
conventum, quod non possit conductor alienare, convenit
magis emphyteusi, in qua de jure prohibetur strictius alie-
natio, nempe etiam sub dicta poena caducitatis, et ideo po-
tius emphyteusim denotat *decis.* 14. n. 38. *part.* 6. *recent.*
sed non valet ex eo sumi argumentum multum urgens, quia
nec res locata ad longum tempus potest valide alienari; et
ideo illi quoque convenit tale pactum Aretin. *cons.* 55. *n.*
4. *vers. non obstat.* Ruin. *consil.* 161. n. 3n. *lib.* 1. Rot. co-
ram Burat. *decis.* 134. *n.* 17. et in d. Narnien. locationis
37. maji 1613. §. minus etiam coram Coccino, ubi, et idem
dicit de pacto: quod in venditione praeferatur dominus, imo 53
si expressum sit, quod ob alienationem irrequisito domino
incurratur caducitas, quod potius denotet locationem, ea ra-
tione, quia alias in locatione non incurreretur, et ideo pa-
ctum fuit necessarium, in emphyteusi vero esset superfluum,
Burat. *dict. decis.* 334. n. 18.

Et idem prorsus est de pacto, quod in casu alienationis 54
solvatur laudemium, quia ex alienatione rei locatae laude-
mium non debetur, Gomez. *var. cap.* 3. n. 11. *tom.* 2.
Menoch. *praesumpt.* 105. n. 8. *lib.* 3. Fulgin. *de jur. em-*
phyt. in praelud. quaest. 15. *in fin.* et esse veriorem opinio-
nem testatur Rot. *decis.* 14. n. 46. *et seqq.* ubi alii allegan-
tur, et declarantur contrarii *part.* 6. *recentior.* sed bene de-
betur ex alienatione rei emphyteuticae, et ideo pactum prae-
dictum indicat potius emphyteusim. Rot. *decis.* 400. *n.* 8.
vers. item solutio part. 1. *recent.* sed non multum urget, 55
quia non repugnat naturae locationis, quod in ea tale pactum
apponatur Burgos. *de laudem. part.* 2. *inspect.* 18. n. 4.
Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de laudem. quaest.* 8. n. 51,
et fuit dictum in Romana devolutionis domus 18. maji 1663.
§. sicuti neque coram R. P. D. meo Taya; multoque mi- 56
nus relevaret pactum solvendi solidos quinque, vel quid si-

Pacioni 7

mile in casu alienationis, quia non posset dici esse pactum
laudemii in emphyteuticis debiti, quia laudemium est quin-
quagesima pars pretii, ut dixit Rota in una Tiburtin. prae-
tensae devolutionis 18. decembr. 1615. ¶. non obstat laude-
57 mii coram Verospio. Majus autem indicium faceret contra-
ctum esse emphyteuticum, si apparet solutum fuisse laude-
mium absque pacto, nam appareret, contractum fuisse ha-
bitum pro tali, Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tr.* 3. *n.* 15. Rot.
58 *decis.* 400. *n.* 8. *part.* 4. *recent.* Nisi tamen appareret, solu-
tionem fuisse erroneam cum demonstratione originis erro-
ris, ut in casu Merlin. *decis.* 545. *n.* 10. *et* 11.

69 Si concessio sit facta in perpetuum argui videtur emphy-
teusis, ut pluribus relatis tradit Menoch. *cons.* 444. *n.* 1.
et seq. At cum ratio hujus conjecturae sit, quia locatio eo ip-
so quod est perpetua efficiatur quodammodo emphyteusis,
60 seu ab ea non differat, quod parum subsistere dictum est
supra hoc *cap. in princ.* n. 4. sequitur, ut conjectura ipsa
parum urgeat; imo fortius dici posset, quod, quidquid sit
in emphyteusi laicali, in ecclesiastica concessio in perpe-
tuum potius convenit locationi, quam emphyteusi, nam em-
phyteusis ecclesiastica, praesumitur temporalis, ad tertiam
videlicet generationem, Cephal. *cons.* 297. *n.* 18. Mantic. *de
tacit. lib.* 22. *tit.* 5. *n.* 6. *et seq.* Valasch. *de jur. emphyt.
quaest.* 1. *n.* 9. *vers. quod multum confert*, *et n.* 12. *vers.
licet, et consuetudine*, Rota coram Burat. *decis.* 334. *n.* eo.

61 Non tamen e contra, ex quo concessio sit ad tertiam ge-
nerationem, excluditur quod sit locatio, cum non repugnet,
ita fieri locationem, ut dixit Rota in una Spoletana remis-
sionis mercedis 29. maji 1600. ¶. minus obstat coram Cor-
62 duba, et sensit etiam Seraph. *decis.* 272. *n.* 2. *ad med.* Si
vero sit ad vitam, magis accedit naturae locationis, quam
emphyteusis, quae est transitoria ad haeredes saltem descen-
dentes, Aretin. *cons.* 55. *n.* 5.

Quatenus autem ex praedictis, aliisque similibus conje-
cturis, et praesumptionibus quae videri poterunt, penes
alios hanc quaestionem melius tractantes, et signanter
Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 8. et Fulgin. *de jur. emphyt.
in praelud. quaest.* 15. Menoch. *praesumpt.* 105. *lib.* 3. *di-
63 gnosci non possit.* An contractus sit locationis, an emphy-
teusis, sed remaneat res adhuc dubia, in tali dubio potius ju-
dicari debet locatio, quam emphyteusis, Ruin. *cons.* 161.
n. 28. *lib.* 1. Rimin. jun. *cons.* 461. *n.* 28. Burat. *cons.* 255.
64 *n.* 4. Rota coram Burat. *decis.* 334. *in fine*, prout etiam ju-
dicari debet potius contractus censualis, quam emphyteusis,
Marsil. *sign.* 95. *n.* 2. Ruin. *cons.* 160. *n.* 5. *lib.* 1. Menoch.
cons. 372. *n.* 10. Cabal. *cons.* 74. *n.* 12. *lib.* 2. Nevizan.
cons. 92. *n.* 42. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 3. *n.* 11. Cresc.
decis. 1. *de cens.* ubi de comm. Cavaler. *decis.* 201. *n.* 2.
Merlin. *decis.* 545. *n.* 1. Mantic. *decis.* 134. *n.* 3. *in recent.
decis.* 510. *n.* 5. *part.* 4. *tom.* 3. licet non desint tenentes
contrarium relati per Menoch. *praesumpt.* 105. *n.* 5. *vers
65 verum lib.* 3. Quorum opinio admitti posset, ubi in regione
contractus censualis non esset consuetus, ut censuit Surd.
cons. 537. *n.* 3.

An locatio sit alienatio, et quae dicatur locatio ad longum tempus?

SUMMARIUM.

1. Locatio ad breve tempus non est alienatio.
2. Locatio ad breve tempus dicitur administratio.
3. Locatio ad longum tempus est alienatio.
4. Locatio ad longum tempus transfert dominium utile.
5. Alienationis nomine venit omnis actus per quem transfertur dominium.
6. Alienationis nomine propria, et stricte sumpto locatio non venit,
7. Alienatio est actus per quem dominium transfertur.
8. Alienationis nomine proprie venit ea per quam dominium transfertur
9. Alienationis nomine non venit locatio, cum pacto, ut dominium non transferatur.
10. Neque locatio commoditatis percipiendi fructus,
11. Decl. procedere si nulla adsit prohibitio alienationis.
12. Protestatio contraria facto non attenditur.
13. Commoditas percipiendi fructus si locetur, conceditur sola personalis obligatio, non autem rei.
14. Locatio ad longum tempus facta colono partiario est alienatio.
15. Ad longum tempus locatio est si fiat ad decennium, secus si ad minus tempus.
16. Lim. in bonis ecclesiasticis, quia dummodo sit ultra triennium.
17. Locatio ultra decennium cum pacto, quod tot sint locationis quot anni est ad l. longum tempus, et alienatio.
18. Locatio ad quinquennium cum pacto renovandi est alienatio.
19. Decl. procedere quatenus adsit aliqua prohibitio alienationis.
20. Locatio ad plures annos licet pro mercede distributa in annos singulos est unica.
21. Lim. in locatione operarum.
22. Locatio ad beneplacitum est ad longum tempus.
23. Secus si sit sine praefinitione temporis, et non sit dictum ad beneplacitum.
24. Locatio ad vitam dicitur ad longum tempus.
25. Lim. si ille ad cujus vitam est facta non praesumatur victurus per decennium.
26. Locatio ad vitam an dicatur perpetua.

CAPUT IV.

In hac quaestione. An locatio sit alienatio distinguunt do-
ctores inter locationem ad modicum tempus, et locationem ad
longum tempus, et sicut primam non esse alienationem ab-
solutissimum est apud omnes, ut dicit Molin. *de primogenit.* 1
lib. 1. *cap.* 21. *n.* 1. Pie. ad statutum urbis *lib.* 1. *cap.* 151.
glos. 7. *n.* 97. Dicitur enim locatio ad modicum tempus ad-
ministratio non alienatio, ut inquit Bald. *cons.* 475. *n.* 8. 2
post med. vers. quia locatio tom. 1. Monach. *decis. Bonon.*
44. *n.* 7. et probat text. *in l. pro haerede* 20. *in fine prin-
cipii, vers. proinde et si fundos.* ubi Castrens. *n.* 4. *et alii
ff. de acquir. haered.* Ita secundum alienationem esse com- 3
muniter tradunt, ut videre est ex congestis per eumdem Mo-
lin. *d. cap.* 21. *n.* 16. *et* 17. et per Fusar. *de substit. quaest.*
525. *n.* 2. *et* 3. Barbos. *de appel. verbor. appell.* 14. *n.* 11.
Pie. ad statutum urbis *cap.* 151. *gloss.* 7. *n.* 49. et ratio est, 4
quia locans ad longum tempus, dominium utile transfert in
conductorem, ut probat text. *in l.* 1. ¶. *quod autem, ff. de
superfic.* cum concord. adduct. per Molin. et Fusar. ibidem,
et dicam latius infra in *cap.* 27. *de effectibus locationis in
prima quaestione, ubi respondebo contrariis*, et alienatio- 5
nis appellatione comprehenditur omnis actus, per quem do-
minium transfertur, ut dicit text. *in l.* 1. *c. de fund. dot.*
Bald. *cons.* 108. *in princ. lib.* 1. et alii congesti per Barbos.
appell. 14. *n.* 1.

Verum quia locans retinet dominium directum, hinc se- 6
quitur, ut locatio non possit dici plena, et perfecta alienatio,
nec sub nomine alienationis proprie et stricte loquendo com-
prehendatur, alienatio enim est actus, quo dominium tran-
sfertur, ut habetur *in d. l.* 1. *in fin. cod. de fund. dot.* Et 7
alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in dominio retine-
tur, *l. alienatum* 67. *ff. de verb. signif.* et in specie, quod
locatio etiam ad longum tempus non dicatur proprie aliena-
tio, sed improprie docuit Abb. *in cap. intellecto n.* 10. *de ju-
re jur.* quem sequitur Natt. *cons.* 480 *n.* 24. et latius com-
probat Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 2. Barz. *decis.
Bonon.* 18. *n.* 2. *ad fin. et seq* Et quod alienationis no- 8
mine proprie, et stricte sumpto veniat tantum, ea dispositio,
per quam transfertur dominium directum, late autem sum-
pto vocabulo veniat ea per quam transfertur dominium uti-
le tantum Molin. *de just. et jur. tom.* 2. *disput.* 464. *n.* 1.
Barz. *decis. Bonon.* 18. *n.* 2. *ad fin. et seqq.*

Et ex eadem ratione, quod ideo locatio importet alienatio-
nem, quia transfertur dominium, infertur etiam, quod non 9
erit alienatio si fiat locatio ad longum tempus cum pacto ex-
presso, quod non transferatur per eam ullum dominium,
quatenus tamen omnino liberum sit locatori alienare et do-
minium transferre, vel non, in tantum enim valet, et atten-
ditur dictum pactum in locatione ad longum tempus conven-
tum, in quantum adest dicta libertas, alias enim si adest
aliqua prohibitio alienandi, uti suspectum, quod in fraudem
illius factum fuerit, non attenditur, ut dicam infra *cap.* 27.
de effect. locat. in 1. *quaest. declarat.* 3.

Infertur que etiam, ut si non sit locata ipsa res, sed com- 10
moditas percipiendi fructus, tunc quamvis locatio sit ad lon-
gum tempus, adhuc dici non possit alienatio, juxta magis
communem opinionem, de qua patet ex tradit. per Menoch.
cons. 777. *n.* 8. *et seqq.* Peregrinus *de fideicomm. art.* 40.
n. 110. Odd. *de prohibit. alien. quaest.* eo. *n.* 35. *et seqq.*
Fusar. *quaest.* 525. *n.* 17. Et licet non desint contrarium
tenentes, inter quos Baldus *in auth. hoc jus porrectum n.*
1. *vers. sexto considerare est, c. de sacrosanct. eccles.* Fa-
bian. de Monte *in tract. de empt. et vendit. quaest.* 4. *princ.
quaest. ult. nu.* 9. Pinel. *de bon. mater. part.* 3. *nu.* 64. *ad
fin.* ubi etiam si locator expresse protestetur, quod ex tali
locatione non vult transferri jus ullum in re, Covar. *var. c.*
16. *n.* 1. *lib.* 2. Caroc. *de locat. titul. de locat. ad longum
tempus in quaest. An transferat dominium quaest.* 3. *num.*
16. tamen eorum opinio procedere potest in casu de quo in
procedenti illatione, ubi videlicet adest aliqua prohibitio a- 11
lienationis, et locatur res ipsa, etiamsi adjiciatur declaratio,

12 quod per talem locationem nullum jus reale transferatur in conductorem, ea ratione, quia haec verbalis conventio, non potest eludere leges de locatione loquentes, maxime cum talis conventio sit contra naturam contractus, et veluti quaedam protestatio contraria facto, quae non attenditur Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 45. *num.* 16. ubi si tale pactum fiat in praejudicium alterius, et tangit Fulgin. *de jur. emphyt. tit de alienat. quaest.* 1. *n.* 89. *praesertim prope fin.* et secus est, ubi non ipsa res, sed commoditas tantum locatur, quia per talem locationem conceditur sola personalis obligatio ad
13 fructus percipiendos, nullaque rei obligatio conceditur, dum res ipsa in contractum non venit, sed jus percipiendi, quod personae inhaeret, et sic nullo modo potest dici rei alienatio ea supra adductis, et optime distinguendo declarat Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 24. *vers. ut autem in hac quaestione, et* 25. ubi alden. alios referunt, et maxime si expresse addita sit dicta protestatio, quod non transferatur aliquod jus in re, prout esse necessarium docuit Bald. *in cap. quae in ecclesiarum* 7. *n.* 20. *de constit.*

14 Dubitari etiam solet. An dicatur alienatio, si fiat locatio ad longum tempus colono partiario, et communis opinio est affirmativa, propter identitatem rationis, ut tradit Petra *de fideicom. quaest.* 8. *n.* 98. *vers. sed haec quoque*, et eidem accedit etiam Fusar. *d. quaest.* 525. *n.* 12. licet postea alleget contrarios.

Dicitur autem ad longum tempus locatio si sit ad decen-
15 nium, ut firmant Fachin. *cons.* 1. *n.* 25. *lib.* 1. Cancer. *lib.* 1. *capit.* 14. *n.* 17. Fusar. *quaest.* 525. *n.* 5. Barbos. *d. appell.* 14. *n.* 12. Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 401. ubi plures de com. licet contrarium dicat erronee Gratian. *discept.* 520. *n.* 5. Si vero sit ad minus tempus, etiam si sit ad novennium dicitur ad modicum tempus. Mant. *de tacit. lib.* 13. *t.* 45. n. 13. Fusar. *d. quaest.* 525. *n.* 5. *vers. locatio autem facta*, Viv. *dec.* 506. *n.* 11. et hoc procedebat olim etiam in
16 prohibitione alienationis rerum ecclesiae ex plene congestis per Garz. *de benef. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 27. Sed hodie alienatio ad breve tempus in eis permissa, restringitur ad solos tres annos per *extravag. ambitiosae de reb. eccles. non alien.* de qua dicam infra *cap.* 14.

Dubitari tamen solet, an si facta sit locatio ad certum ali-
17 quod tempus diuturnum, puta ad quindecim annos, cum pacto expresso, quod tot sint locationes, quot anni adhuc dicatur locatio ad longum tempus, et alienatio, vel non, et sunt hinc inde auctores, quos refert Fusar. *quaest.* 525. n. 7. *et* 8. sed, ubi locatio est expresse facta ultra decennium, verius videtur, ut dictum pactum censeatur appositum in fraudem prohibitae alienationis, quatenus ea adsit, et non relevet, ex
18 congestis per Mantic. *de tacit. libr.* 13. *tit.* 45. *n.* 17. prout etiam si fiat ad quinquennium cum pacto renovandi, adhuc dicenda est ad longum tempus, ut firmant Becc. *consil.* 139.
19 *n.* 6. *et seqq.* Cabal. *cons.* 17. *n.* 11. *et seqq. lib.* 2. Viv. o *pin.* 1007. *num.* 8. intelligendo semper quando adest aliqua prohibitio, aut fraus tertii, alias enim secus esset dicendum, ut late ostendit distinguendo sex casus Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 17. *et seqq.*

20 Et ex his patet locationem ad plures annos, quamvis factam pro pensione in singulos annos distincta, non esse reputandam, ac si essent plures locationes, tot videlicet quot sunt anni, quia saltem ad hunc effectum de quo agitur, verius est, eam esse unicam, et sic quando est ad longum tempus transferre dominium utile, et esse alienationem. quia una res est, quae locatur, et unus contractus, ac una obligatio ex parte locantis, et consequenter etiam ex parte conductoris, licet pensio sit in plures annos distributa, Bald. *cons.* 316. *n.* 1. *lib.* 3. Surd. *cons.* 34. *n.* 54. *et seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 12. *et* 24. ubi quod licet sit unica dividi potest, Rot. *dec.* 279. *n.* 5. *ad fin. part.* 1. *rec.*

21 Quod tamen limitari solet, ut non procedat in locatione operarum, quia in ea quot sunt anni tot sunt locationes, Bald. *cons.* 316. *n.* 2. *in fin. lib.* 3. Mantic. *d. tit.* 4. *n.* 13. Costa *de rata quaest.* 93. *n.* 4.

22 Erit etiam ad longum tempus locatio, si non sit praefinitum aliquod tempus, sed facta sit locatio ad beneplacitum, seu, ut valeat quantum partibus placebit, Cabal. *consil.* 17.
23 *n.* 14. *lib.* 2. Fusar. *d. quaest.* 525. *num.* 11. An secus sit, si non sit praefinitum tempus, neque dictum ad beneplacitum, quia intelligitur ad annum tantum facta, Soccin. Jun. *cons.* 25. *n.* 3. *lib.* 2. Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 417.

24 Si autem locatio sit ad vitam locantis, vel conducentis, controverti posse videtur, an reputari debeat ad longum tempus, seu potius ad modicum, et propter incertitudinem vitae, quia potest intra breve tempus ille mori, reputandam esse ad breve tempus, sensit Abb. *in cap. quamvis n.* 4. *ad med. de decim.* Caroc. *de locat. tit. de decim. n.* 12. *ad fin.* Gratian. *disc.* 238. *num.* 24. Verum contraria opinio magis communiter recepta fuit, ut patet ex Pinel. *in l.* 2. *num.* 63. *c. de bon. mater.* Gabr. *cons.* 168. *n.* 1. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 4. *n.* 109. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *t.* 45. *n.* 22. Fusar. *de substit. quaest.* 525. *n.* 5. *vers. item esset*, Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 14. *n.* 13. Ricc. *resolut.* 103. *num.* 1. *et seqq. part.* 4. Limitatur tamen haec opinio, 25
quatenus ille, cujus periculo vitae currit locatio esset in tali aetate, ut juxta computationem *l. haereditatum, ff. ad l. falcid.* non praesumeretur tanto tempore victurum, quod locatio dici deberet ad longum tempus, nempe per decennium, ut bene advertit Corar. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 3. Montan. *de tut. l. cap.* 33. *n.* 401. non tamen sufficeret esse sexagenarium, et ultra, ut post Thom. Trevisanum *decis. venet.* 21. 26
part. 1. tradit Ricc. *resolut.* 103. *numer.* 3. *part.* 1. Caeterum locatio ad vitam non solum dicitur ad longum tempus, sed etiam perpetua, ut late probat Aldorin *consil.* 69. *num.* 61. *et seqq.* et hoc est, quod proprie negat Abb. *in d. cap. quamvis n.* 4. *de decim.* non autem, quod non sit ad longum tempus, et idem videtur velle Montan. *de tutel. capit.* 33. *num.* 410.

De colonis, et praecipue de partiariis, et de contractu, qui cum eis celebratur.

SUMMARIUM.

1 Colonus dicitur, qui terram colit.
2. Colonorum variae sunt species, et quae.
3. Feudorum sunt decem distinctiones.
4. Coloni, qui nummis colunt sunt proprie conductores.
5. Contractus innominatus regulatur secundum naturam contractus cui magis assimilatur.
6. Locatio pro certa quantitate fructuum, licet non sit propria locatio, tamen ab ea non distinguitur.
7. Maxime si solvat, quid consistens in pondere, numero, et mensura.
8. Pecuniae nomine veniunt, ea quae pondere, numero, et mensura consistunt.
9 Coloni nomine venit etiam gratuito conducens.
10. Colentes agrum pro mercede dicuntur coloni conductitii.
11. Coloni partiarii dicuntur, qui pro certa fructuum colunt.
12 Colonorum nomine neque veniunt partiarii, aut colentes nummis.
13 Usus loquendi probari debet.
14. Nisi si sit notorius.
15 Coloni partiarii non sunt proprie conductores.
16. Coloni partiarii sunt socii.
17. Decl. ut sint socii improprie.
18. Dictio, quasi, est nota improprietatis.
19. Societas proprie non contrahitur, ubi non participatur dominium.
20. In colonia partiaria lucrum, et damnum, est commune.
21. Colonia partiaria est contractus innominatus.
22 Assimilatur locationi, et secundum ejus naturam regulandus erit.
23. Colonia partiaria est societas velata sub contractu locationis mediante.
24. Magis late patet in ea locatio, quam societas.
25. Colonia partiaria regulari debet cum regulis societatis in eis, quae habentur expressa in jure in reliquis cum regulis locationis.
26. Regulae locationis magis attendendae si partes dixerint locare, et conducere.
27. Colonia partiaria continet societatem, quia dominus in ea ponit terras, et colonus operas.
28. Colonus partiarius non solum ponit operas, sed etiam instrumenta, et semen.
29. Fructus dicuntur illi, qui deductis expensis supersunt.
30 Lim. in colonia partiaria.
31. Et ubi profertur in lingua vulgari nomen fructuum.
32 Et generaliter ubi profertur ab homine ex causa onerosa.
33. Fructus percipiuntur jure soli, non seminis.
34. Colonus percipiens dimidiam fructuum, tenetur ad omnes expensas.
35. Colonia partiaria diversimode contrahitur pro diversitate terrarum.
36. Palea computatur inter fructus.
37. Palea aequaliter dividenda cum colono partiario, nisi pacta aliter ferant.
38. Colonus partiarius habet dimidiam eorum fructuum, qui proveniunt ex cultura, et cura, non aliorum.
39. Damna quae, et quomodo sint communia in colonia partiaria.
40. Seminis periculum an spectet totaliter ad colonum partiarium.
41. Semine mutuo recepto per colonum non tenetur dominus.
42. Semen mutuo receptum per colonum ab ipso domino est coloni, nec creditum ejus, quod habet dominus est de juribus fundi.

CAPUT V.

Quoniam colonus dicitur, qui terram colit, ut docuit Bald. 1
in l. certi juris 5. *n.* 6. *in princ. c. locat.* nec alia traditur definitio, neque necessaria est secundum Petr. Ubald. *in tra t de duob. fratr. part.* 11. n. 30. et cui haec definitio convenit, convenit etiam nomen coloni, ut dicit Menoch. *adipisc.* re-

med. 3. *n.* 85. pluresque sunt, qui sub variis, ac diversis pa-
ctionibus agros alienos colunt, hinc est, quod variae colono-
2 rum species enumerantur. Sunt enim alii, qui dicuntur ad-
scriptitii, alii censiti, alii perpetui, alii conditionales, alii in-
quilini, alii originarii, alii simplices coloni, ut dicit Host. *in*
summa rubr. de agric. n. 1. seu juxta antiquas impress. *rubr.*
de natis ex libero ventre, *§. hic fecimus*, ubi etiam late
explicat singulariter omnes eorum qualitates, et differentias,
et ejus dicta reassumit, et sequitur Abb. *in cap. indicatum*
n. 1. *et seq. de immun. eccles.* omnesque easdem species co-
lonorum singulariter etiam habentur enumeratae. per glos.
in rubr. c. de agric. et cens. lib. 11. quae addit quoque
aliam speciem, quam dicit esse liberi, qui stant ruri. Sunt,
et qui alias species addunt, ut apostillat. ad Bertachin. *in verb.*
colonus n. 1. et alii plures relat. per Bursat. *cons.* 330. *n.* 37.
Verum, quia plures ex eis non sunt hodie in usu, et alii
ab aliis parum differunt, cum multae conventiones de colen-
dis agris diversis nominibus appellentur, et contractus sit
idem, ut notat Calvin. *in suo lexic. in verb. colonarius con-*
tractus, idemque de contractu emphyteutico patet ex Bart.
in l. si finita 15. *§. si de vectigalibus n.* 9. *ff. de damn. in-*
3 *fect. et in l.* 1. *n.* 9. *c. de jur. emphyt.* et latius de contractu
feudorum Alvarot. *de feud. in prooem. n.* 20. *et seq.* ubi
quod sunt decem distinctiones feudorum, et vocabula ipsa,
eorum magis moribus civitatum, et utentium, quam a jure
scripto, emanarunt, ut ait Bursat. *d. cons.* 330. *n.* 37. *prope*
fin. si quis cupiat eorum particularem notitiam, adeat aucto-
res praedictos, et ultra eos Gugliel. de Bened. *in cap. Roy-*
nut. de testam. in ver. et uxorem nomine Adelasiam n. 406.
et seq. Nos enim cupientes omissis parum utilibus, ad utilio-
4 ra in quantum possumus percurrere, de simplicibus tantum
aliqua dicemus, inter quos sunt qui nummis colunt, nempe
solvendo quid in pecunia, et isti sunt proprie conductores,
de quibus supra in cap. 1. et late per totum tractatum, et
in his comprehenduntur non solum, qui solvunt in pecunia nu-
merata, sed etiam si certam quantitatem fructuum, vel quid
simile, ut dicit Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part.*
11. *n.* 31. et licet cum istis non intercedat proprie contractus
locationis mercedem in pecunia requirentis, ut dictum est
supra in cap. 1. sed innominatus Do, ut des, tamen talis
contractus innominatus regulari debet secundum naturam
6 ejus contractus, cui magis assimilatur, et sic locationis, ut
firmat idem de Ubald. *d. part.* 11. *n.* 32. *versic. ad tertium*,
6 et Garz. *de expens. cap.* 14. *n.* 20. ubi, quod iste contractus
in nihilo distinguitur a vera locatione. Quod utique dictum
7 facilius erit admittendum ubi merces consistat in specie, quae
pondere, aut numero, vel mensura solvi possit, eam enim
esse locationem tenuit Corgs. *in lib.* 2. *Miscellan. jur. cap.*
8 11. quia similes species etiam nomine pecuniae veniunt, *l.*
ult. §. ult. c. de const. pec. et l. pecuniae nomine 178. *ff. de*
verb. sign. et Corasii sententiam probavit etiam Menoch. *de*
adipisc. poss. remed. 3. *n.* 92. unde quatenus etiam stando
in rigore communis definitionis locationis traditae in cap. 1.
ista non sit locatio propria, ex quo requirat pecuniam nu-
meratam, tamen saltem comprobatur eam esse contractum
omnino ei similem, ita ut in nihilo ab ea distinguatur.
Sunt, et qui gratuito conducunt, quod evenire facile po-
9 test in agris valde sterilibus, et incultis, hoc enim quoque
colonorum nomine venire firmat Menoch. *adipisc. remed.* 3.
n. 89. et sequitur Caroc. *tit. de invect. quaest.* 2. *n.* 6.
Sunt, et qui non soluta mercede, sed ea recepta agros co-
10 lunt, et dicuntur coloni conductitii, Bursat. *dict. cons.* 330.
n. 40. et isti non sunt conductores, sed conducti, non enim
locantur eis agri, sed ipsi locant operas suas, quibus propte-
rea conveniunt ea, quae dicentur de locatione operarum.
11 Sunt denique, et qui agros colendos recipiunt pro certa
fructuum rata, seu quota parte, et vocantur coloni partiarii,
gloss. *in l. si apes* 26. *vers. qui nummis*, *ff. de furtis*, Garz.
de expens. cap 14 *n.* 21. Marin. *variar. lib.* 1. *c.* 259 *n.* 3.
ita ut omnes, qui fructus dividunt sint coloni partiarii, Mots
decis. 35. *n.* 28. et sunt satis in usu, ideo de his hic aliquid
specialiter dicendum.
12 Sunt autem aeque coloni ac illi, qui nummis colunt, gloss.
in d. l. si apes, *ver. qui nummis*, Menoch. *adipisc. rem.* 3.
n. 84. *et seq.* et sub nomine colonorum simpliciter in lege,
vel statuto prolato aeque continentur, ut post alios dicit Ca-
roc. *de loc. tit. de invectis*, *quaest.* 2. *n.* 6. licet hoc esse de
jure, secus autem ex communi usu loquendi, qui in statutis
attendi, debet, ex eo enim venire solos partiarios dicat Man-
del. *cons.* 138. *n.* 25. quia talis usus loquendi esset proban-
dus, juxta tradita per Mascard. *de stat. inter concl.* 3. *n.* 49. 13
Honded. *cons.* 5. *n.* 38. *lib.* 2. Magon. *decis. Lucens.* 15.
n. 23. nisi forte esset notorius, quia tunc sufficeret eum al-
legare Mascard. *d. concl.* 3. *n.* 51. Seraph. *decis.* 730. *n.* 6. 14
Addeo. ad Gregor. *decis.* 257. *n.* 14. *in fin.*
Verum non sunt proprie conductores, non enim cum iis 15
contrahitur locatio, et conductio, quae de sui natura, et pro
sui essentia pecuniam requirit, ut dicit Rot. *decis.* 37. *n.* 13.
part. 2. *divers.* et dictum est supra cap. 1. sed potius sunt
socii, ut habetur in *l. si merces* 28. *§. vis major*, *ff. locat.* 16
glos. in instit. tit. de locat. verb. si merces, Menoch. *cons.*
489. *n.* 6. *et seqq.*
Ex verbis tamen, quibus utitur J. C. *in d. l. si merces*. *§.* 17
vis major, *ff. locat.* ibi, *quasi jure societatis*, aperte depre-
henditur istam non esse societatem propriam ponderando di-
ctionem illam, *quasi*, quae est nota improprietatis, prout 18
ponderant Bald. *in l.* 1. *n.* 9. *c. pro socio*, Odd. *dict.* cons.
34. *n.* 13. *et* 14. Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 16. et Rot.
coram eo *decis.* 17. *n.* 8. *et seqq. et in recent. decis.* 239.
n. 10. *part.* 3. Et ratio etiam redditur, quia non censetur
contrahi propria societas, ubi non participatur dominium ali- 19
cujus rei, ut ex Soccin. *in l. si pascenda*, *c. de pactis*, et
aliis adductis firmat Mandel. *cons.* 735. *n.* 7. et latius Felic.
in *tract. de societat. cap.* 9. *n.* 42. et Dnard. *eodem tract.*
lib. 1. *cap.* 4. *quaest.* 3. *n.* 6. hic autem nullius rei commu-
nicatur dominium, quia non fiunt isti coloni fundorum do-
mini, imo nec illos possident, Bero. *consil.* 173. *n.* 68. *lib.*
1. Staiban. *resol.* 149. *n.* 48. nec dominus fundi sit dominus
seminis, ut dicam infra.
At negari non potest quin participet de societate saltem 20
quoad lucrum, et damnum, cum utrumque sit commune in-
ter dominum, et colonum, ut est text. expressus in *d. l. si*
merces 28. *§. vis major ad fin. ff. locat.* sed in reliquis 21
cum sit contractus innominatus, ut docet Bart. *in l. si*
apes 26. *§. item constat n.* 1. *ver. quandoque est colonus*,
ff. de furt. Jas. in *§. item serviana n.* 17. *inst. tit. de action.*
Mandel. *d. cons.* 735. *n.* 6. et assimiletur potius locationi, re- 22
gulandus erit secundum locationis naturam, ad text. *in l.* 1.
§. si quis servum, *ff. depositi*, Petr. de Ubald. *de duob.*
fratr. part. 11. *n.* 32. unde dicendum hunc contractum esse 23
quamdam societatem velatam sub contractu locationis inclu-
sam, prout dicit Bald. *in l. certi juris* 5. *n.* 8. *ver. sed re-*
spondeo, *c. locat.* quem sequitur Rot. *decis.* 199. *n.* 14. *pro-*
pe finem, *part.* 1. *recent.* et coram Mantic. *decis.* 17. *n.* 11. et
licet Bald. in meo codice dicat, non ideo sapere naturam locatio-
nis, et conductionis tamen Rot. in utroque ex praedictis decis.
supponit eum dicere contrarium, nempe, quod propterea sapiat
naturam locationis, et ita etiam supponit eum dicere Petr.
de Ubald. *de duob. fratr. part.* 11. *n.* 60. *prope fin.* et ista
lectura magis convenit sensui Baldi, onde crediderim meum
codicem esse mendosum. Et sequendo Baldum in eo sensu in
quo eum sequitur Rot. et Petr. de Ubald. ex ejus doctrina
infertur, quod iste contractus sapiat de natura societatis, ac 24
etiam de natura locationis, et dum societas est velata, et sub
contractu locationis inclusa magis late patebit in eo locatio,
et strictior erit societas, unde generaliter loquendo, regulan-
dus erit cum regulis locationis, sed non propterea receden-
dum erit a regulis societatis ei convenientibus. Et quod re- 25
gulari debeat cum regulis societatis in praedictis quae haben-
tur in jure expressa in *§. vis major.* nempe quoad damnum,
et lucrum, in reliquis vero omnibus generaliter regulari de-
beat cum regulis locationis, et conductionis tradunt Fabian.
de Monte *de empt. et vend. quaest.* 2. *n.* 29. Sfort. Oddus
cons. 34. *n.* 15. sed alii non ita restringunt effectum societa-
tis, sed illum latius extendunt, et omnes regulas societatis ap-
plicabiles applicant, ut videre est signanter penes Bursat.
cons. 330. *n.* 45. *et plurib. seqq.* cum plenissime ibi cumulatis.
Standum autem erit regulis locationis eo magis, si partes
usae sint locationis, et conductionis nomine, et eo contractum 26
denominaverint, quia inde deprehenditur eas voluisse loca-
tionis regulis se submittere, prout consideravit Rot. *decis.*
37. *n.* 14. *part.* 2. *divers.*
Quo igitur ad locationem, scilicet quoad ea in quibus iste
contractus participat de locatione, dicam suis locis. Societas 27
vero in eo continetur, quia dominus ponit terras, et colonus
ponit operas suas in quaerendis fructibus, qui sunt commu-
nes, Bart. *in dict. l. si merces*, *§. vis major n.* 3. Federic.
de Sen. *cons.* 110. *n.* 1. Imo colonus non solum ponit operas
suas, sed etiam instrumenta, et facit omnes expensas neces-
sarias, etiam seminis, ut notatur in c. *tua nobis de decim.*

28 signanter per abbatem *n.* 3. Natta *cons.* 243. *n.* 3. Sord. qui
alios late refert *decis.* 201. *n.* 3.
29 Unde infertur quod licet regulariter fructus dicantur illi,
qui supersunt deductis expensis, *l. fructus* 7. *ff. sol. matr.*
30 *l. fundus* 52. *ff. famil. hercisc.* tamen non ita intelligi de-
bent in hoc proposito, quia colonus dividere debet fructus
omnes absque deductione expensarum, nam alias non esset
verum, quod facere illas debere de suo, Castren. *in l. si a
domino*, *§. fin.* n. 3. *ff. de petit. haeredit.* Tiraqu. *de re-
tract. lign.* §. 15. *glos.* 1. *n.* 19. *et seq.* Franc. Marc. *decis.*
211. *n.* 6. *part.* 2. Gig. *cons.* 134. *n.* 19. et aliis adductis
plene firmat Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 33. *et* 34. at
Bursat. *cons.* 330. *n.* 50.
Nec obstat, quod contrarium mordicus defendere conetur
Garz. *de expens. cap.* 1. *n.* 22. *et cap.* 14. *n.* 23. quia insi-
stit in dicta regula, quod fructus dicantur, qui supersunt de-
31 ductis expensis, quae patitur limitationem in caso isto, ut
tradunt communiter doctores praecitati, et patitur etiam li-
mitationem, ut non procedat, quando nomen fructuum pro-
nunciatur lingua vulgari, et sic inter idiotas prout solent es-
se, ut plurimum, coloni partiarii, quia tunc non intelligun-
tur fructus deductis expensis, secundum Rimin. sen. *cons.*
211. *n.* 11. *et* 15. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 16. *gloss.*
1. *n.* 22. ac etiam magis generaliter ubicumque profertur ab
32 homine ex causa onerosa, ut post Bald. et alios antiquiores
in *d. l. fructus*, *ff. sol. matr. et in l.* 1. *c. de fruct. et lit.
expen.* tradit Rim. sen. *dict. cons.* 211. *n.* 8. *et* 9. ubi re-
33 spondet contrariis Ruin. *cons.* 61. *n.* 7. *lib.* 1. Accedat ratio,
quia cum omnis fructus jure soli percipiatur, non seminis,
ut dicit text. *in l. qui scit* 25. *ff. de usur.* inde sequitur, ut
fructus proprie sumpti, idest expensis deductis, spectent ad
dominum, ita ut pars illa, quae datur colono sit pro labori-
bus, et expensis, quae in ea detrahuntur, et non possit dici
propria fructus, sed improprie, ut firmat Osasch. *decis.* 83.
n. 7. ubi propterea infert, non posse colonum pro ea collе-
ctari.
34 At hoc est regulariter, et de jure, quando praesertim ip-
se colonus consequitur dimidiam fructuum, tunc enim te-
netur ad omnes expensas de suo, Rot *decis.* 359. *n.* 3. *part.*
2. *et decis.* 571. *n.* 13. *part.* 3. *recent.* Paitel. *annot.* 54.
n. 22. sed ex consuetudine, vel conventione potest aliud ob-
tinere, Abb. *in dict. cap. tua nobis n.* 3. *ad fin de decim.*
Cotta *in memor. ver. colonus in fin. ver. nisi tamen consue-*
35 *tudo*, Rota *decis.* 266. *n.* 3. *part.* 7. *recent.* Et quidem con-
trahi solet diversimode pro diversa qualitate agrorum, si
enim sunt magis fertiles, solent fieri pacta magis utilia do-
mino, si vero sunt minus fertiles, pacta fiunt utiliora colono,
unde est, quod dominus regulariter ponit pro capitali socie-
tatis terram, et pascua, et domos ibi positas, quandoque
etiam aliquid plus, videlicet boves, vel eorum dimidiam,
colonus vero ponit pro capitali instrumenta laboritii, et la-
borem suum, quae instrumenta sunt boves, ligones semen,
et fimum regulariter, ex conventione vero quandoque ali-
quid amplius, quandoque minus, ut tradit Sfort. Odd. *cons.*
34. *n.* 20. Quandoque etiam colonus pro expensis detrahit
semen solum, et non aliud, ut dixit Rota in una Firmana,
seu Maceraten. dotis 24. januarii 1618. coram Pirovano.
Fructus vero dividendi erunt omnes aequaliter, si aliter
non sit conventum, prout est de jure in societate *l. si non
fuerit* 29. *in princ. ff. pro socio*, et in nostris terminis tra-
dit Joseph. Ludov. *decis. Parus.* 14. *n.* 8. sed quandoque
unus non percipit dimidiam, sed tertiam, vel quintam, et
semper, dummodo divisio fiat hoc modo per quotam, dicitur
colonus partiarius, Garz. *de expens. cap.* 14. *n.* 21.
36 Et inter fructus computatur etiam palea *l. si usufructua-
rius messem, ff. quib. mod. usufruct. omitt.* Natta *consil.*
37 31. *n.* 19. quae propterea aequaliter dividenda erit, Ludov.
d. decis. Parus. 14. *n.* 9. Sed in hoc quoque intrat praedicta
limitatio, videlicet nisi pacta, vel consuetudo circa ipsam pa-
leam aliud ferant ut tradit Petr. de Ubald. *de duobus fratr.
part.* 11. *n.* 63. Et licet aliqui etiam limitent, nisi colonus
projecerit fimum, seu letamen in agro volentes eum retinere
debere sibi paleas in totum, tamen eorum opinio latissime re-
probatur per eumdem Petr. de Ubald. *d. part.* 11. *n.* 64.
per undecim rationes late deductas penes eum videndas, si
casus occurrat, et licet videretur, quod ubi colonia fuisset con-
tracta ad plures annos, et in primo anno colonus non habuis-
set paleas, sed de suo aluisset animalia, et fimum projecisset,
seu stercorasset, aequitas vellet, ut anno ultimo paleas sibi
totaliter retineret, prout etiam servari dixit Petr. de Ubald.
in d. part. 11. *sub n.* 39. quem ibi (ni fallor) sequitur Ca-
roc. *tit. de paleis n.* 4. tamen aequitas considerata cessat,
ubicumque evenit, quod tot annorum dimidiam suam par-
tem paleae habuit, quot fimum projecit absque eo, quod
valit in unam etiam partem domino tangentem, quoniam ve- 38
ro, ut dictum est, colonus percipit dimidiam, vel aliam quo-
tam fructuum ratione laborum, et expensarum, quas facit
datur intelligi, quod eorum tantum fructuum partem prae-
dictam habere debeat, qui per culturam, et curam nascun-
tur, et industriales nuncupantur, non item eorum, qui sunt
naturales, uti sunt fructus arborum, et arbores ipsae, ad text.
in l. fructus 45. *ff. de usur.* et quoad arbores vi ventorum,
et fluminis disjectas, aut aliter desiccatas, probat text. *in l.
divortio* 8. *§. si fundum ad fin. ff. solut. matr.* qui loqui-
tur in marito, et sic in fortioribus, quia maritus majus jus
habet in fructibus fundi dotalis, quam colonus, ut advertit
in proposito Garz. *de expens. cap.* 14. *n.* 25. *vers. quar-
tum*, quidquid in oppositum videlicet, quod colonus non te-
neatur dare partem dictarum arborum domino, dicat Caroc.
de locat. part. 5. *tit. de fidejus. quaest.* 8. *n.* 3. quem re-
fert, et sequitur Marin. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 259. *n.* 5.
nam citat DD. hoc non dicentes, et signanter Angel. *in d.
l. divortio*, *ff. solut. matr.* §. *in servo quoque*, qui loquitur
in usufructuario, et dicit arbores desiccatas ad eum non per-
tinere, sed ad dominum, si nec germinales, nec sui natura
caeduae erant.
Dubitari tamen potest circa id, quod dictum est damnum 39
in dicto contractu esse debere commune, per text. *in l. si
merces*, *§. vis major*, *ff. locat.* an procedat non solum, quo-
ad damnum eveniens in fructibus communibus, sed etiam
si quod accidat in eis, quae communicari non debent, sed
spectare totaliter ad colonum ex conventione, veluti foenum,
et videbatur dicendum, quod sic per text. praefatum, ac per
l. cum duobus 52. *§. quidam sagariam*, *ff. pro soc.* ubi quod
si socius amiserit res penitus suas, quas tamen habebat se-
cum ratione societatis, damnum esse debet commune cum
socio.
Verum contrarium in dicto casu consuluit Mandel. *cons.*
735. cui subscribit alius incertus auctor, et respondet ad *d.*
§. vis major, quod dicit debere esse commune damnum
ubi debet esse commune lucrum, et ideo non applicatur, et
ad *§. quidam sagariam*, quod procedit, quia socius habebat
illam rem pro servitio societatis ad communem utilitatem,
secus autem erat in casu suo, quia colonus foenum reposue-
rat ad commoditatem propriam tantum, prout videre est pe-
nes eum.
Et fortius, quod si eveniat damnum in semine posito a co- 40
lono quod damnum sit ipsius tantum, et si eveniat damnum
in pascuis a domino positis in societate, damnum sit domini
tantum, voluit Odd. *d. cons.* 34. *n.* 23. *vers. et quod non
possit*, sed reddit rationem, quia non intelliguntur commu-
nicata ista capitalia nisi quoad fructus inde nascituros, quae
tamen ratio convincitur insufficiens, quia ad hoc ut damnum
sit commune cum socio non est necesse rem, in qua dam-
num accidit, fuisse communicatam, sed satis est, quod unus
ex sociis illam penes se haberet ad effectum ea utendi ad
communem utilitatem, ut est text. clarus in *d. l. cum duobus*,
§. quidam sagariam, *ff. pro soc.* ubi expresse habetur, quod
unus ex sociis suam pecuniam, et res proprias perdidit, et
tamen, quia eas non tulisset nisi ad merces communi nomi-
ne comparandas proficisceretur, secundum Juliani senten-
tiam damnum debet esse commune. Verum inde inferri pos-
set ad casum damni illati per latrones, de quo loquitur te-
xtus praefatus, vel similem, non autem si semen seminatum
non germinavit, quia quatenus possit dici inde sequi dam-
num colono, sequitur etiam aeque domino fundi, qui ae-
qualiter de germine participare debebat, et propterea nil re-
ficere debet, ut in specie firmat Sperel. *decis.* 41. *n.* 59. et
quod si minus colligat, quam seminaverit, adhuc de eo, quod
colligit debeat partem suam domino praestare, Mantic. *de
tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 32.
Si autem colonus mutuo receperit frumentum ad seminan- 41
dum, an possit is, qui dedit agere etiam contra dominum,
quasi colonus receperit in causam societatis, et proinde con-
socium, quoque obligaverit, juxta naturam societatis, de qua
per Bald. *cons.* 263. *num.* 3. *lib.* 5. Paris. *cons.* 93. *num.*
2. *et seq. lib.* 1. Osasch. *decis.* 150. *n.* 7. Merlin. *decis.*
606. *num.* 6. Non posse dicendum est, prout fuit in specie
decisum in Rot. Maceraten. prope Thomat. *decis.* 270.
per tot. Quia dum colonus ponere debet semen de suo,

Pucioni

8

si recipit mutuo frumentum, ut satisfaciat huic propriae obligationi dicitur recipere in causam propriam, non autem in causam societatis, prout requiritur ut socius obliget consocium, Surd. *decis.* 153. *n.* 16. Gregor. *decis.* 366. *n.* 1. Cavaler. *decis.* 38. *n.* 4. Rot. *decis.* 264. *n.* 25. *et* 26. post Zacch. *de oblig. camer.* Et in simili de recipiente pecuniam nomine proprio, et ponente eam in banco communi, quod non obliget socios banci, Rot. *decis.* 66. *n.* 7. post Mengil. *de subhast.*

42 Imo in proposito seminis colonus partiarius illud non solum ponit de suo, sed etiam suum remanet, ita ut si dominus vendat omne jus, quod habet in terris satis, non veniat aliquod jus, in tali semine per colonum partiarium seminato, ut late consulit Odd. *in d. cons.* 34. *per tot.* quod, et fortius procedit etiamsi dominus triticum pro semine colono mutuasset, quia non propterea jus in illo semine haberet, quod dici posset de juribus, et pertinentiis fundi, sed haberet creditum mutui nil commune habens cum fundo, ideo ut si forte legaret fundum cum juribus, et pertinentiis, quibuscumque, remaneret haeredi creditum, non autem pertineret legatario, ut consuluit Natta *cons.* 243. *per tot.* et sequitur Gratian. *disc.* 126. *n.* 4. *et* 5. et Surd. *decis.* 201. *n.* 3. *ad fin.* ubi addit pro hoc facere Roland. *cons.* 54. n. 31. *lib.* 3. ubi renuntiato massaritio dicit non venire semina massariis mutuata.

Qui locare possint res suas, vel non?

SUMMARIUM.

1. Quilibet locare potest rem suam.
2. Limita in eis qui contrahere non possunt.
3. Locatio est contractus.
4. Contrahere, qui non possint.
5. Contrahere prohibiti non possunt locare, neque ad breve tempus.
6. Alienare prohibiti sunt prohibiti locare ad longum tempus, non autem ad breve.
7. Emphyteuta potest locare ad breve tempus tantum.
8. Alienationis prohibitio non comprehendit locationem ad longum tempus, si materia sit stricte intelligenda.
9. Jurans non alienare si locet ad longum tempus, non incurrit perjurium.
10. Emphyteuta per locationem ad longum tempus incurrit caducitatem.
11. Lim. si consuetudo excuset, et alia media remissive.
12. Alienationis prohibitio comprehendit locationem ad modicum tempus si militat in ea ratio prohibitionis.
13. Emphyteuta locans potentiori ad modicum tempus incurrit caducitatem.
14. Prohibitio locationis non comprehendit locationem venientem in consequentiam actus permissi.
15. Prohibitus locare si locet, et impugnet locationem, tenetur restituere ea, in quibus factus est locupletior.
16. Minores curatore carentes libere contrahere possunt.
17. Minores possunt alienare fructus sine solemnitatibus.
18. Minor non potest sine solemnitatibus ad longum tempus locare.
19. Statuta requirentia solemnitates in contractibus minorum sunt late interpretanda.
20. Minor non potest annuum redditum perpetuum alienare.
21. Minor non potest emphyteusim constituere.
22. Minor potest ad breve tempus locare.
23. Minor potest locare res diu non duraturas.
24. Molendina in flumine natantia reputantur mobilia, et alienantur sine solemnitatibus.
25. Secus autem est in terrae cohaerentibus.
26. Census locari possunt.
27. Census reputantur inter stabilia ex veriori opinione.
28. Operas suas locare potest minor
29. Pupillus post infantiam est aptus operare utiliter.
30. Pupillus non potest sine tutore locare operas suas
31. Operas suas locare non potest minor sine solemnitatibus, per statutum in contractibus minorum requisitis.
32. Locatio, et conductio facta a pupillo, sine tutore, vel curatore sine solemnitatibus statuti ipsius volentibus sustinetur.

CAPUT VI.

1 Regula generalis est, ut quilibet locare possit rem suam, nisi reperiatur specialiter prohibitus, ut de venditione est text. *in l. dudum proximis* 14. c. *de contrahend. empt.* et procedere etiam in locatione dicit Mozz. *de locat. et conduct.*
2 *cap.* 3. *de his, qui possunt locare, et conduc. n.* 1. Quae regula sic generaliter constituta erit etiam generaliter limitan-
3 da in eis personis, quae contrahere non valent, quia istae nec possunt locare, cum nulli dubium sit locationem esse contractum, *§. actionum instit. de act. l. consensu. ff. de act. et oblig. l. juris gentium, §.* 1. *ff. de pact.* Mozz. *d. cap.*
4 3. *n.* 8. et isti sunt prodigi, furiosi, dementes, ebrii, minores, et similes, *l. is cui bonis. et ibi scriben. ff. de verb. oblig. l.* 1. *et per tot. tit. ff. de curat. fur. l.* 1 *ff. de rebus eorum, inst. quibus alien. lic. per tot.* et fere de omnibus praedictis speciales quaestiones facit, an locare possint, Caroc. *de locat. et cond. tit. quibus locare licet, vel non, et seqq.*

Animadvertendum autem videtur generaliter loquendo, 5
an quis sit prohibitus administrare, et contractus facere, an vero sit prohibitus tantum alienare, nam in primo casu indistincta erit etiam prohibitio locationis, ita ut nec ad modicum tempus locare possit, sive sit prohibitio de jure communi, sive statutaria, sive etiam alio quocumque modo ea ratione, quia utraque locatio est contractus, ut supra, et in specie de locatione ad modicum tempus, quod propterea comprehendatur, et ipsa in similibus prohibitionibus, Caroc. *d. tit. quib. loc. lic. qu.* 3. *n.* 5. *vers. secundo casu*, et in terminis statuti urbis prohibentis minoribus, et mulieribus omnes contractus, in quibus laedi possunt sine certis solemnitatibus, quod comprehendat etiam locationem ad modicum tempus, Pic. *ad stat. urb. glos.* 7. *n.* 99. *et* 100.

Si vero quis sit tantum prohibitus alienare, et tunc juxta 6
tradita in praecedenti cap. erit distinguendum inter locationem ad breve tempus, et locationem ad longum tempus, ut prima non censeatur interdicta alienare prohibito, ex quo non est alienatio, prout exemplificari potest in emphyteuta, 7
qui licet prohibeatur de jure rem emphyteuticam alienare *l.* 2. *c. de jur. emphyt.* tamen locare ad modicum tempus licite, potest, Specul. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua n.* 149. Clarus *in §. emphyteusis quaest.* 19. Rota *decis.* 73. *n.* 9. *part.* 10. *recent.* secus autem secunda, quae, cum sit alienatio, quamvis non perpetua sed ad longum tempus, cadit sub prohibitione generali alienationis, ut rejecta opin. glos. fin. in *l. codicillis, §. institutio, ff. de legat.* 2. plenissime firmavit Rot. post Pic. *ad statut. urb. decis.* 42. *n.* 13. ubi quod dicta gloss. communiter reprobatur per Bart. et DD. ibid. quod procedit tam in prohibitione legis, de qua Rot. ibi, quam in facta a testatore, seu alio rem concedente, Merta *cons.* 113. *n.* 32. *et seq.* Ricc. *resol.* 105. *n.* 1. *part.* 1. Fusar. *de substit. quaest.* 525. *n.* 3. et in facta per statutum Fachin. *cons.* 53. *n.* 3. *lib.* 3. Clar. *in fin. quaest.* 92. *n.* 5. *statuta n.* 4. ubi de com.

Et ex eisdem etiam bene deducitur secundum membrum 8
distinctionis iterum subdistinguendum esse, ut videlicet tunc veniat in prohibitione alienationis locatio ad longum tempus, cum verba prohibitionis non requirunt propriam, et strictam intelligentiam, secus e contra ubi facienda est propria, et stricta interpretatio, quia tunc sub nomine alienationis non venit locatio etiam ad longum tempus ex ibidem adductis, prout in specie agebatur de incursu poenae indictae alienanti, quod non veniat locatio ad longum tempus, Ricc. *resol.* 105. *n.* 3. *part.* 1. Rot. *decis.* 26. *n.* 3.
part. 2. *divers.* et jurantem non alienare, non incurrere 9
poenam perjurii locando ad longum tempus, tradunt canonistae *in clem.* 1. *de reb. eccles. non alien. et in cap. cum contingat de reb. eccles. non alien.* Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 2.

Verum in terminis caducitatis impositae emphyteutae, si 10
alienet, quod incurratur etiam per locationem ad longum tempus, censuit Alex. *cons.* 119. *prope fin. vers. alia etiam ratione lib.* 3. et aliis pluribus congestis firmat plene Corbul. *de caus. privat. ob non sol. can. ampl.* 35. *n.* 1. *et seq.* ubi meminit de contraria decisione Rotae in Rom. Cassiani 20 februarii 1576. quae est coram Seraphino *decis.* 286. et singulis ejus fundamentis respondet, sed vere illa decisio non est in hoc proposito, an per locationem ad longum tempus de re emphyteutica facta incurratur caducitas, sed an haec poena caducitatis ob alienationem incurratur etiam a conductore ad longum tempus, quod est quid diversum, ut tandem advertit ipse Corbul. *ibidem sub n.* 6. *vers. verumtamen supradictae omnes rationes*, et eamdem opinionem tenent etiam pluribus congestis Burgos. *de loudem. part.* 2. *inspect.* 58. *n.* 7. ubi de communi, et vera Fulgin. *de jure emphyt. tit. de alienat. quaest.* 1. *n.* 75. a qua propterea 11
non erit temere recedendum, nisi in casu, quo consuetudo emphyteutam excusaret, prout sensit Clarus *in §. emphyteusis quaest.* 19. et in casu aliarum limitationum, quas adducit Corbul. *dicta ampliatione* 35. *n.* 11. 12. *et* 13. et Fulgin. *d. tit. de alienat. quaest.* 1. *n.* 76. *et seqq.* ad quos, et alios tractantes materias feudales, et emphyteuticas me remitto, cum sit materia magis propria eorum.

Non omittendum tamen, quod si vigeret in locatione ad 12
modicum tempus ratio prohibitionis alienationis, tunc et ipsa locatio ad modicum tempus, censeri deberet comprehensa 13

prout videmus in emphyteuticis, quod locatio facta in potentiorem, quamvis ad modicum tempus, censetur prohibita, ex quo militet ratio prohibitionis propter difficultatem ecuperationis. Corbul. *de cens. privat. ob alien. d. ampl.* 35. *n.* 9. Fulgin. *d. tit. de alienat.* n. 75. *propa finem*, et generalitee hunc locationem venire in prohibitione alienandi, Montan. *de tutel. eap.* 33. *n.* 416.

14 Limitatur tamen dicta conclusio quod statutum prohibens contractus sine solemnitatibus comprehendat locationem, per Caroc. *dicta quaest.* 3. n. 8. ut nun procedat, si locatio veniret in consequentiam alicujus actus a statuto non comprehensi, et comprobari potest talis limitatio, quia est regulare in actu a lege prohibito, quod valeat si fiat in consequentiam alterius actus a lege peemissi non obstante, quod dieete, et principalitee fieri nequiret, Crot. *in l.* 1. *§. hoc autem edictum n.* 22. *ff. de nov. opar. nunc.* Rimin. jun. *cons.* 374. *n.*
15 30. Soccin. sen. *cons.* 81. *n.* 9. *lib.* 3. et aliis adductis Altograd. *cons.* 3. *n.* 23. *lib.* 1. Item limitatur a Pico *d. glos.* 7. *n.* 100. *vers. sed nos addimus.* Ut locantes teneantur in eo, in quo facti sunt locupletiores, quae pariter limitatio comprobatur per conclusionem generalem. quod minores volentes, recedere a contractu tamquam nullo ex defectu solemnitatum teneantur restituere accepta in quantum sunt effecti locupletiores, quam firmat Burat. *decis.* 814. *n.* 1. et Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 463. *n.* 10.

16 An autem minor, qui de jure sine certis solemnitatibus alienare non potest, possit locare, controverti posse videtue, et Caroc. *tit. quibus loc. lic. quaest.* 2. format quaestionem in infante, et probat eum non posse locare, unde supponere manifesta videtur secus esse in pubere licet annorum 25. minores, ut animadvertit Narbon. *de aetate ann.* 25 *quaest.* 9. *n.* 1. *ad fin.* et talis opinio comprobari etiam posse videbantur, quia minores curatore carentes libere contrahere possunt, ut firmant Fachin. *lib.* 3. *controv. eap.* 9. Menoch. *cons.* 203. *n.* 7. Sued. *decis.* 287. *n.* 10. unde dum de jure prohibentur alienare, haec prohibitio tamquam auferens liberam facultatem contrahendi, et de rebus suis disponendi, dicenda est odiosa, et steictissime intelligenda, *l. in re mandata, cod. mandat.* Dec. *cons.* 377. *n.* 5. Paris. *cons.* 32. *n.* 16. *lib.* 1. Bursat. *cons.* 13. *n.* 2. et proinde non extendanda ad locationem, quae vere, et proprie non est alienatio ex supradictis.

Praeterea locatio quando sit alienatio est magis proprie, et principalitee alienatio fructuum, quam rei, et fructuum
17 alienationem, potest facere minor sine decreto, Alex. *cons.* 49. *n.* 6. *vers. fructus enim lib.* 1. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 7. n. 49. Mantic. *de tacitis part.* 1. *lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 51.

18 Verum his non obstantibus contrarium in locatione ad longum tempus ex praedicta ratione, quod haec est alienatio dominium utile transferens, tenendum videtur, pront tenent Mencae. *de success. ereat.* §. 10. *n.* 78. *vers. nunc videndum.* Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 29. *n* 9. Caldas Pereira *de empt. et vendit. cap.* 13 *n.* 12. Caroc. *de locat. tit. de annuis reddit. n.* 1. *et per tot.* et post eos late quaestione examinata, firmat Narbon. *de aetat. n.* 25. *quaest.* 9. *n.* 3. *et seqq. per tot.* Rot. post Pie. *ad stat. urb. decis.* 42. *num* 7. *ad* 16.

Nec obstant considerata supra in contrarium quia, quod dicebatur de prohibitione alienationis facta minori stricte et
19 proprio intelligenda, retorquetur, cum imo jura, et statuta requirentia certas solemnitates in contractibus minorum sint favorabilia, et late interpretanda, Bart. *in l. qui exceptionem n.* 4. *ff. de condit. indeb.* Bal. *in l. transactionem n.* 3. *c. de transact.* Alex. *cons.* 207. *n.* 8. *lib.* 6 et late Morott. *resp.* 53. *n.* 10. ubi de com. et plenissime in his terminis Simon. *de decret. in princ. tit. de offic. jud. n.* 4. Quod autem dicebatur minorem posse fructus alienare non applicatur dum nos loquimur de locationa rei ad longum tempus, quae, importat transactionem dominii utilis ex supra firmatis, ultra quod conclusio, quod minor possit fructus sine decreto alienare, intelligitue de fructibus jam perceptis, qui intee mobilia, et cito peritura connumerantur, non autem procedit, si velit mi-
20 nor annuam perceptionem, seu annuum redditum perpetuum alienare, seu ad longum tempus locare, quia non potest sine decreto, ex tradit. per Menoch. *cons.* 29. *n.* 16. *et* 17. ubi
21 et non posse minorem emphyteusim constituere, plene Simonc. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 7. *n.* 56. *et* 57. Caroc. *de locat. tit. de annuis reddit. n.* 2. ubi prope fin. in specie, inquit, jura prohibentia minorem sine certis solemnitatibus alienare extendi ad locationem ad longum tempus de annuis redditibus, sed deinde subdit quinque requisita ad hoc necessaria circa quae, ad eum me remitto Narbon. *de aetat. d. quaest.* 9. *n.* 9. ubi amplius velle videtur non procedere conclusionem in venditione fructuum adhuc non perceptorum, et solo cohaerentium, et non distinguere inter locationem ad longum tempus, et ad modicum, in quo non
erit ei adharrendum ex supra firmatis, et in specie, quod 22
res minoris, possit ad breve tempus locari sine decreto, plane firmat Simonc. *de decret. tit.* 6. *n.* 21. *et* 22., ubi, et quod si fiat pee tutorem, vel curatorem tenetur ei staro minor post euram, vel tutelam finitam Monach. *decis. Bonon.* 44. *n.* 2. *et seq. usq. ad* 8.

Poterit etiam minor locare res diu non duraturas absque 23
decreto, aliisque solemnitatibus prout sunt vestes, et similia, *l. lex quae tutores* 22. *in fin. c. de admin. tut.* cum aliis adductis per Simonc. *de decret. tit.* 8. *n.* 51. *et seq.* et controverti non parum solet, an idem dicendum sit de molendinis, ut videre est penes Tiraquel. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 7. *n.* 92. *et seq.* et quod existentia in flumine, et quae deteriorantur quotidie, et per impetum aquarum sunt in periculo totalis destructionis, possint alienari sine decreto, docuit Ang. *in l. non solum* 56 *ff. de petit. haered.* et eum sequitur Rub. Alex. *cons.* 138. n. 3 ubi quod multo magis dari in emphyteusim, et alii communitee eamdem doctri-
nam sequuntur, sed difficultas stat in ejus intelligentia, nam 24
dum dicit de Molendinis in flumine existentibus, aliqui eum intelligunt, et volunt ejus dictum procedere tantum in natantibus in ipso flumine, ut sunt in Pado, et Tiberi, et aliis fluminibus, non autem si solo cohaereant, prout in specie ita Ang. et Rub. intelligit Rim. jun. in §. 1. *n.* 274. *instit. tit quib. alian. licet vel non*, contrarium vero quod doctrina Angeli loquatur, et procedat etiam in Molendinis solo cohaerentibus censuit in specie Ripa *in l. quominus n.* 126. *in fin. vers. adde quod etiam*, et post alios plurimos Gratian. *disc.* 564. *n.* 18. *et* 19. ubi asserit hanc esse magis acceptam sententiam, a qua propterea non esse recedendum. quidquid alii contrarium concludant, et eidem opinioni adhaeret etiam novissime Ciroc. *disc.* 66. *n.* 31.

At, quidquid isti dicant, verior videtur opinio, ac sine 25
dubio tutior est, quod in his Molendinis, solo cohaerentibus decretum sit necessarium, sunt enim bona stabilia non secus, ac aliae domus, et solum periculum inundationis, ac etiam devastationis non facit ea evadere mobilia, et quod alienari possint sine decreto, sed solum praebet causam alienandi, et decretum interponendi, pront bene, ni falloe, advertit Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 38. c *de bonis mater.* ubi audacter dicit, non dubitare patres contrarium sententiae errasse, et *n. seq.* testatur ita servari, et esse communem omnium opinionem, quod similia molendina sint res pretiosae et connumerentur inter stabilia, quae opinio attendi debet, et eum sequitur Forster. *de success. lib.* 7. *cap.* 21. *n.* 35. Simonc. *de decr. part.* 3. *tit.* 8. *n.* 85. *vers. contrarium tamen, et* 86. pulchre Gratian. *disc.* 564. *n.* 36. *et seq.*

Item controverti potest de censibus praemisso, quod loca- 26
ri possunt. ut firmat Caroc. *de locat tit. de censibus per totum*, an reputandi sint inter stabilia, ita ut locari non possint a minore sine decreto judicis, et quidquid sit in censibus perpetuis, qui dicuntur reservativi, quoad illos redimibiles ad nutum debitoris, qui dicuntur consignativi, videbatur dicendum non posse reputari pro stabilibus ex tradit. per Gutier. *pract. quaest. lib.* 5. *quaest.* 83. *n.* 14. et 15. Gaix. *de benef. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 95. *vers. quamvis in censu.* Bar-
bos. *appell* 117. *n.* 2. sed tamen verius est, quod cum sint 27
impositi super stabili, et ex parte creditoris sint perpetui, reputari debent ad hunc effectum bona stabilia ita, ut pee ipsum creditorem alienare nequeant, nisi prout alienare potest alia stabilia, Grat. *disc.* 420. n. 13. *et disc.* 885. *n.* 6. *ubi de veriori, et disc.* 981. *n.* 37. Cenc. *de cens. quaest.* 30. *n.* 9. Hodiee, ad Surd. *decis.* 204. *n.* 1. Rot. *decis.* 85. *n.* 15. *part.* 6. et *decis.* 235. n. 4. *et seqq. part.* 7. *rec.* et idem generaliter dicendum esit in aliis annuis redditibus perpetuis, seu ad longum tempus ex eadem ratione, et firmat plene Caroc. *tit. de annuis reddit. n.* 1.

Operas autem locare posse minorem nil vetat, imo eo ip- 28
so, quod major est infante locare eas posse videtur dicere Caroc. *tit. quib. loc. lic. quaest.* 2. *n.* 1. *et seqq.* sed intelligi debet non posse locari operas infantis, quia nullae sunt, *l. arboribus* 13. §. *de illo cum concordantibus relat. ibi per*
glos. in ver infante, ff. de usufr. secus autem postquam ae- 29

tatem infantiae excedit, etiamsi adhuc impubes sit, quia tunc usui aptus esse incipit, *l. si infantis* 61. *ff. de usufr.* cum *a l. relat. per d. glos. in l. arboribus ver. infante*, et per
30 Caroc. *ubi supra*, ac non ex eo, quod in impubere adest materia locationis, resultat, quod impubes locare libere possit operas suas, quia intrat defectus potestatis contrahendi sine tutore, de quo *instit. tit. de auctor. tut. in princ.*

Verum dubitari contigit, an stante dicto statuto, quod minor, vel mulier non possit contrahere sine certis solemnitatibus, valeant tales personae locare absque eis operas suas et in hac quaestione affirmativam, tenuit Caroc. *de locat. tit. de Mundual. ad Vellejan. quaest.* 3. *n.* 16. et secutus
31 est D. Lanfr. Zacch. *de Salar. quaest* 68. *n.* 52. At eorum opinio patitur difficultatem, maxime ubi statutum dicat mulierem non posse aliquem contractum facere, in quibus terminis loquitur D. Lanfranc. etenim clarum est locationem operarum esse contractum, et proinde comprehendi in verbis statuti juxta supra firmata. Nec obstat Bald. *in l. ex diversa in princ. ff. solut. matr.* et Jas. *in l.* 1. *sub n.* 20. *c. qui test. fac. poss.* quorum auctoritate praecitati moventur nam Bald. in meo codice super principio *d. l. ex diverso* quae est in ordine 18. nihil facit, et Jas. refert eum dicere societatem non solum inter fratres masculos, sed etiam inter mulieres posse contrahi, et quod inde sumitur argumentum ad quaestionem fratrum rusticorum simul cum sororibus habitantium, et facientium omnia communiter, quod foeminis cum eis simul ligonizantibus dicatur contracta societas inter omnes, et debeant foeminae admitti ad participandum, sicut masculi, sed de statuto nullum verbum.

32 Id tamen, quod diximus non valere locationem factam a pupillo sine tutore vel a minore, aut muliere sine solemoitatibus statutariis semper intelligitur ad eorum praejudicium, secus autem ipsis volentibus, nam qui cum eis contrahunt obligantur, ipsi vero invicem eis non obligantur, ut est text. in specie loquens de locatione, conductione facta a pupillo sine tutore, *in tit. instit. de auctor. tut. in fin. princ.* et *in l. Julianus* 13. *§. si quis a pupillo, ff. de act. empt.* et idem est in contractibus minorum, et mulierum factis sine solemnitatibus statutariis, quia nullitas inducta est ad eorum favorem et ideo ab eis tantum allegari valet, Soccin. Sen. *cons.* 78. *n.* 8. *lib.* 4. Gratian. *disc.* 559. *n.* 64. Ossasch. *decis.* 94. *n.* 25. Burat. *decis.* 937. *n.* 7. *in rec. decis.* 732. *n.* 2. *part.* 3. *et decis.* 306. *n.* 49. *part.* 7.

De procuratoribus et aliis bonorum alienorum administratoribus et de creditoribus pignoratas res habentibus, an, et quomodo locare possint.

SUMMARIUM.

1. Mandatum speciale requiritur ad locandum.
2. Mandatum speciale requiritur ad vendendum.
3. Mandatum speciale requiritur ad locandum ad longum tempus, secus autem ad breve.
4. Cui licet, quod est plus, non debet, quod minus est non licere.
5. Mandatum habens ad vendendum non potest locare.
6. Mandatum procurae est stricte interpretandum in omni materia.
7. Mandatum ad vendendum, tunc sufficit etiam ad locandum cum adsunt verba generalia.
8. Mandatum ad exigendum pensiones non importat facultatem locandi.
9. Decl. procedere si factum mandatum ad exigendum pensiones rei jam locatae secus e contra.
10. Mandatum ei requiritur speciale favore omnes, requiritur pro utraque parte.
11. Mandatum ad concedendum speciale requiritur.
12. Mandatum ad locandum non est necesse, quod sit in specie ad locandum ad longum tempus.
13. Locationis nomine venit etiam locatio ad longum tempus.
14. Mandatum dubium interpretatur contra mandantem.
15. Mandatum simpliciter ad locandum continet sine dubio facultatem locandi ad longum tempus si in eo adsit verbum importans facultatem transferendi dominium.
16. Et si est ad locandum rem solitam locari ad longum tempus.
17. Mandatum speciale ad locandum, et sufficiens dicitur etiamsi non exprimatur res quae locari debeat.
18. Mandatum speciale requiritur ad ea quae in animo consistunt.
19. Mandatum extenditur ad ea omnia sine quibus negotium commissum expediri non potest.
20. Et ad ea omnia, quae sunt connexa, et de natura contractus.
21. Mandatum ad locandum rem minoris requirit specificationem rei, et quantitatis pensionis, et quid si non adsit talis specificatio.
22. Mandatum ad contrahendum requirit solemnitates requisitas in contractu, nec sufficit eas adhiberi in ipso contractu.
23. Mandatum generale cum libera sufficit ad locandum ad longum tempus.
24. Mandatum generale cum libera aequiparatur speciali.
25 Decl. procedere quatenus contrahat bona fide, et sine dolo.
26 Procurator cum libera potest locare habita fide de pretio
27. Decl. non procedere si appareat aliter sensisse dominum.
28. Accollans sibi debita non satisfacit obligationi ex calloquendi.
29. Accollatio habet vim solutionis.
30. Decl. procedere si creditor interveniat et accollationi consentiat, alias secus.
31. Procurator si excedat mandatum in aliquo contractu corruit in totum.
32. Procurator generalis cum libera potest locare si habet liberam circa bona.
33. Clausula cum libera, et similes uti consecutive non ampliant dispositivam.
34. Verba de, et super praemissis sunt restrictiva ad praecedentia.
35 Mandatum procurae extenditur ad omne necessarium antecedens.
36 Clausulae mandatorum procurae restringuntur ad consurgentia negotium, non autem ad expressa tantum.
37. Clausula, et alia quaecumque faciendum, ampliat facultatem procuratoris ultra expressa.
38. Clausula, et faciendum ea, quae ipse mandans facere posset si praesens esset, importat liberam, itaut veniant etiam ea, quae mandatum speciale requirunt secundum magis communem.
39. Contrarium procedit si dictum omnia facere, quae in propria persona erat facturus.
40. Et faciendum ea quae mandans, facere posset importat magis mandatum speciale, et facultatem locandi si in ipso mandato expressum aliquid, quod mandatum speciale requirat.
41. Idem si aliquod exceptum mandatum speciale requirens.
42 Exceptio firmat regulam in contrarium.
43. Clausula ratum etc. sed promittens ratum, etc. in mandatis procurae non importat liberam facultatem secundum communem.
44 Procurator cum libera non potest ea quae prohibentur domino.
45. Officiales, seu repraesentantes communitatis habent mandatum cum libere.
46. Decl. procedere in universitatibus habentibus jurisdictionem, seu territorium non in aliis.
47. Officiales universitatem possunt locare ad breve tempus, sed non ad longum sine solemnitatibus.
48. Universitas, ut alienare, seu locare ad longum tempus possit, quae solemnitates requirantur.
49. Solemnitates in quacumque alienatione necessariae requiruntur in locatione ad longum tempus.
50 Praelatus habet mandatum cum libera in bonis ecclesiae.
51. Tutor habet mandatum cum libera in bonis pupilli.
52. Pater in bonis filii habet majorem auctoritatem, quam alii administratores.
53. Pater habet administrationem bonorum filii etiamsi alii dati sint administratores nisi verba repugnent.
54. Pater non habet administrationem in spiritualibus, et annuis, uti sunt beneficia.
55. Pater non habet administrationem in eis in quibus non habet usumfructum.
56. Potest tamen habere administrationem dativam.
57. Pater habet administrationem bonorum filii infantis, quamvis usumfructum non habeat.
58. Pater administrator bonorum filii potest locare ad longum tempus sine decreto.
59. Decl. procedere si cum administratione habeat usumfructum, alias secus.
60. Et si concurrat legitima causa.
61. Pater si alienat bona filii probandum, quod habuerit causam.
62. Creditor potest locare res pignoratas.
63. Et potest eas locare ipsi domino suo debitori.
64 Et locare tenetur, alias ad id quod percipere potuisset.
65. Hoc tamen procedit si sit in culpa.
66. Creditor immissus debet, vel vendere fructus, vel praedia locare.
67. Creditor immissus tenetur locare etiam jumenta, et alia, quae locari possunt.
68. Creditor habens in pignus conventionale rem mobilem locare eam non potest.
69. Creditor, qui utitur pignore, vel illud transfert in usum suo destinatum committit.
70. Furtum in re immobili non committitur.
71. Creditor rem immobilem seu semoventem habens in pignus locare potest.
72. Mobilia usu consumuntur, stabilia, et semoventia otio pejora fiunt.

CAPUT VII.

Quaestionem an ad locandum requiratur mandatum specia- 1
le non reperiri tactam a doctoribus dicit Caroc. *de locat. tit. de procurat. in princip.* sed resolvendam esse affirmative firmat in specie Gratian. *disc.* 442. n. 19. *et discept.* 752. *n.* 11. et Borgnio. *decis.* 45. *n.* 23. *part.* 1. et comprobatur
a simili de venditione, ad quam requiri mandatum speciale 2
supponit pro certo ita argumentando Caroc. *ibidem n.* 1. et esse clarum dicit Seraph. *decis.* 831. *n.* 4.

Verum haec opinio, ut ad locandum requiratur manda-
tum speciale, videtur de plano procedere, quoad locationem 3
ad longum tempus, in qua transfertur dominium, et procedit simile de venditione, ut considerat Afflict. *decis.* 305. *n.* 1. at secus est, quoad locationem ad tempus breve, quae cum sit mera administratio, ut dictum est supra cap. 4. potest etiam fieri ab administratore habente solum mandatum generale, ut distinguendo tradit Golin. *de procurat. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 145. *et* 146. quidquid in contrarium videatur sentire Caroc. *d. tit. de procurat. n.* 3. *et* 4.

Dubitari autem contingit, an habens mandatum ad ven- 4
dendum possit etiam locare, et videbatur dicendum, quod

posset per reg. cui licet quod est magis, non debet, quod minus est non licere, accedente etiam punctuali auctoritate Golini, qui ita censuit in suo *tract. de procurat. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 211. *ad med. vers. sed an procurator.*

5 At contrarium est verius, quia mandatum procurae est
6 stricti juris, et strictissime interpretandum in omni materia, ut dicit Paris *de resignat. benefic. lib.* 9. *quaest.* 17. *n.* 86. *et* 133. Leoncil. *decis. Ferrar.* 56. *n.* 21. *vers. imo etiam*, adeo, ut attendenda sit proprietas verborum *decis.* 8. *n.* 1. *et seq. part.* 2. *divers.* nec valeat in eo argumentari a majoritate rationis, Bero *cons.* 62. *n.* 20. *lib.* 2. nec obstat Golinus, quia ipse aequivocat dum refert, et sequitur Caroc. *de locat. tit. de procurat. quaest.* 2. *n.* 56. *et seq.* qui non illam, sed istam opinionem aperte sequitur, et reddit rationem, quia potuit dominus velle vendere ad effectum de pretio extinguendi debita, vel quid simile, quod non potest assequi cum locatione.

7 Verum tamen est, quod si adessent alia verba generalia; de quibus dubitari posset an importarent facultatem locandi ad longum tempus, facultas expressa vendendi posset tollere tale dubium, ex quo praestet magnum argumentum pro affirmativa, ut sensit Caroc. *d. tit. de procurat. n.* 10.

8 Quare similiter videmus, quod procurator constitutus ad exigendum pensiones domus, seu vecturas navis non potest navim, vel domum locare, ut est text. *in l.* 1. *§. igitur praepositio ff. de exercitor. act.* ibi. *quare si eum proposuit navi ad hoc solum, ut vecturas exigat non locet*, et notavit Roman. *sing.* 624. ubi dicit, quod videtur contrarium dicendum, quia habens mandatum ad consequens, videtur etiam habere ad necessarium ejus antecedens, *l. ad rem mobilem, et l. ad rem legatum, ff. de procurat.* sed locatio est antecedens pensionis ergo etc. sed contrarium esse verum per dictum text. singularem, et quae sit ratio remittit ad examinatorem.
9 Unde pro dicto objecto a Romano facto diluende, dici posset, quod illud urgeret in casu quo quis daret mandatum ad exigendum pensiones domus nondum locatae, tunc enim videretur mandantem potuisse concedere etiam facultatem faciendi locationem, quae necessaria est ad hoc, ut deveniri possit ad exactionem pensionum pro qua concessit mandatum, at secus esse ubi ipse dominus domum jam locasset, in quibus terminis proprie loqui videtur *d. l.* dum post verba supra relata adduntur illa, *quod forte ipse locaverat*, tunc enim cessat necessitas locandi ad hoc, ut exequi valeat mandatum, et si locatio postea expiret, non propterea resurgit dicta necessitas locandi, quia mandatum habuit suum effectum in pensionibus locationis praecedentis, ad quas restringi, potest et debet quatenus verba id patiantur.

Ex eo autem quod DD. considerant requiri mandatum speciale ad locandum ad longum tempus ea ratione, quia in ea transfertur dominium, ut per Afflict. *d. dec.* 305. *n.* 1. inferri posse videbatur, non item dicendum requiri tale mandatum a contra ad conducendum, dum conductor non transfert, sed acquirit dominium, sed in contrarium facit regula, quod quan-
10 do requiritur mandatum speciale favore unius requiritur pro utraque parte, de qua Jos. Ludov. *conclus.* 30. *vers.* 60. et
11 in specie, quod etiam in conductione requiratur mandatum speciale Gratian. *discept.* 442. *n.* 19.

12 Controverti etiam posset an pro facienda locatione ad longum tempus necesse sit mandatum, esse datum ad locandum expresse ad longum tempus, vel potius sufficiat simpliciter ad locandum, et ita sufficere verius putat Caroc. *d. tit. de procurat. n.* 6. At contrarium sentire videtur Afflict. *decis.* 305. *n.* 5. licet enim loquatur de locatione in perpetuam tamen dicit mandatum intelligendum de locatione ad tempus, per quam non transfertur utile dominium, et sic sentit de tempore brevi cum eo ipso, quod est locatio ad tempus longum dominium utile transferat, ut dictum est alibi, et comprobatur quod iste fuerit sensus Afflicti, ex quo allegat *Clem.* 1. *de reb. eccles. non alien.* quae in fine permittit locatio-
13 nem bonorum ecclesiae tantum ad breve tempus. Magis tamen placet opinio prima, nam sub nomine locationis venit
14 sine dubio etiam locatio ad longum tempus, ut observat Caroc. *ubi supra* et quando esset dubium an veniret, adhuc in dubio interpretatio esset facienda contra mandantem, qui apertius loqui debebat, ut tradit idem Afflict. *decis.* 91. *n.* 9. Rot. coram Seraphin. *decis.* 1124. *n.* 4. *et in recent. decis.* 151. *n.* 43. *vers. et in omnem eventum, et seqq. usque ad fin. p.* 8.

15 Cessaret tamen istud dubium ex tenore mandati, si adesset aliquod verbum importans facultatem transferendi dominium, ut in casu dictae decisionis Afflict. 305. *n.* 2. *et seq.* 16
vel si ageretur de re solita locari ad longum tempus, quia in mandato venit solitum consuetudinis, Rot. coram Gregor. *decis.* 311. *n.* 7.

Speciale igitur ad hunc effectum dicitur, sufficienter mandatum, dum expresse concessum est ad locandum, licet ita in 17
genere absque expressione temporis. Et idem est si sit absque specificatione rei, quae locari debet, vel personae, cui facienda locatio, ut firmat in simili de venditione, Dec. *cons.* 36. *n.* 8. *circa med. vers. quarto principaliter non obstat*, Grat. *cons.* 159. *n.* 5. *vers. tertio pondero, lib.* 2. de donatione Bero. *cons.* 30. *n.* 51. *lib.* 2.

Nec obstat ratio illa, quod conventiones, quae fiunt in lo- 18
cationibus, consistunt in animo, et ideo non possunt fieri nisi per personam ad id specialiter deputatam, qua ratione ad comprobandum, quod ad locandum requiratur mandatum speciale, utitur Gratian. *d. discept.* 752. *n.* 11. *vers. et est ratio.* Quia dum constituitur quis procurator ad locandum, 19
censetur utique constitutus ad specificandum bona, et mercedem, et si quae alia sunt sine quibus locatio fieri non potest, et sic etiam pro eis habere mandatum speciale, ad text. in *l. non cogendum* 45. *§. si procuratori, ff. de procurat.* et ibi Bart. in Sum. extenditur enim mandatum ad ea omnia, sine quibus negotium commissum commode expediri non potest, Felin. *in cap. sed est n.* 3. *col.* 3. *vers. tamen cum non reperiam de rescript.* Ladere. *cons.* 90. *n.* 1. Rot. in una Tarraconen. coram Justo penes Marches. *de commiss. p.* 1. 20
fol. 306. *n.* 2. et ad ea omnia, quae sunt connexa, et de natura contractus demandati, Rimin. jun. *cons.* 11. *n.* 8. Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 15. *n.* 30. Merlin. *decis.* 17. *n.* 15.

Et licet in contrariam opinionem inclinare videatur Ca- 21
roc. *d. tit. de procurat. quaest.* 2. *n.* 41. *et seq.* tamen loquitur in terminis locationis bonorum minoris, vel ecclesiae, in quibus requiri dictam specificationem tradunt Redoan. et Borguin. *decis.* 45. *n.* 23. *part.* 1. quos ipse allegat, in quibus terminis limitanda est opinio praedicta cum resistat prohibitio legis, quod talia bona libere locentur ad longum tempus. Imo (et hoc comprobabit opinionem, quod sufficiat mandatum generale, ad locandum) in eisdem terminis bonorum minoris tale mandatum ad locandum simpliciter datum, non est prorsus inane, sed ea est differentia inter mandatum speciale ad locandum talem rem tali personae pro tanta mercede et mandatum simpliciter ad locandum, quod stante primo cum solemnitatibus dato, non requiruntur in ipsa locatione solemnitates, secus autem stante secundo, et ratio differentiae est, quia minor non solum potest laedi in eo, quod res potius locetur, quam retineatur, sed etiam in locando potius unam rem, quam aliam, et in quantitate mercedis, in concessione autem mandati simpliciter ad locandum judex his ultimis prospicere non potuit, et ideo necesse est, ut denuo adhibeatur ad hoc, ut de eis cognoscat, Jas. *in l.* 1. *§. item acquirimus num.* 13. *et* 18. *ff. de acquir. poss.* Gratian. *discept.* 409. *n.* 36. Millin. *dec.* 37. *n.* 7. *et* 8. Rot. *decis.* 8. *n.* 5. *part.* 3. *recent.* quae est etiam post Pic. *ad statut. urb. decis.* 5. *n.* 9. *et seqq.*

Et in hoc proposito omnino notandum, quod in tali man- 22
dato procurae ad locandum bona minoris, requiruntur solemnitates statutariae, alias enim sine illis locatio non sustinetur, etiam si procurator in ea facienda illas adhibuisset, quia mandatum est fundamentum contractus a procuratore initi, adeo, ut non subsistente mandato corruat contractus, Tiraq. *de legib. connub. glos.* 5. *n.* 194. Pic. *ad statut. urb. de contract. min. et mul. glos.* 7. *n.* 128. *et seq.* et mandatum ad contrahendum sine solemnitatibus requisitis in contractu non subsistit, Alex. *cons.* 103. *n.* 12. *lib.* 2. cum aliis cumulat. per Pic. *dict. glos.* 7. *n.* 124.

Quod autem dictum est supra ad locandum pro longo tem- 23
pore non sufficere mandatum generale, patitur unam magnam limitationem, quae est, ut non procedat si sit mandatum generale, cum libera, quia requiritur, vel mandatum speciale, vel generale cum libera, Alex. *cons.* 90. *n.* 4. *in fin. lib.* 2. Roland. *cons.* 90. *n.* 40. *lib.* 3. Grat. *cons.* 159. *n.* 7. *lib.* 2. Caroc. *de locat. et cond. d. tit. de procurat. n.* 8. *vers. ampliatur tertio*, Joseph. Ludov. *conclus.* 30. *vers.*
23. Mandatum enim generale cum libera aequiparantur spe- 24
ciali, itaut cum eo expediri possint omnia, quae mandatum speciale requirunt, Alex. *cons.* 22. *n.* 8. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 93. *n.* 6. *lib.* 5. Castil. qui alios refert. *decis.* 74. *n.* 31. Rot. *decis.* 186. *n.* 2. post Cenc. *de cens.*

Non tamen intelligi debet haec facultas concessa per di-

25 etam clausulam cum libera adeo effraenate, ut possit procu-
rator, quodcomque praejudicium facere domino, sed restrin-
gitur, et intelligitur, ut possit facere omnia requirentia man-
datum speciale, quatenus contrahat bona fide, et sine dolo,
ut declaravit Rot. decis. 359. n. 1. penes. Milliu. quae est
etiam decis. 190. n. 1. post Cenc. de cens. non enim dicen-
dum, posse procuratorem sic generaliter constitutum bona
domini dilapidare, Mandel. cons. 791. n. 2. Barz. decis. 125.
n. 18. et hinc forte comprobatur illa opinio Bart. in l. so-
cietatem 77. §. arbitrorum sub n. 25. ff. pro soc. quod in his
terminis contractus celebrati a procuratore non habente
mandatum speciale ad vendendum, pro tanto pretio, non sit
necesse ad hoc, ut contractus possit resciudi, laesionem esse
ultra dimidiam justi pretii, sed sufficere ultra sextam, de
quo dicam aliquid cum loquar de laesione in cap. 18.
26 Potest tamen procurator cum libera locare, habita fide de
pretio, quatenus ex tenore mandati non appareat aliter sen-
sisse dominum, uti diceretur aliter sensisse, si ob certam
causam fuisset datum mandatum, puta, ut solverentur debi-
27 ta domini, tunc enim non posset habere fidem de pretio, Gra-
tian. discept. 329. n. 29. et 30. Rot. coram Cavaler. decis.
18. n. 3. et 4. et in hoc proposito datae facultatis locandi ad
longum tempus ad effectum extinguendi debita, non omit
28 tendum notare, quod non diceretur satisfactum praecepto ex-
tinguendi, si conductor ipsa debita sibi accollasset, ut plene
29 firmatum fuit in Rota coram Bichio decis. 349. n. 16. licet
enim accollatio habeat vim solutionis, ex traditis per Merlin.
30 decis. 543. n. 1. et in recent. decis. 135. n. 23. part. 6. ta-
men hoc procedit, quatenus creditor interveniat, et accolla-
tioni consentiat, alias per simplicem accollationem, eo absen-
te factam, debitor non liberatur, decis. 206. n. 2. post 2.
31 vol. cons. Farin. decis. 26. n. 5. et decis. 238. n. 2. post
Cenc. de cens. at clarum est, quod si procurator in aliquo
excedat fines mandati, corruit contractus in totum, et domi-
nus in nihilo obligatus remanet, l. diligenter 5. in princ.
ff. mandat. Lancell. Gall. cons 53. n. 18. Cyriac. controvers.
378. n. 4. et in terminis mandati ad locandum Alexander.
consil. 1. n. 1. versic. sed praemissis, et 2. lib. 4. et Rota co-
ram Cavaler. decis. 612. n. 20.
32 Poterit autem procurator generalis locare bona, et si sit
cum libera, locare ad longum tempus, quatenus sit generalis
respectu bonorum, et habeat liberam circa ea, quia si esset
generalis ad lites, utique non posset locare bona, etiam si
33 haberet liberam, Caroc. d. tit. de procurat. n. 9 et 10. clau-
sola enim cum libera, et aliae similes in mandatis appositae,
uti consecutivae non possunt ampliare contenta in dispositivis,
sed circa illa continentur, et ad ea restringuntur, Dec. cons.
304. n. 8. Lancell. Gall. cons. 53. n. 22. Seraphin. decis.
831. n. 1. Cavaler. decis. 612. n. 21. Gregor. decis. 584. n.
34 1. et ibi Adden. n. 5. eoque tertius si post datum mandatum
ad aliqua negotia particularia, deventum fuerit ad concessio-
nem facultatibus liberae, cum praecedentibus illis verbis,
de, et super praemissis, vel similibus restrictivis ad negotia
illa, ut per Dec. cons. 493. n. 16. post med. Cavaler. decis.
612. n. 22. Rot. decis. 572. n. 2. part. 1. recent. Nisi forte
agatur de aliis necessario praecedere debentibus, ad hoc, ut
deveniri possit ad negotium demandatum, prout si datum
mandatum ad locandum cum clausulis amplissimis, poterit
utique procurator tractare cum proxeneta, et solvere illi mer-
cedem, ac omnia facere, quae necessaria ad hoc, ut devenia-
tur ad locationem, extenditur enim mandatum ad omne ne-
cessarium antecedens, ut notat Milis in repertorio ver. pro-
35 curator si est constitutus, Rot. decis. 234. n. 5. et 6. part.
8. recent. prout extendi ad consequentia et text. et notat. ibi
Bart. in summar. in l. cogendum 45. §. si procuratori, ff.
36 de procurat. restringitur enim clausula ad concernentia ne-
gotium, non autem ad expressa tantum in mandato circa ne-
gotium, nam tantum operatur libera generalis circa omnia
in genere, quantum libera specialis circa speciem demanda-
tum, Bart. in l. qui Romae 122. §. Callimocus. n. 1. et 2. ff.
de verb. oblig. et in l. procurator. 58. n. 2. ff. de procurat.
Rota coram Seraph. decis. 238. num. 4. facilius si adesset
37 clausula, et alia quaecumque faciendum, quia ampliat fa-
cultatem ultra expressa, Burat. cons. 259. n. 5. et seq. Rot.
decis. 680. n. 5. part. 2. recent.
38 Si autem in mandato concedatur facultas faciendi ea om-
nia, quae facere posset ipse mandans, puta si dictum sit ad
agendum, et administrandum meum patrimonium, et ut fa-
cere possis, quae ego possem si praesens essem, an haec clau-
sula importet liberam, itaut veniant etiam requirentia man-
datum speciale, et sic facultas locandi ad longum tempus, non
conveniunt DD. negativam enim tenuit Jo. Andr. in cap.
ult. n. 5. de dilat. et ibidem Zabarel. n. 1. Fulgos. in l. 1.
n. 6. c. de offic. procurat. Caes. Butr. cons. 19. n. 9. in fin.
et hanc esse communem testantur Barou. quaest. 25. n. 5.
et Barzius decis. Bonon. 125. n. 16. et veriorem, ac magis
communem Seraphin. decis. 1124. n. 3. et veriorem, ac a
Rota servatam Gratian. in decis. March. 79. in addit. n. 3.
At pro contraria stat major numerus, nam etiam tenuit
Bart. in l. procurator, cui generale 58. n. 3. ff. de procu-
rat. et ibidem Ang. n. 2. vers. idem videtur, et Castren. n.
4. Salicet. in l. procurator. n. 3. c. de procurat. ubi Ang.
in fin. Alex. n. 3. Jas. n. 11. vers. adde idem esse. et idem
Jas. in l. 1. n. 12. ubi de comm. ff. de offic. procurat. Caes.
Imol. in cap. fin. n. 2. de dilat. et ibid. Anan. n. 5. Joan. An-
dr. in cap. 1. n. 8. vers. dicit etiam de rescr. in 6. et ibidem
Anchar. in fin. et Archid. n. 2. Franc. in c. qui ad agendum.
§. fin. n. 6 vers. tertio fallit de procurat. in 6. Alex. cons.
133. n. 4. lib. 6. Roman. cons. 94. n. 7 vers. est et secunda
clausula, Ruin. cons. 93. n. 5. et 6. lib. 5. Gemin cons. 129
n. 7. Abb. cons. 18. n. 7. versic. nec obstat si dicatur, Dec.
cons. 493. num. 10. Cravet. cons. 984. n. 9. Brun. cons.
70. n. 36. Surd. cons. 1. n. 35. in fin. Afflict. decis. 305. n.
4. Monter. decis. 38. n 33. et seq. Viv. decis. 34. n. 34.
Castil. decis. 74. n. 32. et hanc esse communem testantur
Mantic. de tacit. lib 6. tit. 16. n. 43. et Franch. March. de-
cis. 693. n. 5. part. 2. et tenuit Rot. coram Veral. decis. ult.
n. 2. part. 2. et coram Mantic. decis. 11. n. 2. et in recent.
decis. 374. n. 36. part. 5.
Videtur itaque ab ista non recedendum, tum quia est ma-
gis communis, tum etiam quia si ponderetur vis praedictorum
verborum, dum continent facultatem faciendi omnia, quae
poterat dominus, utique important etiam facultatem facien-
di locationem ad longum tempus, quam sine dubio ipse do- 39
minus facere poterat, et pro solvenda opinione contraria ani-
madvertebam quod Johannes Andr. antesignanus illius in di-
cto cap. ult. de dilat. loquitur de casu illius text. in quo
dictum erat omnia facere, quae in propria erat persona fa-
cturus, quae verba non sunt adeo ampla, ac verba dictae clau-
sulae, quae facere posset si praesens esset, de qua loquuntur
citati pro secunda, clarum est enim, quod ipse dominus loca-
tionem ad longum tempus facere poterat, at non clarum est,
quod eam esset facturus, unde dicta opinio Johannis Andreae,
et sequacium posset admitti, in casu illo tantum, prout etiam
videtur sentire Adden. ad eumdem in dicto cap. ult. lit. c.
ver. agen. et advertisse etiam Imol. ibidem n. 2. dum ait,
sed certe ibi non fuit talis forma, et comprobatur, ex quo ip-
semet Johannes Andr. in cap. 1. n. 8. vers. dicit etiam de
rescr. in 6. in terminis facultatis faciendi, quae ipse domi-
nus facere posset, aperte sequitur contrariam opinionem, ut
videlicet sufficiat, ad ea, quae requirunt mandatum speciale.
Praeterea prima opinio utique non procederet si expres- 40
sum aliquid mandatum speciale requirens, puta si dictum es-
set ad vendendum, et omnia alia, quae ipsemet facere posset,
tunc enim clarum est, quod posset, etiam locare ad longum
tempus, ut dictum est supra, et probant Zabar. in dict. cap.
fin. n. 1. in fin. de dilat. Put. decis. 106. n. 1. lib. 2. Man-
tic. decis. 11. n. 2.
Idemque esset, si aliquid mandatum speciale requirens es- 41
set exceptuatum in eodem mandato cum dicta clausula datu,
quia hinc quoque posset deprehendi, et tutius dici, quod in
reliquis voluit dominus procuratorem habere sufficientem po-
testatem, ut consideratur per Caroc. tit. de procurat. n. 8.
exceptio enim firmat regulam in omnibus aliis casibus non 42
exceptis, l. quaesitum. §. denique ff. de fund. instr. Dec.
cons. 605. n. 6. Rot. decis. 168. n. 5. part. 2. divers.
Clausulam quoque rati, etc. seu promittens ratum, gratum, 43
etc. importare liberam facultatem docuit Bart. in l. procu-
rator. 58. n. 4. ff. de procur. quem alii sequuti sunt et si-
gnanter Rot. coram Seraphin. decis. 238. n. 4. sed in hoc
communis est in contrarium, ut testatur Jas. in l. 1. n. 21.
ff. de offic. procurat. Caes. et in l. transactionis n. 8.
c. de transact. dicens etiam Bartholum plures illo dicto fe-
fellisse, et hanc tenuit Imol. in cap fin. n. 7. vers. an au-
tem constitutus de dilat. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 16.
n. 21. Marta de claus. part. 1. claus. 103. n. 1. vers. con-
trarium tenet, Caroc. tit. de procurat. n. 11. ubi loquitur
ad nostrum propositum, et dicit hanc veriorem, et magis
communem Cyriac. controv. 278. n. 56. et seq. Rot. decis.
374. n. 35. part. 5. recent.

44 Quod autem dictum est, procuratores cum libera posse lo-
care ad longum tempus utique procedit regulariter, at quan-
doque obstat aliqua prohibitio respectu bonorum constituen-
tis, et tunc non poterit, uti si essent bona emphyteutica, vel
aliter alienari ipsi constituenti prohibita, quia si dominus
non habet facultatem ea alienandi, utique, nec potest eam
alteri dare, cap. nemo de reg. jur. n. 6. et in proposito man-
dati ad locandum, Borgnin. de usufr. n. 176. ad med.
45 Item in mandato officialium, et repraesentantium universi-
tatum tacite videtur inesse libera, Adden. ad Bart. in l. pro-
46 curator 58. in 1. addit. ff. de procurat. Barbos. de potest.
episc. allegat. 133. n. 26. quatenus tamen agatur de commu-
nitatibus habentibus jurisdictionem, seu territorium, alias
enim secus est dicendum, ut post Glos. et Bald. in l. item
magistri, ff. de pact. tradit, et veriorem, ac tenendam opi-
nionem dicit Scapuccin. de sing. success. lim. 6. n. 3. ubi
exemplificat in universitatibus, et scholarium, et artium, et
dicit, quod non possent facere aliquem contractum praeju-
47 dicialem absque mandato speciali, et tamen praedicti officia-
les possunt quidem locare ad breve tempus ad instar tutorum,
Peregrin. de fideicom. artic. 40. n. 98. sed non possunt li-
bere, et indistincte locare ad longum tempus, sed tantum si
servatae sint solemnitates necessariae in alienatione rerum
universitatum, vel in ipsa constitutione procuratoria, vel in
actu locationis, ut dictum est supra de procuratore constituto
e tutore, eadem ratione, quod constituentes non valent dare
dictam facultatem de se, quam ipsi non habent.
48 Sunt autem solemnitates necessariae in alienatione rerum
universitatis expressae in l. fin. c. de vendit. rerum ad ci-
vit. pertin. lib. 12. videlicet. Primo quod interveniat major
pars possidentium bona. Secundo, ut jurent credere utile es-
se. Tertio subhastatio. Quarto decretum judicis, late Surd.
cons. 28. n. 82. Morot. cons. 63. n. 6. et seq. quibus addi
potest, et alia licentia principis, quatenus universitas sit sub-
dita, Ceval. com contr. com. q. 749. n. 36. et seq. Cenc. de
cens quaest. 23. n. 16. ubi refert etiam tenentes contr. sed
addit, quod haec est omnino tenenda in statu ecclesiae ob ex-
pressam constit. Clement. 8. quae est notoria Bulla nuncu-
pata de bono regimine, et talis licentia alias solemnitates non
supplet, sed cumulative cum eis requiritur Cohel. ad dictam
Bullam de bon. regim. cap. 32. n. 25. Rot. decis. 73. n. 19.
part. 5. rec. et in Bononien. census 11. maii 1663. §. fin.
post med. coram Albergato, quae est hodie decis. 62. part.
14. rec.
49 Requiruntur autem praedictae solemnitates in locatione ad
longum tempus, quia in quacumque alienatione sunt neces-
sariae, Surd. d. cons. 28. n. 86. Gratian. discept. 933. n. 14.
50 Sic quoque praelatus dicitur habere in bonis ecclesiae man-
datum cum libera, Gratian. decis. March. 79. n. 8. Barbos.
qui fortius idem de visitatore generali sentit de potest. episc.
alleg. 133. n. 23. et seqq. et idem de tutore in bonis pupil-
51 li, Jas. in l. a Divo Pio, §. sed si emptor. n. 9. ff. de re jud.
Rota coram Caval. decis. 18. n. 1. et tamen isti non possunt
libere locare ad longum tempus, prout separatim de eis vide-
bimus, et ex ibi tradendis argui poterit ad omnes alios simi-
les administratores a lege datos, sicut ex supra traditis infer-
ri potest ad omnes administratores deputatos ab homine, et si
quis magis in specie videre cupit loquentem de singulis adest
Caroc. hoc tract. de locat. et conduct. penes quem titulos
particulares de eis reperiet.
52 Est tamen pater, qui in bonis filiorum majorem auctori-
tatem, quam alii administratores a lege dati habet, et in spe-
cie, quam tutor in bonis pupilli, Jas. in l. filius familias. 9.
n. 9. ff. qui satisdar. cog. Pinel. in l. 1. part. 2. n. 67. in
princ. ubi quod longe majorem, Cravet. cons. 74. n. 1. post
med. Pascal. de patr. potest. part. 1. cap. 2. n. 2.
53 Habet autem pater administrationem bonorum filii, etiam-
si ipsi filio dati sint curatores, quia censentur dati cumula-
tive, nisi verba deputationis eorum sint talia, quae non ad-
mittant concursum in administratione, Rot. decis. 547. n.
6. et 7. part. 4. in recent. Quod tamen non procedit in spi-
54 ritualibus, et eis annexis, uti sunt beneficia, quia in eis pa-
ter administrationem non habet c. fin. de jud. in 6. Gigas
cons. 14. n. 3. Rot. decis. 571. n. 1. part. 4. recent. et idem
55 est in aliis, in quibus pater non habet usumfructum, Cancer.
var. part. 3. cap. 21. n. 69. Gregor. decis. 334. n. 6. et ibi
Adden. vel saltem in istis non habet administrationem le-
56 gitimam, licet habere possit dativam, Bursat. cons. 133. n.
31. et seqq. et maxime si filius sit infans, tunc enim per-
57 mittitur patri administratio, etiam si non habeat usumfru-
ctum, quando non est administratione privatus ex dispositio-
ne hominis Bursat. d. cons. 133. n. 31. Franc. decis. 40. n.
8. Mastril. decis. 69. n. 8. et 9. Rot. decis. 103. n. 16. part.
6. recent.
Potest igitur pater, quando est legitimus administrator bo- 58
norum filii illa locare ad longum tempus absque decreto ju-
dicis, aliave solemnitate, seclusis statutis, quia lex de eo con-
fidit, Marsil. sing. 498. Natt. cons. 179. n. 7. Tiraq. in l. si
unquam, c. de revoc. donat. in praefat. a n. 20. ad 30.
Mascard. de probat. conclus. 1154. n. 18. Seraph. decis. 940.
n. 7. quatenus tamen habeat usumfructum alias requiritur 59
decretum, et ratio diversitatis est, quia tunc magis confidit
lex de patre, quando cum affectione erga filium concurrit,
etiam proprium interesse in bonis propter usumfructum, Ti-
raq. ibidem n. 29. ad fin. Rot. coram Gregor. decis. 334. n.
6. et 7. et quatenus adsit legitima causa, puta aeris alieni, 60
prout requiri voluerunt Azor. in sum. ad rubr. c. de bonis
quae lib. n. 12. Simoncel. de decret. tit. 8. n. 2. et seq. Castil.
de usufr. cap. 3. n. 71. ubi de com. et verior. et his concur-
rentibus poterit dictam locationem libere facere in suis casi-
bus, etiam si filius sit minor Surd. cons. 451. n. 20. post med.
et seq. Covar. var. lib. 5. cap. 8. n. 6. Afflict. decis. 393. n.
1. et 2. quamvis latius distinguant, alii relati per Adden. ad
Gregor. decis. 334. n. 12. et in specie de locatione bonorum
filii facta per patrem, quod sustineatur absque difficultate,
si ad modicum tempus, si autem ad longum non ita, nisi con-
ductor doceat eam factam fuisse ex causa necessaria, vel tam
utili, ut a filio non possit retractari, firmavit, late Pinel. in l.
1. c. de bonis mater. n. 63. et 64. quem sequutus est Bor-
gnin. de usufruct. n. 176. prope fin. et Caroce. de locat. tit.
de patr. potest. ubi n. 5. posse etiam emphyteusim dare res
ruinosas, steriles, et terrulas, quae in ecclesiasticis quoque alie-
nari possunt, tales enim alienationes uti ex causa evidentis
utilitatis sustinebuntur etiam juxta sensum Pinelli.
Causa autem praedicta erit probanda a conductore, alias 61
enim filius habet regulam pro se, quod pater alienare non
possit, l. 1. c. de bon. matr. et sic intentionem suam in se
fundatam, Simoncel. de decret. tit. 8. n. 4. Castil. de usufr.
cap. 3. n. 69. ad med.
Creditor quoque praedia sibi obligata ex causa pignoris 62
locare recte potest, ut dicit text. in l. creditor 23. ff. de pi-
gnor. et de immissu auctoritate judicis in possessione rei sibi
pignoratae, Statil. Pacif. de Salviano inspect. 4. cap. 1. num.
151. et potest talem locationem facere etiam ipsimet debito- 63
ri rei domino, ut per illum text. notat Bart. in l. cum et sor-
tie. §. fin. ff. de pignor. act. et mirabile esse dicit Negusan.
de pign. part. 3. membr. 1. n. 31. vers. secundo declara, et
aliis adductis tradit etiam Caroce. de locat. tit. de credit. q.
1. n. 3. vers. ampliatur.
Imo non solum potest creditor locare, sed tenetur, ut ha- 64
betur in l. in venditione 8. §. si quis fructus, ff. de bon. au-
ctor. jud. possid. alias, si locare potuit, et non locavit, tene-
tur ad fructus, quos percipere potuisset, et non percepit cul-
pa sua, Lup. de usur. comment. 3. n. 136. Statil. de Salvian.
inspect. 4. cap. 1. n. 151. Scappeccin. de Salvian. lib. 3.
quaest. 9. n. 2. Surd. decis. 270. n. 8. Rot. coram Bichiu de-
cis. 504. n. 17.
Requiritur tamen, quod omiserit locare per dolum, vel 65
culpam latam, alias de levi non tenetur, juxta text. in d. l. in
venditione, §. si quis fructus post med. et ibi gloss. in verb.
ex culpa, quod tamen intelligitur de creditore immisso au-
ctoritate judicis, de quo loquitur ibi text. nam retinens pi-
gnus conventionale, tenetur etiam de levi, Negusan. de pi-
gnor. part. 5. membr. 5. n. 5. Monach. decis. Bononien 58.
n. 13. et sensit Rot. in Anconitana bonorum 26. junii 1619.
§. quia quidquid sit coram Pirovano.
Et licet, ubi creditor potest locare, et non locat, dicatur in
culpa lata, et dolo, ac proinde teneatur, etiam si auctoritate
judicis sit immissus, ut tenet glos. in d. ver. ex culpa. Bart.
in l. 2. c. de pignor. act. Malvas. cons. 66. n. 15. Negus. d.
part. 5. membr. 5. n. 6. ad med. tamen hoc casu erit pro-
bandum, quod talem occasionem habuerit locandi, et nolue-
rit locare ad convincendam ejus culpam, et declaravit Rot. in
d. Anconitan. bonor. alias enim sine tali probatione omissio
locationis est culpa levis, Monac. decis. Bonon. 58. n. 13.
Verum, quia text. in d. l. in venditione, §. si quis fructus, 66
ff. de bon. auct. jud. possid. non dicit simpliciter, et absolu-
te, quod creditor immissus locare debeat, sed dicit, quod,
vel vendere, vel locare debet, id est, vel vendere fructus, vel
locare praedium, ut explicat ibi Bart. sub n. 5. sequitur,

quod neque absolute dici potest eo ipso, quod non locat,
convinci ejus dolum, sed solum quatenus nec locet, nec ipse
fructus percipiat, et vendat, et utrumque expresse requirit d.
gloss. ibi in *ver. ex culpa*, et sequitur Negus. *d. part.* 5.
memb. 5. *n.* 6. *ad med* sed quid dicendum erit si constet lo-
care potuisse, et elegisse potius fructus percipere, et vendere,
et ita minorem summam retraxisse, quam si locasset, an te-
neatur pro summa majori, quam locando retrahere potuisset?
et affirmativam probat text. *in l. praetor ait* 9. *§. est prae-
terea, vers. in eum quoque, ff. eod. tit.* de *bon. auct. jud.
possid.* quem allegat d. gloss. *in ver. ex culpa*, quae propte-
rea juxta ipsum text. quem allegat intelligi potest, ut convin-
catur dolus creditoris si non locat, nec fructus eosdem, quos
mediante locatione percipere potuisset percipit, at videtur
convinci tantum praesumptive ita ut quatenus aliunde con-
stet, quod creditor bona fide omiserit locare ei non imputan-
dum sit, quia alias non esset verum dicere eum non teneri
nisi ex dolo malo, prout non teneri dicit expresse text. in ip-
sa *leg. ex venditione, §. si quis fructus post med. ff. de bon.
auct. jud. possid.*

67 Teneturque creditor non solum locare praedia, sed etiam
jumenta, et caetera, quae locari possunt, ut expresse, habe-
tur *in dict. l. in venditione* 8. *§. si quis fructus*, ibi puta
mercedes servorum, vel jumentorum, caeterorumque, quae
possunt locari, *ff. de bon. auct. jud. possid.*

68 Verum hoc indistincte procedit in creditore immisso au-
ctoritate judicis, de quo loquitur ibi text. at creditor habens
in pignus conventionale rem mobilem non potest eam locare,
69 ut docet glos. *in d. l. creditor* 23. *ff. de pignor.* qui enim
pignus accepit, et eo utitur, vel in alium usum transfert, quam
cujus gratia datum est, furtum committit, *§. furtum autem
fit. instit. tit. de oblig. quae ex del. nasc.* quod dici nequit
de re immobili, in qua furtum non committitur, gloss. *in §.
furtum est ver. rei instit. eod. tit.*

70 De semoventibus autem datis in pignus, quod possit cre-
ditor eis uti, et sic illa locare, et de operibus, ac mercede,
quod supererit deductis expensis in pignore factis restituere
teneatur domino, aut in excomputationem sui crediti impu-
tare est text. *in l. cum pignoris. c. de pact. pign.* et ibi no-
71 tat Bald. Alex. *in l. si servos, ff. de pignor. act.* Negus, *de
pign. part.* 7. *membr.* 3. *n.* 17. Caroc. *de locat. tit. de cre-
ditore n.* 1.

Ratio differentiae cur mobilia non possint locari a credito-
re, secus autem semoventia, et stabilia, reddi potest ex veri-
72 simili voluntate debitoris ea in pignus dantis, quia mobilia
usu consumuntur, semoventia vero, et stabilia otio pejora
fiunt, ut advertit gloss. *in d. l. creditor* 23. *ff. de pignor.*

De creditore autem succedente debitori, an per locationem
rei haereditariae censeatur adire haereditatem dicam *capit.*
27. *de affectib. locat. quaest.* 11. *in secunda limitatione.*

De tutoribus, et curatoribus, an, et quando locare possint res pupillares, et minorum.

SUMMARIUM.

1. Tutores, et curatores locare possunt res pupillorum, et minorum.
2. Tutores, et curatores, ut locare possint ad longum tempus requiruntur solemnitates.
3. Pupillus in infantili aetate existens non requiritur, quod interveniat contractui de re sua.
4. Pupillus major infante, an necesse habeat intervenire contractui.
5. Tutor locare potest absque interventu pupilli, et curator sine interventu minoris.
6. Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.
7. Pupillus major infante necesse habet intervenire actui gesto per tutorem, vel curatorem solum in certis casibus.
8. Solemnitates requisitae in contractu minoris sunt necessariae etiam si contrahat cum interventu curatoris.
9. Tutor si solus locet absque interventu pupilli non tenetur servare solemnitates statutarias, si statutum loquatur de persona minoris, secus si considerat alienationem bonorum.
10. Mulier tutrix an teneatur servare solemnitates a statuto requisitas in contractu mulieris si tutorio nomine locet, et n. 11. 12. et seqq.
13. Mandatum legis exercere non potest is, qui negotia propria administrare non valet.
14. Tutor gerens male negotium pupilli tenetur de eo.
15. Mulier tenetur servare solemnitates statutorias semper, ne laedi potest.
16. Solemnitates adhibitae in concessione facultatis gerendi certum actum, non sunt reiterandae in actu illi secus si adhibitae in concessione facultatis generalis.
17. Mulier tutrix an teneatur servare simul solemnitates requisitas in contractibus mulierum, et requisitas in contractibus minorum.
18. Tutor si locet postquam pupillus excessit pupillarem aetatem, an sustineatur contractus.
19. Tutela per excessum pupillaris aetatis illico expirat.
20. Tutor si postquam pupillus excessit pupillarem locet sine dolo valet locatio.
21. Tutores post pubertatem de generali consuetudine continuant administrare.
22. Tutela licet expiret per pubertatem pupilli, tamen officium tutoris non finitur nisi redditis rationibus, vel dato curatore.
23. Rector civitatis expectans successorem durat etiam post tempus suae deputationis.
24. Tutor si locet ante confectum inventarium valet locatio.
25. Decl. procedere quo ad utilitatem pupilli, non autem quoad ejus damnum.
26. Tutor praesumitur confecisse solemnia dum publice pro tutore se gessit.
27. Tutores si plures sint adhuc unus solus locare potest, nisi aliud expresse sit cautum in deputatione.
28. Pupillus tenetur stare locationi factae a tutore etiam finita tutela.
29. Ampl. etiam in locatione ad longum tempus si facta cum solemnitatibus.
30. Emens a pupillo non tenetur stare locationi factae a tutore quamvis tutor obligaverit rem pro manutentione.
31. Pupillus finita tutela tenetur stare locationi factae a tutore tantum, si tutor locavit, ut potuit, et debuit.
32. Fraus non praesumitur, et quomodo probetur.

CAPUT VIII.

Tutores, et curatores locare possunt res pupillorum, vel mi- 1
norum, *l. penult. c. quando ex facto tutor. §.* 1. *instit. tit. de
auctor. tut.* At hoc intelligitur, quod locare possint libere ad 2
modicum tempus, non autem ad longum, quia ad longum
tempus locare nequeunt, nisi cum decreto judicis requisito
in alienationibus bonorum pupillarium, vel minorum, Pinel.
in l. 1. *part.* 3. *n.* 64. *c. de bon. mater.* Morot. *resp.* 38. *n.*
1. Montan. *de tutel. cap.* 33. *n.* 387. ubi de comm. Monac.
decis. Bonon. 44. *n.* 2. *et seqq. usque ad* 8.

Dubitari tamen potest primo, an tutor possit locare de se
solus, an vero debeat locare pupillus cum auctoritate tuto-
ris, et sic minor cum auctoritate curatoris, et praemisso,
quod quatenus pupillus sit in infantili aetate, clarum est, 3
eum non posse contrahere, minusque requiri, quod contra-
ctui interveniat, ut plene firmat Monac. *decis. Bonon.* 44.
n. 9. ubi est major infante, an debeat ipse contrahere, vel 4
saltem ejus praesentia requiratur in contractibus ad eum
spectantibus, est materia valde confusa, ut dicit Mandel. *cons.*
205. *n.* 39. et 62. ubi quod propterea nil mirum si doctores,
etiam magni nominis loquendo de ea incidenter erraverint,
et opinionem affirmativam tenuerunt signanter Castren. *in
l. tutores n.* 5. *c. de procurat.* Soccin. sen. *cons.* 24. *n.* 45.
lib. 1. Peregr. *cons.* 74. *n.* 3. *lib.* 3. Rot. *decis.* 470. *n.* 11.
par. 9. *et decis.* 179. *n.* 11. *par.* 10. *recent.* Verum, quid- 5
quid sit in aliis contractibus, locatio licet possit fieri a pu-
pillo auctorante tutore, ut habetur *in dict. §.* 1. *instit. de
auctor. tut.* adhuc potest etiam fieri a tutore sine pupillo,
vel curatore sine adulto, ut est text. clarus *in d. l. penult. c.
quando ex fact. tutor.* et tradit Monac. *decis. Bonon.* 44. *n.*
2. et sensit Morot. *respons.* 38. *n.* 1. ubi loquitur de locatio-
ne facta a tutore, dum pupillus erat proximus pubertati, ut
habetur in eodem *cons.* *n.* 7. et dicit pupillum ei stare de-
bere, seclusa tamen fraude tutoris, finita tutela, et sentiunt
alii idem tenentes, quos referam infra *n.* 31.

Et quia forsan objici posset *d. l. pen.* et dd. praedictos in-
telligendos esse de locatione ad modicum tempus, et ideo re-
manere dubium in locatione ad longum tempus, et maxime,
quia ista uti alienatio affert majus praejudicium pupillo, ad-
hus, et in ista crederem idem esse dicendum, uno, omisso,
quod d. lex non distinguit, et ubi lex non distinguit, nec 6
nos distinguere debemus, *l. praeses* 3. *ad fin. et ibi glos.
ver. nec distinguitur, ff. de offic. praesid.* cum aliis ad-
duct. per Cyriac. *contr.* 254. *n.* 54. *et seq.* in puncto juris 7
verius videtur, quod etiam in alienationibus bonorum, qua-
tenus fiant a tutore cum aliis solemnitatibus necessariis, prae-
sentia pupilli non sit necessaria, etiam si sit proxima pu-
bertati, prout plenissime firmat, quaecumque objecta diluen-
do Mandel. *d. cons.* 205. *per tot.* ubi ostendit casus speciales,
in quibus dicta praesentia requiritur esse tres. qui reducun-
tur ad unum, nempe ubi agitur de haereditate adeunda,
vel repudianda, sive delata sit directe, sive per fideicommis-
sum, ut videre est signanter *n.* 6. *n.* 12. *et n.* 55. in reliquis
autem nunquam dictam praesentiam esse necessariam, et
idem tenet Cost. *de rata q.* 111. *n.* 7. nec turbat auctoritas
Rotae, quam semper veneror in contrarium adducta, quia
ipsamet istam quoque opinionem amplexa est *in decis.* 284.
n. 4. *part.* 9. *et decis.* 39. *n.* 8. *part.* 11. *recent.* ubi de cu-
ratore contrahente loquitur.

Secundo dubitari potest circa solemnitates passim requisi-
8 tas per statuta iu contractibus minorum, an eas servare teneatur tutor, quando locat bona pupilli, vel curator, quando locat bona minoris, et quando tutor non locat ipse de per se, sed auctorat pupillo locanti, juxta §. 1. *inst. de auctor. tut.* res videtur magis clara, quod solemnitates praedictae sint ser-
9 vandae, itaut si statutum requirat interventum duorum proximiorum minoris, et in eorum defectu deputari illi curatorem, si minor habeat suum curatorem, adhuc intervenire debeant contractum illi duo proximiores, et quatenus illi deficiant deputandus sit alius curator particularis, qui una cum curatore generali contractui intersit, ut censuit Rota post Pie. *ad stat. urb. decis.* 49. *n.* 8. et penes Cavaler. *decis.* 257. *n.* 7. *vers. advertebant etiam*, et facit quoque ad rem *decis.* 179. *n.* 11. et 12. *part.* 10. *recent.* At quatenus tutor vel curator ipse de per se locet major est difficultas, nam quod adhuc praedictae solemnitates statutariae sint necessario servandae, probant Paris. *cons.* 98. *n.* 34. *et seqq. et cons.* 99. *num.* 35. *et seqq. lib.* 1. Gabr. *consil.* 36. *num.* 24. *lib.* 1. Cavalcan. *de tut. num.* 130. Simoncel. *de decret. lib.* 2. tit. 6. *num.* 16. Pie. *stat. urb. glos.* 7. *num.* 148. Scapuccin. *de singul. success. ampliat.* 9. *num.* 4. *et* 5. contrarium vero quod nempe solemnitates non sint necessariae tenuit Angel Aret. in §. *haeres* n. 7. *instit. de oblig. quae ex quasi contr. nasc.* Alex. *cons.* 189. *n.* 16. *lib.* 7. Cephal. *cons.* 316. n. 35 *et cons.* 579. n. 6. Simon. de Pret. *cons.* 10. *n.* 39. *lib.* 1. Fachin. *cons.* 44. n. 2. Felic. *de societ. cap.* 39. *n.* 59.

Verum tamen est, quod perpensis diligenter dictis praedictorum dd. deprehenditur eos conciliari posse, et utramque opinionem esse veram, et in diversis casibus procedere, primam nempe in casu, quo statutum tantum intendat dare formam contractui, qui celebratur super re minoris, seu quando statuentes principaliter consideraverint rem minoris, super qua contrahitur, tunc enim semper militat statutum, et ejus intentio, sive contrahat minor, sive tutor, vel curator, et in his terminis loquitur Paris. *dd. cons.* 98. *et* 99. *lib.* 1. contrarium vero quando intentio statuentium ert providere fragilitati personae ejusdem minoris, tunc enim, quia talis ratio cessat, ubi non contrahit, minor, sed tutor, cessare etiam debet, statuti dispositio, ut loquuntur Angel. Aretin. et Alex. *in loc. supr. cit.* et ita etiam, quod aut statutum loquitur in rem, et debeant servari solemnitates etiam per tutorem, aut loquitur in personam minoris, et secus sit dicendum post Ruin. *in l.* 1. §. *item acquirimus*, *ff. de acquir. poss.* loquentem in similibus terminis distinguit, et cum hac distinctione intelligendos esse dd. contrarios asserit Fachin. *d. consil* 44. *n.* 2. *lib.* 2.

10 Tertio dubitari potest, quid e contra si ipse tutor non possit contrahere in rebus suis absque solemnitatibus, puta adsit statutum dans certam formam contractibus mulierum, utrum si mulier sit tutrix, et locet tutorio nomine bona pupilli solemnitates illas servare teneatur, et haec pariter quaestio habet hinc inde suos sectatores, nam pro affirmativa sunt Cumen. et Jac. a Puteo in *l. apud Julianum* §. 1. *ff. ex quib. caus. in poss. eat.* quos refert, et sequitur Alciat. *de praesumpt. in praesumpt.* 52. *reg.* 1. *n.* 4. *ad med. et seq* ubi ulterius revocat in dubium an stante simili statuto mulieres reddantur inhabiles tutelae et curae gerendae, Tiraq. *de legib. connub. glos.* 5. *n.* 176. Cassan. *ad consuet Burgund. rubr.* 4. §. 1. *in ver. contract. entre les ves. limit* 2. *vers. sed nunc et limit.* 4. *vers. et intellige*, et late Pie. *ad statut. urb. glos.* 7. *n.* 135. *et seqq.* Rot. cor. Millino *decis* 37. *n.* 7. *et* 8. contrarium vero, quod mulier hoc casu solemnitates praedictas adhibere non debeat, probant signanter Jas. *in l more n.* 51. *vers. sed Raphael. ff. de acq. haered* Cephal. *cons.* 579. *n.* 6. Gabr. *cons.* 29. *n.* 46. *lib.* 2. Marant. *in praxi part.* 4. *distinct.* 16. *n.* 37. Via. *opin.* 796. *n.* 28. Scacc *de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 502. Rot. *decis* 106. *n.* 16. *part.* 5. *recent.*

11 At istae quoque opiniones videntur posse conciliari cum praecedenti distinctione, ut videlicet, aut statutum prospicit fragilitati mulierum, et loquitur in personam earum, et solemnitates semper, ac ipsae contrahunt servari debeant, quia semper militat eadem ratio, aut prospicit earum bonis, et tunc secus sit dicendum cum non locant bona propria, militat enim eadem ratio in quaestione ista, ac in praecedenti, et valet argumentum de una ad aliam, secundum Parir. *cons.*
12 98. *n.* 36. *et* 37. *lib.* 1. At tutius sine dubio erit adhaerere primae, ut videlicet omnino serventur solemnitates praedictae,

Pacioni

quae videtur etiam verior, tum quia si mulier declaratur per statutum inhabilis ad gerendum libere sine illis solemnitatibus negotia propria utique nec reputari debet habilis ad gerendum aliena, maxime dum non agitur de negotiis demandatis ab eo, cujus sunt, cui propterea dici possit tibi imputes, si talem ministrum elegisti, sed de demandatis a lege defe-
rente tutelam mulieribus, et signanter matri, et aviae, man- 13
datum enim legis exercere non potest is, qui propria negotia administrare non valet, ut per text. in *l. ult. c. de legit. tut.* cum concordan. dicit Petr. Foller. in addit. ad Marant. *dicta part.* 4. *distinct.* 16. *n.* 39. *vers. item limitat. secundo*, tum etiam, quia tutrix gerendo negotium pupillare a-
git etiam de proprio interesse, et in eo laedi potest, cum male 14
gerens negotium pupilli, cujus est tutor teneatur de suo, *l. si tutoris*, ubi Bald. et Salicet. *c. de admin. tut.* cum aliis adductis per Pie. *ad statut. urb. d. glos.* 7. *n.* 144. *et* 145. et
ubicumque mulier ipsa obligatur, et laedi potest servari de- 15
bent solemnitates quocumque nomine contrahat Foller. in praecitat. addit. ad Marant. et admittit Scacc. *de judic. d. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 505. Pie. *dict. glos.* 7. *n.* 144. *et seqq.*

Nec dicatur, quod ubi decernitur solemniter a judice tu-
tela mulieri ipsa declaratur ex tunc habilis ad gerenda nego- 16
tia, itaut cesset necessitas adhibendi denuo solemnitates in negotiis ipsis, quia respondetur, quod quando quis deputatur cum decreto judicis ad faciendum certum negotium particulare, tunc quidem cessat necessitas adhibendi denuo solemnitates in negotio illo, at ubi, quis deputatur non ad certum actum, sed generaliter ad negotia, prout deputatur tutor, vel curator, tunc quantumvis in tali deputatione adhibitum fuerit decretum, et solemnitates, non cessat necessitas illa quoque adhibendi in actibus particularibus illas requirentibus Jas. in *l.* 1. §. *item acquirimus n.* 13. *et* 18. *ff. de acquir. poss.* Tiraquel. *de leg. connub. glos.* 5. *n.* 198. Lamberteng. *de contract. glos.* 20. *n.* 4. et optime Rot. cor. Millino *decis.* 37. *n.* 7. *et* 8.

Huic autem opinioni utique certius erit adhaerendum si 17
tutrix non deberet adhibere alias solemnitates in contractibus minorum requisitas, quidquid sit e contra, si videlicet statutum requirat duos consanguineos, tam in contractibus minorum, quam in contractibus mulierum, an mulier, quae contrahit, tamquam tutrix, et adhibet duos consanguineos requisitos in contractu minoris, adhibere debeat etiam duos alios requisitos in contractu mulieris, et sic quatuor consanguineos in quo dubio in terminis statuti urbis affirmativam tenet Pie. *in dicta glos.* 7. *n.* 146. negativam vero Scacc *de judic. d. l.* 2. *cap.* 2. *n.* 504.

Quarto dubitari potest si tutor postquam pupillus excessit 18
annum decimum quartum non obtenta confirmatione in curatorem, neque reddita ratione administrationis tutelae, et liberatione continuans de facto administrare locaverit bona pupilli; an talis locatio valeat, et videbatur dicendum, quod
locatio esset nulla, et saltem adultum ei stare non adstringe- 19
ret, eo quia tunc tutor desiisset esse tutor, et sic nullam amplius auctoritatem haberet, cum tutela per excessum illius aetatis illico expiret, §. 1. *inst. quib. mod. tut. finit.* ubi dd. et signanter Aretin. *n.* 2. pondera adverbium illud, *illico*, importans ipso jure absque hominis facto, et quod gesta per tutorem, postquam pupillus excesserit aetatem pupillarem sint nulla, Angel. *cons.* 49. n. 2. Cravet. *cons.* 879. *n.* 3. *et*
seqq. Menoch. *cons.* 314. *n.* 16. *vers. extat, et alia*, sed con- 20
trarium, seclusa tamen semper fraude, et dolo tutoris, dicendum est per text. *in l. si ii qui te* 4. *c. quando ex fact. tut.* ubi habetur, quod ex tali locatione datur actio adulto adversus eum, qui fuit tutor ac etiam contra successorem conductoris, et per eum tex. ita censuit Rota Bonon. penes Monac. *decis.* 45. *n.* 4. ubi respondendo contrariis dicit procedere, ubi non agitur de simplici locatione, sed de alienatione, et comprobari potest resolutio, quia locatio ad modicum tempus est administratio, ut annuit ibidem dicta decisio, et dixi supra *in cap.* 4. et qui fuerunt tutores post pubertatem, de generali consuetudine continuant administrare bona 21
puberis, usque ad legitimam aetatem, ut testatur Gayll. *observat.* 96. *num.* 1. *lib.* 2. et ibidem Greve. Montan. *de tutel. cap.* 37. *reg.* 1. *n.* 86. et est juri conformis talis
consuetudo, licet enim per pubertatem tutela finiatur, tamen 22
officium tutoris non finitur nisi redditis rationibus, vel curatore dato, *l. ita autem.* 5. §. *post. completum*, et in *l. a tutoribus* 34. §. *officium*, *ff. de admin et peric. tut.* Fab. *in cod. lib.* 5. *tit.* 29. *def.* 2. et bene Cancer. *var. part* 1. *cap.* 7. *n.* 24. *et* 25. *et n.* 145. *et part.* 3. *cap.* 1. *n.* 233. *et* 234.

ubi post Alberic. *in l. un c. ut caus. post puber. adsit. tut.*
23 inquit durare tutorem post pubertatem antequam sit datus curator pupillo, non secus, ac durat rector civitatis expectans successorem, de quo, quod duret ejus officium etiam si expiraverit tempus, pro quo fuerat deputatus, est text. *in l. meminisse, ff. de offic. procons.* et tradunt Aldobrandin. *cons.* 83. *n.* 8. *lib.* 2. et Bertazol. *cons. crimin.* 71. *n.* 58. *lib.* 1. facilius autem procederet opinio praedicta, quod adultus tenetur stare locationi factae post decimum quartum annum, si essent plures fratres condomini, quorum aliqui adhuc in pupillari, et sub tutela locantis existerent, ut in dicta decis. Rotae Bonon. apud Monac. 45. *n.* 5. *et seqq* ea ratione, quia locationi factae ab uno ex sociis tenentur alii stare, ut dicam infra *cap. proximo.*

24 Quinto pariter dubitari potest quid e contra, si tutor datus ante confectum inventarium, et alia solemnia locasset, et valebit locatio, quia tutor ante confectionem inventarii, et aliorum solemnium est tutor, licet sit suspectus, Bart. *in l. tutor. qui repertorium* 8. *n.* 7. *vers. contrarium puto, ff. de admin. tut.* Eugen. *cons.* 19. *n.* 16. *lib.* 1. *dec.* 89. *num.* 8. *part.* 2. *divers.* et coram Gregor. *decis.* 31. *n.* 4. *et seqq.* ubi quod eo magis per eum gesta sustinentur si publice administrabat, et pro tutore, se gerebat, et dixit etiam Rota in una Ravennaten. bonorum 7. junii 1666. §. fin. coram Emi-
25 nentissimo D. meo Card. Carpineo, sed haec conclusio patitur magnam limitationem, ut procedat, quoad utilitatem, et commodum pupilli, non autem, quoad damnum ipsius, Alex. *cons.* 163. *n.* 3. *ad fin. et seq. lib.* 5. Rota coram Gregor *dec.* 530. *n.* 4. *et dec.* 3. *n.* 12. *par.* 6. *et dec.* 178. *nu.* 12. *par.* 9. *recent.* et in romana societatis 15. martii 1658. §. non obstat, quod, et 24. novembris 1659. §. Primo, quia, coram
26 Eminentissimo D. meo Cerro. Allegans tamen tutorem solemnia non confecisse probare debet, quia praesumitur ea confecisse dum se publice pro tutore gessit, licet de eis non appareat, Bald. *in l. filius familias, §. agnorisse n.* 1. *vers. in text. agnovisse, et vers. secundo nota, ff. de tutel.* Boer. *decis.* 124. *n.* 13. *vers. et pro hac concl.* Rot. *dec.* 714. *n.* 5. *par.* 3. *et dec.* 3. *n.* 4. *et* 5. *par.* 6. *recent.*

27 Sexto si plures sint dati tutores sive a magistratu, sive a testatore, vel pluribus per contutores demandata sit administratio dubitari potest an requiratur, quod omnes simul locent, et benigne accipiendum, ut unus etiam de se locare possit, *l. decreto* 24. *ff. de admin. tut. l.* 1. *c. si ex plurib. tut. vel curat.* et in specie, quod possit locare, Rota coram Coccin. *dec.* 378. *n.* 7. et adhoc, ut unus non possit administrare, sine alio necesse est, quod expresse sit cautum in deputatione, ut firmatur in *dec.* 39. *n.* 12. *part.* 11. *recent.*

28 Septimo dubitari potest, an locatio facta a tutore non solum sit valida, itaut ei teneatur stare pupillus durante tutela sed etiam postquam tutela finivit, et communiter DD. tenent affirmativam, Roman *in l. filio familias. §. si vir. num.* 16. *et* 17. *ff. sol. matrim.* Ang. *consil.* 245. *num.* 6. *in princ. vers. item locationi,* Roland. *cons.* 49. *num.* 7. *lib.* 2. Morot. *respons.* 38. *n.* 1. Gratian. *discept.* 37. *num.* 16. Apicel. *de dilat. quinquenn. cap.* 1. *n.* 104. et plene Surd. *dec.* 299. *n.* 1. *et seq.*

Si tamen dubitetur, an hoc procedat, tam in locatione ad
29 modicum tempus, quam etiam in locatione ad longum, Caroc. *de locat. tit. de tut. et cur. nu.* 9. dicit, quod doctores hoc non aperiunt, sed quidquid esset de tempore, quo ipse scribebat hodie, quod catenus stare non debeat pupillus locationi factae per tutorem ad longum tempus quatenus tutor eam fecerit absque solemnitatibus in eo requisitis, volunt aperte Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 64. *post. princ. vers. de tutore, c. de bon. mater.* Apicel. *de dilat. quinquen. tit.* 1. *n.* 104. Scapuccia. *de sing. success. ampliat* 9. *n.* 6. ubi et idem esse in locatione ad tempus modicum si facta sine solemnitatibus per statutum requisitis.

30 Major difficultas est si tutor fecerit locationem ad breve tempus, puta ad triennium, et promiserit expresse manutentionem conductoris in possessione pro toto tempore cum speciali obligatione rei, qua speciali obligatione stante tenetur etiam successor singularis titulo emptionis locationi stare, ut dicetur suo loco, si pupillus major factus, tali locatione adhuc durante rem vendiderit, an emptor ei stare debeat. Haec quaestio evenit de facto, et fuit discussa in 6. *consil Neap.* ut refert Apicel. *de dilat. quinquen. titul.* 1. *num.* 104. et adest decisio Vinc. de Francl. 200. ubi late probat negativam, videlicet emptorem ei stare non debere, et in fine dicit, quod licet quaestio non fuerit decisa, tamen ex deductis supra veritas apparet, ubi bene firmat procedere etiam si dictum pactum esset solitum apponi, ex quo non est de natura contractus, et est praejudiciale pupillo, et quidem generaliter 31
advertendum, quod tunc demum tenetur pupillus stare locationi factae per tutorem finita tutela cum locavit, ut potuit, et debuit, juxta Text *in l. si tutelae* 9. *ff. de admin. tutel.* unde si locasset in tempus longius, quam deberet, in fraudem pupilli clarum est, quod non valeret locatio, ut firmat in specie Morot. *resp.* 38. *n.* 2. et Surd. *decis.* 299. *num.* 4. *et seqq.* probanda tamen fraus quae non praesumitur Surd. *ibi num.* 7. *et seqq.* et licet probetur per conjecturas, ut per Morot. *ibid. n.* 3. tamen si adducatur, tutorem locasse viliori pretio, nec non locasse ad quinquennium sine necessitate bona solita locari ad triennium, istae duae solae considerationes non erunt sufficientes, ut concluditur in dicta decis. Surd. e contra vero si cum modicitate pretii concurrat, quod conductor sit consanguineus tutoris, ac quod locatio sit facta ad quadriennium de tempore, quo tutela debebat finire intra annum, apparebit locationem factam fuisse cum fraude, ut bene probat Morot. *d. resp.* 38. *a nu.* 4. *ad* 8. et idem erit dicendum si adsint aliae conjecturae, quae videantur judici sufficienter convincere, statur enim ejus arbitrio, quae conjecturae sufficiant, ut certissimum esse dicit Bec. *cons.* 52. *num.* 51.

Socius an possit locare rem communem.

SUMMARIUM.

1. Socius potest locare rem communem.
2. Socius ut possit locare rem communem requiritur rem esse solitam locari.
3. Socius non potest disponere de re communi plusquam sit pars sua.
4. Lim. si disponat in usum destinatum.
5. Socius, ut valeat locare requiritur locationem esse utilem.
6. Utilis dicitur locatio si est facta justo pretio.
7. Socii locatio, ut valeat, sufficit quod non sit damnosa.
8. Utilitas locantis sufficit etiam si sit damnosa alteri socio, si res sit solita locari.
9. Socii locatio, ut valeat, debet esse juxta solitum.
10. Socii locatio, ut valeat, requiritur quod sit facta honestae personae, et quando secus.
11. Socii locatio, ut valeat, procedit si partem suam tantum locare non poterat.
12. Socius potest locare tantum partem praedii, quod dividi potest.
13. Domus praesumitur non pati commodam divisionem.
14. Quaelibet res praesumitur divisibilis.
15. Divisibilis censetur res si una pars reddit utilitatem respectu partis, quam tota respectu totius.
16. Socii locatio, ut valeat, probanda societas.
17. Socius in conductione rei communis habet praelationem.
18. Socius non potest impedire locationem domus communis dicendo velle habitare si sit solita locari, et ipse non possit partem suam habitare divisim.
19. Socius impedit locationem domus communis locari, non solitae, nec potest consocius velle locare partem suam si domus non est divisa, et quid agere debeat, ut evitet praejudicium.
20. Socius consequitur partem suam mercedis locatae a consocio, et quae actio ei competat.
21. Socius, qui impugnavit locationem factam a consocio an possit consequi partem mercedum.
22. Socius tenetur stare locationi factae a consocio, etiam post divisionem.
23. Socius volens locare personae honestae, praefertur volenti locare inhonestae plus offerenti.
24. Socius volens locare plus offerenti praefertur.
25. Sociis discordantibus in persona cui facienda locatio, recurrendum ad sortem, ubi et aliae opiniones.
26 Socius habens majorem partem, caeteris praefertur in discordia.
27. Socius si locet communi nomine, commune est lucrum, et damnum, si vero nomine proprio communicare debet lucrum, sed non damnum.
28. Socius locans rem communem censetur locare nomine communi.
29. Ampl. etiam si locet, ut propriam, et sic creditor societatis.
30. Communis res cum alio est etiam propria.
31. Socius simpliciter locans rem communem non censetur locare totam sed partem suam.
32 Usufructuarius locare potest.
33. Usufructuarius vestimentorum non potest ea locare.
34. Lim. si sint vestimenta scenica.
35. Usufructuarius non debet facere conditionem domini deteriorem.
36. Usufructuarius apothecas artis lanae, non potest eam locare tabernario.
37. Usum tantum habens, non potest locare.
38. Usuarius, nec etiam domino locare potest.
39. Usuarius locare potest si aliter nullum commodum ex re perciperet.
40. Usuarius potest uti re ad usum rei conductae.
41. Usuarius magnae domus potest habitando alios introducere, et mercedem recipere.
42. Usuarius solitus res similes locare sciente testatore, qui usumfructum reliquit, locare potest.
43. Habitationem habens potest locare.

44. Habitatio an, et quando censeatur relicta.
45. Usus, quando censeatur relictus, vel potius usufructus.

CAPUT IX.

In titulis proxime praecedentibus actum est de rebus propriis, ac de rebus alienis quis possit, vel non eas locare, nunc sequitur dicendum de rebus communibus, et quidem regola est, socium posse rem communem locare *l. si quis putans* 6.
1 *§. sive autem ff. com. div.* Bart. *in l. etiam haec distinctio* 38. *§. cum fundum n. 2. ff. locat.* Bald. *in l. 1. ad fin. c. qui test. fac. pos.* Dec. *cons.* 282. *n.* 1. Soccin. Sen. *cons.* 58. *n.* 1. *lib.* 4. Surd. *cons.* 43. *n.* 8. *et seqq.* Strac. *de navib. par.* 2. *n.* 6. Monac. *dec. Bonon.* 45. *n.* 8.

Verum, ut locatio facta ab uno ex sociis valeat aliis invitis vel ignorantibus plura requiruntur, et primo, quod res sit soli-
2 ta locari, nam alias melior esset conditio prohibentis, Ger. Spin. *cons.* 36. *n.* 21. Gratian. *discept.* 752. *n.* 13. Anchar. *quaest. fam. quaest.* 28. *n.* 7. *lib.* 2. Costa *de rata quaest.* 55
3 *n.* 6 *et seq.* Scapucc. *de sing. success. lim.* 2. *n.* 7. Regula enim juris est, ut nemo ex sociis plusquam de parte sua possit disponere, et si totorum bonorum socii sint, *l. nemo ex*
4 *sociis* 69. *in princ. ff. pro soc.* quae limitatur, ut non procedat si disponat in usum destinatum, Rot. coram Mentic. *decis.* 45. *num.* 7. et coram Penia *decis.* 818. *ad fin.* et in proposito Felic. *de societ. cap.* 28. *num.* 35. *vers. et his attentis.*

5 Secundo requiritur locationem esse utilem, Ruin. *consil.* 65. *n.* 7. *lib.* 1. ubi quod utilitas debet esse certa ab initio,
6 Gratian. *discept.* 752. *n.* 15. *et num.* 19. *et seqq.* Rot. *dec.* 692. *num.* 4. *et* 6. *part.* 1. *recen.* et utilis dicitur locatio eo ipso, quod est justo pretio facta. ut declarat Aretin. *in l. duo fratres ad med. vers. et determinat,* Bart. *ff. de acquir. haered.* Ger. Spin. *cons.* 36. *n.* 20. *vers. utiliter autem.* et sufficere eam non esse damnosam licet non sit utilis, Surd.
7
8 *cons.* 43. *n.* 10. et Monac. *decis. Bonon.* 46 *n.* 8. et quando esset utilis soli locanti, hoc etiam sufficeret, licet forte non esset altari socio, imo potius damnosa, quia supposito, quod concurrat praecedens requisitum, quod res sit solita locari, et sic locationi destinata non consideranda est offensio prohibentis, sed solum utilitas facientis, ut argumento *leg. fluminum, §. fin. et l. Proculus. ff. de damn. infect.* tradunt DD. *in l. si manifesta. c. de flum. et aqu.* et plane aliis relatis firmat Jas. *cons.* 98. *n.* 1. *lib.* 1. Thesaur. *dec.* 41. *n.* 2. ubi tamen intelligit dummodo damnum, quod socio fit non sit grave, Rot. *decis.* 253. *n.* 71. *part.* 7. *recent.* si vero non adesset solitum locandi, tunc posset socius locare propter interesse proprium, etiam si non adesset utilitas consocii. dummodo tamen non adesset ejus damnum ex congest. per Felic *de societ. cap.* 28. *n.* 35.

9 Tertio requiritur, quod sit justa solitum, alias si socius solitum locando alteret, non tenebitur alter socius rem ratam habere, Ger. Spin. *d. cons.* 36. *n.* 22. Scapuccio. *de sign. success. lim.* 2. *n.* 6. ubi si locet pro minori pensione Rota *dict. decis.* 692. *num.* 6. *part.* 1. *rec.* unde si praecesserat alia locatio cum pactis favorabilioribus societati, per novam locationem ab uno ex sociis factam non censebitur ab illis recessum in praejudicium alterius, dicta *decis.* 692. *n.* 5. *et n.* 8. ubi quod propterea si aderat in prima locatione pactum de evacuando, tenebitur conductor totam domum evacuare ad instantiam socii qui secundae locationi non consensit.

10 Quarto requiritur, quod sit facta locatio honestae personae, alias non tenetur socius consentire, Menoch. *cons.* 798. *n.* 22. Costa *de rata quaest.* 55. *n.* 6. *ad fin.* quod tamen intelligendum videtur, quatenus non soleat domus inhonestis locari, et reperiantur honestae, nam, et in multorum honestorum virorum praediis lupanaria exercentur, et pensiones, quae ex lupanario percipiuntur in fructu sunt, ut dicit text. *in l. Ancillarum* 39. *post. med. ff. de petit. haered.*

11 Quinto requiritur, quod partem suam tantum expedite locare non potuerit. text. est *in d. l. si quis putans.* 6. *§. sive autem,* ibi: *quia videtur partem suam non potuisse expedite*
12 *locare, ff. com. div.* ideo praedia rustica, quae possunt dividi, et locari pro parte, debent pro ea a socio locari non in totum, alias non tenebitur consocius locationem pro parte sua ratam habere, Soccin Sen. *cons.* 58. *n.* 1. *post. med. lib.* 4. et idem etiam erit in domo si commoda dividi poterit, Menoch. *de arbitr. cas.* 442. *n.* 4. Scapucc. *de sing. success. limit*
13 2. *n.* 9. Felic. *de societ. cap.* 28. *n.* 36. et praesumptio est, quod domus non patiatur commodam divisionem, quodque non fuerit inventus, qui solam partem conduxisset, Gratian, *discept.* 905. *n.* 19. Rot. *decis.* 192. *n.* 17. *vers. tertio fuit, part.* 4. *tom.* 2. *rec.* et coram Merlin. *decis.* 683. *n.* 6. *vers. non obstat,* quidquid in contrarium dixerit Marj. Medic. *decis. senen.* 98. *n.* 5. licet enim quaelibet res praesumatur divisibilis in plures partes, Cavaler. *dec.* 7. *n.* 2. tamen hoc intelligitur naturaliter, quod non attenditur ad hunc effectum, sed solum inspicitur an una pars redderet eamdem utilitatem respectu partis, quam totum respectu totius, vel non Gutier. *de juram. part.* 1. *cap.* 58. *n.* 6. *post. princ. vers. quod ipse,* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 2. *n.* 37. Rot. coram Penia *decis.* 1621. *n.* 7. *et n.* 8.

Sexto requiritur, ut qui allegat dictam conclusionem quod valeat locatio facta ab uno ex sociis probet societatem adeo ut non sufficeret, quod esset cohabitans, ut per Gratian. *discept.* 752. *n.* 8. *et seqq.*

Septimo requiritur, quod consocius non contradicat allegando se velle in conductione praeferri, quia potest, Beron. *cons.* 137. *n.* 12, *lib.* 1. Fontanell. *de pact. nupt. claus,* 4. *glos.* 9. *part.* 2. *n.* 12. *et seqq* Scapuccio. *de sing. success. lim.* 2, *n.* 10. et late probat rejectis contrariis Menoch. *de arbitr. cas.* 442. *n.* 14. *et seqq. usque ad* 22. et Felic. *de societ, cap.* 28. *num.* 52. *et seqq.*

Quid autem si socius velit suam partem domus habitare? et non posse cogi locare nisi duobus concurrentibus, uno videlicet, quod res sit solita locari, et altero, quod non possit suam partem divisim habitare, quod praesumitur. docet Aretin. *in l. duo fratres ante fin. vers. alias tamen. ff. de acquir. haered.* praedicta vero concurrentibus non valebit, locationem impedire dicendo eam esse sibi praejudicialem, quia sufficit esse utile alteri, qui vult uti domo communi ad usum destinatam, ut supra dicebam ex *decis.* 253. *n.* 71. *part.* 7. *recent.* et aliis.

Sed si non est domus solita locari, et unus velit locare, alius non locare, sed partem suam inhabitare, iste non est compellendus locare, sed nec impedire potest alium locare suam partem, si commode, et honeste facere poterit, et velit, alias ipse habitabit, et impediet eum locare Castr. *in l. haec distinctio, §. cum fundum. ff. locat.* Petr. de Ubald. *de duob. fratr, pact.* 1. *n.* 22, Menoch. *de arbitr. cas.* 442. *n.* 13. Felic. *de societ. cap.* 28. *n.* 50. et unicum remedium est hoc casu socio non habitanti provocare ad divisionem, alias amittet utilitatem, quam ex parte sua percipere posset, ut per Menoch. *dict. cas.* 442. *n.* 13. et Felic. *dict. cap.* 28. *n.* 51. provocando autem ad divisionem consocius statim constituetur in morae. et ratione morae tenebitur ad interesse et sic ad proportionabilem pensionem, ut probat Carac. *d. tit. de se com. n.* 25. *et* 26. ubi quod haec est cautela, quae cavillari non poterit; sunt tamen casus, in quibus socius inhabitans domum communem tenetur ad pensionem, de quibus dicam infra cap. 35.

Supposito autem, quod unus tantum locet, alter socius assequi debebit partem suam pensionum, si domus commode dividi, et expedite pro parte locari non poterat communi dividundo, si vero expedite locans partem suam tantum locare poterat, tunc actione negotiorum gestorum, *l. si quis putans* 6. *§. sive autem, ff. com. divid.* Quod utique procedit sine difficultate si res erat solita locari; at si non erat solita locari, tunc distinguendum est inter socium consentientem locationi, vel tacentem, et socium ei contradicentem, ut quoad consentientem, vel tacentem adhuc idem procedat, at secus, quoad contradicentem, quia is pensiones praetendere nequit, ut aliis adductis tradit Costa *de rata quaest.* 55. *n.* 8. et comprobari potest, quia ex eo non debet, quis fructus consequi, quod ipsus extitit impugnare *reg. ex eo* 38, *de reg. jur. in* 6. et quia nec e contra tenebitur ad damnum, quod ex tali locatione provenire contingeret, ita nec utilitatem ex ea consequi debebit, ut plene firmat Gomez. *var. resol. to.* 2. *cap.* 3. *n.* 14. *vers. tertius modus erit.* Verum theologi, quibus defero in foro conscientiae, quatenus utilitas praevaleret notabiliter periculo damni, tenent contrarium, videlicet, quod etiam socio, qui impugnavit locationem, debeatur sua pars pensionum, non ratione locationis, sed ratione usus rei suae, ex quo satis dicunt quempiam uti re aliena, ad hoc, ut satisfactionem ei debeat, quando gratis concedi non intenditur, Rebel. *de obligat, just. lib.* 14. *quaest.* 16. *n.* 7. *et* 8. Bonaccin. qui dicit ita tenere, et alios *de contract. tit. de locat. punct.* 1. *n.* 8, ubi duplici modo declarat *d. reg. ex. eo de reg. jur. in* 6. uno, ut procedat non posse, quem fructus percipere ex eo praecise, quod visus est impugnare, non secus si adsit alius titu-

lus, prout in praesenti usus rei, alio ut procedat in foro exter-
no tantum, quod est notandum.

Caeterum in quaestione principali an possit socius locare
rem communem, vel re nullam constituunt doctores differen-
tiam inter casum, quo alter socius ignoret locationem et quo
casum, quo ei contradicit, ut advertit Caroc. *de locat. et
conduct. tit. de re com. n.* 4.

22 Et quando licuit socio locare rem communem in totum, lo-
catio pro parte consocii durabit pro toto tempore, quo facta
fuit, et consocius ei stare tenebitur etiam si interim societas
fuerit dissoluta seclusa fraude locantis, Anchar. jun. *q.* 28.
n. 4. *lib.* 2. Costa *de rata q.* 55. *n* 6.

23 Si autem velit uterque socius locare, sed unus velit locare
uni, alter alteri personae, tunc si unus vellet locare personae,
honestae, alter inhonestae clarum est, quod praeferri deberet
is, qui honestae personae locare vellet, Soccin *cons.* 58. *n.*
2. *vers. circa secundum lib.* 4. Menoch. *de arbit. casu* 442.
n. 5. Felic. *de societ. cap.* 28. *n.* 37. et 38. ubi bene ampliat
procedere etiam si persona inhonesta plus mercedis daret,
quia honestas praeferenda utilitati, et idem tradit Bonaccin.
in tract. de contract. tit. de locat. et conduct. punct. 1. *n.*
6. *ad med.*

24 Si vero uterque conducere volens, esset persona honesta,
tunc praeferri deberet socius ille, qui locare vellet plus offe-
renti, Ruin. *cons.* 75. *in fin. lib.* 1. Menoch. *dicto cas.* 442.
n. 6. Felic. *dicto cap.* 28. *n.* 39.

25 At si uterque conducere volens eamdem pensionem offer-
ret, tunc sunt diversae opiniones, alii enim dicunt, quod so-
cii in hac discordia invicem se impediunt, et sic locatio nul-
li fieri potest, alii quod judicis officio ad concordiam reduci
debent, alii denique quod controversia forte dirimi debet,
quarum omnium opinionum auctores, et rationes refert Me-
noc. *de arbitr. cas.* 442. *a n.* 6. *ad.* 13. qui nihil videtur
concludere, et Felic. *de societat. cap.* 28. *a n.* 4. *ad* 50. ubi
n. 48. inquit, quod si esset judex, cessante causa cogendi ad
concordiam, quae causa, ut supra dicit, est, vel tollendi prae-
judicium tertii, vel tollendi periculum scandali ipse sorte di-
rimeret, cujus opinio sequenda esset, et deinde socios coge-
ret ad sortis judicium servandum, et non sine ratione, quod
enim contradictores comprimat sors scriptum est Proverb.
cap. 18.

Et eodem modo decidenda esset quaestio si uterque con-
ductor esset inhonesta persona militantibus eisdem rationibus
licet hanc quaestionem evenisse in facti contingentia concur-
rentibus duabus meretricibus ad domum in lupanari existen-
tem, et multorum fuisse opinionem, quod antiquior in exer-
citio, alios tenuisse eam, quae magis satis facit in opere, et
exercitio, tertios dixisse pulchriorem, et magis juvenem esse
praeferendam referat, et quaestionem indecisam relinquat
Caroc. *de locat. tit. de re com. n.* 38.

26 Verum quaestiones praedictae procedunt, ubi socii habeat
jus aequale in re communi, nam si unus haberet majorem
partem, ille praeferendus esset, Rebel. *de oblig. just. lib.* 14.
quaest. 16. *n.* 6. et in proposito locationis allegatis Bonaccin
de contract. tit. de locat. et conduct. punct. 1. *n.* 6. *ad med.*

27 Multum tamen interest an locet communi nomine, an pro-
prio tantum, quia si communi nomine locat, commune erit
lucrum, et damnum; si autem locet nomine proprio lucrum
adhuc participare debebit socio, non autem damnum, *d. l.
si quis putans.* 6. §. *sive autem, ff. com. div.*

Dubitari autem solet an ad hoc, ut communi nomine cen-
seatur locasse requiratur, ut id expresse dictum sit, et affir-
28 mativam videtur tenere Ger. Spin. *cons.* 36. *n.* 19. ubi fir-
mare praetendit, quod ad hoc, ut procedat conclusio, quod
socius possit locare rem communem, hoc primo requiratur, ut
locet rem communem tamquam communem, et nomine com-
muni.

Verum contraria tenenda videtur, ut etiam si simpliciter
locet nulla mentione facta communionis, adhuc censeatur
communi nomine locasse, ut probat Menoch. *cons.* 67. *n.* 67.
et 72. *ad med. et seqq* Rota Jannen. *decis.* 14. *n.* 68. Quod
adeo verum est, ut etiam si locans sit creditor societatis, et
29 locet rem totam, uti propriam adhuc non excludatur, loca-
tionem esse factam ab eo uti socio, ex quo potuerit tribui,
quod eam fecerit, uti creditor, ut censuit Rot. *decis.* 543. *n.*
2. *part.* 1 *recent.* ubi reddit rationem, quia quod est mihi
30 commune cum alio meum est *l. servi electione,* §. *labeo.* ubi
glos. *in verb. communis de leg.* 1. *l. in re communi, ff. de
servit. urb. praed.*

31 Alia dubitatio est. An simpliciter locando censeatur locare
totam rem, sed tantum suam partem, et in ista quod suam
tantum partem locet, tenent signanter Scapuccia *in suo tract.
de sign. succes. lim.* 2. *n.* 10. Borguin. *decis.* 25. *n.* 14.
part. 2.

Quoniam usufructuarius habet partem dominii, *l. usus-
fructus,* 4. *ff. de usufr.* et sic est quodammodo socius domini,
non omnino incongrue subnectam hic, quod ipse quoque lo- 32
care sine dubio potest rem cujus usumfructum habet, tex. est
in *l. arboribus* 13. *post princ. vers. navis, etenim, ff. de
usufr.* Corn. *cons.* 187. *n.* 5. *lib.* 2. imo, et usumfructum
ipsum locare valet, ut aliis adductis tradit. Castill. *de usufr.
cap.* 69. *n.* 26.

Non tamen est ista facultas locandi, quam habet usufru-
ctuarius liberam, ac in domino, sed restringitur ad arbitrium
boni viri, unde si vestimentorum ususfructus legatus sit, usu- 33
fructuarius ea non poterit locare, ut est tex. in *l. sed et si* 18.
§. *et si vestimentorum, ff. de usufr.* ubi jurisconsultus expres- 34
se rationem reddit, quia vir bonus ita non uteretur. Proinde
secus est in veste scenica, et funebri, quia locari poterit ab
usufructuario, idque etiamsi dominus non locare, sed com-
modare solitus esset, ut subjungitur in praefata *l. sed et si.*

Restringitur ulterius dicta facultas, quia non debet usufru-
ctuarius deteriorem facere conditionem domini, ut pariter 35
habetur in praefata *l. sed et si,* §. *proprietatis,* ac proinde
apothecam locari solitam arti lanae, non potest locari taber- 36
nario, quia deterioratur conditio ipsius apothecae, idque re-
sultat in praejudicium domini, Ang. *in l. si pendentes,* §. *si
dominus, ff. de usufr.* Menoch. *cons.* 798. *n.* 30. ubi secus
dicit in rei dominio.

Qui autem non usumfructum, sed usum habet, non potest 37
locare, ut expresse habetur *in l. in eoque fundo* 11. *ff. de
usu, et habit. et in instit. tit. de usu, et habit.* ubi haec diffe-
rentia constituitur inter usum, et usumfructum, contrarium
tamen probari videtur *in d. l. arboribus* 13. *post princ. sub
vers. navis. ff. de usufr.* in illis verbis: *nam, et qui locat
utitur,* sed respondetur, quod qui locat utitur quidem, sed
per alium, ut dicit ibi glos. *in verb. utitur,* et qui habet
usum, non potest uti nisi per se ipsum, cum usus sit jus me-
re personale, et sic a persona inseparabile, Ang. Aret. *in
princ. tit. instit. de usu, et habit. ad fin.* Adeo ut, usum ha- 38
bens, nec ipsi proprietario locare valeat, seu ab eo dumtaxat
habitante pensiones praetendere, Corn. *cons.* 305. *num.* 4.
lib. 1.

Limitatur autem haec regula, primo, ut non procedat, 39
quatenus alias si non locaret, nullum commodum legatarius
usus ex re locata perciperet, quia tunc locare poterit, ut pro-
bat text. *in l. divus* 23. *in princ. ff. de usu, et habit.* ubi
hac ratione statutum dicitur, quod si legatus usus silvae, po-
terit legatarius caedere, et vendere quemadmodum fructuariis
licet, Pichar. *in princ. tit. instit. de usu, et habit. n.* 6.

Secundo limitatur, ut quamvis non possit rem locare, ta- 40
men potest uti ad eum usum, ad quem locasset, et etiam
pro servitio fundi conducti, *l. plenum* 12. *in fin ff. de usu,
et habit.* ubi quod habens usum servi operas ejus non loca-
bis, sed eis mediantibus, opus quod conduxit explebit, Ca-
rocc. *de locat. tit. de usu, et habit. q.* 1. *n.* 7. *et* 8. ubi
quod in effectu prohibetur in aliis, et extra, non quoad se,
et intra.

Tertio limitatur, si relictus usus magnae domus si cui 41
parva pars ejusdem sufficiat, potest enim introducere alios se-
cum ad habitandum, et si pensionem recipiat ab eis, dum, et
ipse habitat, non erit ei invidendum, *l. caeterum* 4. *in princ.
ff. de usu, et habit.* Pich. *in dict principio instit. tit. ejusd.
n.* 5. non enim potest in casu similis relicti dominus ipse vel-
le cohabitare, *l. divus* 23. §. *licet, ff. de usu, et habit.*

Quarto limita si testator, qui reliquit rei usum, sciat lega- 42
tarium res similes locare solitum, *l. plenum* 12. §. *equiti, ff.
de usu, et habit.* ubi de legato usus equorum, Pichar. *ubi
supra,* non tamen e contra, ex solito locandi in ipso testato-
re, censetur concessa facultas locandi legatario usus, Caroc.
de locat. tit de usu, et habit. quaest. 1. *n.* 9. ubi quod vidit
casum in facto.

Is autem cui relicta habitatio absolute locare potest, *instit.* 43
tit. de usu, et habit. §. *sed si cui in fin. l. antiquitas* 14. *c.
de usufr.* Quod et ampliatur procedere, ne dum si habitatio
sit testamento relicta, sed etiam si sit in contractu reservata,
ut decidit dec. Afflict. 401. *n.* 4. *et per tot.* et sequitur Caroc.
tit. de usu locat. n. 3. et sive per viam reservationis, sive
alio modo, Gratian. *disc.* 775. *n.* 11.

Haec autem procedunt suppositis terminis de quibus lo- 44

quimur, sed ad eos valde animadvertendum est, non enim semper, ac in legato facta est mentio habitationis dicitur constituta habitatio, nam potest esse relicta domus ad habitandum, seu pro habitatione, item potest esse relicta habitatio domus, seu ususfructus habitationis, item potest esse relicta facultas habitandi, seu usus habitationis, et isti sunt termini diversissimi, nam in primo casu censetur relicta ipsa proprietas domus, et non erit dubium, posse legatarium locare; in secundo censetur relicta propria habitatio, et procedunt ea, quae modo dicta sunt, quod poterit legatarius domum locare, in tertio, sive relictus sit usus, sive facultas habitandi applicantur ea, quae dicta sunt de usu, et non potest legatarius locare, Ursil. ad Afflict. *decis.* 401. *num.* 1. et 2. Mantic. *de conject. lib.* 9. *tit.* 4. *n.* 9. Castil. *de usufruct. cap.* 28. *n.* 25. *et seqq.*

45 Sic quandoque licet testator dixerit relinquere usum censetur reliquisse usumfructum, *l. divus* 28. *in princ. ff. de usu, et habit.* et e contra quandoque etiamsi reliquerit usumfructum adhuc non proprie ususfructus relictus censeri debet, sed usus si adsint circumstantiae, et conjecturae id suadentes quibus statur in hoc proposito Curt. Jun. *consil.* 14. *in princ.* Gabr. *cons.* 108. *num.* 29. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 4. *praesumpt.* 135. *num.* 6. *et seq.* ubi eas refert.

An autem proprietarius finito jure praefatorum teneatur stare locationi per eos factae dicam infra suo loco nempe cap. 60.

De personis, quae conducere possint vel non.

SUMMARIUM

1. Conducens non dicitur alienare.
2. Minor non potest conducere. Contrarium num. 4. et seqq.
3. Pecunia minoris alienatur sine solemnitatibus.
5. Minor curatore carens potest facere quemcumque contractum.
6. Minor curatorem habens non bene contrahit sine illo.
7. Tutor contrahit pro pupillo.
8. Tutor obligat pupillum in forma camerae.
9. Bona minoris non obligantur sine decreto etiam mobilia, quae servando servari possunt.
10. Hypotheca bonorum illatorum in praedium conductum non inducitur per contractum locationis.
11. Hypotheca prohibita non censetur prohibita conductio.
12. Minor prohibetur conducere vectigalia, et praedia fisci.
13. Restitutio in integrum non competit si contractus sit nullus.
14. Minor si laedatur in conductione habet restitutionem in integrum.
15. Milites conducere, vel fidejussores conductionum esse prohibentur.
16. Militi locans credens eum esse paganum mercedem exigit.
17. Locatio militi facta valet, sed locator non exigit pensiones.
18. Scientia praesumpta non sufficit ad effectum poenae.
19. Milites nostri temporis, ut gaudeant privilegiis militum requiritur, ut sint in expeditione.
20. Milites nostri temporis, ut gaudeant privilegiis non est necesse, quod sint in loco hostili, vel in actu dimicandi.
21. Milites quicumque stipendiarii prohibentur conducere.
22. Milites non prohibentur conducere pro eorum usu, et rerum ad militiam pertinentium.
23. Leges prohibentes locationem, et conductionem militibus sunt stricte intelligendae.
24. Milites titulati, et comites non prohibentur conducere.
25. Leges prohibentes locationem, et conduct. militibus, an sint in usu.
26. Curiales prohibentur esse conductores, vel fidejussores conductionum.
27. Curia multipliciter accipitur, et quomodo.
28. Ubi Papa, ibi Roma.
29. Curiae nomen aequivocum est.
30. Curialium appellatione veniunt omnes curiam sequentes.
31. Curiales prohibiti conducere non sunt omnes curiam sequentes.
32. Curialium nomine, qui magis venirent antiquitus.
33. Decurio dicebatur curialis.
34. Decurionibus interdicta erat conductio aliquarum rerum.
35. Officiales prohibentur facere contractum cum subditis.
36. Officiales habentes officium in loco suae originis, an, et quas conductiones facere prohibeantur.
37. Officiales perpetui non prohibentur conducere secundum magis communem.
38. Officiales ad beneplacitum reputantur perpetui, et conducere possunt.
39. Officiales perpetui non possunt conducere a litigantibus.
40. Officiales, an et quando publice, et palam possint bona fide contrahere.
41. Officialis prohibetur contrahere, sive officium habeat annexam jurisdictionem, sive non.
42. Ampl. ut non valeat contractus etiam juratus.
43. Ampl. ut dictis legibus prohibentibus officialem conducere non valeat renonciari.
44. Ampl. ut finito officio contractus non reviviscat nec ratificari possit.
45. Lim. ut statim finito officio possit officialis conducere.
46. Lim. 2. ut si officialis succedat in conductione possit eam continuare.
47. Lim. 3. ut possit conducere a non subdito.
48. Lim. 4. ut possit contrahere de re in suo territorio non existente.
49. Lim. 5. in conductione rerum sibi necessariarum.
50. Lim. 6. si specialiter sit concessum a principe, ut conducere possit.
51. Lim. 7. si plures sint officiales, et aliqui locent, vel locationis auctoritatem praestent.
52. Decl. limitationem procedere si locatio facta pro justo pretio.
53. Lim. 8. si dict. l. prohibentes officialibus conducere non sint in usu.
54. Tutores, et curatores prohibiti sunt conducere vectigalia, et praedia fiscalia.
55. Non tamen prohibentur conductionem continuare superveniente tutela.
56. Neque prohibentur in locatione succedere titulo haereditario.
57. Neque prohibentur conducere fiscalia finita tutela ante rationem redditam si reddenda sit haeredibus pupilli.
58. Tutores, et curat. prohibentur conducere res pupillorum, et minorum.
59. Emptionis, et venditionis nomine comprehenditur omnis contractus per quem dominium transfertur.
60. Tutor non prohibetur palam emere, et bona fide, bona pupilli quae vendi debent.
61. Tutor, quando dicatur palam, et bona fide cum pupilli conducere.
62. Tutor non potest dicere bona fide cum pupillo contrahere si eum laedit.
63. Tutor non contrahit valide cum pupillo cum licentia principis nisi narratum fuerit, quod locatio facienda erat ipsi tutori.
64. Contractus curatoris cum suo minore validatur juramento.
65. Tutores non habentes administrationem contrahere possunt cum pupillo.
66. Clerici non possunt praedia conducere.
67. Neque possunt conducere quaecumque alia negotiationem sapientia.
68. Neque possunt esse fidejussores conductorum.
69. Clerici conductio est ipso jure nulla.
70. Clerici non prohibentur conducere bona ecclesiastica.
71. Clericus pauper potest conducere ad se sustentandum.
72. Clericus non beneficiatus, nec in sacris constitutus non prohibetur conducere.
73. Clericus non prohibetur conducere praedium parvum, vel propriis bonis circumdatum.
74. Clericus succedens conductori potest continuare.
75. Monachi prohibentur conducere nomine proprio non monasterii.
76. Laici prohibentur conducere obventiones ecclesiasticas, et num. seqq.
77. Ecclesiae locari non possunt.
78. Obventiones ecclesiasticae locari possunt.
79. Laici sunt prorsus incapaces, quae fiunt in ecclesia.
80. Laicus conductor oblationum ecclesiasticarum non potest de per se de altari levare.
81. Laici sunt incapaces decimarum.
82. Decimae aliae spirituales, aliae tempor., et istarum laici sunt capaces.
83. Decimae temporales non sunt proprie decimae, sed decimationes.
84. Decimarum nomine veniunt regulariter spirituales.
85. Decimae, quandoque accipiuntur pro ipso jure decimas percipiendi, et quandoque pro ipsis fructibus postquam sunt percepti.
86. Decimarum intelligendo de jure percipiendi eas non potest fieri conductio per laicos etiam ad modicum tempus.
87. Decimae consideratae prout sunt fructus possunt per laicos conduci.
88. Jus decimandi in quo consistat, et quando censeatur concessum, vel non, et num. 89. 90. et 91.
92. Decimae si locentur ultra triennium requiritur beneplacitum apostolicum, et quomodo.
93. Decimae non possunt locari judaeis.
94. Faber malleator non potest conducere domum prope scholas.
95. Meretrices conducentes domum in vicinia honesta possunt expelli.
96. Emptor potest conducere rem emptam interim ac pretium solvit.
97. Venditor potest rem venditam statim conducere.
98. Venditor si statim conducat rem venditam arguitur simulatio venditionis.
99. Simulationis conjectura cessat, dum ita vere potest contrahi.
100. Contractum esse usurarium arguitur ex qualitate personae si sit solitus [illegible]rari.
101. Et [illegible]jectura urgens, et sufficiens cum alia.
102. E contra si cesset solitum foenerandi non potest argui usura.
103. Decl. non procedere in mutuo.
104. Item non procedere si concurrant aliae conjecturae.
105. Nobilitas contrahentium debilitat conjecturas usurae.
106. Usura non praesumitur in viro timoratae conscientiae, et integrae opinionis.
107. Usura non praesumitur in contrahente pro alio.
108. Usura non praesumitur si pecuniae solutae fuerunt cum onere investiendi.
109. Nec ubi contractus fuit publice, et palam celebratus, et cum decreto judicis.
110. Lim. ut possit adhuc probari esse usurarium per conjecturas urgentes.
111. Usurarium esse contractum probatur per conjecturas leves.
112. Et non est necesse, quod sint conjecturae legis.
113. Decl. non procedere si agatur criminaliter ad poenam, vel de aliqua persona.
114. Usurarius arguitur contractus per duas solas conjecturas.
115. Simulatio non probatur per quascumque conjecturas sine causa simulandi.
116. Lim. in simulatione in fraudem usurarum.
117. Pactum redimendi quandocumque praescribitur per triginta annos.
118. Lim. adversus eum, qui non retinet.
119. Lim. 2. si contractus sit simulatus in fraudem usurarum.
120. Redimendi facultas ex pacto non expirat per lapsum temporis in pacto praefixi, si venditio sit pro modico pretio.
121. Decl. procedere si pretium sit valde modicum.
122. Usurarius contractus non est si locator pro tempore locationis mutuet certam summam conductori.
123. Neque est contractus locationis mobilium, seu mercium aestimatorum cum pacto restituendi valorem in fine locationis.

CAPUT X.

Ex distinctione supra facta in cap. 6. qui locare possint res suas in princip. inter prohibitionem locationis resultantem

ex prohibitione contrahendi, et prohibitionem locationis re-
sultantem ex prohibitione alienandi resultat alius effectus,
ut respectu primae eisdem, quibus probibita est locatio, pro-
bibita erit etiam conductio, cum eodem modo contrahat lo-
1 cans, ac conducens, ut de se patet, at respectu secundae secus
est dicendum, nam locans dicitur alienare, secus autem con-
ducens.
2 Verum hoc ultimum non transit prorsus sine difficultate,
nam in specie Narbon. *de aetat. ann.* 25. *quaest.* 9. *num.* 10.
format quaestionem in minore annorum 25. An possit con-
ducere, et resolvit negative, redditque rationem, quia con-
ducendo mercedem quam locatori refundit, alienat, et ejus
dominium amittit.
3 At ratio adducta a Narbona non urget, quia pecunia mi-
noris regulariter alienari valet absque solemnitatibus, ut
notant DD. *in l. prima*, *§. fuit quaesitum*, *ff. ad Trebel.* et
alibi, quos refert, et sequitur Simoncel. *de decret. p.* 3. *tit.*
8. *num.* 113. licet talis regula patiatur suas limitationes re-
latas per eumdem Simoncel. ibi, quae non faciunt ad rem.
4 Unde videtur posse potius constitui regula in contrarium,
videlicet, quod minor conducere possit, nam ubi non agitur
de alienatione, seu obligatione bonorum, minor curatore ca-
5 rens potest jure communi inspecto facere quemcumque con-
tractum. Menoch. *cons* 203. *num.* 7. Thesaur. *quaest.* 112.
num. 2. *lib.* 3. Andreol. *contr.* 364. *num.* 4. Surd. *decis.*
287. *num.* 10.
6 Si autem habeat curatorem, tunc requiritur interventus
ejus auctoritatis, alias contractus est ipso jure nullus, *l. si cu
ratorem habens*, *c. de in integr. restit.* Menoch. *consil.* 344.
num. 10. Marcobr. *cons.* 51. *numer.* 52. *et seq.* Cyriac. *con-
tr.* 252. *num.* 20. Hering. *de fidejuss. cap.* 7. *num.* 86. *et
seq. et num.* 96. *post med.* ubi de com.
7 Et ubi agitur de pupillo contrahit pro eo tutor, illumque
8 obligat, *l. prima*, *§. primo*, *ff. de administr. tut.* et potest
eum obligare juxta stylum loci, ita ut in statu ecclesiae pos-
sit illum etiam in forma camerae obligare, Gratian. *discept.*
360. *num.* 23. et dictum est supra in *cap.* 8. *de tutore*, *etc.*
ubi et an requiratur, quod pupillus interveniat contractui,
et alia.
Verum dicta regula, quod minor possit conducere pati vi-
detur difficultatem in conductione editom, aliorumque prae-
diorum, ex quo secundum unam opinionem forsan magis
communem data tali conductione sequitur, ut bona minoris
invecta, et illata in ipsum praedium sint tacite hypothecata
domino pro pensione, et deterioratione ejusdem praedii, de
9 quo dicam suo loco, et bona minorum non possunt obligari
sine decreto judicis, etiam mobilia, quatenus sint de illis,
quae servando servari possint, *l. si pupillorum*, *§. primo*,
ff. de reb. eor. l. lex quae tutorem 22. *in prin*[illegible] *et vers.
praecipimus itaque*, *c. de administ. tut.* Rim. Ju[illegible] *§. pri-
mo numer.* 175. *instit. tit. quib. alien. lic. vel non*, Surd.
cons. 191. *num.* 17. Guttier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 5. *num.*
35. *et cap.* 21. *num.* 1.
Verum hoc non obstante sustineri posset conductio, quia
dicta hypotheca est quaedam hypotheca generalis, quae non
10 inducitur per ipsum contractum locationis, et conductionis,
sed ita demum, si interveniat factum hominis circa ipsam
hypothecam, hoc est si ultra ipsam conductionem etiam bona
inferat, vel inducat in praedium conductum, ut optime con-
sideravit Jas. *in §. item serviana num.* 76. *vers. quaedam
est hypotheca inst. de action.* et cum locatio non sit princi-
11 paliter ordinata ad dict. hypothecam inducendam, nec talis
hypotheca sit consequens necessarium conductionis, cum pos-
sit subsistere conductio absque eo, quod minor aliquid de
praedictis hypothecari prohibitis introducat, inde sequitur,
ut in prohibitione hypothecae conductio ipsa non compre-
hendatur, *l. si quis non causam*, *ff. si cert. pet.* Ruin. *cons.*
98. *num.* 21. *lib.* 2. Rolan. *cons.* 15. *n.* 20. *lib.* 4. et plene
Rot. cor. Royas *decis.* 261. *num.* 5. ubi propterea firmat,
quod licet bona ecclesiae prohibeantur alienare sine certis
solemnitatibus, non tamen prohibentur generaliter hypothe-
cari, quamvis per hypothecam deveniatur ad alienationem,
dum ad eam non devenitur directe, et principaliter, sed in
consequentiam.
Comprobaturque praedicta opinio, quod minor regulari-
ter valide conducat etiam praedia, per text. *in l. in fraudem*
45. *ad fin. de ff. jur. fisc.* habetur enim ibi, minoribus lo-
12 cari non debere vectigalia, nec praedia fisci, redditurque ra-
tio, ne adversus ea beneficio aetatis utantur, quod intelligi-
tur, ne petant restitutionem in integrum, eis etiam adversus
fiscum competentem, si laesi sint, gloss. ibi in *verb. utantur*
et late Narbon. *de aetat. ann.* 25. *quaest.* 10. *num.* 1. *et seq.*
unde supponit text. posse minores conducere, quia alias non
competeret eis restitutio in integrum, quae non datur nisi in
subsidium, ubi aliud remedium non competit, et in specie 13
non datur ubi contractus est nullus, *l. in causae* 17. *ff. de
minor.* late Odd. *de rest. in integ. qu.* 17. *num.* 62. *et seqq.*
Ex praedicto autem text. duo notabilia deducuntur, quo-
rum primum est limitatio ad praefatam regulam, ut non
procedat quoad praedia fiscalia, et gabellas, quia minor non
potest illas conducere, ut ibi habetur, et dixi in *sup.* 13. *de
locat. gabel.* Secundum vero est, quod licet minor possit
conducere, tamen si in conductione reperiatur laesus, datur 14
ei restitutio in integrum.
Sunt, et quaedam personae specialiter in jure aliena res
conducere prohibitae, prout in specie sunt milites, qui non
solum conducere, sed etiam procuratores, fidejussores, aut
mandatores conductorum fieri prohibentur, *l. milites* 31. *et* 15
l. fin. c. locat. et quatenus conductores fiant, cadunt a mili-
tia, et locatores a suis cadunt redditibus *d. l. fin.*
Verum si ignorans, quis militi quasi pagano locaverit, exi- 16
gere illum posse probandum est, dicit juris-cons. *in l. si i-
gnorans* 52. *ff. locat.* et reddit rationem, quia non conte-
mnit disciplinam, qui ignoravit militem esse, unde patet ex
eo puniri locantem militi in amissione sui redditus, seu pen-
sionis, ex quo contemnit militiam, et excusandum esse in tali
poena propter ignorantiam qualitatis personae, ut docet Bart.
in eadem. *l. si ignorans*, Mozz. *de l cat. et cond. tit. de his
qui loc. poss. num.* 3. *ad fin.* Molin. *de just.* et *jur. quaest.*
488. *num.* 5. *ad finem*, de quorum proinde mente est, et 17
mihi etiam placet, ut ex dicta l. desumatur tantam ignoran-
tiam qualitatis personae excusare a poena, non autem opera-
ri, ut locatio absolute subsistat ad quoscumque alios effectus,
ut videtur sentire Carocc. *de locat. tit. de locat. incert. si-
ve per error. n.* 1. *et seq.* et sic cessat difficultas, quam ipse
Carocc. *ibi n.* 5. facit ex *l. qui cum alio*, *ff. de reg. jur.* in
qua habetur, quod contrahens cum alio tenetur, inquirere
qualitatem ejus personae, quia ex obligatione inquirendi,
nihil aliud resultat, quam scientia praesumpta, *Clem. prima
in fin. de concess. praeben.* Veral. *decis.* 116. *num.* 4. *part.* 18
3. et scientia praesumpta non sufficit ad effectum poenae a-
missionis pensionum, juxta tradita per rotam coram Coccin.
decis. 283. *num.* 4. et coram Gregor. *decis.* 425. *num.* 5.
Animadvertendum tamen hodie circa milites nostri tem- 19
poris, quod licet Caroc. *tit. quib. non est permiss. conduct.
essn num.* 1. *vers. ampliatur hic*, indistincte ad eos amplict
dictam prohibitionem, tamen ipse Sfort. Odd. *de rest. in in-
tegr. quaest.* 6. *art.* 6. ob eu allegatus dicit, tunc, demum
milites ex capite militiae restitutionem in integrum mereri,
juxta text. *in l. militer*, *et in l. si qua militi*, *ff. quib. ex ca
majores*, *et in l. prima*, et *tot. tit. eod. de restit. mil.* cum
vere militant, et in expeditione sunt, ut vitam propriam pro
principe, vel patria exponunt. Unde non absolute dicendum,
dictam dispositionem procedere in militibus nostri temporis,
sed in illis tantum, qui sunt in expeditione, seu actuali e-
xercitio militiae, prout est de mente fere omnium infra ci-
tatorum.
Non tamen requiritur, quod sint in loco hostili, seu in pro- 20
cintu dimicandi, sed sufficit eos esse in expeditione subsignis,
Crispol. *cor milit.* 44. *n.* 9. *et* 10. Georg. Acac. *de privil.
milit. privil.* 16. *num.* 12. *lib.* 2. Rovit. *ad pragmat. de
milit. num.* 6. Mastrill. *decis.* 173. *num.* 29. et 30. Rot. co-
ram Merlin. *decis.* 806. *n.* 12. *et* 13. Immo etiamsi abessent
a Castris ex legitima causa de licentia ducis adhuc in eis
procederent disposita in militibus. Virgil. *in §. illis autem
num.* 5. *instit. de milit. testam.* Wesembec. *cons.* 17. *num.*
40. *part.* 1. Bocer. *de bell. et duell. cap.* 18. *num.* 6. *et cap.*
26. *num.* 11. *ad fin.* Christ. Philip. *decis.* 38. *num.* 14.
part. prima, Christin. *decis.* 3. *num.* 6. *ad med. vers. mili-
tare autem part.* 3. qui tamen ad hoc, ut gaudeant privile-
giis, puta conficiendi testamentum more militari, constare
debet de licentia ducis, et quod parati sint redire ad castra,
ut declaravit Rot. in una romana testamenti 22. martii 1656.
§. nihilominus, quia, coram eminentissimo D. Cerro, quae
hodie habetur impressa *decis.* 150. *part.* 12. *recent.* et quid-
quid sit ad alios effectus, respectu prohibitionis conducendi, 21
de qua in praedictis legibus, quatenus sint in usu, videtur
eas procedere posse in quibusvis militibus stipendiariis, ex
traditis per Hooded *conr.* 83. *num.* 96. *lib.* 1. habemus e-
nim *in d. l. milites* 31. *c. locat.* rationem expressam, cur

conductores milites fieri non permittendum, ne videlicet omisso armorum, osu ad opus rurestres se conferant, ac vicinis grarea praesumptiona eingali militaris existant, quae qoidem ratio vigere potest etiam in animo principuoi hodiernorum, eo ipso, quod stipendium dant militibus, non enim dum recipiuut stipendium pro usu armorum, debeat eo relicto conferre se ad opus rurestre, et tamquam stipendiati e principe possunt vicinis, et hodie graves esso, ac ideq militante hodie eadem ratione dispositionis, militare debet etiam eadem dispositio, ut per Honded. *dicto cons.* 83. *num.* 27. *et* 97. Capell. Tolos. *decis.* 141. *num.* 2. *vers. primum intellige*, itaut quatenus etiam stipendium habeaot, ut sint aliorum magistri, vel ut stent in praesidiis limitantes, adhuc in eis procedere dd. ll. quatenus in usu sint, crediderim prout, et istos gaudere privilegiis, tradunt Sim. de Praet. *de interpret. ult. vol. lib.* 3. *interp.* 2. *vol.* 8. *num.* 6. *fol.* 260. Trentacinq. *de substit. part.* 4. *cap.* 8. num. 6. *in secundo casu vers. aut sunt stipendiati*, Meslin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 5. *n.* 6. Boerr. *de bell. et duel. c.* 26. *num.* 11. *vers. et haec sententia*, obi late Mastril. *decis.* 173. *num.* 29. et 30. Castil. *decis.* 250. *num.* 5. *et seqq.* Prout etiam, si stipendium haberent, ut starent ad custodiam principis pro ejus persona tuenda, vel alias vacent armis, et parati sint defensioni reipublicae, civitatis, vel regis soi, ut dicit. Alex. *in l. centurio* 15. *num.* 23. *vers: hoc tamen fallit, ff. de vulg.* Grass. *de success. in* §. *substitutio quaest.* 66. *numer.* 2. Sim. de Praet. *lib.* 3. *dub.* 6. *solut.* 8. *num.* 5. *versic. si vero*, Farinac. *cons.* 95. *num.* 17. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quaest.* 5. *num.* 9.

Praesupposito autem, quod milites prohibeantur conducere, conclusio declaratur ut procedat in conductionibus ruralibus, per Caroc. *d. tit. quibus non est permiss. n.* 2. et licet nihil alleget faciunt verba dictae *l. milites* 31. *c. de locat.* ibi: *ne amisso armorum usu ad opus rurastre se conferant*, verum quidquid dici posset, attenta tamen hac lege id clarum est, quod ex inspectione *l. fin. c. eod.* contrarium convincitur, dum ibi exprese jubentur milites abstinere ab omni alienarum rerum conductione, et tam possessio-
22 num, quam domorum. Non tamen propterea prohibiti censeri debent conducere ad sui usum, et rerum ad militiam pertinentium, juxta gloss. *in d. l. milites, ver. conductores*, Mozz. *de locat. et conduct. tit.* 3. *de his, qui possunt loc. n.* 3. Azor. *instit. mor. part.* 3. *lib.* 8. *tit. de locat. et cond. cap.* 3. *in princ.* Barbos. *in dict. l. milites* 31. *num.* 4. *c. de locat.*

23 Sunt autem praedictae leges prohibentes fieri locationem, et conductionem cum militibus uti restringentes liberam facultatem contrahendi stricte intelligendae, et non ampliandae, etiam ex identitate rationis secundum Grat. *consil.* 80. *n.* 8. *lib. primo*, ex quo desumit duas limitationes ad earum regulam, Caroc. *dict. tit. quibus non est permiss. con-*
24 *duct. ess. num.* 4. quarum una est, ut procedat in simplicibus militibus, non autem in titulatis, ut comitibus baronibus, et similibus, alia est, ut procedat in conductione simplici, secus in ea, quae jus aliquod saltem utile tribuit, sed vere quoad istam Grat. ibi *n.* 7. fatetur communem esse in contrarium, et exprese dicit ab ea in consulendo non recedere, loquendo de emphyteusi.

25 Praeterea easdem leges non esse in usu, dixit Apostill. ad Summ Aug. *ver. locatio n.* 10. quam refert Caroc. *tit. quibus non est permiss. conduct. esse n.* 3. verum ipse de hoc postea dubitare videtur ex cons. Grat. 80. *lib. primo*, et dictam Apostil. sequitur Reginald. *in prax. poenit. lib.* 25. *cap.* 38. *n.* 507. at non esse in usu apud lusitanos testatur Rebel. *de oblig. just. lib.* 14. *quaest.* 17. alii de eis scribunt, supponuntque esse in usu dum nil de non usu dicunt, ut Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *tit. de locat. et conduct. cap.* 3. *in princ.* Barbos. qui multos congerit *dict. l milites* 31. *et in d. l. fin c. locat.* Grat. *cons.* 80. *n.* 6. *et* 7. *lib. primo.* Mozz. *de loc. et cond. tit. de his, qui locar. poss. n.* 2. Crederem itaque probandum non usum, et tunc eas non attendendas, ut sensit Molin. *de just. et jur. disput.* 488. *n. primo.*

26 Curiales quoque conductores alienarum rerum neque fidejussores, aut mandatores conductorum existere, alioquin nullam obligationem, neque locatoribus, neque conductoribus ex hujusmodi contractibus competere sancitum fuit ab imper. Theodos. et Valentin. *l. curialis* 30. *c. locat.* et notat. Mozz. *de locat. et cond. d. cap.* 3. *de his, qui loc. et cond. poss. n.* 4.

Verum, quia sicut curia multipliciter accipitur, nam quan- 27
doque sumitur pro tribunali, seu loco, in quo jus redditur, ad text. *in cap. forus de verb. signif.* aliquando accipitur pro ipsis jura reddentibus, ad text. *in cap. romana in primo resp.* ibi: *ad rhemen, est curiam appellandum de oppellat. in* 6. aliquando pro loco, ubi residet Papa, juxta il- 28
lud, ubi Papa, ibi Roma, ubi Papa, ibi curia, *c. ubi periculum*, §. *hoc sacro de elect. in* 6. *Clem.* 2. §. *sane*, ubi *glos. in verb. residere de magistr.* licet extra romanam urbem Papa moretur, *c. illud, et c. multi* 40. *dist.* Marchesan. *de commiss. par.* 2. *fol.* 455. *n.* 7. *et seqq.* et idem est de rege, seu principe intelligendo tamen, quando in aliquo loco residat cum suis consiliariis, et aliis, qui ejus lateri assistunt, haec enim congregatio curia dicitur, et inde locus ubi congregatio praedicta fit curia appellatur, ut post Covarr. *pract. quaestio cap.* 10. *n.* 4. dicit etiam Christoph. de Paz. ad *l.* 7. *stili n.* 13. *et seqq.* ubi latius prosequitur explicando, quid sit, et unde dicatur curia.

Hinc autem fit, quod cum curiae nomen sit aequivocum, 29
ut notat Ridolph. *in sua praxi part.* 2. *cap. primo n.* 149.
ita et multo magis nomen curialium, nam eorum appella- 30
tione veniunt omnes sequentes curiam, Oldrad. *cons.* 225. *n.* 5. Ridolphin. *in dicta praxi part.* 3. *cap.* 4. n. 163. ubi latius explicat curialium nomen, quod ita non modo hodie communiter accipitur, sed etiam acceptum videtur, imo, et latius *in tit. c. si curial. relict. civit. rus. habit. mal. lib.*
10. *et in tit. cod. de curial. urb. Rom. lib.* 11. at in pro- 31
posito dictae prohibitionis conducendi non potest nomen curialium in hac lata significatione recipi, nam etiam ipsi mercatores, qui curiam ad lucro fortasse solum finem conducendi alienas res, et praesertim fiscales, seu camerales sequuntur, ea comprehenduntur, Maudos. *ad reg.* 5. *Canc.*
q. 3. *n.* 2. *vers. suadetur.* Unde videndum, qui magis pro- 32
prie nomine curialium illis temporibus antiquis, quando emanarit prohibitio praefata veniant, et venire eos, qui ex principalibus civitatibus munera omnia subire cogebantur, et ab aliis tributa exigere docuit Alciat. *in parerg. lib.* 2. *cap.* 26. *et in l. pupillus*, §. *decuriones, ff. de verb. sign.* et ex en Spiegel, et Calvin. *in lexicon. ver. curiales sub romanis*, vel etiam dicebantur coriales, qui curiis adscripti erant ad similitudinem quorum sunt, quos hodie in Hispanis procuratores curiae vocant, et sunt procuratores illarum urbium, quae in regis curia vocem habent quando tractatur de republica, et ad eam pertinentibus, ut doctissime ex antiquis legibus praesertim *c. Teodosiani*, deducit Christ.
de Paz. *ad l.* 7. *stili n.* 8. *et seqq.* Curialis etiam dicebatur 33
Decurio, idest, qui in oppido tamquam senator erat constitutus, *l. si quis curialis* 12. *c. de episc. et cler.* ubi qui prius curialis postea decurio nominatur, ut post Hotom. notat Calvin. *in lexicon. ver. curiales idem.*

Curiales itaque forte per autonomasiam intelligi debent praelati, et similes officiales in praefata prohibitione conducendi, et ita concordat text. *in l. decurio* 4. *ff. de decur.* ut notat ibi glos. *in verb. prohibetur, et in l. spurii* 6. *vers.*
decurio etiam. ff. eodem, quibus tamen juribus non dicitur, 34
decurionibus conductio absolute interdicta, sed quarumdam rerum, et signanter vectigalium suae civitatis, sed forte prohibitio de jure *ff.* restricta ad quarumdam rerum postea fuit de jure *c. in d. l. curiales generaliter*, et indefinite renovata, et ampliata ad conductionem omnium rerum alienarum.

Immo officiales in loco, ubi administrationem gerunt, vel 35
alibi cum subditis generaliter contractus per se, vel per alios facere prohibentur, *l. non licet* 46. *et l. qui officii* 62. *ff. de contrahen. empt. l. aufertur*, §. *quod a praeside, ff. de jur. fisc. l. prima, c. de contract. judic.* Osasch. *dec.* 109. *n.* 6.

Controverti autem solet, an praedicta prohibitio procedat 36
in officialibus officium habentibus in loco suae originis et affirmativam tenent Jas. *in l. principalibus n.* 2. *ff. si cert. pet.* Caroc. *d. tit. quib. non est permiss. conduct. et n.* 13. *vers. amplia*, ut nec in proprio, ubi communem dicit Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 78. *vers. ego quamquam.* Verum haec opinio saltem ita indistincte non videtur retinenda, sed solum ubi similes officiales conducerent ea, quae ex officio suo locantur, ut probant Corn. *in l. cos, n.* 1. *ad med. ff. si cert. pet.* Rimin. Sen. *in l. principalibus n.* 3. *in prima limit. ff. eodem*, Bald. *consil.* 333. *in princ. lib.* 3. Socin. *reg.* 278. *n.* 2. Bertachin. *de gabell. part.* 3. *n.* 10. *in prima limit.* Peregr. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 9. ubi inquit esse de hoc text. *in l. praesides*, secundum unam lectoram communiter approbatam *ff. si cert. pet.*

37 Item controvorti solet, an procedat prohibitio in solis officialibus ad tempus, sed etiam in perpetois, et in utriusque procedere sentiunt Fachin. *contr. lib. 2. cap. 78. in primo dub.* et Caldas *cons. 34. n. 15.* At contrarium in perpetuis magis communiter tenetur Corn. *in d. l. eos ante med.* Jas. *in l. principalibus n. 2. vers. secundo limita*, ubi de com. *ff. si cert. pet.* Bald. *cons. 333. in princ. lib. 3.* Rauden. *cons. 49. e. 109. lib. 1.* Caroc. *d. tit. quib. non est permiss. n. 13. vers. limita in officiali*, Bertschin. *de gabel. part. 3. n. 10. vers. secundo, et 3. lim.* Peregr. *de jur. fisci lib. 4. tit. 7. n. 10.* ubi de recepta Montan. *de tutel. cap. 30. n. 67.*

38 Et ampliatur haec opinio, ut non solum procedat in officiali constituto in perpetuum, sed etiam in constituto ad beneplacitum principis, quia aequiparetur perpetuo propter incertitudinem, ut ampliant signanter Bald. Bertach. et Pe-
39 regr. *in loc praec.* limitatur autem si conducant, seu emant a litigantibus, Cald. *d. cons. 34. n. 21.*

40 Controvertitur pariter, an palam, et publice, ac bona fide si contrahant officiales contractus sustineatur, et sustineri hoc casu tenuit Bart. *in l. aufertur, §. quod a praeside, ff. de jur. fisci*, Soccin. *reg. 278. n. 5.* et late Menoch. *cons. 1174. n. 18. et seqq.* Contrarism vero opinionem probavit glos. *in l. 1. c. de contr. jud.* Bald. et Salicet. *in l. quisquis, c. si cert. petat.* late. Jas. *in l. principalibus n. 2. in 7 limit.* ubi de comm. *ff. si cert. pet.* Fachin. *controv. 79. lib. 2.* et videtur, quod facti, ac negotii circumstantiis plurimum sit observanda in hoc proposito, et justa eam judicandum, ut censuit Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 7. n. 12. in 7. ampliat. in fin.* itaut si adsit totalis justitia in pretio dicendum sit valere contractum, ut per Menoch. *cons. 1174. n. 25.* licet contr. sentiat Osasch. *decis. 109. n. 7.*

41 Amplia prohibitionem, sive officium habeat annexam administrationem cum jurisdictione, sive non, ut auctore Bart. *in d. l. aufertur, §. quod a praeside, ff. de jur. fisc.* ampliat Caroc. *d. tit. quib. non est permiss. n. 13. vers. amplia sive*, dummodo tamen quatenus non habeat jurisdictionem, emat rem extra officium suum, et nullo incusso metu, nam potest secundum Bart. ibi Peregr. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 7. n. 14.*

42 Secundo amplia, ut nec stante juramento officialis contractus valeat, Bart. *in l. si quis pro eo, vers. 4. prohibetur, ff. de fidejuss.* Dec. *in d. l. principalibus n. 4. in 5. ampliat. ff. si cert. pet.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 4. cap. 7. n. 12. vers. amplia quinto*, ubi quod juramentum esset relaxandum, vel sequuto implemento res condici posset, et multo minus obligabitur, si cum guarentigiis promiserit, Jas. *in d. l. principalibus n. 4. ad fin.*

43 Tertio amplia, ut non possit legibus praedictis renunciari per officiales, aut cum eis contrahentes, Jas. *in d. l. principalibus n. 4. ad fin.*, Peregr. *d. tit. 7. n. 12. vers. amplia quarto*, ubi reddit rationem, quia legi prohibitivae publico favore inductae renunciari non potest.

44 Quarto amplia, ut contractus facti durante officio, non reviviscant eo finito, Mercabrun *cons. 51. n. 49.* nec ratificari possunt *l. 1. c. de contract. jud.* Jas. *in dicta l. princi-*
45 *palibus n. 1. in fin. ff. si cert. petat.* Quid autem dicendum sit, si statim finito officio officialis contrahat, et sunt hinc inde opiniones, sed verior est, quod valeat contractus, ut tenuit Jas. *in d. l. principalibus*; et veriorem opinionem non solum testatur, sed ponderatis verbis legum ostendit esse, Peregrin. *dicta tit. 7. n. 12. in 6. ampliat.*

46 Non desunt autem etiam limitationes, nam signanter, limitatur prohibitio, ut si officialis succedat in conductione eam continuare possit, ut est text. express. *in dicta l. decurio 4. ff. decur.* ex qua propterea bene deducitur, legem non abhorrere, quod officiales conductores sint; sed potius quod contrahant, quasi suspicetur, quod contrahendo sua
47 auctoritate abutatur. Unde infertur ad veritatem alterius limitationis, quae est, ut bene possit conducere officialis a sibi non subdito, seu a personis, quae non sunt de territorio, in quo habet officium; ut tradunt Corn. *in l. eos n. 1. ante fin. c. si cert. petat.* Jas. *in dicta lege principalibus n. 2. in 3. limitat.* Socin. *reg. 278. n. 3.* Bertsch. *de ga-*
48 *bell. part. 3. n. 10. in 4. limitat.* Peregrin. *de jur. fisci lib. 4. tit. 7. n. 11.* ubi etiam ampliat, ut contrahere possit de re in suo territorio existente, Caroc. *dicto tit. quibus non est permiss conduct. cap. 8. n. 13. vers. limita 2.*

49 Tertio lim. in conductione rerum sibi necessariarum, quae etiam si facta a subdito valet, et sustinetur Soccin. *reg. 278. n. 4.* Salicet. *in l. quisquis ad fin. c. si cert. pet.* Corn. *in dicta l. eos n. 1. post med. c. eodem*, Jas. *in dicta l. principalibus n. 2. in 4. limit.*

Quarto lim. si specialiter concessum sit a principe, ut conducere possint, *l. non licet 46. ff. de contrah. empt.* Montan. *de tut. cap. 30. n. 74. in princ.* 50

Quinto lim. si plures sint officiales, quorum aliqui locare de se possint, seu contractum locationis auctorare, et locent, seu auctoritatem praebeant locationi factae alteri officiali, quia tunc ex praesumptione, quam habent pro se alii officiales sustinebitur contractus ut firmat Menoch. *cons. 1174. n. 16. et seqq.* auctoritate praesertim Isern. *in cap. 1. §. si vero Castaldi n. 10. de feud. guar.* quem sequitur Afflict. *ibi n. 7.* et Lancell. Corad. *in tractat. de praetor. cap. 9. § 1. n. 9. vers. septimo quando officialis.* 51

Verum limitatio ista facilius procederet, quatenus ultra dictam circumstantiam, quod locatio sit facta auctorantibus aliis officialibus concurrat etiam, quod appareat facta pro justo, et consueta pensione, et prout quilibet privatus conduxisset juxta text. in termin. tutoris recipientis pecuniam pupillarem a contutoribus in *l. non existimo 55. ff. de admin. tut.* de quo dicam infra, adeout ex circumstantiis facti videatur, vel adhaerendum praedictae opinioni, vel contrariae, quam tenuerunt gloss. *in l. 1. ver. provincias post med. c. de contract. jud.* Axor. *in sum. eodem tit. n. 5. ad med.* Peregr. *de jur. fisc. d. lib. 4. tit. 7. n. 12. in fin.* 52

Sexto denique limita in locis, in quibus non essent in usu praedictas leges, quia de earum non usu testantur aliqui, ut videre est penes Caroc. *in d. tit. quibus non est permiss. n. 12. vers. lex tamen*, et de eis quoque loquuntur aliqui ex *supracit. n. 25.* dicentes non esse in usu leges, quibus prohibentur milites fieri conductores, unde quis e contra alii eas supponunt in usu; crediderim eas aliquibus in locis in usu esse, aliquibus non ut ibidem dixi. 53

Tutores quoque, vel curatores pupillorum tutelam, vel adolescentium curam administrantes, seu etiam ea finita ante redditam rationem non esse admittendos ad conductionem vectigalium, aliarumque rerum fiscalium, et quidem sub poena falsi, *l. 1. §. ad testamenta, vers. tutores, et curatores, ff. ad l. Corn. de fals. l. un. c. ne tut. vel cur. vect.* 54
cond. Verum si tutela postquam conductores sunt supervenerit, possunt ea suscepta conductionem continuare *d. l. un.* 55
Gironda *de gabel. part. 3. n. 16. et 17.* ubi quia facilior, est retentio, quam acquisitio. Item poterit tutor durante tu- 56
tela in conductione vectigalium jure haereditario succedere *d. l. 1. §. ad testamenta in fin. vers. sed si jure, ff. ad l. Corn. de fals.* Item limitatur dicta prohibitio conducendi fiscalis, etiam post tutelam, vel curam ante redditam ra-
tionem, si pupillus, sed adultus cui reddenda sit ratio, vi- 57
xerit. secus autem si eo defuncto ratio ejus haeredibus reddi debeat, *d. l. 1. §. ad testamenta, vers. iidem principes, ff. ad l. Corn. de falsis.*

Prohibentur etiam tutores conducere res pupilli, et curatores res adulti, cujus tutelam, vel curam gerunt, *l. si in emptione, §. fin. et l. licet. ff. de contr. empt. l. pupillus, §. item ipse tutor. ff. de author. tut.* quae jure licet loquantur de emptione, haec etiam procedunt in conductione, 58
tum quia isti contractus eisdem juris regulis constituunt *in-* 59
st. tit. de loc. et cond. in princip. tum etiam, quia emptionis nomine omnes contractus per quem dominium transfertur continetur *l. statu liberi a caeteris, §. quintus*, et ibi glos. *ff. de stat. lib.* et in proposito Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 15. n. 2. vers. et procedit* maxime, cum in utroque contractu militet eadem ratio prohibitionis, ne minores decipiantur, et fraudibus subjiciantur, ut per Sord. *cons. 9. n. 34.*

Non tamen prohibetur tutor de bonis pupilli, quae vendi possunt palam, et bona fide comparare, ut dicit text. *in l. cum ipse 5. c. de contrah. empt.* et tradunt Bellon. sen. *cons. 76. n. 1.* Valanzuel *cons. 311. n. 11.* Gratian. *discept. 556. n. 21.* Gutier. *de tutel. part. 2. cap. 15. n. 5.* 60

Palam autem, et bona fide rem pupilli conducere sine dubio dicetur, si a contutoribus pro pensione consueta conduceret, ut extraneus quilibet faceret text. est clarus *in l. non existimo 55. ff. de admin. tut.* per quam declarari praedictam *l. cum ipse*, tradunt congesti per Gutier. *de tut. p. 2. cap. 15. n. 6.* et licet gloss. *in d. l. non existimo in verb. et cavit*, videatur velle sufficere auctoritate contutorum factum esse contractum, et idem sentire videatur Gutier. post 61

alios *d. num.* 6. Tamen jurisconsultus simul ponderat quod
tutor recepit a contutoribus pecuniam ac promisit certas u-
suras, quas alii debitores pupillo dependunt et sic non so-
lam auctoritatem contutorum, et tutor, ut saleat contractus
cum pupillo factus, non solum palam contrahere debet, sed
etiam bona fide, ut dicitur *in d. leg. cum ipse* 5. *c. de con-*
62 *trah. empt.* et bona fide contrahere dici non potest, dum pu-
pillum suum laedit, etiam si non adsit laesio ultra dimi-
diam, dummodo tamen non sit levis, Barbat. *cons.* 42. *n.* 4.
vers. eoque magis. lib. 1. Curt. Jun. *cons.* 29. *n.* 9. *et* 10.
et optime Becc. *cons.* 148. *n.* 7. Nec obstat Rota in prae-
dicta decisione, quia ibi laesio consabat, et in eo se fundat
principaliter Rota, deficientibus autem aliis tutoribus pa-
lam conducere dicitur si cum praesentia judicis contrahet
secundum unam opinionem vel cum praesentia consangui-
neorum pupilli, ut tenent relati per Guttier. *d. cap.* 15.
n. 7. sed cautius aget tutor, si utramque simul adhibebit, et
consanguineorum videlicet, et judicis, prout alii reputant
necessarium, Curt. Jun. *cons.* 29. *n.* 12. Surd. *consil.* 9.
n. 40. et hanc esse veriorem dicit aliis relatis ipse Guttier.
ibid. n. 8.

63 Quid si impetrata licentia principis, puta locandi prae-
dium magnum cum aliqua derogatione? et sustinebitur con-
tractus, sed hoc quatenus principi narratum fuerit, quod
locatio facienda erat ipsi tutori, vel curatori, alias licentia
non suffragabitur, ut late probat Becc. *cons.* 148. *num.* 6.
et 9. *post. med. et seqq.*

Controvertitur autem, an contractus inter curatorem, et
minorem suum firmetur juramento ipsius minoris, et ne-
gativam tenet Bald. *cons.* 200. *numer.* 2. *libro* 3. et Ca-
64 still. *decis.* 149. *numer.* 7. ubi etiam citat alios, sed ve-
rior videtur, quod attenta dispositione juris canonici, si-
gnanter *in cap. quamvis pactum de pactis in* 6. *et in cap.*
cum contingat de juram. contractus sustineatur, ut firmat
Spin. *in specul. testam. gloss.* 29. *n.* 63. et veriorem opi-
nionem, ac tenendam asserit Guttier. *de tutel. cap.* 15. *nu.*
21. *par.* 2. et hanc opinionem admisisse etiam videtur Rot.
in decis. 25. *num.* 24. *par.* 5. *recent.* ubi firmando nullita-
tem contractus minoris cum tutrice, et curatrice, ad hoc
objectum de juramento respondat solum illud non relevare
propter dispositionem statuti urbis *cap.* 151. praesumentis
juramentum dolo extortum.

65 Tutores autem, quibus administratio decreta non est
possunt tamquam extranei a pupillo conducere, *l. tutores*
6. *ff. de admin. tut.* quod procedere, quatenus administra-
tio fuerit eis denegata videtur applicare ibi glos. sed pro-
cedere etiam quocumque modo eam non susceperint, sen-
tiunt alii, ut per Cagnol. *in l. singularia* num. 85. *in fin.*
ff. si cert. pet. Gamm. *decis.* 217. *in fin.* Guttier. *d. cap.*
15. *num.* 20. ubi idem ait, si administrationem deposuerint,
quod procedere etiam si adhuc ille, cujus tutela fuit depo-
sita per contrahentem sit minor, et alios tutores, vel curato-
res habeat, tradit Molin. *de just. et jur. tom* 1. *disput.* 224.
num. 15. *ad med.*

66 Clerici pariter non possunt aliorum praedia conducere,
text. est. *in cap.* 26. *pervenit* 86. *distinct.* et *in cap.* 1. *ne*
cleric. vel monac. quod procedit in quacumque alia con-
67 ductione negotiationem sapiente, ut signanter, ac multo ma-
gis in conductione gabellarum, Caroc. *tit. quibus non est*
permiss. conduc. num. 7. Bellet. *disquis. clerici tit.* 2. *de*
discip. cleric. §. 21. *num.* 33. ubi quod neque per se ne-
que per alium, et idem erit dicendum, si clericus vellet
admitti in socium alicujus conductionis jam factae, ut firmat
68 Ricc. *resol.* 474. vel secundum aliam impress. 475. *num.* 2.
part. 1. imo nec poterit fidejubere pro conductore, Mozz.
de locat. et cond. tit. 3. *de his, qui loc. et cond. poss. nu.*
6. Ricc. *d. resol.* 474. *num.* 2. *in fin.*

69 Controvertitur autem, an contractus sit nullus ipso jure,
et in terminis locationis, pro affirmativa late consuluit Port.
Imol. *cons.* 16. *n.* 40. *ad fin. et seqq. fere per tot.* At in
contrarium censuerunt dec. *cons.* 115. n. 4. *vers. secundo*
respondetur. Marcobr. *cons.* 18. *n.* 258. et veriorem opinio-
70 nem hanc esse putat, Grass. *de effect. cleric. effect.* 6. *n.* 16.
Item controvertitur, an prohibeantur etiam conducere
bona ecclesiastica, et affirmativam signanter tenet, Turre-
cram. *in d. c. pervenit sub num.* 1. *vers. idem intellige*
86. *dist.* et contrarium probatur per text. *in cap. dilecti de*
decim. ubi conductionem factam a quibusdam monacis non
improbat Papa, ut per Ricc. *d. resol.* 474. *n.* 5. Bellett.
disquisit. cleric. tit. 1. *de discipl. cleric.* §. 21. *num.* 37.

Limitatur autem conclusio si clericus sit pauper, quia ad 71
sui, ac etiam suorum sustentationem poterit hac industria
conductionis praediorum, uti Mozz. *de locat. et cond. d.*
tit. 3. *n.* 7. Ricc. *d. resol.* 474. *num.* 6. Bellet. *disquisit.*
cleric. tit. 1. *de discipl. cleric.* §. 21. *num.* 33. Grass. *di-*
ct. effect. 6. *num.* 28. *et seqq.*

Secundo limitatur, ut non procedat dicta prohibitio in 72
simplici clerico non Beneficiato, nec in sacris constituto se-
cundum Carocc. *tit. quibus non est permiss. conduct. esse*
n. 7. *a quo non dissentit,* Ricc. *d. resol.* 474. *num.* 4.
Bellett. *d. tit.* 1. §. 21. *num.* 33. *vers. quae tamen.*

Tertio limitatur, si ageretur de praediolo conducto ani- 73
mi gratia, vel etiam aliis bonis clerici circumdato, quia in
eo quoque non verificabitur prohibitio, Ricc. *d. resol.* 474.
num. 4.

Quarto limitatur, si clericus succedat ei, qui conduxerat, 74
quia poterit continuare conductionem, ut probat text. *in l.*
Decurio, ff. de Decur. et docet gloss. *in c.* 1. *ver. condu*
ctores, ne cleric. vel monac. et firmat Bellet. *dict.* §. 21.
num 34. et Ricc. *d. resol.* 474. *num.* 3.

Prohibentur etiam monachi, ne a cleric. vel laicis suo no- 75
mine conductiones faciant *cap. secundum* 6. *ne cleric. vel*
laic. et dicit ibi text. *suo nomine,* quia nomine monasterii ex
causa necessitatis licitum est juxta gloss. *ibidem in verb.*
firmas.

Laici quoque prohibentur aliqua conducere, nempe eccle- 76
sias *d. cap. secundum* 6. *ne laic. vel cleric.* quod intelligi- 77
tur de obventionibus ecclesiasticis, quibus locatis largo mo-
do dicitur locata ipsa ecclesia, quae alias, prout ecclesia, est lo- 78
cari non potest ullo modo, etiam si accesserit consensus epi-
scopi, Montic. *de loc. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 23. et dicam infra
cap. proximo ad finem. At obventiones ecclesiasticae, bene
possunt locari clerico, etiam cum onere inserviendi ipsi ec-
clesiae, quatenus tamen non sit parochialis, vel alia, in qua
requiratur, rectorem inservire per seipsum, ut sensit. Lap.
alleg. 12 *sub. num.* 3. ad tradita *in cap. fin* et ibi gloss. *in*
verb. ecclesiam ne praelat. vic. suas, laico autem minime,
ne ecclesia subijciatur regimini, seu administrationi laico-
rum, ut *in dicto cap. secundum,* cum ibi notat. per scri-
bentes Gratian. *discept.* 238. *num.* 20. et esse communem
opinionem doctorum non posse oblationes, quae fiunt in ec-
clesia locari laicis R. P. D. Fagnan. eos referens *in cap.*
pastoralis num 42. *de his, quae fiunt a praelat. sin. cons.*
cap. In casu tamen magnae necessitatis, posset etiam laico
similis concessio fieri non tamen, ut ipse ecclesiam regat,
sed ut per aliam ecclesiasticum curet eam gubernari,
ut firmat Jo. Andr. *in cap. ex ratione de aetat. et qual.* et
eum sequitur Abb. *in d. c. secundum num.* 2. *ad med. vers.* 79
instante tamen. Licet enim laici sint penitus incapaces
oblationum, quae fiunt in ecclesia, adeo ut consuetudo ali-
qua, seu praescriptio eis non suffragetur, ut firmat Maresc.
var. cap. 42. *num.* 5. *lib.* 2. tamen possunt deputari, ut
nomine rectoris ecclesiae eas administrent, neque hoc re-
putatur inconveniens, dummodo eas in proprium usum non
vertant, dec. *in cap. decernimus n.* 113. *et seqq. de judic.*
Rot. *decis.* 37. *n.* 15. *p.* 5. *recent.* et dummodo ipsi laici
eas de altari non accipiant, quia hoc eis non permittitur,
Bald. *in cap.* 2. *n.* 13. *de judic.* et ibidem dec. *num.* 118.
Ferret. *consil.* 143. *num.* 5. *et* 6. ubi nec excusari consue-
tudine si faciant propria auctoritate, Genuen. *in prax. Ar-*
chiep. cap. 34. *num* 9. Ricc. *decis.* 170. *num.* 11. *par.* 4.
Marescott. *d. cap.* 42. *num.* 11. *lib.* 2. et quod licet quoti- 80
die fiat ab Episcopis, et etiam a D. Papa dicta locatio obla-
tionum laicis, id certum sit, non posse laicos per seipsos, et
immediate illas de altari levare dicit post alios, quos refert
R. P. D. Fagnan. *in d. cap. pastoralis num.* 43. *de his,*
quae fiunt a praelat. licet hoc toleretur in eorum confrater-
nitatibus ex generali consuetudine, quatenus in proprios
usus non vertant, Dec. *cons.* 148. *num.* 3. *et seqq.* Ferret.
d. cons. 143. *num.* 7. Marescott. *d. cap.* 42. *num.* 12. Ricc.
decis. 170. *num.* 12. *part.* 4. et de simili locatione oblatio-
num, seu eleemosynarum loquitur, Ossach. *decis.* 50.

Decimarum quoque conductio videbatur dicenda laicis 81
omnino interdicta, quia cum decimae sint quid spirituale,
laici reputentur prorsus earum incapaces, *cap. decimas* 16.
q. 7. *cap. quamvis* 17. *de decim.* cum concord. plene cumu-
lat. per Monet. *de decim. cap* 5. *n.* 57. adeo ut etiam si ad
laicos legitime aliquo modo transierint, et per eos retineantur,
non tamen per ipsos in alios laicos transferri possint,
cap. prohibemus 19. *de decim.*

Pacioni 12

82 Verum animadvertendum est, quod duae sunt species decimarum, una, quae dicuntur spirituales, quia descendunt a jure spirituali, et divino, et harum sunt prorsus incapaces laici, aliae vero, quae dicuntur temporales, quia descendunt a jure temporali, et harum laici non sunt incapaces, sed prorsus ad eos transeunt, prout alia bona temporalia ecclesiarum, Bald. *cons.* 419. *n.* 1. *vers. item, et decimae*. Bero. *cons.* 84. *n.* 41. *lib.* 1. Gregor. *decis.* 404. *n.* 2. et ibi Add. Rot. *decis.* 313. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Istae autem temporales non sunt proprie decimae, sed quaedam decimationes, seu responsiones, ut dicunt Bald. et Greg. *ibid.* et ideo

83 quando de decimis loquimur non de eis, sed de aliis intelli-

84 gitur, ut declarant Abb. ad Gregor, *loc. cit.*, quae etiam

85 quandoque sumuntur pro ipso jure decimas percipiendi, et quandoque pro ipsis fructibus decimarum, postquam sunt percepti primo modo acceptae sunt jus spirituale dependenter, quia a spiritualitate, et jure ipso sacerdotii inseparabiliter dependent, et in hoc sensu laici sunt prorsus, et omnino incapaces earum, secundo autem modo consideratae, secus est dicendum, quia reputantur temporales tamquam in re temporali consistentes, et laici non sunt earum incapaces, ut distinxit D. Thom in 2. 2. *quaest.* 87. *artic.* 3. et late reassumit, ac optime comprobat Barbos. *de jure eccl. univ. par.* 3. *c.* 26. § 2. *n.* 1. *et* 2. et plene etiam Rot. *decis.* 95. *n.* 7. *et seqq.* post Salgad *in labyr. credit.*

86 Applicando autem ad materiam locationis earum si loquimur de prima specie decimarum prout primo modo consideratae fuerunt, nempe de jure eas percipiendi, stante incapacitate laicorum, nec quidem ad modicum tempus poterunt eis locari, Bero. *cons.* 21. *n.* 8. *lib.* 1. Gratian. *disc.* 238. *n.* 19. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 17.

87 Si autem loquimur de eis, prout secundo loco fuerunt consideratae, nempe de fructibus tantum, et eorum perceptione, et quia laici non sunt earum incapaces, locatio poterit eis fieri, ut est text. express. in *cap. vestra* x. *de locat.* et quatenus ad feudum, vel alienationem non videatur extendi poterit fieri libere, ut dicit ibid. text. ac proinde etiam sine auctoritate superioris, ut importat illa dictio libere, ut plenissime cumulatur per Barbos. *de dict. usufruct. dict.* 190 *n.* 2. *et in proposito* Caroc. *de locat. tit. de decim num.* 7. et 8.

88 Vis autem juris decimandi consistit in facultate percipiendi decimas propria auctoritate, et nomine proprio de manu colentium praedia, quae trahit secum jus spirituale, et valde differt a facultate percipiendi fructus decimales nomine ecclesiae, quae sola, uti consistens in mera temporalitate, laicis concedi potest, ut optime aliis cumulatis declaravit Rot. *decis.* 291. *num.* 8. *ad med. et seqq. par.* 10. *recent. et decis.* 95. *num.* 8. *vers. vis. enim*, post Salgad. *in labyr. credit.*

89 Transferri vero dicetur, sola facultas percipiendi fructus nomine ecclesiae, non autem jus percipiendi decimas nomine proprio, si fiat locatio ad modicum tempus, itaut nullum transferatur dominium in conductorem, secus autem si dominium etiam utile tantum transferatur, quia hoc includit facultatem illam percipiendi nomine proprio, cujus sunt incapaces laici, Rimin. jun. *consil.* 429. *num.* 7. *et seqq. per tot.* Gratian. d. *discept.* 238. *num.* 22. Rot. *decis.* 95. *nu.* 13. post Salgad.

90 E contra vero concessae erunt decimae, et jus ipsum decimandi, si reservatum fuerit solummodo pro ecclesia directum dominium, quia inde arguitur translatum utile; quod tribuit facultatem percipiendi propria auctoritate, et si concessum pro medietate pro indiviso cum rectore, ex quo arguitur, quod idem jus transfertur, ac remanet, et sic cum rectori remaneat jus ipsum percipiendi, idem censetur translatum, prout haec omnia latissime considerantur *in prae-*

91 *dicta dec.* 291. *a n.* 7. *ad* 15. *p.* 10. *rec.* Poterit tamen in ipsa translatione utilis dominii expresse declarari, quod laicus non recipiat decimas nomine suo, sed nomine ecclesiae tamquam ejus procurator, et valebit concessio cum non sit prohibitum illum percipere decimas nomine ecclesiae, ut aliis adductis tradit Gratian. *d. discept.* 238. *n.* 23. etiam si titulo conductionis percipiat Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3.

92 *n.* 14 *vers. unde laici*. Erit tamen necessarium beneplacitum apostolicum, prout requiritur in locatione rei ecclesiae eo ipso quod fit ultra triennium, ut dicam *infr. cap.* 14. sed haec erit differentia si sit translatum dominium utile cum dicto effectu percipiendi nomine proprio, vel potius cum praedicta declaratione, quod hoc secundo casu existentis, videlicet dictae declarationis, et non translati dominii, satis erit confirmatio, seu beneplacitum in forma communi. At in primo casu obstante dicta incapacitate laici et prohibitione concilii generalis relati *in cap. prohibemus de decim*, necessaria erit confirmatio in forma specifica cum expressa derogatione dicti conc. generalis, ut tradit Corrad. *in prax. dispens. apost. lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 2. *vers. praeterea*, Rot. *decis.* 350. *num.* 28. *et.* 29. *part.* 5. *rec.* et in Albingauen. decimarum 25. junii et 8. novembris 1627. coram Verali, in quibus decisionibus habentur etiam aliqua, ex quibus arguitur traditum jus decimandi, non sola fructuum perceptio.

Exclusa autem incapacitate laicorum, de qua hic loquimur, in reliquis, quando et quomodo fieri possit locatio decimarum est quaestio, quae cadit sub generali quaestione de locatione bonorum ecclesiae, de qua late infra *cap.* 14. et ulterius admissa potestate locandi, et conducendi oriri solet, quandoque dubium circa voluntatem, an scilicet facta locatione universali bonorum, et jurium etiam decimae comprehendantur, quod tangam suo loco, nempe quando agam de interpretatione locationis, *in cap.* 43. *prope fin. primae inspectionis de dubiis circa rem locatam.*

Non omittam ulterius annotare circa dictam incapacitatem quod licet dictum sit laicis posse locari fructus decimarum, hoc intelligendum dummodo non fiat locatio judaeis, Rebuff. *de decimis q.* 10. n. 33. *ad fin.* quem refert, et sequitur Gratian. *discept.* 238. *n.* 24. *ad fin.* 93

Sunt, et aliqui, qui non ubique possunt domum conducere, seu proprius loquendo, quatenus conducant, possunt per 94 alios expelli, ut Faber malleator, qui non potest habitare prope scolas, ut docet Bart. *in l. unic.* § *itaut, c. de stud. liber. urb. lib.* 11. ubi Alex. in addit. amplat, et neque prope scolares, neque prope monasteria; ut bene probat ille text. in fine, ubi praecipit imperator unicuique scolae loca specialiter deputari, ne discipuli sibi invicem possint obstrepere, vel magistri, nevo linguarum confusio permixtim vel vocum aures quorumdam, vel mentes a studio litterarum avertat, unde arguitur, quod Faber malleator non potest juxta scolas, ut dicit gl. *ibi in ver. avertat*, licet hoc non videri amplius in usu dicat Bonacc. *de contract. tit. de locat. et cond. punct.* 1. *n.* 2.

Meretrices quoque, quatenus conducunt domum in vici- 95
nia honesta, possunt expelli per vicinos Menoch. *de arbitr. cas.* 535. *n.* 16. et late ampliando, et limitando, ac declarando Franc. Baron. *de citat. in addit. ad. q.* 18. *n.* 124. *et pluribus seqq.*

Dubitant aliqui, an possit emptor rem, quam emit conducere a venditore, interim, ac pretium ejusdem rei solvat, 96 ut videre est late penes Caroc. *de locat. tit. de usur. quaest.* 1. sed tale dubium resolvendum est affirmative per text. *in l. sicut* § *interdum cum l. seq.* ubi Bart. *ff. locat* et ultra congestos per Caroc. *d. quaest* 5. *num.* 3. *et seqq.* Rot. coram Mantica *decis.* 3. *num.* 5. sed dicitur possidere pro emptore juxta praecedentem titulum, ut subdit ibidem Rot. *num.* 6. quod intelligendum est, ut latius dixi supra *cap.* 2. in prima regula, dignoscendo locationem ab emptione, et vide Caroc. ubi supra et dicam etiam aliquid *in cap. de remissione mercedis.*

Sic venditor potest rem, quam vendidit statim conduce- 97
re *l. qui fundus* 75. *ff. de contr. empt.* sed ex hac subita
rei venditae conductione, quasi pateat ex ea vendentem nol- 98
le re privari sumunt doctores conjecturam, quod venditio fuerit simulata Paris. *cons.* 54. *num.* 73. *et* 76. *vers. et ideo lib.* 1. ubi refert tenentes hanc solam conjecturam sub pacto de retro vendendo, sufficere ad arguendam simulationem venditionis Natt. *cons.* 198. *num.* 10. Rot. *decis.* 253. *num.* 6. *part.* 8. *recent.* Verum est conjectura de se irrelevans ad arguendam simulationem, Barbat. *in leg. pignus*, § *supervacuum*, *numer.* 6. *ff. quibus mod. pignor. vel hypoth. solvat.* Aldovin. *cons.* 69. *num.* 47. Rota coram Andr. *decis.* 109. *num.* 11. et in una Praenestina simulationis con-
tractus 12. martii 1664 § *hinc non urget*, et 29. maii 1665. 99
§ *injustitia coram Verospin*, et ratio est evidens, quia dum re vera potest ita contrahi juxta *d. leg. qui fundum*, non est cur inde argui debeat simulatio Gregor. *decis.* 195. *n.* 10. *et decis.* 459. *num.* 8. et 9. Argueret tamen ex circumstantiis, uti si esset pro pensione valde modica, Honded. *cons.* 33. *n.* 71. *lib.* 2. Bellon. jun. *cons.* 20. *n.* 41. secus autem si pretium esset potius excessivum secundum Rot. coram Andr.

d. decis. 109. *num.* 16. et contrarium, quod etiam ex tali
excessivitate urguatur simulatio; tradit Rolan *cons.* 40. *n.*
25. *lib.* 2. et videtur in hac contrarietate distinguendum,
quod si excessivitas sit respectu quantitatis fructuum, qui
percipi potuissent ex pecuniis, tunc procedat prima opinio,
quod talis excessivitas, non faciat conjecturam pro usuris,
si vero excessivitas sit respectu fructuum, qui percipi po-
tuissent ex bonis locatis, et magis correspondeant fructibus,
qui percipi potuissent ex pecunia soluta nomine pretii, quia
inde urguitur simulatio emptionis in fraudem usurarum,
Natt. *cons.* 198. *n.* 14. Rot. *decis.* 801. *n.* 4. *vers. postremo*
quia par. 4. *divers.* et coram Mellino decis. 29. n. 10.
100 Attenditurque multum qualitas personae tradentis pecu-
nias; et praecipue si sit solitus foenerari, hinc enim oritur
conjectura, quod foeneratus fuerit, Rot. *decis.* 179. *n.* 21.
par. 4. *tomo 2. rec.* et quod haec sit juris praesumptio, di-
101 xit Bero. *cons.* 166. n. 6. *vers.* 4. *lib.* 1. vel saltem est adeo
considerabilis, ut una cum dictis circumstantiis, quod emerit
et statim ipsi venditori locaverit reputetur sufficiens, Abb.
cons. 12. *num.* 2. *par.* 2. Roland. *consil.* 40. *num.* 24. *et* 25.
lib. 2. et quod etiam cessante locatione, sufficiat cum praefa-
to solito concurrere, vel quod emerit cum pacto retrovenden-
di, vel quod emerit vili pretio, Castrens. *cons.* 109. *num.* 1.
post princip. vers. sufficeret etiam lib. 2. Paris. *cons.* 54.
num. 62. Natt. *cons.* 198. *num.* 20. *ad med.* Roland. *d. cons.*
102 40. *num.* 26. *lib.* 2. et e contra multum etiam ponderatur,
quod cesset hoc solitum, adeo ut multi velint tunc non posse
103 argui contractum foeneratitium, relati per Menoch. *cons.* 109.
num. 6. *vers.* 6. et pulchre Caren. *resol.* 24. *num.* 15. quod
104 tamen limitatur in mutuo, Menoch. *ibid. num.* 38. et gene-
raliter etiam in aliis contractibus, si concurrant aliae conje-
cturae urgentes; idem Menoch. *n.* 39. Honded. *cons.* 33. *n.*
54. *lib.* 2. et multo magis urget ad exclusionem, quod con-
tractus sit foeneratitius, defectus soliti foenerandi si concur-
reret etiam qualitas nobilitatis, quia per eam debilitantur
105 conjecturae simulationis, ut foenoris, ut pluribus adductis
voluit Menoch. *consil.* 347. *n.* 17. *vers. undecima et ultimo,*
106 prout etiam de alia, quod emptor, ac simul locator sit vir
timoratae conscientiae, idem firmat Decian. *cons.* 2. *num.* 84.
lib. 1. vel saltem sit probatae opinionis, et integrae famae;
Cravett. *cons.* 145. *num.* 24. Roland. *cons.* 96. *num.* 20. *lib.*
2. Rot. coram Comit. *decis.* 4. *num.* 22. ubi etiam pondera-
107 tur, quod contractus sit inter sanguine conjunctos. Conside-
ratur etiam ad exclusionem praesumptionis usurae, si ea non
cederet in commodum contrahentis, uti qui contraxisset tu-
torio nomine, Osasc. *decis.* 41. *n.* 10. *vers. quod etiam ex-*
cludit. et idem de contractu celebrato a canonicis nomine
capituli, Corn. *cons.* 4. *num.* 6. *lib.* 1. ubi dicit, quod haec
conjectura plurimum eum movet, et quemlibet judicantem
vehementer movere debet; prout etiam valde consideratur,
108 quod pretium rei emptae non sit solutum libere, sed cum o-
nere illud reinvestiendi, quia inde excluditur, quod datum
fuerit sub usuris, Bursatt. *cons.* 144. *n.* 20. *et seqq.* Pasch.
cons. 45. *num.* 12. Cyriac. *controv.* 255. *num.* 36. prout e-
109 tiam, quod contractus fuerit celebratus publice, et palam, et
maxime si intervenerit etiam in eo judex, et decretum inter-
posuit, Honded. *cons.* 33. *num.* 24. *et seqq. lib.* 2. Mandel.
cons. 502. *n.* 16. ubi et praesertim si in instrumento fue-
rint expressae summae, et causae contrahendi, Bursatt. *cons.*
144. *num.* 16. Bellon, Jun. *cons.* 20. *num.* 17. *et seqq.* Ve-
rall. *decis.* 163. *n.* 8. *par.* 3. licet hinc non remaneat in to-
tum praeclusa via probandi contractum esse foeneratitium,
110 etiam per conjecturas, si sint urgentes, ut firmat Menoch.
cons. 1182. *num.* 14. *et seqq.* Et possunt aliae plures cir-
cumstantiae, ut conjecturae concurrere tam ad excludendam
quam ad arguendam usuram, praecipue ad commodum de-
cepti, et laesi, Menoch. *praesumpt.* 122. *num.* 5. *vers. ita pa-*
riter lib. 3. ad quod sufficiunt etiam leves, maxime propter
111 excogitatas fraudes foenerantium. Castrens. *cons.* 109. *num.*
1. ad *med. lib.* 2. Alexan. *cons.* 54. *num.* 3. in *princip. lib.*
6. Natt. *cons.* 198. *num.* 16. nec est necessarium, quod sint
112 conjecturae legis, quia istae uti notae evitantur ab eis, Bero.
consil. 165. *num.* 7. *lib.* 1. Natta *cons.* 198. *n.* 19. *ad med.*
113 quod tamen secus est, si non agatur de solo interesse partis
civiliter, sed criminaliter, ad poenam, Honded. *cons.* 33. *n.*
61. et 55. *et seqq. lib.* 2. vel etiam si ageretur de aliqua per-
sona gravi, cujus fama detrimentum pati posset considerabile
quia tunc necessariae essent urgentes, prout eas requirunt,
Jas. in *l. praetor. ait* 14. ⁊. *praetor. ait. ff. de eden.* Aldovin.
cons. 69. *n.* 62. et 84. Leotard. *de usur. quaest.* 9. *num.* 4.
et seqq. Rot. coram Andr. *decis.* 109. *num.* 5. *et in recent.*
decis. 677. num. 3. *par.* 2.

Et quod sufficiant duae solae, Castrens. *cons.* 109. *num.* 1. 114
post princ. vers. sufficiunt ergo lib. 2. Natt. *cons.* 198. *n.*
19. *vers. non obstat, quod secundo,* et esse opinionem ma-
gis communem, Paris. *cons.* 54. *num.* 62. *lib.* 1. Gabr. *cons.*
74. *num.* 3. *lib.* 1. et receptissimam Bero. *cons.* 52. *num.* 47.
et indubitatam Roland. *cons.* 40. *num.* 21. *et seqq. lib.* 2. ut
esse indubitatam si concurrant tres, Gratian. *cons.* 11. *num.*
14. *et* 15. *lib.* 2.

Et licet agatur de probanda simulatione, ad quod non suf- 115
ficiunt quaecumque conjecturae, nisi simul concurrat causa
simulandi, Aldovin. *cons.* 69. *n.* 56. *et seqq.* Altograd. *cons.*
90. *num.* 82. *lib.* 2. Burat. *decis.* 901. *n.* 6. et in his terminis
Menoch. *cons.* 343. *num.* 7. *et* 8. Bellon. Jun. *consil.* 20. *n.*
22. *et seqq.* Rota penes Caren. *resol.* 14. *num.* 26. et coram
Andr. *decis.* 109. *num.* 12. tamen verius videtur aliam cau- 116
sam non requiri, quam illam ipsam fraudandi leges usuras
prohibentes, ut tradunt Cravett. *cons.* 491. *num.* 27. Fari-
nac. *quaest.* 160. *num.* 139. Adden. ad Gregor. *decis.* 157.
in fin.

Posset etiam locatio in proposito operari unum effectum 117
considerabile, quod scilicet, si venditori cum pacto redimen-
di, quandocumque facta esset, praecipue ad longum tempus;
et ipse ita continuasset rem retinere ultra triginta annos,
per quos tale pactum praescribitur, juxta *cons.* Roland. 21.
per tot. lib. 2. ubi *num.* 42. *et seqq.* infinitos concordantes
refert, et *ultra* eos Surd. *decis.* 2. *num.* 7. et ibi Hodier. ubi
num. 6. de communiori testatur Gratian. *discept.* 2. *num.* 2.
et seqq. ubi de communi, et magis communi, et quod hanc
servat Rot. Seraph. *decis.* 1360. *n.* 1. *in recent. decis.* 396.
n. 5. *part.* 4. posset adhuc velle redimere, quia adversus 118
eum, qui rem retinet, non procedit dicta praescriptio, Covarr.
variar. lib. 1. *cap.* 9. *num.* 6. *vers. tertium,* Gabr. *tit. de*
praescr. concl. 6. *n.* 11. Tiraq. *de retr. convent.* ⁊. 1. *gloss.*
2. *n.* 31. *et* 32. Scip. Theodor. *alleg.* 73. *n.* 50. Hodiern. ad
Surd. *decis.* 2. *num.* 12. *et seqq.* ubi tamen *n.* 17. *et seqq.*
limitat si agere potuit, et non egit.

Quod et facilius esset dicendum, si juxta superius tradita 119
contractus deprehenderetur simulatus in fraudem usurarum
quia eo modo contrahens nunquam praescribit, Gherard. de
Petra S. *singul.* 19. *n.* 28. Gabr. *dict. concl.* 6. *n.* 12. *de*
praescr. Rot. *decis.* 164. *n.* 2. *par.* 2. *recent.*

Imo sufficit venditionem esse factam pro modico pretio ad 120
hoc, ut emptor teneatur retrovendere vigore pacti, etiamsi
lapsum sit tempus, expresse in pacto ad redimendum determi-
natum, et praefinitum, Soc. Jun. *cons.* 104. *n.* 3. *lib.* 3.
Surd. *decis.* 34. *n.* 5. Magon. *decis. Lucen.* 77. n. 18. Ca-
still. *decis.* 218. *n.* 3. Giurb. *decis.* 58. *n.* 2. Thomat. *de-*
cis. 112. *n.* 16. Adden. ad Greg. *decis.* 559. *n.* 8. *vers.*
quod tamen non procedit.

Ubi tamen sit valde modicum, quia alias cum pactum re- 121
dimendi minuat rei valorem non procederet conclusio prae-
dicta, ut bene advertit Mant. *de tac. lib.* 4. *tit.* 31. *n.* 41.
vers. verum plane, et sequitur Antonel. *de temp. legal. lib.*
2. c. 89. *n.* 11. cessat enim aequitas, in qua sola propter
suspicionem ex d. modicitate pretii orientem ipsa conclusio
fundatur, secundum Tiraq. *de retr. conven.* ⁊. 1. *gloss.* 2. *n.*
55. et ubi dicto modo conductor diu continuavit ultra tem-
pus praefixum retinere, potest etiam allegare coloniam per-
petuam ad se tuendum, de quo infra *c.* 28. *vers.* 2. *limitatur.*

Possat etiam dubitari de usuraria pravitate in contractu, 122
in quo quis conduxisset praedium cum hoc, quod locator si-
bi mutuaret pro toto tempore durantis locationis, certam
summam pecuniarum, sed eam non adesse, et licite posse ita
locari, consuluit in specie Abb. *consil.* 15. *part.* 1. circa,
quod tamen advertendum, quod Abb. *in fine,* dicit non dari
aliquid a conductore ratione mutui, sed totum attribui loca-
tioni, nec est dubium, quod si appareret aliquid datum ra-
tione mutui esset usura, *cap. plerique, et cap. fin.* 14. *q.* 3.

Sic etiam posset dubitari, si quis locasset apothecam cum 123
suis stygiis, seu etiam mercibus, aliisve mobilibus aestimatis
cum pacto, quod restitui deberent in fine locationis ejusdem
valoris, vel eorum aestimatio, et eo durante ad rationem
quinque pro centenario ipsius aestimationis, an adsit aliqua
usuraria pravitas in contractu isto, et pro negativa adest con-
silium Ludovic. 189. ubi *num.* 8. adducit dictum cons. Ab-
batis, et dicit, quod ibi facilius poterat praesumi fraus, quam
hic Borgnin. *decis.* 231. *n.* 6. *par.* 2. Dian. *tom.* 1. *tract.* 8.
resol. 89. [illegible]

De rebus, quae locari possunt, vel non.

SUMMARIUM

1. Res omnes corporales et incorporales, mobiles, sive immobiles locari possunt.
2. Res, quae non reperiuntur prohibitae locari censentur permissae.
3. Mobilia locari possunt.
4. Animalia locari possunt.
5. Omnia, quae vendi possunt, possunt etiam locari.
6. Omnia, quae locari possunt, vendi non possunt.
7. Servitutem locari non possunt.
8. Decl. procedere in servitutibus praedialibus, non in omnibus, personalibus.
9. Ususfructus locari potest.
10. Usus locari non potest.
11. Lim. si alias esset inutilis.
12. Usuarius domus magnae potest alios ad cohabitandum secum introducere, et mercedem recipere.
13. Habitatio est servitus personalis.
14. Habitationem habens, potest eam locare.
15. Servitus praedialis a nemine locari potest, ubi et an idem sit de commoditate utendi.
16. Res incorporales locari possunt.
17. Res aliena locari potest.
18. Res conducta locari potest.
19. Re aliena locata si dominus prohibeat, ubi locans tenetur ad interesse.
20. Rem propriam conducere, quis non potest.
21. Decl. procedere, si conducens sit dominus irrevocabiliter.
22. Secundo decl. si dominus habeat possessionem, alias secus.
23. Conducens rem propriam, quam possidet possessionem amittit, et numero 27.
24. Debitor potest conducere a debitore rem propriam.
25. Dominus potest conducere a suo emphyteuta.
26. Emptor potest conducere a suo venditore.
28. Locans rem propriam uti procurator alterius, an aliquod jus ei acquirat.
29. Res non existens locari potest, quatenus sit in spe.
30. Res sacrae, vel spirituales, aut eis annexae inseparabiliter locari non possunt.
31. Jurisdictio ecclesiastica locari non potest.
32. Jurisdictio etiam de jure civili locari non potest.
33. Juspatronatus est spirituali annexum, et quomodo.
34. Juspatronatus separatim de per se locari non potest.
35. Juspatronatus si locetur cum rebus, quae locari possunt annullatur tota locatio.
36. Decl. procedere si appareat ratione juspatronatus aucta merces.
37. Simonia cadit in jurepatronatus.
38. Juspatronatus venit in locatione aliarum rerum.
   Decl. procedere in locatione ad longum tempus, n. 40.
39. Concessio ad firmam, quid importet.
41. Juspatronatus, ut veniat in locatione, necesse est locationem esse universalem respectu rei locatae.
42. Juspatronatus venit in locatione universali omnium bonorum, non autem in simili locatione.
43. Juspatronatus non venit, si locetur haereditas.
44. Haereditas proprie locari non potest.
45. Juspatronatus venit etiam in locatione rei particularis si sit ei annexum, et stet accessorie ad illam.
46. Juspatronatus capellae existentis in palatio censetur reservatum pro domino palatii.
47. Juspatronatus ecclesiae in fundo existentis, an censeatur annexum fundo.
48. Jurispatronatus fundatio attendi debet ad dignoscendum, cui sit reservatum.
49. Juspatronatus existens in castro, arguitur castro annexum.
50. Juspatronatus an sit annexum castro, vel jurisdictioni attenditur observantia.
51. Juspatronatus annexum alicui rei, an veniat in locatione illius, etiam si expressum sit ipsum juspatronatum, quando expressio stat declarative, non principaliter.
52. Expressio quando dicatur declarative, et quando principaliter.
53. Juspatronatus si in locatione expressum sit declarative, potest ejus intuitu augeri pensio.
54. Emens rem principaliter ad effectum acquirendi juspatronatus in ea existens, non est tutus in conscientia, nec in foro fori.
55. Ecclesia locari non potest.
56. Campanile locari non potest.
57. Campanae ad usum pium locari possunt.
58. Coemeterium, et ambitus ecclesiae locari non possunt.
59. Domus ecclesiae contiguae, per quas patet aditus ad ecclesiam locari non possunt.

CAPUT XI.

1 Regula traditur generalis, quod omnes res, sive corporales,
sive incorporales, sive immobiles, sive mobiles, sive se moventes
locari possunt, Mozz. *de locat. et conduct. cap.* 4. *de*
2 *reb. quae locari poss. in princ.* ita ut quae non reperiuntur
prohibitae locari, censeantur permissae juxta regulam, de
qua in *l. status, cod. de religios. et sumpt. funer.* et *in c.*
3 *inter corporalia, vers. uni, si circa de translat. episcoporum*,
et in specie de mobilibus, quod locari possint, Caroc.
de locat. et conduct. tit. de jurepatr. in par. 3. Borgnin.
decis. 13. *n.* 66. *par.* 2. et passim videmus in magnis civitatibus
practicari hanc locationem, quae nuncupatur ad nolitum,
idque non obstante, quod mobilia usu consumentur,
et ideo non possint restitui in statu, quo fuerunt tradita conductori,
prout ipse regulariter tenetur, ut dicam infra
cap. 29.

Et de se moventibus, nempe animalibus, brutis, quod lo- 4
cari possint, Cravett. *cons.* 145. *n.* 3. et ratio est evidens,
quia salva eorum substantia ex eis veniunt multae commoditates,
et fructus utiles humanae necessitati, qui possunt
mercede alteri concedi retenta proprietate, ut consideravit in
specie Rota *decis.* 227. *num.* 7. *par.* 4. *divers.* et non est dubium
ita generaliter loquendo, quod animalia locari possint
sed quoniam diversis modis practicatur locatio ista animalium,
et quandoque dubitetur, an locatio illa in specie sit
valida, et permissa loquar de ea separatim *cap. seqq.*

Ulterius traditur etiam a DD. alia generalis regula, ut 5
quaecumque vendi possunt etiam locari queant, Mozz. *d.
cap.* 4. *num.* 1. Bonacin. *de contrat. tit. de locat. et cond.
punct.* 1. *num.* 2.

Immo multa, quae vendi non possunt locari permittuntur, 6
Molin. *de just. et jur. disp.* 489. *in princ.* saltem ad breve
tempus, ut res ecclesiae, minorum, et similes.

Sunt tamen quaedam, quae non omnibus locari possunt,
de quibus dictum est in praecedenti *cap.* 10. quaedam, quae
non nisi ad breve tempus, ut bona minorum, et ecclesiarum,
et similium, de quibus suis locis, quaedam autem, quae absolute
locari nequeunt, prout sunt servitutes, locare enim 7
servitutem nemo potest dicit text. *in leg. locare* 47. *ff. loc.*
intelligendo tamen de servitutibus praedialibus, nempe quae 8
per praedium, praedio debentur, nam in servitutibus personalibus
hoc absolute non procedit, videmus etenim in usufructu, 9
quod licet sit servitus personalis, *l.* 1. *ff. de servit.*
Pichard. *instit. tit. de usufruct. in princip. tit. ante num.* 1.
tamen locari potest, *leg. arboribus* 13. §. 1. *versic. usufructuarius,
ff. de usufr. gloss. in dict. leg. locare, vers. Nemo
potest, ff. locat.* Mozz. *dict. cap.* 4. *de rebus, quae loc.
poss. n.* 3. Molin. *disput.* 489. *num.* 3.

Verum, et usus est servitus personalis, *d. l.* 1. *ff. de servi-* 10
tut. et tamen locari non valet, *l. in eoque* 11. §. *equitii ad
med. vers. operas autem, ff. de usu. et habit.* §. 1. *ad fin.
instit. tit. eod.* nisi tamen usus alicui relictus alias sibi inu- 11
tilis esset, nisi locaret, quia tunc locare poterit, *l. divus* 23.
in princ. ff. de us. et habit. Pichar. *ad inst. tit. eod in princ.
num.* 6. et quatenus spatiosa domus sit cujus usus relicta,
adeo ut usuarius eam occupare non possit, non propterea
valebit eam occupare proprietarius, *l. divus* 23. §. *licebit,* 12
ff. de us. et habit. sed licebit usuario alios introducere, qui
secum habitent, ac etiam si pensionem ab illis recipiat, non
erit ei invidendum dummodo, et ipse inhabitet, *leg. caeterum*
4. *in princ. ff. de us. et habitat.* Pichar. *in d. princip.
tit. instit. eodem num.* 6.

Habitatio quoque servitus personalis dicitur Pichard. *in* 13
§. *sed si cui habitatio instit. tit. de usu, et habit. in prin-*
cip. et is cui relicta, vel alias constituta est locare potest, ut 14
est text. *in d.* §. *sed si cui.*

Redeundo autem ad praediales in eis verificatur, quod 15
nemo illas locare possit, nam neque dominus fundi servientis,
neque dominus ejus, cui servitus debetur eam locare valet,
Gloss. *in d. l. locare* 47. *vers. nemo potest, ff. locat.*
Caroc. *de loc. tit. de servit. n.* 3. Molin. *de just. et jur.
disp.* 489. *n.* 3. verum hoc procedere in mero jure servitutis,
non autem in commoditate utendi, sed in ea posse alium
subrogari mediante locatione, sensit Portius *in* §. 1. *num.* 6.
instit. tit. de us. et habit. ubi tamen relinquit, cogitandum,
sed magis pro certo habuit, Caroc. *dict. tit. de servit. num.* 4.
sed tamen comprobat ex eo, quod videmus locata domo, conductorem
uti servitute domui debita puta transitus, et in hoc
non videtur residere difficultatem, sed in eo, an locari possit
absque domo tam a domino, quam etiam a domus conductore
juxta distinctionem de qua in terminis jurispatronatus infra
num. 34. *et seqq.*

Aliae quoque res incorporales locari possunt, ut late de 16
quam pluribus probat per diversos titulos, Caroc. *In suo
tractat. de locat. et cond.* ut possint locari annui redditus
in tit. de ann. redd. quod possint locari census *in tit. de
censibus*, quod possint locari cambia *in tit. de cambiis*, licet
in isto alleget *decis.* Ant. coram Pol. 121. *lib.* 3. *quae in
correct. est* 120. *quae una cum decis.* 123. *ibidem est in
causa bononien. locationis*, et non loquitur de locatione
cambii, sed de quibusdam literis cambii, an importarent solutionem
ad evitandam caducitatem rei locatae; gabellae quo-

que sunt de rebus, quae locari possunt, sed quoniam, ut plurimum requiritur in earum locatione aliqua solemnitas, et dubitari saepe contingit de validitate earum locationis loquar de ea separatim *in cap.* 13.

17 Alienam rem locari non posse, et quatenus locetur locationem esse ex hoc capite nullam dicunt Magon. *decis. Lucens.* 20. *num.* 18. et Caroc. *de locat. tit. de re aliena*, sed magis placet ponere regulam in contrarium, quod videlicet res aliena locari possit, etenim rem alienam distrahere, quem posse nulla dubitatio est, dicit text. *in leg. rem alienam* 28. *ff. de contr. empt.* et locare posse, *leg. si tibi alienam* 7. *ff. locat.* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 1. et res conducta
18 dicitur res aliena, et tamen nemo prohibetur, rem quam conduxit alteri locare, *l. nemo c. locat.* non tamen valebit locatio in domini rei praejudicium, *l. alienam*, ubi Bald. *c. de furt.* Roland. *cons.* 60. *num.* 56. *et seqq. lib.* 4. Surd. *cons.* 19. *num.* 32. Coccin. *decis.* 208. *num.* 10. et quatenus dominus non consentiat, sed prohibeat conductorem uti, lo-
19 cator tenebitur ad interesse, puta si locavi tibi pro quinquaginta alienam insulam, et tu locasti eam Titio pro sexaginta, et Titius prohibeatur a domino uti, teneor tibi ad sexaginta ut est text. *in l. si tibi alienam* 7. *ff. locat.* pro tempore autem, quo non fuisti impeditus uti valuit locatio, et teneris solvere pensionem, Bero. *cons.* 148. *num.* 15. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 1. et quatenus jus postea in conductore superveniat, itaut possit alio titulo uti re conducta a solutione pensionis liberatur, Bart. *in l. si quis fundum alias qui fundum in fin. ff. locat.* Bero. *d. cons.* 148. *num.* 6. Mantic. *d. tit.* 3. *num.* 2.

20 E contra rem suam conducere, quis non potest, *leg. qui rem* 20. ubi Gloss. *in verb. existimans, e. locat.* Fulgos. *cons.* 5. *num.* 1. *vers. verum praemissis*, Natt. *cons.* 20. *n.* 1. Cephal. *cons.* 159. *num.* 5. Mantic. *de tacit. d. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 3. *ubi de commun.* Magon. *decis. Lucens.* 20. *n.* 18. Idque procedit, nedum si conducens ignorat se esse dominus, in quibus terminis clarus est text. *in d. l. qui rem*, sed etiam quatenus sciat rem esse propriam, ut probat text. *in l. ad probationem* 23. *vers. sed ex eventu*, et docet Glos. *in d. l. qui rem in ver. existimans*, et aliis congestis Mantic. *d. tit.* 3. *n.* 3. *versic. quae locum habet.*

21 Declaratur tamen conclusio praedicta, ut tunc non valeat conductio rei suae, cum conducens est dominus irrevocabiliter, secus autem si revocabiliter, Ruin. *cons.* 144. *n.* 4. *lib.*
22 1. Caroc. *de loc. et cond. tit. de re propr. num.* 34. et quatenus conducens non modo sit dominus, sed etiam habeat possessionem rei locatae, alias valebit conductio facta respectu solius possessionis, *l. si aliquam rem* 28. *ff. de acquir. poss.* imo et valebit conductio hoc modo facta respectu, scilicet so-
23 lius possessionis, etiam si facta sit a domino possidente, quia conducendo possessionem amittit si scivit se possidere, et conduxit, et sic operatur, et valet conductio, ut probat tex. *in d. l. si aliquam* 28. *de acquir. poss.* et tradunt ibi magis communiter DD. quos refert, et sequitur, ac Angelum, et Castrens. contrarium sentientes rejicit Ripa *num.* 43. ubi *num.* 44. bene advertit in texto illo haberi, quod adhoc, ut dicatur conductio facta solius possessionis, oportet esse specialiter dictum, nisi tamen quis expresse conducat rem uti suam, quia tunc necesse est referre ad possessionem absque
24 expressione, vel conducat a creditore, quia tunc pariter censetur conducere quoad possessionem, cum creditor dominium non habeat, quod etiam tangit Caroc. *d. tit. de re prop. n.* 24. et firmavit Rot. coram Buratt. *decis.* 423. *num.* 4.

25 Hinc potest dominus directus conducere rem a suo emphyteuta, Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 5. Boer. *decis.*
26 234. *sub n.* 3. et emptor potest conducere rem a venditore pro tempore, quo data fuit ei dilatio ad solvendum pretium etiam si venditor expresse sibi dominium non reservaverit, Mantic. *d. tit.* 3. *n.* 6. Dicitur tamen possidere titulo emptionis non conductionis, Rota coram eodem Mantic. *decis* 3. *n.* 6. et propterea si fundus perit ei perit, nec tenetur venditor, et locans remissionem mercedis ei facere, *l. sicut emptio* 23. et ibi gloss. *in verb. exsolvat. ff. locat.* idem Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 18. Hodiern. in addit ad Surd. *decis.* 157. *n.* 12. et dicam infra *in cap.* 45. *n.* 83.

27 Unde si dubitetur de effectibus conductionis rei suae, an videlicet per eam amittatur possessio, multum refert, quid agatur, refert enim primo utrum conducens sciat se possidere, an ignoret et utrum quasi non suam rem conducat, an quasi suam, et si sciens suam esse, utrum quasi proprietatis respectu, an possessionis tantum, ut dicit 1. C. *in l. si aliquam rem* 28. *ff. de acquir. poss.* et explicant ibi DD. et signanter Ripa, et circa haec faciunt plures distinctiones casuum, de quibus Caroc. *d. tit. de re prop.*

E contra vero si quis locet rem suam tamquam procura- 28
tor alterius, dubitari posse videbatur, an aliquod jus illi acquirat, et non acquirere respondit Imol. *cons.* 52. *per notata in l. ad probationem, e. locat. et in l. si aliquam de acquir. poss.* ut refert Gabr. *consil.* 62. *n.* 17. *lib.* 1.

Res quoque non existens locari possunt, dummodo adsit 29
earum spes, nam alias rei, neque actu, neque in spe existentis locatio esset nulla, ut de venditione sunt text. *in l. nec emptio* 8. *in princ. ff. de contrah. empt. et in l.* 1. *ff. de haered. vend.* et videmus in operibus locantur enim operae non actu existentes, et praestitae, sed futurae, et valet locatio, quatenus tamen sperentur, alias operae, quae nullae sunt locari non valent, ut de operibus infantis habetur *in l. arboribus* 13. *§. de illo*, ubi gloss. *in verb. infante, ff. de usufr.* et dicam infra *cap.* 15. quae operae locari possint.

Sacrae quoque res, et spirituales, et non solum mere spi- 30
rituales, sed etiam spiritualibus annexae inseparabiliter locari non possunt, et si locatio fiat, est nulla, ut plene firmatur *in decis.* 609. *n.* 2 *par.* 1. *divers.* quam refert, et sequitur Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 16. licet erronee, dicat eam esse coram Seraph. nam quamvis ibi non exprimatur cujus sit, est coram Cantuccio, ut ex diariis Rotae testatur Caltalmacus in suo indice decisionum.

Unde operas sacras, seu sacris annexas, annexione necessaria locari non posse, dictum est *cap.* 15. et de jure decimandi dictum est supra *cap.* 10. et prius eodem *cap.* dictum quoque idem fuit de locatione ecclesiae, seu oblationum, quae fiunt in ecclesia.

Idemque dicendum est de aliis similibus, et in specie non 31
jurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi vicarios in spiritualibus locare, nec conductorem per se, aut alios ea exercere, aliterque concessiones etiam a Sede Apostolica factas subreptitias censeri debere statuit Sacra Synodus Tridentina *sess.* 25. *de reform. cap.* 11. et esse unum de innovatis a Concil. Trid. in materia locationis, notat Ricc. *resol.* 108. *n.* 1. *par.* 1. licet potius fuerit expressa, et specialis declaratio prohibitionis hujus contractus quae prius comprehendebatur sub generali prohibitione simoniae. Omnes enim actus jurisdictionis voluntariae, quatenus ad effectum spiritualem ordinantur sunt materiae simoniae, ut ex Suar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia cap.* 20. *sub num.* 8. notat Barbosa *ad d. cap.* 11. *concil. n.* 6. ubi etiam *n.* 10. ex resolutione S. Congr. episcopor. quam dicit editam per Aldenom, notat quartas funerales non posse locari, et est etiam de jure civili, ut jurisdictiones locari non possint, ad evitanda infinita mala, quae re-
sultant ex eo, quod judicaturae dentur pro pecunia, text. 32
est *in auth. ut judices sine quoque suffragio in princip.* et tradit Caroc. *tit. de jurepatr. ante vers. vidimus*, ubi contrarium procedere in dignitate quia locari potest.

Juspatronatus quoque est spirituali annexum, *c. de ju-* 33
re 16. *de jurepatr.* annexione per prius, seu antecedenter, quia jurispatronatus ordinatur ad praesentandum clericos ad beneficia ecclesiastica, et praesentatio antecedit beneficii institutionem, et administrationem, ut post Div. Thom. et alios plures declarat Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 9. *n.* 6. Unde controverti potest, an veniat in locatione, et quia controversia saepe accidit, sive circa juspatronatus, si-
ve circa jus praesentandi, aut conferendi ecclesiastica be- 34
neficia, ideo breviter distinguendum est, quod aut quaeritur, an juspatronatus locari possit, aut quaeritur, an veniat in locatione aliarum rerum, et quoad primam quaestionem respondendum est absolute locari non posse, prout vendi non posse, est text. *in praefato cap. de jure*, et locari non posse firmant Castrens. *cons.* 361. *n.* 2. *ad med. lib.* 1. Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 8. *artic.* 1. *per tot.* Moza. *de locat. et cond. tit. de reb. quae loc. poss. n.* 6. Caroc. *tit. de jurepatr. n.* 3. *in par.* 5.

Quod est adeo verum, ut si locetur juspatronatus, vel 35
quid simile, una cum aliis rebus, quas alias locari possint adhuc quatenus locatio sit unica mercede contracta, vel alias appareat per unicum contractum, et indivisibilem annullatur in totum, etiam respectu aliarum rerum, ut plene firmatur in *d. decis.* 609. *n.* 2. *et seqq. per tot. par.* 1. *divers.* et sequitur Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 16.

Hoc tamen transibit sine difficultate si constabit, quod ra- 36

tione jurispatronatus aucta sit pensio; itaut sine eo conductor tantam pensionem non solvisset, prout constabat in casu dictae decisionis 609. ut habetur in ea *n.* 9. *vers. unde cum locatio*, et e contra, si adhuc eamdem pensionem solvisset, ita ut etiam absque concessione jurispatronatus ita conduxisset remanebit locatio in reliquis, Put. *decis.* 5. *de reb. eccles. non alien.* Ricc. *resol.* 108. *n.* 3. *par.* 1. Barbos. ad Concil. *sess.* 25. *cap.* 11. *de reform. n.* 7.

37 Et quatenus fiat locatio jurispatronatus pro mercede in pecunia, committetur simonia, quae bene cadit circa juspatronatus, ut probat aperte text. *in cap. praeterea, il* 1. *in ordine* 9. *de transact.* ubi Papa pronunciat simoniacam transactionem super jure praesentandi ad ecclesiam, quem textum bene ad hoc perpendit, Abb. *in cap. veniens n.* 1. *vers. et quod jurepatronatus de testib.* et hanc esse veriorem opinionem, quod in jurepatronatu cadat simonia plene examinato articulo concludit Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 78. et incurret etiam locans poenas indictas per Sac. Concil. Trid. *sess.* 25. *de refor. cap.* 9. *circa med. versic. nec dictum jurepatronatus*, ubi vendentes juspatronatus, aut aliter contra canonicas sanctiones illud in alios transferentes excommunicantur, et ipso jure illo privantur, quod procedit cum declarationibus, de quibus ibi Barbos. *n.* 81. *et seqq.*

38 Quo autem ad aliam quaestionem, an in locatione aliarum rerum veniat juspatronatus, respondendum est affirmative prout in specie, quod locata villa veniat juspatronatus ecclesiae in ea existentis, est text. *in cap. ex literis* 7. *de jurepatr.* qui licet loquatur de concessione ad firmam, explicatur communiter ad affictum, sive pensionem, Hostien. *in c.* 2. *n.* 2. *de locat.* Bart. *in l.* 1. *n.* 8. *c. de jur. amphyt.* et non esse dubium, quin ab omnibus ita explicetur, dicit Campanil. *in divers. jur. can. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 357. *prope fin.*

39 Controvertunt tamen DD. an hoc intelligi debeat solum in locatione ad longum tempus transferens dominium utile in conductorem, vel etiam de locatione ad breve tempus, et videbatur, dicendum procedere in utraque, quia text. *in d. c. ex litteris*, non facit hanc distinctionem, et ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. praeses* 3. *ad fin.* et ibi gloss. *verb. nec distinguitur, ff. de off. praesid.* cum aliis relatis per Cyriac. *contr.* 254. *n.* 54. *et seqq.* nec praetendi potest, quod dare ad firmam non valeat intelligi de locatione ad breve tempus, quia contrarium patet ex text. *in c. vestra* 2. *de locat.* cum ibi notatis, et quod locare ad firmam importat locare ad annum, firmat aliis adductis Caroc. *de locat. et cond. tit. de locat. ad firmam n.* 1. *licet n.* 2. *addat*, quod importet etiam emphyteosim, et hanc opinionem tenuit signanter Card. *in d. c. ex literis in fin.* 1. *q.* et post alios in eam deflectit etiam Campanil. *in d. c.* 13. *n.* 358. et Barbos. *in c. ex literis* 7. *n.* 4. *de jurepatron.*

40 Sed contrarium videtur verius, quia per locationem ad modicum tempus, conductor aliud non acquirit, quam simplicem detentationem rei nomine domini retinendae, ut alibi explicabitur, at ubi quis rem alieno nomine detinet non acquirit juspatronatus, nec valet praesentare ad beneficium in ea existens, text. est *in c. cum Bertoldus* 18. *de re judic.* ubi habetur, quod data curia, in qua erat juspatronatus in pignus creditori, jus praesentandi remansit domino, non autem fuit translatum in creditorem, unde in simili idem dicendum est in conductore ad breve tempus, et faciendo est haec distinctio, ut jura praedicta concordentur, ut per Seraph. *decis.* 1410. *n.* 5. et prout latius, ac melius probarunt Castr. *cons.* 36. *n.* 1. et 2. *lib.* 2. Roc. *de jurepatr. in verb. ipse, vel iis, a quo in* 26. *q.* ubi dicit communem, et latissime respondendo contrariis Lambertin. *de jurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 9. *art.* 2. *per tot.* Petr. Barbos. *in l. divortio* 8. *§. si vir. n.* 57. *ad fin.* et 58. *ff. sol. matrim.* Spin. *in specul. testam. gloss.* 5. *n.* 119. et 120. Virian. *de jurepatr. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 26. *et latius cap.* 6. *n.* 6. *et seqq.*

41 Praeterea animadvertendum, quod tex. *in d. c. cum Bertoldus in princ. et d. c. ex literis de jurepatr.* loquitur de locatione villae, quae uti etiam Castrum, et similia continet in se quamdam universitatem bonorum, nempe redditus, jurisdictionem, honorem, etc. et ideo ad hos terminos debet restringi dicta conclusio, quae ex eo sumitur, quod juspatronatus, veniat in locatione aliarum rerum, ut videlicet procedat, quando locantur res universitatem in se continentes, in qua universitate sit juspatronatus, adeo ut nec sufficiat locationem esse universalem omnium bonorum, et jurium, quae quis habet in villa, quae non sit sua; nam si donans habet ibi certa bona, et certa jura haec locatio est, universalis respectu verborum, non autem respectu rei, prout requiritur ad hoc, ut in ea veniat juspatronatus juxta doctr. Innoc. *in d. c. ex literis n.* 2. *prope fin. vers. sed si quis de jurepatr.* et ibid. Jo. Andr. *n.* 3. *ad med. vers. dixit etiam*, Card. *n.* 16. Abb. *n.* 10. *et* 11. Bald *cons.* 32. *n.* 3. *lib.* 1. Milis *in repert. verb. patronus jus, quod potest*, Diaz. *reg.* 401. *in* 1. *limit.* Lambert. *lib.* 1. *par.* 2. *q.* 5. *art.* 13. *n.* 1. *et seqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 49. *et* 52. et declaravit Rota in una Lucana jurispatronatus, seu capellaniae coram Litta relata per Garz. *de benef. par.* 5. *c.* 9. *n.* 12. et per Virian. *de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 4.

Et licet in contrarium, quod immo in dispositione omnium bonorum comprehendatur, et veniat juspatronatus, quod habet disponens, teneant aliqui indistincte, quos late refert, et sequitur Menoch. *cons.* 401. *n.* 129. *et seqq. ubi n.* 135. *et seqq.* quod hoc procedit etiamsi cessio sit facta pro pecunia, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 82. *et* 83. ubi saltem, si dispositio non sit restricta ad omnia bona in certo loco existentia, quo casu Rota tenet juspatronatus in ea non venire coram Seraphin. *decis.* 725. *n.* 1. *ad med.*

Tamen videtur hoc procedere posse in donatione omnium bonorum, et jurium, de qua loquitur Rot. coram Seraph. *d. decis.* 725. et tenet in ea venire juspatronatus, quod etiam tenuit coram Put. *decis.* 341. *n.* 1. *lib.* 2. in correct. et in una Novarien. jurispatronatus 28. junii 1617. coram Ubald. sen. seu etiam in renunciatione, ut in Tranen. jurispatronatus 10. martii 1627. coram Ubaldo jun. quae hodie habentur impressae, et prima est inter ejus impressas *decis.* 412. *par.* 2. *et secunda est decis.* 13. *p.* 3. licet contrarium, etiam in terminis donationis omnium jurium tenuerit *in decis.* 252. *n.* 4. *et per tot. par.* 3. *lib.* 3. *diversor.* non autem in proposito locationis, quae fit pro mercede in pecunia numeranda conventa, ut supra *in princ. tract. in definit.* habetur, et ratio differentiae est, quia donatio est titulus, et modus aptus ad transferendum juspatronatus, etiam si ipsum juspatronatus de per se donetur, *cap. ex insinuatione* 14. *de jurepatr.* licet requiratur consensus episcopi, quia intervenire potest, etiam ex post quandocumque etiam post mortem donantis, Ricc. *de jurepatr. resol.* 186. *n.* 3. Adden. ad Gregor. *decis.* 420. *n.* 7. *vers. imo etiam post mortem.* At secus est in locatione, per quam prohibitum est transferri de se juspatronatus, etiam sub poenis excommunicationis, et privationis ejusdem, ut dictum est supra ex Concil. Trid. *sess.* 25. *de refor. c.* 9. *vers. nec dictum juspatronatus*, nam in generali dispositione non veniunt ea, de quibus disponens non potest libere, et particulariter disponere, ut tradit Cravett. *cons.* 256. *n.* 5. Rota *decis.* 426. *n.* 1. *et seqq. par.* 1. *divers*, et *decis.* 257. *n.* 8. *par.* 11. *recent.* dispositio enim universalis, resolvitur in suas singulariter, ut dicit in proposito Virian. *de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 6. Et hanc distinctionem inter donationem universalem, et aliam dispositionem enunciando, Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 9. *n.* 12. *vers. et ratio est.* 42

Et per eamdem rationem verius crederem, quod etiam si 43
locaretur haereditas, non veniret juspatronatus in haereditate existens, quia vere, et proprie haereditas locari non potest, cum per ipsam locationem inducatur aditio, et cesset 44
esse haereditas, et sic remaneat locatio rerum haereditariarum, ut in proposito venditionis aliis adductis firmat Garz. *d. cap.* 9. *n.* 13. *et* 15. et quod vero venditio haereditatis resolvatur in suas singularitates, et idem sit, ac venditio rerum haereditariarum, bene patet ex text. *in leg. qui tibi* 5. *c. de haered. vel act. vend.* qui sufficiat absque ulteriori comprobatione hujus opinionis, maxime cum difficile evenire possit, ut quis locet haereditatem ipsam non autem bona haereditaria, et locando bona haereditaria clarum est, quod applicatur conclusio supra firmata, quod resolvitur locatio verbis universalibus facta in suas singularitates, et juspatronatus comprehendere nequit, ut firmatur *in decis.* 266. *n.* 6. *et* 7. *par.* 11. *recent.* et multo facilius si locet jura, et actiones, quas habet in bonis defuncti quia ista non dicitur universalis locatio ad hunc effectum, ut comprehendere valeat juspatronatus, ut in fortiori de simili donatione, Put. *d. decis.* 341. *n.* 2. *lib.* 2.

Controvertitur etiam, an ad hoc ut juspatronatus transeat cum re locata, vel aliter alienata, necessarium sit rem esse talem, et absque alia expressione contineat in se jura universitatis, ut est villa, et Castrum, vel etiam sufficiat, quod rei

cuicumque locatae, etiam si sit res particularis, ut palatium, et fundus juspatronatus inhaereat, et hoc non sufficere, sed requiri rem esse dictae qualitatis, censuit Abb. *in d. cap. ex litteris 7. num.* 10. *de jurepatr.* et alii plures, quos refert. Garz. *d. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 32.

Verum Abbas, et sequaces moventur ex supra relata doctr. Innoc. *in eod. cap. ex litteris num.* 2. *prope fin versic. sed si quis*, qui non dicit, quod juspatronatus annexum rei particulari non veniat cum ea, sed quod ubi quis non est do-
45 minus villae, sed in ea plura jura habet non sufficit, quod vendat omnia jura, quae habet in villa, quia talis venditio resolvitur in suas singularitates, et sic non valet comprehendere juspatronatus, quod singulariter vendi non potest, ut supra fuit explicatum, et sic intelligi debet de jurepatronatu *per se* stante, et ejus doctrina non probat eorum opinionem, et verius videtur, quod quatenus juspatronatus adhaereat rei locatae, et vere stet accessoria ad eam, cum ipsa transeat juxta naturam accessorii, ut sensit Emm. Costa *in c. si pater verb. Trebellionica* n. 7. *de testam. in* 6. Molin. *de just. et jur. disp.* 620. *n.* 6. *ad fin.* et aliis adductis bene firmat Garz. *d. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 33. *et* 34.

46 Et hinc resultat, resolutionem illius quaestionis. An si sit capella in palatio, vel fundo, itaut non pateat ad eam aditus, nisi per ipsum palatium, vel fundum juspatronatus illius transeat in emptorem, vel conductorem ad longum tempus palatii, vel fundi pendere ab eo, an ex tali situatione capellae possit dici ejus juspatronatus adhaerere palatio, vel fundo illi, ec quod bene Lambertin. *de jurepatron. lib.* 1. *par.* 2. *quaest.* 5. *artic.* 18. *num.* 2. miratur quod Innoc. *in d. cap. ex litteris*, voluerit juspatronatus transire cum fundo vendito, cum palatio vero, non, et quod, *ut* idem Lambert. dicit, deberet potius fieri distinctio de directo contraria, quia iter per fundum faciliter datur, et eo ipso, quod in eo fundatur ecclesia, datum videtur ad eam iter, at secus est *in* palatio privato, in quo iter exteris, non solet concedi, et propterea *non* constituuntur capellae in palatiis, nisi pro eorum servitiis, et habitantium. Unde manifeste videtur ergo fundatorem capellam in palatio, ad quam non patet aditus, nisi per ipsum palatium voluisset juspatronatus esse illius, cujus erit palatium, et sic verius esse adhaerere palatio, et in ejus locatione ad longum tempus transferri in conductorem, ut tenuerunt Zabarell. *in cap. cum soeculum num.* 5. ubi de veriori *de jurepatr.* Bero. *in cap.* 1. *num.* 39. et *in cap. ex litteris num.* 66. *eod. tit.* Rom. *singul.* 57. Abbas. *in suis quaest.* 5. *numer.* 5. *versic. secundo potest responderi*, Boer. *decis.* 322. *num.* 14. ubi de veriori, et pro ista opinione bis obtinuisse in tribunali archiepisc. Neapolis, tradit Campanil. *in divers. jur. Can. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 356.

47 Et eamdem opinionem in fundo quatenus aliunde non pateat aditus, quam per fundum, tenuit etiam ultra Innoc. Bart. *in leg. si mercedem* 55. §. *si cum fundum, ff. de act. empt.* Zabarell. *cons.* 120. *num.* 2. ubi de veriori, sed penes me haec opinio in fundo non est ita absoluta, ut in palatio, et crederem attente considerandas qualitates fundi, et qualitates capellae, ac loci, ubi sita sit ad dignoscendum, an adsit dicta verisimilis mens fundatoris, quod juspatronatus fundo adhaereat. Et in dubio praesumptio erit pro non annexione favore ecclesiae, ut facilius revertatur ad libertatem, prout etiam in fortiori de jurepadronatu erecto in Castro, firmasit Genuen. *in practicabil. eccles. quaest.* 350. *numer.* 1. *vers. in contrarium, et per tot.* ubi nisi adsint conjecturae in contrarium, ut si capella sit aedificata intra palatium Baronis, vel aliae adsunt conjecturae, et eum sequitur Lotter. *de benef. lib.* 2. *quaest.* 9. *num.* 56.

48 Si autem adsit fundatio, vel primaeva concessio jurispatronatus, tunc ejus verba intuenda erunt ad dignoscendum an fuerit contemplata familia, seu persona primi acquirentis vel potius dignitas Baronalis, aut qualitas dominii, vel jurisdictionis loci, et quatenus concessio sit facta Titio Comiti, et ejus successoribus intelligitur contemplata persona prius expressa, et expressionem dignitatis subsequentem stare demonstrative, ita ut hoc casu non adhaereat Castro, nec dignitati, sed transeat ad successores sanguinis, etiam si non sint Comites, et sic alienato Castro, non veniet Lotter. *de benef. d. lib.* 2. *quaest.* 9. *num.* 57. Mantic. *decis.* 150. *nu.* 5. Rot. *in recent. decis.* 53. *num.* 4. *par.* 1. et quod si dictum pro haerede de parentela, vel genere ex recta linea descendente, qui erit dominorum, qui nunc sunt Castri, arguetur contemplata agnatio, non Castrum, censuit Rota *in decis.* 255. *num.* 16. *par.* 10. *recent.*

49 At praedicta procedunt, ubi agitur de jurepatronatu de cujus fundatione constat, nam alias si agatur de jurepatronatu antiquo, in cujus quasi possessione semper fuerint domini Castri eo ipso, quod erit intra fines Castri, ipsi Castro annexum esse judicandum erit, juxta text. *in d. cap. ex litteris 7. de jurepatr.* ibi, *Villam, in qua ecclesia sita est*, dec. *cons.* 149. *num.* 1. *post med. vers. nec dici potest*; Rot. *decis.* 697. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* et in Aurien. Jurispatronatus 10. februarii 1666. §. *quoniam supposita*, coram eminentiss. D. meo Carpineo.

50 Et magnum indicium praebebit etiam observantia, nam si constabit semper praesentasse dominum Castri tantum, arguetur annexum jurisdictioni, et dominio, Spada *cons.* 14. *num.* 12. *vers. quod autem lib.* 2. Lotter. *lib.* 2. *quaest.* 9. num. 58. *vers. praecipue concurrente*, Rota *d. decis.* 697. *num.* 3. *vers. tam. quia par.* 1. *et decis.* 314. num. 3. *post med.* ubi quod hoc sufficiat ad probandum annexionem *par.* 4. *recent.* et in dicta Aurien. jurispatronatus, §. *quorum dictis, et seqq.* quod tamen procedit, quatenus de contrario non constet. nam tunc admissio ad praesentandum non relevat, ut in specie, quod si constet juspatronatus esse annexum Castro, nil referat, quod dominus admiserit alios ad praesentandum, dixit dec. *cons.* 149. *num.* 2. *vers. et retenta ista*, Lotter. *de benef. lib.* 2. *q.* 9. *n.* 59. ubi allegat decisionem in una Terdonen. jurispatr. cor. Pamphil.

51 Dum igitur juspatronatus absolute locari non potest, sed venit cum re locata, cui adhaeret, dubitari potest, quid dicendum sit si locetur res, cum juspatronatus adhaeret, et in locatione exprimatur etiam juspatronatus, an tunc vitietur locatio, quasi sit locatum juspatronatus, quod locari non potest, vel potius talis expressio, tamquam ejus quod tacite inerat, nihil operetur, et est magna quaestio, in qua concludendum videtur, cum distinctione, quod, aut juspatronatus exprimatur in locatione principaliter, et tunc videtur ejus facta locatio, et non valeat, aut vero exprimatur declarative, et tunc expressio tamquam facta ad majorem cautelam, et declarationem ejus, quod tacite inerat, *non* noceat sed adhuc valeat locatio, et veniat in ea juspatronatus, Felin. *in cap. quanto n.* 3. *in fin. vers. tertius casus, de judic.* Gemin. *in c.* 1. *n.* 5. *ad fin. de jurepatr. in* 6. Barb. *de jur. eccles. univ. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 243. Rot. *deci.* 399. *n.* 3. *et* 5. *part.* 2. *recent.* et ab hac distinctione non videtur recedendum, licet absoluta, quod quacumque modo, sive in verbis executivis, sive in dispositivis, sive cum dictione, et, sive cum dictione *cum*, fiat expressio jurispatronatus, nullo modo
vitiet, firmare praetendat, et simpliciter ita tenendum, asserat 52
Caballin. *Milleloq.* 146. At difficultas est in dignoscendo, an et quando dicatur expressio principaliter facta, an potius declarative, nam quod non possit dici declarative, quando in ipsa venditione exprimitur, sed tantum si post venditionem perfectam in fine instrumenti addatur declaratio, quod etiam juspatronatus in ea veniebat, sensit Joan. Andr. *in cap. un de jurepatr. in* 6. et post eum late Lambertin. *eodem tit. lib.* 1. *par.* 2. *quaest* 5. *art.* 20. *per tot.* et signanter *nu.* 8. et 9. *et n.* 11. *post med. et seqq. usque ad fin.* ubi late reprobare conatur distinctionem illam, ut tunc expressio sit principaliter facta, *cum* est per dictionem, *et*, puta vendo villam et juspatronatus, secus autem si per dictionem, *cum*, videlicet vendo villam, cum jurepatronatu, *et*, concludere, quod quocumque modo exprimatur in ipsa venditione, semper vitiet, at ejus dictis non obstantibus, distinctio praedicta magis communiter recepta est, ut tunc solum dicatur principaliter expressum, cum est junctum aliis bonis per copulam, *et*, ac positum in accusativo, secus autem si per dictionem, *cum*, et in ablativo, Cabedo *de jurepatr. Reg. cor. Lusit. cap.* 3. *num.* 16. *vers. quae omnia.* Sanch. *cons. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 81. *num.* 4. *et ad Decal. lib.* 2. *cap.* 19. *num* 13. Barbos. *de jur. eccles. univ. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 243. et dixit Rot. relat. per Visian. *de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 8. *ad med.*

Non solum autem exprimi potest dicto modo per viam 53 explicationis juspatronatus, quando est annexum rei venditae, itaut cum ea veniat in locatione ad longum tempus, sed poterit etiam ejus intuitu augeri pensio, nec dicetur propterea locatum de se juspatronatus, quod locari nequit, sed locata tantum res, cui juspatronatus adhaereat, nec illud augmentum erit merces ipsius jurispatronatus, sed rei, nam pretium rei constituitur consideratis qualitatibus ipsius rei, ut in his terminis tradit Molin. *de just. et jur. tom* 3. *disp.* 620. *num.* 6. *ad finem*, et cum sequitur Garz.

de benefic. part. 5. *cap.* 9. *num.* 35. et supponit aperte Rot. *in decis.* 266. *num.* 7. *vers. et ad id suadet port.* 11. *recent.* dum dicit, suaderi non fuisse comprehensum juspatronatus in renunciatione ex modica summa scut. 100. in recompensam data, quia nempe si fuisset comprehensum, data fuisset major summa, ergo supponit augeri
54 rei pretium intuitu jurispatronatus ipsi annexi. Dummodo tamen consideretur juspatronatus, ut accessorium, nam alias si quis emeret, rem illam principaliter, ut emeret juspatronatus, committeret simoniam, etiamsi juspatronatus esset accessorie expressum, imo etiam si nullo modo esset expressum, adeo ut si probari non posset talis ejus intentio, emptor non esset tutus in conscientia, et si probari posset, nec etiam in foro fori sustineretur contractus, ut probat Lambertin *lib.* 1. *part.* 2. *quaest* 5. *art.* 20. *num.* 16. *et* 17.

55 Sic etiam ecclesia locari non potest, *cap.* 2. *ne Praelat. vic. suos*, ut firmat Lap. *alleg.* 12. *num.* 3. etiam si accesserit consensus episcopi, Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 23. intelligendo tamen de ipsa ecclesia, non de obventionibus, et oblationibus, quae in ea fiunt, quia si ita intelligatur prohibetur locari laicis tantum, *cap. secundum* 6. *ne laic. vel cler.* et dixi supra *in cap. qui conducere possint prope fin.*

Neque locari possunt, quae ipsi ecclesiae sunt annexa,
56 ut de Campanile, quia reputatur pars ecclesia, Lap. in specie *d. allegat.* 12. *num.* 4. ubi maodos. *in addit.* aliqua notat de Campanis, quae tamen si locentur pro certa mer-
57 cede ad opus pium, verbi gratia, si confratres saeculares volentes se congregare, et non habentes campanas, conveniant de certa mercede cum rectore ecclesiae, ut concedat eas, statutis horis pulsare, valebit conventio, ut in facti contingentia responsum fuisse, tradit Carocc. *sub. tit. de locat per procuratorem num.* 39.

58 Idemque erit dicendum de coemeterio, et ambitu ecclesiae per 30. passus circumcirca, ut pariter locari nequeat, Lap. *d. alleg.* 12. *num.* 4 *vers. idem de coemeterio*, Caroc. *d. tit. de locat. per procur. num.* 36.

59 Et domus quoque contiguae per quas patet aditus in ecclesiam, si sunt destinatae pro habitatione clericorum, quae vulgo appellantur, *la Canonica*, non possunt locari Lap. *d. alleg.* 12. *num.* 4. *vers. idem de domib.* Calcan. *cons.* 125, *num.* 22. Caroc. *sub. dicto tit. de locat. per procur. num.* 35. eoque certius, si ad eas non pateat aditus, nisi per ipsam ecclesiam, ut in casu Rota coram Buratt. *decis.* 354. *num.* 1. *et seqq.*

De aliis autem bonis ecclesiasticis, an et quomodo locari possint, dicam separatim cap. 14.

De animalibus quomodo locari possunt.

SUMMARIUM.

1. Animalia quot modis locentur.
2. Animalia si dentur ad custodiam, non est ea locare, sed pastores conducere.
3. Animalium locatio alteratur per pacta.
4. Collatica, quid sit.
5. Boum locatio quomodo fiat.
6. Periculum rei locatae culpa conductoris eveniens, ad eum spectat.
7. Periculum divini judicii comprehendit omnes casus fortuitos.
8. Pactum, quod animalia locata si deteriorata sedat damno conductoris, intelligitur de deterioratione culpa illius, non casu fortuito.
9. Pactum, quod bestiae restituantur in fine locationis, intelligitur quatenus extant.
10. Pactum, quod periculum sit conductoris, restringitur ad periculum praeter naturam contingens.
11. Animalium aestimatio facit transire eorum periculum in conductore.
12. Pactum, quod periculum spectet ad conductorem alterat naturam locationis.
13. Et secundum aliquos reddit contractum injustum.
14. Ampl. ut dictum pactum sit pecc-minosum, etiam si factum animo non utendi.
15. Lim. ut dictum pactum non impediat executionem contractus in foro fori.
    Et quod de se solum non vitiet contractum, nec sit nullum, n. 20.
16. Pactum praedictum non est contra naturam contractus locationis.
17. Vel saltem non est contra substantiam.
18. Pactum praedictum est onerosum, sed potest esse recompensatum aliis pactis.
19. Mors animalis locati si naturalis cedit damno domini, si culposa damno conductoris.
21. Animalia locari possunt pro certa quantitate fructuum.
22. Soccita animalium, quando dicatur contracta.
23. Soccita regulatur cum regulis locationis.
24. Soccita alteratur ex pactis, et redditur magis similis societati.
25. Soccita facta ad quadriennium, cum pacto, quod in fine animalia sint communia, si, finiatur ante, socius habebit ratam.
26. Soccita in qua dominium animalium est communicatum, est societas.
27. Societas, ut sit necesse est tradentem rem non desinere esse dominum.
28. In contractibus innominatis licitum est poenitere re integra.
29. Poenitentiae locus non est in contractibus nominatis.
30. Stipulatio facit transire contractum de innominato in nominatum.
31. Notarii solent semper stipulari pro quibus interest.
32. Stipulatio sequitur naturam contractus, super quem interponitur.
33. Soccita, quando non est locatio, quae actiones dentur.
34. Animalia locata si sint inaestimata censetur communicatum eorum dominium.
35. Aestimatio in contractu locationis arguit translationem dominii in dominum.
36. Lim. si contractus efficeretur usurarius.
37. Lim. secundo si appareret aestimationem factam pro sciendo valore.
38. Lim. tertio si adsint indicia contraria.
39. In soccita pactum, quod ea finita animalia dividantur arguit communicatum dominium.
40. E contra pactum, quod fructus sint communes arguit dominium non communicatum.
41. Denominatio partium attenditur cessantibus aliis pactis.
42. Societas est ad instar fraternitatis, et requirit bonam fidem;
43. Pactum, quod capitale sit salvum in societate est prohibitum.
44. In soccita periculum animalium debet esse commune.
45 Ampl. etiamsi dominium sit totaliter translatum in pastore.
46. Quid autem si dominium non sit translatum sed retentum? sunt variae opiniones, et quid de consuetudine, num 47.
48. Bulla Sixti quinti prohibens societates ad caput salvum, procedit in contractibus contra dispositionem juris communis tantum
49. Pactum, quod damnum debeat totum ab uno sentiri est improbum, et sapit usuram.
50. Capitale societatis si in fine reperiatur salvum, est restituendum ei, qui illud posuit.
51. Spes potest deduci in pacto, et assecurari.
52. Societas valet si fiant tres contractus, unus societatis, alius assecurationis capitalis, et tertius assecurationis certae quantitatis fructuum.
53. Et dicti contractus possunt fieri nedum expresse, sed etiam tacite, et implicite. Et quando dicantur facti num. 54
55 Societas etiam in capitale salvum, et certum lucrum est valida, quatenus non continent injustitiam.
56. In societate pactum, quod unus non sentiat damnum, valet si aliis pactis compensetur.
57. In societate pactum, quod animalia sint salva domino potest esse compensatum aliis pactis ipsi damnosis.
58. Pactum damnosum, an sit recompensatum in favorabilibus statur arbitrio prudentis.
59. Protestatio non recedendi a constitutione Sixtina de societatibus ad caput salvum, liberat ab ejus poenis.
60. Locatio animalium ad vecturam est vera, et propria locatio.
61. Periculum animalis locati ad vecturam cessante culpa conductoris, spectat ad dominum.
62. Periculum animalis conducti, ut spectet ad conductorem requiritur ejus culpa saltem levis.
63. Conductor animalis debet probare ejus mortem ad se liberandum ab obligatione illud restituendi.
64. Mors animalis conducti ad vecturam probatur per testes examinatos, sine citatione.
65. Mors equi conducti ad vecturam, probatur simplici fide.
66. Equi conducti mortui, probanda identitas.
67. Identitas equi probatur colore, et aliis signis.
68. Identitas non probatur unica demonstratione sed requiruntur duae:
69. Identitas animalium, probatur per signum vulgo marcó.
70 Culpa non praesumitur, ubi casus sine ea venire solet.
71. Conductor equi non tenetur probare illum decessisse, sine sua culpa nisi ad majorem cautelam.
72. Indebitum repetens probare debet solutionem fuisse indebitam.
73. Culpae conductoris ascribitur si nimis oneravit animal conductum.
74. Et quomodo probetur nimia oneratio.
75. Vecturinus conductori contradicens auget ejus culpam.
76. Alimenta detrahens necare videtur.
77. Conductor ad vecturam debet bene pascere equum.
78. Vecturinus si adsit, qui custodire debeat equum conductos non tenetur, et n. 87.
79. Equo conducto infirmante, debet conductor eum custodire.
80. Et debet etiam adhibere medicinas, et mariscalcum.
81. Equus conductus non est percutiendus ultra modum.
82. Viam solitam mutare culpae ascribitur.
83. Equus conductus usque ad certum locum si ulterius ducatur, ad quid teneatur conductor, et num. 86. et 87.
84. Furtum non committit, qui damnum dat nisi dat fraudulenter.
85. Delictum in dubio non est praesumendum.
88. Vecturini sunt diversae qualitatis, et auctoritatis.
89. Conductor equi ad vecturam, an si equus culpa sua decedat teneatur ad vecturas consuetas etiam post mortem.
90. Conductor equi ad vecturam si illum retinet ultra tempus conventum tenetur continuare mercedes et quid facere debeat ejus fidejussor, et num. 91. et 92.
93. Dominus equi locati ad vecturam non tenetur eum recipere deterioratum, et quid si recipiat, et num. 94. et 95.
96. Mortuo animali locato, est in arbitrio domini recipere corium, et carnes in computum pretii sibi restituendi.
97. Pastor conductus ad custodiendum tenetur de periculo animalium culpa sua interveniente.
98. Pastor tenetur de culpa levissima, et n. 99. ubi secus in conductore.
100 Pastor tenetur probare animalia decessisse absque sua culpa, et nu. 101. Et quomodo se gerere debeat, num 102.
103. Pastoris dicto statur in locibus, et difficilis probationis.
104. Lupi si comedant oves imputatur culpae pastoris.
105. Furtum animalium imputatur culpae pastoris, et quando secus num. 106. et 107.

108. Consuetudo non excusat superveniente nova causa.
109. Pastor debet adhibere custodem sufficientem.
110. Solitam excusat a culpa.
111. Culpa debet esse ordinata ad casum.
112. Sufficit tamen, quod possit esse ordinata ad casum.
113. Culpa quomodo probetur relative.
114. Mors animalium quomodo probetur.
115. Animalia, quae dicantur pasci gregatim.

CAPUT XII.

Animalia locari posse non est dubium, ut dictum est supra in cap. XI. quae res locari possint, et quotidie practicatur eorum locatio, quae plurimis modis contrahitur, sed quoniam sunt aliqui, de quorum validitate dubitatur, ideo de eis aliquid particulariter dicendum, et hac occasione addam etiam aliqua specialia, magis practicabilia de locatione ista.

1 Modi autem, quibus contrahitur haec locatio, reduci possunt ad tres principales, quorum primus est, si fiat locatio pro annua, vel menstrua mercede in pecunia, secundus si fiat pro rata fructuum, qui ex eis percipiuntur, quae vulgo dicitur, *soccita*, et tertius si fiat ad certum actum, uti ad aliquid
2 vehendum, quae dicitur locatio ad vecturam. His addi potest, quod aliquando dantur animalia ad custodiam, licet hoc non sit locare animalia, sed pastores conducere ad illa custodiendum, ut advertit etiam Filiuc. *in moral. tract.* 38. *cap.* 5. *de societ. rusticor. num.* 85. et Molphes. *in summ. part.* 2. *tractat.* 10. *cap.* 11. *num.* 37. Et de singulis est distinctae aliquid dicendum.

Quo igitur ad primum si locetur animal, vel grex animalium ad annum, vel aliud tempus pro certa mercede in pecunia, haec est vera, et propria locatio, ac sine dubio valida, et quatenus non alteretur per pacta specialia, cadet, ut plurimum, sub regulis generalibus locationis, quas hic repetere non convenit, et ideo recurrendum erit ad earum sedes, ubi etiam non omittam dicere, si quid specialitatis habeat locatio ista, puta quomodo probetur in ea laesio dicam in specie *in cap.* 10. de laesione, et sic de singulis.

Et quatenus etiam merces non esset constituta in pecunia numerata, sed in certa specie, puta si locatae sint oves pro tot libris casei, licet haec non sit vera, et propria locatio, quia vera, et propria locatio requirit mercedem in pecunia numerata, ut dictum est *in cap.* 1. adhuc, quia procedit omnino cum eisdem regulis, ut dictum est *in cap.* 5. *de colonis* ad eas pariter recurrendum erit.

3 Verum alteratur haec locatio, sive facta pro certa quantitate, sive pro certa specie, per pacta in ea apposita, quae quidem si non conveniant locationi, vel faciunt eam transire in alium contractum, vel etiam illam annullant, prout in loca-
4 tione unius paris bovum ad laborandum, quae quotidie practicatur, et dicitur, colletica, ut per Corn. *cons.* 108. *num.* 4. *lib.* 1. Caroc. *de locat. tit. de collaticis bovum, seu jugatica*, ut per Aldobr. *cons.* 131. *num.* 17. *lib.* 2. seu ad affe-
5 ogium, ut per Cravet. *cons.* 145. *num.* 3. si vero fiat pro decem minis Bladi singulis annis cum pacto, quod si boves locati pereant culpa conductoris, damnum sit ipsius, si vero casu, vel judicio divino, damnum sit locatoris, dummodo conductor restituat carnem, et corium, iste contractus est pura locatio, quia habet pacta locationi convenientia, et ideo sine dubio validus, ut probat Cravet. *d. cons.* 145. *num.* 3. *et seqq.* et aliis adduct. Caroc. *d. tit. de collaticis num.* 3. de jure enim periculum rei locatae, culpa conductoris eveniens,
6 ad eum spectat *l. in judicio* 28. *cod. locati*, et satis est in pacto contrario excipi periculum divini judicii, quia ista exceptio comprehendit omnes casus fortuitos, et mortem, ut
7 tradit Pencirol. *cons.* 147. *num.* 20. *et* 21. qui casus fortuiti spectant ad dominum, ut alibi dictum est.
8 Imo fortius, etiamsi dictum solummodo fuerit, quod tempore restitutionis debeant animalia aestimari, et eodem, modo, et forma restitui, ita ut, si deteriorata fuerint, cedant damno conductoris, adhuc pactum istud intelligitur, prout de jure, ut restituantur existentia, et reficiantur, quae dolo, et culpa conductoris perierunt, non autem, quae casu fortuito, ut censuit Rota *decis.* 207. *num.* 8. *et* 9. *part.* 4. *div.* et facit text. *in leg. si quis fundum* 10. §. *si colonis*, *ff. locat.* ubi etiamsi colonus promiserit habere innocentem ignem, non propterea tenetur de incendio, quod processerit casu
9 fortuito, et quod ubi pactum est, quod in fine locationis reddantur bestiae, intelligatur quatenus extent, firmat etiam Ludovic. *cons.* 189. *num.* 5. *vers. nec dicatur*, *et seq.* ubi etiam si datae fuerint aestimatae, et conmunent tradita per Rot. *decis.* 304. *num.* 6. *ad fin. et decis.* 556. *num.* 5. *part.*
2. *rec.* et pactum, quod periculum esse debeat conductoris, 10
intelligendum esse, et restringendum respectu casuum praeter naturam contingentium, non autem respectu mortis naturaliter secutae, firmat Cyriac. *contr.* 357. *num.* 12.

Quae tamen de rigore juris non transeunt sine aliqua difficultate, quia sola aestimatio animalium, facit transire eorum periculum in conductorem, et est text. *in leg. quaero* 56. §. *fin.* et ibi Bart. *ff. locat.* censetur enim per eam facta emptio, et venditio, et translatum dominium in conductorem *l.* 3. *ff. eod.* sed receditur ad evitandam labem usurarum, et per conjecturas contrariae voluntatis ut dicam infra in proposito alterius locationis, seu soccitae. 11

At ubi expresse fiat pactum, quod periculum omne spectet, sive pro medietate, sive in totum ad conductorem, tunc alteratur locatio, quia cum in eo dominium rei remaneat locatori, *leg. non solet* 42. *ff. locat.* inde sequitur, ut etiam periculum absque culpa conductoris accidens ad locatorem spectare totaliter debeat, prout est text. *in leg. in judicio* 28. *c. locat. et in* §. *qui pro usu instit. eod.* et dictum est *in cap.* 12
30. de incendio, et alibi, unde dicunt aliqui contractum, 13
stante dicto pacto, esse injustum, et illicitum, ac nullum, ut per Petr. de Ubald. *de duobus fratr. part.* 5. *num.* 29. et quod ubi locator non currit periculum, vel pro ea parte, qua non currit periculum, non possit licite percipere fructus sit D. Antonin. Florent. *in summ. part.* 2. *cap.* 7. *n.* 41. ubi, quia esset capitale salvum, et per consequens contractus usurarius, et aliis adductis sequuntur Jo. Bapt. Lupus *in cap. naviganti* §. 1. *num.* 27. *de usur.* et Caroc. *d. tit. de collut. num.* 13. Cyriac. *contr.* 357. *num.* 15. Imo fortius, 14
quod etiamsi dominus faciat pactum, quod dimidium damni, quoquomodo contingens in bove, vel alio animali locato, spectet ad conductorem, idque non animo illud exigendi, si absque ejus culpa damnum contingat, sed ne durius boves exerceat, mortaliter peccet, tradit post Giul. D. Antonin. *d. cap.* 7. §. 44. et sequitur Navarr. *in manuali cap.* 17. *num.* 260. *vers. quin, et si absque*, ubi reddit duplicem rationem, unam, quia qui ejus animum ignorant, scandalizzantur de illo contractu, aliam, quia potest facile dari casus, quod ipse decedat absque declaratione, et haeres conductorem vexet.

Verum loquendo in foro fori, quatenus essent aliae circumstantiae, ex quibus convincatur contractus enormissime laesivus, aut usurarum, vel alia labe infectus, solum pactum praedictum non esset sufficiens impedire ejus executionem, prout sentiunt D. Antonin. et Navar. ubi proxime, ubi dicunt, quod posset haeres agricolam vigore pacti vexare, etenim non est dubium, quod omnis naturalis ratio, et aequitas dictet res, ut pereat domino, non conductori, ut ea praecitatis juribus in proposito animalium tradit Cyriac. *contr.* 260. *num.* 14. et non propterea pactum, quod periculum spectet 15
ad conductorem, est contra naturam contractus locationis, ut ex plur. tradit Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 9. *cap.* 7. *quaest.* 3. *in princip.* et admittit Cyriac. *d. contr.* 260. *n.* 16. vel quatenus sit contra naturam, ut videtur deduci posse *ex l. si quis fundum* 10. §. *si colonis ff. locat.* et *l. in judicio* 28. *c. eodem*, saltem non est contra substantiam ejusdem 16
Duard. *de societ. lib.* 2. *cap.* 5. *quaest.* 4. *num.* 15. nec est 17
in se illicitum tale pactum, *summ. silvestr. in verbo societas*
il secondo num. 2. *vers. et similiter licitum erit*, unde 18
nullo modo potest praetendi, quod annullet contractum, et licet negari nequeat esse onerosum conductori, tamen tale onus potest esse recompensatum per alia pacta favorabilia eidem, vel in tenuitate mercedis, quo caso etiam theologi consentiunt sustineri Navar. in *manual. d. cap.* 17. *num.* 260. Silvest. *in sum. d. ver. societas il* 2. *n.* 2. Molin. *de contract. disp.* 503. *n.* 2. Less. *de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 3. *n.* 31. *vers. notandum secundo*, Card. de Lugo. *eod. tr. tom.* 2. *disp.* 29. *n.* 74.

Et non est necessarium, quod compensatio sit facta verbis expressis, sed satis est, quod acto facta appareat, ut probabo infra in secundo modo concedendi animalia, nempe soccita.
Et in proposito, quia mors secuta culpa conductoris, ut di- 19
ctum est ipsius damno cedere debet, et secuta casu, vel natura, debet cedere damno locatoris, si fiat conventio, quod quocumque modo sequatur, cedat aequaliter damno utriusque, quod fiat mutua compensatio, et sustinetur contractus sensit D. Antonin. Florentin. *in sua sum. tom.* 2. *tit.* 1. *cap.* 7. §. 44. *ad fin.* sed loquitur cum verbo dubitativo, forte. et dicit, quod potest tolerari ad vitanda litigia, unde bene erit advertere ad alias circumstantias, quia majus videtur pericu-

lum mortis naturalis, et fortuitae, quam culposae. Et in simi-
li si boem in principio locationis aestimentur, et fiat pactum
quod aestimari otiam debeant in fine, et quatenus aestimatio
decreverit, debeat conductor supplere ,licut addator etiam,
quod si ereverit debeat cedere ipsius conductoris lucro, non
proptere a compensatue praejudicium ejosdem ex tali pacto
resultans, eom boves, ut plorimum potius semper vilescant,
ut advertit Petr. du Ubald. *in tractat. de duobus fratr.*
part. 5. *num.* 29. *ante med.* ubi fortius sensit talem addi-
tionem, quod si aslor crescat cedat lucro condoctoris, potius
augere sospicionem, quod foerit posita ad palliandum pa-
ctum praefatum ooerosum, et exorbitans, ac de labe usura-
ruin contractom suspectum reddens.
20 Sed quatenus non adsit eecompensatio, adhuc nbi eon
concurrant aliae conjecturae sufficientes ad concincendum
contractum usurarium, ita ut solummodo dici possit ex di-
cto pacto gravari, et laedi conductorem, in foro fori, non om-
nis laesio conductoris sufficit ad annullandum contractum
conductionis, sed debet esse ultra dimidism, ut dicetur suo
loco, et pactum praedictum potest esse, quod illam non im-
portet, unde de se solom non erit sufficiens ad reddendum
contractum nullom, quicquid sit concurrentibus aliis pactis
onerosis conductori, ux quibus simul junctis, patest laesio
sufficieos, vel conjecturis concincentibus contractum usu-
rarium, quia tone, et pactum illud ponderandum eeit, cum
tamquam insolitum, faciat conjecturam, quae cum aliis ope-
ratur, ut per Cyriac. *d. controv.* 260. *n.* 17. ubi alias plu-
res conjecturas cumolat.
21 Quo autem ad secundum modum locandi animalia pro cer-
ta rata fructuum, ut eidelicet conductor ea alere, et custo-
dire debeat, et fructus sint communes, iste contractus pariter
in se est sine difficultate validus, ac de jure permissus, qua-
tenos pacta illum non alterent, et vitient, ut probant text.
in l. cum duobus, §. *in coeunda ff. pro soc. et in leg. si*
pascenda, cod. de pact. Franc. Marc. *decis.* 888. *part.* 1.
Molphes. *ad consuetud. Neap. tom.* 3. *part.* 14. *q.* 18. *n.* 9.
22 Verom in primis adeortendum, quod haec non est propria
locatio, sed quasi quaedam societas, et pro ea competit ac-
ctio pro socio, ut est text. *in l. si tibi areae* 14. §. *sed si*
puerum, ff. de praescr. verb. unde etiam volgariter euncu-
patur, *soccita*, at nec etiam est pura, et simplex societas,
sed est contractus innominatus, qui cum ait similis locatio-
ni, cum ejus regulis procedit, ut dictum est de colonis par-
23 tiaria *in cap.* 5. de colonis, est enim at ipsa partiaria, ut
de se patet et habetur *in l. si pascenda. c. de pact.* et in
specie, quod sapit de societate, et locatione Aldobrand. *cons.*
131. *n.* 17. *lib.* 2.
24 Sed paote, at circumstantiae huno quoque contractum al-
terare valent, vel magis eum accedere ad societatem, aut ab
ea recedere facere possunt, ut acce, contrahi communiter so-
let ad quadriennium, cum pacto, quod in fine sint commu-
nia, et dividantur pro aequali, ita ut conductor non solum
lucretur continuo medietatem fructuum, sed etiam ratam
capitalis, nempe singulo anno unum unguem animalis pro
indiviso, ut dicit Costa *de rata quaest.* 118. *n.* 3. et inde
est, quod si dissolvator aliquo casu soccita ante finitum
25 quadriennium, debet pastor habere ratam medietatis con-
ventae correspondentem tempori, quo duravit Cyriac. *contr.*
357. *n.* 9, Felio. *de societ. cap.* 9. *n.* 59. quod pactum con-
26 venit societati, non locationi. Sio ubi communicatum domi-
nium animalium non potest esse locatio, ut advertit Viv. *de-*
cis. 142. *n.* 7. et tunc esse societatem, et si non communi-
catum, esse contractum innominatum, tradunt *in l. si*
pascenda c. de pact. Cyn. et post alii antiquiores Corn. *n.*
3. *et in repet. ejusdem n.* 33. Curt. jun. *n.* 6. *ad med.* et
licet Alex. ibidem contrarium sentiat, videlicet, quod et-
iamsi tradens animalia dominium sibi totale retineat, adhuc
sit societas, tamen prima est communis opinio, ut testatur
Gabr. *consil.* 62. *n.* 1. et pro ea facit, quod non est vera so-
cietas, ubi non communicatur aliquod dominium, ut dictum
est *in cap.* 5. *de colonis n.* 19. et ad textum ex quo prin-
cipaliter movetur Alex. *in l. si tibi areae* 14. *vers. vel si*
puerum, ff. de praescr. verb. dicens ibi patere, quod etiam-
si dominus nullum transtulerit dominium in pastorem, ad-
huc est societas, responderi potest, quod hoc non dicit text.
sed solum dicit, quod qui pecus tradidit, non desiit es-
se dominus, quod est quid diversum, est enim hoc requi-
27 situm separatum, et seque necessarium adesse societatis,
quod tradens rem non desinat esse dominus, ut expresse
habetur in eadem *leg. si tibi areae in princ.* et ideo dum
text. dicit, quod ibi erat contracta societas, quia tradens pe-
cus non desierat esse dominus, non bene infertur, quod ne-
que dominium communicaverat, maxime dum id dicit ad
oppositum casus praecedentis, in quo dixerat, non esse con-
tractam societatem, quia translatum erat dominium totale
areae.
Retenta igitur communi, quod communicato dominio a-
nimalium contractus sit societatis, eo vero totaliter retento,
vel totaliter translato sit innominatus, inde infertur; quod
in secundo casu licet poenitere re integra, non autem in
primo Curt. jun. *d. n.* 6. est enim regulare, ut in contra- 28
ctibus innominatis liceat poenitere re integra, *l. si pecuniam*
5. *in princ. ff. de condict. ob causam*, Rot. *decis.* 130. *n.* 3.
part. 6. *recent.* in nominatis vero non est locus poeniten-
tiae, sed agendum ad implementum Bart. *in l.* 2. *n.* 7. *de* 29
condict. ob ca. Rauden. *cons.* 43. *n.* 14. Marescott. *var.*
cap. 90. *n.* 3. *lib.* 1. Coccin. *decis.* 329. *n.* 4. sed quatenus
sit interposita stipulatio per eam contractus transit in no- 30
minatum, et deficit esse locus poenitentiae, *l. ex placito c.*
de rer. permut. Bart. *in l.* 2. *in fin. c. de condict. ob caus.*
Castrens. *in l.* 1. §. *fin. n.* 5. *ff. de pactis et in rubr. de ver-*
bor. oblig. in fin. ubi Jas. *n.* 3. Galiaul. *n.* 90. unde sequi-
tur, quod raro possit recedi, quando rogatum fuit publicum 31
instrumentum, quia notarii solent semper stipulari nomine
eorum; quorum interest Soccin. jun. *in ead. rubric. de*
verb. oblig. n. 333.
Et licet contrarium, quod stipulatione interposita super 32
contractu innominato, locus sit poenitentiae, ex quo stipu-
latio sequatur naturam contractus, super quo interponitur,
senserit Roman. et Aret. *in leg. sciendum ff. de verb. o-*
blig. n. 24. *vers. sed contrarium ubi d. l. ex placito*, du-
plicem accomodat responsionem. Tamen a priori opinione
non est recedendum, quia est magis communis, et approba-
ta a Rota coram Seraphin. *decis.* 427. *n.* 5. coram Coccin.
decis. 329. *n.* 3. *ad med. et in recent. decis.* 242. *n.* 4. *part.*
7. et rationes Soccin. Sen. subvertuntur a Soc. jun. nepote
ejus in *d. rubr. n.* 380. *cum seqq.* ot refert Mant. *de tacit.*
lib. 1. *tit.* 8. *n.* 33. *ad fin.*
Patitur etiam dicta conclusio, quod a contractu innomi-
nato liceat recedere re integra alias quam plures limitationes,
quas omitto, ne nimis digrediar, sed octo earum videri pote-
runt penes, Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 31. *et seqq. usque ad fin.*
Et fiunt etiam a dicta cognitione, quod contractus non sit 33
locationis, sed societatis; seu praescriptis verbis aliae illa-
tiones, uti, quod si non est locatio, non est facienda remis-
sio mercedis, prout fit in ea, ut dicetur suo loco, neque
datur actio locati, sed si est societas datur actio pro socio si
vero est contractus innominatus, datur actio praescriptis
verbis *l. si tibi areae* 14. *ff. de praescr. verb.* et est per se
satis notum, ut dicit Molphes. *ad consuet. Neapol. part.* 14.
qu. 18. *n.* 17.
Videtur autem communicatum dominium, si animalia 34
tradita sunt aestimata Castrens. *in l. si pascenda c. de pact.*
et ibid. Alex. *prope fin.* et Corn. *in repet. n.* 33. ut alii con-
gesti per Sabel. *in suis var. resol. et respons. cap.* 17. *n.*
12. ubi in fine capituli imprimit Rotae *decis. in anagnina*
usurarum coram Manzanedo, quae prius erat impressa *po-*
st. 2. *vol. cons. Farin. decis.* 235. in qua eadem conclu-
sio firmatur in specie sub *n.* 1. quibus adde, quod per ae- 35
stimationem in contractu locationis factam, argui translatum
dominium in conductorem est text. *clar. in l. cum fundus*
3. *ff. locat.* unde a praedicta conclusione regulariter cessan-
tibus aliis indiciis contrariis non erit recedendum, licet non
desint, qui contrarium teneant, quos refert, et sequitur Ma-
scard. *de probat. concl.* 663. *n.* 15. eis tamen adhaerendum 36
erit, vel cum aliunde translatione dominii contractus efficere-
tur usurarius, quia ad effugiendum hoc delictum, sumitur
potius interpretatio, quod dominium non fuerit translatum,
ut arg. l. merito ff. pro soc. et ex Corn. *repet. in l. si pa-*
scenda n. 46. *c. de pact.* dixit Rot. *in decis.* 227. *n.* 12.
vers. nam pro responsione part. 4. *div.* vel etiam ubi ap- 37
pareat aestimationem fuisse factam pro sciendo valore ad a-
lium finem, *ut in ead. decis.* 227. *n.* 12. *ad fin. part.* 4. 38
div. transfert enim dominium in locatione aestimatio, pro-
ut facit in dote, ut dicit text. *in d. l.* 3. *ff. loc.* et sic qua-
tenus non adsint indicia contraria, ut tradunt Paris. *cons.*
81. *n.* 16. *lib.* 1. Rim. *instit. tit. quib. alien. lic. n.* 134.
Cyriac. *contr.* 220. *n.* 3. *et seq* Fontanel. *de pact. nuptial.*
claus. 5. *glos.* 8. *part.* 13 *n.* 30. *vers. dixi, quod* Rot. co-
ram Pen. *decis.* 903. *n.* 2. *et in rec. decis.* 259. *n.* 16.

part. 8. potest enim fieri ad solum effectum dignoscendi valorem, et sic facta non importabit translationem dominii, Mascard. *concl.* 663. *n.* 13. Castill. *decis.* 21. *n.* 4. Rot. coram Merlin. *decis.* 428. *n.* 14.

39 Item communicatum censetur dominium, si adsit pactum, quod finita soccita etiam animalia dividantur, ut post Bald. *in l.* 1. *col.* 3. *c. de fruct. et lit. expens.* tradit Gabr. *consil.* 62. *n.* 2. *lib.* 1. et iste est proprie casus textus *in d. l. si tibi areae* 14. *vers. sed si puerum ff. de praescr. verb.* ubi dicitur, quod stante simili pacto, tradens pecus, non desinit esse dominus, sed datur actio pro socio, quasi dominium sit communicatum prout requiri in societate supra dicebam.

40 E contra autem si adsit pactum, quod fructus sint communes, tunc animalia ipsa non censentur communicata, Bald. *in l. cum duobus* §. *si in coeunda in lect. antiq. ff. pro soc.* et post eum Alex. *in d. l. si pascenda n.* 3. *c. de pact.*

41 Sunt igitur in hoc contractu diligenter perpendenda pacta, ad dignoscendum, quid actum sit, et adhuc re dubia existente attenditur, quomodo partes contractum denominaverint, et talis reputatur Molphes. *ad consuetud. neap. part.* 14. *quaest.* 18. *num.* 17. *ad fin.* Rot. *decis.* 227. *num.* 6. *part.* 4. *div.* dico in dubio, quatenus ex pactis non dignoscatur, quia alias cognitio, quae habetur ex pactis praevalet denominationi, ut dictum est *in cap.* 3. *de emphyteusi.*

Quoniam vero saepe etiam in isto modo contrahendi fit pactum, quo dominus assecurat sibi capitale bestiarum tra-
42 ditarum, quod pactum magis repugnat contractui societatis, cum societas sit ad instar fraternitatis, et requirat in supremo bonam fidem, et aequalitatem Castracan. *de societ. offic. cap.* 10. *n.* 20. *et seq.* Rot. coram Gregor. *decis.* 308. *n.* 4. ideo tanto magis caute agendum erit circa illud praecipue
43 stante Bulla Sixti V. super societatibus ad caput salvum, quae est inter suas in Bullar. la 45. expresse, et specialiter illud damnans.

44 Id tamen verum est si imponatur totum periculum bestiae recipienti, non si fiat pactum, quod periculum sit commune, licet enim hoc pactum non conveniat conductioni, ut dictum est supra, tamen secus est in contractu isto soccitae, quia in eo quatenus sit societas, vel illi similis, tale pactum est conforme juris dispositioni, secundum quam in societate damnum debet esse commune *l. mutius, et l. si non fuerit* §. *Aristo ff. pro soc. et* §. 1. *instit. eod.* et in terminis, quod in soccita animalium periculum debeat esse commune, Saisel. *in l. si pascenda n.* 2. *c. de pact.* et ibid. etiam Jas. *n.* 2. Negusan *cons.* 59. *n* 2. *ubi de com.* Azor. *Inst. mor. tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 7. *quaest.* 9. *ad fin.* Viv. *decis.* 142. *n.* 4. *et seqq. usque ad fin.* ubi ita judicatum Grivel. *decis.* 38. *n.* 1. *et seqq. et* 11.

45 Quod, et procedit non solum, quando dominium animalium fuit communicatum, sed etiam quando fuit totaliter translatum in pastorem, seu soccedarium, ut volunt praecitati, et signanter Jason. *dict. num.* 2. et Viv. *in dict. decis. num.* 8. ubi reddunt rationem, quia ad hoc, ut periculum sit commune, non est necesse, quod sit commune dominium, sed sufficit esse communem rei utilitatem, per text. *in l. Titius Sempronio, vers. sed nec ipsius ff. de praescr. verb.* quem dicunt ad hoc singularem, sed ego ultra illum adduco alium text. *in l. cum duobus* 52. §. *quidam sagariam ff. pro soc.* ubi expresse habetur, quod si unus habeat proprias pecunias penes se, ad emendum merces pro communi utilitate societatis, et casu illas amittat, debet damnum esse commune sociis.

46 Hinc inferri videtur, quod idem quoque sit dicendum in casu, quo animalia non fuerint aestimata, nec aliunde appareat eorum dominium translatum, aut communicatum cum pastore, sed tamen in tali casu diversimode sentiunt DD. quod enim periculum spectet totaliter ad dominum, volunt Castren. *in d. l. si pascenda ad fin. c. de pact.* Costa *de ratione ratae q.* 118. *n.* 6. ubi quod non potest dominus praetendere a Soccedano nisi consignationem pellis animalis mortui Cyriac. *contr.* 357. *n.* 4. Crivel. *decis.* 38. *n.* 27. et contrarium quod damnum spectet ad pastorem, etiamsi fortuito pereant Bald. *in d. l. si pascenda n.* 2. *c. de pact.* Negus. *cons.* 59. *n.* 2. *et* 3. et quod si pereant morte naturali damnum sit domini, si vero casu fortuito sit commune Bal. *in l.* 1. *n.* 27. *et seqq. c. pro socio.* Ubeld. *de duob. fratr. part.* 8. *princ. n.* 20.

47 Servatur etiam aliquibus in locis de consuetudine, quod periculum casus fortuiti, et mortis naturalis spectet totaliter, et indistincte ad dominum animalia tradentem ut testantur Aemilian. *cons.* 37. *n.* 3. Cyriac. *contr.* 357. *n.* 6. ubi etiam reddit rationem, quia rusticus amittit laborem, et alimenta praestita, et partem animalis, quam fuerat lucratus, et ideo dominus debet amittere residuum, sed quidquid sit de consuetudine, ratio ista semper non militat, nam potest avenire casus mortis animalis, in quo rusticus nihil amittat, non partem animalis, quia non sit eam lucratus, neque alimenta, aut laborem, quia, vel parvo tempore, illa impenderit, vel quia fuerit recompensatus in fructibus annuatim, vel etiam diatim perceptis, quod omnino considerandum, quia non ita evenit in societatibus aliarum rerum, prout etiam considerandum est, quod in societate ista, ut plurimum capitale animalium non ita ponitur, ut expendi, aut vendi, seu aliter consumi debeat in communem utilitatem, prout ponuntur in aliis societatibus pecuniae, vel merces, sed tantum ponuntur, et conferuntur fructus, ut animadvertit Card de Lugo *de justit. et jur. disp.* 30. *n.* 25.

At si adsit expressum factum, quod capitale sit salvum do- 48
mino, quoad Bullam praefatam Sixti V. *super societat. ad cap. salvum*, sciendum, quod prohibet tantum contractus palliatos, et contrarios juris dispositioni, addendo novas poenas, non alios juri communi conformes, ut tradunt Comitol. *res. moral. lib.* 3. *quaest.* 12. *n.* 3. *vers.* 3. *propositio*, ubi refert ita dixisse cardinales, qui eam composuerunt Farin. *cons.* 54. *n.* 8. *ad fin.* ubi quod expresse admittit pactiones, et conventiones secundum justitiam, et aequitatem juris communis, et dixit Rota coram Merlino *decis.* 212. *n.* 2. *et* coram Coccino *decis.* 70. *n.* 7.

Unde licet de natura, et justitia societatis sit, quod dam- 49
num in ea eveniens sit commune, et ideo pactum, quod damnum ab uno sentiri non debeat sit improbum, et sapiat usuram, ut ex Bald. *in l.* 1. *n.* 29. *c. pro soc.* Dec. *cons.* 110. *et al. firmat*, Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 61. tamen si eveniat in fine societatis, capitale esse salvum de jure restituen-
dum est ei, qui illud posuit, Corn. *cons.* 54. *n.* 3. *post* 50
princ. ubi de com lib. 1. Paris. *cons.* 85. *n.* 4. *lib.* 1. *et cons.* 110. *n.* 21. *et* 22. *lib.* 2. Rot. cor. Coccino *decis.* 310. *n.* 1. *et in rec. decis.* 214. *n.* 19. *part.* 6. et est etiam opinio theologorum Less. *de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 18. Molin. *de contract. disp.* 416. *n.* 3. *et* 5. *in fin.* ubi nisi aliud velit consuetudo loci Card. de Lugo *de just. et jur. disp.* 3. *n.* 24. ubi rejicit Filiuc. *tract.* 3. *c.* 3. *n.* 45. volentem, quod si remaneat solum capitale solvi debeat aliquid ei, qui operas perdidit, cujus opinio tanto facilius rejicienda est in societate ista, ex quo operae solent diatim esse compensatae in fructibus, imo vel adest pactum, ut pastor soccedarius lucretur de capitali, et habet suum lucrum si capitale est salvum, aut non adest, et posuit operas, ut cum fructibus compensarentur, non cum capitali, et ideo de illo praetendere non potest.

Dum igitur de jure ponens capitale in societate debeat quidam subjacere periculo amissionis, sed si id non amittatur,
debeat illud rehabere, hinc sequitur, ut habeat spem illud 51
recuperandi, talis autem spes potest deduci in pactum, et assecurari, prout assecurantur naves, et venduntur fructus agrorum futuri, et incerti ex tradit per Rot. coram Coccin. *decis.* 70. *num.* 3. et non solum assecurari poterit hoc modo
capitale, sed etiam certum lucrum, faciendo videlicet tres 52
contractus, unum societatis ad commune lucrum et damnum, alium, quo assecuratur capitale, et tertium, quo ad evitandas controversias et computationes, taxetur et assecuretur fructus in certa summa, et quandocumque fiant isti tres contractus distincti, et bona fide, nullum adest dubium quod valeant Navar. *in manual. cap.* 17. *n.* 253. *vers. notandum, et de usur. n.* 32. Filiuc. qui late explicat modum practicandi singulos praedictos contractus in societate hac animalium *tract.* 38. *cap.* 5. *num.* 86. *et seqq.* et ita contrahi posse societatem, cum capitali salvo, et certo lucro moderato admittitur Romae, et per totam Italiam, ut dixit Rot. in una Viterbien. transactionis 4. jun. 1663. §. et quod coram R. P. D. Toja *quae habetur post Torr. de pact. fut. succ. decis.* 168. *ac etiam in rec. part.* 14. *decis.* 74.

Imo, et non solum expresse possunt fieri dicti tres con- 53
tractus, et separatim, sed etiam tacite, ac eodem tempore, et etiam implicite Navar. *in man. d. cap.* 17. *num.* 255. *vers. addo quod, et de usur. num.* 32. *vers. addimus praeterea*, in quibus tamen locis semper repetit, dummodo cesset omnis fraus, et dolosa simulatio, ad quod praecipue erit advertendum Marescot. *resol.* 132. *num.* 21. *lib.* 2. Gratian. *disc.*

589. *num.* 13. Card. de Lug. *de just. et jur. disp.* 30. *n.* 46.
et 47. Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 3. *vers. et haec omnia*
et dixit Rota in dicta Viterbien. transactionis §. *et quod re-*
digendum.

54 Et implicite facti dicentur contractus praedicti, si pericu-
lum, quod in se suscipit animalia recipiens, appareat com-
pensatum cum aliis pactis favorabilibus sibi, et praecipue cum
retentione majoris partis fructuum, ut sentiunt praecitati,
et ultra eos aperte Molin. *de contract. disp.* 503. *per tot.*
dum num. 2. dicit valere pactum assecurationis capitalis a-
nimalium, dummodo periculum compensetur cum parte ali-
qua fructuum, *et disp.* 417. *num.* 10. Rebell. *de obligat.*
just. lib. 15. *quaest.* 6. *num.* 6. *versic. aliam regulam.*

55 Unde materia ista satis reduci videtur ad justitiam, vel
injustitiam, si enim contractus consideratus totus simul cum
omnibus suis pactis simul junctis, prout considerari debere
tradit in his terminis Rot. *decis.* 227. *num.* 15. *part.* 4. *div.*
non obstante, quod contineat pactum praedictum capitalis
salvi recipienti animalia onerosum, sit justus, et aequus, cen-
setur onus illud compensatum, et sic implicite factus contra-
ctus assecurationis capitalis ea praecitatis, et ultra eos Less.
de just. et jur. lib. 2. *cap.* 25. *num.* 31. *vers. notandum se-*
cundo, et melius, ac Latius Molphes. *ad consuet. Neap. tom.*
3. *part.* 14. *quaest.* 18. *num.* 26. *et seqq.* qui etiam ante *n.*
20. *et* 21. ex pluribus firmat regulam generalem, quod in hac
societate omnia pacta sint licita, quatenus simul cum aliis
considerata nimis non gravent, et e contra generale esse, ut
pacta inaequalitatem causantia sint illicita docuit ex sensu
DD. Div. Antonin. Florent. *in summ. tom.* 2. *tit.* 1. *cap.*
7. §. 39. *prope fin.* et secutus est Navar. *in manual. cap.* 17.
num. 161. *ad fin.* et generaliter, quod omne pactum, quo
neutra pars plus justo gravetur sit licitum in locatione, vel
societate animalium non considerato quolibet pacto de per
se, sed omnibus simul, firmat pluribus congestis Molphes.
ad consuet. neap. tom. 3. *part.* 14. *q.* 18. *n.* 20. *et seqq. ubi*
n. 26. *et* 27. etiam in specie de pacto praedicto capitalis
salvi.

56 Et ultra auctoritates doctorum pondero text. *in l. si non*
fuerint 29. *in princ. ff. pro soc.* in quo habetur, quod si fiat
societas cum pacto, quod unus ex sociis nullum damnum
sentiat, et partem lucri habeat, contractus sustinetur, quate-
nus opera illius, qui damnum sentire non debet, compenset
ipsius damni periculum. Unde hoc pactum capitalis salvi de
jure non est improbatum, nisi quatenus non sit compensatum
imo ubi adest compensatio, est expresse admissum, ac proin-
de non debet censeri prohibitum per praedictam constitutio-
nem Sixtinam, quae non prohibet nisi contractus juris dispo-
sitioni contrarios ex supracitatis *num.* 48.

57 Et licet Cyriac. *contr.* 357. *sub num.* 16. in his terminis
tradentis animalia sub pacto, quod sibi sint salva tantum
praefatum *in d. l. si non fuerint* retorqueat dicendo quod
ex parte domini nihil aliud adsit nisi capitale, et propterea
non possit per illud censeri recompensatum pactum praedi-
ctum, tamen quidquid sit in aliquibus casibus, uti si ageretur
de ovibus infectis, vel similibus animalibus, quorum mors
valde esset periculosa intra tempus societatis, possunt tamen
esse alia, in quibus juxta communiter accidentia, periculum
sit adeo remotum, ut bene compensari valeat cum aliis pactis
alteri parti illud in se suscipienti favorabilibus, an autem
58 adsit, vel ne talis recompensatio standum erit judicio pru-
dentis, ut dicit Less. *de just. et jur. lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 3.
num. 31. *vers. notandum secundo*, vel expertorum, ut dicit
Molphes. *ad consuet. Neap. tom.* 3. *part.* 14. *quaest.* 18.
sub num. 20. qui quidem experti considerare debebunt qua-
litatem animalium, et loci, in quibusdam enim pactum, quod
debeant restitui in eadem qualitate, et sic capitale salvum
fore, magis gravat, et in quibusdam minus, propter majus et
minus periculum mortis eorum, prout etiam pactum, quod
illa recipiens, et custodire, ac alere debens habeat medieta-
tem fructuum, potest esse aequum, ac etiam potest esse alteri
ex contrahentibus onerosum, prout animalia requirunt ma-
jorem, et minorem curam, et impensam, ac majores, vel mi-
nores fructus reddunt, ac juxta qualitates locorum.

Quare cum non possit dari certa regula, eo etiam quia
haec non est proprie locatio, ut dictum est, sufficiat praedi-
cta tetigisse. Caeterum si quis plura de hoc contractu desi-
derat, adeat scribentes, et repetentes *in l. si pascenda c. de*
pactis, et ultra eos Caroc. *in d. tit. de collatio.* et Costam
de rata quaest. 118. et alios, qui ab eis citantur, et quoniam
haec est materia, quae spectat etiam ad theologos, ita ut ali-
qui legistae tremulenter eam attingant, prout de se dixit
Petr. de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part.* 5. *n.* 29. *ad*
fin. videre poterit signanter Div. Antonin. Florent. *in sum.*
tom. 2. *tit.* 1. *cap.* 7. §. 39. *cum plurib. seqq.* Rebel. *de o-*
blig. just. lib. 15. *quaest.* 6. Azor. *instit. moral. part.* 3.
lib. 9. *cap.* 5. Molphes. *in sum. part.* 2. *tract.* 12. *cap.* 11.
num. 37. *et seqq.* et Filliucc. *tract.* 38. *cap.* 5. penes quos
habebit casus valde distinctos, et modos contrahendi licitos,
et illicitos. Semper tamen optima erit cautela, quod contra- 59
hentes protestentur nolle recedere a dispositione dictae con-
stitutionis sixtinae, per talem enim protestationem evitari
poenas illius dixit Rot. in praecitata Anagnina usurarum cor.
Manzanedo *impres. post* 2. *vol. cons. Farin. decis.* 235. et
per Sabell. *post cap.* 17.

Locatio autem ad vecturam, ex quo est concessio animalis 60
ad certum usum pro mercede in pecunia numerata, est etiam
ipsa vera, et propria locatio, quia convenit ei definitio loca-
tionis, de qua supra *in cap.* 1. et ideo sine dubio fieri potest,
et regulis generalibus locationis subjacet. Circa eam autem
saepe contingit dubitare de periculo animalium locatorum.
Et cum regula sit periculum rei locatae spectare ad locatorem
rei dominum, sequitur, ut etiam in hoc casu, si equus verbi
gratia conductus ad vecturam deterioretur, vel moriatur in
itinere, domino pereat, nec teneatur conductor ejus pretium 61
restituere, nisi forte ejus culpa saltem levis intercesserit, ut
tradunt Bald. *cons.* 22. *lib.* 3. Cagnol. *in l. contract.* 23.
n. 47. *ff. de reg. jur.* Pappon. *cons.* 98. *num.* 6. *vers. sed*
praemissis, et seq. Valenzuel. *cons.* 108. *num.* 3. *et* 4. Viv.
decis. 1. *num.* 3. Fontanel. *decis.* 533. *num.* 1. *et seqq.* et
in simili si commodavero tibi equum, quo utaris usque ad
certum locum, si nulla culpa tua interveniente in ipso itine-
re deterior equus factus sit, non teneris commodati, nam ego
in culpa ero, quod in, tam longum iter equum commodave-
rim, qui eum laborem sustinere non potuit dicit text. *prae-*
cise in leg. fin. ff. commod.

Verum contra dictam conclusionem, quod requiratur culpa 62
saltem levis, et sic non sufficiat levissima est text. *in §. qui*
pro usu instit. tit. de locat. ubi expresse habetur conductorem
jumenti debere adhibere curam, quam adhibet diligentissi-
mus paterfamilias in rebus suis, unde deducitur eum teneri
de levissima, quia culpa levissima est omittere ea, quae di-
ligentissimus fecisset Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 1.
cap. 6. *num.* 23. *cum al. adduct. in c. de conductore, quid*
possit, etc.

Sed respondetur, quod aut ille superlativus *in d. §. qui*
pro usu est loco positivi, et intelligitur id est diligens, aut
dispositio illius textus, procedit ubi materia locationis re-
quirit sui natura diligentiam exactissimam, ut explicat ibi
Glos. *in ver. diligentissimus*, et latius habetur *in d. cap de*
conductore, etc. quae quidem diligentia exactissima regula-
riter non requiritur in animalibus ad vecturam locari
solitis.

Incumbit tamen in casu mortis equi conductori onus pro- 63
bandi mortem ad se eximendum ab obligatione illum resti-
tuendi, ut sentiunt praecitati, et optima ratione, quia vide-
licet hoc est fundamentum suae exceptionis, quam reus pro-
bare debet Seraph. *decis.* 404. *num.* 7. Mantica *decis.* 111.
num. 8. Rot. *decis.* 346. *num.* 4. post Postb. *de manut.*

Et probatio sufficiens in hoc casu est per testes examina- 64
tos in loco periculi ad perpetuam rei memoriam sine citatio-
ne partis, praecipue propter difficultatem illam citandi tam-
quam absentem regulariter a loco illo juxta doctrina Bart.
in l. 2. *c. de naufrag. lib.* 1. quam alii sequuntur in his ter-
minis relati per Cancer. *var. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 56. et
Fontanel. *decis.* 533. *num.* 13.

Non tamen propterea restringenda est facultas probandi
mortem equi per dd. testes examinatos in loco, ubi ipsa mors
accidit, sed poterit etiam fieri probatio, ubi facta fuit locatio
vel ubi conductor convenitur, ut monet Fontanel. *d. decis.*
533. *num.* 14. et non adest dubium probari mortem equi in
itinere per simplicem fidem alicujus cum juramento proprio 65
ambasciatoris, ut post Bald. *in rubric. c. de fid. instr.* tra-
dunt Baver. *de virt. juram. n.* 94. Bertach. *de gabell. part.*
7. *princ. num.* 36. *in fin.* Seraph. *de juram. privil.* 27.
num. 14.

Imo nec satis erit conductori probare equum, quem equita- 66
bat decessisse, sed necesse habebit probare in specie deces-
sisse equum sibi locatum convincendo, videlicet identitatem
Jas. *in l. non hoc num.* 12. *cod. unde legit.* Natt. *cons.* 80.
num. 4. et aliis adductis Menoch. *praes.* 15. *n.* 27. *lib.* 6.

Seraph. *de juram. privil.* 27. *n.* 15. et de communi Canc.
var. lib. 1. *cap.* 14. *n.* 54.

67 Probabitur autem identitas per colorem, et alia signa et
demonstrationes, ut post Jas. et alios dicit Cancer. *in d. cap.*
14. *num.* 54. Fontanel. *decis.* 533. *num.* 12. Berz. *decis.* 84.
num. 14. et sufficere solum colorem voluit Bim. *cons.* 18.
num. 13. et idem, quod petente actore equum morellum,
sufficiat probare equum morellum esse mortuum, voluit Al-
dobrand. *in cons.* 19. *num.* 19. *et seq. lib.* 2. sed contrarium
68 quod solus color non sufficiat voluit Alex. *in cons.* 183. *n.*
17. *lib.* 6. et in rigore haec videtur verior, quia unica de-
monstratio non probat identitatem, sed requiruntur duae ex
adductis per eumdem Alex. ibidem, et per Surd. *decis.* 339.
num. 5. *vers. probari autem*, et Rot. coram Burat. *decis.* 132.
num. 5. maxime dum pluribus adaptatur, prout esse solet
color animalium ad tradita per Corn. *cons.* 91. *n.* 14. *vers.*
secus videbitur lib. 1. Magon. *decis. flor.* 2. *n.* 17. Gregor.
decis. 455. *n.* 10. et ibi Add.

69 Hinc licet detur praxis probandi identitatem animalium
per stigma, seu signum, vulgo merco Bart. *in l. stigmata* 3.
ad fin. c. de fabricen. l. 11. quem sequitur Rot. *decis.* 288.
n. 1. *part.* 8. *recent.* talis praxis esset periculosa, ubi agere-
tur de unico equo, licet facilius admitti posset in probanda
identitate gregis, de quo loquitur Rot. ibi.

70 Probatio autem, quod non intervenerit culpa sua, non
est necessario facienda a conductore, quia regula est, quod
quando agitur de casu, qui absque culpa evenire solet, prout
est mors, culpa non praesumatur, ut docent Bart. et alii *in*
l. si quis ex argentariis §. *an vero haeredes*, *ff. de eden.*
at ideo in proposito, quod si locator praetendat culpam con-
ductoris ad vecturam intervenisse, ipse probare illam debeat,
firmat Valenzuel. *cons.* 108. *num.* 9. Cancer. *d. cap.* 14.
num. 52. *et* 53. Viv. *d. decis.* 1. *num.* 10. qui allegat plu-
res, quam vellet in re, tam nota Fontanel. *d. decis.* 533.
num. 6. ubi alios adducit, *et num.* 10. rejicit Ripol. *var.*
resol. cap. 12. *ex num.* 229. ubi videtur contrarium sensis-
71 se, *et n.* 11. dat consilium, quod hoc non obstante condu-
ctor, ubicumque mulus infirmetur, vel moriatur, vel in
viciniori loco, si illic non est commoditas instet sibi tradi
aliquod testimoniale de casu, qui sine culpa sua successit
dicens, quod ita consulunt omnes, qui hanc materiam tra-
ctant, et signanter Cavalcan. *decis.* 7. *alias* 53. *part.* 2. *a*
num. 22.

Et hoc non procedit solum in conductore ad vecturam,
sed generaliter in quocumque alio, et non solum circa peri-
cula animalium, sed etiam aliarum rerum locatarum, ut di-
cetur quoque alibi, et signanter *in cap.* 29. de conductore,
quid possit et ad quae teneatur circa rem *num.*.....

Neque obstat text. *in l. si quis fundum* 10. §. *imperator*
ff. locat. ubi expresse loquitur de conductore, et tamen re-
quirit probari posse fraudem non intervenisse, ibi. *Si ca-*
pras latrones citra tuam fraudem abegisse probari pot-
est, quia plures responsiones sumi possunt ex pluribus intel-
lectibus qui dantur illi textui per glos. *ibi verb. probari*, et
praecipue quod conductor eo casu repetebat mercedes, tam-
quam indebite solutas, ut patet ex verbis ipsius text. *in fin.*
72 §. *ibi, mercedes uti indebitas recuperabis*, unde nil mirum
si ipsemet probare debebat suam fraudem non intervenis-
se, quia hoc necessarium erat ad convincendum mercedes
solutas fuisse indebitas, prout convincere debet, qui inde-
bitum repetit *l. cum de indebito* 25. *ff. de probat cap. is*,
qui conqueritur de solut. Merlin. *decis.* 26. *n.* 1. nec con-
cludebat probatio, quod latrones capras abstulissent, quia
poterant eas abstulisse interveniente fraude locatoris, et sic
non essent indebitae mercedes, quod sufficit quia in judicio
repetitionis indebiti, satis est excludere indebitum per pos-
sibile *decis.* 145. *n.* 2. *part.* 3. *decis.* 592. *n.* 27. *part.* 5.
et decis. 319. *n.* 16. *part.* 9. *rec.*

73 Culpa autem erit sine dubio, si conduxit pro certo onere
ferendo, et deinde magis oneravit, si enim propterea rum-
patur mulus, datur actio locatori adversus eum, ut est te-
xt. *express. in l. qui insulam* 33. §. *qui mulas*, *ff. locat.*
ubi, quae actio detur, unde si is, qui conduxit equum pro
se ad equitandum, et eundum in aliquem locum, in dorso,
seu, ut vulgo dicitur, in groppa superinduxerit socium, vel
apposuerit valisiam, ac propterea equum deterioraverit, vel
perire fecerit ipse tenebitur, ut docuit Bart. *in l. un. eod.*
ne quid oner. publ. imp. lib. 10. Paris. *cons.* 123. *n.* 7. *lib.*
1. et alii adducti per Fontanel. *dec.* 535. *n.* 3. et Molphes.
ad consuet. neapol. part. 14. *quaest.* 18. *n.* 2.

Verum, an sufficiat locatori probare, quod conductor vali- 74
siam, vel aliud super imposuerit, vel sufficiat, sed ulterius
probare debeat, quod propter illam super impositionem
equus perierit, non transit sine difficultate, nam Fontanel.
in dicta decis. 533. *n.* 5. optime animadvertit, quod DD.
qui tractant de hac re, non dicunt simpliciter, si nimis one-
ravit mulum, sed addunt, et ex hoc illo periit, vel est dete-
rior effectus, et ego ulterius observo quod eodem modo lo-
quitur etiam text. *in d. l. qui insulam* 33. §. *qui mulas*,
ff. locat. ibi cum majore onere conductor eas rupisset,
unde, vel curandum fieri talem probationem, vel quod e
contra conductor probet malum non inde evenisse, ut con-
suluit ipse Fontanel. vel considerandum an onus fuerit ul-
tra condignum, vel ultra solitum prout requirunt Cagnol.
in l. contractus 23. *n.* 48. *ff. de regul. jur.* et aliis addu-
ctis Valenzuel. *cons.* 108. *n.* 7. vel etiamsi valisia non sta-
bat bene firma, et nocuit animali cui fuit super imposita,
et si fuit factum iter ultra monitum mariscalchi, quia haec
omnia convincunt culpam conductoris, ut consideravit in
casu suo Paris. *d. cons.* 123. *n.* 7. *lib.* 1.

Praeterea si adfuisset juvenis locatoris vulgo vecturinus, 75
qui non contradixisset illi superimpositioni oneris, inde ex-
cusaretur conductor, et excluderetur ejus culpa Fontanel.
d. decis. 534. *n.* 6.

Est etiam in culpa conductor, si non pavit equum, quia 76
idem est, ac si necaret, quia enim detrahit alimenta, neca-
re videtur *l. necare ff. de liber. agnosc.*

Imo conductor ad vecturam, debet bene pascere equum, 77
alias si macer factus sit tenetur ad interesse, ut dicit Bart.
in l. animalia 18. *n.* 3. *c. de curs. publ. lib.* 12. Jos. Lu-
dor. *decis. Lucen.* 10. *n.* 16. at ideo debet ei dare solitum
penum, et solita cibaria, alias ejus damno cedet interitus,
et deterioratio Fontanel. qui alios citat. *decis.* 535. *n.* 15.
Molphes. *ad consuetud. Neap. tom.* 3. *part.* 14. *q.* 18. *n.*
2. *et* 3.

At hoc limitatur, si avena sit plus solito cara, quia tunc
non tenetur ei dare, quantum ubi est vilis, vel justo pretio
venditur, ut dicit ipse Bart. *in d. l. animalia in fin.* et se-
quitur Fontanel. *decis.* 535. *n.* 19. *et seqq.* ubi maxime
exclamat contra hospitatores facientes eam solvere ultra de-
bitum, dicens excellentissimos pro reges propulsasse latro-
nes ab itineribus illarum partium, eosque se recepisse ad ho-
spitia publica, ubi majora forsan damna, quia magis conti-
nua faciunt.

Praeterea limitatur si adsit famulus locatoris, qui curam 78
habeat equi, tunc enim non imputandum conductori, nisi
quod noluerit subministrare pecunias necessarias, si enim
ipse in hoc non fuit retinens, et adhuc equus male fuit
pastus, imputandum famulo, cujus curas esse debet, ut bene
pascatur Fontanel. *dicta decis.* 535. *n.* 18.

Item culpa esset si bestia in morbum incidente in itine- 79
re conductor illam non custodiret, seu non consignaret eam
hospiti, qui diligenter eam custodiret, et propterea etiam
in tali casu teneretur Bald. *cons.* 22. *in fin. lib.* 3. Cotta *in*
memor. ver. scholaris, Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 14.
num. 55.

Imo tenetur conductor etiam emere medicinas pro equo 80
curando absque spe repetitionis, quia dum tenetur ei sub-
ministrare alimenta, veniunt etiam medicinae necessariae,
ut in terminis tradit Viv. *decis.* 1. *n.* 13. ubi etiam judi-
catum refert non potuisse conductorem illas repetere. Sed
ibi erat impensa modica, ut habetur *n.* 12. quod est adver-
tendum, quia si equus conductus incidat in morbum ma-
gnum, qui impediat conductori ejus usum, et requirat ma-
gnam curam, poterit conductor eum consignare hospiti, ut
ipse diligenter eum curet usque quo possit dominus certio-
rari, et ejus curam assumere, ut post alios dicit Cancer. *d.*
n. 55. et quatenus non inveniat, qui eas praestet, debet ipse
illas subministrare, sed repetere poterit, vel retinere in mer-
cede, ut post Narbon. dicit Fontan. *decis.* 535. *n.* 16. *et* 17.

E dum tenetur adhibere medicinas tenebitur etiam, ad-
hibere mariscalcum, qui eas ordinet, et applicet, et si pro-
betur conductorem illum non quaesiisse, arguetur culpa,
nisi forte locus non esset tutus pro eo, ut in casu Aldo-
braud. *cons.* 19. *num.* 16. *lib.* 2. ubi etiam alias excusatio-
nes adducit conductoris, nempe, quod non constaret in loco
illo adesse mariscalcos, neque, quod si medicinae adhibitae
fuissent profuissent, ut videre est *num.* 11. *et* 14. sed haec
ultima non est tuta, et contrarium tenet Ambros. *decis. Pa-*
rus. 17. *num.* 10.

Non autem sufficerat probare factum iter cum equo elaudo nisi probetur etiam immoderatum, ut habetur in *decis. Bonon. collect.* per Gypt. *decis.* 22. *n.* 8. *et seq.*

81 Culpae quoque adscribitur conductori ad vecturam, si equum ultra modum percusserit, ut ocius iret, et ultra modum dicitur signanter, si percusserit ligno, vel fuste, non si calcari, vel flagello, quia ista sunt instrumenta solita ad hoc destinata *l.* 5. et ibi Bart. *et alii cod. de cur. publ. lib.* 12. Caguol. *in l. contractus* 23. *n.* 48. Fontanel. *decis.* 535. n. 8. Caroc. *de locat. tit. de imperitia*, Caprar n. 2. Molphes. *ad consuet. Neap. part.* 14. q. 18. num. 3.

82 Adscribitur etiam culpae conductoris ad vecturam, si mutavit viam solitam, et ivit per insolitam, ita ut si inde aliquod infortunium successerit, uti si inciderit in Latrones, qui animal conductum abstulerint, vel animal corruens obierit, tenebitur ipse ejus pretium domino restituere, Fontanel. *decis.* 534. *num.* 1. ubi quod haec est praecipua culpa, quae solet impingi conductoribus Aldobrandin. *cons.* 19. *num.* 3. *lib.* 2

83 Et idem erit siquis conduxerit equum usque ad unum locum tantum, et deinde ulterius progressus illum duxerit, imo haec erit culpa valde major, adeo ut iste non solum teneatur ad damna locatori, sed etiam ad poenam actione furtiva, ut probant text. *in l. si ut certo* §. *denique ver. quinimo ff. commodat.* Neguzan. *cons.* 524. *n.* 6. et admittant Jos. Ludov. *decis. Lucen.* 10. *nu.* 1. et Magon. *decis. Flor.* 56. *num.* 1.

Verum quoad actionem furtivam, quatenus conductor bona fide, animo continuandi conductionem, prosequutus fuerit cum equo conducto iter suum, ultra locum conventum, non facile admitteretur, quod intentari posset, non enim sunt judices regulariter, tam rigidi, et acres, ut pro eo quod potest fieri sine dolo, et communiter etiam fit a viris honestis ex praesumpta mente locatoris, cui currit suum salarium quocumque eatur, instituere velint judicia criminalia, ut dicit Fontanel. *decis.* 534. *num.* 2. et esse culpam levem ire ultra locum maxime si duret tempus locationis, voluit etiam Bimius *cons.* 18. *n.* 23. potuit enim conductor credere se facere rem potius gratam, quam displicentem locatori, quod sufficit ad illum excusandum a delicto, et mi-
84 nuendam culpam, Magon. *d. decis. Flor.* 56. *num.* 2. et quidem quoad furtum, tunc demum, quis videtur illud committere, si intelligat invito domino re uti §. *placuit Instit. de oblig. quae ex delict. nasc.* nec furti tenetur, qui dedit alicui damnum, sed requiritur, quod dederit illud fraudulenter, furtum enim est contrectatio fraudolosa lucri facien-
85 di gratia, dicit text. *in* §. *furtum il primo Instit. de oblig. quae ex delic. et in l.* 1. §. *furtum ff. de furt.* Farinac. *quaest.* 165. *num.* 4. et ubi conductor habuit animum continuandi solutionem mercedis deficit causa faciendi lucrum, et qualitas fraudis, at in dubio capienda est praesumptio, quae delictum excludat *l. marito. ff. pro soc.* et in terminis latius comprobat Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 15. *nu.* 40. *et seq.* Caroc. *de locat. tit. de renovat. locat. declarat.* 6. *fol. mihi* 165.

86 Quo autem ad damna, et interesse locatoris provenientia ex illo progressu itineris, bene tenebitur conductor ea reficera Ripol. *var. cap.* 12. *num.* 294. Ambrosin. *decis. Perus.* 17. *num.* 9. Fontanel. *d. decis.* 534. *num.* 3. et datur adversus eum juramentum in litem Plot. *de in lit. jur.* §. 19. *num.* 2. praecipue si equus non erat solitus locari, nam alias si erat solitus locari, contrarium sentit Caroc. *de locat titul. de renovat. locat declarat* 6. *num.* 9. *fol. mihi* 165.

87 At ubi teneretur conductor ad damna excusaretur si adfuisset famulus locatoris, qui tali progressui itineris consensisset, seu etiam ab eo non reclamasset, dum poterat, et tunc non valeret conductor, neque ad damna condemnari, sed solum ad mercedem, ut in casu quo Lucae conductus fuit equus usque ad Senas, et deinde ductus usque ad Romam consentiente famulo, ipsoque postea redeunte, equus mortuus est, fuit decisum per Rot. Lucensem penes Jos. Ludov. *decis.* 10. ubi in fine invehit valde contra istos famulos hospitum, et in simili casu, in quo ipse famulus postea cum equo aufugit Rot. Florentina penes Magon. *dec.* 56. *per tot.* et ob id optimum consilium esse pro conductore, ut sibi nihil imputari valeat, accipere famulum a locatore, qui equi conducti curam habeat, dicit Ripol. *var. cap.* 12. *n.* 295. et consentit Fontanel. *dec.* 534. *num.* 6.

88 Advertendum tamen circa dictos famulos hospitum, vulgo *vecturinos*, quod aut dantur ab initio contractus locationis, ut custodiant equum, aut dantur ex post, ut custodiant personam conductoris, ne videlicet recedat cum equo, et in primo casu, videtur dominus in se assumpsisse custodiam equi, ita ut ad eam non teneatur conductor, sed teneatur custos, et eo deficiente sibi imputare debet dominus, qui malum custodem elegit; in secundo vero secus est, quia in ea conductor obligatus remanet prout contrahendo simpliciter adstrictus fuit ab initio, ut distinguendo voluit Bald *in l. ex divi Pii n.* 3. *cod. loc.* et sequitur Magon. *dec. Flor.* 56. *n.* 12. Et dati ab initio liberant quidem conductorum ab onere custodiae, ita ut per malam custodiam non teneatur, sed non possunt ipsi vecturini tollere, perimere, aut aliter alterare obligationem ipsis dominis locantibus quaesitam, ut docet Ang. *in l. qui Romae.* 122. §. *callimacus n.* 1. *ff. de verbor. oblig.* ubi etiam Alex *n.* 3. Caroc. *tit. de casibus quaes.* 12. *n.* 46. ubi addit rationem, quia quandoque ex aliqua recognitione de facili a conductoribus equorum corrumpuntur. Verum consideranda qualitas vecturini, et consuetudo locorum, quia solent habere quandoque tacitum mandatum a dominis saltem ad prorogandum contractum locationis, ut per Magon. *d. decis Flor.* 56. *n.* 8. *vers. accedebat etiam*, et propositi pro locandis equis reputantur institores Decian. *cons.* 29. *n.* 5. *lib.* 1. et ideo obligant dominium Butts *cons.* 105. *nu.* 13. *ad fin. et seq.*

Quoniam autem, ut dictum est, conductor tenetur reficere damna, culpa sua evenientia in animali locato, merito 89
dubitari potest, an teneretur etiam continuare solutionem mercedis equi ad vecturam conducti, culpa sua mortui, usque ad restitutionem pretii, vel saltem usque quo durabat locatio. Et pro affirmativa facit, quod hoc est damnum culpa sua eveniens domino, et quod dum conductor ad mercedes ei teneretur, si animal non fuisset mortuum, idem dicendum eo mortuo culpa sua, nam culpa non debet culposo prodesse, et alteri nocere, *l. sive haereditariae in fin. ff. de negot. gest. l. si ab hostibus* §. 1. *ff. solut. matr.* Pro contraria vero facit, quia perempta re locata, finitur locatio Surd. *consil.* 400. *num.* 8. *ad fin. et seq.* etiamsi pereat culpa conductoris Decian. *cons.* 8. *num.* 10. *lib.* 3. et ideo non debetur merces pro ipsa locatione conventa, et ita in puncto tenet, et decisum a senatu refert Fontanell. *decis.* 536. *num.* 4. *et seq.* qui tamen, licet super tali decisione multa verba faciat etiam superflua, non respondet praecise ad primum motivum alterius opinionis, quod videlicet amissio mercedum est damnum culpa conductoris eveniens locatori, nam si equus mortuus non fuisset, conductor assequutus fuisset ipsas mercedes, ac etiam equum. Sed responderi potest, quod amissio illarum mercedum non est proprie damnum, sed amissio lucri, et quidem non omnino certi, nam poterat evenire, quod equus hora sequenti post mortem culpa conductoris secutam, naturaliter, vel casu moreretur, unde si per inundationem ager non reddat fructus solitos, non dicitur proprie damnum, ut dicit Marcabrun. *cons.* 49. *numer.* 60. *et* 61. et magis in terminis, quod amissio lucri, quod quis percipere potuisset si durasset locatio, non dicatur damnum, latissime firmat Cyriac. *contr.* 62. *num.* 2. *vers. primum, quod Bravus; et pluribus seqq.* et faciunt tradita per Bart. *in l. quamvis num.* 21. *in fin. ff. de fluminib.* Menoch. *cons.* 901. *num.* 41. Surd. *cons.* 154. *num.* 23. Odd. *cons.* 84. *num,* 7. *et* 8. Afflict. *decis.* 388. *num.* 12.

At ubi equus vivit, et conductor eum retinet ultra tem- 90
pus pro quo facta fuit locatio, debet solvere etiam tempore non convento mercedem, quia praesumitur equus relocatus, dum de consuetudine locari, et relocari solent isti equi ad vecturam Bart. *in l. item quaeritur* §. *ultim. ff. locat.* Menoch. *praes.* 83. num 49. *lib.* 3. et dicam Deo dante *in tit. de tacita relocat.* Unde si quis fidejusserit pro conductore, et videat eum differre reditum, an timeat non reditu- 91
rum debebit citare locatorem ad recipiendum pretium ipsius equi, et mercedes usque tunc decursas, et quatenus recuset debebit facere actuale depositum ad se eximendum ab ulteriori earum decursu, ut consuluisse in facti contingentia dicit Fontanell. *decis.* 538. *num.* 15. *et seqq.* ubi late comprobat tale consilium, *et num.* 25. refert se etiam dedisse consulenti decisionem in terminis terminantibus. in qua tamen fuit condemnatus fidejussor ad solvendum interesse post factum depositum, sed ea ratione, quia depositum non fuerat legitime factum.

Verum si nimia negligentia, vel alia de causa condu- 92
ctor diu equum retinuerit, dubium est, an semper continuare debeat eadem merces quamvis ad maximam summam

ascendat, et placet decisio Senat. Catal relata per Fontanell. *decis.* 538. *num.* 2. quod videlicet non teneetur conductor pro mercede, nisi usque ad summam valoris ipsius equi, ite ut si equus fit valoris scutorum viginti conductor eum non restituens condemnari posit in quadriaginta tantum, viginti pro valore equi, et alia viginti pro mercede, licet ea computata ad rationem conventionis summa asset velda major, videtur enim militare retio, et aequitas text. *in l. un cod. de senten. quae pro eo, quod inter.* ibi, *nedum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat.* Et licet idem Fontanell. *contrarium senserit in decis.* 537. *num.* 13. *et seqq.* quoad ejus auctoritatem ipsemet respondet in subsequenti *decis.* 538. *num.* 4. dicens, *nihil interest, quia semper, et ubique major me est senatus.* Et quoad rationem, que motus fuit, quod scilicet *dictae l. un.* dispositio non possit applicari in casu isto, ex quo agitur de merceda locationis non autem de interesse de quo loquitur illa lex, responderi potest, quod sufficit applicari posse rationem legis ad hoc, ut etiam ejus dispositio applicetur Cassad. *decis.* 37. *num.* 2. *super reg. Cancel.* Verall. *decis.* 177. *num.* 5. *part.* 2.

93 In actu autem restitutionis dubitari potest, an locator teneatur recipere animal deterioratum, et breviter distinguendum est inter deteriorationem magnam, ut evidentem uti si claudicet, et parvam uti si nimis calcaribus fuerit stimulatus, ut in prima non teneatur recipere, secus autem in secunda, ut tradit Lopez *in rubr. de donat. int. vir. et uxor.* §. 65. *num.* 32. et in dubio debet eum recipere cum protestatione, alias si non recipiet, et interim equus pereat, perit ipsi locatorii Carpan. *ad statut. Mediol. tom.* 2. *cap.* 398. *num.* 241. Et videns deterioratum si recipiat sine protestatione, et ducat ad mariscalcum, et equus moriatur pariter ejus damno cedit, quia censetur culpam remisisse Cornacea. *decis.* 174. *n.* 2. secus autem si deterioratio sit latens Negusan. *cons.* 105. *num.* 10.

94 At si dominus recipiet equum cum latenti deterioratione, vel cum protestatione ita ut per receptionem sibi non praejudicet, sed postea eum maletractet, puta denegando cibum, vel aliter, ipse quoque culpam committat, haec culpa ejus posterior praevalet primae conductoris, ita ut iste amplius non teneatur Corneazan. *decis* 174. *n.* 2. *et seqq.*

95 Et denique circa dictum punctum, an et quomodo teneatur dominus recipere animal, quod locavit ad vecturam, si sibi restituatur deterioratum videatur Caroc. quem post praedicta scripta reperii illum tractare *sub. tit. de imperitia Caprarii conclus. seu quaest.* 6. *a numer.* 12. ubi ponit alium titulum nempe *Praejudicium usque ad fin. fol. mihi* 176. *a terg.* ubi praedicta in parte comprobat, et alia latius, ac melius explicat.

Verum ad id, quod sub *num.* 22. audet dicere ultra doctores omnes, quod si dominus recipiat equum deterioratum scienter possit tamen agere ad deteriorationem, quod est contra id, quod supra dixi ex Cornazan. *decis.* 174. *num.* 1. diligentius est advertendum, an subsistat, et maxime, quod nec glos. quam dicit notabilem *in l. non solum ff. de rei vindic.* nec Crevet. *cons.* 106. *numer.* 4. quos allegat, videntur ejus opinionem probare.

96 Mortuo vero equo, vel alio quocumque animali locato, non potest conductor obligatus restituere pretium velle tradere corium, et carnes in computum pretii, et reliquum velle supplere, sed est in arbitrio domini velle, vel justum pretium, vel corium, et carnes cum supplemento Lopez. *in rubric. de donat. inter vir. et uxor.* §. 65. *num.* 30.

97 Pastor denique, qui non conduxit, sed fuit conductus pro animalium custodia, tenetur de periculo animalium, quae custodire debet *l. qui mercedem* 43. *ff. locat.* dummodo tamen aliqua ejus culpa intercesserit, secus autem si evenerit ex mero casu fortuito, Bart. *in dicta l. qui mercedem.*

98 Sufficit tamen qualibet culpa etiam levissima, adhoc, ut Pastor, qui conductus fuit ad custodiendum animalia de periculo eorum teneatur Bart, *in l. qui mercedem*, Salic, *in l. in judicia num.* 2. *c. locat.* Jas. *in l. domos* 61. *n.* 7. *ff. de legat.* 1. Corn. *cons.* 242. *in princ. lib.* 1. Bursat. *cons.* 53. *n.* 35. *lib.* 1. Greg. Lopez *in l.* 15. *tit.* 8. *part.* 5. *gl.* 1. *vers. si recibien.* Jos. Ludovic. *decis. Luc.* 10. *n* 6. et licet videatur onus gravissimum, et importabile, quod Pastor teneatur, ad tam multa circa gregem, nempe ad defendendum eum a lupis, et vulpibus, ad curandum a scabie, ad eum arcendum a segetibus, et hortis alienis, ad eum pascendum in hyeme, et de nocte, aliaque similia, et circa omnia teneatur de culpa levissima, ac propterea contrariam opinionem teneat Molin. *de contract. disp.* 494. *n.* 12. tamen difficile esset recedere a prima, dum est communis, ut patet ex praecitatis, et dicit Jos. Ludov. *d. n.* 6 *ad fin.*

99 Et in hoc differt pastor conductus ad custodiendum ab eo, qui animalia conduxit, quia iste ultimus non tenetur de culpa levissima, sed tantum de lata, et levi Bald. *cons.* 22. *lib.* 3. Valenzuel. *cons.* 108. *num.* 4. et alii supraciteti in terminis nostris, quibus in eisdem terminis addo Corn. *cons.* 208. *num.* 6. *vers. item dici potest lib.* 1. Caball, *consil.* 56. *n.* 5. *lib.* 2. ubi refutat Alex. in addit ad Bart. *in l.* 1. *in ult. addit. c. de cura. publ. lib.* 11. dum videtur velle, quod conductor teneatur de levissima Cotte *in memor. ver. scolaris.* Et generaliter, quod conductor non teneatur de culpa levissima, sed tantum de lata, vel levi dicetur etiam alibi, et signanter *in cap.* 29. *de conductore, quid possit, et ad quae teneatur circa rem conductam.* Ubi conclusio ampliabitur etiam si conductor promiserit custodiam, quia intelligitur juxta naturam contractus, quatenus non receperit mercedem specialiter pro ipsa custodia.

100 Et alia etiam est differentia in hoc proposito, quod videlicet conductori, ut liberetur sufficit probare mortem animalium nec necesse habet probare, quod obierint absque culpa sua, ut firmatum est supra in conductore ad vecturam. Pastori autem conducto pro animalium custodia, non satis est probare mortem, sed necesse etiam habet probare, quod absque sua culpa mors evenerit, et distinguendo docet Bald. *in l. cum ita* 33. §. *species prope fin. ff. de legat.* 2. Alex. *cons.* 158. *num.* 3. *lib.* 2. Alciat. *cons.* 20. *num.* 3. *lib.* 8. Gomez. *var. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 22. *ad med.* Guttier. *pract. lib.* 4. *quaest.* 47. *num.* 5. *et seq. et num.* 17. Munoz. *de ratiocinat. cap.* 18. *num.* 32. *et seq.* Cyriac. *controvers.* 357. *num.* 2.

101 Neque in hoc pastore conducto ad custodiendo pecora applicatur distinctio illa supra tradita in conductore inter casum, qui solet contingere sine culpa, et casum, qui non contingere solet sine ea, ut in primo probari non debeat culpam non adfuisse, sed tantum in secundo, quidquid contrarium sentire videatur Caroc. *in tit. de imperitia Caprar. num.* 4. et Gomez. *variar. tom.* 2. *d. cap.* 3. *nu.* 22. *post. med.* quia in isto culpa semper praesumitur, ut volunt Bald. *in d. l. cum ita* §. *specie prope fin.* et alii supracitati, dum dicunt in casu mortis, quae est de cis casibus, qui contingere solent sine culpa, quod non satis est capreriis portare pellem animalis, aut aliter justificare mortem, imo et dolus praesumitur, glos. *in cap. quamvis ver. nescit de reg. jur.* Alciat. *cons.* 20. *num.* 3. *lib.* 8. Boss. *in sua practic. crim. in tit. de carcere sub num.* 7. Magon. *decis. Luc.* 26. *in prima addit.*

102 Debebit igitur iste pastor conductus tempore evenientis casus illum denunciare domino, et si dominus non remaneat quietus, debebit adducere alios custodes, qui deponant, quod morbo simili solent animalia ibi mori, et si alia animalia ibi simili morbo non moriantur facere accedere expertes qui videant, qua infirmitate, vel quo casu animalia illa perierint, et monet Caroc. *de locat. tit. de imperit. Caprar. num.* 23. et sequitur Molphes. *ad consuet. Neap. part.* 14. *q.* 18. *num.* 7. *post med.* et 8. et solet fieri quandoque pactum, quod talis probatio casus fieri debeat, et etiam praefiniri tempus, quo sit facienda, quod servari debet Alex. *cons.* 158. *num.* 4. *lib.* 2. vel adesse statutum id vel simile disponens, prout adesse Tuderti, quod mors denuntietur domino intra triduum refert Caroc. *d. num.* 23. *ad med.* sed valebit probatio, et attendenda erit si transacto termino facta fuerit parte non opponente, secus vero si facta fuerit non obstante ejus oppositione Alex. *d. cons.* 158. *ad fin. lib.* 2.

103 Si tamen ageretur de re modica, et difficile esset habere testes, vel peritos, standum esset dicto pastoris bonae famae tam super morte, quam super casu mortis, vel alio eventu, Roman. *in l. si pascenda n.* 6. *c. de pact.* Munoz Escobar. *de ratiocin. part.* 1. *c.* 18. *n.* 38.

104 Si animalia fuerint a lupis comesta praesumitur culpa, quia non comeduntur a lupis animalia custodita Coreel. *cons.* 28. *num.* 3. *lib.* 3. Ludercli. qui alios, allegat *cons.* 154. *num.* 3. *post. princ.* unde cum iste sit casus, qui non intervenit absque culpa, tenebitur non solum custos sed etiam conductor probare culpam, non intervenisse, et quidem non potest esse pastoris excusatio, si comedit lupus

aves, et pastor nescit dicit text. *in cap. quamvis* 20. *de reg. jur.* et etiam conductor tenetur rem conductam custodire Burt, *cons.* 53. *n.* 13. Cyriac. *contr.* 61. *num.* 28. Rot. *decis.* 241. *n.* 1. *par.* 2. *divers.*

105 Et idem, quod dicitur de lupis, procedit etiam in furibus, cum et isti non soleant auferre animalia custodita, et lupis in proposito comparantur Silvan. *cons.* 29. *num.* 9. Mascard. *concl.* 467. *n.* 16.

106 Dubium autem est an sufficiat pro exclusione culpae probare animalia fuisse dimissa in pascuis, ubi communiter dimitti solent sine custode, et fur, vel lupus ea abstulit, vel occidit, sunt enim rationes hinc inde, quas refert Speculat. *in tit. de locat. num.* 21. ubi loquitur in terminis pastoris conducti certa mercede ad custodiendum Boves, et inclinare videtur in affirmativam, quam ultimo loco refert, maxime, si etiam proprios boves talia pastor ibi eodem modo dimittere consuevit. Et ista est magis communis, quam tenent. Lop. *in cap. per vestras, notab.* 6. ⁊. 7. *num.* 12. *de donat. inter vir. et uxor.* Cepol. *in l. quid sit fugitivus num.* 5. *ff. de edil. edic.* Cravet. *cons.* 353. *num.* 6. Corn. *cons.* 108. *n.* 5. *ad fin. lib.* 1. Petr. de Ubald. *de duob. fratr. par.* 8. *n.* 4. Felic. *de societ. cap.* 21. *nu.* 42. Franc. Marc. *decis.* 888. *nu.* 6. *par.* 1. Boer. *decis.* 218. *n.* 11. Magon. *decis. Flor.* 56. *n.* 11.

107 Verum isti, ut plurimum loquuntur in terminis conductoris, vel socii, unde difficultas remanet circa pastorem conductum ad custodiendum quomodo excusari possit dum dimisit animalia sine custodia, in quibus terminis videtur saltem advertendum, quod ratio illa, qua moventur communiter praecitati, quod consuetudo excuset, ut applicetur, non sufficit probatio, quod ita consueverint animalia dimittere domini eorum, vel etiam conductores, sed necesse sit probare, quod ita etiam consueverint ea dimittere alii similes pastores conducti, nam consuetudo probanda est in specie casus de quo agitur non autem generaliter Castrens. *cons.* 340. *ad fin. vers. superest videre* Cravett. *cons.* 96. *num.* 4. Paris. *cons.* 112. *num.* 12. *lib.* 4. Rot. coram Mantica *decis.* 159. *n.* 3. *et seq. et decis.* 357. *num.* 4.

108 Praeterea non excusaret talis consuetudo, si adesset causa timendi Salic. *in l. pignus de pignorat. act.* et praecipue si supervenisset rumor luporum, aut furum, vel alia nova causa timendi Petr. de Ubald. *d. par.* 8. *n.* 4. *ad fin.* Carocc. *tit. de imperit. Caprar. n.* 47. Felic. *de societ. c.* 21. *n.* 66. Boer. *dec.* 218. *n.* 11.

109 Et praedicta de dimissione sine custodia applicantur etiam, si dimissa fuerint cum custodia pueri, vel alia insufficienti, quia regulariter, et haec est culpa Jos. Ludov. *dec. Perus.* 10. *num.* 12. *vers. sed negari et seq.* sed secus est ubi ita consuevit communiter fieri Decian. *cons.* 29. *num.* 17. *lib.* 1. Grat. *cons.* 100. *num.* 11. *lib.* 2. Carocc. *tit. de casibus* ⁊. *quae excusent a culpa num.* 2. *circa med.* Felic. *de societ. cap.* 22. *num.* 5.

110 Et dicta excusatio culpae desumpta ex eo, quod factum fuerit solitum, et consuetum fieri communiter ab aliis non est restringenda ad casum praedictum furum, et luporum, sed inservire potest in omnibus aliis, quia haec est regula generalis, ut excusetur a culpa, qui facit ea, quae sunt solita, et consueta *l.* 3. *ff. ad Macedon. l. quid sit fugitivus* ⁊. *apud. Labeonem ff. de edil. edict.* Crav. *cons.* 8. *num.* 22. Dec. *cons.* 29. *n.* 16. *lib.* 1. Rot. Genu. *dec.* 14. *n.* 68.

Sic quod dictum fuit supra in aliquibus casibus particularibus praecipue locationis ad vecturam, convincendum damnum provenisse ex actu illo, qui dicitur culposus, ad hoc, ut ad illud teneatur conductor, regulariter servari so-
111 let, ut scilicet culpa illa debeat esse ordinata ad casum, ita ut, si illa non fuisset, casus non evenisset Cravett. *cons.* 8. *num.* 27. et 29. et in terminis Aldobrandin. *cons.* 19. *num.* 8. et 9. *lib.* 2. Cabal. *cons.* 56. *num.* 8. *lib.* 2 ubi quod hoc debet articulari, et probari, quod si culpa illa non fuisset, casus non evenisset, et loquitur de conductore Asellorum, qui habebat etiam alios Asellos proprios, et postquam ingressus fuerat cum utrisque quoddam flumen illud creverat, et omnes asportaverat, et vult non teneri de casu illo,
112 vel saltem debet posse esse ordinata ad casum illum, quod sufficere censuit Ambrosin. *decis.* 17. *num.* 11.

113 Caeterum quomodo probetur culpa, et quae excusent ab ea, si aliquid ulterius desideretur in specie ultra superius dicta, videri potest Carocc. *de locat. et cond.* qui facit titulos distinctos de culpa, et de culpa quomodo probetur, et quae excusent ab ea, et late etiam Felic. *de societ. cap.* 21. et 22. *et* 23. et fuit etiam aliquid dictum *in cap.* 30. *de incendio.*

Ubi autem agitur de probanda morte animalium simpliciter, communiter distingui solet inter ea, quae gregatim, 114
pascuntur, et alia, quae non pascuntur gregatim, et in primis sufficiunt conjecturae, et satis est etiam probare, quod illo tempore communiter accidit in regione, secus autem in secundis, quia requiritur probatio concludens Bart. *in l. quadr. praesens* 4. *num.* 1. *c. de Murileg. lib.* 11. Dec. *in l. si pascenda num.* 20. *c. de pact.* Ripa. *de pest. tit. de privil. contract. num.* 168. Ursil. ad Afflict. *decis.* 150. *num.* 26. Ambrosin. *decis.* 17. *num.* 7. Durum enim esset de qualibet ove, quae moritur, vel deperditur habere testes de visu dicit Bart. ibi et ideo sufficit dicta probatio puta, quod communis fuit mortalitas, et quod communiter de centum mortuae sunt sexaginta, vel quid simile Medic. *in tract. mors. omnia solvit part.* 1. *nu.* 77. Munos. *de ratiocin. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 35. Felic. *de societ. cap.* 25. *num.* 42. Quod si procedit in probanda morte quamplurium, ut sufficiat probare fuisse mortalitatem magnam, ut loquuntur praecitati, idem videtur admittendum in quantitate parva solita semper mori, quoad quantitatem ipsam ex identitate rationis, imo facilius propter minus praejudicium licet contrarium senserit Rot. *decis.* 410. *n.* 22. *p.* 9. *rec.*

Gregatim autem pasci ad hunc effectum dicuntur anima- 115
lia minuta, non autem grossa puta equi, vel boves, quia ista generaliter consueverunt pasci separatim, quod attenditur etiamsi actualiter essent, et pascerentur plura simul secundum Carocc. *in tit. de imperit.* Caprar. *numer.* 22. *post med.*

Et haec dicta sufficiant pro nunc de locatione animalium in specie, caeterum nulli dubium, quod ista locatio convenit regulariter cum locatione aliarum rerum, et ideo recurrendum erit in reliquis ad regulas generales in suis sedibus, ubi etiam non omittam dicere si quid specialitatis adsit circa animalia, quae omnia non placuit hic referre, imo multa in hoc eodem capite dixi tantum loquendo de una specie locationis animalium, quae licet procedant etiam in aliis; magis placuit relinquere judicio prudentiae lectoris ea applicare, quam illa repetere.

De gabellarum locatione.

SUMMARIUM.

1. Gabellae locari possunt.
2. Gabellarum locatio requirit subhastationem publicam.
3. Gabellarum locatio etiam ad modicum tempus, requirit subhastationem.
4. Gabellae communitatum in locatione, requiruntur octo conditiones.
5. Gabellae locatio requirit subhastationem, si fiat a camera, non si fiat ab ipso principe, vel habente mandatum speciale ab eo.
6. Gabellae non possunt locari quibusdam personis.
7. Mulieres non possunt conducere gabellas.
8. Ampl. ut mulieres, nec possint succedere in conductione gabellarum.
9. Gabellarum conductio transit ad haeredes.
10. Mulier quando fuerit judicata capax emolumentorum gabellae.
11. Gabella non potest locari minoribus.
12. Gabella non potest locari filio familias nisi habeat peculium, aut patris consensum.
13. Gabella non potest locari tutoribus.
14. Clerici non possunt conducere gabellas.
15. Hebraei, et Saraceni gabellas conducere non possunt.
16. Officiales communitatis, non possunt conducere gabellas.
17. Gabellae fiscales non debent locari ad minus tempus, quam triennii.
18. Gabellae in locatione fit remissio mercedis propter sterilitatem.
19. Sterilitas in locatione gabellae est si non transeant mercatores.
20. Gabellae non possunt locari, nisi recepta fidejussione.
21. Gabella, an sit locata, vel vendita.
22. Gabellae in locatione, an censeatur translatum jus exigendi, vel sola commoditas.
23. Capitula, quae fiunt in locatione gabellarum habent vim legis.
24. Ampl. etiam, quoad tertios si locatio fiat a principe.
25. Officiales locantes gabellas, non debent solitum alterare.
26. Locatio gabellarum debet stricte intelligi.
27. Gabella locata, an comprehendatur ejus augumentum.
28. Gabella locata veniunt necessaria ad ejus exactionem et capanna, in qua exigitur.
29. Gabellae locatio intelligitur juxta solitum.
30. Gabellarum conductores, an acquirant privilegium fisci in exigendo

CAPUT XIII.

Gabellas locari posse in jure clarum est ut patet *in l. locatio* 9. *in princip. et in leg. vectigalia* 10. ⁊. *fin. et in leg. Caesar.* 15. *ff. de public. et vectig.* et notat Bart. *in l. co-* 1

tem ferro §. *qui maximos* n. 1. *ff. eod.* Guttier. *de gabell.*
q. 131. *num.* 2.

2 Verum non libere, et absolute, sed cum solemnitate pu-
blicae subhastationis faciendam esse earum locationem prae-
supponi videtur *in d. l. locatio* 9. *in princ. et in l. penes* 4.
c. vectigal. nov. ubi not. DD. et tradit Bertachio. *de gabell.*
part. 2. *n.* 17.

3 At quamvis requisita videatur subhastatio in locatione
gabellarum, etiam ad modicum tempus facta, prout de loca-
tione ad triennium loquitur *d. l. penus* 4. *c. vectigal. nov.*
quod secus est in aliis rebus fiscalibus juxta glos. *in l. quam-*
vis c. de vendit. rer. civit. lib. 11. cum qua transit Berta-
chio. *d. par.* 2. *n.* 17 tamen non propterea dicendum vide-
tur hanc solemnitatem requiri ratione rei, idest ipsius gabel-
lae, sed potius ratione personae locantis, sive sit fiscus,
aut camera, sive sit civitas, aut communitas, in qua praeci-
4 pue in statu ecclesiae, ubi per celebrem bullam 10. Clemen-
tis VIII. quae dicitur de bono regimine *sub* §. 17. praecipi-
tur bona communitatum locari cum solemnitatibus de jure
statutis, requiruntur 8. conditiones, prout ex text. *in l.* 2.
vers. sin autem 2. *si prop. duplic. pensitat.* late tradit ras
singulariter explicando Cohel. *ad eamdem bullam cap.* 46.
5 *num.* 3. *et per tot.* caeterum si locatio fiat per ipsummet prin-
cipem, vel alium habentem liberam habeat in dispositione re-
rum suarum, utique nec subhastatio, nec alia solemnitas
erit necessaria, idemque erit si fiat per procuratorem habeu-
tem speciale principis mandatum, nam licet omnia, quae fi-
sci sunt, principis sint, et fiscus quoque dicatur habere man-
datum principis, tamen ipse habet mandatum a lege praescri-
bente dictam formam locandi cum subhastatione, adeo ut ta-
lis forma videatur in ejus mandato inesse, quod secus est in
mandato concesso ab homine, nempe ab ipso principe, prout
optime distinguendo probat Francisc. a Pont. *de pot. pro-*
reg. tit. 4. §. 5. *num.* 29. ubi propterea refert decisum in
venditionibus, quae fiunt ab ipso pro rege Neapolis vigore
sui mandati specialis, quod habet a rege catholico non re-
quiri subhastationem, secus autem in eis, quae fiunt per
cameram.

6 Praeterea circa validitatem hujus contractus, sciendum,
quod sunt aliquae personae, quibus de jure non potest fieri
haec locatio gabellarum, et si fiat, tamquam a jure prohibi-
ta, est ipso jure nulla, ut tradit Guttier. *de gabell. q.* 132.
n. 3. Girond. *eodem tit. par.* 3. *n.* 19.

7 Sunt autem inter eas praecipue omnes mulieres, quia cum
gabellas, exigere sit munus mere personale, et publicum Ca-
strens. *cons.* 468. *col.* 2. *ante fin. ver.* et ideo *praesupposito*
lib. 1. Lucas de Pen *in l. unica col.* 1. *ante fin. ver. an er-*
go cogitur c. de muliur. et in quo loc. lib. 10. mulieres sunt
ejus incapaces ad text. *in l. foeminae ff. de reg. jur.* Cohel.
ad dic. bull. c. 46. *n.* 55. et bene firmavit Rot. 663. *num.* 3.
ut 4. *part.* 1. rec.

8 Imo si conduxerit vir, et decesserit relictis foeminis hae-
redibus ad eas non transit locatio per dictam earum incapa-
citatem Alberic. *in l. ideo societas n.* 1. *ff. pro soc.* Fulgos.
in l. adeo circo med. in glos. super ver. ascripto ff. pro soc.
9 Lauden. *de fisco quaest.* 190. Mozz. *tit. de societ. cap. ult. n.*
29. *fol.* 120. quamvis haec conductio gabellarum regulari-
ter ad haeredes transeat, ut firmant Paris. *cons.* 82. *num.* 8.
lib. 1. Felic. *de societ. cap.* 32. *num.* 21. *et seq.* Rot. coram
Ubald. *decis.* 213. *num.* 2. *et decis.* 311. *num.* 5. quidquid
in contrarium secluso pacto speciali velle videatur Alberic.
in d. l. ideo societas ff. pro soc.

10 Verum si primus conductor sublocasset viro, et ipso subcon-
ductore defuncto successisset foeminas, et primus non exce-
pisset contra ejusdem foeminae personam, sed eam toleras-
set, utique non posset postea velle eam excludere ab emolu-
mentis, ut dixit Rot. in *una Ferrarien. pecuniar.* 14. *martii*
1629. *in* §. *fi.* cor. Pirovano, quae confirmata fuit sub die 25.
jun. ejusdem cor. eod. ubi dum allegaretur in contrarium
Ruin. *cons.* 216. *n.* 4. *lib.* 2. *et* Osasch. *decis.* 76. *n.* 12. re-
sponsum fuit, quod in eorum casibus aderat contractus socie-
tatis in locatione, unde non mirum si per mortem unius ex
sociis resoluta esset societas, de quo tamen alibi dicam, et
ideo non applicabantur casui, in quo egebatur de unico ap-
paltatore.

11 Et quod dictum est de foeminis etiam de minoribus dicen-
dum est, quia ut ipsi sunt incapaces conductionis gabella-
rum. *l. in fraudem* §. *minoribus ff. de jur. fisci*, Peregrin.
de jur. fisci lib. 6. *cap.* 5. *n.* 8. et late Guttier. *de gabellis*
cap. 132. *num.* 17. *et seqq.* Narbon. *de aetat. ann.* 25. *qu.*
Pacioni

10. *n.* 1. *et per tot.* ubi quid si minor actualiter conducat,
et juret, et alia videnda penes eum.

In filiis autem familias licet probari videatur contrarium, 12
quod scilicet admittantur ad conductionem istam per text.
in l. 3. §. *unde Julianus ff. ad sen. cons. Maced.* ibi unde
Julianus *lib.* 10. *digestorum in eo qui vectigalia conducta*
habebat scribit, et est saepe constitutum cessare senatus con-
sultum, tamen quia antecedenter loquitur de illis filiis fa-
milias, qui publice negotiabantur, et communiter reputa-
bantur patres familias, in quibus cessare senatuscons. dicit,
etiam verba praedicta intelligi debent retento eodem thema-
te, et sic restringi ad eos, ut in specie declarat Narbon. *d.*
q. 10. *n.* 3. *et seqq.* ubi ponderat dictionem illam, unde,
quae dependentiam a superioribus indicat ex Vulpell. *de*
praeposit. et *adver. sign. dict. ultra vers. unde*, Rebuff. *in*
l. quibus 57. *ver. unde ff. de verb. sign. et aliis*, ac proinde
concludendum, non posse filium familias conducere, nisi
ubi habeat peculium, aut consensus patris accedat tacitus,
vel expressus, ut post Franc. de Alpharo *in tractat de off. fi-*
sc. glur. 34. §. 2. *n.* 77. concludit idem Narbon. *ibid. n.* 6.
quidquid contrarium jure communi inspecto, asserat Pere-
gr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 9.

Tutores quoque, ut curatores minorum, qui rationes tu- 13
telae, vel curae non reddiderunt, admitti ad conductionem
gabellarum prohibentur *l. un. c. ne tut. et cur.* Pereg. *de jur.*
fisc. lib. 6. *tit.* 5. *n.* 12. et est generale in rebus fiscalibus,
ut dixi *in cap.* 10. *qui conducere possint*, ubi, et latius de-
claravi.

Clerici etiam prohibentur conducere gabellas, et similia 14
jura auth. *de sanctiss. episc* §. *alium* Bertachio. *de gabell.*
part. 3. *n.* 2. et licet in Hispaniis ex *l.* 8. *tit.* 10. *lib.* 9. re-
periatur permissum locationem eis, sub fidejussione laico-
rum fieri, tamen id vix tollerabile, et minime laudabile es-
se tradunt doctores illarummet partium Menoc. *de success.*
creat. lib. 1. §. 10. *n.* 648. *ver. quo casu* Guttier. *de gabell.*
q. 132. *n.* 23. ubi etiam latius prosequitur loqui de hac lo-
catione facta clerico.

Sunt etiam prohibiti hebraei, et saraceni ad hanc condu- 15
ctionem admitti de jure communi, ut per text. *in cap. pe-*
nult. de judaeis, et ibi DD. tradit Guttier. *dict. cap.* 132.
numero 5.

Sunt, et officiales communitatis locantis inter prohibitos 16
gabellas conducere, et alii, de quibus in specie Guttier. *d.*
c. 132. *per. tot.* et omnes, qui regulariter conducere prohi-
bentur, de quibus alibi suo loco.

Praeterea, quoad validitatem, et modum locandi gabellas, 17
non omittendum videtur notare, quod vectigal fisci non de-
bet locari pro minori temporis spatio, quam triennii per
text. *in l. penes* 4. *c. de vectig. et commiss.* Soccin. jun.
cons. 68. *n.* 2. *lib.* 2. Carocc. *tit. de locat. vectig. q.* 8. Boer. 18
decis. 249. *n.* 1. et notandum dicit Mantic. *de tacit. lib.* 5.
tit. 3. *n.* 28. et est ratio, quia in locatione fit remissio merce-
dis propter sterilitatem *l. ex conducto ff. locat. l. licet c. eod.*
et in locatione gabellarum, quae solvuntur propter transi- 19
tum mercium, sterilitas reputatur ad hunc effectum, si non
transeant tot mercatores prout est solitum, ad tradita per Me-
noch. *cons.* 34. *n.* 14. sed talis remissio evitatur, si alio an-
no sit ubertas, qua compensetur sterilitas primi *l. si uno ff.*
loc. et d. l. licet, et dicam suo loco; modo, quia si fiat loca-
tio pro uno cessat ista spes evitandi compensationem, quate-
nus in eo sit sterilitas, quod non expedit fisco, ideo debet
fieri locatio pro tribus annis, ut post Salic. *in d. l. penes* tra-
dit Bertach. *d. par.* 2. *n.* 16. Verum aliquibus in locis de con-
suetudine hoc non servatur, et testatur Caman. *in d. l. pe-*
nes, et Peregr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 3.

Item non possunt locari nisi recepta fidejussione. *l. prius* 20
48. *l. fin.* §. *imperatores ff. de administr. rer. ad civit.*
pertin. l. quicumque cod. de fund. patrimon. lib. 11. verum
is, qui locavit, et non vidit tempore debito dari fidejussorem
consentum, si probabiliter juxta communem opinionem cre-
dere potuit, quod non posset per novam subhastationem re-
periri, qui tantam summam offerret, excusabitur a culpa, si
ad eam non devenit, et stetit primae locationi, prout in casu
suo late eum excusat Decian. *cons.* 47. *n.* 44. *vers. videa-*
mus modo, et seqq. lib. 4. et quatenus fiscus consequatur id,
quod fuit promissum, quod non possit dari de nullitate loca-
tionis, etiam si in mandato adesset data forma locandi cum
fidejussoribus, late probat Bardellon. *cons.* 39. *per tot.*

Circa vero intellectum locationis legitime factae dubitari, 21
quandoque solet, an dici potius debeat gabellam fuisse ven-

16

ditum, quam locatam, de quo Bertachin. *de gabell. p.* 2. *n.* 1. et alii relati per Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. n. 31. et latissime, ac optime Menoch. *de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 104. et dixit etiam *in cap.* 2. *de emptione*, practicatur autem fieri instrumentum in forma locationis, secundum Speculat. *in tit. de locat.* ⁊. 1. *vers. porro*, ubi per extensum tradit ejus formulam. Verum non desunt etiam, qui illud faciant in forma venditionis, prout asserit Bertach. *in d. part.* 2. *n.* 10. ubi dictam formulam per extensum refert. At hinc non tollitur omnino difficultas, quia potest esse locatio, licet partes dixerint vendere, et e contra, prout dixi *in dicto cap.* 2. ad quod recurrendum, et ad DD. praecitatos.

22 Similis est quaestio, quid intelligatur translatum in conductorem gabellarum, an scilicet jus eas exigendi, vel potius sola commoditas illas percipiendi, in qua Bertachin. *d. part.* 2. *n.* 12. post adductas leges facientes pro translatione juris, dicit, quod tamen eis non obstantibus, ipsa commoditas percipiendi videtur locata *per l. si usufructu ff. de jur. dot.* cum aliis juribus. et auctoritatibus ibi per eum citatis, et eidem concludit Bart. *in proposito venditionis in l. cotem ferro* 11. ⁊. *qui maximos* n. 5. *ff. de publican. et vectig.* verum, quia jus non intelligitur translatum in dubio, si potest aliter intelligi, ut dicit ipse Bart. *d. n.* 5. *in princ.* ita ut quaestio possit resolvi per inspectionem instrumenti, seu pendere ab intellectu verborum illius, videri poterunt tradita in proposito *in c.* 10. *qui possint conducere, vel non*, in quaestione an translatum sit jus percipiendi decimas, vel potius sola commoditas in earum locatione facta laicis.

23 Solent tamen hodie fieri diversa capitula explicantia, quid tribuatur conductori, quae inseruntur in instrumento locationis, ut tollunt quamplures difficultates, et ad ea semper recurri debet, quia vim legis habere dicuntur Corn. *cons.* 339. *in princ. lib.* 2. Paris. *cons.* 80. *n.* 47. *lib.* 1. Idque non solum inter ipsos contrahentes prout est regulare, ut verba instrumenti inter eos haberi debeant pro textu legis Cravet. *cons.*
24 105. *num.* 2. Aldovio. *cons.* 71. *num.* 2. Mantic. *decis.* 240. *num.* 2. sed etiam respectu non contrahentium, ut dicit Corn. *quem sequitur Paris. ubi proxime*, quod tamen videtur intelligendum, ut procedat, quatenus locatio fiat a principe habente potestatem gabellam imponendi, vel impositam alterandi, aut per ipsius officiales eodem jure fungentes, secus autem si ab alio limitatam potestatem habente, quia clarum est talem non posse capitulando cum con-
25 ductore excedere terminos suae facultatis. Imo officiales deputati ad locandum non debet alterare capitula solita, quia censetur eis data facultas locandi juxta solitum, et non alias, quatenus aliud expresse actum non sit *leg.* 2. et ibi Bartol. *cod. de pasc. public. lib.* 11. Bertachin. *d. part.* 2. n. 11. Cobell. *ad bull. bo. regimen. cap.* 26. *ad fin.*

26 Debet autem locatio gabellarum omnino stricte intelligi Alex. *cons.* 86. *n.* 5. *lib.* 4. Bursat. *cons.* 190. *n.* 28.

Et hinc infertur, quod si locatum sit dacium aliquod, non potest conductor praetendere aliud, quamvis aliquo modo sub generalitate verborum locationis comprehendi posset, puta si esset aliud super indictum Ferret. *in tractat. de gabell. n.* 405. Bursat. *dict. cons.* 190. *n.* 28. *et* 30.

27 At quatenus ista superindictio sit merum augumentum, et gabella sit simpliciter, et in genere locata, contrarium forsan esset dicendum, ut senserunt Bald. et Aug. *in l. at ubi ff. de petit. haered.* Dec. *in cap. cum M. Ferrarien. de constit.* et ibi Rip. *n.* 36. Socin. Sen. *cons.* 29. *n.* 10. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 34. *n.* 15. *et* 16. Boer. *decis.* 180. *n.* 7. quod secus esset si in locatione esset expressa quantitas dacii, seu gabellae exigendae, ut aperte sentiunt praeciteti, et signanter Boer. *d. dec.* 180. *n.* 8.

28 Venit tamen in locatione gabellae jus illam exigenti, et quidquid est ad talem exactionem necessarium, puta capanna, vel domus, in qua exigitur, ut per doctrin. Bald. *in l.* 2. *c. de verb. sign.* tradunt Ferret. *ibidem* n. 104. Bertachin. *de gabell. par.* 2. *n.* 65. Bursat. *d. cons.* 109. *n.* 31. Surd. *dec.* 201. n. 1. *ad fin.*

29 Caeterum recipit haec locatio interpretationem a solito, adeo ut habeatur pro expressa clausula in instrumento locationis gabellae, ut censeatur locatio facta juxta solitum Specul. *tit. de locat.* ⁊. 1. *vers. porro* Bertachin. *de gabella par.* 2. *n.* 11. Silvan. *cons.* 35. in *princ.* Bursat. *d. cons.* 190. *n.* 36. Cavaler. *decis.* 60. *n.* 9. et est regula etiam in locationibus aliarum rerum, ut censeantur factae juxta solitum, prout dicetur suo loco *in cap. de interpretatione locationis*, ad quod recurrendum erit, quia, et alia ibi tradita, sunt communia huic locationi.

Dubitatur tamen, an isti conductores gabellarum, et alie- 30
rum rerum fiscalium acquirant privilegium fisci, praecipue procedendi contra debitores incipiendo a captura, et negativam tenent Guidopap. *sing.* 287. Boer. *decis.* 180. n. 10. Fab. *in suo cod. lib.* 4. *tit.* 4. *defin.* 1. quia per mutationem personae mutatur conditio, ut perditur privilegium, ut per Bart. *in l. per procuratorem numer.* 3. *ff. de acquir. haeredit.*

Verum contrariam opinionem tenent post alios Peregr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 35. Mauson. *de cauv. exec. ampliat.* 30. *n.* 22. Guttier. *de gabell. quaest.* 167. *n.* 5. Castill. *decis.* 120. *n.* 12. *et seq.* et haec contraria videtur verior praecipue, quando fiscus conductoribus sua jura cedit, et transfert, prout consuevit in instrumentis locationum fieri Girond. *de gabell. part.* 4. *in princ. n.* 19. *ad fin.* Nec obstat, quod privilegium personale non egrediatur personam, et ideo per mutationem personae perdatur, quia dictum privilegium fisci dicitur personale ad differentiam realis, quia videlicet, non competit ratione rei, sed non est personale, ita ut cedi non possit, ut post alios advertit Surd. *cons.* 444. *n.* 11. *vers. et non obstat* et repetit Castil. *in d. decis.* 120. n. 13. et seclusa cessione facit, quod isti conductores statim uti possunt juribus fisci tamquam ejus procuratores, etiam ante eis concessum mandatum, ut auctoritate Bart. *in l. in provinciali* ⁊. *si ego ff. de nov. opor. nunc tradit* Avendan. *de exeq. mand. reg. par.* 2. *c.* 12. *n.* 15.

Et haec dicta sufficiant pro nunc de locatione gabellarum, quia licet non ignorem cadere in ea mille alia dubia, tamen si vellem ea omnia hic annectere, et in unum referre, necesse esset facere magnum tractatum de locatione ista speciali, repetendo etiam in eo regulas generales, quibus ipsa dubia resolvi, ut plurimum possunt, quod certe non expedit, recurrendum igitur ad ipsas regulas in suis sedibus, quibus in locis saepe etiam loquar in specie de locatione gabellarum, praecipue, quando in ea regula generalis non procedet, quod et facere conabor de locationibus aliarum rerum, non enim placet distinguere tractatum hunc locationis a rebus quae locantur, quia necesse esset facere non tot capitula quot sunt res, sed tot tractatus, et in singulis fere repetere omnes regulas, et conclusiones, quae ut plurimum sunt generales, et omnibus locationibus conveniunt. Si quis autem velit plura in specie de locatione gabellarum in unum congesta adeat signanter Bertachin. *in d. suo tract. de gabellis part.* 2. et Caroc. *de locat. et cond. tit. de locat. vectigal.*

De bonis ecclesiasticis, an et quomodo locari possint.

PRINCIPIUM TITULI

Bonorum ecclesiae locatio, quo jure, quave ratione sint prohibita.

SUMMARIUM

1. Ecclesiarum bona prohibentur alienari, tam per leges canonicas, quam etiam per leges civiles, et quibus, et per quas.
2. Leges civiles disponentes de rebus ecclesiasticis, an sint validae.
3. Leges civiles prohibentes locationem rerum ecclesiae non sunt attendendae, quia leges canonicae plenius prohibent.
4. Rerum ecclesiae locatio olim prohibebatur solum ad decennium, et ultra, hodie vero ultra triennium.
5. Extravag. ambitiosae de reb. eccles. non alien. quae nunc nuncupatur pandina plenius providet, quam alia jura circa locationem bonorum ecclesiae, et ideo de ea late.
6. Rerum ecclesiae alienatio, qua ratione sit prohibita absque beneplacito Papae.
7. Deus in creatione mundi dedit hominibus dominium terrae.
8. Papa concedens aliquam potestatem, eam a se non abdicat, sed majorem retinet.
9. Ecclesiis bona stabilia tribuere licitum, et pium est.
10. Bona quando fiunt ecclesiae exeunt de dominio hominum.
Bona ecclesiarum dicuntur sacra quartae speciei.
Bona ecclesiastica surripiens dicitur sacrilegus.
11. Bona ecclesiarum nullius sunt.
12. Bona ecclesiarum sunt in dominio Dei.
13. Papa habet plenam administrationem bonorum ecclesiarum inferiorum, et earum praelati solum usum, et gubernationem.
14. Papa solus potest alienare bona ecclesiarum.
15. Doctorum auctoritas major est in tractatibus, quam in consiliis.
16. Doctorum opiniones agitari ventu pecuniae quomodo intelligatur.
17. Doctores in consiliis adducunt quandoque fundamenta tantum colorata.
18. Advocati quando scribunt in aliqua causa debent adducere omnia motiva, etiam colorata.

CAPUT XIV.

Inter res, quae libere locari non possunt praecipuum locum
obtinent bona ecclesiastica, ac propterea specialiter de eis
loquendum est. Et quoniam regula semper manet, quod ubi
locatio non est prohibita censetur permissa, ut dictum est
supra, *cap.* 11. *num.* 2. ideo videndum est, quae prohibitio
adsit circa bona praedicta; et quidem varia jura condita fue-
runt temporis successu, tam civilia, quam canonica bonorum
1 ecclesiasticorum alienationem prohibentia, quo enim ad jus
civile habemus a Leone imperatore *l. jubemus cod. ad sa-
cros. eccles.* et a Justiniano auth. *de non alienand. col-
lat.* 2. et auth. *de alienat. et emphyt. collat.* 9. e quibus
somptae sunt auth. *hoc jus porrectum cum sub seqq. c. de
sacr. eccl.*

In jure vero canonico habemus plures sac. canones in decreto, praesertim *causa* 10. *quaest.* 11. *et causa* 12. *quaest.* 2. *et causa* 16. *quaest* 6. et in decretali habemus totum *tit. de reb. eccles. alien. vel non.* Item habemus *tit. de reb. eccles.* non *alien in* 6. *in Clement. et in extrav.*

2 Verum quoad praefatas leges civiles dubitari potest de earum validitate ob defectum potestatis imperatorum illas condentium statuendi circa res ecclesiasticas, ob quem eas nihil habere auctoritatis, dicit Abb. *in cap. in praesentia num.* 28. *vers. ego in hoc dubio de reb. eccles. alien. vel non*, ubi, quod hoc procedit maxime dum disponunt in specie de ecclesiasticis, et sic ponunt falcem in messem alienam, et aliis adductis Filiuc. *in suis tract. moral. tract.* 44. *de alienat. rer. eccles. cap.* 1. *num.* 3. et quidem ratio est evidens, et non pateretur difficultatem, nisi concurreret approbatio saltem tacita Summorum Pontificum, prout censeri approbatas leges imperatorum de ecclesiasticis disponentes, et ideo servandas tradit Covar. *in tit. de sponsal. cap.* 6. *in princ. n.* 20. *prope med.* Vasquez *de success. creat. lib.* 3. §. 26. *num.* 58. et in specie *de ll. codicis* post alios Sannh. *ad decal. lib.* 7. *c.* 9. *num.* 4. *ad fin. et n.* 6. *et* 7. imo adest etiam expressa approbatio *in sac. can. adductis* per Rot. *dec.* 349. *n.* 13. *par.* 11. *rec.*

3 At, quidquid sit de hac quaestione, dum hodie habemus canonicas sanctiones plenius etiam in hac materia providentes, clarum est eas esse attendendas, non autem leges praedictas civiles, ut in proposito dictarum legum advertunt glos. *in cap.* 1. *ver. tractatus ad med. de reb. eccles. non alien. in* 6. Abb. *in dicto cap. in praesentia* num. 28. *prope fin. vers. et maxime hoc casu*, *eodem titulo* Molin. *de contract. disput.* 465. *num.* 1. Quarant. *in sum. bull. ver. alienatio num.* 1. Donat. *de regular. tract.* 14. *q.* 2. *in fin. tom.* 1.

4 Quo vero ad jura canonica, de quibus supra seclusa *extravag. ambitiosae de reb. eccles. non alien.* quae promulgata fuit a Paulo Secundo, et ideo appellatur etiam communiter Paulina, prohibebant locationem rerum ecclesiae tantummodo quatenus fieret ad decennium, vel ultra. Unde ante emanatam dictam Paulinam locatio ad novennium absque solemnitatibus facta valebat, ut advertit Molina *de contract. disput.* 466. *num.* 10. *vers. ante tempora*, et aliis adductis Garz. *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 27.

Prohibebant enim tantum alienationem, cujus nomine non venit locatio, quae non est ad longum tempus ex supra citatis *in cap.* 4. num. 8. imo locationem ad modicum tempus expresse permittebant, ut habetur *in Clement.* 1. *in fin. de reb. eccles. non alienand.* et locatio, quae non est ad decennium, vel ultra, dicitur ad modicum tempus, ex adductis *d. cap.* 4. *num.* 15. seu saltem tunc dicebatur ad modicum tempus, et per dictam *extrav.* fuit declaratum ad modicum tempus esse tantum usque ad triennium, *ut in d. c.* 4. *numero* 16.

5 Unde Paulina praedicta plenius providit in hac materia, et ideo de ipsa specialiter videndum erit eum tamquam jus posterius, et plenius providens magis attendi debeat, ut advertit Moliu. *dicta disput.* 465. *num.* 1. *vers. atqui posterioribus.*

Verum, quia ulterius post tempora Pauli Secundi subsequentes Summi Pontifices aliq; huc spectantia statuerunt, et aliquid etiam ordinavit Sacr. Concil. Tridentinum, et solent praelati suscipientes praelaturas jurare de non alienando, quod juramentum pariter resistit locationi ad longum tempus, ideo non omittam, et de his omnibus aliqua magis practicabilia, et notabilia loquendo de dicta *extrav. ambitiosae* suis locis opportunis inserere, vel postmodum annectere.

Verum praedictis omnibus praemittendum videtur aliquid 6
de ratione tot, ac talium prohibitionum locationis bonorum
etiam ecclesiarum particularium, et inferiorum absque Be-
neplacito Apostolico. Reminiscendum igitur est, quod licet
Deus in ipsa creatione mundi dederit hominibus dominium 7
terrae, ut habetur Genes. *c.* 1. ibi, *Benedixit Deus illis*, *et
ait: crescite, et multiplicamini, et replete terram, et subji-
cite eam, et dominamini piscibus maris*, *et volatilibus coe-
li, et universis animantibus, quae moventur super terram;
dixitque Deus ecce dedi vobis omnem herbam afferentem se-
men suum super terram, et universa ligna*, etc.

Tamen omisso, quod penes eum remansit major potestas, 8
ut dicit Papa de se, quando concedit alteri aliquam pote-
statem *in cap. dudum vers. Nos igitur attendentes de prae-
ben. in* 6. unde legitur *Domini est terra*, etc. clarum est
licere hominibus, et pium esse bona ecclesiis tribuere etiam 9
stabilia, quibus licet, et decet ecclesias ditari, ut late pro-
bat Turrecrem. *in cap. expedit n.* 1. *et seqq.* 12. *q.* 1. quae
eo ipso, quod ecclesiae fiunt, exeunt de dominio hominum, 10
efficiuntur enim sacra, adeout qui ea abstulerit, vel occupa-
verit dicatur sacrilegus *c. praedia, et cap. qui abstulerit, et
cap. nulli* 12. *quaest.* 2. cum aliis adductis per Sperell. *de-
cis.* 135. *n.* 12. *et seq.* ubi firmat procedere etiam si surri-
piens in illis aliquod jus habere praetendat, et etiam si ec-
clesiae dumtaxat possessio turbetur, et esse sacra quartae spe-
ciei docet D. Thomas *in* 2. 2. *quaest.* 99. *art.* 3. et esse doctri-
nam receptam dicit Navar. *de reddit. eccles. q.* 1. *monit.* 11
40. *n.* 4. et quae sunt sacra nullius hominis sunt, sed Dei
totaliter §. *nullius inst. tit. de rer. div.* et bene Navar.
ibidem.

Unde bona ecclesiarum dicuntur patrimonium Christi *c.* 12
*cum secundum de praebend. c. cum ex eo, ubi glos. ver.
Christi de elect. in* 6. et apud eum esse eorum dominium
Dec. *in cap. constitutus n.* 25. *et seqq. de rescript.* Rode-
ric. *regular. q. lib.* 3. *q.* 29. *art.* 5. *ubi de comm.* Monet.
de commut. ult. vol. cap. 5. n. 97.

Et quamvis hoc figurate tantum dictum esse, quia Chri-
stus humana haec non respicit, ac proinde dominium ac-
quiri ecclesiis ipsis particularibus, etiam inferioribus, quae
per suos praelatos reguntur, et administrantur subtiliter, et
late probare conatus fuerit in specie Peregr. *cons.* 1. *n.* 27.
et seqq. signanter n. 30. *et n.* 39. *lib.* 1. Tamen veritas est,
quod dominium est penes Deum, et administratio est penes
Papam ejus vicarium, quae administratio Papae est adeo ple- 13
na, et libera, ut assimiliter dominio, et quam plures DD.
eam dominium vocent, inferiores autem praelati habent me-
ram gubernationem, et usum Innoc. in *cap. cum super n.*
3. *de caus. poss. et propriet.* et ibidem Hostiens. *n.* 4. *et
seq. usque ad* 8. Joann. Andr. n. 4. Imol. *n.* 7. Praepos.
in cap. 1. *n.* 9. *de his, qui feud. dar. poss.* Turrecrem. *in
cap. videntes n.* 4. *et seq.* 12. *quaest.* 1. Bald. *cons.* 175. *n.*
2. *vers. praeterea hic dominus lib.* 2. Castr. *cons.* 287. *n.*
7. *vers. aut quaeritur lib.* 1. Menoch. *cons.* 817. *n.* 51. Fa-
chin. *cons.* 2. *n.* 22. *lib.* 2. Navar. *de reddit. eccles. quae-
st.* 1. Monit. 40. *n.* 6. *et seqq.* Redoan. *de spol. q.* 1. *n.* 39.
et seqq. Rosentall. *de feud. cap* 4. *concl.* 17. *in* 1. *glos.* et
ita etiam, quod dominium rerum ecclesiarum non sit ipsa-
rum ecclesiarum particularium, sed Christi, et quod Papa 14
solus possit ea alienare, quia ipse est immediatus Vicarius
Christi, et quodcumque ipse facit in terris factum Christi
reputatur clave non errante tenet, et latissime probat idem
Peregr. *in tractatu de jure fisci lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 85. *et seq.*
Unde quando etiam aliquod negocium faceret ejus auctori-
tas, magis ei standum esset in hoc loco, quam in dicto con-
silio, quia magis defertur doctoribus in tractatibus, quam in 15
consiliis, praesertim, quando non sunt pro veritate, sed pro
aliqua parte aediti, prout praedictum, quod inscribitur *pro
principatu saeculari* in quibus procedit illud dictum, quod
doctores solent aliquando ad gratificationem respondere, de
quo Rota post alios *decis.* 439. *n.* 12. *part.* 9. *recent.* quod-
que vento pecuniae agitata opinio doctorum varietur Cra-
vett. *cons.* 294. *n.* 9. *vers. infertur ex praemissis*, et ratio 16
est, quia quando scribunt pro aliquo jam litigante, vel om-
nino jura sua experiri volente, eorum partes sunt adduce-
re rationes pro ea militantes tales quales sunt, etiamsi de
earum subsistentia dubitent, postquam hoc dubium sincera
clienti suo patefecerint. Ultra, quod saepe etiam evenit,
quod consulens habens unum fundamentum firmum non cu-
rat diligenter perpendere alia, sed ea adducit, dummodo 17
sint colorata, aut etiam media colorata, sive ad ostendendum

iogenium, et ornaodum consilium, sive quia qoandoque etiam motiva medio colorata oiovent mentem judicis, ut tradit Corn. *cons.* 7. *n.* 1. *lib.* 4. Curt. Jun. *cons.* 348. *n.* 36. Gozzad. *cons.* 96. *n.* 8. *post princ. vers.* *nt ideo.* Unde, qui postea perpendunt talia motiva seperetim, reprehendunt consulentes, sed immerito dam ea, adducern passim solent ex praecitatis, imo, quaodn scribunt uti advocati ea adducere debeot pro servitio causae quam tuentur, ut monent Abb. *in c. per tuas n.* 6. *ad fin. qui fil. sint. legit.* Soc. Jun. *cons.* 143. *n.* 6. *lib.* 3. Caepol. *caut.* 67. Maut. *de conject. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 52.

Dum igitur reverteodo ad propositum solus Papa habet dominium, vel liberam administrationem omnium boorum etiam ad ecclesias particulares pertinentium, sperm sequitur ut non possint ab aliquo alienari eo inconsulto, etiam seclusis legibus, et Saer. canooibus id statoeotibus, et nil mirum si ad majorem cautelam, et claritatem fuit etiam ab eo statutum, et ordiostum sub variarum comminatione poenarum, adversus transgressores, et proiode oequit consuetudinn ioduci, ut beoeplacitum oou reqoiratur, ut dicetur infra ?. 1. *hujus tituli num......*

An Paulina constitutio incipiens **ambitiosan,** ***quae habetur inter extrav.*** **com. sub tit. de reb. ecclrs. non alien.** ***sit usu recepta, et de consontudine statuto contraria.***

SUMMARIUM

1. Principia potestas esset elusoria, si liberum esset subditis ejus legem recipere vel non.
2. Principes habuerunt auctoritatem a populis.
3. Papa habet auctoritatem immediate a Deo non a subditis.
4. Leges Papae statim, ac latae sunt ligant absque eo quod usu recipiantur, quidquid sit in aliis principibus.
5. Constitutiones Papae non abrogantur per usum usum nisi Papa sciat contrarium usum, et consentiat.
6. Consuetudine induci non potest, quod bona ecclesiae alienentur absque auctoritate Papae.
7. Extrav. *ambitiosae de reb. eccl. non alien.* dispositio, non habet locum ubi viget contraria consuetudo.
8. Et sufficit de contraria consuetudine probabiliter dubitare ad effectum manutentionis.
9. Poenas ad evitandas, sufficit quaelibet causa credendi.
10. Extrav. *ambitiosae* hodie praesumitur non recepta.
11. Constitutio relata inter extrav. communes facit jus, et ubique servari praesumitur.
12. Statutum eo ipso, quod est in libro statutorum praesumitur usu receptum.
13. Bulla existens in bullario praesumitur usu recepta.
14. Extrav. ambitiosae, an vere sit usu recepta ubique varie loquuntur doctores.
15. Doctores testantes de consuetudine, an probent saltem praesumptive.
16. Disting. ut probent si attestentur de consuetudine loci in quo versati sunt, alias secus.
17. Constitutionis non usus probari non solum per testes, sed etiam per actus ex usu servatu factos.
18. Decl. procedere ad effectum manutentionis tantum, nam in meritis requiritur actus fuisse probatos in judicio.
19. Attestationes extrajudiciales non probant non usum constitutionis.
20. Statutum contra formam extrav. ambitiosae apostolica auctoritate confirmatum, est validum.
21. Religio Hierosolymitana gaudet praedicto statuto.
22. Regulares aliqui gaudebant privilegio alienandi bona sine beneplacito, sed hodie necesse habent licentia Sac. Congregationis Concilii.

CAPUT XIV. ?. I.

Cum igitur agendum sit de extravag. Ambitiosae videndum erit primo de ejus usu, et observantia, sed ante hanc quaestionem non omittendum praemittere, quod valde dubitari potest de ejusdem quaestionis relevantia, quia de potestate papae legem similem ferendi non est dubitandum ex supradictis, et ea supposita, eo ipso, qood legem tolit, et sufficienter promulgavit, videtur eam obligare, sive subditi usu
1 receperint, sive non, alias enim potestas principis leges condendi esset elusoria, si liberum esset subditis eam recipere vel non recipere, ut considerant Card. Zabarell. *prooem. Clement. ver. universitati q.* 2. Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 9. Molphes, *in sum. troctat.* 9. *cap.* 8. *num.* 42. et io hoc proposito aliis adductis Donat. *de regular. tom.* 1. *tract.* 14. *q.* 3. *n.* 10.

Et quateuus hoc regulariter in constitotionibus aliorum principum patiatur difficultatem, tamen non idem procedit in constitutione papae, nam ideo in constitutionibus aliorum principum requiritur, ut usu recipiantur a populis, quia
2 ipsi principes a populis auctoritatem habuerunt *l.* 1. *in fin. ff. de Senat. D. Thom. par.* 2. *quaest.* 97. *art.* 3. *ad* 3.
3 Dec. *cons.* 162. *col. penult. vers. ultimo non obstat.* Quod secus est in papa cum ipse non a populis, sed immediate a Deo potestatem absque ulla dependentia a consensu subditorum habeat, ac proinde non requiritur pro confirmatione
4 constitutionum illius, quod subditi usu recipiendo illas admittant, sed statim, ac publicatae sunt, et innotescunt vim habent, et ligant *Praepor in c. istis ?. leges, num.* 3. *vers. nisi doto consensu* 4. *dist.* Archidiac. *in c. leges promulgantur* 4. *distinct.* Navarr. *cons.* 1. *num.* 19. *in fin. de constit.* Suar. *de legib. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 2. et late distinguendo firmavit rota *in majoricen indultorum* 11. *aprilis* 1639. ?. *irrelevantia deducebant* cor. Merlino, quae decisio licet non reperiatur inter alias ejusdem auctoris, habetur impressa per Dianam *resol. moral. por.* 6. *fol.* 325. et fuit confirmata in eadem causa, et eodem anno sub *die* 27. *junii* coram eodem Merlino, *ut inter decisiones ejusdem impressos decis.* 814. *num.* 4. *et* 5. ubi quod rota millies est sequuta.

Nec dicatur, quod licet non valeant subditi recusare, et ab initio rejicere constitutionem papae, tamen si tractu temporis consueverint contrarium dispositis in ea servare, dispositio amittat vires, quia et hoc non videtur de facili admittendum in constitutionibus papae, ut videlicet subditi valeant absque
5 ejus scientia, et consensu ipsius constitutiones abrogare, sed solum quatenus ipsemet papa sciat contrarium usum, et illi consentiat per eamdem rationem supra adductam Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 9. *vers. nec non quia constitutiones* Cavaler. *decis.* 85. *num.* 2. Royas *decis.* 71. *num.* 8. *in rec. decis.* 197. *num.* 3. *et* 4. *dec.* 213. *num.* 2. *dec.* 221. *n.* 4. *part.* 1. *et decis.* 572. *num.* 18. *par.* 4. *tom.*
6 3. et in proposito, quod non possit consuetudio induci, quod auctoritas papae requisita in alienatione rerum Ecclesiae, non interveniat, fuit etiam opinio Jo. Andreae *in cap. nulli de reb. Eccles. non alienand.* approbata ibidem per Abb. et per alios communiter, ut testatur Corrad. *in prox dispensat. lib.* 9. *cap.* 1. *numer.* 2. et per Benintend. *decis.* 13. *num.* 7. et comprobatur per alias rationes ultra supradictam de quibus *ad fin. principii hujus cap.* et quod nec per usum contrarium mille annorum extingui possit vis praefatae constitutionis Lotter. *de benef. lib.* 3. *quaest.* 25. *num.* 40.

7 Verum quidquid sit generaliter loquendo, in terminis tamen praefata extrav. Ambitiosae, quod ejus dispositio non vendicet sibi locum, ubi viget contraria consuetudo tradunt Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 34. *Ricc. in proxim. quotid. seu resolut. part.* 1. *resol.* 98. *num.* 4. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 95. *num.* 3. *in fin vers. nisi in contrarium* rota coram Eminentissimo Othobono *decis.* 210. *num.* 3.

8 Et qood, si ex deductis per conductorem probabiliter dubitetur de tali consuetudine, danda sit ei manutentio non obstante decreto irritanti in dicta extravaganti existente, ita firmatum fuit a rota *in decis.* 200. *num.* 12. *et seqq. part.* 10. *rec.* et ratio specialitatis esse potest, quia agitur de constitutione poenali, et sufficit quaelibet occasio credendi, quod
9 fieri posset, ad evitandas poenas, ut dicam *infra* ?. 8. et in specie, quod excuset consuetudo Filiuc. *in suis oper. moral. tract.* 44. *cap.* 6. *num.* 5. *vers. tertio fit*, quae tamen ratio urget respectu excommunicationis, et privationis beneficiorum aliisque poenis, non autem respectu nullitatis contractus, quia haec non est proprie poena, ut dicam infra *in d.* ?. 8. hujus *capit. in princ.* et quod non usus hujus constitutionis allegari possit ad evitandas poenas ejusdem, non autem quoad evitandam ejus dispositionem Lotter. *de benef. lib.* 3. *quaest.* 25. *num.* 42. unde junctis aliis auctoritatibus citandis infra *num.* 14. *prope fin.* dubitari posset de subsistentia praefatae *decis.* 200. *num.* 12. *et seqq. part.* 10. *rec.*

Unde utile est videre de usu dictae constitutionis; et quod non sufficiat eam allegare, sed probari debent, eam esse usu receptam, et esse in communi observantia censuit olim rot. coram Molidau. *decis.* 1 *de constit. alias decis.* 6. et coram Penia *decis.* 322. *num.* 4. *ad fin.*

10 Verum quidquid dixerit in praefatis decisionibus olim rota, contrarium hodie omnino tenendum videtur, quod videlicet dicta constitutio praesumatur usu recepta, et ideo nulla adsit necessitas dictae probationis, non solum, quia haec est magis communis opinio, ut patet ex congestis Barbos. *de episc. allegat.* 95. num. 49. et Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 40 *et seqq.* et ita dicendum omni prorsus haesitatione remota ait Corrad. *in prax. dispensat. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 1. *et* 2. *et* 9. at ipsa rota a praedicta opinione

contraria recessit, et tenet contrarium, ut habetur *in decis.*
30. *num.* 5. *part.* 1. *recent. et penes* Penism *dec.* 414. *n.* 7.
vers. satis quoque Lotter. *de benef. lib.* 3. *quaest.* 25. *n.* 41.
11 sed etiam, quia est evidenter magis vera, quia dum dicta
constitutio est relata inter extravagantes communes, et ubi-
que circumfertur, facit jus commune, quod ubique servari
praesumitur Caes. de Grass. *decis.* 4 *num.* 26. *de reb. Ec-
cles. non alien. alias decis.* 135. Adden ad Mohedan. *dec.*
1. *de constit. lit. B.* Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 95. *n.*
49. Penia *d. decis.* 414. *ad fin.* Rot. *decis.* 225. *n.* 3. *vers.
sed hoc non placuit par.* 3. *lib.* 2. *et decis.* 262. *num.* 6.
part. 3. *lib.* 3. *div.* et sciunt, quae dicuntur in fortiori de
12 statuto, quod eo ipso, quod est in libro statutorum praesu-
mitur usu receptum Dec. *consil.* 153. *n.* 2, Seraphin. *dec.*
1447. *num.* 1. Rot. *decis.* 15. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* et de
Bullis, ex quo sunt in Bullario Rota in Papien. bonorum
13 coram Pamphilio *impress.* per Mar. Antonin. Macarateu.
variar. post. c. 98. *vers. quidquid dixerit lib.* 1, Mantic.
dec. 59. *n.* 11. *vers. neque etiam.*

14 Non dubitandum itaque de praesumptione, sed quoad ve-
ritatem, cui semper cedit praesumptio, licet constitutionem
praedictam esse per totum orbem integraliter, et secundum
omnes ejus partes usu receptam asserat, et multos id fateri
dicat novissime Donat. *de regular. to.* 1. *tract.* 14. *q.* 3.
num. 3. tamen multi testantur contrarium, quod videlicet
saltem in aliquibus locis, non sit usu recepta, inter quos
Cajet. *in summ. ver. excommunicatio cap.* 75. Navarr, *in
Manual. cap.* 27. *n.* 149. Azor. *Instit. moral. to.* 2. *lib.* 9.
cap. 2. *q* 1. *vers. quod attinet,* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.*
13. *num.* 34. et hoc alii verum esse admittunt non respectu
nullitatis contractus, sed respectu aliarum poenarum in ipsa
constitutione contentarum Molin. *de contract. d. disp.* 466.
nu. 10. *post med.* et cum aliis pluribus Barbos. *de potest.
Episc. alleg.* 95. *n.* 48. Ricc. *resol.* 107. *n.* 5. *part.* 1. Garz.
de benef. par. 1. *c.* 1. *n.* 87. nullitas enim contractus non est
propric poena, sed dispositio constitutionis, ut tetigi supra
n. 6. *ad fin.*

15 Verum dubitari potest, an huic assertioni Doctorum stan-
dum sit, et multi volunt Doctores attestantes de consuetu-
dine probare saltem praesumptive, donec videlicet contra-
rium probetur Gozad. *cons.* 59. *num.* 18. et alii relati per
Rim Jun. *cons.* 181. *num.* 10. et per Gabr. *de prob. concl.*
4. *num.* 1. alii vero tenent contrarium, quod videlicet nullo
modo probent, cum consuetudo sit facti non juris, et haec
est magis communis teste Mascardo *de probation. conclus.*
528. *num.* 1. *et num.* 4. *vers. prior tamen*, et eam tenet Rot.
decis. 357. *num.* 6. coram Mantic. *et decis.* 45. *num.* 32. ubi
16 *etiam de veriori part.* 8. *recent.* At communis distinctio est,
quod probent si attestentur de consuetudine patriae suae, seu
loci, aut curiae, in qua versati sunt, alias secus Honded.
cons. 101. *num.* 39. *post med. lib.* 1. Burs. *cons.* 43. *n.* 53.
Becc. *cons.* 62. *num.* 32. Rim. Jun. *cons.* 182. *num.* 11.
Mascard. *dicto conclus.* 528. *num.* 6. Gabr. *dicta conclus.*
4. *numer.* 4. Gratian. *discept.* 479. *num.* 24. et esse com-
munem Beniotend. *decis.* 95. *in fin.* et probabunt maxime
si de eadem consuetudine attestentur plures in eodem loco
versati, ut requirit Roland. *cons.* 71. *num.* 22. *vers. et ubi
etiam lib.* 1.

Unde si quis conventus ad poenas, ad quas evitandas non
usus constitutionis suffragatur Lotter. *de benef. lib.* 3. *quae-
st.* 25. *num.* 42. allegaret non usum, si simul allegaret do-
ctores attestantes de tali non usu in loco illo, cum dicta cir-
cumstantia, quod in eo essent versati, posset omnino excusa-
ri. et in his terminis tantum admittenda videtur *dicta decis.
Mohed.* 6. alias cessante dicta attestatione ad summum ad-
mitti posset ad probandum non usum dictae constitutionis,
indulgendo ei tempus necessarium ut sensit Filiuccius *in
suis tract. moral. tract.* 44. *cap.* 1. *num.* 10. et ubi daret
fumum sufficientem ad hoc, ut probabiliter de eo dubitari
posset, concedenda esset eidem manutentio interim, ac ple-
nas faciat, probationes, et discutiatur in meritis juxta opi-
nionem Rotae *in d. decis.* 200. *num.* 12. *et seqq. part.* 10.
recent. non autem injungendum alteri parti onus probandi
usu receptionem, cum ea praesumatur, ut supradictum est,
etiam si de poenis tantum agatur, Lotter. *de benef. lib.* 3.
quaest. 25. *numer.* 42. quidquid in contrarium in his ter-
minis sentire videantur Fachin. *contr.* 98. *in princ. vers.
nisi forte lib.* 10. et Comitol. *decis.* 15. *n.* 5.

17 Probarique posset consuetudo praedicta non solum testi-
bus, sed etiam per scripturas, et sufficere plures concessiones
factas a diversis episcopis junctis epistolis archiepiscopi dixit
Rot. *in d. dec.* 200. *n.* 14. *et* 15. *par.* 10. *rec.* sed animad-
vertendum, quod Rota ibi loquitur ad effectum manutentio- 18
nis, nam in meritis causae non sufficit ostendere plures actus
factos sine solemnitate beneplaciti, nisi doceatur, quod fue-
rint tales actus approbati in judicio juxta tradita per Natt.
cons. 575. *n.* 9. Gratian. *discep.* 767. *n.* 7. Rot. *decis.* 72. *n.*
22. *et seqq. par.* 2. *divers.* Minusque sufficiunt extrajudicia- 19
le attestationes ad probandum non usum constitutionis. Rot.
decis. 610. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* et coram Gregor.
dec. 160. *n.* 5.

Si autem adesset statutum in forma specifica a Papa con- 20
firmatum concedens facultatem locandi, seu alienandi contra
formam *d. extravag.* clarum est, quod ea servari in loco sta-
tuti non deberet, ut in religione Hierosolymitana, dixit Rota 21
coram Eminentissimo Otthobono *decis.* 210. *num.* 4. *et seq.
et decis.* 247. *num.* 7. *et seq.* stante enim dicta confirma-
tione in forma specifica non posset dubitari de ejus validita-
te, et statutum validum in loco, in quo viget, praevalet di-
spositioni juris communis Soc. Jun. *cons.* 67. *n.* 64. *lib.* 2.
Altograd. *cons.* 9. *numer.* 41. *et* 77. *lib.* 1. Rot. *decis.* 102.
n. 1. *et* 2. *par.* 10. *et decis.* 311. *num.* 22. *parte* 11. *re-
cent.*

Et idem esset dicendum si adesset simile privilegium apo- 22
stolicum, prout habere legentes, et studentes in universita-
tes Salamantina locandi fructus beneficiorum suorum ad tem-
pora sibi bene visa, tradit Garz. *de benef. par.* 2. *cap.* 1.
num. 39. et habebant etiam privilegium alienandi, sine be-
neplacito aliis quibusdam servatis Moniales S. Clarae, et
Fratres observantiae, de quo *in collecton. privil. ver. alie-
natio*, et per Avendan. *de exequen. mand. reg. par.* 1. *c.*
4. *n.* 40. *vers. et cum dicta Paulina*, et eremitae S. Augusti-
ni *ut in constit.* 5. Gregor. 13. et per Ciarlin. *contr.* 105.
num. 115. *et* 116. verum hodie isti, et alii regulares non
obstantibus quibusvis privilegiis locare amplius non valent
ultra triennium absque beneplacito S. Congregationis con-
cilii *juxta decretum* auctoritate Urbani VIII. per eamdem
congregationem aeditum, quod habetur impressum per Cor-
rad. *in praxi dispensat. lib.* 9. *cap.* 1. *num.* 11. et Donat.
de regular. tom. 1. *tract.* 14. *quaest.* 2. *ad fin.*

*Locatio, quando dicatur facta ultra triennium,
ita ut intret prohibitio* extrav. ambitiosae.

SUMMARIUM

1. Ecclesiasticorum bonorum locatio ad novennium cum pacto, quod tot sint locationes, quot triennia non valet.
2. Constitutiones apostolicae non sunt de facili eludendae.
3. Ecclesiasticorum bonorum locatio pluribus personis simul facta cuilibet ad triennium non valet.
4. Ecclesiasticorum bonorum locatio ad triennium cum pacto, quod si non fiat disdicta censeatur renovata locatio ad aliud triennium non valet.
   Contr. num. 5.
6. Dictio, si, importat conditionem.
7. Conditio nihil ponit in esse donec fuit purificata.
8. Conditio retrotrahitur ad diem celebrati contractus.
9. Lim. stante impossibilitate juris.
10. Lim. secundo in conditione potestativa.
11. Pactum, quod locatio censeatur tacite renovata per continuationem absque disdicta est expressio ejus, quod tacite inest.
12. Renovatio tacita procedit etiam in locatione bonorum ecclesiae.
13. Relocatio tacita non est eadem cum expressa.
14. Relocatio tacita quandoque est ad triennium, vel quinquennium.
15. Disdicta locationis de jure non requiritur ante finem locationis.
16. Ecclesiasticorum bonorum locatio ad triennium, cum pacto tacitae renovationis non valebit si adsit consensus de facienda disdicta in tempore proxima ipsi locationi.
17. Et generaliter non valet locatio dicto modo facta ubicumque adsunt conjecturae, quod facta sit in fraudem legis.
18. Bonorum ecclesiasticorum locatio facta ante finem alterius locationis bona fide valet.
19. Bonorum ecclesiasticorum locatio cum pacto importante, quod absolute durare debeat ultra triennium non valet.
20. Mandatum procuratori ad locandum bona ecclesiae duraturum ultra triennium non valet.
   Contr. num. 21.
22. Locatio ad vitam non potest dici ultra triennium, ita ut sit prohibita in rebus ecclesiasticis.
   Contr. num. 23.

CAPUT XIV. §. II.

Deveniendo nunc ad contenta in constitutione praedicta,
illud praecipuum est quod non fiat locatio ultra triennium
absque beneplacito apostolico, quod noviter fuit in ipsa con-

stitotum, nam antea licebat locare per novennium, ut dictum
est supra *in princ. hujus cap. n.* 4.

Videndum igitur, quando dicatur locatio facta ultra trien-
nium, itaut intret prohibitio praedicta. Controverti autem
solet si locatio fiat, verbi gratia, ad novennium, ita tamen,
1 ut sit de triennio in triennium, an tot censeantur locationes,
quot triennia, et quidquid dicant aliqui relati per Fosar. *de
substit. qu.* 525. *num.* 15. verum omnino videtur, quod, dum
locatio in effectu est ultra triennium, praedicta, et similes
cautelae verbales ad effugiandam dispositionem praedictae
2 *extrav.* nihil prorsus relevent, cum permitti non debeat,
quod ita de facili eludi possit similis constitutio, ut post alios
plene firmant Caball. *cons.* 17. *num.* 12. *et seqq. lib.* 2.
Beec. *cons.* 92. *num.* 12. Caroc. *de locat. et cond. tit. de
reb. eccl. num.* 41. Donat. *de regul. tom.* 1. *tract.* 14. *q.* 40.
n. 2. Barbos. *de pot. episc. alleg.* 95. *n.* 17. Rota *in comen.
locationis* coram Pamphil. *impress.* penes Marches. *de com-
miss. tom.* 1. *fol.* 107. *n.* 1. et late *in uno Neapol. seu Bo-
janen.* Afflictus 5. *junii* 1663. ⸿. *secundo, quia, et seqq.* cor.
Rev. Albergato, quae est *dec.* 474. *lo secondo par.* 13. *rec.*
3 Prout etiam si fieret simul locatio pluribus personis cui-
libet pro triennio, ita videlicet pro primo triennio Titio,
pro secundo Cajo, pro tertio Sempronio, adhuc si fiat eodem
tempore, habebitur pro una, et erit nulla, sola enim persona
locantis attenditur, qui prohibetur locare ultra triennium
Genuen. *in suis quaest. practic. ecclesiast. q.* 354. *per tot.*
Donat. *de regular. tom.* 1. *tract.* 14. *q.* 40. *num.* 1.

Et sunt adeo nullae locationes his, et similibus modis fa-
ctae, ut nec sustineantur pro primo triennio, saltem seclusis
conjecturis voluntatis contrariae, ut dicam infra hoc *cap.* ⸿.
7. *ubi de nullitat. locationis ultra triennium factae num...*
4 Non sic absolutum est de locatione facta simpliciter ad
triennium cum pacto, quod, si non fiat disdicta per aliquos
menses ante finem triennii, censeatur renovata ad aliud trien-
nium, nam licet reperiam, quod P. Pasqualig. *in suis quae-
st. moral. part.* 2. *q.* 344. late disputato dubio teneat hanc
quoque locationem non subsistere, et esse contra dispositio-
5 nem Paulinae praedictae, tamen tale pactum continuo pra-
cticatur in Urbe in locationibus rerum Ecclesiasticarum, et
pro ratione hujus praxis observandum est quod quatenus
dictum pactum importet novam locationem pro alio triennio,
adhuc talis locatio vere est facta sub conditione non factae
disdictae, ubi pactum concipiatur, ut supra; illa enim di-
6 ctio, *si*, ibi, *si non fiat disdicta. etc.* importat conditionem
l. 1. *et ibi DD. ff. de cond. et dem.* cum pleoissime con-
7 gest. per Barbos. *dict.* 364. *nu.* 1. *et alii vulgat.* et ideo nihil
ponit in esse, habeturque pro non facta, usquequo talis
conditio non fuerit purificata *l. necessario* ⸿. *quod si pen-
dente ff. de peric. et com. rei vend. l. si pecuniam ff. si cert.
pet. cum concordan. relat. per ipsum* P. Pasqualig. *d.
quaest.* 344. *num.* 2. quibus addo Duran. *decis.* 339. *num.*
36. unde sequitur, ut locatio cum dicto pacto sit vere tan-
tum ad triennium usquequo, non purificetur d. conditio.
8 Nec obstat, quod conditio regulariter retrotrahatur a die
eventus conditionis ad diem celebrati contractus, ut respon-
det ibidem P. Pasqualig. *num.* 9. quia ista retrotractio in
praesenti, duplici ratione non potest habere locum. Primo,
9 quia de tempore contractus adest impossibilitas juris, quod
fiat locatio pro secundo triennio, ex quo videlicet jus con-
tentum *in d. extrav.* ei resistit, et stante tali juris impossi-
bilitate, non est locus dictae retrotractioni, ut docte, ac
plene firmat Gomez *var. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 30. *vers. tertio,
10 et principaliter.* Secundo, quia conditio praefata non vide-
tur casualis, ut supponit P. Pasqualig. *n.* 2. sed potestati-
va, pendet enim a voluntate unius tantum, sive locatoris,
sive conductoris facere disdictam, et quamvis pendeat a vo-
luntate utriusque simul facere, quod contractus habeat lo-
cum, tamen hoc non habetur in consideratione, sed conside-
ratur tantum, quod sit in potestatione unius impedire con-
tractum, et ex hoc solo dicitur potestativa conditio ad hunc
effectum, ut non fiat retrotractio, ut tradit, et late probat
Pancirol. *cons.* 139. n. 9 *per text. in l. qui balneum in fin.
princ. et l. potior in princ. ff. qui potior.* in pign. *hab. et al.*
11 Verum magis movet alia ratio, quam non considerat P.
Pasqualig. et ea est, quod d. pactum, in effectu nihil aliud
facit, quam dare certam formam tacitae relocationi, quae
post finitam locationem expressam, ex continuatione condu-
ctoris in retentione rei conductae, et taciturnitate locatoris,
procedit de jure absque ullo pacto, *l. item quaeritur* 14. ⸿.
qui completo cum l. seq. ff. locat. et l. legem ⸿. 1. *cod. eo-
dem*, quod patet ex verbis pacti, in quo non dicitur loca-
mus, et conducimus, sed censeatur renovata locatio, quod
est etiam de jure, ut censeatur renovata locatio, et ita loqui-
tur Bart. *in d.* ⸿. *qui impleto in summar. et alii*, unde si
partes simpliciter dicerent velle per taciturnitatem utrius-
que, et continuationem censeri renovatam locationem, haec
conventio non posset redargui, quia esset conformis dispo-
sitioni juris, et simplex expressio ejus, quod tacitae inerat, nam 12
dicta tacita relocatio a jure inducta procedit etiam in rebus ec-
clesiae, ut docent *in d. l. item quaeritur* Bart. *n.* 6. et Bald. *n.*
3. *vers. et dico, quod*, et admittit Rota cor. Put. *dec.* 174 *lib.* 1.

Et si dicatur, quod de jure tacita relocatio non inducitur 13
ad triennium, sed tantum ad annum, vel minus tempus, ut
habetur *in dict. l. item quaeritur* ⸿ *qui completo* responde-
tur, quod si admittatur, prout admittendum videtur ex
praedictis, quod locationi ad triennium accedere possit etiam
tacita relocatio ad annum, hinc sequitur hanc tacitam relo-
cationem censeri diversam ab expressa, et separatim consi-
derari, quia alias locatio esset ad quadriennium, et sic con-
tra dispositionem extrav. at dum est diversa, et separatim
consideranda, nihil repugnat, quod declaretur a partibus,
ut debeat durare ad triennium, cum usque ad tale tempus
locatio libere permittatur, et eo magis admittenda talis de-
claratio, quod in quibusdam casibus, etiam secluso pacto ta- 14
cite censetur relocata res ad triennium, ac etiam majus tem-
pus, prout, quod si agatur de re, quae non reddat plenum
fructum nisi quolibet quinto anno, quod tacita relocatio de
jure censeatur ad quinquennium facta, docet Bald. *in dict.
l. legem* nu. 5. *c. locat.* Menoch. *praes.* 85. *num* 8. *et seq.
lib.* 3. Put. *d. decis.* 174. *nu.* 6. *ad med. lib.* 1.

Et idem est si dicatur de jure non requiri disdictam, 15
maxime per tantum tempus ante finem, ad evitandam taci-
tam relocationem Alex. *cons.* 76. *n.* 8. *vers. item est con-
tra lib.* 5. applicantur enim eaedem responsiones, quod nem-
pe, dum haec est locatio diversa, et non jungenda, cum alia
expressa, nihil repugnat, quod detur ei haec forma, et quod
non desunt volentes disdictam requiri ad evitandam taci-
tam relocationem legalem, ut dicetur infra suo loco nempe
cap. 63. Unde tanto magis admittendum pactum ad tollen-
das difficultates, et dubitationes, at ex his in praxi censui
posse continuari stylum locandi ad triennium, cum dicto pa-
cto, saltem absque metu poenarum, de quibus in d. extrav.
cum ad eas evitandas sufficiat quaelibet causa credendi, quod
possit fieri ex cit. infr.

Limitanda est tamen praedicta opinio, ut non procedat
si fiat pactum de facienda disdicta in tempore valde proximo 16
ipsi principio locationis, non autem fini ejusdem, et quod a-
lias, ea non facta, debeat censeri locata ad aliud triennium,
quia tunc argueretur facta conventio in fraudem legis, prout
in fortioribus si fiat locatio simpliciter ad triennium, et intra
primum annum, vel statim eo finito, fiat nova locatio ad aliud
triennium incipiendum post finem primi, quod talis locatio
censeatur in fraudem legis docuit Card. *in Clem.* 1. *in* ⸿. *fin.
prope fin. vers. quinto quaero de reb. eccles. non alien.* ubi
loquitur de locatione facta juxta terminos illius Clemen. et
aliorum jurium antiquorum ad novennium, et eum sequitur
Jas. *in l. manumissionis n.* 8. *ff. de just. et jur.* Genuen.
in pract. eccles. qu. 469. *n.* 1. Donat. *de regul. tom.* 1.
tract. 14. *quaest.* 41. *n.* 1.

Et indubitanter, quia post haec scripta reperii articulum
fuisse discussum in Rota *in uno Neapolitano, seu Bojanen.
Afflictus* coram Reverendissimo Albergato, quae licet adhae-
serit prius opinioni contrariae, ut habetur *in decis. dictae
causae emanata, sub die* 5. *junii* 1662. *quae est decis.* 474.
la 2. *parte* 13. *rec.* tamen postea recessit, et dixit, quod tunc 17
non valet locatio, cum apparet partes ab initio habuisse ani-
mum prorogandi locationem ultra triennium, et sic facien-
di fraudem dispositioni *d. extrav. ambitiosae de reb. ec-
cles. non alien.* secus ubi non apparet talis animus, prout in
casu ubi pactum non est obligatorium, sed mere facultati-
vum juxta late tradita per Altograd. *cons.* 28. *n.* 41. *et seq.
lib.* 1. et alios citatos in Dec. *d. causae emanata sub die*
18. *maii* 1663. coram eodem Reverendissimo Albergato, de
qua etiam meminit D. de Luca *disc.* 20. *n.* 3. *et seq. sub
hoc tit. de locat. et cond.*

Et in effectu haec est materia conjecturalis, itaut si ex cir-
cumstantiis arbitrio judicis pensandis deprehendatur cessare 18
fraudem, valebit locatio, quamvis facta pendente prima lo-
catione, uti si fiat alteri conductori, eam valere volunt Vala-
sc. *de jur. emphyt. quaest.* 29. *n.* 15. et Molin. *de contract.*

disp. 467. *n.* 11. *ad med.* et idem esse si fiat eidem conductori pro decursa pensione censuit Valasc. ibidem, sed in hoc ab eo dissentit Molin. *dicto loco*, et utraque opinio potest salvari ex aliis circumstantiis, et conjecturis, prout si non solum fuisset aucta pensio, sed etiam essent in locatione comprehensa alia bona valere tenuit, licet sub dubius Genuen. *in practicab. eccl. q.* 469. *n.* 2. *et seq.* et sequitur Donat. *de regul. tom.* 1. *tract.* 14. *q.* 41. *n.* 8.

Et ex his etiam convincitur non esse simpliciter veram opinionem illam, quod non possit fieri locatio nova rei ecclesiasticae, durante adhuc prima locatione, ut sensit Reboff. *in tract. var. in compend. alien. rei eccles. num.* 18. *et* 19. *et in l. Verotius col.* 3. *ff. de verb. sign.* Caroc. *de locat. tit. de reb. eccles. concl.* 26. sed substineri posse cum modificatione, quatenus fiat valde ante finem, vel aliunde deprehendatur fraus juxta proxime dicta.

19 Si autem fiat locatio ad triennium cum pacto expresso eam renovandi, seu quod absolute eo finito censeri debeat renovata, clara res erit hanc locationem esse contra dispositionem extrav. ambitiosae cum necessario importet eam durare debere ultra triennium, ex quo convincitur mentionem triennii factam esse in fraudem extrav. Bald. *cons.* 392. *vers. nec etiam post lib.* 5. Covar. *variar. res. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 4. *vers. contrarium probatur* Gratian. *discept.* 715. *n.* 16. Altogr. *cons.* 28. *num.* 41. *et seq. lib.* 1. *decis.* 474. *in* 2. *n.* 9 *part.* 13. *recent.*

Caeterum, quia istae quaestiones pendere possunt ab eis, an locatio ad plura triennia sit unica, vel sint plures locationes, videri poterunt tradita *in cap.* 25.

20 Dubitari tamen etiam potest, an sicut prohibita est locatio ultra triennium, ita etiam prohibitum sit dare mandatum ad locandum, quod duret ultra triennium, et affirmativam tenuit Dec. *cons.* 282. eumque sequuti sunt Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. *vers. quarto eadem* Donat. *de re-*

21 *gular. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 39. *num.* 4. et alii, sed contrarium videtur verius, quia prohibitio loquitur de locatione, et qui dat mandatum ad locandum non locat, et sic non contravenit prohibitioni, prout tenet Molin. *de contr. disp.* 466. *ad fin.* ubi etiam considerat inconvenienss resultans ex contraria opinione, quod beneficiatus, abiens in longinquas regiones diu moraturus, non possit dare mandatum ad locandum duraturum pro toto tempore, quo abest, et sequitur Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 72. ubi asserit pro ista opinione esse praxim universalem, et consuetudinem receptam.

22 Aliqui etiam dubitarunt. An locatio ad vitam dici possit ultra triennium, et ratio dubitandi fuit, quia vitae tempus est omnino incertum, et ideo non potest affirmari, locationem duraturam esse ultra triennium, unde decimas ipsas ecclesiasticas posse locari ad vitam, dicit Gloss. *in cap. quamvis* 17. *In ver. convenit ad med. vers. fructus vero de decim.* quam glos. a nemine morderi dicit, ibi Abb. *num.* 4. et sequuntur alii congesti per Caroc. *de locat. tit. de decim. num.* 12. Gratian. *discept.* 238. num. 24. Iotrigliol. *de feud. quaest.* 44. *num.* 13. Monet. *de decim. cap.* 5. *num.* 65.

23 Verum contraria opinio, quod non valeat dicta locatio absque beneplacito, videtur tenenda ex plene congestis in his terminis per Caroc. *de locat. tit. de reb. eccles.* num. 16. et quia verius est talem locationem dici ad longum tempus, et alienationem, ut ostendi supra *cap.* 4. *an locatio sit alienatio num.* 24. et addo, quod locatio rei ecclesiae ad vitam est specialiter prohibita *Clem.* 1. *in princip. de reb. eccles. non alienan.* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *titul.* 5. *n.* 40.

De casibus, in quibus a jure permittitur locatio rerum ecclesiae ad longum tempus.

SUMMARIUM.

1. Ecclesiarum bona locari possunt sine beneplacito in casibus a jure permissis.
2. Text. in cap. terrulas 12. quaest. 2. declaratur.
3. Ecclesiarum bona exigua locantur ad longum tempus sine beneplacito.
4. Amplia etiam stante juramento de non alienando res ecclesiae.
5. Ecclesiarum bona, ut alienari possint ex dispositione d. cap. terrulas, quae requirantur.
6. Pars exigua magni praedii non potest alienari sine beneplacito.
7. Exigua res, quae dicatur, et num. 8.
9. Ecclesiarum bona exigua licet alienari possint sine beneplacito apostolico, tamen requiritur licentia episcopi.
10. Episcopi licentia in alienatione rerum exiguarum, quando requiratur ut impetrari possit.
11. Bona exigua ecclesiae, ut alienentur, an licentiam concedere valeant praelati inferiores episcopo, et quid in vicario.
12. Ecclesiarum terrae, ad culturam redactae possunt locari in perpetuum absque beneplacito.
13. Text. in cap. ad aures de reb. eccles. alien. vel non declaratur.
14. Meliorantes bona non debent eis privari.
15. Bona ecclesiae inculta possunt locari sine beneplacito ad longum tempus, tam ante, quam meliorentur, quam post.
16. Et post meliorationem debent melioranti relocari etiam si alius tantum plus offerat.
17. Incultae rei concessio reputatur perpetua non ellentis verbis.
18. Et transit ad quoscumque.
19. Declara tamen procedere si verba non sunt clara in contrarium.
20. Ecclesiae domus ruinosa potest locari sine beneplacito.
21. Bonorum ecclesiae locatio, ut contineatur ex dispositione cap. ad aures de reb. eccles. alien. vel non, quae requirantur.
22. Ecclesiarum bona quae ab ecclesia non possidentur, nec recuperari possunt locari valent ad longum tempus absque beneplacito.
23. Text. in cap. 2. de feud. declaratur.
24. Text. in cap. non liceat Papae 12. quaest. 2. declaratur.
25. Domus ecclesiae non reddentes fructum, sed requirentes impensam alienari possunt sine beneplacito.
26. Lim. si restaurari possunt cum redditibus ecclesiae.
27. Ecclesiarum bona alienari possunt sine beneplacito in casu necessitatis dilationem, non patientis.
28. Et quae necessitas requiratur, et num. 29.
30. Debet tamen beneplacitum impetrari postea.

CAPUT XIV. §. III.

Postquam firmatum fuit extravagantem esse usu receptam, et servandam, ac visum, quando dicatur facta locatio ultra triennium, itaut intret prohibitio in ea contenta, prosequendo ejusdem extravagantis tenorem, videndum est de limitationibus prohibitionis praefatae in ipsa expressis, quarum 1
prima generalis est in casibus a jure permissis, ibi. *Praeterquam in casibus a jure permissis*, itaut in eis possit fieri locatio ultra triennium absque beneplacito, ut tradit Fachin. *contr.* 98. *ad med. lib.* 10. et licet contrarium servari in regno, et urbe, et esse verum intellectum *dict. extrav.* quod hodie etiam in casibus a jure permissis, non possint alienari res ecclesiae inconsulto Rom. Pontifice, dicat Genuen. *in praxi archiep. cap.* 61. *num.* 2. tamen verba praedicta aperte sonant in limitationem, et ita communiter intelliguntur, ut patebit ex infra citandis.

Casus autem unus, in quo a jure permittitur rei ecclesiae 2
alienatio, et proinde comprehensus in dicta exceptione est si agatur de aliqua re exigua *text. est in can. terrulas* 12. 3
quaest. 2. quem procedere etiam in locatione, notat post alios, ibi, Augustin. Barbos. *num.* 2. et Ricc. *resolut.* 98. *num.* 5. *part.* 1. Donat. *de regul. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 36. *num.* 4. et non esse correctum per d. extravag. neque per Concil. Trident. tradunt Quarant. *in summa bullar. verbo alienatio rerum eccles. num.* 41. ubi, et quod ita censuit sac. congregatio Concil. Piasecch. *in praxi episcop. part.* 2. *cap.* 5. num. 33. *vers. ultra praedictos* Barbos. *in dicto can. terrulas num.* 1. ubi alios refert, et ita practicari, ut non requiratur beneplacitum testatur post alios Corrad. *in praxi dispensat. lib.* 9. *c.* 4. *n.* 45. *vers. et juxta supradictam*, et si praelatus jurasset non alienare res ecclesiae, 4
prout consuetum est in susceptione quarumdam praelaturarum, de quo juramento latius dicam infra, §. *ult. hujus cap.* adhuc tale juramentum non impediret hanc alienationem rei exiguae per dictum *can. terrulas permissam*, Abb. *in cap. at super n.* 15. *de reb. eccles. alien.* Quarant. *in sum. Bullar. d. ver. alienatio rer. eccles. n.* 41. *vers. et juramentum*, Bonacc. *de contract. quaest.* 8. *punct.* 4. *n.* 7. *vers. respondeo episcopum.*

Verum plura requiruntur copulative, ad hoc, ut habeat lo- 5
cum dispositio *d. cap. terrulas* videlicet primo, quod res sit exigua, secundo quod sit inutilis, et tertio, quod adsit necessitas Quarant. *d. ver. alienatio rei ecclesiae, n.* 41. Piasecc. in *praxi episc. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 33. *vers. ultra praedictos*, Ugolin. *de potest. episcop. cap.* 14. §. 7. *n.* 4. Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 43. *ad fin.* Rota, quae ultra praedicta tria addit, et quartum, quod res sit longe distans *in decis.* 624. *n.* 11. *in fin. par.* 1. *recent.* et qui- 6
dem si ageretur de alienanda parte quamvis modica magni praedii non valeret fieri, quia alias possent ita paulatim alienari omnia bona ecclesiae quod non est dicendum, ut post Genuen. *in praxi archiep. cap.* 50. *n.* 3. tradit Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *c.* 4. *n.* 45. *vers. nec tamen*, Donat. *de regular. tom.* 1. *tract.* 14. *n.* 3. *vers. sed nota diligenter.*

Quae dicantur terrulae, et res exiguae dissident opiniones, 7

et glos. *in eodem can. terrulas ver. exiguas*, dicit quod forte ille text. exiguas vocat, non valentes ultra viginti solidos, eamque refert, et sequitur Archid. *in can. si quos eodem* 12. *quaest.* 2. alii censent extendi posse significationem ad res valoris scutorum centum, vel reddentes quinque annua Zerol. *in praxi in verb. alienatio rerum ecclesiae, vers. ad sextum*, ubi quod ita audivit practicari, sed attenditur consuetudo, et ideo statur decretis synodorum provincialium, quatenus definiant hanc controversiam Leo Thesaor. *for. eccles. part.* 1. *cap.* 15. *n.* 7. et cessantibus decretis praedictis, vel consuetudine remittitur arbitrio boni viri, ut inspecta qualitate, et divitiis ecclesiae, nec non temporis, et locorum, an res dicatur exigua, vel non ad hunc effectum judicet Pasecc. *in praxi episc. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 33. *vers. quae autem*, Zerol. ubi supr. quarant. *in summ. bullar. ver. alienatio rer. ecclesiae.* n. 41. *vers. quaenam dicatur*, et hanc esse probabiliorem opinionem asserit Barbos. *in d. can. terrulas*, *n.* 3.

8 Verum hodie habemus declarationem Sacr. Congreg. episc. et regular. *d. can. terrulas*, intelligi debere de valore viginti quinque ducatorum auri de camera, qui constituunt summam triginta septem scutorum monetae, de qua testatur Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 45. *vers. advertendum est*, Gavant. *in summ. ver. alienatio rer. eccles. n.* 24. quidquid de tali declaratione dubitet Donat. *de regular. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 37. *n.* 6. qua stante, vel tollitur totaliter dictum arbitrium, vel saltem restringitur, ut ultra dictam summam non tuto extendatur os traditis per eumdem Corradum ibidem.

9 Non omittendum tamen animadvertere, quod, licet in terminis *d. c. terrulas*, non sit necessarium beneplacitum apostolicum, est necessaria licentia episcopi *Mar. Antonin. var. lib.* 1. *resol.* 25. *n.* 13. et eo relato Corrad. *dict. cap.* 4. n. 46. ubi ponit etiam praxim impetrandi hanc licentiam.

10 At non propterea necessario requiritur causae cognitio, nec partis citatio, aut judicis pro tribunali sedendi decretum, aut alia judicialis solemnitas. sed sufficit cognitio causae extrajudicialis, quae magis proprie rei discussio, tractatus, sive consultatio Redoan. *de reb. eccles. non alien. quaest.* 23. *n.* 50. Corrad. *d. cap.* 4. *n.* 46. *ad fin.* Donat. *de regul. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 36. *n.* 7. et generaliter, quod in alienatione rerum ecclesiae, jura non requirant decretum, ut in alienatione rerum minoris, sed solum auctoritatem superioris docet Innocent. *in cap. dudum n.* 2. *ad med. de reb. eccles. alienan.* vel non quam non debet ad libitum praestare, seu se conniventer in concessione licentiae habere sed consulere conscientiae suae et animadvertere diligenter, quod interveniant copulative illa tria de quibus supra *n.* 5. ut monet Donat. *d. quaest.* 36. *n.* 7.

11 Et poterit dicta licentia etiam concedi per alios praelatos non episcopos, dummodo episcopo non sint subjecti Molin. *de contract. quaest.* 468. n. 9. et per vicarium capitularem sede episcopali vacante, ut per Corrad. *d. loco.* At non per vicarium generalem episcopi absque speciali mandato, quod requiri in autoranda alienatione adductis Rotae decis. tradit, Adden. ad Buratt. *decis.* 938. *num.* 12. et sequitur Corrad. ibidem.

12 Alius casus, in quo pariter de jure permittitur locatio ad longum tempus, est si agatur de terris, quae de silvis extirpatae sint arabiles factae, possunt enim haereditario jure concedi tenendae sub annuo censu eis, a quibus suo, vel parentum suorum labore constiterit extirpatas fuisse, ut est
13 text. *in cap. ad aures* 7. *de reb. eccles. alien.* vel non limitando tamen si forte tunc aliis possint ad majorem ecclesiae utilitatem cum eodem labore, et onere conferri, ut expresse habetur *in* eodem text. et quod ubi res sunt inutiles ecclesiae, et infructuosae non intret in earum locatione dispositio extrav. ambitiosae Rot. coram eminentissimo Otthobono *decis.* 247. n. 1.

14 Ratio autem est evidens, quia nempe aequitas non patitur, ut quis spolietur bonis illis, quae utilia suo labore effecit, adeo ut etiamsi concessio ei facta ab initio esset nulla iterum facienda esset, ut dixit Rota coram eminentissimo Card. Otthobono *decis.* 210. *n.* 13. et est etiam de jure civili per text. et per ea, quae ibi notat Bart. *in l. quicumque c. de omni agr. desert. lib.* 11. Castr. *cons.* 189. *n.* 2. *vers. quarto facit contra lib.* 2. Mantic. *decis.* 17. *n.* 4.

15 Et probat text. praedictus non solum posse concedi ab initio sine solemnitatibus res infructuosa, ut melioretur, et utilis reddatur, sed etiam, quod postquam est utilis reddita possit eidem, qui melioravit, vel descendentibus ipsius denuo finita prima concessione reconcedi, et in utrumque sensum accipitur a doctoribus, quod patet ex praedictis *decis.* 210. *et* 247. cum ibi allegatis coram eminentissimo Otthobono, primum enim sensum, quod possint concedi sine solemnitatibus res infructuosae, firmat utraque *decisio in princip.* et secundum, quod possit reconcedi rei meliorata, firmat utraque in fine.

Et in primo sensu debet intelligi dicta limitatio, quae ha- 16
betur in textu, ut non valeat locatio rei sterilis ad meliorandum si poterat alteri ad majorem ecclesiae utilitatem, cum eodem labore, et onere concedi, ut videlicet procedat, in prima concessione antequam meliorata sit res; nam si agatur de relocatione, postquam res fuit meliorata, ea facienda est melioranti, aut ejus successoribus pro eodem pretio; etiam si alii meliorem conditionem offerant Castren. *cons.* 142. *n.* 1. *vers. adhuc et* 2. *lib.* 2. Becc. *cons.* 3. *n.* 33. Bertaz. *cons. civ.* 85. *n.* 29. Gratian. *discept.* 813. *n.* 38.

Hinc est, quod ubicumque concessa est res inculta, et ste- 17
rilis, seu ruinosa ad meliorandum, et subsecuta est melioratio, concessio reputatur perpetua, et ad quoscumque transitoria sui natura, non attentis verbis investiturae secundum Berov. *cons.* 98. n. 12. *et seq lib.* 1. etiam extraneos Becc. *cons.* 3. n. 29. Peregrin. *cons.* 8. *n.* 18. *lib.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 24. *num.* 16. *et decis.* 17. *num.* 3. *et* 5. itaut meliorans, et ad culturam redigens, efficiatur colonus perpetuus Becc. *d. cons.* 3. *n.* 30. *et seq.* Peregr. *cons.* 8. *n.* 18. *lib.* 3. Mantic. *decis.* 17. *n.* 3.

Et licet text. loquatur tantum de descendentibus ibi a 18
quibus suo, vel parentum suorum labore constitit. extirpatas, itaut non videatur posse ejus dispositionem suffragari extraneis, tamen contrarium sentiunt praecitati, et satis esse probare successionem melioranti etiam titulo particulari admisit Honded. *cons.* 85. n. 41. *lib.* 1. vel saltem esse haeredem, nam aliis non suffragari dictum text. *in cap ad aures sentit.* Bursat. *cons.* 330. *n.* 138. *vers. semptim. conceduntur* erit autem omnino probanda dicta successio, et non solum ad effectum retinendi rem, ut loquuntur Bursat. et Honded. sed etiam ad effectum recuperandi valorem melioramentorum, ut tradunt Castren. *cons.* 270. *n.* 4. *lib.* 2. et Menoch. *recuper. remed.* 15. *n.* 567.

At praedicta quod concessio reputetur perpetua, quate- 19
nus fuerit facta de re sterili, et transeat ad quoscumque, procedit in dubio, secus autem, si conventio esset clara, in contrarium, quod videlicet, res deberet meliorari, et finita linea reverti ad ecclesiam, quia tunc a tali conventione non esset recedendum Castren. *cons.* 189. *prope fin. vers. quartum etiam fundamentum part.* 2. Rot. *decis.* 483. *n.* 30. coram Bichio *et decis.* 115. *n.* 10 *et* 11. *part.* 12. *recent.* non enim est dubium posse renunciari dicto juri, et sufficere renunciationem generalem, videlicet legibus, et constitutionibus factis, et faciendis Rot. *decis.* 664. *n.* 3. *part.* 1. *divers.* ubi alia etiam singulariter ponderantur ad convincendam renunciationem, quae ibi videri poterunt.

Licet autem text. praedictus loquatur de terris, quae de 20
silvis extirpatae, et arabiles factae sunt, tamen ex identitate rationis idem procederet in similibus ut de domo ruinosa, restituta Gabr. *cons.* 76. *n.* 10. *et n.* 14. *et seqq. lib.* 2. Altograd. *cons.* 22. *n.* 7. *versic. secundo qualitas*, *lib.* 1.

Erit tamen necessarium probare ad sustinendam locatio- 21
nem, seu coloniam uti perpetuam, et multo magis ad obtinendam, vel sostinendam renovationem locationis ex hoc capite, statum antiquum rei ante locationem, ut tradit Honded. *cons.* 85. *num.* 40. *lib.* 1. et dixit Rota *in una romana relocationis casalis* 16. *martii* 1615. *coram Sacrato, quae est decis.* 4. *post Fenzon. ad statut. urb.* quodque tunc res esset omnino inculta, aut alias inutilis Honded. *cons.* 85. *num.* 42. *lib.* 1. Giovagn. *cons.* 37. *num.* 15. *lib.* 2. Capic. *decis.* 105. *in fin.* Rot. *decis.* 14. *n.* 3. *ad med. par.* 3. *recent.* itaut si aderant prata, vel etiam silvae caeduae, aut alias fructuum reddentes, *non* applicetur dispositio *d. c. ad aures* cum aliis supradictis, ut probat Bursat *cons.* 330. *num.* 115. et idem si aderant de tempore concessionis aedificia Capic. *dicta decis.* 105. *in fin.* et quod probandum sit praedium fuisse redactum ad culturam totum, alias enim si pro parte tantum ad eam redactum esset, posset totaliter a colono auferri Bursatt. *d. cons.* 330. *num.* 130. et probandam meliorationem respectu rei respectu fructuum, respectu temporis, et respectu impensae, tradit singulas has meliorationes declarando, Giovagn. *d. cons.* 37. *n.* 15. *vers. opor-*

tet autem lib. e. Recordari tamen semper debemus, quod ratio dispositionis *d. c. ad aures*, est aequitas, quae militat pro eo, qui melioravit, ut a re meliorata, non expellatur, ut dictum est supra, et ideo, non obstante, quod res aliquem fructum redderet antecedenter, posset adhuc quandoque attenta qualitate meliorationis, eadem aequitas militare, et per consequens etiam eadem dispositio, ut firmavit Rota *decis.* 664. *num.* 1. et 3. *part.* 1. *divers.* licet octo requisita copulativa necessaria ad sustinendam dictam locationem, seu coloniam perpetuam enumeret Bursatt. *dicto cons.* 330. *num.* 136. *et seqq.* ad quem me remitto exemplo Honded. *cons* 85. *num.* 43. *lib.* 1.

Alius casus permissae alienationis, de jure est de rebus,
22 quas ecclesia non possidet, et recuperare non valet, potest enim tunc eas locare alteri, qui recuperet, et ab ecclesia recognoscat, et valebit locatio etiam ad longum tempus absque beneplacito per text. *in cap.* 2. *de feud.*

23 Limitatur tamen singulariter dispositio dicti text. ut procedat tantum in bonis, quae solita sunt ab antiquo in feudum, vel emphyteusim dari ab ecclesia, et propter laicorum potentiam difficillime recuperari possunt, non autem in alia de causa, seu alio modo a laicis occupatis per Rot. *decis.* 631. *num.* 5. *part* 2. *recent.* verum allegat tantum Abbatem *in d. cap.* 2. qui *num.* 5. dicit, quod ille text. inducitur ad quaestionem numquid de rebus non feudalibus sic invasis ab aliquo, ut per praelatum recuperari non possint, ecclesia possit concedere feudum, maxime si juravit non alienare, et refert, quod Joannes Andreas consuluit, quod non, nam si diceretur oppositum facile posset committi fraus, quia praelatus volens consanguineo, vel amico rem in feudum concedere permitteret rem illam invadi ab aliquo potente, ut sic postea occasione sumpta posset infeudare, ut illam recuperet, et fraudibus via aperienda non est, unde concludit dispositionem illius c. procedere in feudalibus tantum, defendi propterea posset, quod ubicumque prorsus cessaret suspicio fraudis, etiam si res non esset solite concedi in feudum ab antiquo, adhuc, si non posset aliter recuperari, valeret locatio facta alteri recuperare valenti, et volenti, quia cessaret ratio abbatis, et militaret ratio textus. Verum tamen est, quod extra casum praecisum textus nempe feudi, omnino necessarium videtur ad sustinendam ex hoc capite locationem ad longum tempus, quod constet alio modo non potuisse per ecclesiam recuperari res, quodque constet aliter, quam per partium assertionem, ex plene congestis per Rot. *decis.* 336. *num.* 22. *part.* 10. *recent.* Nec sufficeret constare de potentia retinentis rem, *ut in decis.* 596. *n.* 3. *part.* 4. *divers. et in d. decis.* 336. *num.* 23.

24 Sunt, qui adducunt alium casum alienationis permissae e jure, quem dicunt esse in domibus per text. *in cap.* 20. *non liceat Papae* 12. *quaest.* 2. ubi Simmacus Papa statuit non licere etiam Papae alienare bona ecclesiae, nisi tantummodo domos, *et in cap.* 51. *sine exceptione eadem cap.* 12. *qu.* 2. ubi eadem facultas domos Urbium, et Castrorum alienandi extenditur ad quoscumque rectores ecclesiarum. Unde infertur, et hunc casum comprehendi in praedicta exceptione generali, quae habetur in extrav. casuum a jure permissorum, ut post alios firmavit Camill. Borell. *contr.* 91. *num.* 5. et eo relato Fachin. *contr.* 98. *vers. hic accedit lib.* 10. Sim. de Praet. *cons.* 109. *num.* 18.

25 Verum animadvertendum, quod text. *in d. can. non liceat Papae* loquitur de domibus, quae non solum fructus aliquos non reddunt, sed ulterius requirunt impensam non modicam, ut sustententur, itaut plus incommodi, quam utilitatis afferant, prout etiam expresse declarat, et de eis tantum loquitur alius textus in *dict. can. sine exceptione*, Bened. Canophil. in *repetit. d. extrav. ambitiosae de reb. eccles. non alien. n.* 45. et ideo non admittenda alienatio ex dispositione eorum jurium nisi docto, quod vere domus plus damni, quam utilitatis afferret, qualitas enim per constitutionem requisita debet ab eo, qui vult constitutione, uti probari Soccin. Jun. *cons.* 4. *n.* 30. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 712. *n.* 18. Mantic. *decis.* 258. *n.* 6. *in recent. decis.* 402. *n.* 4. *ad fin. part.* 2. alias regula est in contrarium, quod videlicet domus tamquam res ecclesiae non valeat alienari, nec ultra triennium locari sine beneplacito apostolico, et ita ser-
26 vatur, ut videre est signanter penes Doran. *decis.* 250. Imo, nec sufficeret domum actualiter, et inspecto tempore illo potius afferre damnum, quam utilitatem puta, quia esset ruinosa, ut requireret aliquam impensam pro restauratione, quia si potest fieri talis impensa, de redditibus ecclesiae est faciende, se proinde tunc non praebet justam causam alienandi, ut dicit Seraph. *decis.* 1490. *n.* 9. ubi testatur pluries fuisse decisum, et signanter in una placentina bonorum de Puteobonellis, quae est penes eumdem *decis.* 809. in qua *n.* 8. habetur, quod non potest abbas praetendere fructus abbatiae pro se retinere, quia quando videt necessitatem bonorum ecclesiae, debet eis cum fructibus occurrere, non autem alienare. Unde etiam hoc casu domus afferentibus plus incommodi, quam utilitatis non posse fieri locationem ultra triennium nisi concurrant requisita relata *sup. n.* 5. videlicet, quod domus sit parva, et inutilis et adsit necessitas, tradit Quaranot. *in summ. bullar. in ver. alienatio rerum ecclesiae n.* 37. et quod licet sit opinio sustentabilis in jure locationem praedictam sustineri sine beneplacito, tamen non sit in praxi recepta in regno, tradit Sanfelic. *decis.* 309. *n.* 6.

Alius pariter addi potest casus, in quo permittitur alienatio 27
absque beneplacito apostolico et est necessitas ecclesiae, vel ejus personarum adeo urgens, et dilationem non patiens, ut non permittat, Papam adiri pro assensu adhibendo absque magno periculo in mora existente *cap. aurum, et cap. gloria episcopi* 12. *quaest.* 2. Abb. *in cap. fin. n.* 8. *de eccles. aedif.* Rebuff. *in compen. alien. rer. eccles. n.* 35. Bonaccina *de contract. disput* 3. *quaest.* 8. *punct.* 4. *n.* 5. *vers. prima est* Donat. *de regular. tract.* 14. *quaest.* 21. *tom.* 1.

Requiritur tamen ad hunc effectum necessitas omnino 28
praecisa, et extrema, in qua nullo modo possit adiri summus Pontifex Redoan. *de reb. eccles. non alienan. qu.* 19. *n.* 58. *et* 60. *et quaest.* 51. *cap.* 22. *n.* 20. *et* 32. Ugolin. *de offic. episc. cap.* 14. ʓ. 7. *n.* 5. *vers.* 3. *part.* 1. Ciarlin. *controv.* 105. *n.* 56.

Et ad sustinendum contractum ex hoc capite requiritur 29
etiam, quod talis necessitas sit clara, et manifesta, et nulla possit tergiversatione celari Riminald. Jun. *cons.* 348. n. 40. *et seq.* Gioragnon. *cons.* 22. *n.* 14. *lib.* 2. Ciarlin. *dicta contr.* 105. *n.* 54. nec ullo modo sufficeret ad ejus justificationem assertio contrahentium in instrumento, quia eis non statur, cum non debeant prohibiti contractum facere, posse facere assertionem, per quam contractus sustineatur *l. si forte*, et ibi Bart. *ff. de Castren. pecul.* Ferret. *cons.* 248. *n.* 10. *et* 11. Peregrin. *cons.* 6. *n.* 16. *vers. et in confessione, lib.* 3. Redoan. *de reb. eccles. non alienan. quaest.*
23. *n.* 38. *ubi de commun.* sed maxime notandum in propo- 30
sito est, quod valet quidem in tali necessitate fieri alienatio absque beneplacito, sed non propterea omittendum est postea, quando commode fieri potest beneplacitum ipsum, et comprobationem alienationis ex dicta causa factae impetrare, et si non impetretur alienatio corruit Bald. *in cap.* 1. *n.* 13. *vers. ego puto, qui feud. dar. poss.* Redoan. *de reb. eccles. non alian. quaest.* 19. *n.* 128. Ugolin. *de offic. episc. cap.* 14. ʓ. 7. *n.* 5. *ver. tertio ad fin.* Ciarlin. *controv.* 105. *n.* 68. ubi addit id etiam rationi congruere, ut superior possit examinare an vera fuerit necessitas, vel ficta, et ut ita obvietur fraudibus.

De rebus, ac bonis locari ad longum tempus ab antiquo solitis.

SUMMARIUM

1. Beneplacitum apostolicum non requiritur in locatione rei locari solitae.
2. Jura loquentia de emphyteusi, procedunt etiam de locatione ad longum tempus.
3. Locatio ad novennium facilius permittitur, quam locatio ad longum tempus.
4. Limitatio apposita in constitutione extrav. et a jure antiquo exorbitanti, debet late interpretari.
5. Solita locari dicitur res cum adest una locatio cum beneplacito, vel duae cum cursu quadraginta annorum.
6. Beneplacitum ad effectum praedictum debet esse expressum et praesumptum non sufficit.
7. Ampl. ut non sufficiat unicam concessionem fuisse confirmatam per sententiam.
8. Decl. non sufficere ad dictum effectum unicam locationem cum beneplacito, nisi locatio duraverit per quadraginta annos.
9. Duo locationes ad praedictum effectum debent esse distinctae, et de se stantes, nec sufficit, si est confirmatoria, vel renovatoria alterius.
10. Observantia, et solitum adhuc, ut non requiratur beneplacitum, debet probari in specie pacti controversi.
11. Et probari debet in specie rei de qua agitur.
12. Locatio, ut sustineatur ex solito, debet esse conformis solito.
13. Et si non sit conformis solito corruit in totum.
14. Decl. procedere si alteretur solitum in praejudicium ecclesiae secus si ad favorem.

Pacioni

15. Decl. secundo procedere si alteretur circa substantialia, contractus, secus si circa accidentalia.
16. Et quod si alteretur circa qualitatem personarum substineatur locatio.
17. Et si facta uno, postea fiat duobus, adhuc subsistetur.
18. Declara procedere si duobus simul, secus si duobus, vel aliis pluribus personis successive.
19. Solitum alteratum dicitur in praejudicium ecclesiae si prius concessio personae, et postea fiat communitati.
20. Item si fiat potentiori, et aliis modis, ut n. 21.
22. Solitum non sufficit ad sustinendam locationem bonorum ecclesiae sine beneplacito factam, nisi concurrat evidens utilitas de tempore novae locationis.
23. Utilitas ecclesiae, ut sustineatur locatio tamquam solita probari debet a conductore.
24 Et non sufficit quelibet utilitas, sed probanda est evidens.
25. Utilitas cessare dicitur si alteratur solitum in praejudicium ecclesiae.
26. Utilitas praesumitur si locatio facta est juxta solitum.
27. Decl. non procedere si constet adfuisse majorem oblationem.
28. Et sufficere, quod facta diligenti perquisitione major oblatio reperiri potuisset.
29. Non tamen sufficit major oblatio si sit excessiva, et plus justo.
30. Mercedis parvitas, si allegetur postquam locatio fuit legitime facta, non est locus rescimini, sed augenda est merces.
31. Locatio rei ecclesiae, ut sustineatur tamquam solita requiritur rem esse in eodem statu, in quo erat de tempore locationis praecedentis.
32. Item requiritur, ut adfacte amequam res incorporata fuerit mensae ecclesiae.
33. Incorporata esse bona mensae ecclesiae probatur ex declaratione praelati.
34 Et cessante declaratione statur conjecturis ejus voluntatis.
35. Et in dubio credendum noluisse incorporare.
36. Decl. non procedere si incorporatio sit evidenter utilis ecclesiae.
37. Voluntas metitur a potestate.
38. Incorporatio bonorum ecclesiae, seu ammensatio arguitur ex descriptione in catastro.
39. Incorporatio arguitur ex possessione diu retenta absque nova concessione, et quantum tempus requiratur.
40. Lim. si adfuit impedimentum, vel difficultas concedendi.

CAPUT XIV. §. IV.

Limitatur secundo, specialiter, et expresse dicta prohibitio
locationis ultra triennium ut non procedat in rebus, ac bonis
in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, ut habetur in
verbis ejusdem *extrav. ambitiosae de reb. eccles. non alie-*
1 *non.* ex quibus aperte resultat, ut res solita locari possit denuo eodem modo absque beneplacito apostolico relocari Clar.
in §. emphyteusis quaest. 6. num. 1. *vers. si vero res ecclesiae*, Duran. *decis.* 250. *num.* 17. et dixit Rota *in Romana*
Vineae 21. *febr.* 1650. *§. non obstat*, *quod coram Arguelles*, *quae est in ejus impress. dec.* 118. *n.* 2. etiamsi verba constitutionis in dicta limitatione loquantur de emphyteusi, quia locatio ad longum tempus aequiparatur emphyteusi, illique propterea competunt omnia, quae de emphy-
2 teusi in jure statuta sunt, ut dicit Molin. *de contract. disput.* 445. *num.* 6. et in locatione, quae regulariter non potest dici ad longum tempus puta, quae non excedat noven-
3 nium procedit argumentum a fortiori, quia si propter solitum ab antiquo permittitur emphyteusis, quae est alienatio, et transfert dominium utile, multo magis permittenda videtur locatio praedicta, per quam nec dominium transfertur, nec proprie loquendo alienatio facta dici valet ex supradictis in *cap.* 4. tale enim argumentum valet, et admitti debet juxta regulam, cui licet, quod est magis non debet, quod minus est non licere, maxime dum sumus in limitatione apposita
4 in constitutione extravaganti, et a jure communi antiquo exorbitanti, quae proinde debet lata interpretari, licet constitutio ipsa in principali dispositione, uti juri antiquo contraria, sit interpretanda stricte Cuman *cons.* 30. *num.* 4. *ante med. vers. tamen in exceptione*, Curt. Jun. *cons.* 7. *num.* 10. Laderch. *cons.* 66. *num.* 14. Duran. *decis.* 140. *num.* 2. et 8. *in recent. decis.* 167. *n.* 17. *part.* 6. *recent.* et in specie imo in fortiori, quod sustineatur etiam venditio ad vitam si adsit solitum Rota *dec.* 495. *n.* 9. *part.* 2. *recent*

5 Solita autem ad hunc effectum concedi dicitur res cum adest una concessio cum beneplacito apostolico, vel adsunt duae concessiones cum cursu quadraginta annorum Honded. *cons.* 31. *num.* 22. *lib.* 2. Ricc. *resol.* 101. *n.* 4. *part.* 1. Seraphin. *decis.* 434. *per tot.* Duran. *decis.* 250. *num.* 18. *Tiburtina locationis coram Millino impress.* per Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 106. *n.* 2. *decis.* 160. *n.* 5. *part.* 2. *divers. decis.* 36. *n.* 6. et 7. *part.* 7. *recent. Romana Vineae* 21. *februarii* 1650. *§. solitum autem coram Arguelles impress. ut supra.*

6 Verum si deducatur solitum ex unica concessione cum beneplacito, debet beneplacitum apparere, non enim sufficit beneplacitum ex lapsu temporis praesumptum ad hunc effectum, Seraph. *decis.* 434. *vers. non obstat*, et *decis.* 1490. *n.* 4. Duran. *decis.* 250. *n.* 21. *in recent. decis.* 36. *n.* 8. *part.* 7. et *in Eugubina bonorum emphyteuticorum* 7. *maii* 1638. *§. quia primo coram Coccino.* quae est inter ejus impressas *decis*, 2264. *n.* 40. *et in recent. decis.* 39. *n.* 44. *et* 45. *part.* 8.

Nec relevat, quod concessio fuerit confirmata per senten- 7
tiam judicis, si non apparet sententiam illam latam esse in
executionem beneplaciti apostolici, seu ut dicitur gratiae si in
evidentem ut declaravit Rota cor. Seraph. *dec.* 1490. *n.* 4.

Quia vero supra dictum est attendi solitum etiam in lo- 8
catione ad novennium, vel aliud tempus ultra triennium, animadvertendum erit, quod non eo ipso, quod pro una simili locatione obtentum fuerit beneplacitum dici poterit adesse solitum, licet enim maxime sit controversia inter DD. an res dicatur locari solita ex unica locatione, ut videre est penes Gabr. *tit. de locat. concl.* 1. et supradictum sit, quod ad hunc effectum sufficiat unica locatio cum beneplacito, tamen, quia in extravaganti dicitur, ac de rebus, ac bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, non sufficit simpliciter solitum, sed requiritur solitum ab antiquo, et ideo necesse est, quod post concessionem factam cum beneplacito transactum sit tempus quadraginta annorum cum observantia illius soliti locandi, quod praetenditur, alias si lapsi fuerint tantum novem anni, pro quibus illa unica locatio facta fuit, vel etiamsi emphyteusi concessa ad tertiam generationem, generatio ante quadragesimum annum a die concessionis expiraverit, vel aliter bona ad ecclesiam reversa sint, non poterit ex illa unica concessione cum beneplacito dici adesse solitum ab antiquo Gratian. *discept.* 379. *n.* 21. Gamma *decis.* 342. *n.* 4. Barbos. *de episc. alleg* 95. *n.* 36. *part.* 3.

Cessante vero beneplacito una locatio non sufficit sed re- 9
quiruntur duae cum dicta observantia quadraginta annorum ut supra dictum est, et de eis constare debet per instrumenta distincta, itaut non satis sit, quod in una enuncietur alia Rot. *decis.* 36. *n.* 9. *part.* 7. *recent.* et debent esse concessiones diversae, et de se stantes, ac successive non autem, quod una confirmet aliam, vel quod aliter sint ad favorem earumdem personarum, quia reputantur pro unica concessione, et non suffragantur ad hunc effectum, ut dixit Rota coram Seraph. *decis.* 1490. *n.* 6. et coram Durano *decis.* 250. *n.* 20. unde nec sufficit, quod adsit una concessio cum renovatione Coccin. *decis.* 2264. *n.* 43. *et* 44.

Et quatenus convertatur validitas alicujus pacti, puta pa- 10
cti, quod finita prima locatione concessio renovari debeat, tunc non satis esset observantia locationis in reliquo, sed probanda esset in specie pacti illius alias non relevaret, ut latissime fuit firmatum *in fora Sempronien. seu Eugubina bonorum emphyteuticorum* 7. *maii* 1638. *coram Coccino*, quae est inter ejus impressas *decis.* 2264. *n.* 19. *et in recent. decis.* 39. *n.* 22. *et seqq. part.* 8. debet enim observantia probari in individuo pacti, de quo agitur, nec sufficit probatio in genere ex deductis per Roland. *consil.* 80. *n.* 10. *lib.* 2. Surd. *cons.* 334. *n.* 26. Becc. *cons.* 96. *n.* 7. Rota coram Merlin. *decis.* 454. *n.* 16. *et* 17.

Prout etiam, et tanto minus valeret observantia, et soli- 11
tum si non probaretur in specie illius rei, de qua agitur, sed aliarum, ut dicit Benintend. *decis. Bononien.* 13. *n.* 8. *vers. et licet.*

Locatio vero, quae praetenditur sustineri ex solito clarum 12
est, quod adhuc, ut sustineatur debet esse conformis solito, alias si solitum alteretur contractus corruit Gratian. *discept.* 715. *n.* 16. Duran. *decis.* 250. *n.* 22. Merlin. *decis.* 756 *n.* 14. *in recent. decis.* 176. *n.* 42. *et* 43. *part.* 5. *et decis.* 36. *n.* 10. *et* 11. *part.* 7.

Et hoc est adeo verum, ut si alteretur solitum locatio cor- 13
ruat in totum. sive agatur de locatione ultra solitum facta, sive de emphyteusi, nam licet nonnulli velint in hoc differre hos contractus, ut locatio quidem si facta ultra solitum corruat in totum, secus autem emphyteusis, ut videre est penes Ricc. *resolut.* 104. *n.* 4. *part.* 1. Altograd. *cons.* 28. *n.* 24. *et seqq. per tot. lib.* 1. tamen contrarium magis placet ex deductis signanter per Ciarlin. *contr.* 105. *n.* 132. et late *seqq.* ubi *n.* 135. dicit distinctionem praedictam esse ridiculam, et in terminis emphyteusis, quod alterato solito corruat in totum, loquitur Rot. in *decis.* 176. *n.* 44. *part.* 6. *et in decis.* 39. *n.* 43. *et seqq. part.* 8. *recent.* et aliqui alii ex citat. infra.

14 Operatur tamen alteratio soliti corruere locationem factam, sine beneplacito, si pacta alterata sint in praejudicium ecclesiae, secus autem si ad ejus favorem, puta, si aucta sit pensio, vel quid simile, quia tunc dicitur eadem concessio non diversa Caldas. *de renovat. emphyt. lib.* 1. *quaest.* 4. *num.* 8. *vers. hoc tamen*, Rot. coram Bichio *decis.* 517. *n.* 11. *et seqq.*

15 Et ubi alteratio sit circa substantialia contractus non autem sit circa accidentalia tantum, ut declarant Dec. *in auth. qui rem n.* 22. *vers. et hoc intelligitur*, c. *de sacros. eccles.* Calder. *cons.* 11. *circa med. vers. ad hujus declarationem de feud.* Natt. *cons.* 467. *n.* 20. Rimin. Jun. *cons.* 32. *num.* 24. *et seqq.* et admittit Rota coram Bichio *decis.* 517. *num.* 10. nec recedit, licet, nec etiam firmet *in decis.* 39. *num.* 51. *et seqq part.* 8. *rec.* et quod saltem si alteretur forma substantialis corruat contractus dicit Alex. *cons.* 9. *num.* 2. *lib.* 3.

16 Unde non dicetur alteratum solidum si personae, quibus facta nova concessio non sunt eaedem, nec habent easdem qualitates, quas habebant illae, quibus facta fuit concessio prima, adeo quod si prima concessio erat facta masculis, poterit secunda fieri foeminis, et non dicetur alteratio, ut post Berov. *cons.* 98. *et* 99. *lib.* 1. declaravit Rota in civitatis Castelli bonorum emphyteuticorum cor. Platto impressa penes Giovagn. *respons.* 44. *n.* 121. *lib.* 2. ubi habetur, quod ita solet tenere Rota, et fuit etiam dictum in Bonien. bonorum emphyteuticorum 7. junii 1647. § *non obstat*, cor. Melzio.

17 Dubitabile tamen videbatur, an dici possit adesse alterationem ex eo, quod concessio alias facta uni pro se, et descendentibus usque in tertiam generationem, postea finita generatione sit renovata duobus, puta duobus fratribus, vel duabus sororibus, et pro alteratione praejudiciali ecclesiae faciebat, quod ab uno potest facilius reverti res ad ecclesiam ipsam, sed nullum videtur saltem considerabile damnum adesse, eo quia natura emphyteusi sit, ut possit ad plures descendentes pervenire, ac proinde multo faciliusconcedendum, quod possit duobus ab initio concedi, eo quia inter plures descendentes investitii est locus juri accrescendi, itaut per mortem unius ejus portio non revertatur ad ecclesiam, quod secus est in duobus ab initio investitis, nam mortuo uno ex investitis, vel finita ejus linea portio ipsius revertitur ad ecclesiam, ut per Clar. *in* § *emphyteusis quaest.* 39. *et dicam infra in cap.* 26. ideo, si concessa re duobus non est, adeo facilis reversio totius rei ad ecclesiam, ac quando concessa est uni tantum, tamen facilior est reversio partis, et ita in specie, quod in tali renovatione duabus sororibus facta non adsit considerabile damnum ecclesiae, respondit Rot. in praedicta civitatis Castelli bonorum emphyteuticorum coram Platto *impress. post dictam resp.* 44. Giovagn. *num.* 122. *lib.* 2. et late etiam coram Coccino *decis.* 1264. *n.* 12. *et seq.*

18 Contrarium tamen esset dicendum si addita persona, quae necessario proroget tempus videlicet, quae faciat ulteriorem generationem, uti si prima concessio erat pro se filiis, et nepotibus, et facta sit nova concessio pro se filiis nepotibus, et pronepotibus, hoc enim casu evidens est praejudicium ecclesiae, et alteratio dicitur circa substantialia, non autem circa accidentalia tantum, ut per Rota *decis.* 39. *num.* 53. *et seqq part.* 8. *recent.* et quod si concessio erat ad tertiam generationem, et postea fiat ad quartam dicatur alteratio relevans, docuit etiam Bart. *in auth. qui rem num.* 7. et ibidem etiam Cagnol. *num.* 59. c. *de sacros. eccles.* et Bald. *in auth. si quas ruinas sub n.* 2. *c. eodem*, et idem esse, si prima concessio fuisset pro descendentibus per lineam masculinam, et renovatio esset pro descendentibus per lineam masculinam, et foemininam, ultra Bart. et Cagnol. ibidem tradit etiam Mant. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 22. *n.* 26. et Rot. *decis.* 36. *n.* 10. *et* 11. *part.* 7. *rec.*

Quod tamen intellige nisi illi personae adjectae facta esset locatio pro certo tempore separato, puta post mortem aliorum, et ex conjecturis appareret partes habuisse concessionem ei factam pro locatione separata juxta tradenda infra *cap.* 25. *an locatio sit una, vel plures*, aut etiam appareret partes consensisse etiam in locatione ad limites soliti pro illis personis, videlicet solitis tantum, quia tunc respectu earum sustineretur et adjectio alterius ultra solitas vitiaretur non autem vitiaret juxta tradita *infra hoc tit.* § 7. ad quae loca me remitto ad effugiendam repetitionem.

Et idem etiam dico de alia quaestione, quae hic quoque cadere posset, si cum rebus solitis locetur etiam alia res, quae non sit solita locari ultra triennium, an videlicet corruat locatio in totum, vel sustineatur quoad res solitas, resolvitur enim pariter ex traditis *in* eisdem locis praedictis, ad quae me remitto.

Alteratum etiam dicetur solitum in praejudicium ecclesiae 19
si solita concedi privatis concedatur communitati, ex quo a
communiter accidentibus non ita de facili revertitur res ad
ipsam ecclesiam, ut tradit Alex. *cons.* 9. *n.* 5. *lib.* 3. dici-
tur enim communitas manus mortua. et ubi res non est so-
lita locari manui mortuae, dicitur alteratum solitum, si ma-
nui mortuae concedatur, et non valet concessio sine bene-
placito Rot. coram Bichio *decis.* 483. *num.* 50. *et* 51. *et de-*
cis. 517. *n.* 26. et idem est eo ipso, quod conceditur poten- 20
tiori, ozio dicitur alteratum solitum Ursill. ad Afflict. *de-*
cis. 305. *n.* 8.

Prout etiam dici alteratum solitum, si concessio erat in emphyteusim, et fiat in feudum tradit Alex. *cons.* 9. *n.* 2. *et seqq. lib.* 3. et si erat ad generationes, et fiat in perpetuum Ursill. ad Afflict. *decis.* 305. *n.* 9. *vers. item, et secundo*, et si erat ad generationem, et fiat ad nominationem Seraphin. *decis.* 1490. *n.* 7. Durao. *decis.* 250. *n.* 23. 21

Animadvertendum autem omnino est, non sufficere solitum, nisi etiam concurrat tempore novae locationis faciendae evidens ecclesiae utilitas, ut habetur expresse in ipsamet extravag. ibi, et tunc in ecclesiae evidenti utilitate, et tradunt Hond. *cons.* 51. *ad fin. lib.* 1. *et cons.* 31. *n.* 26. *et seqq. lib.* 2. Gratian. *discept.* 379. *n.* 22. *et discept.* 813 *n.* 39. *et* 40. Rota coram Caes. de Grass. *decis.* 4. *de reb. eccles. non alien. n.* 1. *et per tot.* et coram Merlino *decis.* 756. *n.* 14. 22

Et facta nova locatione, si ecclesia eam impugnet non habet necesse probare, quod non adfuerit utilitas, sed conductori probandum, quod ad fuerit, quia ecclesia habet pro se regulam, et sic intentionem fundatam in ea, quod bona ecclesiae non possint locari ultra triennium, et si conductor praetendit esse in casu limitationis, quae apponitur in extravag. ambitiosae in casu soliti, quia talis limitatio est expresse qualificata, quatenus de eo tempore concurrat evidens utilitas, necesse est ei probare hanc qualitatem, quod videlicet adesset talis utilitas, ut bene firmavit Rota *decis.* 582. *in princip. et n.* 1. *et decis.* 606. *n.* 1. *part.* 1. *divers. et decis.* 36. *n.* 13. *part.* 7. *recent.* et penes Seraph. *decis.* 413. *n.* 2. 23

Et non sufficit quaelibet utilitas, sed debet esse evidens, ut dicit constitutio, et sic dilucida, et clara Hond. *cons.* 31. *n.* 20. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 508. *n.* 12. Rot. *decis.* 582. *in princ. part.* 1. *et decis.* 65. *n.* 17. *par.* 2. *divers.* et prout explicatur infra, ubi agitur de executione literarum beneplaciti hoc titulo, § 9. *n.* 24

Utilitas autem cessare dicitur eo ipso, quod solitum alteretur in praejudicium ecclesiae, et res conceditur pro minori pretio, et deterioribus conditionibus, quam antea erat concessa Merlio. *decis.* 656. *num.* 16. et jam supra *vers. locatio vero num.* 12. dictum est, quod adhoc, ut sustineatur locatio ex eo, quod res esset solita locari necesse est solitum non alterari in praejudicium ecclesiae, licet possit alterari ad ejus commodum, et utilitatem, ex ibi citat. 25

Verum sufficit, renovationem fieri juxta solitum, et sic pro 26
eodem pretio, ubi major non reperitur, ut dixit Rota in Ro-
mana Vineae 21. februarii 1650. § *non obstat secundo* co-
ram Arguelles, inter ejus impressas, *decis.* 118. *num.* 9. et
e contra si reperiebatur quid magis, tunc dicitur cessare u-
tilitatem in nova concessione facta pro minori pretio, et ta- 27
lis concessio facta ei, qui minus obtulit non sustinetur Caes.
de Grass. *decis.* 4. *n.* 7. *et seq. de reb. eccles. non alienan.*
Merlin. *decis.* 756. *num.* 16.

Imo non solum si actualiter fuit repertus major oblator, sed etiam si facta diligenti perquisitione reperiri potuisset, dicitur non constare de evidenti utilitate Hond. *cons.* 31. *n.* 19. *vers. et quod concessio lib.* 2. Gratian. *discept.* 813. *num.* 39. Caes. de Grass. *decis.* 4. *num.* 15. *de reb. eccles. non alien.* 28

Non tamen sufficeret ad annullandum novam concessionem, quod adfuisset animosus oblator, qui plusquam par esset obtulisset, et sic eum, cui facta fuit nova concessio superasset, quia eo ipso, quod adfuit in concessione evidens utilitas ecclesiae hoc sufficit, et ea stante potest concessio fieri etiam minus offerenti Bonaccin. *de alien. rer. eccles. disp.* 2. *punct.* 2. *num.* 5. et quod praelati non debeant locare, seu vendere offerenti plus justo pretio *gloss. in cap. hoc jus porrectum ver. et plus.* 10. *quaest.* 2. Abb. *in cap. ple-* 29

rumque num. 29. *de immon. eccles.* et aliis adductis Phanucc. *de jur. jur. in litem part.* 2. *princ. num.* 21. *ante med. vers. hinc etiam dicitur.*

30 Imo, quando res poterat locari, quia aderat solitum, et concurrebat etiam evidens utilitas in locando, quia nempe valde minus ecclesia de re percepisset eam pro se retinendo, si postea allegetur pensionem esse exiguam posset sustineri eam augendam arbitrio boni viri, non autem rescindendum contractum juxta doctrinam Castr. *in l. qui rem in fine, c. de sacr. eccl.* Cald. *in l. si curatorem ver. implorare in integr. restit. num.* 15. *in princ.* ubi dicit obtinuisse *in prax. c. de in integr. rest.* Grat. *disc.* 242. *n.* 25.

31 Alia, quae conferunt ad probandum locationem utilem ecclesiae, vel non utilem dicam infra hoc eodem titulo §. 10. ubi de causa utilitatis.

Requiritur ulterius, ut locatio sustineatur ex eo, quod res solita esset locari, quod res sit in eodem statu, in quo erat de tempore locationis antecedentis, et quod duret eadem causa locandi, itaut si verbi gratia, res data fuisset ad meliorandum, et reversa, esset ad ecclesiam meliorata, non posset nova locatio ex hoc capito, quod locari solita esset, sustineri Honded. *cons.* 31. *num.* 21. *lib.* 2. Molin. *de contr. disput.* 269. *num.* 8. Barbos. *de episc. alleg.* 95. *num.* 33. Urall. ad Afflict. *decis.* 365. *num.* 9. *vers. si placet*, Seraph. *decis.* 1490. *num.* 7. *vers. etiam requiritur*, Merlin. *decis.* 756. *num.* 17.

32 Prout etiam requiritur, ut fiat nova locatio antequam res sit incorporata Mensae, quia quando res solita locari reversa est ad ecclesiam, et fuit applicata, et incorporata mensae praelati, tunc sine solemnitatibus amplius concedi non potest Guidopap. *decis.* 154. *n.* 1. Clar. *in §. feudum quaest.* 15. *vers. bene verum*, Scrader. *de feud. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 24. Rosental. *de feud. cap.* 4. *conclus.* 33. *per tot.* Rota coram Merlin. *decis.* 756. *num.* 18.

Et conclusio praedicta non patitur difficultatem, sed difficultas versatur in dignoscenda incorporatione, ut dicit Menoch. *de arbitr. cas.* 433. *num.* 3.

33 Cessat tamen, et talis difficultas, si praelatus, vel alius Ecclesiae Administrator capiendo rei devolutae possessionem expresse dixerit velle eam incorporare, et reducere eam de Mensa Abb. *in cap. ut super num.* 10. *vers. et dicendum est de reb. Eccles. non alienan.* Ancar. *cons.* 156. *num.* 2. *vers. praeterea videtur.*, et plenis aliis citatis firmat Menoch. *d. cas.* 433. *num.* 4. ubi tamen subdit hoc tantum procedere in praejudicium ipsius praelati, non autem eorum quibus in aliquibus casibus facienda est nova concessio.

34 Seclusa autem expressa declaratione ammensandi, non sufficit, quod praelatus bonorum possessionem ceperit, sed statur conjecturis, an voluerit incorporare, seu ammensare, vel non Menoch. *cons.* 79. *num.* 12. *et de arbitr. cas.* 433. *num.* 14. *et seq.* ubi asserit, et probat opin. Bald. *in c.* 1. *num.* 3. *de Cleric. qui investit.* fecit volentis rem censeri effectam de mensa ecclesiae, statim atque praelatus ejus possessionem adeptus est falsam est Gabr. *cons.* 82. *n.* 3. *et* 4. *et* 6. *lib.* 2. Fulgin. *de contract. emphyt. quaest.* 9. *num.* 16. *vers. quid dicendum.*

35 Et in dubio credendum esse eum noluisse incorporare tra-
36 dit Gabr. *d. cons.* 82. *n.* 5. sed hoc intelligendum, quatenus incorporatio non esset evidenter utilis ecclesiae videtur tenere Borgnin. Cavalcan. *decis.* 30. *num.* 85. *et seqq. part.* 2. et est declaratio non vacans ratione, nam licet non sit in dubio credendum, quod voluerit praelatus ligare sibi manus, et privare se facultate locandi, tamen quando magis expedit ecclesiae pro se retinere, hoc praesumendum voluisse praelatum, prout tenetur velle, quando magis est utile, imo non potest de novo concedere, quando concessio non est in evidentem utilitatem, ut supra dictum est, et ideo nec prae-
37 sumendum velle, metitur enim voluntas a potestate, *l. Lucius* 21. *§. imperatores, ff. ad munic. decis.* 189. *n.* 9. *part.* 7. *recent.* Buratt. *decis.* 24. *n.* 12. Dunoz. jun. *decis.* 841. *num.* 8. et idem esset si non duraret amplius eadem causa locandi, quae aderat de tempore praecedentium locationum cum, et tunc non possit ecclesia amplius absque beneplacito apostolico locare, ut supra dictum est, et ideo nec praesumendum voluisse, late Borgnin. *dec.* 31. *num.* 194. *et seqq. part.* 2. ubi *num.* 200. quod hoc casu defenditur dicta opinio Baldi *in cap.* 1. *de Cleric. qui investit.* fecit de qua supra.

38 Conjectura vero voluntatis incorporandi est descriptio in libro catastri bonorum ecclesiae, Bart. *in l. si vacantia num.* 9. *c. de bon. vacan. lib.* 10. quem sequuntur alii plene congesti per Menoch. *de arbitr. cas.* 433. *num.* 9. *et seq.* ubi etiam rejicit Imol. dicentem non valere talem descriptionem immutare consuetudinem ecclesiae rem concedendi, respondendo hoc procedere, quando immutatio fit in damnum ecclesiam. secus si in utilitatem. et dictam descriptionem probare incorporationem firmat etiam Borgnin. *decis.* 31. *n.* 169. *et seqq. part.* 2. ubi plurimos congerit.

Alia conjectura est, si diu possessionem retinuit absque 39
nova concessione, et in hoc consentiunt doctores, sed dubium est controversum inter eos, quantum tempus requiratur, ut late habetur penes Menoch. *dict. cas.* 433. *num.* 13. *et seqq.* ubi relatis tribus opinionibus, videlicet quod sufficiat annus, quod requiretur decennium, et quod requirantur triginta anni, ac eis singulis rejectis, ut videre est *a num.* 18. *ad* 28. Tandem *sub num.* 29. residet in quarta, quod, cum hoc tempus non sit a lege determinatum, judex ex conjecturis declarare debeat rem esse effectam, vel non de mensa, cum aliquo tempore fuit a praelato retenta, et licet Rota aliquando adhaeserit primae opinioni, quod sufficiat retentio per annum in one Mutinen. bonorum 5. martii 1607. coram Manzanedo, quae hodie est inter ejus impressas *decis.* 55. huic opinioni adhererem ob
ejus auctoritatem, quando non appareret impedimenta 40
concedendi, nec difficultates aliquae reperiendi novum conductorem, quia his stantibus nedum lapsus anni, sed nec majoris temporis aliquid relevaret, Anchar. *cons.* 156. *num.* 2. *vers. item et si vera* Zaf. in *Epit. feud. part.* 5. *num.* 50. et bene post alios probat Menoch. *d. casu* 433. *num.* 30. ubi etiam ponit exempla difficultatum, et impedimentorum.

Caeterum hanc retentionem, et incorporationem praejudicare tantum praelato, qui incorporavit non successori probare conatur Menoch. ibidem *a num.* 31. *ad fin.* et alia quamplura circa hanc incorporationem congerit Borgnin. *d. decis.* 31. *praesertim a num.* 194. *et per tot.* ad quos recurrendum erit.

De fructibus, et rebus quae servando servari non possunt.

SUMMARIUM.

1. Fructus, et res, quae servando servari non possunt alienantur, sine solemnitatibus.
2. Servari non posse dicuntur res, quae non durant ultra triennium absque notabili deterioratione.
3. Fructus beneficii spectantes ad beneficiatum locantur ultra triennium, sine beneplacito secundum aliquos.
4. Contrarium verius.
5. Pensiones ecclesiasticae locari non possunt ultra triennium, sine beneplacito.
6. Lim. in servatis ad favorem Itali in beneficiis Hispanis.
7. Commoditas percipiendi fructus bonorum ecclesiae, seu pensionis ecclesiasticae conceditur, sine beneplacito.
8. Cautius tamen est procedere per viam obligationis personalis, vel constitutionis procuratoris ad exigendum.
9. Utilis dominii reservatio in locatione ad longum tempus est cautela, ut valeat locatio, sine beneplacito.
10. Decl. procedere in locatione commoditatis percipiendi fructus tantum.
11. Commoditas percipiendi fructus est jus personae inhaerens.
12. Jus percipiendi aliud est formale, aliud causale, quod dicimus commoditatem, et istud potest transferri, sine beneplacito.

CAPUT XIV. §. V.

Limitatur tertio dicta prohibitio in fructibus, et bonis quae 1
servando servari non possunt, ut expresse habetur *in ipsa extravag. ambitiosae de reb. eccles. non alien.*

Verum talis limitatio parum applicabilis est prohibitioni 2
locationis, ultra triennium, quia, res quae servando servari non possunt, censentur illae, quae non durant ultra triennium, absque notabili deterioratione Quarant. *in summ. bull. ver. alienatio num.* 38. cum aliis cumulatis per Barbos *de episc. alleg.* 95. *n.* 38. et Donat. *de regul. tom.* 1. *tract.* 14 *quaest.* 47. *num.* 2. unde sui natura ultra triennium locari non valent, et superflua est ista limitatio.

Necesse est igitur eam referri ad prohibitionem venditionis, ut sensus sit, quod praedicta bona, quae servando servari non possunt, libere vendi valeant absque beneplacito, sunt tamen, qui volunt limitationem in fructibus, applicari etiam prohibitioni locationis ultra triennium, itaut talis prohibitio locationis, non procedat in locatione fructuum beneficii, ad beneficiatum pertinentibus, ac proinde eam etiam ultra triennium libere absque beneplacito fieri posse,

prout signanter Carocc. *de locat. et cond. part.* 3. *tit. de reb. eccles. concl.* 9. *num.* 51. Covarr. *variar. lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 6. *ad fin. vers. sexto*, Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 21. Azor. *instit. mor. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quaest.* 3. et
4 alii. Sed contrarium videtur verius ex verbis amplis ejusdem prohibitionis *extravag. ambitiosae* decentibus, *omnium rerum, et bonorum ecclesiasticorum*, nam fructus, et redditus beneficii sunt res, et bona ecclesiastica, licet sint ministris assignata propter divinum ministerium, et limitatio quoad fructus non est absoluta, sed loquitur de fructibus, qui servando servari non possunt. illa enim verba textus, *quae servando servari non possunt*, eodem modo qualificant verbum *bonis*, ac verbum *fructibus* antecedenter expressum, *l. talis scriptura* 30. *§. fin. ff. de leg.* 1. *l.* 1. *c. de liber.* praeter. Alex. *cons.* 212. *n.* 6. *lib.* 6. Verall. *decis.* 299. *n.* 4. *part.* 2. Rot. *decis.* 167. *n.* 5. *part.* 6. *rec.* Unde dum exceptio loquitur de fructibus, qui servando servari non possunt, ea potius sumitur declaratio, ut fructus, qui servando servari possunt, quales sunt fructus futuri, in regula prohibitiva locationis ultra triennium remaneant comprehensi, prout etiam magis communiter tenent DD. ut videre est penes Barbos. *in d. extravag. n.* 4. Ricc. *resol.* 99. *per tot. part.* 1. Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 32. ubi de veriori testatur *et n. seq.* latissime comprobat Gutierez *lib.* 1. *canon. quaest.* 8. *n.* 11. *et seqq.* et tenuit Rota in Comen. locationis coram Pamphilio, quae est penes Merches. *de commission. tom.* 1. *fol.* 107. *n.* 2. et ita servari in praxi testatur Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 3. Donat. *de regul. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 44. *n.* 1.

5 Et hinc sequitur, ut non solum fructus beneficiorum, sed neque etiam pensionis ecclesiasticae locari possint ultra triennium, ut dicunt Navar. *cons.* 11. *n.* 2. *de reb. eccles. non alien.* Ricc. *resol.* 99. *n.* 4. *part.* 1. Garz. *de benef. part.* 2.
6 *cap.* 1. *n.* 37. ubi tamen *n. seq.* limitat, ut non procedat si locatio fiat ab Italo, ad cujus commoditatem reservata est pensio in capite, et persona Hispani, prout consuevit in beneficiis existentibus in Hispania, de quo Rota *decis.* 400. *n.* 1. *et* 2. *part.* 1. *divers.*

7 Verum licet beneficiatus non possit locare fructus beneficii nec pensionarius fructus pensionis ecclesiasticae ultra triennium, potest tamen uterque se personaliter obligare ad dandam commoditatem percipiendi fructus ultra triennium, quia hoc modo non alienatur res ecclesiae ultra triennium, secundum P. Barb. *in l. si filio tam, § fin. n.* 21. *ff. sol. matrim.* et alium Aug. Barbos. *in d. extravag. ambitiosae n.* 8. *et de jure eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 72. Molin. *de just. et jur. disput.* 466. *num.* 5. *vers. in tertio autem eventu* Quaranl. *in sum. bullar. ver. alienatio rerum ecclesiae n.* 18. *vers. tertio declaratur*, ubi quod haec est cautela, ut valeat ille contractus Cenc. *de censib. quaest.* 24. *num.* 14. Rota coram Durano *dec.* 181. *n.* 3. *et* 4. Donat. *de regul. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 44. *n.* 2.

Et licet, quod locari etiam valeat jus ipsum percipiendi pensionem, argui posse videatur ex traditis *cap.* 4. *n.* 20. ubi dictum fuit juxta magis communem opinionem quod locatio juris percipiendi non sit alienatio, et ultra ibi citatos in proposito, quod commoditas percipiendi pensionem, libere cedi possit tradunt Salged. *in labir. credit. part.* 1. *cap.* 43. *num.* 8. *et* 23. Gregor. *decis.* 440. *num.* 7. Rota *de-*
8 *cis.* 397. *n.* 3. *part.* 12. *recent.* Tamen cautius erit procedere per viam dictae obligationis personalis, vel constitutionis procuratoris irrevocabilis ad exigendum pensionem, prout tradit Lotter. *de benef. lib.* 1. *quaest.* 4. *num.* 19. vel quatenus locetur commoditas ipsa, vel jus percipiendi pensionem expresse cavere, quod dominium non transeat in conductorem, prout necessarium esse censuit Bald. *in cap. quae in ecclesiarum* 7. *num.* 2. *de constit.*

9 Et licet dictam reservationem utilis dominii suffragari etiam in locatione rei ad longum tempus facta, velit in terminis feudi Felin. *in dict. cap. quae in ecclesiarum n.* 87. *de constit.* et in terminis nostris bonorum ecclesiae, quod haec sit cautela, qua possint locari ad longum tempus, non obstante *d. extrav. ambitiosae* tradat, et eam multum extollat Jo. de Arnon. *sing.* 72. *et caut.* 23. quem sequi videtur
10 Carocc. *de locat. tit. de reb. eccles. num.* 53. Tamen verius videtur cautelam restringendam, ut valeat in terminis locationis commoditatis percipiendi fructus tantum, in quibus loquitur Bald. ubi supra, quem Jo. de Arnono allegat. Et ratio differentiae est, quia si locatur res dicta protestatio non transferendi jus in ea, videtur contraria facto, quae nihil operatur, et cautela apposita in fraudem legis prohibentis alienationem rerum ecclesiasticarum, nullius est momenti, ut dicam *in cap.* 27. *de effectibus locationis num.....*

At, quando locatur commoditas percipiendi fructus, non 11
est ita, quia haec est jus percipiendi, quod personae inhaeret, et potest considerari separatim ab ipsa re, itaut quatenus expresse additum sit, quod nullum transferatur dominium in re, sequitur, ut prohibitio locandi res ecclesiae, locationem istam non comprehendat, cum ista non sit locatio rei, ut late distinxi supra *in cap.* 4. *an locatio sit alienatio num.* 20. *et seq.* Imo et in ipsismet rebus, quae consistunt in solo jure percipiendi, prout est pensio, fit distinctio inter jus formale, et jus causale, quod nuncupamus commodita- 12
tem, et istud potest transferri etiam in laicum absque beneplacito, ut bene distinguit Lotter. *de benef. lib.* 1. *quaest.* 42. *n.* 15. *et num.* 22. et Rot. *decis.* 398. *n.* 8. *et seqq. part.* 12. *recent.*

Quando non requiratur beneplacitum in locatione rei ecclesiae ad longum tempus ultra casus expressos in extravagan. ambitiosae.

SUMMARIUM.

1. Bona ecclesiae fructus reddentia singulo biennio possunt locari ad sexennium absque beneplacito, et reddentia fructus singulo triennio possunt locari ad novennium.
2. Romae casalia locantur ad novennium sine beneplacito.
3. Decl. ut hoc procedat in eis, quae fructus integros non reddunt nisi in triennio.
4. Bona ecclesiae fructus reddentia bis in anno, an possint locari ad triennium sine beneplacito.
5. Contrariorum eadem disciplina.
6. Lim. si adsit diversitas rationis.
7. Limitatio constitutionis novae reducens ad terminos juris antiqui late interpretari debet.
8. Locatio pluribus rebus, quarum aliquae reddunt fructus quolibet triennio aliquae quolibet anno absque beneplacito, contractus est nullus in totum.
9. Decl. procedere si non appareat partes convenisse separatim in locatione reddentium fructum quolibet triennio.
10. Episcopus potest donare bona suae mensae canonicis absque beneplacito.
11. Alienatio rei ecclesiae non dicitur, quae illius dominio non exit, sed de una persona ejusdem in aliam transfertur.
12. Monasterium potest alienare sine beneplacito in aliud monasterium ejusdem ordinis.
13. Decl. ut si personae ejusdem ecclesiae habeant praebendas separatas inter eas, tamen est opinio, quod requiratur beneplacitum in alienatione facta inter eos.
14. Vel saltem requiri episcopi.
15. Una ecclesia potest alteri locare ad longum tempus sine beneplacito.
16. Certius si res sit determinata ad certum usum.
17. Testator relinquens ecclesiae, utrum possit apponere conditiones, quod bona relicta locari possint ad longum tempus absque beneplacito.
18. Relinquentes ecclesiae possunt apponere conditiones, etiam juri communi contrarias.
19. Fundatores beneficiorum possunt apponere conditiones, quod beneficia non cadant sub reservationibus apostolicis.
20. Testatoris voluntas, quod non requiratur beneplacitum debet esse clara nec sufficit, quod dicat rem locari ad longum tempus.
21. Maxime si non expressit pro quanta pensione, et pro quanto tempore sit facienda locatio
22. Contrarium in re minoris, quia non est necessaria dicta expressio, ut possit alienari sine solemnitatibus.
23. In re ecclesiae cautius agendum, quam in re minoris.
24. Testator si non solum praecipiat locationem, sed etiam det modum locandi censetur ipse locare, et non requiritur beneplacitum.
25. Hospitalium bona si hospitalia non sint erecta auctoritate superioris ecclesiastici locantur ad longum tempus sine beneplacito.
26. Cappellae non erectae auctoritate superioris ecclesiastici bona alienantur sine beneplacito.
27. Confraternitatum laicorum bona, an, et quando possint alienari sine beneplacito.
28 Prooemium constitutionis non facit jus.
29. Prooemium inservit pro declaratione dispositive, quando verba non sunt clara.
30. Pietatis opera non tribuunt qualitatem ecclesiasticam.
31. Confraternitates, ut sint ecclesiasticae necesse est ut sint erectae auctoritate episcopi.
32. Pia loca propria non dicuntur nisi erecta auctoritate episcopi etiamsi exerceant opera pietatis.
33. Ampl. etiamsi adsint alia signa nisi sint clara.
34. Mons erectus pro maritandis puellis potest locare bona absque beneplacito.
35. Contrarium si sit applicatus loco ecclesiastico.
36. Bonorum ecclesiae locatio evidenter utilis contrahitur absque beneplacito.
37. Contrarium tenendum.
38. Decl. primam procedere si ecclesia velit stare contractui.
39. Et debet hoc casu impetrari beneplacitum.
40. Bona communia ecclesiae, et laici possunt locari ad longum tempus sine beneplacito.

CAPUT XIV. §. VI.

Ultra praedictas limitationes in ipsa extrav. expressas, pro-
hibitio locandi ultra triennium patitur etiam alias declara-
1 tiones, quarum una est, ut procedat in rebus reddentibus
fructum quolibet anno, non autem in aliis, quia si reddunt
fructum quolibet biennio, locari poterunt ad sexennium, si
quolibet triennio, locari poterunt ad novennium, ut post
antiquiores tradunt Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. Bar-
bos. *in dicta extravag. ambitiosae num.* 9. Caroc. *de locat.*
tit. de reb. eccles. n. 50. Quarant. *in summ. bullar. verb.*
alienatio rerum ecclesiae num. 18. Montic. *de tacit. lib.* 5.
tit. 3. *n.* 22. Molin. *de contract. disp.* 466. *n.* 10. *prope fin.*
Gratian. *discept.* 931. *n.* 13. Ricc. *resol.* 100. *n.* 1. *part.* 1.
2 Et haec limitatio est etiam usu recepta Romae, ubi cum
integri fructus casalium habeantur singulo triennio, novem
anni habentur pro tribus ad hunc effectum, ut habetur in
una Romana rescissionis contractus 28. novembris 1580. co-
ram Aldobrandino, et in una Nepesina affictus 14. maii 1601.
§. *et tollit difficultatem*; coram Justo, ut *decis.* 727. *n.* 3.
3 *vers. praeterea, quod sterilitas, part.* 4. *divers.* sed talis
usus restringitur ad casalia, et bona, quae vere fructus inte-
gros non reddunt nisi in triennio, et non procedit in redden-
tibus fructum singulo anno, vel minori tempore, ut optime
declaravit Rota in una Tiburtina affictus 19. junii 1648. §.
quia dictae decisiones, coram card. Corrado, quae hodie est
impressa *in rec. decis.* 220. *part.* 10.

4 E contra si bona dent fructum bis in anno, prout dicunt
in Indiis, dubitari potest, an locatio ad triennium absque
beneplacito facta sustineatur, et affirmativam videtur tenere
Corrad. *in praxi dispens. apost. lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 14. *vers.*
e contra vero, et quamvis in contrarium plurimum urgeat
opinio supracitatorum, volentium, quod triennium, de quo
loquitur *extrav.* ita intelligatur, ut contineat trinam recolle-
ctionem fructuum licet enim loquatur ad effectum exten-
dendi triennium, et hic loquamur de eo restringendo, tamen
5 cum haec sint contraria, applicari videtur regula, quod con-
trariorum eadem sit disciplina, de qua *in l.* 1. *ff. de his, qui*
6 *sunt sui, vel aliae juris*, et per Menoch. *cons.* 715. *n.* 23.
adhuc sustineri posset opinio praedicta propter diversitatem
rationis, agitur enim de interpretatione exceptionis apposi-
tae *in extrav.* ut prohibitio locationis sine beneplacito, non
procedat si fiat ad trennium, in qua interpretatione ideo
7 standum est opinioni, ipsam exceptionem extendenti ad sex-
ennium, in quo fiunt tres recollectiones fructuum, et non
a contra restringenti ad annum cum dimidio, in quo pariter
fiant tres recollectiones, quia ista exceptio reducit nos ad
terminos juris antiqui, secundum quod poterat fieri locatio
etiam ad novennium absque beneplacito, et ideo debet late
interpretari non autem stricte, juxta tradita per Cuman.
cons. 30. *n.* 4. *ante med. vers. tamen in exceptione*, Curt.
Jun. *cons.* 7. *n.* 10. Ladere. *cons.* 66. *n.* 14. Duran. *decis.*
140. *n.* 2. *et* 8. *in recent. decis.* 167. *n.* 17. *part.* 6.

8 Quid autem si unico contextu locentur plura bona ad no-
vennium, inter quae adsint aliqua, quae reddant fructum
singulo triennio, aliqua vero, quae singulo anno? et ex uni-
citate contractus rescindi in totum locationem dixit Rota in
Tiburtina locationis coram Millino, quae est impressa penes
Marches. *de commiss. to.* 1. *fol.* 106. *n.* 4. et puto bona de-
9 cisionem, si non appareret partes consensisse etiam in loca-
tionem illorum bonorum, quae reddunt fructum quolibet
triennio separatim, et de per se, quia tunc utile per inutile
non vitiaretur, idest locatio eorum, quae utiliter ad noven-
nium fieri valuisset, non esset reputanda vitiata per loca-
tionem aliorum, quae inutiliter pro eodem tempore facta es-
set, juxta tradita *infra* §. *seq.*

Alia declaratio esse potest, ut secundum aliquos prohibi-
tio locandi absque beneplacito procedat, ubi conductor non
est de ipsa Ecclesia, secus è contra, ut si verbi gratia, Epi-
10 scopus locaret Capitulo, nam in fortioribus posse etiam Epi-
scopum donare bona pertinentia ad suam mensam Canonicis
absque beneplacito, sensit Hostien. *in cap. novit. num.* 7.
vers. nec obstat de his, quae fiunt a Praelat. sine cons.
11 *capit.* non enim dicitur ab ecclesia alienatum, quod non exit
de dominio ejusdem Rot. *decis.* 756. *num.* 3. *et* 4. *part.* 1.
div. cum aliis late *relat. in decis.* 160. *num.* 20. *part.* 11.
recent. ubi tamen non firmatur, et valere alienationem fa-
12 ctam de uno monasterio in aliud ejusdem ordinis absque be-
neplacit, tradit Tamburin. de jur. Abbat. *tom.* 3. *disput.*
3. *quaest.* 2. *num.* 19.

At ubi personae ejusdem ecclesiae habent praebendas di- 13
stinctas tutior sine dubio opinio est contraria, quod una non
possit alienare in aliam absque beneplacito, ne detur occa-
sio spoliandi unam praebendam cum diminutione cultus
divini, ut de alienatione inter episcopum, et canonicos, do-
cuit Abb. *in cap. sicut nostris num.* 4. *de jur. jur.* Redoan.
de reb. Eccles. non alienan. qu. 51. *cap.* 18. *n.* 19. *vers.*
contrarium, et de divisione bonorum monasterii inter Ab-
batem, et conventum Navar. *cons.* 9. *de reb. Eccles. non*
alien. et de duobus curatis in eadem ecclesia idem Navar.
cons. 10. *eod. tit.* quos sequitur Rota *decis.* 561. *num.* 8. *et*
9. *par.* 5. *et decis.* 3. *num* 31. *part.* 7. *recent. et dec.* 776.
num. 14. coram Dunoz. Jun. et non posse duos beneficiatos
ejusdem ecclesiae alterum alteri locare, vita durante, por-
tionem obventionum suarum Ricc. *resol.* 98. *num.* 3. *part.*
1. Quarant. *in summ. Bullar. verb. Alienatio rer. Eccles.*
numer. 18. *prope fin. vers. quarto declaratur*, et quod qua-
tenus non requiratur beneplacitum apostolicum in similibus
alienationibus inter personas ejusdem ecclesiae, requiratur 14
saltem episcopi, dixit Rot. *decis.* 410. *num.* 8. *part.* 5. *rec.*
nec desunt alii volentes sufficere vicarii, quos refert Rot.
decis. 160. *num.* 22. *part.* 11. *recent.* ubi, quod propter
Doctorum discrepantiam in hoc articulo, visa fuit haec quae-
stio juris dubii.

Si autem requiritur beneplacitum in alienatione de uno
beneficio in aliud ejusdem ecclesiae, multo certius requiretur 15
si fiat locatio ab una ecclesia alteri, prout requiri, nec suf-
ficere auctoritatem episcopi, licet utramque in sua potestate
habentis, est text. *express. in cap.* 1. *de reb. eccles. alien.*
vel non, et firmatur *in d. decis.* 561. *n.* 7. *part.* 5. *et decis.*
229. *num.* 7. *part.* 8. *et decis.* 336. *n.* 9. *part.* 10. *recent.*

Prout etiam certius est requiri, si agatur de alienatione
rei ad certum usum a papa destinatae, et ad certum finem 16
uni Conventui traditae, quia tunc non valet in aliud, etiam
ejusdem ordinis transferri, absque beneplacito, ut respondit
Rota *in decis.* 234. *num.* 19. *et* 20. *part.* 12. *recent.*

Tertia declaratio erit, ut non procedat dicta prohibitio lo-
candi absque beneplacito, in rebus, quae per testatorem reli- 17
ctae fuerunt ecclesiae hac lege expressa, ut locarentur ad
longum tempus, et libere absque beneplacito, prout de re-
bus minorum, quod si testatoris, ex cujus bonis ad eos per-
venerunt, super alienando aliquod mandatum deprehenda-
tur, non requiri solemnitates est text. *in l. praedium* 3. *c.*
quando decr. opus non est, et in terminis bonorum ecclesiae
relictorum cum dicta lege Mar. Antonin. Macerates. *var.*
lib. 1. *resol.* 99. *num.* 5. et Istius *resolut. ult. cas.* 44. ubi
rationes plures, et auctoritates adducit Bordon. *part.* 1. *mor.*
resol. 27. *num.* 69. *ubi pariter late firmat.*

Contrarium tamen in eisdem terminis tenent Quarant. *in*
summ. Bullar. vero alienatio num. 31. Bonaec. *de contract.*
tit. de feud. et emphyt. punct. 4. *num.* 8. Donat. *de re-*
gul. tom. 1. *tract.* 14. *quaest.* 65. et alii per eosdem citati.
Unde dubium est controversum, et praxis etiam habetur
varia, nam Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *cap.* 7. *n.* 14.
et 15. pro prima opinione, dicit, plures in facti contingen-
tia fuisse rejectas supplicationes pro impetratione benepla-
citi porrectas, tanquam super re non necessaria, et in hac
opinione videtur ipsum residere, at deinde addit, adverten-
dum tamen esse, quod sub Pontificatu Sanct. mem. Urbani
VIII. magna desuper orta fuit controversia coram Datario,
et pluribus advocatis informantibus, et re etiam ad ipsum
Pontificem delata, fuit resolutum beneplacitum esse neces-
sarium.

Verum tuentes istam secundam opinionem moventur prae-
cipue ea ratione, quia talis voluntas testatoris, tanquam il-
licita, servanda non sit, cui responderi potest, quod imo
jura etiam canonica permittunt benefactoribus bona sua ec- 18
clesiis tradentibus, in ipso actu traditionis apponere quas-
cumque conditiones, quamvis juri communi contrarias, ne
alias retrahantur a similibus actibus faciendis. *cap. Eleute-*
rius 18. *quaest.* 2. Conc. Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. *de re-*
format. decis. 530. *num.* 2. *part.* 1. *et decis.* 217. *n.* 1. *et*
decis. 561. *n.* 1. *part.* 2. *rec.*

Unde si vere constaret de voluntate relinquentis, aut do-
nantis ecclesiae bona, quod locarentur sine solemnitate be-
neplaciti, tunc sustineri posset eam non requiri, ut in si- 19
mili habemus in fundatione beneficii, quod ubicumque con-
stat de voluntate fundatoris, quod non cadat sub reservatio-
nibus apostolicis, uti quia dixerit, quod praesentare debeat
semper patronus ab eo designatus, quamvis ecclesiasticus,

vel aliis verbis idem importantibus usus sit, talia conditio
attenditur, et reservationes apostolicae de beneficiis ad ec-
clesiasticos pertinentibus loquentes, illud non comprehen-
dunt, ut firmavit Rota in una Romana jurispatronatus co-
ram Sacrato, quae habetur relata per Vivian. *de jure patr.*
lib. 4. *cap.* 9. *num.* 56. et coram Royas *decis.* 274. *num.* 4.
et seq. et in una Regien. Beneficii 27. junii 1653. § *quod*
autem in proposito, coram R. P. D. Bacilaqua.

E contra vero si aperte non constaret de tali voluntate,
20 quod solemnitates non essent servandae, tunc contraria opi-
nio posset procedere, uti si simpliciter dederit licentiam lo-
candi ultra triennium, potest enim intelligi, ut locetur ser-
vatis servandis, juxta tradita per Rot. in una Romana officii
coram Scotto penes Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 138.
num. 5. *et* 6. *et in decis.* 84. *num.* 4. *part.* 2. *divers. et de-*
cis. 113. *num.* 24. *part.* 7. *recent.*

Eoque magis si non expresserit testator pro quanta pen-
21 sione, et pro quanto tempore voluerit fieri locationem, tunc
enim quatenus beneplacitum non requiratur respectu facul-
tatis, adhuc posset dici illud requiri respectu modi locandi,
ne circa illum ecclesia laedatur, juxta tradita in terminis
facultatis datae minori per Gabr. *cons.* 89. *num.* 2. *lib.* 1.
Surd. *cons.* 191. *n.* 19. *vers. et aperte innuit*, *et decis.* 77.
num. 5. Gratian. *decis*, *March.* 131. *num.* 6. *et seq.* idque
22 non obstante, quod in eisdem terminis minoris non esse
necessariam dictam expressionem, sed satis esse generale
praeceptum testatoris alienandi senserit *glos. in l. praedium*
3. *ver. deprehendatur vers. sed quid*, *c. quan. decr. non*
est neces. Ales. *cons.* 215. *num.* 1. *ad fin. lib.* 6. Rota *dec.*
446. *num.* 2. *vers. quod procedit part.* 1. *recent.* quia cau-
23 tius est agendum in re ecclesiae, quam in re minoris in hoc
proposito, ut per Quarant. *in dict. ver. alienatio num.* 31.
post. med. et Corrad. *d. cap.* 7. *num.* 15. *prope fin.*

24 At ubi testator non solum ordinasset locationem, sed etiam
dedisset modum, tunc cessaret necessitas beneplaciti, quia
idem est, ac si ipse locasset, ex tradita per Maceraten. *d. re-*
solut. ult. cas. 44. *vers. secundo nam stante part.* 1. et
Corrad. *dict. praxi dispensat. lib.* 9. *c.* 7. *n.* 15. *ante med*

Pro quarta declaratione addi potest, ut dispositio dictae
25 extravag. non procedat in bonis hospitalium, quatenus ta-
men hospitalia non appareant fundata auctoritate episcopi,
vel alterius superioris ecclesiastici, quia tunc reputarentur
ecclesiastica, et contrarium esset dicendum Rebuff. *de alie-*
nat. rer. eccles. n. 57. Redoan. *eod. tit. in rubr. an in ma-*
ter. alienat. num. 6. Filinc. *eodem tit. cap.* 4. *num.* 19. et
plene firmavit Rota in duabus decisionibus in Melevitana
bonorum cor. Meltin, videlicet 10. febr. 1651. § *non obstat*
praetensa, et 10. maii 1652. § *non etiam refringari*, quae
ultima est *in recent. decis.* 248. *part.* 11.

Et idem quoque dicendum de bonis cappellarum, ut vide-
26 licet, si cappellae sint fundatae auctoritate episcopi, requi-
ratur beneplacitum in locatione ultra triennium, alias secus
27 Redoan. *ubi supra eod. num.* 6. Ricc. *resol.* 67. *per tot. p.*
1. se in bonis confraternitatum laicorum eadem pariter di-
stinctione procedendum Gratian. *discept.* 517. *num.* 7. licet
quo ad istas, quod quatenus exerceant opera pietatis requi-
ratur beneplacitum, etiamsi non sint fundatae cum auctori-
tate praefata, tradunt Redoan. *de reb. Eccles. non alien.*
rubr. an in materia alienationis num. 9. Ricc. *resol.* 45. *n.*
6. *vers. tertia sit conclusio part.* 1. et ideo tutius erit illud
exquirere, licet vere, et in rigore non sit necessarium, nam
prohibitio locandi ultra triennium absque beneplacito, est
de rebus ecclesiae, ut indicat *rubr.* sub qua ponitur *d. Extra-*
vag. ambitiosae, et respectu nigri, licet in principio, et exor-
dio videatur loqui etiam de bonis locorum piorum ibi, *qui-*
bus Ecclesiam, *Monasteria*, *et pia loca reguntur*, tamen
dispositio ipsius prohibitionis aperte restringitur ad bona
Ecclesiastica ibi *omnium rerum*, *et bonorum Ecclesiasti-*
28 *corum alienationem etc.* et ideo, ut intret requiritur omnino
qualitas illa ecclesiastica. Prooemium enim constitutionis non
facit jus, sed illud quod sequitur Rot. *decis.* 36. *num.* 16.
29 *et decis.* 444 *num.* 35. *part.* 5. *recent.* et licet prooemium
inserviat pro declaratione dispositivae, tamen, quando verba
constitutionis sunt clara, ut hic, *non* recipiunt interpreta-
tionem e prooemio Gratian. *discept.* 350. *num.* 47. et Rot. *d.*
decis. 36. *num.* 18. *part.* 5. *recent.*

Qualitas autem ecclesiastica non tribuitur per sola opera
30 pietatis, alias destrueretur conclusio supra firmata in ho-
spitalibus, cum in eis semper exerceantur opera pietatis, et
in specie, quod confraternitates etiamsi habeant bona desti-
nata ad usum pium, adhuc sint laicales, nisi probentur ere- 31
ctae auctoritate ordinarii, late Barbos. *de potest. Episc. al-*
leg. 75. *n.* 33. ubi quod fuit ejus doctrina in hoc approbata
a Rota in Hortana Rectoriarum 26. junii 1630. coram Coc-
cino impressa per Leon. *de offic.* Cappellan. *quaest.* 5. *sect.*
10. *num.* 169. et si quis velit videre infinitos ad hoc in unum
congestos, adeat Rot. coram Corrado *in decis.* 313. *num.* 9.
part. 10. *recent.* Imo fortius, quando admitteremus prohi- 32
bitionem locationis ultra triennium comprehendere etiam
bona locorum piorum, adhuc dici posset non comprehen-
dere bona harum confraternitatum, et similium, quia quan-
tumvis exerceant opera pietatis, adhuc si erectae sint absque
dicta auctoritate ecclesiastica, non sunt loca pia, nec nomine
locorum piorum comprehenduntur, proprie loquendo, et
ad hunc effectum, ut late probavit Paris. *cons.* 34. *num.* 16.
et seqq. lib. 4. et in specie ad hunc effectum, ut non requi-
ratur beneplacitum in alienatione bonorum Bald. *in auth.*
hoc jus porrectum num. 11. *et* 12. *cod. de Sacros. Eccles.*
Quarant. in *Summ. Bullar. ver. Alienatio ver. Eccles. n.*
28. Filiucc. *tract.* 44. *de alienat. rerum Eccles. cap.* 4. *n.*
19. ubi alios refert, et dixit etiam Rot. coram Ceccin. *decis.*
210. *num.* 1..

Non igitur sufficit exercitium operarum piarum, nisi con-
currat dicta erectio, vel alia signa indicantia locum vere esse 33
ecclesiasticum, quae debent esse clare, et necessario conclu-
dentia, ut aliis adductis, censuit Rota *dict. decis.* 248. *num.*
24. *part.* 11. *recent.* quae autem sufficiant, vel non, poterit
videri penes Paris. *dict. cons.* 34. *num.* 15. *et seq. lib.* 4.
Magon. *dec. Lucens.* 19. *num.* 15. *et* 16. Mascard. *de pro-*
bat. conclus. 583. Rota *cum ibi adduct. d. decis.* 248. *num.*
20. *et seqq. part.* 11. *recent.* et si plures videre placet, refe-
runtur in dicta *decis.* 313. *num.* 9. *part.* 10. *recent.*

Et ex praedictis inferri potest ad multa, et signanter si
adsit mons erectus pro maritandis puellis alicujus familiae, 34
vel loci poterunt ejus bona locari absque beneplacito Felin.
in cap. de quarta num. 3. *post med. vers. secundo*, *quia*,
et vers. quarto adduco de praescript. Redoan. *de reb. eccl.*
non alien. rubr. an in materia alienationis num. 7. *post.*
med. vers. secundo cum imponuntur fol. 231. et licet non
desint sentientes contrarium, ut Cravet. *cons.* 323. *num.* 3.
Ricc. *resol.* 45. *n.* 3. *vers. tertia sit conclus. part.* 1. Na-
varr. *de privileg. miser. personar. privil.* 107. *per tot.* eo-
rum opinio absolute loquendo subsistere non potest ex su-
pradictis, sed bene in casu quo iste mons sit applicatus certo 35
loco pio, puta hospitali, vel confraternitati auctoritate epi-
scopi, seu papae erectae, vel erecto, ut distinguendo tradit
in similibus terminis de relictis pro pauperibus Bald. *in au-*
th hoc jus porrectum num. 13. *c. de Sacros. Eccles.* et
Redoan. *ubi supra num.* 12.

Quinto secundum aliquos addi posset casus, in quo loca-
tio ad longum tempus vere, et indubitanter esset ecclesiae 36
utilis, finis enim solemnitatum est, ut non alienentur res in
damnum ecclesiae, itaut, quando adsit utilitas ejusdem, nulla
ratio habetur, quod beneplacitum in reliquis sit subrepti-
tium, ut dicam infra § 9. *num.* 45. Unde idem videtur di-
cendum si omnino non adesset, prout tenuerunt glos. et multi
DD. congesti per Gabr. *de rerum alienat. conclus.* 1. *num.*
1. et alii relati per Surd. *cons.* 181. *num.* 17. et quod ubi
in tali alienatione non sit servata forma alienandi a jure hu-
mano praescripta, tamen si cum evidenti utilitate concurrat
etiam bona fides alienantis, servatam esse formam de jure
naturali, et dicion necessariam dicit Navarr. *in comment. de*
alienat. rer. Eccles. n. 17. *vers. secundum*, *quod benefi-*
ciatus, *quem sequuntur alii relati infra* § 8.

Verum contraria opinio tenenda est, ut videlicet non suf- 37
ficiat locationem esse utilem, nisi etiam ulterius facta sit cum
beneplacito apostolico, et ratio est, quia utilitas est causa
sufficiens alienandi, sed non sufficit sola causa alienandi, abs-
que solemnitate beneplaciti, sed utraque simul juncta re-
quiritur ad sustinendum contractum, ut in specie firmat
Surd. *cons.* 301. *num.* 26. Corrad. *in praxi dispensat. lib.*
9. *cap.* 1. *num.* 27. Rot. *decis.* 631. *num.* 1. *part.* 2. *recent.*
et hanc uti veriorem esse omnino tenendam, tam in consu-
lendo, quam in judicando, tradit novissime Donat. *de reg.*
tom. 1. *tract.* 14. *quaest.* 24. *num.* 3. et patebit etiam ex
dicendis infra § 10. *num.* . . . .

At praedicta prima opinio salvari potest, ut procedat, quod
sustineatur locatio utilis ecclesiae, absque beneplacito facta, 38
quatenus ecclesia ipsa velit, cum solemnitas beneplaciti sit
inducta favore ipsius, et ideo non debeat retorqueri in ejus

38 odium, prout esset si invita compelleretur recedere a contractu sibi utili, ac proinde defectus beneplaciti, et nullitas ex eo proveniens non potest allegari nisi ab ipsa. ex adduct. infra § *proximo*, et hanc conciliationem, sensit etiam Gabr. *dict. conclus.* 1. *num.* 12. *de rer. alienat.*

Intelligendo tameo, ut quatenus velit stare contractui,
39 alienans teneator impetrare beneplacitum, cum non sit ei liberum contemnere praeceptum papae de non alienando absque eo, aliaeque vigeant rationes, ut infra §. *proximo.*

Sexto declaratur, ut non intret prohibitio de qua in extravag. ambitiosae si ecclesia habeat rem communem cum laico,
40 poterit enim talis res locari sine beneplacito Bordon. *resol.* 27. *num.* 5. *part.* 1. potest enim laicus locare rem, prout permitti socio locare rem communem, dictum est supra *cap.* 9.

Et praedicti sunt casus magis frequentes, si quis autem alios desideret recurrat ad Beoedict. Canophil. *in repetit. extravag. ambitiosae de reb. eccles. non alien. quae habetur in tom.* 6. *repet. canon. part.* 2. *fol. mihi* 37. *ubi enumerat.* 56, *ejusdem fallentias.*

De nullitate contractus locationis bonorum ecclesiae ultra triennium, et de rei recuperatione.

SUMMARIUM.

1. Nullitas locationis bonorum ecclesiae ultra triennium absque beneplacito inducitur ipso jure.
2. Extravag. ambitiosae habet decretum irritans.
3. Locatio bonorum ecclesiae ultra triennium absque beneplacito, an sustineatur in triennio, est quaestio valde controversa.
4. Opinio tamen negativa est hodie magis recepta.
   Maxime si ex conjecturis appareat, quod partes pro tempore permisso non contraxissent, num. 7.
5. Forma est individua.
6. Locatio ad longum tempus multum differt a locatione ad breve tempus, et est diversae speciei.
8. Locatio ad longum tempus sustinetur in tempore permisso, si ex conjecturis appareat partes in eo consensisse.
9. Ea quae in animo consistunt sunt difficilis probationis.
10. Locatio ad longum tempus absque mentione triennii indicat partes in triennio non consensisse, nec attenduntur conjecturae contrariae.
11. Secus è contra si triennii mentio facta sit; quia tunc attenduntur conjecturae, quod partes consenserint in triennio.
12. Et stantibus hinc inde conjecturis attenditur, an expressum sit primo loco triennium, et deinde majus tempus, vel e contra.
13. Ab exordio tituli posterior formatur eventus.
14. Partes non consensisse in solo triennio arguitur ex diversitate pensionis in sequenti.
15. Individuus censetur contractus, quando non reddit rentam nullitatem in parte respectu partis, quantum in toto respectu totius.
16. Ex diversitate pensionis non resultat diversitas contractus.
17. Clausula, et non alias, reddit contractum individuum.
18. Et est limitativa voluntatis.
19. Individua fit dispositio ex voluntate partium.
20. Clausula salvo, et reservato beneplacito, et non alias facit contractum individuum.
21. Individuus redditur contractus, et corruit in totum ratione partis illicitae si appareat voluntas servandi instrumentum prout jacet.
22. Census cum pacto contrario bullae Pianae stante protestatione se conformandi cum ea, sustinetur.
23. Declara procedere, si cesset aliqualiter dubia, alias secus.
24. Maxime si protestatio non sit amplissima itaut removeat sensum ab actu.
25. Protestatio non relevat si factum sit contrarium.
26. Clausula omni meliori modo operatur, ut si contractus non possit sustineri modo, quo factus est, sustineatur alio.
27. Decl procedere si sit concepta cum praecedenti dictione, etc.
28. Clausula omni meliori modo etiam praecedente dictione, et, non potest operari, ut sustineatur contractus nullus.
29. Individuus contractus arguitur, ex quo factus sub unica responsione.
30. Decl. procedere si sit unica responsio pro toto tempore plurium annorum, secus si unica pro quolibet anno.
31. Potest tamen unica pro quolibet anno operari si dubitetur de dividuitate, ex quo plures res simul locatae sunt.
32. Locatione facta pluribus personis cuique pro uno triennio, an sit nulla, quo ad omnes, vel quoad primum sustineatur, sunt hinc inde opiniones.
33. Distinguitur tamen, ut si e principio fit distinctum triennium sustineatur pro eo, secus e contra.
34. Decl. distinctionem procedere cessantibus conjecturis contrariae voluntatis, alias secus.
35. Contractus sua natura dividuus potest ex voluntate partium individuus fieri.
36. Ecclesia facta locatione ultra tempus permissum non potest velle ei stare pro tempore permisso tantum, si contractus sit individuus.
37. Nullitas locationis bonorum ecclesiae ultra triennium est inducta favore ecclesiae.
38. Ita ut contractus claudicet, et volente ecclesia sustineatur, secus e contra.
39. Et interim, ac ecclesia declarat, contractus dicitur habere implicitum statum validitatis.
40. Locatione bonorum ecclesiae facta reservato beneplacito potest ecclesia poenitere, et tunc beneplacitum superveniens non operatur.
41. Ampl. non relevare in literis dici supplicatum pro parte ecclesiae, nisi aliunde probetur.
42. Secus si probetur, quia post quam consensit impetrationi non potest poenitere.
43. Ampl. et neque rector succedens illi, qui consensit, poenitere valeat.
44. Ecclesia potest recedere a contractu etiam post impetratum beneplacitum si sit impetratum nulliter.
45. Praelatus jurans non recedere a contractu illi stare debet superveniente beneplacito in tempore.
46. Ampl. si beneplacitum esset cum clausula si in evidentem, et nondum esset interpositum decretum.
47. Clausula si in evidentem non suspendit validitatem beneplaciti, et ejus effectus.
48. Decl. procedere si tunc temporis vere adsit utilitas.
49. Conducens ab ecclesia cum clausula reservato beneplacito, non potest antequam obtineatur a contractu recedere.
50. Nec potest recusare solutionem pensionis.
51. Nullitas locationis bonorum ecclesiae absque beneplacito non potest allegari a tertio.
52. Lim. si tertius possideat.
53. Lim. secundo, si ecclesia contractum ratum non habeat.
54. Lim. tertio, ut non dicatur tertius, qui habet causam ab ecclesia, uti secundus conductor.
55. Ecclesia tenetur declarare, an velit stare contractui facto sine beneplacito, vel non.
56. Et debet, vel in totum acceptare, vel in totum reprobare.
57. Et si sit ultra tempus permissum, non potest velle stare pro permisso.
58. Secus si jam sit servatus contractus tanto tempore ut solum triennium superesit.
59. Actionem praefatam, ut ecclesia declaret, an velit stare contractui tutius est intentare coram judice ecclesiastico.
60. Ecclesia potest etiam compelli iterum solemniter contrahere, vel impetratione beneplaciti consentire.
61. Bona ecclesiae alienans tenetur impetrare beneplacitum, alias peccat.
62. Ecclesia contrahens cum alia ecclesia non potest dicere velle stare contractui sine beneplacito.
63. Decl. procedere in permutatione, vel alio simili contractu, in quo utraque ecclesia beneplacito indiget, non autem in locatione ad longum tempus.
64. Ecclesia recedens a contractu sine solemnitatibus facto non tenetur restituere pecunias acceptas.
65 Contrarium, quod teneatur restituere.
66. Decl. hanc secundam opinionem procedere, si probetur pecuniam versam fuisse in utilitate ecclesiae.
67. Versio pecuniae in utilitatem ecclesiae probanda est a contrahente cum ea si contractus sit ex causa necessaria, secus si ex voluntaria.
68. Decl. ut cesset praesumptio versio pecuniae in contractu ex causa voluntaria, quando contractus est validus, secus si sit nullus.
69. Versio pecuniae in utilitatem ecclesiae probatur si pecunia sit salva, vel ex ea aliquid quaesitum, aut necessitatibus subventum.
70. Et statur in hoc conjecturis.
71. Ecclesia per alienationem nullam in praelato factam non amittit possessionem, et potest petere manutentionem.
72. Conductor bonorum ecclesiae ad longum tempus, sine beneplacito non potest petere manutentionem.
73. Ecclesiae, quae per alienationem absque beneplacito habuit se pro spoliata, competit reintegratio.
74. Et competunt etiam alia remedia restitutoria.
75. Ecclesia non amittit possessionem ex eo, quod habuerit se pro spoliata praelatus.
76. Ecclesia manutentionem petere potest solum infra decennium.
77. Decl. procedere tantum si alius actualiter possideat.
78. Ecclesia potest etiam petere appositionem sequestri si timet dilapidationem.
79. Sequestratio pendente lite est prohibita.
80. Lim. quando recuperatio fructuum esset difficilis.
81. Praetendens sequestrum apponi ob difficultatem recuperationis probare eam debet.
82 Praelatus, qui alienavit, et habuit se pro spoliato potest intentare remedia possessoria nomine ecclesiae.
83. Ampl. etiamsi juravit non contravenire.
84. Praelatus in dubio censetur agere nomine ecclesiae.
85. Decl. procedere si experiatur jura ecclesiae competentia.
86. Praelatus non potest agere nomine ecclesiae contra alium nomine ipsius ecclesiae retinentem.
87. Praelatus si agat nomine proprio sufficit, quod probet suam possessionem, sed si agat nomine ecclesiae debet probare se canonice institutum.
88. Decl. procedere si ejus possessio non sit antiqua, vel non concurrat alia praesumptio.
89. Et quando docere debet de titulo ad dictum effectum agendi nomine ecclesiae non est necessaria probatio exacta.
90. Ecclesiae nomine quilibet agere potest ad revocationem alienationis nullae.
91. Una ecclesia quandoque obtinet a Papa facultatem recuperandi bona alienata ab alia, et sibi retinendi.
92. Judex competens pro recuperatione rei nulliter alienatae per ecclesiam est judex ecclesiasticus etiam contra laicum.
93. Ampl. procedere, tam in actione reali, quam in mixta.
94. Episcopus est judex competens pro recuperatione rei ab ipsomet alienatae, si judicium agatur nomine ecclesiae.
95. Decl. procedere si non allegetur suspectus prout potest.
96. Episcopus causam suae ecclesiae potest alteri subdelegare antequam suspectus allegetur, et bene facit subdelegando.
97. Condemnatus restituere bona ecclesiae uti nulliter alienata, debet etiam condemnari ad restitutionem fructuum a die alienationis.
98. Ampl. etiam si in alienatione intervenisset beneplacitum, et sententia executoria.
99. Lim. si intervenisset aliquis error in facto.
100. Error juris dubii facile excusat idiotas, et rusticos difficile autem alios.

CAPUT XIV. §. VII.

Quoniam in praedicta *extravag. ambitiosae* post prohibitam locationem ultra trienoium absque beneplacito apostolico, et post exceptos aliquos casus locatio contra dictam prohibitionem facta declaratur nulla, ut videre est in ea *vers. si quis autem*, sequitur videndum de tali nullitate, et de ejus effectibus, et signanter quomodo bona ab ecclesia nulliter locata recuperari possint.

1 Inducitur igitur haec nullitas ipso jure, ut post Redoan.
de reb. eccles. non alien. quaest. 22. *n.* 9. dixit Rota coram
Bichio *decis.* 443. *n.* 1. habet enim dicta *extravag.* Decre-
2 tum irritans, et expresse declarans alienationem hujusmodi
nullius roboris, vel momenti, ut in ea legitur, et dixit Rot.
decis. 538. *num.* 10. post Posth. *de manut. et plenissime in
recent. decis.* 219. *n.* 2. *part.* 10.

An autem locatio facta ultra triennium in dict. *extravag.*
3 *ambitiosae* permissum, vel ultra aliud tempus, quod ex consuetudine, vel alio speciali facultate permittatur, corruat in
totum, vel pro tempore permisso tantum sustineatur, est
quaestio maxima, ut dicit Rota *in decis.* 30. *num.* 2. *part.* 1.
recent. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 5. ubi *a n.* 1. *ad n.* 27.
adducit hinc inde rationes, et auctoritates et concludit ex eis
apparere articulum esse valde ambiguum, et difficillimum,
et patet ex aliis inferentiis, et quia in dividuis utile per
inutile non vitietur sustineri contractum pro tempore permisso, tenent quamplures adeo ut communem esse dicat Cagnol. in auth. *qui rem n.* 60. *c. de sacros. eccles.* et veriorem, et magis communem proculdubio dicat Clar. *in §.
emphyteusi quaest.* 6. *n.* 2. et Caroc. *de locato titulo de reb.
eccles. n.* 44. et post eos et alios plures in praefata *decis.*
30. *n.* 2. et per Mantic. *ubi supra* adductos, eamdem opinionem amplexi sunt Rosentel. *de feud. cap.* 4. *conclus.*
37. *n.* 3. *et seqq.* Genuen. *in praxi archiep. cap.* 61. *n.*
6. *vers. sextus casus*, Gratian. *discept.* 242. *n.* 25. Diece
part. 8. *tract.* 7. *resol.* 30. *per tot.*

4 Verum contraria est hodie magis recepta, ut videre est
ex Becc. *cons.* 92. *n.* 21. Gratian. *discept.* 715. *n.* 16.
Garz. *de benef. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 55. *et seqq. et n.* 67. *et
seqq.* ubi respondet contrariis, et omissis aliis hanc tenet
Rota, ut habetur in coman. locationis coram Pamphilio penes Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 107. *n.* 1. ubi dicit Saepius fuisse decisum *et in dict. decis.* 30. *n.* 3. *part.* 1.
recent. ubi quod domini antecessorum suorum, et juris auctoritatem secuti, talem locationem in totum vitiari censuerunt, et reddit rationem, quia forma a lege praescripta esse videtur, ne rerum ecclesiae locationes fiant ultra trien-
5 nium, et indivisibilem, seu individuam esse formam explanatum est, quae decisio est etiam inter impressas Peniae *decis.* 414. et per Marches. *part.* 1. *fol.* 108. et tenuit etiam
Rota in Tiburtina locationis coram Millino penes eumdem
Marches. *part.* 1. *fol.* 106. *n.* 4. *et in recent. decis.* 176. *n.*
44. *part.* 5. et in forosempronien. seu Eugubine bonorum
empyteuticorum 7. maii 1638. §. *neque facit* coram Coccino, *quae est in ejus impress. decis.* 2264. *n.* 47. et in aliis
itaut dici possit, quod cum Rota hanc opinionem pluries
canonizaverit ea non recipiat amplius dubitationem, prout
dicit Ciarlin. qui eamdem etiam late firmat *contr.* 105. *num.*
127. *et seqq.* ut esset magis receptam, et juri consonam, et
ideo in praxi sequendam, dicit etiam Ricc. *resol.* 102. *sub n.*
6. *et resol.* 106. *n.* 3. *part.* 1. et placet etiam illa ratio, quod
alias mutaretur species contractus, cum multum inter sit
6 inter locationem ad modicum tempus, et locationem ad tempus longum. quae ratio generalior est, et consideratur a Peregr. *de fideic. art.* 40. *n.* 106.

Sed, licet ab hac opinione praesertim propter Rotae auc-
7 toritatem non sit discedendum, tamen ea magis tuta erit,
si ex conjecturis appareat quod partes pro illo tempore permisso tantum non contraxissent, nam cessantibus talibus conjecturis contractum sustineri sentire videtur Bald. *cons.* 475.
n. 8. *lib.* 1. et aliis adductis aperte tenet Caroc. *de loc. tit.
de rebus eccles. n.* 47. *et* 49. et Donat. *de regular. tom.* 1.
tract. 14. *qu.* 42. *n.* 2. *et seq.* Altogred. *cons.* 28. *n.* 44.
lib. 1.

8 Et quidquid sit de horum opinione, cui non assentio, saltem e contra, quatenus ex lectura instrumenti, vel aliunde
deprehendatur, quod partes etiam pro illo tempore permisso tantum contraxissent, sustinetur in eo contractus, statuitque in hoc conjecturis Dec. in auth. *qui rem n.* 23. *vers.
et ita communis*, *c. de sacros. eccles.* Mantic. *de tacit. lib.*
5. *tit.* 5. *n.* 32. *vers.* nam supponendo Molin. *de primog.
lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 18. *vers. aut autem* Barbos. *de potest.
episc. part.* 3. *allegat.* 95. *n.* 11. *et seqq.* Ricc. *resol.* 104.
n. 1. *part.* 1. Ciarlin. *contr.* 105. *n.* 138. Rot. in Romana rescissionis contractus coram Blanchetto penes Marches. *tom.*
1. *fol.* 98. *n.* 10. et in Terracinen. Affictus coram Piroveno
post Posth. *de manut. decis.* 215. *n.* 14.

Et cum hac distinctione magis recepta omissis aliis, quos
videre est penes Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 5. *n.* 27. tolli
poterunt multae contrarietates, et resolvi quamplures quaestiones particularium casuum. At difficultas non modica erit
quandoque in dignoscendo, an partes pro triennio contraxis- 9
sent, quia hoc cum in animo consistat, difficilis est probationis ex traditis per Merlin. *decis.* 704. *n.* 10. et quidem si
dictum esset, verbi gratia, ad novennium absolute, et ab- 10
sque ulla mentione triennii, tunc pro absoluto haberem,
non apparere de voluntate contrahendi ad solum triennium,
et proinde contractum corruere in totum, sicut etiam pro
absoluto id habere videtur Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.*
21. *num.* 18. *vers. aut autem*, et aliis adductis Ricc. *resol.*
104. *n.* 2. *part.* 1. et Rot. *decis.* 709. *n.* 6. *part.* 1. *div.* si 11
vero facta sit etiam mentio triennii, tunc recurrendum ad conjecturas, et quatenus non adsint, vel aeque adsint hinc in- 12
de, tunc procederem cum hac distinctione, ut si primo sit
expressum triennium, et deinde majus tempus, puta si dictum sit, locavit ad triennium proximum, et deinde de triennio in triennium usque ad novennium, aut majus tempus,
vel locavit ad triennium, cum pacto renovandi, vel quid simile, et videatur partes consensisse etiam in solo triennio,
quia actualiter, et primo, ac principaliter pro eo locarunt,
et conduxerunt, si vero primo sit expressum majus tempus,
et deinde adjectum triennium puta, quia dictum sit, locavit ad novennium cum pacto renovendi de triennio in
triennium, vel cum pacto, quod tot sint locationes, quot
triennia, et videatur partes non consensisse locationem aliter fieri, quam ad novennium, quia cum illud primo, et
principaliter, ac dispositive expresserint, debet etiam principaliter attendi, et alia pacta adjecta de triennio. ita debent intelligi, ut ab ipsa principali dispositiva loquente de
novennio non recedatur, ex traditis per Natt. *cons.* 582. *n.*
8. *et seqq.* Tiraq. *de retr. lignag.* §. 23. *glos.* 1. *n.* 21. *et*
22. Gratian. *discept.* 712. *n.* 12. Ossac. *decis.* 164. *n.* 5. et
post alios Rot. coram Dunoz. jun. *decis.* 760. *n.* 3. *circa
med.* nam ab exordio tituli posterior formatur eventus *l. un.
ad fin. c. de imponen. lucrat. descr. lib.* 10. Gratian. *di-* 13
scept. 214. *n.* 21. at praedictam distinctionem in proposito, tangit etiam, licet non omnino per praefatas rationes
Franc. Becc. *cons.* 92. *in fin. cons.* Nec dissonant ab ea lata tradita per Marascott. *var. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 19. *et seqq.*
et per Ciarlin. *contr.* 105. *n.* 136. *et* 137. Non desunt tamen
auctoritates contrariae, nam in terminis primi membri contrarium censuit Rota in comen. locationis coram Pamphilio impressa per Marches. de *commiss. part.* 1. *fol.* 107. *n.*
1. et in terminis secundi membri, contrarium tenet Garcias, qui alios cumulat *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 61. *et
seq.* quibus tamen non obstantibus, a distinctione non recederem, seclusis aliis conjecturis ex praedictis rationibus,
quae in doctrinis contrariis non evacuantur.

Pro conjectura autem, quod partes non contraxissent pro 14
solo triennio inserviret, si pensio non fuisset constituta aequalis respectu primi, ac secundi triennii, sed pro uno major, et pro alio minor, quam conjecturam ponderavit Rota
coram Penia *d. decis.* 414. *n.* 6. *vers. idem praeterea*, quae
est etiam *dec.* 30. *part.* 1. *recent.* et licet eamdem conjecturam potius in contrarium retorqueat. Garc. *de benefic. part.*
2. *cap.* 1. *n.* 64. *et* 65. dicendo ex tali diversitate pretii,
convinci duas fuisse locationes; tamen magis placet opinio
Rotae, quod verisimiliter conductor non contraxisset pro solo triennio cum majori pensione, nisi attento, quod pro alio
minorem solvere debebat, vel e contra, ecclesia non locasset
pro solo primo triennio cum minori pensione, si considerasset non debere assequi majorem in secundo, censetur enim
contractum esse de voluntate contrahentium individuum, 15
quando non reddit tantam utilitatem in parte respectu partis, quantam in toto respectu totius Bart. *in l. qui usumfructum n.* 4. *ad fin. vers. praeterea*, *ff. de usufr. leg.*
Bald. *consil.* 32. *ante n.* 2. *lib.* 2. Rot. *decis.* 709. *n.* 4.
part. 1. *divers.* et coram Greg. *decis.* 157. *n.* 17. et ibi
Add. Nec ex distinctione, et diversitate summarum pensionis, resultat diversitas contractus, dum unicum est instru- 16

mentum, et unicos actus, ut bene probat in proposito Becc.
cons. 92. *n.* 27. et idem etiam post Borgnin. quem refert,
sequit Carocc. *de loc. et condit. tit. de reb. eccles. in* 5.
conclus. vers. Addu ab eo.

Consideranda etiam in hoc dubio virtus clausularum, nam
si locatio sit, verbi gratia, facta juxta primum membrum su-
17 pradictae distinctionis, videlicet ad triennium, et deinde de
triennio in triennium usque ad novennium, sed addita sit
clausula, et non alias, etc. tunc per hujusmodi clausulam
redditur contractus individuus ex partium conventione, cum
expresse sit mens contrahentium aliter non contrahendi, ut
18 optime firmat Gratian. *discept.* 587. *num.* 9. *et.* 10. ea ra-
tione, quia dicta clausula sit limitativa voluntatis Paris. *cons.*
10. *num.* 29. *lib.* 2. Verall. *decis.* 84. *num.* 10. *part.* 3. et
19 inducat formam dec. *cons.* 528. *num.* 11. Natt. *cons.* 372. *n.*
5. per quam dispositio fit individua, ut per Cyn. *in l. si
plures in* 2. *opp. C. decondit. inser.* et alios ibi adductos;
prout pariter si locatio facta esset salvo, et reservato bene-
20 placito apostolico, et non alias aliter, nec alio modo esse in-
dividuum contractum, et vitiari in totum, dixit aliis addu-
ctis Ricc. *resol.* 104. *num.* 3. *part.* 1. ubi allegat dd. et Ro-
tae decisionem in romana locationis coram Blanchetto.

Et idem foret si adesset aliqua alia clausula demonstrans
partes voluisse contractum servari, vel velle uti instrumen-
21 to, prout jacet, et sic etiam cum pacto illicito, vel si talis
voluntas aliunde extra Instrumentum appareret, quia, et
tunc ratione partis illicitae vitiaretur in totum Gratian. *di-
scept.* 587. *in fin.* cenc. de cens. *quaest.* 53. *num.* 5. Rota
post eumdem. decis 142. *num.* 2.

Si autem adesset clausula, in qua partes dicerent se velle
conformare cum dispositione Juris de alienatione, seu locatio-
ne rerum ecclesiae loquentis, et multo magis si in specie
22 cum. *d. extravag. ambitiosae*, tunc censendum erit voluisse
etiam contrahere pro solo Triennio, ut in ea *extrav.* dispo-
nitur, et pacta contraria non essent attendenda, nec vale-
rent vitiare contractum, sed vitiarentur, ut in simili de cen-
su facto cum pactis contrariis constitutioni Pianae, quod vi-
gore dictae clausulae sustineatur, tradunt Gabr. *cons.* 47.
n. 6. *vers. accedit, et seq. lib.* 2. Milanen. *decis.* 2. *n.* 32.
lib. 2. et saepe dixit Rota, *ut decis.* 2. *num* 9. *et decis.* 90.
num. 1. *et decis.* 95. *num.* 10. *et decis.* 117. *num.* 3. *vers.
praesertim, et decis.* 374. *num.* 15. post cenc. de cens.

23 Quod tamen intelligendum est, quatenus alias sine tali
clausula res esset saltem aliqualiter dubia, nam si res sit
clara, quod partes actualiter fecerint contractum locationis
ultra triennium, et in triennio non consenserint, dicta clau-
sula tanquam protestatio contraria facto, nihil operaretur,
ut retento eodem simili, tradunt Gabr. *cons.* 47. *num.* 8.
vers. quod procedit lib. 2. cenc. de cens. *quaest.* 61. *num.*
7. Giurba *decis.* 85. *n.* 23. et in terminis magis proximis la-
24 te, ac optime Rota *decis.* 291. *num.* 35. *part.* 10. *recent.*
Praesertim ubi clausula non sit concepta verbis amplissimis,
et praegnantibus, itaut valeant removere sensum ab actu,
dicendo videlicet, quod intendunt contrahere, prout per-
mittitur in dicta constitutione, et non aliter, et quod omnia
pacta contraria reducunt ad illius tenorem, vel quid simile,
uti requiri tradit cen. *d. quaest.* 61. *num.* 3. et dixit etiam
Rota *d. decis.* 291. *num.* 36. *part.* 10. *recent.*

Prout etiam intelligendum procedere ubi partes illo pacto
25 contrario usae non fuerint, quia si eo usae fuissent, non re-
levarat protestatio praevalente facto contrario Gratian. *di-
sceptat.* 141. *num.* 17. *vers. Dummodo creditor* cens. de
cens. *d. quaest.* 61. *num.* 11. et sequit. Rot. *decis.* 103. *n.* 4.
post eumdem cenc.

Posset etiam ponderari virtus clausulae, omni meliori mo-
26 do, ubi ea adesset in Instrumento, quae est, ut si actus non
potest sustineri modo, quo factus est, sustineatur eo, quo
potest; aequiparatur enim clausulae, si non valet, quod ago,
ut ago, valeat eo modo, quo valere potest Cephal. *cons.*
423. *n.* 92. *et cons.* 437. *num.* 82. *et seq* Handed. *cons.* 44.
num. 28. *lib.* 2. Fusar. *de substit. qu.* 245. *num.* 64. et po-
27 st eos Barbos. *claus.* 95. *n.* 3. Animadvertendo tamen, quod,
ut dicta clausula effectum praefatum operetur, necesse est,
ut sit cum praecedenti dictione, et, alias enim sine ea non
operatur, juxta distinctionem Caputaquen. *in decis.* 124.
part. 1. quam Rota passim sequitur, ut habetur in *decis.*
439. *n.* 13. *part.* 9. *recent.* Idest non operatur, ut sustinea-
tur modo diverso ab expressis, videlicet si non sit expressum
locationem fieri ad triennium, clausula omni meliori modo
absque dictione illa, et, non potest operari, ut contractus
valeat pro triennio, quia haec est differentia inter clausulam
cum dicta dictione, et clausulam sine ea, ut prima operari
possit contractum sustineri etiam modo diverso ab expressis,
secus autem secunda, Gonz. *ad reg.* 8. Caecill. *glos.* 3. *n.*
8. Marta *clausula* 88. *n.* 3. *part.* 1. Barbos. *claus.* 95. *num.*
53, *et* 54. ubi dicit cum hac distinctione conciliari multas
decisiones contrarias Seraph. *decis.* 1184. *num.* 3. et quo-
modocumque sit concepta, potest operari in dubio, secus au-
tem si dispositiva instrumenti clara loquatur de locatione ul- 28
tra triennium tantum, itaut sit re vera, et indubitanter nul-
la, quia clausula omni meliori modo, apta de per se non
est ad vim addendam, et effectum tribuendum actui re vera
nullo dec. *cons.* 413. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. lib.* 1.
quaest. 17. *num.* 4. *et seq.* Rot. *decis.* 291. *num.* 27. *par.*
10. *recent.*

Video etiam ponderatum ad arguendam individuitatem 29
contractus, quod concessio fuerit facta sub unica canonis re-
sponsione per Rot. *decis.* 39. *n.* 55. *part.* 10. rec. sed ista
ponderatio non videtur relevans in quaestione de qua agi- 30
mus, ubi pensio, seu canon sit annuus, quo in casu loqui-
tur ibi Rota, sed solum si conventum fuerit fieri unicam so-
lutionem, et in unica summa pro toto novennio, pro quo
fuerit facta locatio, quia tunc bene ex hac unicitate pretii
argueretur unicitas contractus, non obstante, quod dictum
esset de triennio in triennium, vel quid simile Bald. *cons.*
475. *num.* 8. *lib.* 1. Caroc. qui alios refert *de loc. tit. de
reb. eccl. num* 47. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 23.
et etiam in his terminis conjectura non esset de se sola suffi-
ciens, quando tempus locationis esset uniforme, et posset
commodè dividi Clar. *in* §. *Emphiteusis quaest.* 6. *num.* 2.
ad fin. vers. ego tamen credo, ubi de veriori, et magis com-
muni Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 28. *vers. sed
quamvis* ubi hanc tenet, licet plures pro contraria alleget,
et eam communem fateatur, alter Molin. *de contract. di-
sput.* 467. *num.* 5. *ad finem.* Posset tamen unica canonis
responsio, licet annua, operari ad demostrandum contractum
unicum, et individuum in alia quaestione, nempè si essent 31
locatae res diversae unico contextu, quarum aliquae essent
solitae locari, aliquae non, et quaereretur, an posset sustineri
contractus in solitis, tunc inquam, ex quo unica esset re-
sponsio pensionis, argueretur contractum esse unicum et in-
dividuum, et sic non posse sustineri pro parte tantum, de
qua quaestione infra *capit.* 25.

Dubitatur etiam, an si fiat locatio simul, et eodem tem-
pore duobus, vel tribus cuilibet ad triennium tantum, quam 32
locationem comprehendi in prohibitione, de qua *in extra-
vag.* dictum est supra *in* §. 2. *num.* 3. Dubitatur inquam, an
talis locatio sustineatur saltem respecto ejus, cui facta fuit
pro primo triennio, et pro negativa latissime consuluit
in terminis locationis factae tribus Franc. Becc. *cons.* 92.
per tot. et eamdem opinionem tenuit etiam Gennen. *in suis
pract. eccles. quaest.* 354. seu juxta aliam impress. 355. *et
donat. de regular. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 40 *num.* 1. *et
quaest.* 42. *num.* 7. *et* 8. et idem in terminis locationis fa-
ctae duobus, tenuit, ac plenè etiam firmavit Rot. coram pe-
nia *decis.* 414. *et in recent. decis.* 30. *part.* 1.

Contrarium tamen in terminis ejusdem decisionis rotalis,
petita venia a tanto tribunali, tenuit Garz. *in suo tract. de
benef. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 65. *et seq.*

Et in hac contrarietate videtur, quaestionem istam regu- 33
landam, prout supradictum est de alia proxima, videlicet
distinguendum, ut si locatio concepta sit ab initio simul pro
toto tempore, scilicet si dictum sit, locavit Titio, et Cajo
per sex annos continuos, et tunc contractus sit individuus,
et nihil relevet, quod additum sit, Titio pro tribus annis
proximis, et Cajo pro subsequentibus, sed adhuc corruet in
totum. et hic est, casus Rotae *in dicta decis.* quae proinde
bene resolvit, locationem esse in totum nullam, quia appa-
rebat facta ultra triennium, cum diceretur in ea per sex an-
nos continuos, ut praecise ponderatur ibi *vers. quam senten-
tiam*; si verò locatio facta esset Titio ad triennium proxi-
mum, et Cajo ad subsequens, tunc contrarium esset tenen-
dum, videlicet locationem primam, et utiliter factam ad solum
triennium Titio, non vitiari per additionem alterius trien-
nii locationis factae Cajo, juxta regulam, quod in dividuis
utile per inutile non vitiatur, ut supra,

Verum, et haec distinctio tenenda est seclusis conjecturis, 34
quae, et in hac quaestione sunt attendendae circa volunta-
tem partium, quod contractus esset dividuus, vel individuus,
licet enim iste contractus sit dividuus ratione personarum,

35 et suae naturae, tamen potest esse individuus ex voluntate
partium, ut habetur in *l. cum ejusdem* 34. *prope fin. ff. de
edil. edict.* et per Rot. coram Gregor. *decis.* 157. *num.* 16.
vers. at iste contractus, prout eas bene considerant Becc.
dicto cons. 92. ubi signanter *num.* 9. ponderat, quod datus
erat unicus fidejussor ab omnibus conductoribus pro toto
tempore, et Rota *in dicto decis. Pen.* 414. ubi ponderat,
quod pro secundo triennio, pensio erat minor, de qua conjectura
dictum est supra.

Alias autem conjecturas, et modos dignoscendi, an locatio
sit unica, et individua vel plures, tradam infra *cap.* 25.
ubi de hoc agam in genere, hic enim praedicta tradere volui,
uti magis particulariter locationem bonorum ecclesiae
tangentis.

Non omittendum denique in hoc proposito locationis
36 factae ultra tempus permissum animadvertere, quod licet
constitutio Paulina, et aliae prohibentes locationem rerum
ecclesiae, sint conditae ejus favore, et ideò si ecclesia
stare velit contractui, id ei permittatur, tamen quando unica
est locatio ultra tempus permissum facta, et individua,
non potest ecclesia, velle stare pro tempore permisso tantum,
et pro alio non, sed debet, vel in totum stare, vel in
totum reprobare, ut dicam infra hoc eodem, §. *num.* 55. *et
sequentibus.*

37 . Est tamen ista nullitas inducta favore ecclesiae, *cap. si
qua de rebus vers. in judicio* 12 *quaest.* 2. abb. *in cap.* 1.
n. 6. *de his, quae fiunt a Praelat. sine cons. cap.* Rota in
Perusina reciss. contr. coram Bianchetto penes Marches. *de
commiss. part.* 1. *fol.* 99. *num.* 2. Seraphin. *decis.* 256. *n.*
38 2. Merlin. *decis.* 255. *num.* 4. *et seq.* ita ut contractus claudicet,
videlicet ipsa volente sustineatur, volente autem conductore,
et ipsa recusante, minimè, Rota in romana palatii
S. Mariae Majoris coram Pamphilio penes. Marches. *de commiss.
part.* 1. *fol.* 102.

39 Et interim, ac ecclesia non declarat velle stare, vel recedere,
contractus dicitur habere implicitum statum validitatis,
Butr. *in cap. eum nos, propè fin. vers. quia licèt, de
his, quae fiunt. a Praelat. sin. cons. cap.* Surd. *decis.* 70.
num. 22. Merlin. *decis.* 267. *num.* 1. Rut. *decis.* 29. *n.* 4.
post. cene.

40 Et si fiat locatio reservato beneplacito, prout consuevit
quandoque fieri, valet ecclesia antequam beneplacitum impetretur
poenitere, et tunc beneplacitum superveniens non
operatur Rota in comen. locationis coram Pamph. penes
Marches. *de commiss. p. p. fol.* 107. *num.* 4.

41 Nec relevaret in litteris apostolicis beneplaciti, dici supplicatum
fuisse ab ipsa ecclesia pro illo impetrando, nisi aliundè
probaretur Genuen. *in praxi archiep. cap.* 88. *num.*
42 5. ubi tamen constaret, tunc aliud esset dicendum, imò quod
postquam semel consensit rector beneplacitum posse impe-
43 trari, quod non valeat amplius poenitere Caephal *cons.* 91.
n. 9. quem in terminis etiam fortioribus, videlicet alterius
rectoris, qui interim successerit ei, qui consensit secuta est
Rota coram Coccino *decis.* 374. *n.* 5. at ubi beneplacitum
44 etiam ab ipsa fuisset obtentum, sed nulliter, posset pari modo
recedere, ut tradit Marescott. *var. resol. cap.* 14. *n.* 10.
45 *lib.* 1. non tamen admittendus esset similis recessus, ubi
praelatus locans, promisisset cum juramento a contractu non
recedere, sed tunc superveniente beneplacito in tempore debito,
illi standum esset, ut notat Genuen. *dicta praxi cap.*
46 88. *num.* 4. etiamsi beneplacitum esset impetratum cum solita
clausula, si *in evidentem, etc.* et executores nondum in-
47 terposuissent decretum Genuen. *d. cap.* 88. *n.* 3. dicta enim
clausula non suspendit validitatem beneplaciti, et ejus effectus,
ut dixit Rot. *in* romana rescissionis contractus coram
Bianchetto penes Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 110.
intelligendo tamen, quatenus verè tunc temporis adsit evi-
48 dens utilitas, itaut sola ejus dilucidatio, et probatio sit facienda,
prout distinguendo contrarias decisiones declaravit,
et conciliavit Rota coram Dunozo *decis.* 365. *n.* 9. ubi, et
quod propterea si conductor post impetratum beneplacitum
ante probationem utilitatis objerit, poterit, qui ab
eo est vigore facultatis sibi concessae nominatus eam probare.

49 E contra verò laicus condocens cum dicta clausula, salvo,
et reservato beneplacito, non potest interim antequam obtineatur
à contractu recedere Gratian. *discept.* 202. *num.* 24.
Ciarlin. *contr.* 39. *num.* 43. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 7.
num. 53. *vers. ex hoc autem*, *et decis.* 201. *num.* 7. *et* 8.
50 nec potest hac ratione, quod beneplacitum non fuerit impetratum,
solutionem pensionum evitare Rot. cor. Crescent.
decis. 1. *de locat.*

Tertius pariter non potest allegare hanc nullitatem, quia 51
est data de jure ecclesiae Seraphin. *decis.* 256. *num.* 3. *in
recent. decis.* 431. *num.* 8. *part.* 9. nisi tamen esset in casibus,
in quibus permittitur dare de jure tertii, uti si possideret,
eam ad tuendam suam possessionem contra alium, 52
posset allegare hanc nullitatem *decis.* 39. *n.* 56. *par.* 8. *recent.*
prout etiam posset tertius illam allegare si ecclesia con- 53
tractum ratum non habuisset Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 7.
num. 54. nec dicitur tertius ad hunc effectum, qui ab eccle- 54
sia causam habet, puta, si ipsa alteri locasset, posset conductor
secundus allegare nullitatem primae locationis ex defectu
beneplaciti, tamquam singularis successor ecclesiae, hoc
jus allegandi nullitatem habentis, Gratian. *discept.* 691.
num. 18. Rot. *decis.* 39. *num.* 37. *part.* 8. et *decis.* 220.
num. 9. *part.* 10. *recent.*

Bene tamen potest conductor compellere ecclesiam ut de- 55
claret, an velit stare contractui, vel non, ut probat Vinc. de
Franch. *decis.* 35. *num.* 9. *et per tot.* Adden. ad Gregor.
decis. 467. *n.* 16. *vers. prout etiam*, at debet ecclesia, vel
in totum acceptare, vel in totum reprobare, nec potest velle 56
stare contractui pro aliqua parte tantum Seraph. *decis.* 540.
num. 4. *et* 5. Gregor. *decis.* 467. *num.* 5. et ibi Adden. est
enim contractus unicus regulariter individuus, itaut, vel in
totum approbandus sit, vel in totum reprobandus Bald. *cons.*
34. *num.* 1. *lib.* 1. Natt. *cons.* 534. *num.* 2. Mantic. *decis.*
13. *num.* 7. quando autem locatio dicatur unica, vel plures
videbimus infra *cap.* 25. Unde nec ubi contractus est ul- 57
tra tempus permissum, puta, locatio ultra triennium, valet
ecclesia velle ei stare pro tempore permisso, videlicet pro
triennio tantum Marescott. *var. cap.* 25. *n.* 17. *et* 18. ubi
decisionem Rotae refert *lib.* 2. nisi forte jam servatus fuisset
contractus tanto tempore, ut solum triennium superesset, 58
hoc enim casu posset ecclesia velle ei stare, etiam absque
impetratione beneplaciti, ut probat Garz. *de beneficiis par.*
2. *cap.* 1. *num.* 81.

Et similem actionem, qua clericus ad aliud non urgetur 59
quam ut declaret, an stare velit contractui non inutiliter
intentari coram judice laico, visum est senatui Sabaudiae ut
refert Faber. *in suo cod. lib.* 3. *tit.* 12. *def.* 9. sed tutius
sine dubio esset eam intentari coram ecclesiastico, si enim
clericus nihil respondeat, vel declarare recuset, necesse est,
ut judex ipse declaret, vel absolvat clericum quod facere
nequit laicus, ut admittit ipse Fab. *ibi num.* 3. et est
vulgatum.

Et compelli etiam posset ecclesia iterum solemniter contra- 60
here, aut confirmationem, seu beneplacitum Papae impetrare,
aut impetrationi consentire, quia alias, licet hodie dicat
velle contractui stare, posset cras velle recedere, cum sicuti
non ligatur per primum consensum, ita nec ligetur per secundum,
dum uterque est sine solemnitatibus, et sic conductor
semper staret in incerto, et dicta conclusio, quod ecclesia
teneatur declarare, an velit stare contractui, remaneret
inania et elusoria, quod non est dicendum, et ita sensit post
alios Redoan. *de reb. eccles. non alienan. rubr.* 33. *cos.* 7.
n. 21. *vers. sed limita, et quorant. in summ. bullar. verb.
alienatio num.* 34. Franc. *decis.* 35. *ad finem Donat. de
regular. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 32. *num.* 4.

Imo fortius, qui alienavit rem ecclesiae tenetur in foro 61
conscientiae beneplacitum impetrare, alias peccat mortaliter
etiam si alienatio sit facta in utilitatem ecclesiae, Bonacc. *de
contract. part.* 8. *punct.* 4. *n.* 10. *et* 11. non enim potest
contemnere praeceptum ipsius Papae de non alienando
absque eo, quod aperte habetur in dicta extrav. ambitiosae.

Si tamen ecclesia contraxisset cum alia ecclesia, tunc non 62
posset dicere se velle stare contractui sine beneplacito facto
in praejudicium alterius, quia utrique competit aequale privilegium,
et utraque potest allegare nullitatem Ciarlin.
contr: 18. *num.* 36. *vers. hoc tamen, non potest*, sed ani- 63
madverto, quod Ciarlin. loquitur de permutatione, in qua
quaelibet ecclesia alienat, et sic quaelibet potest allegare
nullitatem ex defectu beneplaciti sibi in alienatione necessarii,
at secus videtur in locatione simplici, in qua ecclesia
conductrix non indiget beneplacito, et ideo nequit ejus defectum
allegare, et allegando dat de jure alterius ecclesiae,
ad cujus favorem est inductum, ut non possit locare sine beneplacito,
et in his terminis placeret opinio contraria, quam
video tenuisse etiam in dictis terminis permutationis, qui
sunt sine dubio fortiores Rot. *in decis.* 70. *num.* 2. *part.* 1.

recent. ubi capitulum S. Mariae Majoris de urbe permuta-
verat cum archipresbytero ejusdem ecclesiae contrahente no-
mine dignitatis, ut habetur *num.* 4. et sic hinc inde aderat
privilegium, et tamen fuit dictum, quod ecclesiam poterat
dicere se velle stare contractui, dum cedebat in ejus utili-
tatem.

64 Impugnare igitur potest ecclesia contractum, et ab eo re-
cedere, et quatenus receperit pecunias, non tenetur eas re-
stituere, ut post alios tenuit Antoniu. Maceraten. *variar.*
lib. 1. *resolut.* 38. n. 19. *vers. fuit replicatum* Marches. *de*
commiss. part. 1. *fol.* 55. *n.* 44. Ciarlin. *controv.* 105. n. 78.

65 Et licet contrarium senserit, Novar. *in summa bullar. in*
bull. praetermiss. tit. de alienat. bonor. num. 11. Rota post
Pie. ad statut. orb. *decis.* 11. num. 3. et cor. Meslio. *de-*
cis. 219. *n.* 2. ubi aliae decisiones allegentur, tamen haec
66 opinio fundatur in eo, quod ecclesia tamquam cultrix justi-
tiae, non debet eum aliena jactura locupletari, ut habetur
in illa Romana censuum de Romulis in utraque *decis. prae-*
dicta allegata, quae est coram Penia *decis.* 778. juxta im-
press. Lugdunen. *num.* 1. et animadvertit Rot. coram Bu-
ratt. *decis.* 14. *num.* 4. et ideo procedit tantum, si probetur
pecuniam versam fuisse in ejus utilitatem juxta *glos. in l.*
praediorum, *c. de praed. minor.* quam alii sequuntur relati
in proposito per Rot. coram Duran. *decis.* 256. n. 5. et co-
ram Burat. *decis.* 814. *num.* 2. adeo ut non stetur assertioni
praelati de tali versione Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 55.
num. 45. Ciarlin. *dicta contr.* 105. *num.* 78. praesertim ubi
67 contractus fuisset factus ex causa necessaria, videlicet sol-
vendi aeris alieni, quia si esset factus ex causa voluntaria,
videlicet merae utilitatis, tunc ille, qui contrahit cum eccle-
sia, non tenetur esse sollicitus de versione pecuniarum,
quas ei solvit, et absque versionis in utilitatem probatione
eas repetit, ut distinguendo censuit Rota cor. Penia *d. de-*
cis. 778. *num.* 4. *et seqq. et decis.* 463. *num.* 13. post Cens.
de cens. et de solito Rotae ita distinguendi in hoc articulo,
testatur Merlin. *d. decis.* 219. *num.* 12. *vers. quoniam ul-*
68 *tra quod, et decis.* 444. *num.* 16. Verum haec distinctio in
terminis nostris non transit sine difficultate, quia conclusio,
quod ubi contractus est ex causa voluntaria, versio non sit
probanda, procedit quando contractus est validus, non au-
tem quando est nullus, prout supponimus ex defectu bene-
placiti, ut declaravit Rot. coram Buratt. *d. decis.* 814. *n.* 2.
vers. distinctio alienationis, et post Cenc. de cens. *de-*
cis. 464. *num.* 29. et *seq.*

69 Versio autem in utilitatem, et locupletatio ad hunc effe-
ctum probatur docendo, ecclesiam habere pecuniam salvam,
vel habere aliquid ex ea emptum, vel etiam si emerit res si-
bi necessarias, quamvis modo non extantes Marches. *de com-*
miss. part. 1. *fol.* 55. *num.* 45. et melius Rot. *decis.* 464.
70 *num.* 31. post Cens. de censib. et statur etiam conjecturis, et
verisimilitudini Menoch. *praesumpt.* 55. *num.* 4. *lib.* 3.
Gratian. *discept.* 632. *num.* 15. et pulchre Rot. coram Du-
nano *decis.* 256. *num.* 6. *et seq.* ubi Rota propter verisimi-
lem praesumptionem, quod ecclesia erogasset pecunias in
alendis quibusdam, quos alere tenebatur, eam debere resti-
tuere censuit.

71 Pro recuperatione vero rei, sic nulliter locatae, potest ec-
clesia petere manutentionem, vigore civilis possessionis, quae
per alienationem nulliter a praelato factam, non fuit ab ipsa
abdicata Bart. *in l.* 1. §. *si vero vers. oppono quod ex inuti-*
li, *ff. de acquir. possess.* Verall. *decis.* 182. *num.* 8. *par.* 3.
Rot. *decis.* 327. *num.* 15. *et decis.* 330. *num.* 27. post Po-
sth. *de manut.*

72 Nec potest tale remedium manutentionis praetendi a con-
ductore, quia decretum irritans extrav. ambitiosae inficit
ejus possessionem, quae proinde non est manutenibilis, *ut*
firmatur in decis. 219. *num.* 3. *part.* 10. *recent.* nisi forte
dubitaretur extrav. praedictam non applicari, vel etiam non
esse in usu, quia tunc interim dum hoc cognoscitur manu-
tenendus esset conductor *decis.* 200. *n.* 10. et *seqq. part.* 10.
recent. et dixi supra, §. 1. *hujus cap. n.* 8.

73 Et si ecclesia habuerit se pro spoliata competit ei reinte-
gratio, ut dicit Rot. *decis.* 11. *num.* 2. post Post. *de manut.*
et notat Ciarlin. *contr.* 105. *num.* 81. et non solum reinte-
gratio, sed etiam interdictum unde vi *decis.* 291. *num.* 9.
74 *part.* 6. *recent.* Bich. *decis.* 443. *num.* 9. et competere etiam
remedium restitutorium ex condictione triticaria, vel sine
causa, vel indebiti, dictum fuit a Rota in una Placen. Deci-
marum coram Bubalo, quae est penes Marches. *de commiss.*
tom. 1. *fol.* 105.

Dicitur autem ecclesia habuisse se pro spoliata, et non 75
potest intentare remedium retinendae, non ex eo, quod ha-
buerit se pro spoliato praelatus, quia non potest ecclesia pos-
sessionem perdere ex facto praelati Bart. *in l.* 1. §. *si vir*
uxori n. 3. *ff. de acquir. poss.* Paris. *cons.* 24. *n.* 7. *et* 8.
volum. 1. Posth. *de manutent. observat.* 57. *num.* 103. Rota
decis. 327. *num.* 5. *post* Posth. *de manut.* sed si permittat 76
labi decennium absque petitione manutentionis, ideoque
tunc debet intentare remedium reintegrandae, ut latissime
firmat Ciarlin. *contr.* 105. *num.* 31. et ultra plures decisio-
nes ibi adductas, firmat etiam *in decis.* 160. *num.* 9. *part.*
11. *recent.* quod tamen procedit tantum si conductor, aut 77
alius actualiter possideat, alias enim intraret conclusio, quod
ecclesia nunquam per solam acquiescentiam possessionem a-
mittit. *decis.* 1. *de restitut. spoliat. in nov. decis.* 24. *n.* 6.
cum duobus seqq. part. 8. *recent.*

Et ubi probetur fructus a conductore dissipari, vel quod 78
ob ejusdem inopiam, vel alias circumstantias essent diffici-
lis recuperationis, peti poterit pro parte ecclesiae, ut inte-
rim, ac feratur sententia reintegratoria, apponatur seque-
strum, secus autem praefatis non probatis, ut dixit Rot.
decis. 443. n. 10. *et* 11. coram Bichio, sequestratio enim 79
pendente lite regulariter est prohibita, tam de jure civili,
quam Canonico, *l. unic. c. de prohib. seq. cap. volumus*
16. *quaest.* 4. Practic. Papien. *in form. sequestr. in princ.* 80
et licet haec regula limitetur, quando recuperatio fructuum
esset difficilis Rot. *decis.* 13. *n.* 3. *part.* 2. *diver. et decis.*
136. *n.* 3. *vers. accedat. part.* 1. *recent.* et in una Januen.
pecuniaria 12. octobris 1640. §. *eo vero vers. unde* negari
coram Verospio, et novissime in una Taurinen. decimarum
27. aprilis 1668. §. *fin.* ubi quod si possidens sit externus,
itaut difficile sit ab eo exigere apponitur sequestrum etiam
sine probatione dilapidationis, et 23. junii 1669. coram re-
verend. D. meo Calataju quarum prima est *decis.* 375. *part.*
15. *rec.* ubi in fine promittitur alia in sequenti volumine 81
nondum impresso, praetendens sequestrum probare debet
se esse in casu hujus limitationis, alias pars contraria habet
intentionem fundatam in regula prohibitiva sequestri Gre-
gor. *decis.* 118. *n.* 1. *et* 2. et dixit etiam Rota in una Bron-
dusina bonorum 23. januarii 1649. § *constat.* etiam coram
reverend. Meltio quae est *in recent. decis.* 277. *part.* 10. et
post Salgad. *in labir. credit. decis.* 21.

Praedictaque remedia possessoria possunt intentari etiam 82
ab ipsomet praelato, qui alienavit, et habuit se pro spolia-
to, quia licet regulariter non competant ei, qui facto suo ce-
ciderit a possessione, tamen haec regula non obstat praelato,
quatenus agat ecclesiae nomine ad text. *cum ibi notat per*
gloss. et scriben. in cap. si quis presbyterorum de reb. ec-
cles. non alien. Ilouded. *cons.* 23. *n.* 46. *lib.* 2. Ciarlin. *con-*
tr. 105. n. 35. ubi plene. *et* n. 37. ubi etiam si jurasset non 83
contravenire alienationi Posth. de manut. *observ.* 57. *n.* 102.
Adden. ad Gregor. *decis.* 116. *n.* 5. Verall. *decis.* 182. *n.*
8. *et* 9. Seraphin. *decis.* 417. *n.* 3. Rot. *decis.* 330. n. 27.
post Posth. *de monut.* et notat Ridulph. *in suo praxi part.*
2. *cap.* 12. *n.* 209. et regulariter in dubio censetur agere no- 84
mine ecclesiae Seraphin. *decis.* 20. *n.* 7. ubi tamen jura,
quae experitur competant ecclesiae Abb. *in cap. literis n.* 85
3. *de dilat.* alias enim si non competunt ecclesiae, sed tan-
tum sibi, tunc nec censetur, nomine ecclesiae agere Abb.
in cap. cum litera suo n. 5. *de dilat.* Rip. *in cap. cum M.*
Ferrarien. *n.* 10. *vers. unde ego de constit.* Natt. *cons.* 563.
n. 9. Bellamer. *decis.* 746. *n.* 10. Unde non posset agere no- 86
mine ecclesiae contra retinentem nomine ipsius ecclesiae *de-*
cis. 18. *n.* 1. *post med. vers. nec obstat, quod probanda*
de restit. spoliat. in antiq., et quod facilius excluderetur quis
a petenda manutentione nomine ecclesiae si agatur inter
ministros ejusdem ecclesiae, quam si cum exteris censuit
Rota *decis.* 160. *n.* 10. *part.* 11. *recent.*

Animadvertendum tamen, quod quando praelatus agit 87
hoc modo ad possessionem rerum ecclesiae, si agat nomine
proprio sufficit ei probare suam possessionem, si autem agat
nomine ecclesiae requiritur ulterius, ut probet si verum
praelatum, et sic fuisse canonice institutum Bald. *in l.* 2.
n. 67. *in fin. et seqq. c. de serv. et aq.* Contard. *de moment.*
limit. 2. §. 8. *n.* 6. Posth. *de manut. observ.* 57. *n.* 104.
in ult. impress. quod tamen intelligendum videtur si pos- 88
sessio sua non sit antiqua, vel non habet aliam praesum-
ptionem pro se, quia his stantibus eum posse agere non do-
cto de titulo, est decisio Rotae *p. n.* 2. *et* 3. *de rest. spoliat.*
in nov. ubi etiam in fin. aliud notabile habetur videlicet, 89

quod in casibus in quibus doceri oportet de titulo, non requiritur adeo arcta, et exacta probatio sicut si ad id principaliter ageretur.
90 Et potest etiam quilibet alius agere nomine ecclesiae pro
revocatione similis alienationis, *cap. si quis praesbyterorum
de reb. eccles. non alien.* Antonin. Maceraten. *resolut.* 28.
n. 18. *lib.* 1. Ciarlin. *cont.* 105. *num.* 36. etiam parochiani
91 laici Abb. *in d. cap. si quis praesbyterorum n.* 8. ubi de
communi, et aliquando alia ecclesia patit a papa, ut possit
ipsa eam ab alia alienatam ob impotentiam illius vindicare
sibi, et solet permitti cum clausula, ut si ecclesia illa perveniat ad pinguiorem fortunam restituat, prius sibi de pretio
satisfacto Goff. *in sum. tit. de his, quae fiunt a praelat.
num.* 6.
92 Judex autem competens, licet quando ecclesiam agit contra laicum sit judex laicus nempe rei conventi, tamen hoc in
casu, quia agitur de re ecclesiae a laico retenta est judex ec-
93 clesiasticus *cap. si clericus laicum de for. competent.* quod
procedit tam in actione reali, quam in mixta Menoch. *cons.*
1161. *num* 8. *et seqq.* et in his terminis Gutier. *canonic.
quaest.* 34. *num.* 10. *et seq. lib.* 1. Ciarlin *contr.* 105. *n.* 85.
et ultra plures per eum cumulatos Sperell. *decis.* 98. *n.* 2.
Rot. *dec.* 42. *n.* 1. *et seqq part.* 6. *recent.* Marin *dict. resol.
cap.* 207. ubi habet hoc pro indubitato *p.* 1. quidquid dubitare videatur contrarios referendo Donat. *de regular. tom.*
94 1. *tract.* 14. *quaest.* 33. et est competens episcopus, etiam si
ipsemet alienasset, si judicium agitur nomine ecclesiae Galder. *cons.* 6. *in fin. tit. de judic.* Antonin. Maceraten. *resol.*
48. *n.* 8. *lib.* 1. Bellet. *disquisit. cleric. tit. de exempt. cleric. a statut.* §. 1. *n.* 37 Put. *dec.* 205. *n.* 2. *lib.* 2. Coccin.
95 *d.* 79. *n.* 2 et licet non desint, contrarium tenentes, quorum
plures refert signanter Surd. *cons.* 50. *n.* 11. tamen haec est
verior, antequam fuerit allegatus suspectus, et recusatus, ut
dicitur in *dec.* 36. *n.* 15. *p.* 10. *recent*, potest enim allegari
suspectus, et haec est justa causa eum allegandi, quod agatur de re suae ecclesiae Laur. de Jud. *susp. cap.* 5. *n.* 27
Rot. *dec.* 165. *n.* 15 *part.* 6. *recent.* et solet facta tali recu-
96 satione obtineri commissar. sicinieri juxta praxim, de qua
Gratian, *discept.* 833. n. 22. et ideo bene agat episcopus, si
similes causas suae ecclesiae per se non cognoscat, sed alteri
deleget, prout potest antequam allegetur suspectus, *cap. judex.* 5. *de offic. deleg. in* 6. Laurent. *de judic. suspect. cap.*
5. *n.* 29. et licet, contrarium late probare conetur Surd.
cons. 50. n. 13. *et seqq.* tamen si recte advertatur ipse loquitur cum supposito, quod episcopus, non sit judex competens in causa suae ecclesiae, movetur que illa ratione, quod
qui prohibetur causam per se cognoscere, prohibeatur etiam
alii causam cognoscendam committere Bar. quem allegat *in
l. qui jurisdictioni col.* 1. *ff. de jurisd. omnium. jud.* et
ideo non obstat dum tenemus cum magis communi, quod
antequam allegetur suspectus possit causam cognoscere.
97 Et in praedicto judicio facienda erit condemnatio ad restitutionem fructuum per conductorem perceptorum, non a
die moti judicii tantum, sed a die locationis factae, ex quo
fuit nulla ipso jure, ut dictum fuit, et ex dispositione juris
clari, itaut non possit conductor excusari a mala fide, *l. jubemus* §. 1. *c. de sacros. eccles.* Felin. *in cap. cum causa
num.* 27. *de re judicata* Rot. in una Neapolitana fructuum
coram Lancellot. pracs Marches. *de commiss. to.* 1. *fol.* 104.
et decis. 444. *n.* 1. et ibi latissime, Adden. *p.* 4. *tom.* 2. *et
decis.* 3. *n.* 33. *p.* 7. *recent. et decis.* 256. *n.* 2. coram
98 Durano, ubi etiam *n.* 3. *et seq.* firmatur procedere quamvis
intervenerit in alienatione sententia executoria litterarum
in forma, si in evidentem concessis, ex quo emptores, qui
non poterant allegare ignorantiam dictae extravag. Ambitiosae contra ejus formam emerant, et sic non poterant se excusare praetextu erroris facti, vel juris ambigui *l. quemadmodum. c. de agricol. et censit. lib.* 11. *in c. qui contra*
99 *de reg. jur. in* 6. *cum alii sibi relat.* ubi enim adfuisset
aliquis error in facto, tunc bene per illum excusaretur conductor a restitutione fructuum ante motam litem percepto-
100 rum, ut habetur in *d. dec.* 444. *num.* 2. *p.* 4. *tom.* 2. *recent.*
vel etiam si adesset, aliquis error juris dubii, ex late traditis
per Ciarlin. *d. contr.* 105. *d. n.* 73. *ad* 78. eoque facilius
si esset persona idiota, vel rustica, quia alias difficilius excusaret ignorantia, et necesse esset eam esse invincibilem, ut
post Saneb. *in decl. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 260. *et* 162. dixit
Rota *dec.* 3. *nu.* 35. *et* 36. *par.* 7. *rec.*
In comprobationem vero dictae conclusionis, quod regulariter praedictis excusationibus cessantibus, debeat fieri restitutio fructuum ab initio contractus, adduci posse videbatur, quod Paulus 4. Bulla 2. ubi inhaerendo dictae *extravag. ambitiosae*, per Paulum 2. editae in §. 4. declarat
nullas omnes locationes ultra triennium, et in §. 5. expresse
declarat conductores teneri bona relaxare, ac de fructibus
non solum percipiendis, sed etiam perceptis realiter ecclesiae,
et locis piis satisfacere, sed animadvertendum, quod Pius 4.
ad tollendas quamplures lites, quibus dederat causam, dictam
Bullam Pauli IV. ad viam juris prorsus reduxit, per suam
Bullam XI. ut dicam etiam infra §. *ult. hujus cap.*

Quae sint poenae impositae contra locantes bona ecclesiae ultra triennium, et quando incurrantur.

SUMMARIUM.

1. Nullitas contractus inducta per extravag. ambitiosae dicitur impropria poena.
2. Poena est cum minuitur patrimonium, vel tollitur aliquod jus quaesitum, non autem, quando impeditur lucrum.
3. Poenae extravag. ambitiosae contra alienantes sunt excommunicatio, et beneficiorum privatio, et quid si sit episcopus, vel abbas.
4. Regulares locantes ultra triennium absque licentia S. congreg. concilii ultra excommunicationem incurrunt etiam poenam privationis vocis.
5. Causa quaelibet, etiam bestialis excusat a poena.
6. Poenae extrav. ambitiosae non incurruntur sine contemptu, et dolo.
7. Verbum, praesumpserint, importat contemptum, et dolum.
8. Error facti excusat omnes a poenis, juris autem error excusat idiotas, et alios si sit dubium.
9. Alienans bona ecclesiae bona fide, et conditionem ecclesiae meliorem faciens excusatur a poenis extravag. ambitiosae, et a peccato.
10. Lim. si jurasset non alienare, quia peccat, et fit perjurus.
11. Poenae extrav. ambitiosae contra alienantes bona ecclesiae non incurruntur, nisi a praelatis, et aliis administrationem habentibus.
12. Ampl. etiamsi alii subditi alienationi consensum praestiterint.
13. Poenae praedictae, ut incurrantur necessaria est actualis traditio, nec sufficit instrumentum alienationis, nec clausula constituti.
14. Alienans bona ecclesiae incurrit poenas, etiamsi fecerit alienationem cum clausula *salvo, et reservato, beneplacito Apostolico.*
15. Poenae extrav. ambitiosae non incurruntur, si alienatio sit facta per procuratorem.
16. Procurator non potest facere incidere suum principalem in poenas, nisi habeat mandatum speciale ad eas contrahendum.
17. Ampl. ut non sufficiat generale cum libera, sed requiratur individuum.
18. Poena privationis beneficii cujus bona alienantur sine beneplacito, imponitur ipso jure in extrav. ambitiosae.
19. Poena imposita ipso jure in extrav. ambitiosae adhuc requiritur sententia declaratoria.

CAPUT XIV. §. VIII.

Quidam inter poenas recensent nullitatem contractus inductam per extravagantem, de qua dictum est supra, ut signanter Quarant. *in sum. bull. verb. alienatio. num.* 49.
Donat. *de regular. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 89. *in princ.* 1
sed minus recte, vel saltem impropria, nam per talem nullitatem non minuitur patrimonium contrahentium, nec eis 2
tollitur aliquod jus quaesitum, in quibus proprie consistit
poena, sed ad summum dici potest, quod impediatur eis lucrum facere, quod nomen poenae non meretur, Peregrin.
cons. 93. *num.* 10. *vers. num tunc proprie lib.* 1. Mantic.
de conject. lib. 10. *tit.* 14. *num.* 16. *vers. nullum damnum,
et decis.* 78. *n.* 10. Bichius *decis.* 470. *num.* 7. *et* 8. Unde
talis nullitas est potius natura contractus posita a lege inducente validitatem in eo si fiat cum solemnitatibus, et nul- 3
litatem si absque illis Lezan. *in sum. p.* 1. *c.* 10. *num.* 2.
prope fin. et aliis relat. Donat. *de regul. to.* 1. *tract.* 14.
qu. 81. *n.* 1.
Sunt igitur poenae, excommunicatio generalis tam contra
alienantem, quam contra recipientem, et sic tam contra locatorem, quam contra conductorem, et quatenus locans sit episcopus vel abbas ipso jure est ei interdictus ingressus ecclesiae, et post sex menses est eo suspensus a regimine, et administratione ejusdem, alii vero beneficiati ipso jure privantur
beneficiis, quorum bona alienant, ut patet ex tenore ipsius
extravag. ambitiosae de reb. eccl. non alien. et notat Quarant. *in sum. bullar. in verbo alienatio num* 49. Filiucc.
tract. 44. *cap.* 6. *nu.* 1. et quod regulares si locent ultra 4
triennium absque licentia s. congreg. Concilii ultra poenas
praedictas, addita est alia privationis vocis activae, et passivae, ut habetur in praefato decreto ejusdem sac. congreg.
jussu Urbani VIII. edito, de quo supra in §. 1. in fine. Verum poenae praefatae adeo rigorosae non incurruntur, nisi
quatenus alienatio fiat cum contemptu, et dolo, et ideo quaelibet causa ab eis excusat, non solum ex regula generali,

quod quaelibet causa etiam bestialis excusat a poena *leg.*
igitur ?. *potest ff. de liber. caus.* Angel. *in l.* [*Plagii cod*
ad leg. Flav. de plagiar. Corn. *cons.* 67. *num.* 13. *lib.* 2.
Rot. *decis.* 261. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* sed, et maxime
quia constitutio eas imponit illis, qui alienare praesumpse-
5 rint, et sic utitur verbis hoc importantibus, quod alienatio
facta cum contemptu, et dolo, id enim importat verbum illud
6 *praesumpserint.* ut docet Card. Zabar. *in clement.* 1. *num.*
22. *vers, contrarium consului de privileg.* cum aliis plu-
ribus, quos refert Barbos *dict.* 278. *numero* 2. et dicit
Rota coram Cavaler. *decis.* 1. *num.* 1. *et* 2. et in termi-
7 nis praedictae constitutionis extravag. Navarr. *de alienat.*
rer, eccl. num. 16. *et cons* 19. *num.* 3. *eod tit.* Quarant. *in*
summ. bull. vers. alienatio num. 9. *vers. sed bona fides, ut*
num. 50. Azor. *instit. mor. tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quaest.* 6.
Bonaccin. *de alienat. rer. eccles. disp.* 2. *punct.* 5. *tract.*
1. *limit.* 2. Filiucc. *eod. tract. cap.* 6. *num.* 5.

8 Hinc si adsit aliquis error facti excusat omnes a poenis
praedictis, error autem juris excusat tantum idiotae, nisi sit
jus dubium; quo casu excusat etiam alios, ut post Navarr.
in dd. locis, et alios tradit Quarant. *in dicto verbo alienatio*
n. 50. *vers. secundo ignorantia.*

9 Et quod beneficiatus etiam in casu, quo requiritur be-
neplacitum, si absque ea bona fide faciat conditionem eccle-
siae meliorem, non peccet mortaliter, nec in dd. poenas in-
currat Navar. *in coment. de alien. rer. eccles. num.* 17.
vers. secundum, quod beneficiatus. ubi reddit tres rationes
inter quas ea est, quod licet non servat formam alienandi
juris humani, servat tamen formam jure naturali, et divino
necessariam, et eum sequitur Quarant. *in sum. Bullar.*
verb. alienatio num. 50. *vers. sexto beneficiatus*, et Filiuc.
tract. 44. *cap.* 6. *num.* 5. *vers. tertio fit*, ubi ei putat posse,
vel ex opinione alicujus doctoris, vel ex consuetudine, vel
quid simile.

10 At non ita de plano procedit, si is, qui alienavit, jurasset
non alienare inconsulto summo pontifice; tunc enim, quod
licet sustineatur alienatio, tamen ipse alienans peccet, et
fiat in utroque foro perjurus censuit Navarr. *d. Coment. de*
alien. rer. eccles. num. 17. *prope fin.*

11 Poenas tamen praedictas incurrunt tantum illi alienan-
tes, qui vel sunt praelati, vel beneficiati, vel alias admini-
strationem quomodolibet rerum ecclesiae obtinentes, ut
tradit Filiucc. *in suis moralibus tract.* 44. *cap.* 6. *num.*
4. et licet ipse moveatur auctoritate Zabar. *in Clement.*
1. *de reb. eccles. non alien. in quaestione* 31. *num.* 28.
qui solum refert quaestionem an attento, quod illa Clem.
punit eum, qui praeest administrationi, si praelatus unius
12 monasterii est procurator alterius an incurrat poenas alie-
nando res hujus secundi matrimonii, et sic non videtur
applicari ad quaestionem de poenis dictae extrav. ambitiosae,
ejusdem etiam extravagantis verbis perpensis, idem videtur
dicendum, quia, et ipsa dirigit poenas in praelatos benefi
ciatos, et alios quomodolibet administrationem obtinentes,
et sic ad eos in parte illa poenali restringi debet ex vulgatis,
non trahi etiam ad subditos alienationi consensum praestan-
tes, quia non possunt dici proprie alienare Bordon. resol. 27.
numer. 17. ubi ulterius dicit, quod respectu poenarum de-
creti de regularibus, de quo supra num. 4. nec etiam sufficit
habere administrationem simpliciter Donat. *de regul. tom.*
1. *tract.* 14. *qu.* 89. *num.* 5. *et* 6.

13 Item incurrunt tantum, qui ad actualem rei traditionem
deveniunt, itaut non sufficiat ad hunc effectum instrumen-
tum locationis ad longum tempus fuisse confectum ut dedu-
citur ex *cap. si quis praesbyterorum*, et ibi *gloss. in verbo*
celeriter de reb. eccles. alien. vel non Navar. *cons.* 18. *eo-*
dem tit. Covar. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 7. Filiucc.
dicto tract. 44. *cap.* 6. *n.* 6. Corrad. *in praxi dispensat. lib.*
9. *cap.* 6. *num.* 18. *et seqq.* ubi explicat Marchesanum, qui
contrarium dicere videtur, et quod non sufficiat traditio facta
per clausulam constituti late probat in specie Lotter. *de re*
benef. lib. 3. *quaest.* 30. *num.* 8. *cum quatuor seqq. ubi*
num. 13. quod nec hypotheca sufficit, et quod, qui ante rea-
lem, et pacificam rei traditionem alienationem revocat non
incurrat poenas praefatas Quarant. *in summ. Bullar. verb.*
alienatio num. 50. *versic. quarto excusat.*

14 E contra si deventum ad actualem traditionem, incurrun-
tur poenae etiam si facta fuisset alienatio cum clausula salvo,
et reservato beneplacito apostolico, quia praedicta est prote-
statio contraria facto, quae nihil operatur Quarant. *in summ.*
Bullar. verb. alienatio, num. 9. idque etiamsi addita sit alia
clausula, et non alias aliter nec alio modo Genuen. *in praxi*
archiepisc. cap. 44. ubi repetita fuisse declaratum a papa
Clem. 8. anno 1599. qua declaratione stante haec conclusio
non indiget alia comprobatione, et sequitur Donat. *de regu-*
lar. tom. 1. *tract.* 14. *quaest.* 25. *num.* 5. *et* 6. intelligen- 15
dum tamen, si haec gesta sint ab ipsomet beneficiato, vel alio
rei ecclesiae administratore, nam alias si ita locasset ejus
procurator, et ad actualem traditionem devenisset, non ob id
valeret facere suum principalem in poenas incidere, ut post
Ricc. tradit Donat. *de regular. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.*
25. *num.* 7. et est regulare, at procurator non posset facere 16
incidere suum principalem in poenam, nisi habeat manda-
tum speciale ad ita praecise contrahen. Roman. *cons.* 241.
num 11. Roland. *cons.* 26. *num.* 23. *lib.* 2. Merlin. *decis.*
400. *num.* 4. *et.* 5. itaut non sufficiat generale cum libera, 17
et quod possit facere omnia, quae principalis facere posset si
praesens esset Rot. *dec.* 58. *num.* 1. *part.* 4. *div.* imo nec
sufficere speciale, sed requiri individuum Bald. *cons.* 110.
num. 1. cum aliis relatis per Menoch. *cons.* 894. *num.* 18. 18
et 19. et per Addea. ad Buratt. *dec.* 190. *num*, 9.

Respectu denique praefatae privationis beneficiorum, quo-
rum bona alienata fuerint animadvertendum est, quod con-
stitutio inducit eam ipso jure, ac expresse addit, quod abs-
que declaratione aliqua vacare censeantur, possintque per
eos ad quos spectat libere conferri, ut latius in ea legitur, et
notat ibi Barbos. *num.* 26. *et in tractat. de potest. episcop.*
par. 3. *allegat.* 57. *num.* 226. Gonzal. *ad regul.* 8. *can-*
cell. gloss. 15. *in princ n.* 63. Massobr. *de concurs. requis.*
1. *dub.* 2. *num.* 24. Lotter. *de benef. lib.* 3. *quaest.* 25.
num. 1.

Verum intelligi absque declaratione poenae, non absque 19
sententia declaratoria facti, et criminis declarat in specie
Filiucc. moral. *tract.* 44. *cap.* 6. *quaestione* 6. *num.* 7. ubi
quod propterea ante sententiam judicis declaratoriam criminis
non tenetur beneficiatus abstinere a beneficio, licet addat
hanc probabilem, et aliam probabiliorem, et tutiorem cui pro-
pterea magis adhaerendum erit in foro conscientiae, de quo
ipse loquitur, at in foro fori, vera videtur conclusio, quod
licet constitutio dicat ipso jure, adhuc requiratur sententia
declaratoria, ut probat *text. in cap. cum secundum* 19. *de*
haeret. in 6. et ultra auctoritates ibi per eum adductas fir-
mat etiam Menoch. *cons.* 1153. *n.* 31. *et seqq.* Surd. *decis*
48. *num.* 12. Amat. *decis. Ferrar.* 65. *num.* 6. Rot. *dec.*
520. *num.* 8. *part.* 11. et *dec.* 255. *num.* 2. *par.* 3. *rec.* Et
quod etiam si expresse addat absq; alia declaratione, intelli-
gatur de declaratoria juris, non autem de declaratoria facti,
late firmat Farin. *cons.* 205. *num.* 19. *et* 32.

Beneplacitum apostolicum quomodo impetretur, et executioni demandetur.

SUMMARIUM.

1. Beneplacitum apostolicum pro alienatione bonorum ecclesiae passim conceditur, et tam per literas sub plumbo, quam per breve.
2. Paulus secundus ultra extravag. ambitiosae edidit aliam constitutionem circa alienationem bonorum ecclesiae quae inseritur in literis beneplaciti, et quomodo.
3. Literarum beneplaciti forma servanda est.
4. Executores literarum Beneplaciti recipere debent probationem evidentis utilitatis.
5. Clausula, *vocatis vocandis*, operatur, quod executores literarum assumant partes judicis, et judicialiter procedant.
6. Executores literarum si in evidentem, si in eis deficiat clausula, *vocatis vocandis*, possunt adhibere cognitionem extrajudicialem absque citatione.
7. Clausula, conscientiam tuam oneramus operatur, ut executor possit se informare extrajudicialiter.
8. Declara procedere si non concurrat cum ea alia clausula *vocatis vocandis*, vel *servatis servandis*.
9. Executores literarum apostolicarum nulliter processisse probatur ex inspectione eorum processus.
10. Declara procedere si transportata sint eorum acta integre.
11. Executores literarum si processum non fabricarunt inde resultat nullitas alienationis.
12. Executores literarum si in evidentem debeant recipere examen testium per se ipsos.
13. Clausula *discretioni vestrae committimus*, et clausula *districte, praecipimus* important electam fuisse industriam personae.
14. Industria personae ubi est electa necesse est procedere per se ipsum.
15. Examen testium, et alia quae jurisdictionem sapiunt notario committi non valent.
16. Executores literarum apostolicarum super permutatione bonorum necesse est, ut videant bona tradenda ecclesiae.
17. Processus executorum literarum si in evidentem possunt redargui de omnibus nullitatibus quibus alii.
18. Juramentum testium non probatur per verba enunciativa testis juratus.

19. Executores literarum si in evidentem ubi decretum interposuerunt, etiamsi nulliter, non possunt amplius se ingerere.
20. Judicis delegati jurisdictio per primum actum expirat sive bene, sive male processerit.
21. Executoris meri, et necessarii non expirat per mortem concedentis.
22. Decl. non procedere si agatur de gratia facienda, prout in executoribus literarum si in evidentem, et quid agendum in tali casu.
23. Executores literarum cum clausula *vocatis vocandis* affigunt edictum, et quomodo.
24. Citatio generalis per edictum non relevat ab onere citandi eos quorum interesse, et jus opponendi est certum.
25. Decl. procedere si sint praesentes.
26. Executioni beneficiati nullitatem praetendens ex defectu particularis citationis alicujus probare debet eum fuisse praesentem.
27. Absens non dicitur, qui est in alio loco ejusdem provinciae, et jurisdictionis ad effectum, ut specialiter citari non debeat.
28. Rector ecclesiae, cujus bona alienantur specialiter citandus est ab executore beneplaciti.
29. Regressum habens in aliquo casu ad beneficium, cujus bona alienantur, citandus est in executione beneplaciti super alienatione bonorum illius.
30. Capitulum cathedralis habens mensam separatam, an citari debeat in alienatione rei mensae episcopalis.
31. Capitulo interest ne bona ecclesiae alienentur.
32. Rector ecclesiae, qui alienavit, et cujus nomine apparet impetratum beneplacitum non est citandus in ejus executione.
33. Contrarium tamen est tutius.
34. Patronus beneficii non est citandus in alienatione bonorum ejusdem.
35. Contraria opinio est tutior.
36. Patronus ecclesiae si indiget est alendus ab ea.
37. Decl. procedere si ecclesiae habeat fructus exuberantes ad ea quae sunt sibi necessaria.
38. Patronus ecclesiae potest se opponere alienationi bonorum, si fiat sine causa.
39. Beneficiati ecclesiae, in qua adsit capitulum non sunt citandi in alienatione bonorum.
40. Declara non procedere si adsit statutum contrarium, prout adest in basilica principis apostolorum de urbe.
41. Executores literarum sin evidentem, citare debent omnes alienationem impedire valentes.
42. Ecclesiae utilitas stante clausula *si in evidentem* debet esse evidens respectu probationum, et sint dilucidae, et plenae.
43. Et debet esse evidens respectu essentiae ipsius, et non sit modica.
44. Utilitas ecclesiae, stante clausula, *si in evidentem* non sufficit absque qualitate evidentiae.
45. Beneplacitum apostolicum pro alienatione rei ecclesiae, ubi adest evidens utilitas sustinetur nulla habita ratione aliarum subreptionem, et obreptionem.
46. Declara procedere si in subreptio, vel obreptio non sit neque in narrative utilitatis, neque circa eam.
47. Beneplacitum apostolicum, super alienatione bonorum ecclesiae non sustinetur, si non fuit narratum, quod alienabantur omnia ejus bona.
48. Beneplacitum apostolicum impetratum pro locatione bonorum ecclesiae non sustinetur, si fuit tacitum pactum ea affrancandi pro certo pretio arbitrio conductoris.
49. Neque sustinetur si fuit falso expositum, quod non reperiretur major oblator.
50. Bona ecclesiae si a testatore sint prohibita alienari, debet haec prohibitio narrari in impetratione beneplaciti.
51. Obstacula ubi sunt plura non sufficit unum tollere.
52. Beneplacitum apostolicum super alienatione bonorum assignatorum pro dote non sustinetur, nisi expressa sit haec qualitas.
53. Neque sustinetur si non fuit narratum, quod bona erant donata ecclesiae a supremo principe.
54. Alienationem bonorum ecclesiae auctorisare est de specialiter reservatis papae.
55. Beneplacitum apostolicum si loquitur de assensu praestando locationi faciendae, assensus debet praecedere contractum.
56. Beneplacitum apostolicum non solum conceditur pro alienatione facienda, sed etiam pro jam facta, et quomodo.

CAPUT XIV § IX.

Visis expressis in dicta *extravaganti ambitiosae*, non omittendum addere aliqua circa eam; et praecipue circa beneplacitum apostolicum per eam in locatione bonorum ecclesiae ultra triennium facta requisitum, et signanter, quomodo beneplacitum impetretur, et executioni demandetur, et an locatio ultra triennium, eo ipso quod est munita beneplacito, sit absolute valida, itaut nihil ulterius ad ejus validitatem sit necessarium, ac denique an, et quando beneplacitum praesumatur.

Quo igitur ad modum impetrandi beneplacitum sciendum, quod a papa conceditur passim, et tam per literas sub plum-
1 bo, quam etiam per alias in forma brevis, quarum formulam si videre cupis cum explicatione tenoris necnon praxi expediendi, ad eas Corrad. *in praxi dispens. apost. lib.* 9. ubi per late tot. lib.

2 Sciendum etiam, quod idem Paolus secundus ultra dictam constitut. incipien. ambitiosae edidit etiam aliam in hac materia, in qua praecipit omnibus commissariis, et delegatis in literis apostolicis, quae desuper dicto beneplacito expediuntur in forma si in evidentem, ut caute, et diligenter attendant causas in ipsis literis per supplicantes expressas, illasque discutiant, et testes, et probationes super narratorum veritate recipiant, sub gravissimis poenis, ibidem expressis, et quis vult ulterius, quod in quibuscumque literis, et commissionibus hujusmodi constitutio illa inseratur, hinc est, quod ita servatur, et literis apostolicis super dicto beneplacito expeditis, constitutio illa totaliter inseritur, et aliqui sequi vocando credunt non esse ipsam extravag. ambitiosae, quos uti praxis ignaros arguit Corrad. *dicto lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 35. ubi etiam numero seq. monet eam inseri tantum, quando beneplacitum expeditur per literas sub plumbo, non autem quando expeditur per breve, et quando agitur de locatione ad decennium, vel ultra non si tantum ad novennium, et quatenus etiam in aliis casibus omittatur ejus insertio, non propterea vitiatur concessio, cum in ipsa non adsit clausula annullativa concessionis, sine ejus insertione factae, ut advertit idem Corrad. *dicto lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 11. *vers. nec tamen.*

Pro validitate autem locationis clarum est, quod servanda 3 est diligenter forma litterarum apostolicarum super beneplacito expeditarum, et dictae constitutionis in eis insertae Rota in Cortonen. bonorum coram Plattu impress. per Marches. *tom.* 1. *fol.* 114. et coram Merlio. *dec.* 887. *n.* 17. *et seq. et in recent. decis* 336. *num.* 12. ut 17. *par.* 10.

Unde cum literae sint conditionatae, si in evidentem utilitatem, justificari debet utilitas per testes, et probationes ab 4 executoribus coram recipiendas, ut in dicta constitutione habetur, et dixit Rota *decision.* 60. *num.* 7. *et seq. part. secunda divers.* et coram Cavaler. *decis.* 215. *num.* 4. et lata coram Durano *decis.* 250. *num.* 9. *et seq.*

Et quia solet in literis apponi clausula *vocatis vocandis.* 5 Debent executores assumere partes judicis, et examinare testes fortiter, et alias probationes, aliaque acta necessaria facere judicialiter citatis citandis, alias nulliter procedunt Rot. *dec.* 36. *num.* 13. post Cenc. de Cens. Cavaler. *dec.* 215. *n.* 4. *et decis.* 347. *in princ.* Duran. *dec.* 250. *num.* 10.

Si autem non adsit dicta clausula, *vocatis, etc.* sed sim- 6 pliciter commissum sit delegato, ut se informet, et si repererit in evidentem utilitatem ecclesiae cedere, confirmet alienationem, aut alienandi facultatem concedat, tunc satis est, ut adhibeat cognitionem extrajudicialem absque citatione Corrad. *in prax. dispens. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 10. et in his terminis procedit Rot. *decision.* 479. *num.* 11. *par.* 2. *div.* ubi dicit, quod in hujusmodi processibus non est necessarium citare, quia non proceditur judicialiter.

Idemque esset stante clausula, *conscientiam tuam onera-* 7 *mus*, quia talis clausula operatur, ut possit executor se extrajudicialiter informare, et quod non requiratur citatio Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quaest.* 17. *num.* 14. Laucell. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *lim.* 10. *num.* 8. Monet. *de commut. ultim. vol. cap.* 7. *num.* 153. *et seq.* Rot. coram Merlin. *dec.* 10. *num.* 9. *et seqq.* Sed hoc intelligitur si cum tali clausula 8 non concurrat etiam alia *vocatis vocandis.* vel etiam *servatis servandis*, quae illi aequipollet *decis.* 94. *num.* 49. *par.* 7. *recent.* aut similis tribuens causae cognitionem, quia tunc per istas modificaretur clausula, *conscientiam tuam*, quasi dictum sit, judicialiter procedas, et uti judicis conscientiam tuam oneramus Alex. *cons.* 118. *n.* 1. *lib.* 2. et aliis adductis Rot. *dec.* 94. *n.* 49. *et seq. par.* 6. *in rec.* et penes Merlin. *dec.* 702. *n.* 18. *et seq.*

Et necesse est, quod ei satis constet praedicta fuisse servata Corrad. *in praxi dispensat. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 7. *ad fin.* alias ex eorum inspectione convinceretur nullitas Duran. *d. dec.* 250. *num.* 11. *et seq.* Dummodo tamen inspiciantur 9 omnia acta, alias, si verbi gratia, transportatus non fuisset processus integer, clarum est, quod non posset ex ejus inspe- 10 ctione convinci nullitas praefata Seraphin. *dec.* 1307. *num.* 2. *et* 3. ubi tamen processus sit fabricatus, alias inde pariter convinceretur nullitas, quod nullus processus fuisset 11 fabricatus; sententia unius executoris non justificaretur ex actis, et sic non esset attendenda Cavaler. *dec.* 215. *n.* 4. Merlin. *decis.* 702. *num.* 43. Rot. *decis.* 160. *num.* 7. *par.* 2. *divers.* et *dec.* 624. *num.* 4. *part.* 2. et *dec.* 94. *n.* 43. *par.* 7. *recent.*

Et examen testium faciendum ab ipsis executoribus, non 12 autem demandandum notario, ut firmavit in specie Rot. *decis.* 628. *num.* 7. *par.* 3. *recent.* et ratio est, quia ut- 13 tentis verbis illis literarum. *Discretioni vestrae committimus, et mandamus, etc.* junctis aliis, *servata forma literarum praedecessori hujusmodi*, videlicet Paoli 2. ibi

insertarum, in quibus habetur *districte praecipimus* constat
14 electam fuisse industriam personae, ac proinde adesse neces-
sitatem procedendi per se ipsum, juxta *gloss. in leg. saepe
audivi ff. de offic. Praesul.* quam totus mundus approbat,
secundum Felin. *in c. eam. te n.* 11. *de rescript.* quae
una cum pluribus aliis refert Rot. ubi supra.
15 Quod utique magis procedit, si non committatur nota-
rio nudum ministerium receptionis juramenti, sed totum
examen, et sic citationes testium, et alia similia, quae cum
sapiant jurisdictionem, notario committi non valent, *glos.
in clem. un. in princ. de off. deleg.* ubi Imol. num. 3.
Ancar. nu. 4. Card. nu. 7. vers. opponitur, et alios ad-
ducens Rot. *d. dec.* 628. *n.* 8. *par.* 3. *rec.*
16 Et eadem ratione sequitur, ut si agatur de permutatione
bonorum ecclesiae, necesse est executores inspicere terras
ecclesiae tradendas, alias enim non potest dici eis constitisse
de evidenti ejus utilitate, ut censuit Rota in Lucana nul-
litatis alienationis bonorum cor. Blanchetto, impressa per
Marches. *de commiss. par.* 1. *fol.* 110.
17 Poteruntque opponi adversus processum horum execu-
torum omnes nullitates, quae opponuntur adversus quos-
cumque alios processus, et adversus quascumque exami-
nationes testium, quas longum esset referre, et extra in-
stitutum, in specie tamen si non fuissent legitimae execu-
tae citationes, si testes non fuissent examinati in loco de-
18 signato, si de juramento testium non constet, nisi per verba
enunciativa notarii *testis juratus, etc.* esse nullum dictum
examen, dixit Rota *in d. dec.* 628. *n.* 4. *et n.* 9. *et* 10.
part. 3. *rec.*
19 Et ubi semel nulliter procedendo decretum interposue-
rint, non possunt amplius se ingerere, et melius procedere,
20 quia sunt judices delegati, quorum jurisdictio per primam
actem expirat, sive bene, sive male processerint, et judica-
verint Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *c.* 11. *prope fin.
vers. ubi tamen* Caval. *dec.* 347. *n.* 2. Rot. *dec.* 631. *num.*
8. *et dec.* 678. *n.* 3. *p.* 2. *rec.*
Prout etiam expirat haec jurisdictio, si papa concedens
decesserit, antequam literae fuerint executoribus deputatis
praesentatae, forma enim earum praesefert regulariter com-
missionem, ut deputati assumendo partes judicis, de evidenti
prius utilitate cognoscant, et ea cognita licentiam alienandi
21 concedant, vel alienationem factam approbent, ut supra di-
ctum est, et licet quando agitur de mero, et necessario exe-
cutore gratiae jam factae, ejus facultas non expiret per mor-
22 tem concedentis *cap. si super gratia de offic. delegat. in.* 6.
tamen secus est, quando committitur hoc modo gratia fa-
cienda, ut in his terminis saepe declaravit Rota, et signanter
coram Mantic. *decision.* 41. *num.* 2. *et seq.* coram Durano
dec. 225. *num.* 7. *in recent. dec.* 473. *num.* 3. *par.* 2. *dec.*
277. *n.* 13. *par.* 8. *et dec.* 336. *n.* 10. *et seq. p.* 9. Unde
eveniente tali casu expectandus successor, et petendum ab
eo indultum, ut procedant juxta praxim, de qua Corrad. *d.
lib.* 9. *cap.* 11. *in fin.*
23 Stantibus vero praedictis verbis in literis beneplaciti *voca-
tis vocandis*, quae imponunt necessitatem citandi, ut dictum
est, optima cautela erit expedire citationem, seu monitionem
per edictum cum insertione totius tenoris literarum, mo-
nendo omnes in genere, et quoscumque volentes dicere de
obreptione, aut subreptione, aut alias se opponere, illudque
affigere ad valvas ecclesiae, cujus sunt bona, et in loco, ubi
sunt sita, juxta praxim, de qua Corrad. *in praxi disp. apo-
st. lib.* 9. *cap.* 5. *n.* 13.
24 At ista citatio generalis relevat ab onere citandi eos quo-
rum non est certum interesse, et quos nescitur impedire
posse locationem, quo enim ad illos, quos scitur habere in-
teresse, et valere se opponere locationi ad longum tempus, et
illam impedire, talis citatio non relevat, sed requiritur spe-
cialis, juxta tradita per Decian. *cons.* 251. *num.* 4. Cravett.
cons. 89. *num.* 6. ubi de Com. Becc. *cons.* 19. *num.* 9. *ad
fin.* Bich. *dec.* 469. *num.* 2. *et seq.* Intelligendo si sint prae-
sentes, alias secus esset dicendum Angel. *in l. fin. num.* 10.
25 *post med. vers. et attende in hoc c. de jur. deliber.* Sera-
phin. *decis.* 371. *num.* 4. Coccin. *decis.* 151. *num.* 5. *vers.*
26 *nam fuit*, adeo ut praetendens nullitatem ex hoc capite, quod
aliquis non fuerit particulariter citatus, probare debeat, eum
fuisse praesentem Marin. *vor. cap.* 11. *n.* 4. *et seq.* Adden.
ad Gregor. *dec.* 473. *num.* 22. Adden. ad Buratt. *dec.* 750.
num. 7. Rot. *dec.* 597. *num.* 3. *par.* 4. *rec.* non tamen dici-
27 tur absens quis, ex quo est in alio loco ejusdem provinciae,
et jurisdictionis ad hoc effectum, ut ejus absentia relevet ab
hoc onere specialiter eum citandi, et non sufficiat citatio ge-
neralis per edictum, ad tradita per Roland. *de invent. q.*
95. *vers. modo has opiniones* Phanuc. *eod. tit. p.* 3. *n.* 17.
vers. hinc. Sigismundus, Rot. cor. Bichio. *dec.* 469. *n.* 5.
Inter habentes autem certum interesse, ac valentes contra-
dicere, est sine dubio rector ecclesiae, cujus bona locantur, et 28
ideo in specie citandus erit Corrad. *d. praxi lib.* 9. *c.* 5. *n.*
13. et non solum rector, qui actualiter possidet beneficium,
sed etiam si quis adesset, qui ex aliqua causa ad illud re- 29
gressum haberet, prout practicatur signanter in resignanti-
bus cum pensione, quia eum de illius praejudicio agi posset,
et ipse erit citandus, ut firmat idem Corrad. d. cap. 5.
num. 15.
Et ubi agatur de alienatione rei ecclesiae cathedralis, ci-
tandum erit capitulum, etiam si res esset de mensa episco- 30
pali, et capitulum haberet mensam suam separatam, ut fir-
mavit in specie Rot. *dec.* 628. *num.* 2. *par.* 3. *recent.* ubi
tamen expresse dictum erat in literis vocato capitulo, alias
conclusio pateretur forsan in rigore aliquam difficultatem,
nam ipsa Rota *in decis.* 443. *coram Seraphin.* ibidem cita- 31
ta, contrarium aperte censuit in dictis terminis rei mensae
episcopi, separatae a mensa capituli, tutius tamen esset il-
lud citare, interest enim ejus ne possessiones, et bona eccle-
siae alienentur ut post Innoc. *in cap. novit. de his, quae
fiunt a praelat. et ibidem obb. num.* 7. admittit etiam Se-
raph. *d. dec.* 443. *num.* 5. unde sequitur, et si citandus, et
defectum talis citationis vitiat processum, licet secus sit quo
ad defectum consensus ejusdem capituli in alienatione, ut
concludit ibidem Seraph. et de eo dicam infra *§. seq. num.*
Dubitari tamen potest, an idem sit dicendum in casu, quo 32
rector ecclesiae, vel capitulum alienasset, et appareret ejus
quoque nomine supplicatum fuisse pro beneplacito, et hoc
casu defectum citationis ejusdem opponi non posse, tenuit
Rota *decision.* 636. *num.* 4. *part.* 1. *diversor.* et idem in
terminis capituli, sensit licet non firmaverit, eadem Rota co-
ram Durano *dec.* 365. *n.* 13.
At contraria est sine dubio tutior, quia conductori solo in- 33
cumbit onus probandi utilitatem ecclesiae, Alex. *cons.* 169.
n. 5. *et* 6. *Seraph. dec.* 413. *n.* 2. *Duran. decis.* 250. *n.* 2. et
dum talem probationem facere debet formiter, vocatis vocan-
dis, ut ordinatur in literis beneplaciti, hinc sequitur, ut curare
debeat citari capitulum, vel alium, qui habeat principale inte-
resse, vel principalem curam rei ecclesiae, quamvis ipsemet
alienasset, ac etiam pro beneplacito supplicasset, cum sine tali
citatione non possit dici facta legitima probatio, et adimpleta
forma literarum ex supradictis, et optime fuit firmatum in
dec. 1062. *n.* 4. *et* 5. *par.* 1. *rec. et in dec.* 336. *n.* 13. *par.
recent.* ubi aliae decisiones referuntur.
Item dubitari potest si locetur res ecclesiae, quae sit de 34
jurepatronatus laicorum, an sit citandus patronus, et licet
magis communis stet pro negativa ea ratione quia ejus con-
sensus non sit necessarius in tali alienatione, ut patet ex re-
latis per Maceratem. *lib.* 1. *resol.* 25. *num.* 8. Lambertin.
de jure patr. lib. 3. *q.* 2. *art.* 7. *per tot.* Quaranta. *in sum.
Bullar. in verbo alienatio num.* 4. Barbos. *de jur. eccles.
univ. lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 9. *fin.* ubi licet referat nonnullos
contrarium tenentes, tamen dicit eos non probare, nec in
praxi servari, quod dicunt.
Tamen contraria est tutior, et aequior, quia agitur de ejus 35
interesse saltem secundario, quod ecclesia in qua habet jus-
patronatus non depauperatur, tenetur enim sibi in casu ne-
cessitatis subministrare alimenta *cap. nobis* 25. *ad fin.* ibi, 36
*et si ad inopiam vergat, ab ecclesia illi modeste succurra-
tur, de jurepatron.* Bellet. *de cleric. debit §.* 14. *prope fin.*
quod tamen intelligitur si ipsa ecclesia sit dives, nempe ha- 37
beat fructus superantes id, quod est necessarium ad cultum
divinum, et substentationem ministrorum, ut declarat post
alios Barbos. *in d. cap. nobis num.* 8. Rota coram Caval.
dec. 321. *num.* 3.
Et ulterius patronus potest se opponere, et contradicere 38
alienationi ubi fiat sine causa *cap. filius* 28. *in ordine cap.*
16. *quaest.* 7. Abb. *in cap. unic. num.* 20. *ut eccles. bene-
fic. sin. dim. conf.* Decian. *cons.* 174. *num.* 5. *vers. et licet*
Lotter. *de benef. lib.* 1. *quaest.* 11. *num.* 65. *et seqq.* et in
specie, quod propterea patroni sint citandi in alienatione,
quia possunt contradicere, videtur sensisse Rotam cor. Du-
nozett. sen. *dec.* 330. *num.* 1. et 2. et quod saltem ex urba-
nitate, et honestate quadam vocari debeant, licet non ex ne-
cessitate, dicit Contardus *in d. praxi dispens. lib.* 9. *c.* 5.
num. 14.

39 Beneficisti vero ecclesiae cathedralis, vel alterius in qua adsit capitulum secluso particulari statuto, non sunt vocandi, nec specialiter citandi, quia ipsi debent inservire non autem vocari ad tractatus, et sei ngerere in administratione bonorum *gloss. in cap. cum a thoc penult. ver. assisios de cleric. non reside.* cum aliis *adductis* per Corrad. *d. cap.* 5. *n.* 14. *vers. at ubi materia* et latius in *praxi benef, lib.* 2. *cap.* 13 *nu.* 37. *et seqq.* dictum autem statutum contrarium
40 adest signanter in basilica principis apostolorum de urbe, imo sunt constitutiones papales quarum verba refert Corrad. *d. cap.* 5. *num.* 14. et Rota coram Cavel. *dec.* 77. *in princ.* ubi quod eis stantibus non est locus dispositioni juris et per tot. ubi respondet objectis, et dec. 85. et 91.

41 Et denique generaliter loquendo citandi erunt, qui de jure possunt impedire alienationem, et e contra, qui eam impedire nequeunt, citandi non sunt Felin. *in cap ecclesia sanctae Mariae num.* 108. *de const.* Surd, *consil.* 1. *num.* 94. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 15. Corrad. *d, cap.* 5. *n.* 15.

42 Debent autem probationes, ut supra legitime faciendae, concludere signanter utilitatem ecclesiae, quae debet esse evidens, ut habetur *in extravag. et in literis Apost. beneplaciti*, et talis evidentia requiritur, tam respectu ipsarum pro-
43 bationum, ut sint plenae, et dilucidae ex congestis per Rot. *in dec.* 336. *n.* 14. *par.* 10. *rec.* quam etiam respectu essentiae ipsius utilitatis, ut videlicet non sit adeo modica, ut applicetur illud, parum pro nihilo reputatur, quod prodit in
44 hac materia, juxta decisionem, de qua post Ricc. meminit Ciarlio. *contr.* 105. *num.* 49 non enim posset dici evidens, pront requiritur, itaut non sufficiat simplex utilitas absque hac qualitate Hondad. *cons.* 31. *nu.* 20. *lib.* 2. Seraph. *dec.* 508. *num.* 12. Unde tanto minus substinetur contractus, ubi adesset etiam dubium, an esset utilis, vel non, *dec.* 65. *num.* 19. *par.* 2. *div. et in recent. decis.* 94. *num.* 52. *part.* 7. Merlin. *decis.* 702. *n.* 52. quod autem tempus percutere debeat probatio ista, dicam infra §. *seq. n.* 10.

45 E contra, quando vere constat de evidenti utilitate, beneplacitum est tutum, quia ea est causa finalis, qua movetur papa ad illud concedendum, itaut ejus sola subsistentia sufficiat ad illud sustinendum, non habita ratione aliarum subreptionum, vel obreptionum Soccin. Sen. *cons.* 35. *num.* 50. *vers. et est ponderandum lib.* 1. Ruin. *cons.* 157. *num.* 25.
46 *vers. Nec obstat. lib.* 1. *Genuen. in praxi archiep. cap.* 89. *n.* 5. Seraphin. *dec.* 443. *num.* 1. et 2. *et decis.* 1174. *num.* 7. ubi quod Rota saepius approbavit Mantic. *dec.* 101. *num.* 5. *decis.* 577. *n.* 10. *vers. et in omnem, par.* 1. *recent.* imo voluerunt multi, quod adeo sit potens causa utilitatis, ut per eam sustineatur alienatio, licet facta sit non servatis solemnitatibus, ut supra in §. 6. *num.* 36. *dictum est.*

Dummodo tamen subreptio, vel obreptio non sit, neque in narrativa utilitatis, neque circa ipsam, quia utroque modo vitiatur gratia ista, ut declarat Rot. *decis.* 178. *num.* 8. *vers. hoc enim procedit par,* 2. *div.* et penes Seraphin. *dec.* 508. *num.* 10. Barbos. *claus.* 152. *num.* 10 Unde si fuissent alienata omnia bona ecclesiae, necessarium esset hoc exprimere alias gratia corrueret, cum ista obreptio influat in non utilitatem, ex quo magna est differentia in ordine ad utilitatem, quod omnia bona sint alienata, vel pars bonorum
47 tacitum, et credibile est, quod papa requisivisset majorem utilitatem, si scivisset alienari omnia, quodque diversimode rescripsisset, ut censuit Rot. *dec.* 319. *num.* 5. *et* 6. *par.*
48 4. *tom.* 2. *recent.* Sic si narratum esset fieri locationem, at in effectu contractus resolveretur in venditionem, propter pactum affrancandi pro certo pretio arbitrio conductoris, si tacitum fuisset tale pactum; nullum esset Beneplacitum Molphes. *ad cons. Neap. tom.* 3. *p.* 14. *qu.* 19. *n.* 26.

49 Sic, si falso narratum esset non adfuisse majorem oblatorem, quam illum, cui facta locatio, gratia corrueret quamvis locatio esset evidenter utilis, propter dictam subreptionem circa ipsam utilitatem commissam Rot. *dec.* 94. *n.* 61. *par.* 7. *rec.*

50 Ulterius si bona locanda ultra prohibitionem legis, essent etiam prohibita alienari ab homine puta a testatore, qui illa ecclesiae reliquit, haec prohibitio esset narranda, ut firmat in specie Molphes. *ad consuet. Neap. tom.* 3. *part.* 14. *quaest.* 19. *num.* 27. ubi etiamsi prohibitio hominis esset injusta, et facit regula, quod ubi plura sunt obstacula non sufficit
51 tolli unum, Felin. *in cap. nonnulli n.* 21. *ad fin. de rescript.* Gonz. *ad reg.* 8. *gloss.* 13. *num.* 97. *et seq.* Gregor. *dec.* 109. *num.* 6. Put. *dec.* 193. *n.* 1. *lib.* 1. Prout etiam

Pacioni

si bona essent assignata pro dote ecclesiae, et mensa monasterii, quia inde difficilius permittuntur alienari, *cap. possessiones et ca. ut supra aliqua de reb. eccl. non alien.* Mol- 52
phes. *d. q.* 19. *n.* 24.

Et idem si essent bona a supremo principe ecclesiae do- 53
nata Molphes. *dict. quaest* 19. *num.* 25. est enim unus de casibus ubi ecclesia non alienat *gloss. in authent. hoc jus porrectum c. de sacros. eccles. in ver. perpetuo*, ubi alios quinque casus refert, in quibus pariter nullo modo alienat, unde singulorum facienda erit mentio in impetratione beneplaciti, saltem ad majorem cautelam eadem ratione.

Debet autem esse ipsius papae beneplacitum, nec sufficit, 54
cujusvis alterius, etiam legati de latere, nam auctorizare alienationem rei ecclesiae, est de specialiter reservatis pontifici abb. *in cap. ultimo num.* 10. *de eccles. aedific.* Gambar. *de offic. et potestat. legat. lib.* 1. *tit. de variar. ordin. nomin. num.* 415. distt. Rot. *decis.* 229. num. 8. *part.* 8. *recent.*

Et si literae apostolicae beneplaciti sunt in forma com- 55
missaria, et loquuntur de assensu praestando locationi faciendae, necesse est talem assensum praecedere contractum, Abb. *in cap. ut super num.* 17. *de reb. eccles alien.* et in aliis locis relatis per Quarant. *in summ. Bullar. verb. alienatio num.* 8. ubi quod ideo practicatur, ut si factum instrumentum prius, quam impetretur beneplacitum, fiat postea aliud, cum inserto tenore decreti commissariorum.

Verum licet literae soleant, ut plurimum loqui de consen- 56
su praestando, ut dicit Quarant. dicto n. 8. tamen dantur etiam cum facultate approbandi contractum jam factum, imo quando in urbe ignoratur, an contractus sit celebratus, vel ne solent cauti sollicitatores curare, ut contineant utramque facultatem, videlicet esse dicere, licentiam concedant, et impartiantur; et quatenus ad locationem eamdem sub ejusdem sedis apostolicae beneplacito deventum fuerit, illam approbent, et confirment, prout concedi literas sub hac forma, testatur Corrad *in praxi dispensat lib.* 9. *cap.* 5. *n.* 62. et post confirmationem non requiri novum consensum Rot. coram Coccin. dec. 374. num. 6. et 7. praedicta tamen formula non sufficeret, si ultra confectionem instrumenti deventum esset ad actualem rei traditionem, sed necessarium esset de ea facere specialem mentionem, Quarant. *in dicto verbo alienatio n.* 16. *vers. sint. cauti.* Imo ad tollendam circa id dubietatem, et saluti animarum consulendum, inolevit praxis, ut quatenus petatur dicto modo facultas confirmandi alienationem jam factam, et non narretur expresse traditio, officiales datariae, addant verba illa, *possessione minime tradita*, quae ante non addebantur, ut dicit Corrad. *dict. cap.* 5. *nu.* 64. *vers. et hodie.* at Donat. *de reg. tom.* 1. *tract.* 14. *quaest.* 25. *nu.* 3.

Beneplacitum apostolicum, an det plenam firmitatem contractui locationis ad longum tempus bonorum ecclesiae.

SUMMARIUM.

1. Alienatio bonorum ecclesiae requirit copulative solemnitatem, et causam.
2. Causae legitimae alienandi bona ecclesiae sunt necessitas, utilitas, pietas et incomoditas.
3. Causae alienandi bona ecclesiae reducuntur ad utilitatem, et necessitatem.
4. Beneplacitum apostolicum super alienatione rei ecclesiae, non supplet defectum causae.
5. Utilitas in alienatione rei ecclesiae, stante confirmatione executorum beneplaciti, praesumitur.
6. Declara procedere si executores ailo, et recta processerunt.
7. Praesumptio utilitatis ecclesiae non solum oritur ex beneplacito vero, sed etiam ex praetempto.
8. Praesumptio utilitatis ecclesiae resultans ex beneplacito non procedit, si contractus sit sui natura damnosus.
9. Utilitas, vel necessitas ecclesiae non probatur per assertionem alienantium.
10. Neque probatur per assertionem executorum literarum apostolicarum, quando judicialiter procedere tenebantur.
11. Utilitas ecclesiae probata debet percutere tempus locationis.
12. Amplia ut ad effectum validitatis contractus non attendatur, quod contractus tempore successivo sit utilis.
13. Declara procedere si contractus sit perfectus, et in se validus, secus si pretendatur sustineri, ex capite utilitatis.
14. Contrahens cum ecclesia si contractus sit ex causa necessitatis, debet esse solicitus de versione pecuniae in causam expressam, secus si sit ex causa voluntatis.
15. Contractus dicitur ex causa necessitatis si pro extinguendis debitis, quae peti poterant, secus si pro extinguendo censu.
16. Contractum locationis non fuisse utile, probatur ex instrumento locationis praecedentis factae pro majori mercede.

17. Declara procedere si locatio precedens habuit effectum.
18. Decl. 2. procedere si probetur in praecedenti locatione non contineri majorem quantitatem bonorum.
19. Utilitas necessaria in locatione ad longum tempus rei ecclesiae censui si constet, quod ecclesia eamdem utilitatem percipiabat.
20. Census impositio pro extinguendo alio simili, non potest dici evidenter utilis.
21. Locatio perpetua facta pro eadem mercede pro qua fiebat locatio ad tempus, est evidenter utilis.
22. Pensio locationis perpetuae solet esse minor in sexta parte.
Et redditur ratio, nu. 24.
23. Emphyteusis ecclesiastica, an possit concedi pro canone fructibus minore in sexta parte.
25. Decl. tunc dici utilem evidenter locationem perpetuam absque diminutione mercedis cum agitur de re subjecta periculis, et ab eis ecclesia liberatur.
26. Utilitas contractus resultat etiam e pactis, et ex quibus.
27. Solutio, quae fit in ingressu amphiteutae non ostenditur ad convincendam utilitatem ecclesiae si fiat prelato illam sibi retinenti.
28. Subhastatio in alienatione rei ecclesiae non requiritur.
29. Lex civilis non ligat ecclesiasticos, etiamsi fuerit a Gratiano in volumine decretorum inserta.
30. Solemnitates juris canonici antiqui in alienatione bonorum, ecclesiae, quaenam essent.
31. Beneplacitum apostolicum operatur, ut alia solemnitas non requiratur.
32. Decl. procedere si sit legitime impetratum, et executioni demandatum.
33. Decl. 2. procedere si non sit expositum contractum fuisse factum cum solemnitatibus, et concessum beneplacitum cum clausula *si ita est*.
34. Confirmatio principis tollit defectus juris civilis non autem juris naturalis.
35. Beneplacitum apostolicum non supplet defectus consensus capituli.
36. Capituli consensus non requiritur in alienatione bonorum alterius ecclesiae, quam suae.
37. Capituli consensus non requiritur in alienatione bonorum ecclesiae cathedralis, quae non sunt de sua mensa.
38. Episcopi hodie faciunt omnia sine capitulo.
39. Clausula *supplentes* tollit omnem defectum juris positivi.
40. In literis beneplaciti super alienatione rei mensae episcopi solet apponi clausula *vocato capitulo*.
41. Papa in generali dispositione non solet comprehendere ea, quae sunt contra jus.
42. Beneplacitum apostolicum sustinetur non narratis eis quae sunt praejudicialia soli praelato alienanti.
43. Beneplacitum apostolicum restringitur ad limites contractus.
44. Et ubi se refert ad instrumentum nihil operatur instrumento non exhibito.

CAPUT XIV. §. X.

Impetratis literis apostolicis beneplaciti, ac rite, et recte
executioni demandatis, juxta superius dicta, non videtur
posse dubitari de validitate locationis ultra triennium fa-
ctae, quia in *extravag. ambitiosae* prohibetur alienatio in-
consulto romano pontifice unde secus est eo consulto. Ve-
rum quia in eadem constitutione confirmantur etiam omnia
jura antiqua, ibi, *praedecessorum nostrorum constitutio-
nibus, prohibitionibus, et decretis aliis super hoc editis,
quae tenore praesentium innovamus in suo nihilominus
robore permansuris*, videndum erit, an ulterius aliquid
requiratur, et quidem in alienatione bonorum ecclesiae duo
requiruntur copulative, causa videlicet, et solemnitas *cap.*
1 *sine exceptione*, 12. *quaest.* 2. Rota coram Seraphio *decis.*
1490. *numer.* 1. in romana rescissionis contractus coram
Blanchetto penes Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 98. *n.*
6. *in recent. decis.* 36. *num.* 5. *part.* 7. et alibi passim.
2 Assumendo autem primum, causae legitimae, sunt qua-
tuor, nempe necessitas, utilitas, pietas, et incommoditas Mo-
lin. *de contract. disput.* 468. *num.* 2. *Quarant. in sum.
Bullar. verb. alienatio, num.* 3. Donat. *de regular. tom.*
1. *tract.* 14. *quaest.* 9. *n.* 2. *et seqq.* et late de singulis
etiam loquendo Conrad. *in praxi dispensat. lib.* 9. *cap.*
3 *primo num.* 18. et prius, ac valde latius Redoan *de reb.
eccles. non alienand. rubr.* 18. quae tamen reducuntur
ad has duas, nempe necessitatem, et utilitatem ecclesiae,
unde multi de his tantum mentionem faciunt, et unam ex
eis requiri dicunt, ut videre est penes Surd, *cons.* 181.
num. 15. *et* 16. Coccin. *decis.* 445. *num.* 3. Rot. *decis.*
336. *num.* 18. *par.* 10. *recent.*
4 Et hujusmodi requisiti, causae videlicet alienandi defe-
ctus, non suppletur beneplacito apostolico, ut firmant Alto-
grad. *consil.* 26. *num.* 53. *lib.* 1. Quarant. *in summ. Bul-
lar. verb. alienatio num.* 7. *prope fin.* Cavaler. *decis.* 288.
num. 6. Sperell. *decis.* 154. *num.* 88. Rota *decis.* 267. *n.*
15. *par.* 5. *et decis.* 336. *num.* 25. ubi alii referuntur *par.*
10. *recent.*
5 Verum si supponimus beneplacitum fuisse concessum sub
solita forma, si in evidentem, ac rite, et recte executum,
utique probata erit evidens utilitas, et generaliter, eo ipso,
quod executores literarum locationem confirmant, utilitas
praesumitur Alex. *cons.* 79. *n.* 6. *lib.* 1. Decian. *cons.* 141.
num. 1. Seraphin. *decis.* 443. *n.* 7. Coccin. *decis.* 391. *n.*
3. Quod intelligitur si executores rite, et recte processerint, 6
alias si ostenderetur, eos non servasse formam literarum, vel
alio modo nulliter processisse, cessaret prorsus dicta prae-
sumptio Quarant. *in summ. Bull. verb. alienatio num.* 7.
ad fin. Duran. *decis.* 150. *num.* 8. *et seq. in recent. d. dec.*
336. *num.* 15. *et* 16. *par.* 10. Et nulliter processisse proba-
tur ex inspectione processus, si tamen sit integer, alias secus,
Seraphin. *dec.* 1307 *num.* 1. et 3. *et dixi supra.*
Et dicta praesumptio utilitatis procedit, non solum si con- 7
stet de beneplacito vero, sed etiam si adsit tantum praesum-
ptum Giovagn. *cons.* 27. *n.* 59. *par.* 2. Mantic. *dec.* 101.
num. 3. Rota in Mediolanen. rescissionis permutationis cor.
Pamphilio penes Marches. *de commiss. p.* 1. *fol.* 112. *n.* 6.
Ciarlin *contr.* 39. *num.* 4. Gregor. *dec.* 348. *num.* 1. et
ibi Adden. de qua praesumptione aliqua dicemus *infra in
§. proximo.*
At non procedit eadem praesumptio, si ex facie instru-
menti, seu qualitate contractus deprehendatur contrarium, 8
ex quo sit sui natura damnosus, uti de donatione, tradit So-
cin. sen. cons. 52. num. 10. lib. 4. et aliis adductis Rot. cor.
Bichin dec. 442. num. 12. et 13. et de alienatione, in qua
fuerunt ecclesiae promissa in recompensam alia bona, non
autem actualiter tradita Rot. *decis.* 430. *num.* 4. *part.* 2.
recent.
Caeterum in casibus, in quibus probanda est utilitas, vel
necessitas, id clarum est; quod non bene probatur per as- 9
sertionem alienantium, quia qui de se non potest facere
actum validum, nec etiam potest facere assertionem, per
quam validetur Cavaler. *decis.* 439. *num.* 7. Rota in Cra-
covien, Donationis 26. novembris 1650. §. causa pariter co-
ram Bichin, quae est in ejus impress. dec. 43. num. 5. et in
romana monasterii 17. maii 1657. §. his autem coram R. P.
D. meo Bevilaqua, quae est decis. 234. par. 12. recent. num.
13. minusque statur assertioni simplici executorum literarum 10
apostolicarum, quando judicialiter procedere tenerentur Rot.
dec. 94. *n.* 44. *par.* 7. *rec. quae est. cor. Merlin. dec.* 702.
num. 44.
Et probatio utilitatis, vel non utilitatis quae quomodo
concludere debeat, dictum est *in §. praecedenti num.* 41. *et* 11
seq. debet percutere tempus locationis, non autem posterius
Caesar. de Grass. *decis.* 4. *n.* 1. *de reb. eccles. non alien.*
Cavaler. *decis.* 288 *num.* 5. adeo, ut non sufficeret proba-
tionem percutere tempus beneplaciti, quando papae narratus
fuit contractus uti factus, licet secus sit, si impetratum be-
neplacitum cum narrativa, quod intendebant contrahere. ut
distinguit Genuen. *in praxi archiep. c.* 89. *post med. vers.
quare dicendum.* Et faciunt, quae late dicentur de probanda
laesione in cap. 19. ubi et quomodo facienda sit probatio
valoris.
An autem sufficiat constare de utilitate in principio quam-
vis postea talis utilitas non permanserit dubitari potest, et
quidquid sit in aliis contractibus, in locatione videbatur
attendi debere etiam tempus futurum, quia locatio est con-
tractus, qui habet tractum successivum in futurum, et non
sufficit eum adimplere momento temporis, puta per traditio-
nem rei, sed tenetur locator curare, et facere quod condu-
ctor uti possit toto tempore, ut dicemus in cap. 28. post
princ. et in his contractibus, qui non finiuntur momento
temporis, sed habent tractum successivum, attenditur etiam
tempus successivum Bart. *in quaest. publicanus num.* 9. *et*
10. Ancar. *cons.* 402. *n.* 7. *et* 8. Roland. *cons.* 1. *n.* 173.
lib. 2. et aliis pluribus cumulatis Altograd. *cons.* 26. *n.* 46.
et seqq. ubi in specie de locatione libr. 2.
Sed verius videtur, quod attendi debeat tempus successi- 12
vum ad alios effectus, puta ad effectum remissionis, seu re-
ductionis mercedis, non autem ad effectum istum validitatis
vel invaliditatis contractus ex hoc capite, quod fuerit utilis,
vel damnosus ecclesiae, quod ultra praefatas auctoritates pro-
batur etiam per text. *in ipsa extrav. ambitiosae* in illis ver-
bis, *et tunc in ecclesiae evidenti utilitate*, clausula enim
illa, *et tunc*, denotat extremitatem temporis, ut in puncto
tradidit Honded. *cons.* 51. *n.* 61. *lib.* 1. et sequuta est Rot. 13
coram Cavaler. decis. 288. num. 5. quatenus tamen contra-
ctus sit perfectus, et in se validus, secus autem si praetendere-
tur eum sustineri ex hoc solo capite utilitatis, quia tunc non
sufficeret eum fuisse utiliter coeptum, sed requireretur uti-
litatem permanere, quod secus est ubi factus est solemniter,
vel ex causa necessitatis archidiac. *in cap. sine exceptione*

12. *quaest.* 2. *sub. num.* 5. Henric. Boic. *in cap. tua nuper n.* 6. *de his quae fiunt a praelat. sin. cons. cap. Rot. dec.* 65. n. 4. *par.* 2. *divers.*

At ubi alienatio fit ex causa necessaria contrahens cum ecclesia, et solvens pecuniam, curare debet, et esse sollicitus, ut vertatur cum effectu in causam expressam, alias enim
14 etiam si causa illa necessitatis fuisset vera, et legitima, adhuc cessante tali versione, contractus corrueret, quod secus est si sit ex causa utilitatis Sperell. *dec* 154. *num.* 104. Merlin. *dec.* 219. *n.* 12. *vers. quoniam ultra*, ubi quod haec est distinctio, quam sequitur Rota, *et dec.* 444. *n.* 16. Rota post Genc. de Cons. *dec.* 25. *n.* 2. *et dec.* 29. *n.* 1. *et dec.* 287. *num.* 5.

Et dicitur ex causa necessitatis si facta pro extinguendis debitis, ubi tamen sint talia, ut creditores urgeant, seu sal-
15 tem urgere possint, alias si verbi gratia, pro extinguendo censu, pro quo solverentur graves fructus alienaretur aliud capitale ecclesiae, ex quo minores fructus ipsa perciperet, haec non esset causa necessitatis, quia nulla aderat necessitas censum extinguendi, cum de ejus natura sensus sit perpetuus, et non possit debitor juxta vulgatam constitutionem sanctae memoriae Pii V. his diebus beatificati, compelli illum extinguere, sed esset causa utilitatis, ut declarat Sperell. *d. decis.* 154. *n.* 106. *et* 107. et Rot. *d. dec.* 287. *num.* 5. *vers. in proposita facti specie.* post Genc. de Cens.

16 Probatur autem, locationem non fuisse utilem ex instrumento locationis praecedentis, si ex eo appareat, quod illa fuerit pro majori mercede Genuen. *in praxi archiep. cap.* 89. *n.* 6. *in fin.* ubi quod licet locatio regulariter non probet, tamen sensus est adhuc effectum Ciarlin. *contr.* 105. *nu.* 48. Rot. *dec,* 65. *num.* 24. *par.* 2. *divers.* et in una romana domus impress. per Marin. *resol.* 7. *num.* 3. *ad med. par.* 1. et coram Seraphin. *dec.* 1490. *num.* 7. *vers. visum fuit etiam Merlin, dec.* 702. *n.* 53. *et* 54. *in rec. dec.* 94. *n.*
17 53. *et* 54. *p.* 7. Quod tamen procedit si talis locatio habuisset effectum, alias non posset ex ea sumi dicta probatio
18 Seraphin. *decis.* 1073. *n.* 4. Coccin. *decis.* 273. *ad med.* Rota in mediolanensen. rescissionis coram Pamphilio penes Marches. *de commiss. par.* 1. *fol.* 113. *num.* 7. *ad fin.* et ubi probetur, quod in illa praecedenti locatione non comprehenderetur major quantitas terrarum, quam in subsequenti, ut habetur in eadem mediolanen. rescissionis cor. Pamphilio. Immo si absque locatione ecclesia eamdem utili-
19 tatem antea percepisset, resultaret in locatione non adfuisse utilitatem evidentem, prout in permutatione si assignetur ecclesiae res aequalis valoris, dicit Rot. *dec.* 430. *n.* 5. *par.* 2. *et dec.* 336. *num.* 19. *par.* 10. *rec.* et in impositione
20 census pro extinguendo alio omnino simili Genuen. *in praxi archiep. cap.* 89. *num.* 1. ubi refert decisum a Rota in romana invaliditatis census coram Pamphilio.

21 Intelligendo caeteris paribus, nam si fiat locatio perpetua pro eadem, pensione, quae percipiebatur ex locatione ad modicum tempus, non poterit redargui, quod non sit utilis, etiam evidenter, quia in locatione perpetua solet mi-
22 nui pensio in sexta parte Giovagn. *cons.* 27. *num.* 2. *et seqq. part.* 2. Gregor. *decis.* 343. *num.* 3. et ibi Adden. nu. 7. mediolanen. rescissionis permutationis coram Pamphil. impress penes Marches. *de commiss. par.* 1. *fol.* 112.
23 *num.* 7. et de emphiteusi ecclesiastica, quod possit in ea diminui sexta pars justae pensionis, sunt *text.* in §. *dudum, et in* §. *quia vero Leonis auth. de non alien. aut permutan. et in auth. perpetua c. de sacros. eccles.*

Sed hodie hoc non servari, dicit Caldas *quaest. forens* 10. *num* 8. *post med.* et notat etiam Barbos. in *d. auth perpetua num.* 2. *in ver. insertam*, et videtur vigere ratio, quia si non detur pro pensione correspondente fructibus, concessio non est utilis, prout requiritur, ut considerant Gabr. *cons.* 84. *num.* 12 *lib.* 2. Vinc. de Franch. *dec.* 191. *num.* 12. Surd. *dec.* 798. nu. 20. At si concessio facta cum praedicta diminutione, non potest dici evidenter utilis, saltem dicenda est pro justa pensione, ut censuit Alciat. *cons.* 94. *num.* 4. *lib.* 5. nam ultra, quod sufficeret fuisse approbatam a justissimo, et piissimo imperatore in *auth. praecitat.* dicta diminutio compensatur cum periculo casuum for-
24 tuitorum, quibus subjicitur emphyteuta perpetuus absque spe remissionis mercedis, quando habuit dictam diminutionem *d.* §. *dudum auth. de* non *alien. aut permut. et ibi glos. in verb. casus* Alex. *cons.* 112. *n.* 2. *lib.* 1. Rot. *decis.* 720. *num.* 6. *et seq. et decis.* 723. *n.* 2. *et seq. p.* 1. *div. et dec.* 684. *num.* 4. *ad med. part.* 2. *rec.*

Unde firmum stat, quod si concessio fiat absque dicta diminutione locatio erit evidenter utilis, ut supra dictum fuit, et si fiat cum dicta diminutione, poterit dici aeque et sustinebitur tantum si fiat ex alia causa, quam utilitatis evidentis, ita ut sufficiat non esse damnosam ecclesiae.

Advertendo etiam ulterius, quod tunc dicetur aeque concessio in perpetuum, cum dicta diminutione sextae partis, et 25
evidenter utilis, si fiat absque illa, cum res concessa subjacet periculis, et ecclesia actualiter ab eis liberatur, alias enim secus esset dicendum, *Genuen. in praxi archiep. dicta cap.* 89. *num.* 6. Rota *d. decis.* 723. *num.* 4. *p. div. et dec.* 684. *n.* 4. *ad med. p.* 2. *rec.*

Praeterea possunt adesse in contractu alia pacta, quae 26
utilitatem, vel damnum ecclesiae important, et inter importantia utilitatem sunt, si ecclesia lucrari debeat melioramenta omnia, ut dicit Rota coram Seraphin. *dec.* 485. *num.* 3. *et* 4. *et dec.* 208. *num.* 1. *par.* 2. *et dec.* 221. *num.* 5. *par.* 4. *div.* quatenus tamen constet melioramenta adesse, vel fieri debere alias parum, aut nihil relevaret tale pactum Rota *dec.* 398. *n.* 3. *vers. sed. fuit dictum part.* 1. *et decis.* 312. *num.* 3. *part.* 2. *divers.* item si datae essent ei in recompensam aliae terrae contiguae bonis suis, eadem Rota in romana palatii sanctae Mariae Majoris cor. Pamphilio penes Marches. par. 1. fol. 102. vers. praesertim. Item si in casu quo conductor deficiat solvere pensionem teneatur ad duplum Rota in Januen. si in evidentem coram Lancellott. penes Marches. *tom.* 1. *fol.* 111. *num.* 3. vel adesset poena caducitatis Giovagnon. *cons.* 27. *num.* 63. *vers. eo magis quia lib.* 2. et pro utilitate consideratur etiam si resultet ex contractu decus ecclesiae, vel augumentum cultus divini, ut in dicta romana Palatii s. Mariae majoris coram Pamphilio ad fin.

Si solvatur eadem pensio, sed in ingressu, seu principio 27
solvatur aliqua considerabilis summa pro una vice tantum, ubi talis summa vertatur in utilitatem perpetuam ecclesiae, deservire poterit ad convincendam utilitatem, alias si solvatur praelato eam pro se retinenti, secus est dicendum Honded. *cons.* 51. *in fin. lib.* 1. Gratian. *discept.* 379. *num.* 22. Rota *decis.* 582. *num.* 1. *vers. et habito respectu part.* 1. *divers.*

Dixi etiam aliqua in hoc proposito convincendi utilitatem, vel damnum ecclesiae in relocatione rei solitae locari ab antiquo supra hoc tit. sub. §. 4. quae non repeto, quia ibi videri possunt.

Deveniendo nunc ad aliud requisitum copulative cum uti- 28
litate necessarium in locatione ad longum tempus bonorum ecclesiae, nempe solemnitatis, omitto quod de jure civili requireretur subhastatio *auth. hoc jus porrectum cod. de sacros. eccles.* quia de jure canonico, quod servari debet in hoc proposito, ut supra dictum est in principio hujus cap. ea non est necessaria, ut docet Bald. *in dict. auth. hoc jus porrectum n.* 15. *c. de sacros. eccles. Genuen. in praxi archiep.* 29
cap. 89. *nu.* 9. idque non obstante, quod dicta auth. fuerit apposita a Gratiano in volumine decretorum sub cap. ea enim 10. quaest. 2. quia non ideo posuit ad necessitatem, sed ad ostendendum affectum principum erga ecclesiam, et quatenus necessitatem inducere voluisset, utique non potuisse, 30
ut post alios tradit Donat. *de regular. tom* 1. *tract.* 24. *quaest.* 7. *num.* 2. de jure canonico antiquo quatuor requirebantur, videlicet auctoritas praelati, tractatus praecedens, consensus capituli, et subscriptio singulorum, saltem per notarium, ut post plures, quos citat tradit, Quarant. *in summ. Bullar, verb. alienatio rer. eccles. num.* 3. *ad fin. vers. solemnitas*, et Corrad. *in praxi dispens. lib.* 9. *c.* 1. *n.* 20. *pariter ad fi. vers. solemnitas.*

Verum de his quoque non opus est loqui ulterius, quia 31
hodie ex dispositione dictae *extrav. ambitiosae* non potest fieri locatio rerum ecclesiae ultra triennium sine beneplacito apostolico, et beneplacitum apostolicum operatur, ut alia solemnitas non sit necessaria abb. *cons.* 41. *n.* 3. *lib.* 1. Decius. *cons.* 341. *num.* 12. *circa med. versic. et quando concessio* Roland. *cons.* 96. *num.* 21. *et seqq. lib.* 2. Capic. *decis* 16. *num.* 1. in *fin. et* n. 4. *vers. et omnis solemnitas* Sperell. *decis.* 154. *num.* 87. Rot. *decis.* 65. *num.* 1. *par.* 2. *divers.* et coram Coccino *decis.* 391. *num.* 2. et alibi passim. Beneplacitum enim est solemnitas, quae alias offuscat, et cessare facit, prout habemus etiam de jure civili, quod ubi in contractu minoris intervenit auctoritas principis, cessent omnes aliae solemnitates in eo requisitae *l.* 2. *c. quando decr. op. non est Simon. de decret. lib.*

1. *tit.* 1. *num.* 88. Rot. *decis.* 481. *num.* 13. *par.* 1. *re-*
cent, itaut adhuc vera sit conclusio, quod alienatio rerum
ecclesiae requirat compulativa solemnitatem, et causam, sed
solemnitas hodie est solius beneplaciti, quod loco omnium
solemnitatum deservit, ut dicit Rot. *decis.* 590. *num.* 9.
32 *part.* 6. *recent.* si tamen beneplacitum sit legitime impe-
tratum, et executores in litteris dati legitime processerint,
ac formam sibi in litteris praescriptam servaverint, ut de-
clarant Quarant. *in summ. Bullar. d. verbo. alienatio n.*
7. ad fin. Duran. *decis.* 280. *num.* 8. *et seqq.* Rot. *deci-*
33 *sion* 336. *num.* 15. *et* 16. *par.* 10. *recent.* et si non sit
narratus contractus, et expressum eum fuisse factum cum
solemnitatibus, et papa dederit mandatum de confirmando
cum clausula, *si ita est*, referendo se ad supplicationem,
quia tunc earum defectus vitiaret Ant. M. de Canib. *in*
consil. impress. per Borgin. *par.* 1. *decis.* 46. *num.* 407.
vers. quarto praedicto Quarant. *d. verb. alienatio num.* 7.
post med. vers. 2. *intellige.*
34 Verum quia confirmatio principis tollit defectus juris ci-
vilis, non autem juris naturalis, uti consensus, ut post alios,
inquit Curt. Jun. *cons.* 240. *num.* 28. dubitari potest an be-
35 neplacitum apostolicum suppleat consensum capituli eccle-
siae alienantis, et dicendum est non supplere Quarant. *d.*
verb. alienatio num. 7. *in princ. vers. non tamen supplet*
et Donat. *de regul. tom.* 2. *tract.* 14. *num.* 3. intelligendo
si confirmatio non sit in forma specifica, narrato tali defectu,
quia tunc illum suppleret, ut cum Bonac. dicit ibid. Donat.
et non habet difficultatem cum papa sit dominus, vel habeat
absolutam administrationem bonorum, etiam ecclesiarum in-
feriorum, ut dictum est supra in princ. hujus cap.
36 Non autem requiritur consensus capituli, nisi respectu
bonorum ecclesiae suae Quarant. *dicto verbo alienatio n.* 7.
Imo etiam si ageretur de bonis ecclesiae cathedralis, quae
37 essent de mensa episcopi separata a mensa capituli; quamvis
de jure non possint alienari absque consensu capituli, cujus
interest, ne possessiones, et bona ecclesiae alienentur adhuc,
quia talis consensus respicit potius solemnitatem, quam sub-
stantiam, hoc casu alienatio si concurrat evidens utilitas, et
solemnitas beneplaciti sustinetur absque eo, ut sequendo
aliam decisionem antiquam coram Cotta, censuit Rota coram
Seraph. *dec.* 443. *num.* 4. *et* 5. quod est notandum, quia
38 hodie *tit. de his, quae fiunt a praelat. sine cons. cap.* recce-
sit ab Aula, nam episcopi omnia faciunt sine consensu capi-
tuli, ut inquit Lambertin. *de jur. patr. lib.* 2. *part.* 3. *art.*
4. *quaest.* 1. *num.* 1. *in fin.*
Et magis de plano procedit dicta opinio stante in literis
39 apostolicis clausula supplentes, etc. per eam enim tollitur
omnis defectus juris positivi, et signanter praedictus, quod
capitulum non consenserit, ut tradit Alex. *cons.* 79. *nu.* 7.
lib. 1. Abb. *cons.* 62. *col. ult. vers. item papa lib.* 2. Men.
cons. 142. *num.* 33. *et cons.* 747. *num.* 9. Rot. *dec.* 590.
n. 10. *p.* 5. *recent.*
Solet tamen in literis alienationis bonorum ecclesiae cathe-
40 dralis etiam de mensa episcopi separata a mensa capituli ap-
poni clausula vocato capitulo, ut videre est *in decis.* 628.
n. 2. *part.* 3. *recent.* ubi Rota censuit, quod secluta etiam
tali clausula, executores litterarum debeant capitulum citare;
de quo dixi supra *in* §. *praecedenti num.* 60.
Praeterea non sufficit beneplacitum in forma communi, si
adsit aliquod pactum in instrumento conventum, quod sit
contra jus, et non sit specialiter narratum pontifici, absque
41 enim speciali expressione, papa non censetur comprehende-
re ea, quae sunt contra juris dispositionem Alex. *consil.* 59.
n. 9. *lib.* 1. Roman. *cons.* 327. *num.* 7. et post eos in his
terminis Corrad. *in prax. dispens. part.* 9. *cap.* 5. *num.* 65.
42 Quod tamen modificandum est, ut procedat si tale pactum
tangat interesse ecclesiae, alias enim si tangeret interesse
solius praelati, vel versaretur circa id, de quo praelatus alie-
nans posset libere disponere, uti si versaretur circa fructus
ad eum spectantes tantum, tunc de eo nulla esset necessaria
specialis mentio in beneplacito Rota coram Coccin. *decis.*
391. *num.* 4. *et* 5. et quae pacta, et qualitates sint narran-
dae, vide etiam in praecedenti §. 9. *num.* 46.
43 Denique beneplacitum restringitur ad limites contractus,
et ultra illos non egreditur, nec tribuit aliquod jus partibus
ultra id, quod ex contractu valido resultet Abb. *in cap.* 1. *n.*
44 6. *et cap. examinata n.* 3. *et* 6. *de confirm. util. vel inutil.*
Paris. *cons.* 23. *n.* 8. *lib.* 2. Caval. *dec.* 385. *n.* 1. Duran.
dec. 146. *n.* 6. *et seq.* et ubi refertur se ad instrumentum, vel
supponit, locationem factam, et relatum non exhibeatur, vel
suppositum non justificetur ipsa propterea erit, et nihil opera-
bitur, *cap.* 2. *de rescript.* Gonz. *ad reg.* 8. Cancell. *in glos.*
not. super nullit. n. 228. *et seqq. dec.* 498. *n.* 2. *part.* 4. *et*
dec. 171. *n.* 5. *et seq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.* et plene in una
Calagurritana decimarum S. Ascentii, et Davalillo 17. apri-
lis 1654. §. *ultra quod* coram reverendissimo, *quae in ejus*
impressis dec. 53. *num.* 38.

Beneplacitum apostolicum quando praesumitur.

SUMMARIUM.

1. Beneplaciti apostolici praesumptio sublata fuit per constitutionem Urbani octavi super praeservatione jurium ecclesiae.
2. Non tamen tollit d. constitutio immemorabilem nec centenariam.
3. Centenaria praeservata per dictam constitutionem non est necesse, quod fuerit completa antequam constitutio ederetur.
4. Factum caeptum ante constitutionem, et expectans complementum, postea in ea comprehenditur.
5. Statutum loquens de praescriptione comprehendit caeptam antequam ederetur, et postea completam.
6. Decretum irritans restringitur ad terminos constitutionis, cui est adjectum, et recipit omnes ejus conditiones.
7. Centenaria praescriptio dicitur completa, etiamsi deficiant duo, vel tres, aut etiam quatuor anni.
8. Constitutio Urbani octavi super praeservatione jurium ecclesiae non procedit, quando una ecclesia litigat cum altera.
9. Praedicta constitutio non habet locum in regno Poloniae.
10. Beneplacitum apostolicum cessante constitutione Urbani octavi praesumitur per lapsum triginta annorum.
11. Decl. in d. tempore non computandum tempus litis.
12. Tempus vitae praelati, qui alienavit rem ecclesiae non est computandum in praescriptione adversus eam.
13. Secus autem in tempore ad inducendam praesumptionem beneplaciti.
14. Beneplacitum, ut praesumatur non solum requiritur tempus, sed etiam observantia contractus, quae plene probanda est.
15. Observantiam ad excludendam sufficiunt molestationes extrajudiciales.
16. Decl. non sufficere protestationem clandestinam.
17. Lis caepta, et non prosecuta si potest inservire pro molestatione extrajudiciali, impedit praesumptionem beneplaciti.
18. Observantia ad inducendam praesumptionem beneplaciti si adsit aliquod pactum valens contractum annullare, probanda est in specie respectu illius.
19. Beneplacitum ex lapsu temporis, et observantia praesumitur sive sit enunciatum in instrumento sive non.
20. Et praesumitur etiamsi in instrumento sit reservatum.
21. Beneplacitum, quando intrat ejus praesumptio praesumitur tale, quale necesse est, ut valeat.
22. Et praesumitur etiam utilitas, et alia necessaria ad validitatem.
23. Beneplaciti praesumptio non procedit ubi apparet beneplacitum invalidum.
24. Beneplacitum papae non praesumitur si apparet adhibitum beneplacitum alterius inferioris.
25. Decl. procedere si dictum beneplacitum inferioris, vel invalidum appareat ex facie instrumenti, vel producatur ab eo, qui alienationem tuetur, secus si ab impugnante.
26. Beneplaciti apostolici praesumptio cessat in pluribus casibus relative.

CAPUT XIV. § XI.

Superfluum videbatur, quaerere de praesumptione bene- 1
placiti apostolici, nam de anno 1641. Sa. me. Urbanus VIII.
edidit constitutionem super praeservatione jurium sedis apo-
stolicae, et inferiorum ecclesiarum, per quam talem prae-
sumptionem prorsus sublatam esse, dixit Rot. coram Royas
decis. 402. *num.* 7. *decis.* 219. *n.* 5. *part.* 10. *rec.*
Verum dictae decisiones non intelligi debent generaliter; 2
et absolute, sed in suis casibus, nam in primis dicta consti-
tutio, quae habetur inter impressas dicti pontificis la 157.
non tollit immemorabilem, nec centenariam, imo eas ex-
presse praeservat, ut videre est *in* §. *non intendimus au-*
tem, et animadvertit, Rot. *decis.* 398. *n.* 4. *part.* 12. *rec.*
Et circa dictam centenariam in quadam causa dubitatum 3
fuit, an intelligeretur de centenaria completa, ita ut non
posset in ea computari tempus elapsum post dictam consti-
tutionem, et pro affirmativa adducebatur quaedam decisio
Rotae in una Romana devolutionis palatii 18. jun. 1657. §.
quia ponderatum cor. reverendissimo Albergato, et addeba-
tur ratio, quod per supervenientiam dictae constitutionis in-
terrupta fuerit omnis praescriptio, eo quia constituerit in
mala fide possessorem, imo et irritaverit quamcumque pos-
sessionem bonorum ecclesiasticorum absque beneplacito de-
tentorum. Verum ego defendi contrarium; et obtinui, dice- 4
bam enim, quod factum caeptum ante editam constitutio-
nem expectans suum complementum postea comprehenditur
in ea Felin. *in cap. fi. n.* 11. *de constit.* Menoch. *cons.* 461.
num. 33. *et seq.* et in specie de statuto loquente de praescri- 5
ptione, quod intelligi debeat de caepta antequam ederetur,

et postea completa Lanr. dec. Aven. 86. n. 1. Seraph. *decis.*
920. *n.* 1. nec obstare decretum irritans, quia licet irritet pos-
sessionem, et observantiam contrarium tameo, non potest ir-
ritare centanariam in ipsa constitutiooo in qua est appositum
praeservatam, cum ad ejusdam terminos restringi, et o-
6 mnes ejus conditiones recipere debeat, Put. *dec.* 1. *n.* 2. *et*
dec. 301. *n.* 3. *lib.* 1. cum aliis adduct. per Gonzal. *od reg.*
8. *glos.* 67. *n.* 55. Minusque obstare praedictam decisionem
in Romana devolutinnis palatii, quia in ea dicitur centena-
riam ibi completam fuisse ante editam constitutionem, sed
non firmatur hoc esse necessarium, et haec eadem opinio
fuit postea approbata a s. Rota in pluribus decisionibus
etiam post haec scripta emanatis. et signanter in Romana do-
mus 30. maii 1672. ℥. *idque non obstante* coram R. P. D.
meo Emeria, et in Romana domus in Burgo 28. jun. 1669.
℥. *nec obstat, quod solitum* coram eminentissimo Carpineo,
et 20. februarii 1673. ℥. *nec procsumptum* cor. R. P. D.
Burlemont. et in Romana canon. 18. juoii 1674. ℥. *absque*
eo cor. R. P. D. Vicecomite.

Fuit etiam oppositum in causa praedicta, quod computa-
7 to tempore post editam constitutionem usque ad diem motae
litis, centenario non aderat, quia deficiebant duo anni circi-
ter, sed et hoc objectum non relevare ostendi, dicendo defe-
ctum duorum annorum esse modicum respectu centenariae,
et ideo non attendendum Paris. *cons.* 32. *numero* 6. *lib.* 3.
Lotter. de Benefic. *lib.* 2. *quaest.* 7. n. 63. Merlin. *decis.* 45.
n. 4. *et decis.* 60. *n.* 6. *et decis.* 164. n. 11. ubi de quatuor
annis Buratt. *decisione* 142. *numero* 9. et ibi Add. *et de-*
cis. 875. *num.* 4. ubi de annis tribus Rot. *decis.* 509. num.
1. ubi de annis quatuor *part.* 5. *recent.*

8 Praeterea dicta constitutio quandoque non habet locum, ut
signanter si una ecclesia locasset alteri ecclesiae, ut declaravit
Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec.* 713. *n.* 10. in Pampiloneo. jurium
parochialium 19. januar. 1663. ℥. *non urget* coram reveren-
dissimo D. meo Bevilaqua, *quae est decis.* 10. *part.* 14. *rec.*
et in Romana census 13. junii 1663. ℥. *hinc neque applica-*
9 *tur*, cor. reverendissimo domino meo Priolo, nec extenditur
ad universum orbem, nam non habere locum in regno Polo-
niae, habetur *in decis.* 200. *numero* 15. *vers. nec obstat con-*
stitutio p. 10. *rec.* ubi quod fuit declaratum a Sac. Congre-
gatione Concilii, ad quam fuit remissa petitio declarationis a
Papa, *et decis.* 474. *n.* 10. *et* 11. coram Bichio.

10 Unde non omnino inutile erit annotare de praesumptione
dicti beneplaciti, quod seclusa constitutione praedicta illud
praesumitur per lapsum triginta annorum, ut firmatur per
Ciarlin. *controv.* 39. *num.* 4. *et* Rot. *decis.* 21. *numero* 9.
part. 4. *tom.* 2. *et decis.* 32. *numero* 3. *part.* 6. *recent.* per
lapsum enim tanti temporis concurrente observantia contra-
ctus omnia praesumuntur solemniter acta Cavaler. *dec.* 575.
numero 11. Rot. *decis.* 537. *numero* 4. *part.* 2. *decis.* 212.
num. 12. *par.* 5. *et decis.* 175. *num.* 13. *part.* 8. *recent.*

11 Circa tamen praefatum tempus advertendum est, non com-
putari in eo spatium litis Rot. *decis.* 168. *numero* 5. *in fin.*
par. 4. *et dec.* 133. *num.* 13. *p.* 11. *rec.* et hoc est clarum, at
non ita, quoad tempus vitae praelati, qui alienavit, nam li-
12 cet, et illud subducendum esse dicat Rot. *dec.* 336. *numero*
29. *part.* 10. *rec.* et cor. Bichio *dec.* 442. *numero* 16. tamen
13 hoc procedit in praescriptione adversus ecclesiam, in quibus
terminis loquuntur omnes decisiones, quae ibi allegantur, et
secus est quoad istam praesumptionem beneplaciti Rot. co-
ram Seraphin. *decis.* 127. *numero* 13. *et in rec. decis.* 463.
numero 8. *part.* 4. et in aliis adductis per Add. ad Gregor.
decis. 354. numero 19. quidquid confundere videatur hos
terminos Merlin. *decis.* 702. *num.* 13. *et seq. et num.* 17.

14 Et circa observantiam advertendum requiri plenam ejus
probationem, nec sufficere, quod probetur praesumptive Lot-
ter. de Benefic. *lib.* 2. *quaest.* 28. *numero* 91. Add. ad Gre-
gor. *dec.* 354. *numero* 18. Rot. *decis.* 706. *num.* 10. *part.* 13.
15 *et decis.* 133. *num.* 14. *part.* 11. *rec.* ac ad eam excludendam
sufficere quascumque molestationes etiam extrajudiciales Rot.
16 cor. Merlino *dec.* 702. numero 33. *et in rec. decis.* 57. *num.*
27. et *decis.* 202. *num.* 9. *part.* 7. licet secus esset si factae
17 tantum fuissent protestationes clandestinae absque citatione
partis Seraph. *decis.* 1027. num. 10. *et decis.* 1085. *num.* 3.
ubi etiam dicit idem esse de lite cepta, et non prosecuta, sed
in hac parte contrarium melius probare videntur Merlin. et
aliae decisiones supra citatae, quatenus talis lis inservire sal-
tem possit pro molestatione extrajudiciali.

18 Advertendum etiam, quod si odesset aliquod pactum va-
lens contractum annullare, et de validitate ejusdem pacti du-
bitare contingeret, probanda esset observantia ipsius pacti
in specie Roland. *cons.* 80. *numero* 10. *lib.* 1. Surd. *consil.*
334. num. 26. Gregor. *decis.* 451. *num.* 7. Rot. *in rec. dec.*
39. *n.* 22. *part.* 8.

Praedictis autem concurrentibus, procedit praesumptio be- 19
neplaciti, sive in instrumento fuerit enunciatum, sive non
quando fuit facta alienatio Ciarlin. *controv.* 39. num. 11. Put.
decis. 355. *numero* 7. *lib.* 2. Rot. in Mediolanen. rescissionis
permutationis coram Pamphilio penes Marchesan. *part.* 1.
fol. 112. *num.* 3. *et* 4. in qua datum fuerat mandatum ad
illud obtinendum *et in rec. dec.* 25. *n.* 11. *part.* 6.

Et sive in instrumento legatur reservatum, sive non Gin- 20
vagnon. *cons.* 27. *numero* 47. *lib.* 2. Add. ad Greg. *decis.*
343. *numero* 5. *vers.* quod procedit Ciarlin. *d. contr.* 39. *n.*
11. Rot. *decis.* 506. *numero* 3. *ubi de communi p.* 2. *rec.*

Praesumiturque beneplacitum validum, ita ut si necesse 21
sit concessum fuisse ex certa scientia, ita praesumatur *d. dec.*
506. *numero* 4. *p.* 2. *rec.* et praesumitur etiam utilitas, et 22
omnia alia necessaria ad validitatem, ut plene firmat Ciarlin.
contr. 39. *numero* 4. Gregor. *dec.* 343. *num.* 1. et ibi Ad-
den. Mantic. *dec.* 101. *n.* 3. *vers. quia uno praesumptio* Du-
nozet. Jun. *dec.* 114. *n.* 1. *et seq.*

Non tamen procederet praesumptio praefata si appareret 23
de beneplacito invalido, tunc enim ex lapsu temporis validum
non praesumitur Paris. *cons.* 27. *numero* 119. *lib.* 1. Cra-
vett. *cons.* 134. *numero* 44. Marescot. *var. cap.* 13. *num.*
6. *lib.* 1. Rub. *in suis singulis. tom.* 2. *part.* 4. *tit. de alie-*
nat. rer. eccels. n. 113.

Prout etiam idem esse, si appareret adhibitum fuisse bene- 24
placitum episcopi, vel alterius inferioris Papae, quia, et tunc
diceretur obtentum beneplacitum invalidum, et cessaret prae-
sumptio beneplaciti Papae validi *dec.* 53. *numero* 2. *p.* 1.
rec. imo et quod ubi reservatum fuerat beneplacitum gene-
ralis religionis, et de apostolico nihil fuerat dictum, appa-
reret hujus defectus, et cessaret dicta praesumptio dixit Ro-
ta in una Lucana emphytheusis 10. januar. 1625. ℥. *quia ex*
decurso cor. Pirovano.

Sed haec non procedunt si non appareat partes contraxis- 25
se cum beneplacito invalido ex facto instrumenti, sed pro-
duceretur aliquod beneplacitum invalidum ab impugnante
alienationem, quia tunc non tollitur praesumptio alterius be-
neplaciti validi ex diuturnitate temporis proveniens. Rot.
decis. 21. *tit. de probat.* cor. Crescen. et in aliis *dec. relat.*
per Marescot. *varior. cap.* 13. *numero* 8. *lib.* 1. secus autem
si produceretur beneplacitum invalidum ab eo, in quem fa-
cta fuit alienatio, et qui eam tuetur, quia tunc cessaret prae-
sumptio validi, ea ratione, quia censetur eum produxisse
meliorem titulum quam haberet Duran. *dec.* 205. *num.* 16.
et plene Rot. *in recent. dec.* 336. n. 30. *part.* 10.

Cessare etiam dictam praesumptionem in aliis quamplu- 26
ribus casibus contendunt doctores, ut videri poterit signan-
ter penes Ciarlin. *contr.* 39. ubi refert undecim limitatio-
nes ejusdem praesumptionis singulasque diligenter refellit,
et Marescott. *var. cap.* 13. *lib.* 1. qui adiri poterunt a plura
circa hanc praesumptionem volentibus, quia, cum vere hodie
magna ex parte sublata fuerit ex supra relata constit. Urba-
na, praedicta annotasse, satis videtur.

De aliis prohibitionibus locationis bonorum ecclesiae
aliisque ejus nullitatibus ultra inductos
per extrav. ambitiosae.

SUMMARIUM.

1. Locatio bonorum ecclesiae cum solutionibus anticipatis est prohibita per Conc. Trid.
2. Ampl. ut talis locatio non valeat etiam si sit facta ex indulto apostolico
3. Decl. ampliationem procedere si indultum sit tantum de locando non autem si sit de locando cum solutionibus anticipatis, et n. 6. et 7.
4. Derogatio est necessaria, quando Papa concedit aliquid adversus concilium generale.
5. Lim. in Conc. Trident.
8. Locationes bonorum ecclesiae pro solutionibus anticipatis sunt nullae in praejudicium successorum locantis non autem ejus, et locatarium.
9. Locatio bonorum ecclesiae pro solutionibus anticipatis si facta sit ex causa necessaria ipsius ecclesiae sustinetur.
10. Dicta locatio sicut non valet respectu successoris locantis ita nec respectu conductoris.
11. Jurisdictiones ecclesiasticae locari prohibentur.
12. Constitutio Pauli Quarti super alienatione bonorum ecclesiae fuit abrogata Pio Quarto.
13. Praelati solent in receptione praelaturae jurare de non alienando, nec locando bona ecclesiae ultra triennium.

14. Juramentum de non alienando bona ecclesiae praesumitur praestitum a praelatis
15. Juramentum de non alieno si sit simpliciter praestitum intelligitur in casu illicito, secus si sit de non alienando inconsulto Romano Pontifice.
16. Lim. at non obliget in modicis neque in casu necessitatis, in quo adiri non possit Papa.
17. Juramentum de non alienando operatur, quod alienans sit perjurus non autem contractum esse nullum.
18. Bona ecclesiae non possunt locari alia locatione durante.
19. Decl. procedere si fiat locatio e praelatis inferioribus non si a Papa.
20. Papa praesumitur facere locationem anticipatam ex causa.
21. Bonorum ecclesiae locatio facta durante alia locatione est nulla si liat de re particulari, secus si sit concessio universalis.
22. Feudum non dum devolutum, quando alteri concedi possit relative.
23. Bonorum ecclesiae locatio subjacet omnibus nullitatibus, quibus subjacent aliae.
24. Cellerarius monacorum non habet facultatem locandi bona.
25. Nullitas locationis ubi non reperitur censeri debet locatio valida.
26. Prohibitum, quod non reperitur censetur permissum.

CAPUT XIV. ȝ. XII.

Post consideratam extrav. ambitiosae restat videndum, quid
1 ulterius prohibeat liberam bonorum ecclesiae locationem, et primo se offert sac. conc. Trid. *quod in cap.* 11. *sess.* 25. *de reform.* prohibet locationes cum solutionibus anticipatis, quocumque privilegio, aut indulto non obstante, dicens eas magnam ecclesiae Dei perniciem afferre, ac prohibet etiam in Romana curia, vel extra eam hujusmodi locationes confirmari,
2 ri, unde eas nec quidem ex indulto apostolico validas esse, dicit Carocc. *de loc. et cond. tit. de reb. eccl. num.* 73. *vers.*
3 *amplia*, quod tamen intelligendum videtur de indulto concedente simpliciter facultatem locandi, nam si expresse diceret pro anticipata solutione non obstante conc. Trid. sine dubio valeret locatio, imo etiam si diceret tantum pro anticipata solutione tot annorum, absque expressa derogatione Concilii, adhuc valeret, quia licet, quando Papa concedit aliquid contrarium dispositioni conciliorum generalium, necessaria sit
4 eorum derogatio specialis *cap. ex par.* 3. ȝ. *cum autem de cappel. monac.* archidiac. *in cap.* 1. *n.* 2. *vel dic. planias de constit.* Cavaler. *dec.* 229. *n.* 3. *et* 4. tamen secus est respe-
5 ctu Tridentini, nam sufficit Papam contraria concedere eis, quae in ipso disponuntur absque speciali derogatione, ut declaravit s. me. Pius V. in suo *mot. prop. relat.* per Garz. de benefic. *part.* 4. *cap.* 5. *numero* 33. Rot. *in rec. decis.* 687. *numero* 24. *pag.* 2. *et decis.* 71. *numero* 9. *parte* 6. *rec.*

6 Verum, quia ratio hujus differentiae inter concilium Trid. et alia generalia est, quia concilium Tridentinum *in cap.* 21. *sess.* 25. *de refor.* declarat praeservare semper auctoritatem sedis apostolicae ut advertit Rot. *d. decis.* 687. *numero* 24. *par.* 1. *rec. et* cor. Burat. *dec.* 452. *n.* 5. *vers. et idem quando*, dubitari posse videbatur an id procedat respectu dicti decreti *in cap.* 11 de quo agimus attento, quod concilium, ibi dicat, *quocumque indulto, aut privilegio non obstante, nec hujusmodi locationes in Romana curia, vel extra eam confirmentur*, quasi per haec verba tollatur praeservatio auctoritatis apostolicae, sed ultra quod nullam de ea faciunt mentionem specialem, prout videtur necessarium, adhuc verba praefata possunt intelligi de privilegiis antea concessis generaliter loquentibus, quaecumque sint, non autem si loquantur in specie de anticipata solutione, et sic quod noluerit concilium ligare manus Papae in futurum, prout suae intentionis esse postea declaravit in dicto subsequenti *capito* 21. *eadem sess. et tit.* ubi expresse habetur ita sensisse in omnibus, et singulis decretis, sub quibuscumque clausulis, et verbis.

Et ita servari in praxi deduci videtur ex late traditis per
7 Corrad. *in praxi dispensat. apost. lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 25. *et* 26. *vers. ecce igitur.* ubi inquit, quod summus Pontifex quandoque hanc licentiam concedit non obstante dicto concilio, adversus cujus decretum ad sui libitum disponit, et subsequenter addit fieri in literis mentionem de anticipata solutione in specie, nihil autem dicit de derogatione dicti concilii.

8 Verum tales locationes declarantur nullae in praejudicium successorum tantum, ibi, *nullatenus in praejudicium successorum validae intelligantur* unde dicendum est non ita esse respectu locantium, sed valere, quoad eos Ricc. *resol.* 108. *num.* 1. *part.* 1. ex quo infertur, quod si locans resignet in tempore, quo locatio durat et resignatarius nolit ei stare, teneatur ipse locans refondere pensionem anticipate perceptam, et si moriatur tenetur haeres ut tradit Caroc. *de loc. et cond. tit. de reb. eccl. numero* 75. *et* 76.

Et quatenus fieret locatio ex causa necessaria, puta pro re- 9
ficienda cum pensione ecclesia minante ruinam, et aliunde refici non valente, sustineretur, quia non posset dici in praejudicium successorum facta, dum, et ipsi ecclesiam reficere ex redditibus fuissent obligati Barbos. *in d. cap.* 11. *n.* 3.

Sicut autem successor stare non tenetur locationi modo 10
praedicto factae, ita nec tenebitur conductor juxta *d.* Surd. 52. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 93. *n.* 13. *et in his term.* Caroc. *d. tit. de reb. eccl. n.* 78.

Ulterius prohibet *Conc. eodem cap.* 11. *sess.* 25. *de re-* 11
form. locare jurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, et deputandi vicarios, de qua prohibitione dictum est *sup. in cap.* 11. *n.* 31.

Secundo loco se offert quaedam constitutio Pauli IV. quae 12
habetur in bullario novo inter constitutiones ejusdem bulla 2. in qua pariter aliquid additum legitur ultra contenta *in d. extrav. ambitiosae.*

Verum de tali constitutione superfluum est loqui, seu tantum hoc satis est dicere, quod Pius quartus, quia plurium litium causa erat, illam penitus abrogavit, et ad viam juris reduxit, ut aliis adductis dicit Ciarlin. *contr.* 39. *numero* 37. et videre est in bullario inter bullas ejusdem la. 11.

Tertio se offert juramentum, quod praelati omnes ma- 13
jores, praesertim recipientes praelaturas a Papa praestare solent in earum receptione, de non alienando, nec locando bona ecclesiae ultra triennium inconsulto summo Pontifice, et prout latius habetur in formula talis juramenti *in Pontificali fol.* 81. *et* 120. *et penes Quarant. in sum. bullar. ver. alienatio numero* 6. et Filiuc. *in suis tractat. moral. tract.*
44. *de alienat. rer. eccl. cap.* 1. *numero* 14. quod juramen- 14
tum cum praestari soleat, et debeat quamvis actualiter non praestetur, adhuc praestitum praesumitur secundum Navar. *in tit. de alienat. rer. eccl. numero* 12. quem refert, et sequitur Filiucc. *d. cap.* 1. *n.* 13. ea ratione, quia ea, quae fieri solent, et debent, facta esse creduntur *leg. ult. c. de fidejussor.*

Verum dubitatur, an hoc juramentum operetur tantum in 15
casibus, in quibus de jure bona non possunt locari, vel etiam, in quibus de jure, et secundum *d. extrav. ambitiosae* licita est locatio absque beneplacito, et respondetur cum hac distinctione. quod si juratum sit simpliciter non alienare, tunc intelligatur in casu illicito tantum, si vero juratum sit non alienare inconsulto Papa, vel sine licentia Papae, et tunc intelligatur etiam in casu alias licito, et permisso, ut docuit Abb. *in cap. ut supra numero* 15. *post med. vers. aut. res. non est modica* ubi ita concilist jura, et doctores antiq. *de reb. eccles. alien. vel non, et in cap. ult. numero* 3. *et seq. de eccles. edif.* et est communis opinio. ut testatur Molin. *de contract. quaest.* 468. *numero* 8. *prope med.* unde cum formula solita juramenti sit concepta, secundo modo sequitur, ut obliget ad requirendum consensum, etiam ubi extravagans illum non requirit de rigore licet secus sit attenta praxi, ut dicit Filiucc. *d. tract.* 44. *cap.* 1. *n.* 16.

Et quatenus juramentum obliget etiam in casibus a jure 16
permissis. limitatur, ut non procedat in modicis, ut docet idem Abb. *in d. cap. ut supra num.* 15. *in princ.* et dictum est supra *in* ȝ. 3. *numero* 4. *hac cap.* Penult etiam non pro- 17
cedit in casu necessitatis si nequeat adiri sum. Pontifex Abb. *in dict. cap. ult. numero* 8. *de eccles. aedif.* Molin. *de contract. quaest.* 468. *numero* 8. *ad fin.* et generaliter tale juramentum de se inspectum operatur alienantem contra ejus formam fieri perjurum, at non operatur nullitatem alienationis, ut firmant Molin. *de contract. d. disp.* 468. *numero* 8. ut late Filiucc. *d. tract.* 44. *cap.* 1. *numero* 17. et conferunt late tradita per Socc. jun. *cons.* 41. *num.* 23. *et seqq. lib.* 2.

Quarto obstat validitati locationis si fiat a praelato. seu alio 18
rectore ecclesiae, locatione alia durante, quia non valet, duabus praecipuis rationibus, una quia non potest sciri valor rei de tempore in quod collata est locatio, ut dignoscatur, an sit utilis contractus, cum valor tempore mutetur; altera, quia collata in tempus, quo forte non poterit fieri a faciente, cum possit morte praeveniri, vel ad aliam ecclesiam transferri, prout considerat Rebuff. *in l. Neratius* 85. *prope fin. vers. item anno ff. de verb. sign.* Carocc. *de locat. tit. de reb. eccles. loc. conclus.* afi. et loquendo de renovatione investiturae bonorum emphyteuticorum plene firmat Cocc. *decisio.* 2264. *numero* 32. *et* 33. ubi dicit quod hoc anticipare investituram nihil aliud est quam supplantare summum Pontificem praevenire volentem, vel successorem Rot. *decis.* 121.

num. 16. *part.* 7. *et decis.* 166. *num.* 13. *part.* 11. *rec.* et comprobatur conclusio ultra praedicta a partis juribus de concessione, seu renovatione feudi, loquentibus nempe *in cap.* 1. *ubi glos. in ver. archiepiscopus ante med. vers. et est notandum qui success. feud. dar. teneon. cap.* 1. §. *moribus vers. secus est in ecclesiasticis si de feud. def. sit controv. inter. dom. et agnat. cap.* 1. *vers. ubi vero de cleric. qui investit. facit* et late Rosental. *de feud. cap.* 6. *conclus.* 16. *num.* 2.

19 Declaratur tamen conclusio ista, et limitatur, ut procedat in praelatis inferioribus non autem in Papa, quia de solis praelatis inferioribus loquuntur dd. jura, et quamvis d. *glos. in cap.* 1. *qui success.* feud. *dar. teneon.* adducat rationem, quae convenire videatur etiam ipsi Papae, et imperatori, ex quo nihil habent a praedecessore; et quo ad imperatorem extendunt expresse conclusionem ibi *praeposit. col.* 2. *versicul. in glos. fin.* Afflict. *num.* 94. et Martin. *loudon. numer.* 15. quos refert Scrader. *de feud. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 25. tamen ratio diversitatis, quoad Papam. et praelatum inferiorem maxima est, quia in praelato inferiori non praesumitur

20 causa aliena ndi feudum nondum apertum secus autem in Papa Gabr. *cons.* 83. *num.* 22. *et* 53. *lib.* 1. qua stante possunt successores etiam non haeredes obligari *cap. Abbate sane de re judic. in* 6. Bald. *cons.* 159 *lib.* 3. unde tenentur successores Papae ex dicta praesumpta ratione concessionem licet praeventivam approbare, ut plene firmatur *in decis.* 664. *num.* 13. *p.* 2. *rec.* ubi, et quod si dictae praesumptioni addetur justificatio causae, nihil erit dubitandum de potestate, et quod causa justificabatur in casu illo, quia constabat de meritis familiae investitae erga sedem apostolicam, et de solutione certae summae, et augumento canonis, quae omnia probant versionem contractus in utilitatem sedis apostolicae, quae numquam moritur, et faciant cessare dictam glossae praefatae, quam procedere tantum in gratiosa concessione, secus si sapiat contractum, et concurrant benemerita declarant Afflict. *in d. cap.* 1. *num.* 52. Bursat. *cons.* 30. *n.* 50. et alii quos Rota ibi allegat, quibus addi possunt ad comprobationem hujus limitationis, quae dicam infra *cap.* 60. de successore, quando teneatur stare locationi in casu 14. *ad fin.*

21 Secundo declaratur eadem conclusio, et limitatur, ut procedat si locetur, seu fiat investitura de re particulari nondum vacante, secus autem si fiat concessio aliqua universalis, in qua veniat etiam feudum, nondum apertum, quia hic est effectus causae universalis, ut remoto impedimento concessionem, trahit ad se omnes partes sub se comprehensas, tamquam incrementa, et accessiones, et sic cedat validitati concessionis generalis, quod si concessum esset, de se non valeret, ut ex pluribus late formatur in dicta *decis.* 664. *n.* 14. *p.* 2. *rec.*

22 Caeterum si quaeras, an regulariter feudum, nondum apertum, possit alteri concedi adeas Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 39. ubi in principio dicit tenendam affirmativam pro regula, eamque postea multipliciter ampliat, et limitat, *et sub numero* 19. *et seq* loquitur in specie de ecclesiasticis.

23 Postremo ubi praedictae omnes prohibitiones locationis rerum ecclesiae, ejusque nullitates deficerent, adhuc ea redargui poterit generaliter de omnibus nullitatibus, de quibus redargui possunt aliae locationes, de quibus suis locis dicetur, unde etiam locatio ad triennium redargui poterit de nullitate ex defecto potestatis ejus qui illam fecit, puta si locatio rei

24 monasterii facta esset a cellerario, et non doceretur eum habere talem potestatem, quin officium cellerarii eam non tribuit, locatio esset ex defectu potestatis nulla, ut considerarunt aliqui ex dominis de Rota in una Tiburtina locationis coram Millino impressa per Marchesan. *tom.* 1. *fol.* 106. *n.*

25 5. ubi vero non inveniatur nullitas, de qua locatio redargui valeat, censeri debebit valida juxta tradita per Sard. *decis.* 212. *n.* 15. quod enim non reperitur prohibitum censetur

26 permissum Ancar. *cons.* 243. *num.* 2. Alex. *cons.* 57. *num.* 2. *lib.* 1.

De operibus quae locari possint, et quomodo

SUMMARIUM

1. Opera hominum etiam liberorum locari possunt.
2. Servitus perpetua, seu ad vitam non potest libero homini imponi.
3. Operae possunt locari, in perpetuum, seu ad vitam.
4. Operas suas locans ad vitam, potest se liberare solvendo interesse, vel serviendo per substitutum.
5. Operae infantium, et defectae senectutis hominum locari non possunt
6. Operae infantium si locentur etiam pro tempore post infantiam, valet locatio pro eo.
7. Operum locatio non expirat, ex quo locans ita insenescat, ut ejus operae nullae sint.
8. Facta quaedam locari non possunt.
9. Manumissio locari non potest.
10. Facta illa, quae sunt meri facti locari possunt.
11. Facta, quae habent admixtum jus, si sunt momentanea locari non possunt, si successiva possunt.
12. Operae ad quas tenemur obligatione justitiae locari non possunt.
13. Testimonium veritatis faciendum est gratis.
14. Decl. ut non possit accipi aliquid pro ipsa depositione veritatis, secus pro impensis, et incomodis.
15. Inventor rei alienae tenetur eam domino restituere.
16. Ampl. ut si dominum reperire non possit, adhuc ei restituere debeat dando pauperibus pro eo.
17. Decl. ut si sit pauper possit eleemosynam sibi facere.
18. Inventor rei alienae non potest pro restitutione aliquid petere, sed potest a sponte dante accipere.
19. Operae pro inveniendis rebus perditis locari possunt.
20. Operarum in inveniendis rebus perditis praestitarum merces peti potest absque praecedenti earum locatione.
21. Decl. procedere si sint impensae operae, secus si res casu absque ullo labore reperta fuit.
22. Defendere proximum ab injuris hostium quilibet tenetur.
23. Merces pro defensione proximi recipi non potest.
24. Contrarium.
25. Declara ut merces recipi non possit a defendente, qui est in potestate.
26. Decl. 2. non posse pro dicta defensione aliquid peti, sed potest a sponte dante recipi.
27. Episcopus, et ejus notarius non possunt quidquam petere ab ordinandis, sed possunt sponte dato recipere valent.
28. Decl. 3. ut qui potest proximum liberare absque suo damno notabili non valeat ad hoc locare operas suas.
29. Clerici possunt locare operas quas tamquam clerici faciunt in ecclesiis.
30. Declara procedere tantum in clericis pauperibus.
31. Contrarium verius, et n. 40.
32. Operae spirituales, et sanctae locari possunt.
33. Decl. procedere in laboribus, qui fiunt circa opera sacra, et in operibus, quae non sunt necessario simpliciter in sacris, ac si ad ipsa sacra non habeatur intentio.
34. Sacerdos potest locare operas suas, ad sacrificandum in tali altari, vel tali hora.
35. Operae celebrationis missarum, vel aliorum sacrorum locari non possunt.
36. Decl. ut non possit locari opus operatum, sed possit recipi aliquid ad sui sustentationem.
37. Ampl. ut possit desuper pactum fieri.
38. Pactum non mutat naturam actus, super quo interponitur.
39. Pactum recipiendi aliquid pro celebratione missarum ultra alias rationes sustinetur etiam ex quo paciscens privat se sua libertate aliud faciendi.
41. Lim. ut non valeat dictum pactum si factum ex avaritia vel alia circumstantia damnabili.
42. Clericus dives paciscens de recipiendo aliquid pro sacrificio, non propterea censetur facere ex avaritia.
43. Praedicatio verbi Dei est opus spirituale.
44. Praedicator non potest recte mercedem praedicationis, nec laborum pro ea necessariorum.
45. Potest tamen aliquid petere pro alimentis et mercedem pro laboribus ipsi praedicationi necessario non junctis.
46. Praedicator, an licite possit petere suggestum, ubi pinguior recognitio datur.
47. Sacerdos non potest, quid magis praetendere ratione functionis sacrae magis solemniter factae, uti ratione missae cantatae.
48. Cantores, et sonatores ad ornandum divinum officium non exercent actionem spiritualem, et mercedem recipere possunt.
49. Diaconus, et subdiaconus in celebratione missae solemnis censentes solam stipendium sustentationis recipere possunt.
50. Clericus inserviens missae, quod stipendium recipere valeat.
51. Operae pravae locari non possunt.
52. Decl. procedere in eis, quae non solum sunt malae, sed etiam punibiles in foro externo, et n. 62.
53. Lenocinium locari non potest.
54. Operarum punibilium merces, licet peti non possit, tamen si solvatur repeti non potest.
55. Rei conventae melior debet esse conditio.
56. Meretrix potest locare operas suas in exercendis actis venereis.
57. Meretrix non praecedente pacto non habet actionem pro mercede suarum operarum.
58. Contrarium est magis receptum.
59. Mulier, quae non est publica meretrix, non potest petere mercedem fornicationis.
60. Decl. procedere cessante expressa locatione, secus autem ea interveniente.
61. Vir non potest petere mercedem fornicationis a muliere etiam stante pacto.
63. Clericus accedens ad meretrices non potest compelli solvere mercedem etiam conventam.
64. Mulier, quae locavit operas suas in venereis, antequam eas praestiterit, non potest agere pro adimplemento contractus.
65. Fides data in malis, non est necessario servanda.
66. Assassinium locari non potest.
67. Operae quaedam propter excellentiam locari non possunt.
68. Mensorum operae locationis nomen non admittunt.
69. Advocati, et alii juris possessores mercedem in judicio petere non possunt.
70. Advocatorum honoraria praestari debent ante praestitas operas, quod secus est in mercede aliarum operarum.

71. Advocati impediti operas suas praestare honorarium non restituunt.
72. Advocatorum, et similium operae non locantur.
73. Doctor non valet locare operas suas scolari.
74. Assessor non locat operas suas judici.
75. Medicus non locat operas suas aegroto.
76. Decl. praedicta in locatione propria, sed impropria, quandoque locare praedicti dicuntur.

CAPUT XV.

1 Operas hominum etiam liberorum locari, et conduci posse nulli dubium est, sunt enim text. *apert. in l. qui operas, et l. qui mercedem ff. locat. l. operae ff. de oper. libert. l. stipulationes non dividuntur in princip. vers. item operas l. in stipulationibus, §. operarum stipulatio, ff. de verbor. obligat.*

2 Et quamvis hoc videretur intelligendum de locatione ad tempus, non autem de perpetua, seu ad vitam locatoris, quia haec imponeret quamdam servitutem homini libero, quae imponi non valet *ad l. Titio centum 71. §. Titio centum il 2. ff. de condit. et idem* Rot. *decis.* 12. *n.* 16. *et*
3 *decis.* 270. *n.* 12 *part.* 8. *recent.* tamen verius est posse et-
4 iam locari in perpetuum, seu ad vitam, nec locans injicit sibi vinculum perpetuae servitutis, quia potest se liberare solvendo interesse, vel serviendo per substitutum, ut aliis pleno cumulatis firmat, et communem dicit Bursat. *cons.* 204. *n.* 22. *et sequent.* et eum sequitur Moz. *de loc. et conduct. cap.* 4. *de reb. quae loc. poss. n.* 10. et communem etiam dicit Coler. *de process. exec. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 27. Viv. *opin.* 466.

5 Infantis tamen, et defectae senectutis hominis operae locari nequeunt. quia horum operae nullae sunt *l. arboribus*
6 13. *§. de illo ff. de usufr.* si tamen respectu infantis fiat locatio, quae extendatur etiam ad tempus post infantiam, pro eo valebit, quia tunc ejus usus esse incipit, *l. si infantis* 61. *ff. usufr.* et respectu defectae senectutis hominis si fa-
7 cta locatio, dum operari valebat, et ea durante, ita insenuerit, non propterea expirabit. sed durabit, prout durare usumfructum est text. *in d. leg. arboribus, §. de illo.*

8 Sunt etiam quaedam facta, quae locari non possunt, ut habetur *in l. naturalis* 5. *§. cum do ff. de praescr. verb.* sed
9 istorum factorum unicum exemplum affert ibi J. C. de manumissione, quod, et unicum refert etiam gloss. *in l.* 1. *verb.*
10 *honorarium, ff. si mens. fals. mod. dix.* Verum dicendum, quod quaedam sunt meri facti, ut ire Romam, portare li-
11 bros, et similia, et haec possunt locari, *ut l. qui operas, et l. opus ff. loc.* quaedam sunt facti, quibus est admixtum jus, at ista, aut sunt momentanea, ut manumittere, vendere, testamentum facere, et similia, et locari non possunt ut in *dict. leg. naturalis, §. cum do,* aut habent factum successivum, ut agere pro me in judicio, et ista possunt locari, ut in eadem *leg. naturalis §. sed si facio*, et ita distinguendo docet Bart. *in d. §. at eum de n.* 1.

12 Sunt, et quaedam ad quae, quis tenetur obligatione legali, et justitiae, quae propterea locari non possunt, cum mercedem pro illis accipere non liceat gloss. *in l. in eos,* et ibidem Bart. *ff. de tutel. et in cap. ab omni ver. gratis de vit. et honestat. cleric.* D. Lanfranch. Zacch. *de salario q.* 86. *n.* 2.

13 Inter ista est testimonium veritatis ferre, ad quod quilibet tenetur, ac ideo omnino gratis, et absque ulla recognitione faciendum est, et sic locari non potest *cap. nolite timere* 11. *quaest.* 3 *cap. non sane* 14. *quaest.* 5. *cap. intimavit de testib.* quod intelligitur pro ipso testimonio feren-
14 do, si sine impensa, et magno incommodo ferri possit, alias, qui petit ferri testimonium, debet impensas testi reficere, ac etiam incommoda compensare, ut late declarat Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 62. *n.* 1. *et seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 310. *n.* 10. Carne. *de locat. et cond. tit. de testib. eog.* et melius D. Lanfran. Zacc. *de salar. qu.* 86. *n.* 6. *et late seqq. per tot.*

15 Potest etiam dubitari, an operae in reperiendis rebus perditis locari possint, nam pro negativa facere videtur, quod inventor alienae rei, tenetur eam ex lege justitiae domino reddere, ut docent signanter D. Thom. *in secunda secundae quaest.* 66. *art.* 5. *ad secundum*, et Navar. *in Manual. cap.* 17. *n.* 170. *et seqq.* et hoc esse peccatum simile rapinae, si quis inventa non reddat, dicit text. *in cap. multi* 14. *quaest.* 5. et redditur ratio, quia, qui alienum negat, si posset, et tolleret *in cap. si quid invenisti eadem caus.* 14. *quaest.* 5.

Quod est adeo verum, ut etiam si facta diligenti inquisi- 16
tione de reperiendo dominum rei, inventor eum reperire non potuerit, adhuc eam sibi retinere non possit: sed illo modo quo potest, restituere tenetur, puta dando pro anima ejus pauperibus, ut ostator *in cap. cum dilecti* 19. *de accusat.* et signanter per Abb. *n.* 10. Mar. Socc. *n.* 14. *vers. verum autem,* et Felin. *n.* 18. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 29. Regin. *in prax. poenit. lib.* 10. *cap.* 10. *n.* 194. Nisi forte inventor esset pauper, quia posset dare in eleemosynam
sibi ipsi, ut sic retinere applicando meritum pro anima do- 17
mini, Navar. *in man. cap.* 17. *n.* 93. Azor. *instit. mor. par.* 3. *lib.* 4. *cap.* 26. *q.* 2. *vers. quaeres an is.*

Si igitur tenetur inventor rei alienae eam omnino domino 18
restituere, aperte sequitur etiam, ut pro tali restitutione nihil probe petat, quod, et dixit *i. c. in l. falsus. §. qui alienum ff. de furt.* licet possit recipere si omnino sponte detur, ut tradunt Covar. *in reg. peccatum p.* 2. *§.* 3. *n.* 3. *ad fin. vers. tametsi apud me,* Molin. *de just. et jur. tract.* 2. *disp.* 83. *n.* 6. Barbos. *in c. qui cum fure* 4. *in fin. de furt.* Leoncill. *de privil. paupur. part.* 2. *privil.* 193. *numero* 9.

Verum his non obstantibus omnino concludendum est pos- 19
se locari operas pro inveniendis rebus perditis, et quod magis est, etiam absque praecedenti locatione, posse peti mer-
cedem operarum in tali inventione praestitarum, ut probat 20
text. *in l.* 2. *§. fin. ut in l. navis onustae §.* 1. *ff. ad l. Rod. de jact.* ubi datur merces illi, qui invenit res in mari projectas, *et in l. idem, et si, §. si tibi inditium ff. de condict. ob turp. caus.* ubi habetur licite recipi mercedem pro indicando fure.

Nec obstant adducta in contrarium, quia loquuntur, et 21
procedunt ubi quis invenit rem casu absque ulla labore, tunc enim verum est teneri ad restitutionem absque ulla mercede, secus autem, ubi necessariae fuerunt operae, nam hoc casu intrat regula, quod omnis labor optat praemium, et procedunt jura supra pro hac parte adducta, ut bene distinguunt Bart. *in d. l. falsus §. qui alienum n.* 6. *ff. de furt.* Felin. *in cap. cum dilecti, n.* 18. *de accusat.* Caroc. *de locat. tit. de rer. invent. n.* 2. *et* 3. et late D. Lanfranch. Zach. *de salar. quaest.* 71. *n.* 6. *et seqq. per tot.*

Pari etiam modo dubitari potest, an liceat locare operas 22
suas pro defendendo aliquem ab hostibus, vel latronibus, aut similibus injuriis, nam omni jure tenemur eas praestare, habemus enim in sacra pagina *Ecclesiast.* 17. quod Deus mandavit illis unicuique de proximo suo, ut *Proverb.* 24. *erue eos, qui ducuntur ad mortem, et eos qui trahantur ad interitum liberare non cesses.* Idemque sacri canones clamant, *nam in cap. Non inferenda* 23. *quaest.* 3. dicitur *non in ferendo, sed in depellenda injuria lex virtutis est, qui enim non repellit a socio injuriam si potest. tam est in vitio, quam ille, qui facit, et in cap. ult. ead. q.* 3. habetur non esse immunes a scelere, qui non liberant eos, quos possunt a facto liberare, et concordant. *error. cum duob. seqq.* 83. *distinct.*

Si igitur tenemur alium defendere, et liberare, *ergo* non 23
possumus pro hac opera mercedem recipere, ut arguit gloss. *in d. cap. non in inferenda ver. si potest.*

Verum, quod si quid detur liberanti a latrunculis, vel ho- 24
stibus appellanda sit merces laboris eximii, et certo modo estimari non possit, dicit text. *in l. si pater* 35. *§. si quis aliquem. ff. de donat.* et quod qui aliquid a te accipit, ut liberet te ab hostibus, vel latronibus operae suae mercedem accepisse videatur, et ideo non tenetur edicto, quod metus causa, *l. metum* 9. *§. sed licet, ff. quod met. caus.*

Pro conciliatione aliqui dixerunt, quod teneretur, quis 25
defendere proximum si potest, ut dicitur *in d. cap. non in ferenda* 23. *q.* 3. id est si est in potestate positus, ut refert ibi glos. *in verb. si potest,* sed ipsamet gloss. *in fin.* advertit eis obviare *d. cap. ultim.* eodem 23. *quaest.* 3. generalius loquens.

Videbatur etiam posse dici non licere aliquid extorqueri. 26
seu peti a liberato, sed si ipse post liberationem sponte aliquid det juste accipi, et valere donationem uti remuneratoriam, ut est sensus *d. l. si pater §. si quis aliquem, ff. de donat.* et ita conciliari posse jura contraria argumentu tex. *in cap. sicut episcopum prima quaest.* 2. ubi habetur non
licere episcopo. vel ejus notario quicquam ab ordinandis 27
petere, datum autem postea ab eis sponte recipere non vetari. at istae conciliationi quoque ob vist alius text. *in d. l. metum* 9. *§. sed licet ff. quod met. ca.* quae loquitur de de-

tis, vel promissis ab eo, qui nondum erat liberatus, itaut dubitaretur, an essent data, vel promissa metus causa, et negative respondet.

28 Pro resolutione dicendum videtur, quod aut quis potest liberare proximum absque notabili suo damno, vel periculo, et tunc tenetur ex justitia illum liberare, et non valeat ad hoc locare operas suas; at e contra si non potest absque notabili suo damno, et absque periculo, bene poterit horum intuitu mercedem operae suae pacisci, et sic eam locare, non enim tenetur hoc casu gratis proximo pro ejus liberatione eam praebere, ut probant Navarr. *in Manual. cap.* 24. *sub n.* 17. Farin. *q.* 125. *n.* 327. Less. *de just et jur. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 90. Molin. *eod. tit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 18. *num.* 2.

29 Clerici quoque operas suas, quas uti tales faciunt *in ecclesiis* locare possunt, stipendia enim pro laboribus, quos *in eis* impendunt consequi sacri canones permittunt *cap. clerici* 1. *q.* 2.

30 Verum, quod hoc intelligatur tantum de clericis pauperibus, qui nec de suis, nec de suorum opibus vivere queant videtur expresse declaratum *in c. clericos autem cum duob. seqq. eodem causa* 1. *q.* 2. et tenuerunt Summ. Ang. *ver. simonia il* 2. *n.* 6. et Silvest. *eod. ver. q.* 5. Cajetan. *q.* 100. *art.* 3. *dub.* 2.

31 At, quia haec locatio non est in se mala respectu laborum, sed etiam, quia altari servientes de altari vivere debeant, non de proprio et text. *in d. cap. clerici*, expresse loquitur de clericis omnibus, ideo contrarium, quod etiam divites possint recipere eorum mercedem probant, Surd. *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *de Simon. cap.* 46. *n.* 7. Leoncill. *de privil. pauper. part.* 2. *privil.* 40. *sub n.* 7. D. Laofr. Zacch. *de salar. quaest.* 61. *num.* 5. *et seqq.* nec obstant praecitati *can. in cap. clericos cum duob. seq.* 1. *q.* 2. quia loquuntur juxta tempus antiquum, quando reddituus ecclesiarum in communi possidebantur, et inter ministros ecclesiae non tam ratione laborum, quam indigentiae singulorum distribuebantur, ac proinde divites eos accipiendo bene dicebantur accipere id, quod pauperum erat, *ut in dicto cap. clericos*, quod ita declarant Covar. *in cap.* 1. *sub n.* 2. *de testoment.* Molin. *de justit. et jur disput.* 142. *vers. dixi hodie*, Barbos. *de potest. episcop. alleg.* 144. *num.* 38. At hodie, quod redditus distributi sunt, cessat ista ratio in loeante operas suas rectori, vel administratoribus ecclesiae, clericos pro ejus servitio conducentibus licet forsan isti in concursu pauperes praeferre deberent.

32 Verum dubitari potest, quae operae locari possunt *in ecclesia*, et quorum laborum habenda ratio, et de laboribus sanctis posse stipendia recipi per clericos dicit text. *in dicto cap. clerici* 1. *quaest.* 2. et quod sacerdos pauper possit locare operas suas spirituales post DD. *in cap. cum secundum de praebend.* tradunt Staphill. *de litt. grat. in g. form. n.*

33 4. et Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 26. At intelligi debet de sanctis laboribus, qui fiunt circa opera sacra, non autem de ipsismet sacris, imo de operibus, quae non sunt eis necessariae simpliciter, et quatenus ad ipsa sacra non habeatur intentio, ut videlicet in locatione comprehendantur, licet possit haberi intentio, ut veniant *in consequentiam*, puta potest sacerdos locare operas suas ad manendum in ecclesia, ut ipsam custodiat, et ut ibi celebret divina officia

34 Bursatt. *conc.* 204. *n.* 23. Moz. *de loc. et cond. cap.* 4. *de reb. quae loc. poss. n.* 11. et potest locare operas suas ad sacrificandum in tali altari, vel tali hora, et similibus, quia hujusmodi opera non est necessario juncta cum sacrificio Missae, sed est extrinseca, et pretio aestimabilis, et ideo potest locari, et non dicitur locatio operarum in sacrificio Missae necessarium Cajetan. *in summ. ver. simonia in* 4. *reg.* Sot. *de just. et jur. lib.* 9. *quaest.* 6. *art.* 1. Navarr. *in manual. cap.* 23. *sub n.* 101. et late Gutier. *Canon. qu. cap.* 29. *n.* 12. ubi de comm. Bonac. *de contract. tit. de locat. punct.* 1. *n.* 3. *vers. an vero sacerdos*, et in hoc sensu intelligo dictum glos. *in cap. significatum* 11. *de praebend. in vers. ita quod, post med.* ibi *sacerdos potest recipere pecuniam, ut celebret divina, quin sic operas suas videtur potius locare etc.*

35 Caeterum operae ipsius celebrationis, vel administrationis aliorum sacramentorum, aut etiam necessario, eis junctae, locari non possunt, et hoc est clarum, tam penes praecitatos, quam etiam penes infra citandos, et alios. At quie dicit apostolus *1. ad Corinthios* 9. *quis militat suis stipendiis unquam? quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat?* et inferius: *qui altari servit, de altari participat*, et 1. *ad Timoth.* 5. *qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni sant*, qui duplex honor intelligitur de duplici retributione, Dei videlicet et hominum, inquit enim explicans, ibi, *D. Augustinus accipiant substentationis necessitatem a populo, mercedem dispensotionis a domino.* Et deinque sacri canones non prohibent, sed aperte permittunt altari servientem de altari vivere posse; seu debere *eap eum secundum de praebend.* hinc sequitur, ut quamvis non possint sa- 36 cerdotes pro opere operato in sacrificio Missae, quod est pretio inaestimabile mercedem petere, nec oblatam recipere, possunt tamen ad sui substentationem aliquid acceptare, ut ex sacra pagina *in* 3. *regum probat text. in cap.* 23. *judices inquit* 1. *quaest.* 1. ibi, *quia haec magis in sumptum prophetae, quam numeri prophetiae reputando sunt, ubi glos. ver. in sumptum praecise dicit. et ita presbyter, si pauper est accipere potest pro celebratione Missae*, et allegat text. optime id probantem *in cap. significatum* 11. *de praebend.* et idem probabit etiam S. Thomas *in secunda secundae qu.* 100. *art.* 3. Cajet. *in summ. verb. simonia in* 4. *reg.* Navarr. *in manual c.* 23. *n.* 100. *vers. quarto et seq.* ubi de comm. Gutier *canon. q. lib.* 1. *c.* 29. *n.* 3.

Praesupposito autem, quod licitum sit dare, et recipere aliquid pro substentatione Missam celebrantis, sequitur, ut hoc possit etiam licite ab initio in pactum deduci, nam pactum non mutat naturam actus, super quo interponitur, nec operator, quod stipendium substentationis alias licitum, et debitum evadat illicitum, et indebitum, minusque, quod ubi est stipendium substentationis, evadat pretium sacrificii spiritualis, et importet operae in eo impensae locationem, quatenus de diverso intentione non appareat, ut probat Gutier. *d. c.* 29. *numero* 7. et alii plenissime congesti per Barbos. *ad concil. Trident. sess.* 22. *de sacrif. Missae cap.* 8. *numero* 3. Sanchez *cons. morol. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 12. *n.* 8. 37 38

Duplici igitur ratione sustineri potest conventio de stipendio pro sacrificio Missae, una, quia referatur ad labores extrinsecos, et necessario ipsi sacrificio non junctos alia quia sit pro congrua sacerdotis substentatione, ut patet ex praedictis. Verum quando etiam istae rationes cessarent, adhuc, et alia sustineri posset conventio, videlicet propter obligationem, cui se adstringit sacerdos, id est celebrandi, quae quidem est pretio in se aestimabilis, cum privet obligatum sua libertate faciendi eo tempore alias actiones, ex quibus utilitatem recipere possset, ut post Cajet. *in secunda secundae quaest.* 100. *art.* 3. *et in summ. ver. simonia regul.* 4. et Navarr. *in manual. cap.* 23. *numero* 102. optime tradit D Lanfr. Zacch. *de salar. q.* 85. *n.* 13. *et* 14. 39

Et licet aliqui velint praedictam conventionem licere tantum sacerdotibus pauperibus, non item divitibus, tamen salvo semper meliori judicio, contrarium videtur verius; quia, et in divitibus militant praedictae rationes, et non solum prima de laboribus extrinsecis, quatenus adsint, quas, nec dives gratis suscipere tenetur, et ultima de obligatione celebrandi, cui pariter dives non est cogendus, gratis se alligare, quod est clarum, sed etiam secunda de stipendio substentationis, cum indistincte sit verum, quod altari serviens, de altare vivere debeat, non de suo, ut supra dicebam, et in his terminis loquitur Suar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 46. *num.* 7. et expresse tenet Sanch. *cons. morol. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 11. *n.* 8. Barbos. *in cap. significatum* 11. *num.* 11. *de praebend.* et alii relati per D. Laofranc. Zacch. de *salar. dicta q.* 85. *num.* 13. 40

Nec obstat, quod hodie omnes istae pactiones videantur prohibitae per sac. conc. Trident. *sess.* 22. *tit. de observ. et evitan. in celebr. Miss.* ibi, *quoad avaritiam pertinet cujusvis generis mercedum conditiones pacta, et quidquid pro Missis novis celebrandis datur.*

Quia licet verba illa generalia *cujusvis generis mercedum conditiones pacta, etc.* apta sint comprehendere quascumque pactiones, tamen moderantur ex illis praecedentibus. *quoad avaritiam pertinet*, et restringuntur ad casus, in quibus avaritia intercedat, ut advertit Gutier. *canon. quaest. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 8. qua avaritia intercedente, atique conventio, tam a divite facta, quam a paupere sacerdote, erit semper damnanda, et idem esset si concurreret aliqua alia circumstantia damnabilis, puta irreverentia, vel superstitio, de quibus idem concil. ibi. 41

Et quamvis in foro fori si ageretur de simili conventione facta a divite, hodie propter dictam dispositionem conc. Trid. urgeret praesumptio, quod facta esset ex avaritia, ut sensit 42

Pocioni

Gutier. *d. cap.* 29. *num.* 9. tamen similis praesumptio pos-
set elidi aliis probationibus, et compelli cedere veritati in
contrarium existenti, quia ex tali conventione non potest di-
ci divitem necessario convinci avarum, cum bona fide, et bo-
no fine facere possit puta, ut sua omnia pauperibus dare pos-
sit, et quidem alias omnes canonici, qui ultra pingues prae-
bendas, quibus sufficientissime substentari possunt, recipiunt
distributiones quotidianas, et anniversaria, et similia, essent
avari, quod non est dicendum, ut bene advertit Suar. *de re-
lig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 46. *num.* 6. *ad fin.*

Haec ipsa, quae dicta sunt de locatione operarum circa sa-
crificium Missae, applicantur etiam per identitatem rationis
operibus in administrandis aliis sacramentis de quibus pro-
miscue loquuntur DD. in hoc proposito.

Et verius est etiam idem procedere in praedicatione licet
43 enim ea composita sit ex spirituali, et temporali simul, nem-
pe ex verbo Dei, et labore, formiter tamen et principaliter est
spiritualis, ut per Cajet. *in summ. lib.* 1. *cap.* 89. *sub vers.
dico tertio*, et alios passim tradit Sperell. *decis.* 70. *num.* 13.
44 Unde quamvis praedicator, non possit velle mercedem, ip-
sius praedicationis, imo nec laboris, et studii in ea paranda,
et memoriae mandanda, ac lassitudinis in proferenda, cum
isti sint labores ad eam necessarii, ac moraliter loquendo, ab
ea separari nequeant, Suar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 21.
num. 15. *vers. at vero studere* cum Concordan. relat. per
45 Sperell. *d. decis.* 70. *num.* 13. *vers. idemque de labore*, ta-
men, quia concurrunt, ut plurimum alii labores praedica-
tioni necessario non juncti, ut transferri de loco ad locum,
et similes, nec non concurrit etiam ea obligatio de concionan-
do, cui praedicator se allegat, hinc sequi videtur, ut non sit
adeo restringenda merces praedicatori solvenda, ut nihil pe-
nitus ultra mera alimenta ei recipere posse permittatur, prout
voluerunt etiam, ubi consuetudo adesset, illi quid amplius
dandi Rip. *resp.* 1. *num.* 44. *seu resp.* 26. *num.* 45. *de con-
suet.* Surd. *cons.* 62. *num.* 17. *et cons.* 254. *num.* 25. *et* 26.
Ricc. *res.* 422. *num.* 3. *vers. sed consuetudo port.* 2. Pon-
tan. *de alim. cap.* 13. *num.* 11. Nam ista debentur etiam non
subeunti dictos labores estrinsecos, ac non se obliganti, pro
integra quadragesima, et ideo, ubi istae circumstantiae con-
currunt, aliquid amplius earum intuitu dari, et recipi valet
ex congesti per Barbos. *de potestate episcop. allegat.* 76. *n.*
10. D. Lanfr. Zacch. *de salar. quaest.* 81. *num.* 14. Sperell.
46 *dict. decis.* 70. *n.* 13. *et seqq.* qui etiam tradunt licere, pro-
pterea praedicatori absque aliqua simoniae labe quaerere sug-
gestum ad praedicandum, ubi pinguior recognitio detur ex
Campanil. *in divers. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 15. Tolet. *in
summ. lib.* 5. *cap.* 9. *sub num.* 3. qui licet a simonia eum
excuset, tamen innoxium non judicat ab avaritia cum potius
quaerere debeat loca ad fructificandum aptiora.

47 An autem possit sacerdos in praedicta ratione functionis
magis solemnis, ut verbi gratia, si Missam cantet, quid ma-
gis velle, et respondendum videtur negative, quia tota illa
actio, prout ita fit, est sacra, et totus ille labor est quasi pars
illius, et ideo vendi, seu locari non potest, ut docet Suar. *di-
cto tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 21. *sub num.* 15. *prope med.* ubi et-
iam subdit diversum esse in cantoribus, et sonatoribus ad or-
48 nandum divinum officium assumptis, nam illi revera per se
non exercent actionem spiritualem, neque in rigore officium
divinum recitant ex vi illius ministerii, et ideo, non solum
pro labore, sed etiam pro tota illa actione pretium recipere
possunt, quod secus est in ministris ecclesiae habentibus mi-
nisterium chori, et in diaconis, et subdiaconis in celebratione
49 Missae solemnis canentibus, qui solum stipendium substen-
tationis non autem pretium recipere valent juxta supradicta,
50 et in hoc etiam sensu intelligendum erit, quod dicitur de sti-
pendio clerici in minoribus constituti missis inservienti, de
cujus quantitate agitur, per rotam coram Cavaler. *decis.* 298.
num. 2. *ad med.* et coram Buratt. *decis.* 354. *num.* 10. *et
seqq.*

51 Sicut autem operae aliquae propter earum bonitatem, seu
sanctitatem locari non possunt ex praedictis, ita aliae sunt,
de quibus propter earum pravitatem et malitiam idem dicen-
dum est, licet non omnes operae malae locari prohibeantur.
52 Ut autem sciatur, quae sint istae, quae prohibeantur, distin-
guendum est inter eas, quae, licet malae sint, non tamen sunt
punibiles in foro externo, et eas, quae sunt illicitae, et puni-
biles, et de primis dicendum, quod locari non prohibentur,
secus autem de secundis, ut distinguunt Covar. *in reg. pecca-
tum p.* 2. § 2. *sub n.* 3. Carocc. *de loc. et cond. tit. de merc.*
53 *remuner. num.* 102. D. Laufr. Zacch. *de salar. quaest.* 73.
num. 17. et probatur veritas distinctionis exemplis, nam le-
nocinium, quod punibile est §. *praeconizamus auth. de
lenon. coll.* 3. Farinac. *quaest.* 144. *num.* 57. Pegner. *de-
cis.* 15. *num.* 10. locari non potest, et locatio operarum in
eo praestandarum facta non valet, ut aiunt text. *in leg. mer-
calem* 5. *c. de condict. ob turp. ca. et in d.* §. *praeconiza-
mus, auth. de lenon.* et viget etiam generaliter loquendo
ratio, cur ista locari non possint, quia videlicet non possu-
mus velle, jura tribuere actionem in judicio pro consequen-
do praemio earum actionum, quas ipsamet jura mandant per
judices puniri.

Bene tamen verum est, quod licet locator similium opera- 54
rum non possit agere pro mercede etiam conventa tamen, si
conductor illam solvisset, nentiquam repetere valeret, ut est
textus *in dicto leg. mercalem* 5. *cod. de condict. ob turp.
caus.* et rationem reddit, quia utriusque turpitudo versatur,
tam videlicet lenonis, qui convenitur actione repetitionis 55
indebitae, quam etiam illius, qui solvit, et agit pro repetitio-
ne, et ideo melior esse debet conditio rei conventi, ac possi-
dentis. *l. in pari. ff. de reg. jur. cap. in pari de reg. jur.
in* 6. Zacc. *de salar. q.* 73. *n.* 18.

E contra actus venerei, et coitus cum meretrice licet tur- 56
pes, et illiciti sint, tamen quia in foro fori non sunt puni-
biles, si mulier ad hoc locet operas suas, et de mercede con-
veniat petere eam valebit, et in judicio actionem habebit, ju-
xta communem opinionem, de qua latissime post alios Gut-
tier. *de juram. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. *vers. sed his non
obstant.* Baron. *de citat. in addit. ad q.* 18. *n.* 120. Gizza-
rell. *decis.* 54. *per tot.* Ciarlin. *controv.* 33. *num.* 127. et
quod hoc uno ore firment theologi, canonistae, et civilistae
testatur D. Lanfranc. Zacch. *de salar. q.* 76. *n.* 1. ubi etiam
eos refert.

Controvertitur tamen magis, an si meretrix copiam sui 57
fecerit absque conventione mercedis, adhuc possit in judicio
experiri pro ejus consecutione, et licet non desint tenentes
ei nullam competere actionem relati per Berlic. *conclus.* 39.
num. 17. *part.* 5. et quod propterea Romae meretrices sol-
vunt aliquid judici curiae Sabellorum, ut in subsidium suum
eis impartiatur officium tradat Vestr. *in praxi lib.* 2. *cap.*
14. *num.* 3. tamen contraria opinio est magis recepta, ac et- 58
iam magis vera, quia licet cesset expressa conventio merce-
dis, tamen negari non potest, argui debere tacitam, cum no-
tum sit meretrices ideo copiam sui facere, ut mercedem asse-
quantur, et eam dari semper consuevisse, cum et ipsa sacra
pagina *Ezechiel. cap.* 16. dicat: *omnibus meretricibus dari
mercedes*, cum qua consuetudine propterea praesumendum
est, meretricem et ad eam accedentem se conformare voluisse,
et sic se obligasse ad solvendum, ut concludit Covar. *in regu-
la peccatum part.* 2. §. 2. *num.* 4. *vers. quamobrem exi-
stimo*, Molin. *de just. et jur. tract.* 2. *disp.* 94. *num.* 12. *vers.
tertia conclusio*, et firmat late D. Lanfranc. Zacch. *de salar.
q.* 76. *n.* 15. *et seqq.*

Controvertitur etiam, an quod dictum est valere locationem 59
operarum suarum ad fornicandum per meretricem factam, et
petitione mercedis earum, procedat etiam in muliere non pu-
blica meretrice, et negativam tenuit Cyn. *in leg.* 2. *cod. de
condict. ob turp. caus. n.* 5. et ibidem Ang. Abb. *in cap.
quia plerique, num.* 14. *et seqq. de immunit. eccles.* Lup. *in
rubric. de donat. inter vir. et ux.* §. 41.

Verum haec opinio nervose refellitur per Covar. *in dicta
regul. peccatum part.* 2. §. 2. *sub num.* 3. et communiter
reprobari tamquam improbabilem, asserit D. Lanfr. Zacch.
d. q. 76. *num.* 18. *ad fin. vers. haec tamen distinctio*, ubi
etiam late prosequitur rationes adducendo, et contrarias re-
fellendo.

At declaranda videtur haec secunda sententia, ut procedat 60
in locatione expressa, et in mercede conventa, non autem in
tacita, quia si mulier, non est meretrix, non facile argui
poterit tacita conventio de mercede, propter quam tacitam
conventionem dictum est, meretricem agere posse ad mer-
cedem etiam non promissam; potest enim argui mulierem
consensisse per amicitiam, et singularem affectionem, quo ca-
su merces non debetur Aretin. *in* §. *fin. num.* 2. *paulo post
princip. instit. tit. mandat.* Alex. *cons.* 109. *num.* 4. *lib.* 6.
Cent. *cons.* 305. *num.* 21. Natt. *cons.* 377. *n.* 1. *vers. res-
pondeo, quod*, Tiraq. *de pen. temp. caus.* 22. *n.* 78. Neque
in contrarium urget Gratian. *disc.* 218. *num.* 6. qui ad hoc
videtur allegari per D. Lanfranc. Zacc. *d. q.* 76. *num.* 18.
quia non dicit, mulierem occulte sui copiam corporis alicui
facientem, agere posse in judicio pro mercede assequenda, sed

tantum dicit posse recipere aliquid, vel etiam conventionem
de mercede facere, quod non negatur, et posset etiam prae-
sumi locatio tacita ex circumstantiis, uti si mulier esset solita
occulte locare similes operas, secus autem his deficientibus.

61 Declaratur ulterius conclusio, quod valeat dicta locatio, et
possit peti merces conventa per mulierem, non autem a con-
tra, ut si quid ipsa mulier homini promiserit possit ab eo
peti, juxta magis communem, de qua patet ex allegatis hinc
inde per Berlic. *conclus.* 39. *n.* 19. *p.* 5.

62 Prout etiam declaratur, ut pendat eadem conclusio, ut va-
leat agi pro mercede conventa, quatenus actus venereus, pro
quo conventa fuit, non sit punibilis ex parte petentis alias
enim secus esset dicendum ex ratione supradicta *num.* 53. et
probatissimi juris esse, dicit Covar. *in reg. peccatum part.*
2. §. 2. *n.* 3. *prope med. vers. quod si coitus* licet, si quid
fuerit solutum non possit repeti juxta text. *in l. mercalem* 5.
c. *de condict. ob turp. caus.* et licite retineatur etiam in fo-
ro conscientiae, ut declarat Covar. *ubi proxime d. num.* 3.
vers. secunda quaestionis pars, et in hoc sensu intelligo D.
Lanfr. Zacc. *d. quaest.* 76. *num.* 21. licet videatur velle,
quod possit agi etiam ad mercedem promissam conjugatae,
ut copiam sui faceret, quod juxta praedicta patitur difficulta-
tem, quia esset adulterium quod est punibile etiam respectu
mulieris, virgis enim ceditur, et in monasterium detruditur
63 *authen. sed hodie auth. de adult.* Clar. *in §. adulterium n.*
7. *ante med. versic. sed hodie*, unde, et non potest peti tali
merces a clerico, ex quo clericus tamquam alligatus ecclesiae si
accedat ad mulieres, dicitur committere adulterium spiritua-
le punibili, ut tradit ipse D. Lanfr. *eadem q.* 76. *n.* 43. *et
seqq.* ubi late firmat.

64 Denique declaratur valere dictam locationem, itaut agere
possit pro mercede mulier postquam operas praestitit, non
autem ut etiam antea agere possit pro adimplemento contra-
ctus, quia cum sit promissio, seu pactum de re turpi, potest
ab ea ante rem patratam recedi, *l. generaliter, et l. si stipu-*
65 *ler. ff. de verb. oblig.* in malis enim promissis rescinde fidem
et in turpi voto muta decretum, impia est enim promissio,
quae cum scelere adimpletur, ut monet Papa *in cap. in ma-
lis* 22. *q.* 4. et late in proposito hanc declarationem exornat
Gizzarell. *d. decis.* 54. *n.* 11. *et seqq.*

66 Ex praedictis autem resolvi valent aliae quam plures quae-
stiones, quae oriri possunt circa locationes operarum in rebus
turpibus, et prohibitis, et signanter illa, an valeat locatio as-
sassinii, in qua licet pro affirmativa videatur stare Gabr. *cons.*
170. *num.* 18. *lib.* 1. et apertius Caroc. *de locat. tit. de as-
sassinio*, tamen contraria videtur verior, juxta praedictam di-
stinctionem, quod valeat locatio operarum prohibitarum, et
non punibilium, non autem punibilium, nemo enim est, qui
neget assassinium esse punibile.

67 Sunt denique quaedam operae, quae propter excellentiam,
locationis nomen dedignantur, et respuunt, ac magis benefi-
cii loco praebentur, et id quod pro eis datur ad remuneran-
68 dum datur, et ideo honorarium appellatur, prout de operis
mensorum dicit text. *in l.* 1. *ff. si mens. fals. mod. dix.* quod
69 multo magis dicetur etiam de advocato, cum multo dignius
ejus officium sit, ut dicit ibi gloss. in *verb. honorarium*, quod
et de aliis juris professorib. omnino dicendum erit, quibus pro-
pterea praeses provinciae, qui jus dicere solet, de mercedibus
jus non dicet, cum res sanctissima sit civilis sapientia, et pre-
tio nummario non aestimanda, nec de honestanda, cum in ju-
dicio honor petitur, qui offerri debuit, *l.* 1. *§. et quidem, ff.
de extraord. cognit.* unde bene convincitur advocatos omnino
distinguendos ab eis, qui locant operas suas pro mercede,
70 prout eos etiam distinguit I. C. *in l. qui operas* 41. *ff. locat.*
ex quo texto notare licet particularem differentiam inter mer-
cedem operariorum, et honoraria advocatorum, ut illa solvi
debeat post operas praestitas, haec autem anticipate, dum
dicit, operarium impeditum operari, mercedem accipere de-
71 bere, advocatum honorario reddere non debere, et tradit et-
iam de auditoribus Rotae Gratian. *decis. March.* 201. *n.* 1.
et seqq. et differunt etiam in eo, quod licet, qui locant operas
suas si impediantur propter pestem operari, debeant pro eo
tempore remittere mercedem conductori, tamen secus sit *in*
advocatis, et similibus, cum quibus locationem esse non puta-
vit antiquitas, ut probat Rip. *in suo tract. de pest. tit. de*
72 *privil. contract. num.* 116. *et* 117. et advocatorum, et simi-
lium operas non locari, Maul. *de locat. et cond. c.* 4. *de reb.
quae loc. poss. n.* 10. Deberi autem advocatis honorarium,
seu ut communiter etiam dicitur, salarium indubitati juris
est, signanter *in can. ult.* 14. *q.* 5. *post princ.* ibi, *quia ven-
dit advocatus justum patrocinium, juris peritus verum con-
silium*, et uno ore fatentur DD. omnes, ut testatur D. meus
Lanfranc. Zacchia *in suo tract. de salario q.* 52. *in princ.*
in qua late, et optime materiam salarii advocatorum prose-
quitur per tredecim ampliationes, et novem declarationes
penes eum videndas.

Et quod dicitur de advocato, quod non consistat locatio 73
inter eum, et clientulum procedere non solum inter doctorem,
et scolarem, judicem, et assessorem, sed etiam inter medicum, 74
et aegrotum, ac inter proxenetam, et contrahent. itaut his non
competat actio ex locato, sed certi condictio, si quid certum 75
promissum, vel ex stipulatu, si affuit stipulatio, aut condictio
ex lege, si adfuit tantum pactum nudum, vel officium judicis,
Azor. *in summ. cod. locat. num.* 8. *et seqq.* Bart. *in d. l.* 1.
ff. si mens. fals. caus. Mozz. *de contr. tit. de locat. num.*
16. et aliis adductis, Maulius *de locat. et cond. tit.* 4. *num.*
10. *et seqq.* licet non differre locationem, quam facit doctor, 76
vel medicus de operis suis ab ea, quam facit famulus de ope-
ris suis ex Bald. *in l. contractus, c. de fid. instrum.* tradat
Soccin. sen. *cons.* 196. *col.* 2. *prope fin. lib.* 2. et notat in
addit. ad Bart. *in d. l.* 1. *ff. si mens. fals. mod. dix.* unde est,
quod doctores loquendo de praedictis saepe nomine locatio-
nis utuntur, et locasse operas suas dicunt, quo modo loquen-
di, quantumvis improprio etiam nos, ut plurimum utemur.

Quomodo contrahatur locatio.

SUMMARIUM

1. Contractus locationis, et conductionis solo consensu contrahitur.
2. Et non requirit scripturam, neque verba.
3. Mutus potest contrahere locationem, et conductionem.
4. Consensum non habens, non potest contrahere locationem, et conductionem.
5. Vis, et metus consensum excludunt.
6. Compelli non potest quis locare, et conducere per vim, nisi adsit praeceptum testatoris, vel statuti.
7. Verba, et nutus non sunt necessaria ad contractus perfectionem, sed ad probationem consensus.
8. Consensus res, et merces sunt de essentia contractus locationis.
9. Res absens, et non existens locari potest.
10. Merces non est necesse, ut interveniat in actu locationis.
11. Res, et merces non sunt necessariae ad substantiam, et perfectionem locationis, sed ad effectum.
12. Contrahentes locationem, et conductionem necesse est, ut conveniant in re, et mercede.
13. Discordia contrahentium locationem corpore rei vitiat contractum secus si in solo nomine.
14. Error in qualitate substantiali vitiat contractum emptionis, et locationis.
15. Putans emere virginem, dum erat mulier, sustinetur contractus, secus si erat puer.
16. Dissensus contrahentium in mercede vitiat contractum locationis.
17. Decl. procedere si locator sensit de summa majori, secus e contra.
18. Et quicumque senserit de majori mercede, non potest recedere.
19. Consensus in locatione debet esse reciprocus utriusque contrahentis, nec sufficit unius tantum.
20. Decl. non procedere si testator jusserit rem locari Titio pro tanta mercede, quia sufficit consensus Titii.
21. Contractus locationis non potest pendere a consensu unius, etiam si alius ita velit.
22. Substantialia contractus, non possunt conferri in voluntatem unius ex contrahentibus.
23. Venditio uni facta si voluerit sic emere non valet.
24. Contractus collatus in voluntatem unius non tenet, etiam si ejus voluntas superveniat.
25. Decl. procedere de jure civili, secus ex aequitate canonica.
26. Decl. 2. non procedere si uterque in voluntatem alterius contractum contulerit.
Vide tamen num. 28.
27. Verba curialia non attenduntur.
28. Effectuata locatione absque concordia in mercede datur actio praescriptis verbis.
30. Pacta accidentalia contractus locationis possunt conferri in voluntatem unius ex contrahentibus.
31. Pretium totum non potest conferri in voluntatem unius, secus quo ad partem.
32. Tempus locationis potest conferri in voluntatem unius ex contrahentibus.
33. Tempus non est de substantia locationis.
34. Tempus solutionis mercedis potest remitti in voluntatem unius ex contrahentibus.
35. Traditio rei locatae operatur, ut sustineatur locatio collata in voluntatem unius ex contrahentibus.
36. Contractus locationis collatus in voluntatem unius, si intervenerit deceptio sustinetur in favorem decepti.
37. Absentes possunt contrahere locationem, et conductionem mediante nuncio, vel epistola.
38. Contractus perficitur ubi conjunguntur consensus.
39. Contrahens per epistolam fit subditus loci ubi dirigitur epistola, et junguntur consensus.
40. Contrahens per epistolam si antequam epistola perveniat moriatur, contractus non perficitur.

41. Idem si poenituerit, et recipiens ignarus poenitentiae acceptet.
42. Consensus requiritur simultaneus, et praesentialis ad validitatem contractus.
43. Decl. procedere, et speciale esse in stipulatione, secus in aliis contractibus,
44. Contractus locationis valet etiam si unus uno tempore interroget, et alius alio respondeat.
45. Decl. procedere rebus in eod. statu permanentibus, secus eis mutatis.
46. Decl. 2. non procedere si interrogatus dissentiant, quia non potest postea valle consentire.
47. Nuncius ad validitatem contractus debet esse destinatus.
48. Nuncius pro validitate contractus non est remittendus.
49. Contractus inter absentes non valet sine nuncio, vel epistola.
50. Scriptura non requiritur in contractu locationis, et conductionis.
51. Decl. non procedere in emphyteusi.
52. Decl. secundo, quandoque requiri ex voluntate partium.
53. Scriptura requisita ex voluntate partium potest utraque pars ante eam a contractu recedere.
54. Scriptura quandoque requiritur per contrahentes ad solam probationem, et tunc non licet ante eam a contractu recedere.
55. Scriptura ad solam probationem requisita censetur, si conventum de re, et certa mercede.
56. Ampl. etiamsi adsit pactum expressum de facienda scriptura, nisi sit dictum, quod contractus non valeat sine ea.
57. Decl. maxime procedere si prius perfectus fuit contractus, ac deinde dictum, quod fieret scriptura, secus e contra.
58. Scriptura arguitur requisita ad solam probationem, si dictum velle plenius explicare in instrumento.
59. Idem si dictum instrumentum faciendum ad majorem cautelam.
60. Idem si aliquid jam adimpletum.
61. Discordia partium in confectione instrumenti non impedit locatorem qui rem tradidit mercedem petere.
62. Scriptura censetur requisita de substantia, si aliquid de tempore ejus confectionis adimplendum sit.
63. Idem si dictum addenda esse nova pacta in instrumento.
64. Pacta facta in locatione possunt conferri in arbitrium tertii.
65. Pacta concordanda si reservata sint conditionaliter denotant imperfectionem contractus.
66. Scriptura praeparatoria vulgo, minuta, denotat imperfectionem contractus.
67. Minuta aequiparatur tractatui de contractu faciendo.
68. Tractatus non arguit perfectionem contractus, quia multa tractantur quae non perficiuntur.
69. Contractus an fuerit perfectus pendet ab animo, et statur conjecturis.
70. Scriptura censetur requisita ad perfectionem contractus, ubi adsunt multa capitula, et difficile est ea memoriae tenere.
71. Contractus si concurrunt substantialia censetur perfectus, quamvis adsint conjecturae, quod partes voluerint scripturam, secus autem si conjecturae reddant dubium consensum.
72. Contractus si sit de praesenti, et nihil ulterius remaneat, quam facere scripturam, ista censetur requisita ad cautelam, secus si quaestio sit de ipso contractu, et eo partes de praesenti se obligare voluerint.

CAPUT XVI.

Quia vidimus, quae personae locare possint, et quae conducere, ac quae res, et operae locari, et conduci valeant, sequitur videndum, quomodo contrahi possit iste contractus locationis, et conductionis.

1 Et quidem locationis, et conductionis contractus cum naturalis, et omnium gentium sit, solo consensu contrahitur,
2 ut dicit J. C. *in l.* 1. *ff. locat.* et sic non solum absque scriptura, sed etiam absque ullis verbis, *l. qui ad certum* 15. *ff. eod. l. contractus* 24. *c. eod.* Rot. *decis.* 507. *n.* 8. *p.* 4. *tom.* 3. *recent.* unde a muto contrahi posse dubitari non
3 potest, *l. in quibuscumque, ff. de act. empt. l. ubi non voce, ff. de reg. jur.* et notat Gloss. *in d. l.* 1. *verb. non verbis, ff. locat.*

4 E contra, qui consensum non habet, non valet contrahere locationem, et conductionem, *d. l. qui ad certum;* et dictum est supra *cap.* 6. Unde etiam sequitur non posse, quem compelli ad locandum, et conducendum, quia vis, et metus
5 consensum excludit, *l. nihil consensui, ff. de regul. jur. l. nec emere, c. de jur. delib.* At hoc non procedit si adsit praeceptum testatoris, vel lex, seu statutum, quia tunc bene potest haeres, vel alius legi, vel statuto subjectus compelli, et valebit locatio, *l. et si aequo* et ibi Jas. *n.* 5. *ff. de legat.*
6 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 4. *n.* 9. *post princ. vers. tamen si praecedat,* Boer. *decis.* 48. *n.* 20.

7 Caeterum stante consensu, non solum absque verbis, sed etiam absque nutu contrahi valet, dummodo aliunde convinci possit consensus; verba enim, aut nutus, aut quid aliud necessarium erit, sed non ad contractus essentiam, seu perfectionem, quia ad eam solus consensus sufficit ut praedicitur, sed ad ipsius consensus probationem tantum, de qua dicetur separatim *in cap.* 19.

8 Sic pariter dicimus ultra consensum requiri rem, et mercedem, adeo ut haec tria, nempe consensum, rem, et mercedem esse de substantia locationis, et conductionis, tradant post alios Surd. *cons.* 400. *n.* 9. Carocc. *de locat. et cond. tit. de substan. locat. n.* 9. Addeo. *ad decis.* 420. *num.* 102. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* et hinc est, quod dicitur, mercedem non conventam non deberi, praecipue in locatione operarum, de quo infra *cap.* 35.

Et tamen neque rei, neque mercedis est necessarius actua- 9
lis interventus ad perfectionem contractus, etenim locatio fieri potest, nedum de re absente, sed etiam de re in rerum natura non existente, ut dictum est *cap.* 11. *n.* 29. et quo-
ad mercedem, nulli dubium; et quotidie practicatur loca- 10
tionem fieri pro mercede alio tempore solvenda, adeo ut sufficiat in re, et mercede contrahentes consentire, et sic solo consensu contrahitur, et perficitur locatio, et conductio,
et rei, mercedisque actualis interventio, et praestatio non ad 11
perfectionem, sed ad consummationem, non ad substantiam, sed ad effectum locationis spectat, ut docent *institutistae in princ. hujus tit. de locat. et cond.* et signanter Harppret. qui alios refert *ibi n.* 12.

Necesse autem est, ut consentiant contrahentes in re, et 12
in mercede, prout in emptione, et venditione consentire debent in re, et pretio, adeo ut haec sit substantia contractus, ut est text. *in l. si voluntate* 8. *cod. de rescind. vend.* juxta verum ejus intellectum, de quo Mantica *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 53. *post princ. vers. sed ni fallor,* alias si dissentiant in una earum, nulla erit locatio, *l. in venditio-*
nibus 9. *cum duabus seqq. ff. de contrah. empt,* Mantica *de* 13
tacit. lib. 4. *tit.* 4. *n.* 5. et circa rem si ego putabam conducere fundum cornelianum, tu mihi sempronianum locare putasti, nulla fuit locatio, et conductio, si tamen discordia, seu error non sit in solo nomine, sed in corpore, *d. l. in venditionibus, et seqq.* Mantic. *d. tit.* 4. *n.* 5. *vers. unde si ego, et* 6.

Si autem non sit erratum in corpore, sed in rei substan- 14
tia, seu qualitate substantiali, uti si putabam emere argentum, et erat quid argento simile, et erit pariter nulla emptio, ut habetur *in d. l. in venditionibus*, ubi etiam alia
habentur exempla, quae repetuntur per Manticam *d. tit.* 4. 15
n. 7. et si puto emere virginem cum esset jam mulier, quod contractus subsistat, est text. *in l. alioquin.* 11. *§. quod si ego, ff. de contrah. empt.* ubi secus esse, si cum mulierem venderem, ut puerum emere existimasti.

Quoad mercedem vero circa similem dissensum partium, 16
habemus text. *in l. si decem* 54. *ff. locat.* dicentem, quod si decem tibi fundum locavero, tu autem existimes quinque te conducere, nihil agitur, unde Alberic. ibi dicit, quod si contrahentes dissentiant in mercede, non valet locatio, et Bald. quod dissensus in quantitate vitiat contractum hinc inde obligatorium. Verum quia in textu praedicto ultra dictam primam definitionem unius casus; expresse subjungitur alia, ac dicitur, quod si ego minoris me locare sensero, te pluris te conducere, utique non pluris erit conductio,
quam quanti ego locavi, aperte sequitur non esse absoluta 17
verum, quod dissensus in quantitate mercedis vitiet contractum locationis, ut ponunt praeciati, dum talis dissensus non vitiat si conductor senserit de majore, locator vero de minore, unde videtur eos tantum perspexisse primam partem legis, et e contra Bartol. videtur perspexisse tantum secundam partem, dum ibidem dicit, quod si in quantitate mercedis erretur, statur voluntati ejus, qui mercedem recipere debet, nam et hoc dictum ita absolutum convincitur non subsistere ex prima parte legis, in qua non statur voluntati locatoris mercedem recipere debentis, sed textus dicit, quod nihil agitur. Unde melius observat totam legem Castren. et reddit rationem diversitatis cur in secundo casu ejusdem, in quo de minore pensione sensit locator, subsistat contractus in ea, in primo vero, in quo de minore sensit conductor nihil agatur, quia in hoc primo quocumque modo dicatur, remanet aliquis deceptus, nempe si dicatur valere in majori, remanet deceptus conductor qui sensit de minori, si vero dicatur valere in minori, remanet deceptus locator, qui sensit de majore, at e contra in alio casu dicendo, quod valeat in minori, nemo deceptus remanet, non locator, quia de ea sensit, neque conductor, quia alleviatur, dum senserat de majori, et ideo non est ratio cur ita sustineri non debeat contractus, et hanc lecturam Castr. amplectitur etiam Carocc. *tit. de locat. incert. n.* 8.

Verum tamen est, quod si bene notaveris; ille non pot- 18
est recedere qui de minori summa sensit, ut advertit gloss. *in eadem l. si decem verb. putavi,* unde infertur, quod etiam in primo casu in quo conductor sensit de minori pensione, licet text. dicat, quod nihil agitur, tamen intelligen-

dum cum supposito, quod locator, qui sensit de decem, non
velit esse contentus de quinque, de quibus censit condu-
ctor, prout est verisimile, et credibile a communiter acci-
dentibus, alias enim si velit esse contentus de quinque nul-
lam habet conductor rationem recedendi a contractu, qui
propterea sustinebitur, Caroc. *d. tit. de locat. incert. n.* 11.
et 12. quod tamen intelligendum procedere, dummodo de
nullitate jam non fuisset oppositum, quia non posset con-
sensus unius superveniens contractum convalidare, alio si-
mul de novo non consentiente, Corn. *cons.* 71. *n.* 9. *lib.* o.
Cravet. *cons.* 39. *n.* 13. et late Manent. *cons.* o5. *n.* 7. *et*
sequentib.

Debent igitur partes consentire in re, et pensione, et sic
de eis convenire, ut dictum est, quomodo autem convenire
debeant dicam separatim *cap. prox.* ne hic nimis divertam
a consensu.

19 Contrahitur igitur locatio consensu solo, et non consensu
unius soli, sed requiritur consensus reciprocus utriusque
partis, nempe locatoris, et conductoris, non enim perficitur
contractus per consensum unius tantum, Rot. coram Seraph.
decis. 854. *n.* 8. nisi forte testator jussisset locari rem Ti-
20 tio pro tanta pensione, et ipse Titius pensionem obtulerit,
quia tunc etiam si haeres recuset, locatio perfecta intelligi-
tur, Bart. *in l. si fidejussor* §. 1. *in princ.* et ibi Jas. *n.* 4.
ff. de legat. 1. Mantic. qui dicit mirabile esse, ut hoc ca-
su unius tantum voluntate contractus perficiatur *de tacit.*
lib. 4. *tit.* 4. *n.* 8.

21 Imo fortius contractus non potest pendere a voluntate
unius, etiam si alius ita consentiat, *leg. sub hac conditio-*
ne 7. *ff. de action. et oblig.* Castr. *cons.* 100. n. 1. *In fin.*
lib. 1. Rimin. Sen. *cons.* 378. *n.* 27. *et seqq.* Sim. de Praet.
consil. 19. *n.* 14. Magon. *decis. Flor.* 49. *n.* 18. Et quod
si unum de substantialibus contractus conferatur in volun-
tatem unius ex contrahentibus contractus non valeat est te-
22 xt. *in leg. in vendentis* 13. o. *de contrah. empt.* qui text.
licet loquatur de emptione, et venditione, procedit tamen et-
iam in locatione, et conductione, ut post Bald. *ibi num.* 4.
vers. nam hoc idem, et Gomes *var. resol. tom.* 2. *cap.*
2. *n.* 19. dicit Surd. *decis.* 52. *n.* 10. et ita quia tria esse
de substantia hujus contractus, nempe rem, pretium, et
consensum dictum est supra, non solum non valebit contra-
ctus si consensus ipse sit collatus in voluntatem alterius ex
23 contrahentibus, uti si facta sit uni venditio si voluerit sic e-
mere, ut exemplificat Gloss. *in d. l. in vendentis*, sed et-
iam si collata sit in ejus voluntatem pensio, vel res, ut do-
cet Cyn. *ibid. n.* 2. et Gloss. et Cynum. refert, et sequitur
Surd. *decis.* 154. *n.* 1. *et seqq.* ubi aliter explicat, et alios
cumulat, et de conferente mercedem in voluntatem alterius
in locatione operarum, Roman. *consil.* o57. *n.* 4.

24 Et dum non potest dicto modo contrahi, clare sequitur,
quod si actualiter contrahatur contractus est nullus, et pot-
est ab eo recedi, etiam si voluntas ejus, cujus arbitrio res
commissa fuerit, supervenerit Bald. *in d. l. in vendentis*
n. 16. *vers. octavo*, Gabr. *cons.* 73. n. 3. *lib.* 1. Surd. *dict.*
decis. 154. *n.* 2. *ad med. vers. et id locum habet.*

25 Verum praedicta limitantur primo, ut procedant de jure
civili, at juxta aequitatem canonicam sustinetur contra-
ctus in voluntatem unius collatus, ut firmant Bonacc. *de*
aequit. canon. concl. 105. Caroc. *de locat. et cond. tit. de*
pollicitatione q. 4. *n.* 20. Gratian. *discept.* 534. *n.* 15. et
sustineri locationem factam de re, vel cum pensione incerta,
dicam infra *cap. prox.* ubi etiam addam aliquas declaratio-
nes, quae hic quoque applicari poterunt.

26 Secundo limitantur, ut non procedant, quando non unus
solus, sed uterque reciproce in voluntatem alterius contra-
ctum contulerit, quia tunc contractus sustinetur, ut com-
muniter tenent DD. *in l. in vendentis*, teste Gomez *var.*
lib. o. *cap.* o. n. 19. *vers. item intellige*, et sequitur Caroc.
d. quaest. 4. *n.* 22. *tit. de pollicitatione.*

At hoc procedere potest in exemplo, quod afferunt praeci-
tati, quod unus dicat loco, hanc rem pro decem si vis, et alius
dicat, et ego eamdem rem conduco pro decem si vis, vel
27 quia illa verba hinc inde prolata, *si vis*, sint mere exitialis,
quae non attenduntur, Jas. *in l. in* §. *si quis ita num.* 11.
ubi ponit multa exempla, *ff. de verbor. oblig.* Viv. *comm.*
opin. 668. *n.* 1. ubi quod non sunt appiccicatoria, Seraphin.
decis. 136. *n.* 3. Penia *decis.* 430. *n.* 5. vel quia verbum,
loco, hinc inde prolatum voluntatem perfectam in illo instan-
ti significet, purificata statim conditione hinc inde apposita
28 voluntatis alterius, ut sentire videtur Caroc. *ubi sup.* At si

aliter sit collatus contractus in arbitrium utriusque, quoad
aliqui substantiale, puta si dictum, locamus, et conducimus
pro mercede, in qua concordabimus, itaut stet in arbitrio u-
triusque concordare, vel non concordare, vel aliter collatus
sit, vere in arbitrium utriusque non valebit contractus, ut
docet Alberic. in *dict. leg. in vendentis n.* 1. *vers. item si*
conferatur. in arbitrium, utriusque; cum aliis adductis per
Mancos. *cons.* 25. n. 17. et per Altograd. *consil.* 11. *n.* 13.
et 14. *lib.* 1. ubi dicit, hanc esse veriorem, et receptiorem
contra Gomesium *ubi supra*, et secuta Rota *decis.* 681. *n.* 9.
et seqq. par. 4. *tom.* 3. *recent.*

Verum licet non valeat hoc casu locatio, tamen non pro- 29
pterea sequitur, quod si relata sit concordatio facienda ad
tempus post effectuationem locationis, vel operarum praesta-
tionem, non possit locator mercedem petere, quia si non com-
petit actio locati, competit praescriptis verbis, ut est text. *in*
leg. si tibi 24. *ad fin. ff. praescr. verb. et* §. *qua de causa*
instit. tit. de locat. et cond. per quae jura convincitur ma-
le scripsisse, Roman. *cons.* 257. *ad fin.* quod marescalcus il-
le non posset petere mercedes suas, ex quo remisit eas arbi-
trandas domino, equi, postquam operas praestitisset, et Ca-
rocc. *tit. de mercede incert. n.* 16. dum dixit eumdem ma-
rescalcum debere lugere operas, suas prout in specie adver-
tit eos notando, Manent. *cons.* o5. *n.* oo. *et* 23. et quidem
aequitas non patitur, ut qui gravisus est re, mercedem solvere
recuset ad quam tenetur ipso facto, etiam absque ulla con-
ventione, argum. *l. item quaeritur* 14. *in fin.* ibi, *ut prout*
quisque habitaverit, ita et obligetur ff. locat. et notant ibi
Bald. et alii relati per Jas. *in* §. *actionum n.* 188. *instit. de*
action. et in hoc differt locatio a venditione, quia in ea non
propterea, quod tradita fuerit res dabitur actio ad pretium
si non fuerit concordatum, et est differentia egregia secun-
dum Ar. Pinellum *in par.* 2. *rubr. c. de rescind. vend. c.*
1. n. 24.

Tertio limitantur, ut procedant si conferantur in volunta- 30
tem alterius substantialia contractus, ut dictum est, secus si
conferatur aliquod pactum accidentale, quia talia pacta, alia-
que accidentalia contractus, bene possunt conferri in volun-
tatem unius, et non propterea vacillat contractus Castr. in
d. l. in vendentis n. 3. *vers. solve verum est, c. de contrah.*
empt. Gabr. *consil.* 168. *n.* 16. *lib.* 1. Rot. *decis.* 37. *n.* 6.
par. 4. *tom.* 2. *recent.*

Hinc licet totum pretium conferri non possit in volunta- 31
tem unius, tamen si stabilitum sit pretium aliquod certum,
sed praetendatur quid augendum esse, bene poterit tale au-
gmentum in voluntatem unius conferri, Bald. *in dict. l.*
in vendentis n. 6. Gabr. *cons.* 168. *n.* 15. *lib.* 1. Mantic. *de*
tacit. lib. 4. *tit.* 19. n. 49.

Hinc etiam infertur valere locationem, in qua solum tem- 32
pus durationis collatum sit in voluntatem unius ex contra-
hentibus, Fabian. de Mont. *de empt.* et *vendit. q.* 5. *princ.*
n. 73. Gratian. *discept.* 534. *n.* 11. *et seqq.* quod optime
comprobatur ex eo, quod videmus relocationem tacitam in
urbanis fieri pro tempore quo conductor continuaverit ha-
bitare, *l. item quaeritur*, §. *ult. ff. locat.* unde convincitur 33
posse tempus locationis pendere a voluntate unius, et non
esse de substantia locationis, ut tradunt Mozz *de contract.*
rubr. de locat. et conduct. tit. de substan. locat. n. 17. *ad*
med. Ossch. *decis.* 111. *n.* 11. et eis relatis, Gratian. *di-*
scept. 534. *n.* 12. *et* 13. et idem imo multo facilius proce- 34
dit in tempore solutionis pensionis, passim enim, videmus
illud remitti beneplacito unius ex contrahentibus, ut dicit
Caroc. *de locat. et cond. dict. tit. de pollicitat. q.* 4. *n.* 23.
vers. addo Pedemont.

Quarto limitatur, quod dictum est supra posse recedi a 35
contractu collato in voluntatem alterius, etiam postquam vo-
luntas illius supervenerit, ut non procedat si deventum etiam
fuerit ad rel traditionem, quia tunc sustinetur locatio etiam
in voluntatem unius collata, et agitur apud judicem, ut de-
claret quod declaratione indiget, Fabian. de Mont. *de empt.*
et vend. quaest. 5. *princ. n.* 73. *vers. praedicta tamen* Ca-
rocc. *de locat. et cond. d. quaest.* 4. *n.* 24. Gratian. *d. di-*
scept. 534. *n.* 13. *vers. accedat quod.*

Quinto limitatur, ut tunc non possit pendere locatio, et 36
conductio a voluntate unius, cum nullus ex contrahentibus
est circumventus; at si dolus, et circumventio intervenerit,
tunc ad favorem decepti contractus in ejus voluntatem colla-
tus sustinetur, ut post Bart. *in l. quid tamen dicemus in fin.*
n. 6. *ff. de contrah. empt.* tradunt Negus. *de pign. par.* 3.
membr. 1. *n.* 19. *et* 20. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 27.

Es pravdictis videbstur inferri, quod locatio non posset
contrahi inter absentes per nuocinm, vel epistolam, quia
scribens alicui se ei locare domum videtur conferve in ejus
37 voluotatem contractum, qood fieri nou valet ex supra de-
ductis, sed veritas est in contrarium, valet eoim contrabi per
nuncium, vel epistolam, ut est text. express. *in l. 1. in fin.*
ff. de controh. vmpt. et tradunt Surd. *cons.* 351. *n.* 29. et
38 Rot. Januen. *decis.* 48. *n.* 6. non enim magis confertur lo-
catio in voluntatem ejus, eui dirigitur nuncius, vel epistola,
quam conferatur in voluntatem ejus, cui praesenti dicitur
loco tibi domum com uterquo eodem modo possit contractum
perficere consentieodo, ac imperfectum reddere dissentiendo,
et ibi perficitur contiactus, ubi junguutur consensus, Bald.
in l. multum interest n. 28. et ibidem Salycet. *n.* 17. c.
si quis olteri, vel sib. cum aliis, quos refert, et sequitur
Rota in una Romana, seu Ravenatan. pecuoiaria 26. junii
39 1630. *§. attamen primum coram Pirovano*, ubi quod pro-
pterea dirigens literas Romam, licet alias non subditus per
coutractum fit subditus, et potest in caria agere, et conve-
niri, dicitur enim ibi celebratus cootractus, ubi literae re-
cipiuntur, et acceptantur, non autem ubi scribuntur Rot.
Janoen. *decis.* 161. n. 4. et Rot. Romana coram Coccino
40 *decis.* 116. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 26.
n. 17. *vers. unde quando*, et si autequam literae praesen-
tentur scribens decesserit, quin tunc ejus consensus non du-
rat usque quo jungi possit cum conseosu alterius, non va-
let contractus, Rooian. *in l. nuda ratio col. fin. ff. de do-
nat.* Dec. *in cap.* 2. *n.* 15. *de fid. instr.* Ruiu. *cons.* 3.
col. 3 *lib.* 3. Surd. *cons.* 136. *n.* 48. Gabr. *de praesumpt.*
41 *conclus.* 2. *n.* 16. *et* 17. et idem est si scribentem poe-
nituerit antequam literae praesententur, quia iode eodem
modo sequitur, ut jungi neqoeant couseusus, ut sic quod
non valeat coutractus, quamvis recipiens iguarus scribentem
poeoituisse ess acceptet, et contractui consentiat, ut latissi-
me firmat Surd. *cons.* 136. *n.* 49. *et seqq. ubi n.* 51. in-
quit, quod Gloss. *in l.* 2. *de contrahen. empt.* volens re-
quiri certiorationem communiter reprobatur, quin nuncius,
vel epistola praestat nudum ministerium, et validitas con-
tractus coositit super consensu mittentis, quo qoomodo-
cumque deficiente nuncius, vel epistola non operatur, ju-
xta doctr. Bart. *in l.* 1. *§. quod jussu*, ubi exprcase d. Gloss.
reprobat cum aliis ibid. per Surd. *relat.* quibus addo Gon-
zal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 26. *n.* 16. *et gloss.* 63. *n.*
45. et est text. express. *in l. si pater in princ. ff. de ma-
numiss. vindict.* cujos verba refert Gooz. *dict. gloss.* 63.
n. 2. ubi, et alios cumulat etiam in proposito revocationis
nuncii, quod teneat, antequam fuerit intimata.
42 Nec opponatur contra praedicta, consensum requiri simul-
taneum, et praesentialem ad contrahendum Gloss. *in l.* 2.
ver. consentire, ff. de act. et oblig. Surd. *cons.* 136. *num.*
16. *ad fin. vers. nam videmus*, Rot. *decis.* 125. *n.* 4. *ad
fin. par.* 4. *recent.*
43 Quia respondetur id esse singulare in stipulatione, quod
interrogatus debeat statim respoodere, itaut consensus sit
simultaneus, et praesentialis, at secus est in oliis, unda si
unus dicat hodie loco tibi domum meam pro centom, et tu
nil respondeas tuue, sed alio tempore puta die crastina di-
cas ego conduco a te domum tuam, valet cootractus praeso-
44 mitur enim consensom illius durare, nisi appareat revocatio,
et sic superveniente etiam ex intervallo couseosu tuo, jun-
guntur consensus utriusque, et contractus perficitur, et va-
let, ut declarant Bald. *in l. quaecumque n.* 2. *post med.
vers. et breviter scias, c. de bon. quae lib.* Alciat. *in l.* 1.
§. qui praesens n. 10. *versic. non obstat, et seqq. ff. de
verbor. oblig.* Felin. *cons.* 39. *n.* 3. *in fin. et seqq.* sic si
interrogem te, ut loces, seu vendas mihi rem pro decem, et
tu respondeas ex intervallo, perfici contractum non ex vi
meae interrogationis, sed ex vi taciti consensus, qui durare
praesumitur tradit Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 4. *n.* 4.
45 Id tamen dupliciter declaratur primo, ut procedat, si hoc
interim non fuerit mutatus rerum status, quia alias cense-
retur locatorem absque alia declaratione consensum revo-
casse, ita ut consensus conductoris superveniens non inveniat,
cum quo jungi possit, ut declarat Surd. *cons.* 136. *n.* 38. et
seqq. in quacumque enim obligatione, et promissione sub-
intelligitur clausula, rebus sic stantibus. *l. cum quis* 38. *ff.
de solut.* Dec. *consil.* 335. *n.* 4. *vers. et est regula* Seraph.
decis. 179. *n.* 1. cum aliis late tradit per Barbos. *claus.*
129. *n.* 2. etiam in habentibus tractum successivum *decis.*
127. *n.* 2. *vers. quae regula par.* 1. *divers.* et etiam si ad-
sit juramentum, Oldrad. *cons.* 241. *n.* 2. *vers. secundo
quia*, Dec. *dict. cons.* 335. *n.* 4. *et cons.* 349. *n.* 4. *post
med.* Rot. *decis.* 145. *n.* 9. *par.* 8. *recentior.*
Secundo declaratur, ut procedat, quateoos conductor, cui 46
dominus rei dixit loco tibi, non dissenserit, quia qui contra-
here recusavit non potest postea poenitentia ductus contra-
ctum acceptare, si alius novellum non vult adhibere consen-
sum, ut firmat Aretin. *cons.* 374. *n.* 4. et latissime compro-
bat Surd. *d. cons.* 137. *a n.* 29. *ad* 36. ubi signanter *sub
num.* 36. reddit rationem, quia ubicumque quis aliis offert
contractum, ut quia dicat haec domus erit tibi locata pro
decem, et pars dicat nolo conducere videtur consumatus
effectus illius oblationis, et praesumitur mutata voluntas
offerentis.
Quando autem contrahitur per nuncium requiritur nun- 47
cius destinatus, nec sufficit si alius casu audiens Titium di-
centem loco Cajo domum meam hoc eidem Cajo referat glos.
in l. 1. *ver. et per literas, ff. de contr. empt.* et ibi Bart.
n. 2. Roman. *sing.* 328. *in princ.* Surd. *cons.* 351. *n.* 29.
Caball. *cons.* 168. *n.* 4. *lib.* 1. et est communis opinio; ut
testatur Flamin. de Rubeis *cons.* 47. *n.* 35. *et seqq. lib.*
1. licet aliqui contradicant, ut refert d. gloss. et hanc contra-
riam sequantur Add. ad Bart. *in d. l.* 1. *in* 1. *addit.* Ber-
trand. *cons.* 208. *n.* 9. *et seqq. lib.* 2. *part.* 1.
Non tamen necesse est conductorem, cui nuncius fuit de- 48
stinatus, nuncium ipsum, vel alium retromittere locatori
cum suo consensu, sed satis est eum consentire, et de ejus
consensu, vel ex verbis, vel etiam ex facto aliquo apparere,
ut habetur *in clem. un. de procurat.* et late firmat Roman.
cons. 295. *n.* 5. cum aliis adductis per Carocc. *tit. de lo-
cat. per procurat. n.* 77. et faciunt tradita de recipiente li-
teras, et tacente sub *cap.* 22. *prope fin.*
Quid si non interveniat nuncius, nec epistola, sed ipse 49
absens intelligat, puta ego domi existens dico, loco Titio
domum meam ad annum pro scutis centum, et Titius tran-
siens per viam audit, et acceptat, an valeat contractus, et di-
cendum est non valere, ut tenet Gloss. *in l.* 2. *versic. con-
sentire, ff. de act. et oblig.* Bart. *in l. absenti* 10. n. 1. *ff.
de donat.* Natt. *cons.* 94. *n.* 5. Rim. Jun. *cons.* 569. *num.*
17. Surd. *cons.* 351. *n.* 29. *ad fin.*
Quia vero dictum est supra hunc contractum scripturam 50
non requirere, quod et comprobatur per text. *in l. contrahi-
tur* 4. *ff. de pignor. et l. pactum* 17. *c. de pact.* Pania *de-
cis.* 995. *n.* 4. Boratt. *decis.* 10. *n.* 8. animadvertendum
est primo, quod hoc non procedit in emphyteusis, ad text.
in l. 1. et ibi Gloss. et Salyc. *n.* 5. *cod. de jur. emphyt.* 51
Aretin. *in §. adeo n.* 8. *instit. de locat.* Alex. *cons.* 50. *n.*
4. *lib.* 5. Bursat. *cons.* 26. *n.* 16. Surd. *decis.* 331. *n.* 10.
plene Ciarlin. *contr.* 2. *n.* 26. sive emphyteusis sit laicalis,
sive sit ecclesiastica, Hodiern. ad Surd. *decis.* 10. *n.* 2. adeo
ut per testes probari non valeat, nisi simul etiam probetur
emissam fuisse scripturam, Bald. *in d. l.* 1. *in* 3. *opposit.*
et ibidem Jas. *n.* 61. c. *de jur. emphyt.* cum aliis quos re-
fert, et sequitur Ciarlin. *in d. contr.* 2. *n.* 27.
Verum licet clarum sit, quod de jure requiratur scriptu-
ram in emphyteusi, tamen dubitari posset, an secus sit de
consuetudine, ut dixit Rot. cor. Mantic. *decis.* 57. *n.* 3.
vers. quia respondetur. Et ulterius quatenus constaret ali-
quem solvisse canonem tamquam emphyteutam per triginta
annos praesumeretur scripturam praecessisse, prout late di-
cetur in *cap* 22. et quatenus solutiones probarentur per scri-
pturas, inde diceretur etiam probata per scripturam emphy-
teusis tamquam necessarium antecedens, Mantic. *dec.* 57. *n.*
4. Rot. *in recent. decis.* 400. *n.* 10. *par.* 1. quando enim pro-
batur consequens per scripturam, videtur etiam probari an-
tecedens per eamdem scripturam, *l. quicumque, c. de apoc.
pub. lib.* 10. Bald. *cons.* 116. *n.* 2. *lib.* 1. Cravet. *de antiq.
temp. par.* 3. *n.* 40. Et hoc non solum si adsint solutiones
per dictum tempus, sed etiam si pro minori, et concurrant
alia, puta recognitio, aut confessio emphyteutae, et similia,
de quibus Mantic. *d. decis.* 57. *num.* 6. *et seqq.* Cavaler.
decis. 291. *num.* 2. *et seqq. in recent. decis.* 420. *num.* 5.
par. 3.
Praeterea non omittendum, quod quandoque contrarium 52
volunt ipsae partes, nempe scripturam intervenire ad per-
fectionem contractus, et tunc non aliter dicitur locatio, et
conductio facta, quam si intervenerit scriptura, adeo ut us-
que quo scriptura non fuerit confecta, licitum sit cuique ex
contrahentibus a contractu recedere, ut est text. *in l. contra-
ctus* 16. *c. de fid. instr.* et tradunt Castr. *in l. cum res* 12. 53

n. 4. *ff. de probat.* et *in d. l. contractus* 16. *n.* 9. c. *de fi l.*
instr. ubi quod ita respondit in facto Florentiae, Socc. sen.
cons. 169. *n.* 9. *lib.* 2. Dec. *cons.* 159. *n.* 5. Jas. *cons.* 151.
n. 3. *et* 4. ubi quod ad hoc non requiritur partes dixisse,
quod alias sine scriptura contractus non valeret, sed sufficit
dixisse, quod fiat publicum instrumentum *lib.* 2. Mandel.
cons. 139. n. 22. Cels. Ugo *cons.* 67. n. 13. *circa med.*
Hondad. *cons.* 5n. *n.* no. ubi multos congerit, et de comm.
testatur *lib.* 1. Maran. in *praxi in* 9. *dist. judic.* *n.* 88
Galvan. *consil.* 10. *n.* 44. Afflict. *decis.* 39. *n.* 4. Borr. *decis.*
48. n. 18. Rot. coram Bich. *decis.* 638. *n.* 4. *et* 5.

54 Verum praedicta conclusio procedit tantum, quando contractus non fuit habitus pro absoluto a partibus, secus autem si habitus fuit pro absoluto, et requisita scriptura tantum ad probationem, ut declarant Gabr. *de pact. conclus.* 3. *n.* 2. *et* 3. Ursill. ad Afflict. *decis.* 39. *num.* 6. *vers. vel potest pro foedere Fab. in cod. tit. de fid. instr. defin.* 14. Rota coram Penia *decis.* 995. *num.* 4. et coram Bich. *d. decis.* 638. *n.* 4.

Unde difficultas vertitur in dignoscendo quid senserint
55 partes, in qua si convenerint de certa re, et de certa quantitate pensionis, dicendum erit, seclusis aliis circumstantiis contractum esse perfectum, quia interveniente consensu, re, et pensione, interveniunt omnia, quae dictum est supra esse substantialia hujus contractus, et ideo eum perfectum indicant, Bursat. *cons.* 100. *n.* 2. Rot. *decis.* 517. n. 1. *part.* 1. *divers. decis.* 552. *n.* 7. *par.* 1. *et decis.* 37. *n.* n. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

56 Et in his terminis non potest habere locum dicta opinio, quod non valeat contractus absque scriptura, nisi id expresse sit dictum, quod non valeat, alias enim simplex pactum de ea facienda, intelligitur prout de jure, idest non ut sit necessaria de substantia contractus, qui sine ea non valeat, sed tantum, ut fiat ad ejusdem contractus jam facti probationem, Curt. jun. *consil.* 348. *n.* 10. *et seqq.* Decian. *cons.* 64. *n.* 19. *et seqq. lib.* 3. et pluries declaravit Rot. ut coram Put. *decis.* 43. *lib.* 3. coram Buratt. *decis.* 29. *n.* 12. *et decis.* 898. *n.* 6. coram Seraph. *decis.* 623. *n.* 7. *inter divers. decis.* 377. *n.* 6. ubi de comm. *et decis.* 517. n. 2. *p.* 1. *et decis.* 34. *per tot. par.* 3. *lib.* 1. *et in recent. decis.* 37. *n.* 8. ubi quod hanc Rota sequitur *par.* 4. *tom.* n. *et decis.* 113. *n.* 7. *et* 8. *par.* 5.

57 Quod utique facilius procedet, si contractus fuerit prius perfecte celebratus, et deinde dictum, quod fieret instrumentum, tunc enim scriptura dicitur accedere ad majorem probationem, et procedit text. *in d. l. contrahitur. ff. de pign. et hypot.* cum concordantibus supracitatis. At e contra si conventum est de facienda scriptura antequam stabilita sint substantialia contractus, ex hoc datur intelligi, partes voluisse contrahere in scriptis, et procedit text. *in d. l. contractus, c. de fid. instr.* prout aliis adductis distinguunt Cotta *in memor. vers. contractus in scriptis*, et late Mautio. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 10. *ad fin. vers. sciendum est etiam.*

58 Prout etiam facilius procedet, quod contractus sit perfectus, si dictum sit velle plenius explicare in instrumento, ut in casu Rotae coram Buratto *decis.* 898. *n.* 16. et multo magis si dictum expresse fuerit, quod instrumentum fiat ad
59 majorem cautelam, prout in casu *dec.* 995. *n.* 5. coram Pe-
60 nia, vel aliquid de conventis fuerit jam adimpletum, quia ex tali adimplemento res desinit esse integra; etiam si sit adimplementum circa praeparatoria, ex traditis per Cephal. *cons.* 517. *numero* 4. Rota *decis.* 517. *numero* 4. *par.* 1.
61 *divers.* Thes. *decis.* 197. *numero* 8. ubi si tradita res, et ibi Add. ubi si soluta pars pretii, vel aliud traditum sit. Adeo ut si post traditam rem partes in confectione instrumenti, circa quid discordent, et notarius re infecta abeat, possit locator compellere conductorem ad conficiendum instrumentum, et mercedem conventam sibi solvendam, relictis aliis non concordatis in suo esse, ac prout de jure firmandis, ut docet Bar. *in l. si finita*, §. *eleganter*, *ff. de damn. infect.* et eo relato Perege. *cons.* 6. *n.* 18. *lib.* 2.

62 Et e contra si aliquid adimplendum sit tempore scripturae conficiendae, contractus dici debet imperfectus, ut in ca-
63 su Rot. *decis.* 6no. *n.* 4. *par.* 2. *et decis.* 199. *n.* 9. *par.* 6. *recent.* et idem est si partes dixerunt, velle addere in instrumento nova pacta non stabilita, ut tradunt Adden. ad Buratt. *decis.* 898. *n.* 2. et Rot. *decis.* 681. *n.* 9. *et seqq.* *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* diversa tamen ratione adducta, nam Adden. dicit hoc quia cum pacta dicantur pars pretii, *leg. fundi partem, ff. de contrah. empt.* Bald. *cons.* 486. *n.* 3. *vers. in contrarium lib.* 1. dum addi debent, resultat pretium, nempe in locatione pensionem non esse stabilitam, et certam, prout requiritur ad ejusdem contractus perfectionem, et substantiam, ut dictum est supra, *et* in *cap.* 1. ac proinde contractum esse imperfectum, Rota vero movetur, quia quaelibet pars posset in pactis addendis non concordare, et sic contractus collatus esset in ejus arbitrium, quod esse non potest, ut dictum est supra.

At prima non placet, quia dum partes concordarunt in certa summa, itaut in ea parte pretium sit certum hoc sufficit etiam si dici posset, quod respectu importantiae pactorum sit incertum, quia sufficit esse certum in parte, ut habetur *in l. haec venditio*, §. *ult. ff. de contr. empt.* ubi dicitur valere emptionem fundi a me factam pro centum, et quanti pluris eum vendidero, nam inquit Ulpian. habet certum pretium centum, licet augeri possit si emptor pluris eum vendiderit, et bene advertit Mautic. *de tacitis lib.* 4. *tit.* 19. n. 45. ubi *n. seqq.* inde plura deducit. Unde restat sola alia ratio collationis contractus in arbitrium, et voluntatem partium, quo supposito, sequitur ut conclusio sit declaranda, ut procedat, quatenus sint concordanda pacta inter
ipsas partes, secus autem si arbitrio alicujus tertii, quia pos- 64
sunt in arbitrium tertii conferri, et valet contractus, ut declarat Rota *decis.* 88. *n.* 23. *par.* 2. *diver. et d. decis.* 681. n. 8. *et seqq. par.* 4. *tom.* 3. *recent.* ac etiam, ut procedat, quatenus pacta sint circa substantialia contractus, secus si circa accidentalia tantum, quia accidentalia possunt conferri in arbitrium partium, ut dictum est supra, et declaravit in proposito Rota *decis.* 37. *n.* 6. *et seqq. par.* 4. *tom.* n. *recent.*

Et ista procedunt considerata sola importantia reservationis pactorum concordandorum, sed ulterius consideranda etiam erit voluntas partium, circa ipsam reservationem, nam potest esse, quod reservatio, quae de se non importaret imperfectionem contractus, eam importet de voluntate partium unde circa istam attendi praesertim debebit, an consenserint
conditionaliter, quatenus concordent in pactis, vel potius 65
consenserint in re, et pensione simpliciter, et pure cum pactis, quae postea concordabunt, quia primo casu contractus dignoscetur imperfectus, secundo vero secus, ut distinguendo late firmavit Rota coram Bichio *decis.* 638. *n.* 11. *et seq.* *et n.* 16. *et seqq.* cujus decisionis in casu extiterat confecta apoca emptionis, quam emptor subscripserat, et in subscriptione dixerat. *Io N. affermo quanto di sopra*, *essendo l'instrumento a mia sodisfazione*, et Rota ponderato illo gerundio *essendo* respiciente futurum, censuit consensum esse conditionaliter praestitum, et inde resultare imperfectionem contractus, et quod subscribens senserit contrahere in scriptis, nempe mediante instrumento, et non alias.

Idem quoque erit, si confecta fuerit scriptura, quae non 66
appareat dispositiva, sed potius praeparativa, et ut vulgo dicitur, minuta, scripturae authenticae faciendae, ex ea enim arguitur, quod partes volebant contrahere in scriptis, et potius imperfectio, quam perfectio contractus, Rota *decis.* 199. n. 8. *par.* 6. *recent. et decis.* 264. n. 13. post Zacch. *de*
oblig. cam. ubi minutae aequiparatur tractatui, ex quo tra- 67
ctatu non bene arguitur ad perfectionem contractus, cum
multa tractentur, quae non concluduntur, Rota coram Se- 68
raph. *decis.* 1368. *n.* 1. unde non satis est probare tractatum, nec exhibere minutam, ad convincendum contractum, de quo dicam *cap.* 22. *et cap. seqq. de probatione contractus locationis.*

In proposito autem dictae difficultatis, an partes voluerint contrahere in scriptis, vel potius adhibere scripturam tantummodo ad probationem, doctores modo responderunt pro
una opinione, modo pro alia, juxta varietatem casuum, et 69
circumstantiarum in eis concurrentium, ut videre est penes supracitatos; in hac enim materia, quia agitur de indagando
animo, et voluntate, statur conjecturis, ut tradit Aretin. 70
cons. 159. *n.* 10. et aliis plenissime congestis per Bich. *d. decis.* 638. *n.* 6. et attenditur etiam pro conjectura qualitas contractus, nam si contineret plura capitula, et pacta, de quibus difficile esset convenire, et habere memoriam absque scriptura, credendum tunc partes voluisse contrahere in scriptis, Odofred. *in l. contractus*, et ibidem Castr. *n.* 9. *cod. de fid. instr.* Thesaur. *dec.* 197. *n.* 9.

Quando autem conjecturae non adessent, vel essent irrelevantes, aut hinc inde contrariae, ita ut res esset dubia, tunc quatenus concurrant omnia substantialia contractus, et
conjecturae percutient solum voluntatem conficiendi scriptu- 71

ram, praesumptio erit, quod noluerint scripturam ad essentiam contractus, prout est de jure, ut ad hoc se non requiratur, sed solum ad probationem, ut dixi supra *n.* 56. At ubi conjecturae perculiunt consensum, et reddunt dubiam ejus perfectionem, tunc istud dubium erit sufficiens ad hoc, ut qui allegat contractum, non possit dici habere probationem ejus sufficientem, dum est dubia, nec potest dici contractum esse perfectum, dum dubitatur de voluntate dispositiva, juxta tradita per Decian. *resp.* 55. *n.* 15. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 854. *n.* 5. et latius Bich. *d. decis.* 638. *n.* 9. et 10. et similem distinctionem, videlicet inter casum, qui
72 contractus sit de praesenti, et perfectus, itaut nihil supersit aliud agendum, quam confectio scripturae a contrahentibus reservata, et casum, in quo quaestio sit de ipso contractu, et an partes de praesenti contrahere, aut se obligare voluerint, facit etiam Ventorin. *consil.* 18. *num.* 10. ubi quidquid sit in primo casu, in secundo arbitratur absolutum, quod modus conficiendae scripturae adjectus in promissione, arguat quod partes noluerint contrahere de praesenti, sed contulerint in tempus scripturae conficiendae actum promissi contractus.

Quomodo conveniri debent de re, et mercede in contractu locationis.

SUMMARIUM.

1. Contrahentes locationem convenire debent de certa re, et certa mercede.
2. Merces satis certa dicitur, si conventum de certa summa, et additum quod ultra eam dandum sit aliquid incertum.
3. Mercedis augumentum, vel diminutio potest conferre casui, vel declarationi alicujus etiam contrahentis.
4. Locatio facta non expressa re, vel non expressa mercede est nulla.
5. Ampl. etiam si de ea celebratum publicum instrumentum.
6. Decl. non procedere si aliunde reddatur certa res, vel merces, uti si adsit solitum.
7. Et sufficit tam consuetudo generalis regionis, quam etiam particularis partium.
8. Consuetudo particularis praevalet, et magis attendi debet, quam generalis, et n. 14.
9. Contr. in stipulationibus, et contractibus.
10. Consuetudo generalis praesumitur nota, particularis ignota, et n. 12.
11. Interpretatio per quam aliqua pars remaneret decepta, non est sumenda.
13. Decl. ut tunc attendi debeat magis consuetudo generalis, cum appareat particularem esse notam alteri contrahenti, secus e contra.
15. Consuetudo circa mercedem locationis si fuerit varia, quae attendi debeat, sunt variae opiniones.
16. Attendendam esse posteriorem concluditur.
17. Ampl. etiam si prior consuetudo fuerit diu servata, posterior vero secus.
18. Decl. procedere si posterior observantia fuit omnino libera.
19. Decl. secundo procedere si posterior observantia sit immediata locationis de qua agitur.
20. Consuetudo, et observantia attenditur in eis, quae consurrerunt fieri communiter, non si raro, et extraordinarie.
21. Decl. non procedere in observantia interpretativa.
22. Observantia, quae deducitur ad arguendam voluntatem partium, est observantia interpretativa.
23. Observantia interpretativa facilius probatur.
24. Et pro ea sufficit etiam unicus contractus.
25. Observantia interpretativa non probatur per testes interesse habentes.
26. Observantia particularis non transit de persona ad personam.
27. Successor episcopi non censetur conduxisse vicarium pro eodem salario, quod solitum erat praestare antecessor.
28. Lim. si conduxit eumdem vicarium antecessoris.
29. Reconductio censetur facta cum eisdem qualitatibus, cum quibus facta fuerat prima conductio.
30. Minister censetur reconductus a successore pro eodem salario praestito, ab antecessore.
31. Consuetudine difformi existente locatoris, et conductoris, attendenda est illa conductoris.
32. Res, et merces non sufficit, quod sint expressae si res non est certa, vel mercedis non est expressa quantitas.
33. Decl. non procedere si certitudo rei, et quantitatis haberi potest a solito.
34. Decl. 2. procedere de rigore juris, secus autem de aequitate canonica.
35. Aequitas canonica, an servari debeat in foro laicali controversum est.
36. Affirmativa opinio tenenda est, saltem in locis ecclesiae subjectis.
37. Ampl. procedere etiam in subjectis mediate.
38. Aequitas canonica servanda est in foro mercatorum ubique.
39. Et in causis miserabilium personarum.
40. Et ubi contractus est juratus.
41. Mercedis quantitas si non sit expressa, sed dictum sit pro mercede justa, sustinetur contractus.
42. Contrarium de cerinri.
43. Pretium justum variis de causis, varie potest determinari.
44. Ideo non potest dici certum ante judicis arbitrium.
45. Pactum, quod res certo casu censeatur vendita justo pretio, valet in mutuo.
46. Et valet etiam generaliter si adhaereat alteri contractui, secus si de per se fiat.
47. Locatio non potest fieri cum reservatione declarationis, vel mercedis facienda ab ipsis partibus.
48. Ampl. si conferatur in arbitrium unius per verba importantia arbitrium boni viri.
49. Ampl. 2. etiam si dictum pro pensione declaranda a partibus, et in casu discordiae a tertio.
50. Reservata declaratione rei, vel mercedis absque expressione personae declarare debentis, non valet locatio.
51. Idem si dictum declarationem faciendam, a persona eligenda per partes.
52. Idem si declaranda a duobus eligendis uno pro qualibet parte.
53. Ampl. etiamsi additum, quod in casu discordiae dicti duo eligant tertium.
54. Contr. si determinata sit certa persona in d. casu discordiae.
55. Reservatio declarationis mercedis faciendae a certa persona, valet.
56. Secus si non unus tantum, sed duo nominati sint, qui declarare debeant.
57. Locatio pro pretio declarando a certa persona est conditionalis, si ille declaret, alias contractus resolvitur.
58. Ampl. idem esse si declaratio facienda a duobus, et unus tantum deficiat.
59. Ampl. ut non possit recurri ad arbitrium boni viri, vel judicis.
60. Secus si electi iniquam mercedem statuissent, vel non essent electi ad statuendum, quid de essentialibus, sed tantum de accidentalibus contractus.
61. Merces in locatione si reservatum sit, ut declaretur arbitrio boni viri, non valet contractus.
62. Judex dicitur bonus vir.
63. Locatio pro mercede aliunde certificanda, uti pro qua alias facta fuit, est valida.
64. Locatione facta absque expressione certae mercedis, vel rei, si postea deventum sit ad rei traditionem merces solvenda erit.
65. Decl. ut in dicto casu, si conventum de mercede, sed non facta declaratio quantitatis datur actio praescriptis verbis, si nulla facta mentio mercedis, agendum ex aequitate legis.
66. Actio praescriptis verbis datur ubicumque aequitas suadet actionem dare.
67. Et ubicumque deficiunt aliae actiones.
68. Locator non semper potest vendere fructus rei.
69. Locatione dubia existente datur actio praescriptis verbis.
70. Decl. ut in praedictis casibus, in quibus petitur merces non determinata probandum sit quanti conductor conduxisset.
71. Ampl. ut non sufficiant testes deponentes, quod tanti fuisset conducta, sed probandum saltem, quod communiter ita fuisset conducta.
72. Possessor malae fidei tenetur ad fructus, qui percipi potuissent.
73. Locator, et conductor ubi merces non est declarata, nec res tradita semper possunt a contractu recedere.
74. Pensione non certificata non est locatio, sed contractus innominatus.
75. A contractu innominato re integra recedi potest, etiamsi aliqua ex partibus impensas fecerit.

CAPUT XVII.

Dixi supra in praecedenti capitulo, partes in hoc contractu locationis, et conductionis convenire debere de *re*, et mercede, et reservavi hic separatim loqui de modo conveniendi; 1
unde assumendo propositum, repeto convenire debere partes, non solum de certa re, sed etiam de certa mercede, ut dixi in definitione, et ultra ibi adductos, tradunt etiam Curt. Jun. cons. 36. *num.* 13. Paecirol. *cons.* 34. *num* 2. Rota *decis.* 172. *num.* 3. *par.* 6. *recent.* Staiban. *de interesse lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 7.

Non tamen dicitur incerta merces ad hunc effectum, ubi 2
partes convenientes de certa summa, addiderint dandum ultra eam aliquid incertum, uti si dictum locatio sit mihi facta pro centum, et pro eo, quod pluris locavero, habet enim certum pretium, quod augebitur si pluris conductor fundum locaverit, ut de simili venditione est text. *in leg. haec venditio* 7. *§. fin. ff. de contr. empt.* unde stante dicta certitu- 3
dine, potest augumentum, vel diminutio conferri casui, vel declaratione tertii, aut etiam alicujus ex contrahentibus; ut dictum est supra in praecedenti capitulo; Bald. *in leg. in vendentis numero* 6. *cod. de contrah. empt.* Gabr. *consil.* 168. *numero* 15. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 19. *numero* 49.

Stante autem totali incertitudine, plures considero casus, 4
seu modos contrahendi, in quibus potest dubitari de validitate contractus, quorum primus erit, si fiat locatio non expressa re, vel quod facilius contingere potest expressa re, sed nulla facta mentione mercedis, et in eo regula est quod talis locatio non subsistat, *§. pretium instit. tit. de empt. et vend.*
Bart. *in l. sciendum num.* 2. *versic. contra*, Alexan. *num.* 5

15. Roman. *num.* 32. *ff. de verbor. obligat.* etiam si adsit instrumentum publicum desuper celebratum, ut firmat Pinell. *in rubr. cod. de rescin. vendit. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. *ad med.*

6 Verum ab ista regula receditur, ubicumque aliunde deducatur partes in certa re, vel quantitate mercedis tacite consensisse, et exemplum commune, et magis practicabile est, si adsit solitum locandi talem rem pro tanta mercede, quia tunc praesumitur, partes de ea sensisse, et in illa convenisse, et ita sustinetur contractus, Alexan. ad Bartol. *in leg.* 2. *ff. locat.* Gomes. *var. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. Caroc. *de locat. et conduct. titul. de merced. omiss.* ubi num. *seqq.* hinc deducit multas illationes, Rot. *dec.* 377. *n.* 7. *par.* 1. *et decis.* 88. *num.* 1. *et seqq. par* 2. *divers.* et probat aperte text. *in l. excepto,* 18. *cod. locat.*

7 Et hoc procedit, sive adsit consuetudo universalis regionis, ut per Gomes. *variar. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. *ad fin.* sive etiam particularis locatoris, ut late firmat Rota *dict. decis.* 88. *n.* 13. *et seqq. par.* 2. *divers.* et in locante operas suas, quod censeatur locasse pro mercede dari solita in specie pro labore illo, seu officio, quod assumit Bero. *consil.* 157. num. 4. *lib.* 3. Surd. *cons.* 45. num. 13. Rot. *dec.* 354. *num.* 3. *par.* 1. *recent.*

8 At si adsit consuetudo universalis, quae discordat a particulari, dubitari potest, quae potius sit attendenda, et pro particulari adsunt text. *in l. haeredes palam.* ʒ. *si quid post,* ibi *et consuetudine patrisfamilias, vel regionis, ff. de testam. et in l. si servus plurium,* ʒ. *fin.* ibi, *ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo deinde regionis, ff. de leg.* 1. qui licet loquantur in ultimis voluntatibus, tamen quod etiam in contractibus attendi debeat primo loco consuetudo contrahentium, et quatenus ea deficiat, consuetudo regionis, ex eis argenut roman. *sign.* 681. Dec. *in leg. semper in stipulationibus* 34. *num.* 7. *et* 8. *ff. de reg. jur.* et in proposito locationis, seu emphyteusis, Rot. *dec.* 46. num. 15. *par.* 10. *recent.*

9 Verum, quod in stipulationibus, et caeteris contractibus si non appareat, quid actum attendi debeat, quid in regione frequentetur, est text. *in dict. l. semper in stipulationibus* 34. *ff. de reg. jur.* et contrarium procedere in ultimis voluntatibus, de quibus loquuntur praecitatae leges, vel in aliis actibus a voluntate unius tantum dependentibus, non in contractibus dependentibus a voluntate duorum declarat Cagnol. *in d. l. semper in stipulationibus* n. 7. *vers. mihi tamen videtur,* et juxta hanc distinctionem, attendendam esse primo consuetudinem regionis, et deinde contrahentium, in his terminis arguendi de qua mercede senserint contrahentes, qui omiserunt illam exprimere, Caroc. *quamplurimas auctoritates cumulans de loc. et cond. tit. de mercede consuetudinaria num.* 2. ubi etiam dicit, hanc videri in puncto juris veriorem.

Et pro ista opinione facit, quod si agatur de consuetudine particulari unius partis, puta locandi rem, vel operas pro
10 mercede excedente quantitatem mercedis communiter consuetae, conductor, qui scit consuetudinem generalem, et ignorat particularem, prout praesumitur, *l. si tutor. cod. de peric. tut.* Dec. *in cap.* 1. *num.* 47. *de postulat prae-*
11 *lat.* utique remanet deceptus absque aliqua sua culpa, si debet solvere juxta particularem, ergo non est sumenda interpretatio, quod contractum fuerit juxta illam, quia nunquam sumenda interpretatio per quam altera pars remaneat decepta, Rot. *in recent. decis.* 88. *num.* 3. *part.* 2. et coram Gregor. *decis.* 106. *num.* 10.

12 Nec dicatur, quod e contra sumpta interpretatione locationis secundum consuetudinem generalem remanet deceptus locator, quia in eo militat diversa ratio, praesumitur enim ipsum scivisse talem consuetudinem generalem, et publicam, *l. si tutor. cod. de pericl. tutor.* et ideo ei imputandum sinon expressit velle contrahere diversimode, et servare particularem.

13 Videtur igitur, quod ubi non appareat, consuetudinem particularem innotuisse utrique parti, tunc standum sit generali juxta tradita per Aretin. *cons.* 11. *n.* 6. ubi probat, quod si partes, vel una earum probabiliter ignoravit statutum, et nota eis fuit observantia contraria, non est sumenda interpretatio, quod voluerint contrahere juxta dispositionem statuti, sed potius juxta communem observantiam.

At ubi consuetudo particularis adesset respectu utriusque
14 contrahentis, vel etiam si adesset, respectu unius tantum, et alteri quoque esset nota, tunc crederem in locatione potius illam attendendam, quam generalem, quia consuetudo particularis semper praevalet; itaut ad generalem non recurratur, nisi in subsidium, Gloss. *in cap. super eo ver. in vicinis, de censib* Rot. coram Cavaler. *decis.* 107. *num.* 1. *et in recent. decis.* 722. *num.* 1. *par.* 2. Et ubi non adesset consuetudo generalis, sed solum particularis, tunc juxta eam. videretur facta locatio etiam si alia pars illam ignoraret, ut probat Rot. *decis.* 88. *num.* 17. *part.* 2. *divers.*

Ubi vero talis consuetudo non esset uniformis, sed modo 15
fuisset facta locatio pro decem, modo pro quinque, tunc variae sunt opiniones, adeo ut concludendo dicat Rips *in l.* 2. *num.* 64. *ff. solut. matr.* articulus est longus, intricatus, et obscurus, et sic materiam resolvat, prout etiam eum refert, et sequi videtur, Caroc. *titul. de mercede differ. numero* 16. *ad fin. et per tot.* ubi late refert diversas opiniones et diversas firmat conclusiones, ad quem propterea recurrere licebit cupientij videre materiam diffuse tracta-
tam, placet enim breviter attendi debere, quid ultimo 16
loco servatum fuerit argumento, text. *in leg. mela,* ʒ. *sed si alimenta, ff. de alim. et cibar. legat.* Dec. *in leg. semper in stipulationibus* 34. *num.* 8. *ff. de regul. jur.* Surd. *cons.* 45. *num.* 13. *circa med.*

Idque etiam si prior consuetudo fuisset diu servata, po- 17
sterior vero duobus, vel tribus annis tantum, quia adhuc ista potius attendi debebit, juxta doctr. Bald. *in l. binos, vers. sed ponamus, c. de advoc. divers. jud.* ubi tradit, quod si superior deputat officialem cum salario consueto, intelligitur de consuetudine, et observantia ultima, licet illa non duraverit longo tempore, et praecesserit alia longo tempore observata, et praescripta quam doctrinam referunt, et sequuntur Aretin. *cons.* 11. *num.* 5. *ante fin vers. facit optime,* et Aldobrand. *cons.* 66. *num.* 7. *vers. et pro*
hac opinione lib. 1. Caballin. *Milleloq.* 830. Guttier. *de* 18
juram. par. 1. *cap.* 64. num. 4. quatenus tamen posterior observantia fuisset omnino libera, quia alias non deberet
attendi, Bertaz. *cons. crim.* 109. *num.* 10. Cyriac. *controv.* 19
67. *num.* 44. Ac etiam quatenus posterior observantia sit immediate praecedens locationis, de qua agitur, in quibus terminis loquitur Bald. alias enim deberet inspici, quod longo tempore servatum fuit, non quod duobus, vel tribus annis, ut late probat distinguendo Mastrill. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 21. num. 59. *et seqq.* et eisdem verbis, et auctoritatibus D. Lanfranc. Zacch. *de salar. quaest.* 9. *num.* 31. *et seqq.*

Quod transit sine difficultate in dictis terminis concursus observantiae, diuturnae, et praescriptae, cum observantia paucorum annorum, et inspici debeat, quod longo tempore servatum fuit, non quod per duos, vel tres annos, et quatenus non adsit alia observantia, quam duorum, vel trium an-
norum, tunc ea erit attendenda in hoc proposito, nam licet 20
etiam regulariter consuetudo sit, et attendatur in eis, quae consueverant fieri communiter, et ut plurimum, non autem in eis, quae fiunt raro, et extraordinarie, Alexan. *in leg. vel universorum,* cum aliis relat. per Gabr. *de consuet. conclus.* 3. *num.* 29. et hanc eamdem regulam procedere etiam in his terminis, tradit pluribus adductis Caroc. *de locat. titul. de*
mercede consuet. num. 6. tamen advertendum, quod ubi a- 21
gitur de observantia interpretativa, sufficit aliquando observatum, Cravett. *cons.* 201. *num.* 12. Menoch. *cons.* 1156. *n.* 66. Rota coram Cavaler. *decis.* 80. *num.* 5. *et decis.* 427. *num.* 2.

Haec autem est observantia interpretativa voluntatis lo- 22
cantis; quia ex eo, quod aliquando locavit pro tanta mercede, interpretamur, quod iterum pro eadem locaverit, et in specie, quod dum allegatur consuetudo ad arguendum, quid senserint contrahentes juxta *d. leg. semper in stipulationibus, ff. de reg. jur.* dicatur interpretativa, et non requiratur, quod sit praescripta, notat in eadem *l.* Dec. num. 14. *vers. ultimo notandum,* et firmat etiam Aldobrandin. *cons.* 66. *num.* 7. *lib.* 1. et magis praecise de consuetudine in locatione operarum, ad effectum consequendi mercedem, seu
salarium non conventum, Granut. *Theorem.* 12. *num.* 16. 23
ubi quod propterea ad eam probandam, non sunt necessariae tot solemnitates, quae requiruntur regulariter ad probandam consuetudinem, et quod per duos, vel tres actus inducitur consuetudo ista, quod et sensit in eisdem terminis Caroc. *de locat. et. cond. tit. de merced. omiss. n.* 24. ubi dicit sufficere
saltem, et ad minus binos actus, sed dum sumus in interpre- 24
tative, satis esse posset etiam unicus actus, ut tenet Rot. coram Buratt, *decis.* 679. *num.* 9. et in praedictis terminis arguendi, quid egerint contrahentes, quod sufficiat etiam ob-

servantis unios anni, sensit Cegnol. in d. leg. semper in
stipalationibus nem. 11. ff. de reg. jur.
25 Est tamen observantia ista probanda concludenter, ut fir-
mat Cyriac. controv. 67. num. 43. et quando testes essent
interessati, uti si ageretur de probando solito solvendi mer-
cedem operarum, seu salariem, et testes dicerent se ipsos il-
lud habuisse, non probarent, ut observavit Rot. decis. 816.
n. 2. post princip. vers. neque enim fides par. 4. divers.
26 Animadvertendum etiam, quod dicta observantia si sit
personalis, non transit de persona ad personam etiam succe-
dentem in eodem gradu, et officio; adeoot si episcopus ante-
27 cessor erat solitus conducere vicarium, et dare ei certum sa-
larium, non valeat argui, quod successor eum eodem salario
conduxerit, ut tenuit Ruta coram Put. decis. 1. per tot. lib.
28 2. et coram Molied. de offic. vic. decis. 4. nisi forte successor
usus fuerit eodem ministro, quem certa mercede constituta
conduxerat antecessor, quia tunc successor eo utendo, cense-
tur reconduxisse Castr. in l. item quaeritur §. ult. n. 5. ff.
locat. Alex. cons. 28. in fin. lib. 4. Afflict. dec. 365. num.
29 6. et reconductio censetur facta cum eisdem qualitatibus,
quibus facta fuerat prima locatio, Bart. in d. l. item quae-
30 ritur, §. ult. num. 1. ff. locat. Ruin. cons. 78. num. 4.
lib. 1. Boer. decis. 284. num. 14. et ita praedictis, et aliis
adductis, in specie de continuante uti opera ministri ab an-
tecessore conducti, firmat Menoch. con. 570. num. 7. ultra
quod hoc casu adest consuetudo ex parte ipsius ministri lo-
candi, videlicet operas suas pro illa certa mercede, quae suf-
ficit ex supradictis.
31 Ubi vero adesset hinc inde consuetudo particularis, sed
difformis in quantitate mercedis, uti quia dominus esset so-
litus dare decem, et mercenarius esset solitus locare pro
duodecim, vel e contra, attendi deberet solitum conducturis,
ut probat text. in l. si non sortem 26. §. libertus post
med. ibi, posse condici quanti operas esset conducturus,
ff. de condit. indebit. quod et procedere etiam in praediis,
probat text. in l. in summo 65. §. in frumentu, ff. eodem
tit. de condit. indeb. ibi, si habitatione data pecuniam
condicam, non quidem quanti locare potui, sed quanti
tu conducturus fuisses, de quo, et aliquid dicendum erit
infra in cap. 35.
32 Secundus casus est, si partes expresse quidem convene-
rint de solutione mercedis, sed omiserint exprimere quan-
titatem, vel convenerint de locatione rei, puta fundi, vel
equi, sed non expresserint qualem, itaut adsit incertitudo, et
hoc quoque casu videtur constituenda regula, quod non va-
leat locatio, quia incertitudo vitiat contractum, ut tradunt
DD. in l. ita stipulatus, ff. de verbor. oblig. ubi Rip. num.
33. dicit esse communem opinionem, et reddit rationem, quia
nunquam contrahentes invicem concordarent, de quo fundo
senserint, et subdit procedere etiam si senserint de certo
fundo, si tamen de illo non appareat, ut eum refert, et
sequitur Surd. cons. 449. num. 6.
33 Verum tamen est, quod ubi adesset solitum locandi ta-
lem rem, vel pro tanta mercede, hoc quoque casu praesu-
meretur partes de ea re, vel mercede sensisse, juxta tradita
in praecedenti casu non factae mentionis de mercede, quae
a fortiori procedunt in isto factae mentionis de mercede, sed
non de quantitate, ut adsertit Caroc. in tit. de mercede
incerta. num. 3.
34 Praeterea quando non adesset consuetudo aliqua, licet de
rigore juris esset contractus nullus ex praecitatis, tamen
sustineretur de aequitate canonica, juxta quam valet pro-
missio incerta, et potest peti, ut a judice declaretur, ut do-
cuit Archid. in c. sunt nonnulli 1. q. 1. et ejus doctrinam
refert, et sequitur post alios Afflict. decis. 337. num. 10.
Tiraquell. de privileg. piae causae privil. 55. in fin. Go-
mes. var. tom 2. cap. 11. num. 10. vers. advertendum ta-
men, Asin. in tract. de execut. §. 7. cap. 270. num. 11.
et in his terminis nostris plene comprobat Caroc. d. tit.
de merced. incert. n. 3. vers. 2. quia.
35 An autem dicta aequitas canonica servari debeat tantum
in foro ecclesiastico, vel etiam in laicali, controversum est
apud doctores, quod enim in laicali servanda non sit. tradunt
post alios, quos allegant Gabr. cons. 57. num. 3. lib. 2. et
Mantic. de tacit. lib. 14. cap. 30. num. 28.
Contrariam vero opinionem tenent signanter Rebuff. de
privil. scholar. privil. 133. n. 5. ad fin Gratian. discep.
534. n. 17. et in nostris terminis locationis Caroc. tit. de
merced. incert. num. 4.
36 Et haec secunda, saltem tenenda erit in terris, et locis ec-
clesiae subjectis, quin in eis servatur jus canonicum, Bart. in
l. privilegia, c. de sacros. eccles. Dec. in cap. si duobus
num. 6. de appell. Felin. in cap. ecclesia S. Mariae n. 44.
de constit. et in hoc proposito Cephal. cons. 159. num. 11. 37
ubi quod servanda erat Ferrariae, quas civitas tunc tempus
retinebatur in feudum a ducibus estensibus, unde aperte
sensit Cephal. conclusionem procedere non solum in locis im-
mediate subjectis ecclesiae, sed etiam in subjectis mediate,
quod, et tenent Gabr. cons. 154. num. 1. lib. 1. Rimin.
jun. cons. 23. num. 303. Contard. de moment. limit. 3.
num. 11. et seqq. Rot. decis. 27. nu. 17 post secundam
vol. cons. Farinac. unde hinc est adhaerendum, quidquid
in contrarium senserint Decian. cons. 56. num. 5. et 8. lib.
5. Honded. cons. 22. num. 2. lib. 2.
Et in locis ecclesiae nullo modo subjectis, servanda erit 38
dicta aequitas canonica in foro mercatorum, in quo in eo
de apicibus juris non est disserendum, ut post Ripam tra-
dit Mantic. de tacit. d. lib. 14. tit. 30. num. 28. et idem
esset dicendum in causis miserabilium personarum, quia in 39
eis attenditur jus canonicum, etiam si differat a civili, Fe-
lin. in cap. significantibus num. 9. de offic. delegat. et
in cap. ecclesia Sanctae Mariae num. 51. de const. Tren-
tacinq. var. lib. 2. tit. de citat. res. 2. in fin. Novar. de
privil. miser. personarum privil. 79.
Ac etiam servanda erit, ubi contractus esset juratus, ut 40
tradunt in proposito Cephal. d. cons. 159. num. 12. et
Gratian. d. discep. 534. n. 18. In contractu enim jurato,
servatur jus canonicum etiam inter laicos, et extra statum
ecclesiae, Felin. in d. cap. ecclesia Sanctae Mariae num.
54. de constit. Seraph. de privil. juram. privil. 86. num.
5. Rot. decis. 640. num. 6. part. 4. et decis. 58. n. 38.
part. 6. recen.
Tertius casus est, si partes non expresserint quantitatem 41
mercedis, sed convenerint, quod locatio sit facta pro mercede
justa, et videbatur hoc esse locationem bene factam nec
mercedem dici posse incertam, quia justa merces in rei, veri-
tate ab initio certa est, licet ignoretur qualis sit, et indigeat
declaratione judicis, et ideo valere venditionem factam pro
pretio justo, tradunt Alberic. et Fulgos. in l. haec venditio,
§. 1. de contrah. empt. et posse fieri pignoris dationem, seu
hypothecae, itaut si intra certum tempus non fuerit soluta
pecunia, res empta sit justo pretio, tunc aestimando, et
esse venditionem conditionalem est Text. in l. si fundus §.
ult. ff. de pignor.
Verum magis communis opinio est, quod ex tali conven-
tione non resultet perfecta venditione non resultet perfecta 42
venditio, quam tenent Soccin. sen. in leg. si quis arbitratu
numero 28. de verb. obligat. Aretin. in §. pretium numero
4. instit. de empt. et vendit. Pinell. in rubr. cod. de resc.
vend. part. 2. capite 1. numero 19. 20. et 21. ubi alios
hinc inde refert, et hanc communem dicit Menent. cons.
25. numero 6. ad med. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. nu-
mero 22.
Ad id autem, quod dicebatur pro contraria opinione, mer- 43
cedem justam certam esse etiam ab initio, respondetur pre-
tium justum variis de causis varie posse determinari l. pretio
rerum, ff. ad falcid. et ideo judicis arbitrium expectandum 44
esse ad hoc, ut certum vere dici possit, Mantic. d. tit. 19. n.
24. ad aliud autem, quod addebatur ex leg. si fundus, §. ult.
ff. de pignor. aliqui respondent specialiter in mutuo, de quo 45
loquitur ille textus receptum esse ad hoc, ut facilius inveniri
possit, ut pro eo dari possit pignus cum dicto pacto, quod si
pecunia infra certum tempus non restituatur, res data in pi-
gnus vendita sit pro certo pretio, et non procedere in aliis
contractibus, ut referunt Pinell. in rubr. c. de rescind. ven-
dit. p. 2. c. 1. n. 25. et Mantic. d. tit. 19. n. 21. ad med. 46
sed si non procedat dicta specialitas mutui, semper verum
erit dicere dictam legem loqui in casu, quo talis conventio
rem esse venditam pro justo pretio, adhaereat alteri contra-
ctui, nempe mutui, ac proinde trahi non posse ad casum no-
strum, in quo loquitur de conventione, quae de se sola sit,
et quaerimus, an sic stare possit, ut tradunt Pinell. et Man-
tic. in eisdem locis, ultra quod animadverto etiam in eodem
texto, dici videri quodammodo conditionalem esse venditio-
nem, unde ex tali textu non deducitur esse veram, et pro-
priam venditionem, sed contractum ei similem, qui quate-
nus adhaereat alteri contractui, ut ibi, valet, itaut non pos-
sit altera pars resilire, et quatenus sit de per se, contrarium
est dicendum quousque non fuerit pretium declaratum, ut
per Mantic. d. tit. 19. n. 23. ad med. et faciunt tradita per

eumdem eodem tit. num. 37. et seq. ubi late probat in contractu emptionis, et venditionis oon haberi pro certo, quod a judice est declarandum.

47 Quartus casos est, si facta sit locatio, et reservata declaratio rei, vel pensionis facienda ab ipsis partibus, et tunc non
valet contractus sive reservata declaratio utrique, ati, quia dictum pro mercede concordandi inter nos, vel quid simile, l.
si tibi polimula, ff. de praescr. verb. Rot. dec. 88. n. 24. p.
2. div. sive etiam si sit reservata uni tantum, semper enim
viget ratio, quod non potest conferri in arbitrium contrahen-
48 tium locatio, quae procedit sive conferatur in arbitrium o-
triusqoe, sive in arbitrium unius tantum, ut dictum est tit.
praecedenti, et ampliatur etiam si conferatur in arbitrium
unius, per verba importantia arbitrium boni viri, adhuc
enim non valet, ut patet ex leg. quod saepe. §. 1. ibi, quanti
velis. quanti aequum putaveris, quanti oestimaveris. ff. de
contr. empt. quae verba ponderat ad hanc effectum Manent.
cons. 25. n. 13. et probat etiam text. in leg. fin. c. de con-
49 trahen. empt. prope fin. et idem erit si facta locatio pro pensione. quam partes declarabunt, et in casu discordiae eligant tertium. ut tradit in specie Valasc. de jur. emphyt. quaest. 11. num. 12. et comprobabo inferius.

50 Quintus casus est, si partes reservaverint declarationem mercedis, vel rei, sed in genere absque ulla expressione personae declarare debentis, et hoc casu clarum est locationem non valere, de quo est text. in l. si merces in princ. ff. locat.

51 Sextus casus est. si facta sit locatio rei declarandae, vel pro pensione arbitranda a tertio per partes eligendo, et hoc pariter casu contractus, quia remanere videtur in earum arbitrio eligere, vel non eligere illum, non valet, sive electio facienda ab utroque contrahente, Bart. in l. si merces in princ. ff. loc. Manent. cons. 25. num. 1. et 2. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. num. 31. sive ad uno eorum tantum. Pinell. in rubr. cod. de rescind. vend. part. 2. cap. 1. num. 6. post med Manent. d. consil. 25. numer. 11. versic. plus etiam, Mantic. dicto tit. 19. numer. 32. versic. sed tamen quia.

Septimus casus est. si quantitas mercedis collata sit in arbitrium duorum, quorum unus eligatur ab una parte. alius ab alia, et hoc casu valere contractum, ex quo cesset ratio, quod possint discordare io electione. voluit Bart. in l. si merces 28. in princ. vers. sed si in arbitrium, ff. locat. Corn. cons. 50. n 2. lib. 1. ubi dicit non invenire aliquem a Bart. discordantem in isto casu, et seqoi videtur Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. num. 33. licet annectat hoic casui aliam diversatio. et in eo contrarias opiniones referat.

52 Verum in casu isto contrariam opinionem defendit Pinell. in rubr. c. de resc. vendit. part. 2. cap. 1. n. 6, Manent. in cons. 25 post approbatam sub num. 3. et seqq. primam opinionem Bartoli, viso postea Pinello ab illa recedit, et istam latius comprobat a n. 15. ad 22. et eamdem opinionem sequitur etiam Valasc. de jur. emphyt. quaest. 11. n. 12. et videtur. quod huic opinioni assistat ea ratio, quod dum partes eligere debent, qui declarent pensionem, contractus est io eorum arbitrio, quod esse non potest, ut dictum est supra, et in cap. procedenti, et alia, quod hoc casu pensio est incerta, neo datus est modus quo sine dubio certificari possit, quia duo eligendi possint facile discordare propter naturalem hominum facilitatem ad dissentiendum. de qua in cap. quia diversitatem de concess. praeb. cum concordantibus relatis per Mantic. de tacit. dicto lib. 4. tit. 19. num. 31. ad fin.

53 Immo ulterius etiamsi additum sit, quod in casu discordiae, tales arbitri eligant tertium, cujus arbitrio standum
sit, non valet contractus propter eamdem rationem, quod
discordare possint in tali electione, ad text. in l. item si unus.
§. si in duos, ff. de arbitr. adeo ut ad hoc, ut sustineatur
contractus, necesse sit ab initio tertium certum in casu dis-
cordiae eligere, juxta doctrinam Speculat. tit. de arbit. §.
54 sequitur, de quibusdam num. 15. vers. et dic. quam sequitur Lanfranc. de arbitr. part. 5. num. 4. et seqq. et late comprobat Manent. cons. 25. num. 5. et 6.

55 Octavos casus est, si facta locatio pro mercede a certa persona tunc nominata declaranda, et in casu isto valet locatio, l. si merces 28. in princip. ff. loc. et l. fin. c. de contrah. emption. ubi refertur fuisse in hoc antiquam controversiam.

Et licet obijci posset, quod dum merces non est declarata, non potest dici certa, prout requiri ad validitatem locationis alibi fuit dictum, tamen hoc casu, io quo nulla potest oriri discordia reputatur pro certa, licet ignoretur per partes, et quatenus dici possit incerta, respondet Manent. d. cons. 25. num. 25. ad fin. quod cum hoc casu incertitudo sit unica ea tolleratur, quod secus est si concurrat, et alia incertitudo personae declarare debentis.

Si autem non unus tantum. ut loquuntur dicta jura, sed
duo certi electi sint, qui declarent quantitatem pensionis,
eodem modo valere contractum sine dubio, dicit Mantic. de
tacit. d. lib. 4. tit. 19. num. 35. vers. si autem dictum, al-
legans Salicet, in l. ultim. num. 2. in fin. c. de pact. pi- 56
gnor. et licet opponi posset, qood hoc quoque casu electionis duorum certorum posset sequi discordia, et ideo videatur nulla locatio, ut dictum est supra in casu proxime praecedenti, et tamen facilius admitti potest, qood sustineatur in casu isto contractus, quam in casu illo, ex quo hic deficit incertitudo personarum, et deficit etiam periculum, quod onius eligat personam omnino invisam, et diffidentem alteri, quod periculum considerat post alios Manent. d. cons. 25. num. 20.

Et tamen hoc casu locatio est conditionalis, si ille electus 57
ad declarandam quantitatem mercedis, actualiter illam declaraverit. Unde quatenus ille noluerit, vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo sit locatio, quasi nullo pretio statuto, juxta celebrem textum in terminis emptionis, et venditionis in l. fin. c. de contrah. empt. quam esse unam ex quinquaginta constitutionibus, quibus Justinianus dissidia veterum jurisconsultorum diremit, et de quibus meminit in proemio c. observant Ubert Ghisan. in §. pretium, vers. sed ista decisio instit. de empt. et vend. et ibidem etiam Corrad. Rittershus. in §. pretium vers. hac de re apud veteres Merlin. decis. 605. num. 1. sed ante in terminis locationis idem responderat Cajus jurisconsultus. relatus per Tribonianum in l. si merces 28. in princ. ff. locat. ubi ipse Tribonian. sub nomine Caji usus est verbis precisis d. l. fin. c. contrahen. empt. quemadmodum animadvertit Cujac. in l. si quis arbitratu 43, post med. vers. at taxatio pretii de verb. obligat. Piccard. in d. §. pretium num. 36. instit. de empt. et vend. Merlin. decis. 567. num. 20. et decis. 605. num 2. et animadvertendum, quod text. in d. l. fin. c. de contrahen. empt. addit nullam conjecturam servandam, utrum in personam certam, an in boni viri arbitrium re-
spexerint contrahentes, Merlin decis. 567. num. 45. ad fin. 58
et idem quoque erit si electi sint duo, et unus tantum eorum
deficiat declarare, quia eodem modo resolvitur locatio, ut
consoluit Corn. cons. 110. lib. 3. cum quo idem sensit
Aldobrand. cons. 59. numero 9. lib. 1. et post eos Man- 59
tic. de tacit. lib. 4. tit. 19. numero 36. nec poterit recurri
ad arbitrium boni viri, seu judicis, qui pensionem statuat,
quia his casibus non est contractus, in quo versetur judi-
cis officium, vel intret arbitrium boni viri, prout intraret si
arbitri electi iniquam mercedem statuissent, vel etiam ubi 60
arbitri non essent electi ad statuendum quid de essentialibus contractus, prout est merces, sed quid accidentale, ut optime distinguendo, et contrarios rejiciendo probat Valasc. de jur. emphyt. quaest. 21. num. 11. sunt enim verba dictarum legum, et praecipue d. l. fin. c. de contrahen. empt. quod ubi declaratio pretii est collata in tertium, et is non declaravit, contractus sit nullus, adeo aperta, et praecisa, et tam districte, quamcumque interpretationem prohibent, ut nec colore aequitatis, ne officio judicis, aut alterius boni viri, nec aliis ingeniosa doctorum declaratione evitari possint, ut dicit Merlin. d. decis. 605. num. 20.

Nonus casus est, si dictum sit, pensionem declarandam 61
esse arbitrio boni viri, qon casu dici posse videbatur partes
sensisse de judice, qui dicitur bonus vir, l. sed si unus §. 62
praetor ait. ff. de injur. et sic applicari tradita de electione certae personae supra in casu nono, et sustineri contractum, ut ibi, et censuit post alios Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 19. num. 25. Verum, quia licet judex possit dici bonus vir, tamen possunt, et alii eodem nomine venire, hinc sequitur, ut dictus intellectus, quod partes consenserint de judice, sit divinativus, et ideo non posse in eo fieri fundamentum, et remanere incertam personam, quae arbitrari debeat, et sic nullam locationem, prout dictum est in casu proxime praecedenti, et firmat aliis adductis Manent. d. cons. 25. n. 6. vers. respondetur tamen, et sensit Rot. decis. 88. n. 24. p. 2. div.

Decimus casus est, si fiat locatio pro pensione certifican-
da aliunde, uti si fiat pro pensione pro qua eadem res alias 63
locata fuit, vel pro pretio, quod habeo in area, et his,
et similibus modis facta est valida, non enim est incerta

merces, sed potius ignoratur quam in rei veritate incer-
tum sit, quanti res sit locata, ut de venditione modis praedi-
ctis facta est, text. *in l. haec venditio 7. §. hujusmodi, ff.
de controhen. empt.*
64 Advertendum autem omnino est in praedictis omnibus ca-
sibus, in quibus dictum est non valere locationem ob in-
certitudinem rei, vel mercedis, quod si deventum fuerit
ad rei traditionem, et ea conductor gavisus sit, non poterit
idem ullo modo evitare solutionem mercedis, nam respectu
incertitudinis rei clarum est, quod dum res fuit tradita,
talis incertitudo cessavit, respectu autem incertitudinis pen-
sionis ex ea quidam resultat, ut non possit peti pensio ac-
tione locati, ex quo locatio sine certa mercede dici non po-
test perfecte contracta, at dabitur actio praescriptis verbis,
65 quae si conventum de mercede, sed non facta declaratio
competit, quia contractus fuit imperfectus sub specie inno-
minati, ut dicit Bald. *in l. contractus* 16. *sub num.* 16. *c.
de fid. instr.* si vero nulla mentio facta fuit de mercede, et
adhuc dabitur saltem ex aequitate legis, aequum est enim,
ut prout quisque rei fructus percepit, vel domum habitave-
rit, ita et obligetur, ut habetur in *l. item quaeritur* 14. *ad
fin. ff. locat.* cum adductis supra *tit. praecedenti num.* 29.
66 datur enim actio praescriptis verbis ubicumque aequitas sua-
det actionem dari, ut per text. *in l. sancimus cod. de sa-
crosanct. eccles.* cum similibus tradit Joan. Crisp. de Mont.
in suis termin. action. n. 158. *ver. item competit.*
67 Nec obstat, quod locatori competat aliud remedium, vi-
delicet, vindicandi rem, cum fructibus, et ideo non sit recur-
rendum ad hanc actionem praescriptis verbis, ut censuit
Valasc. *de jur. emphyt. q.* 11. *num.* 15. per text. *in l.* 2.
ff. de praescr. ver. dicentem, quod tunc agendum praescri-
ptis verbis cum deficiunt vulgaria, et usitata actionum no-
mina. Quia objectum procedit in venditione, non autem in
locatione, ut distinguendo tradit Pinell. *in rubr. c. de re-
68 scinden. vendit. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. In locatione enim,
quidquid sit in emphyteosi, de qua loquitur Valascus, non
semper vindicari possunt fructus, ut in locatione operum,
et similium, et generaliter locatio est rei concessio ad usum,
ut dictum est in ejus definitione *c.* 1. Unde dum conductor
usum habuit dicitur factum impletum, et res consumpta,
itaut non possit res redire ad pristinum statum, unde danda
est actio juxta doctrinam Azon. *in sum. in tit. locat. vers.
nota tamen,* quam extollit Bald. *in dict. l. contractus n.*
16. *cod. de fid. instr.* Salicet. *in l. fin. num.* 8. *c. de con-
trahend. emption.* Rota *decis.* 88. *num.* 24. *vers. ideo au-
tem par.* 2. *div.* et cor. Merlin. *decis.* 567. num. 39. *et seqq.*
aequitas enim non patitur, ut qui sub promissione mercedis
re gavisus est, mercedem solvere recuset contra text. *in l.
item quaeritur* 14. *ad fin. ff. locat.* et quod detur actio prae-
scriptis verbis, si facta locatio operarum pro incerta merce-
de, sunt text. expressi in *l. si tibi polienda* 24. *ad fin. ff.
de praescr. verb. et in §. qui de causa instit. tit. de lo-
cat.* et est recepta opinio, ut fatetur Valasc. *dict. quaest.*
69 11. *n.* 15. et quod ubi locatio est dubia detur eadem actio
praescriptis verbis, est etiam textus expressus in *leg.* 1. *ff.
de praescr. verb.*
70 At circa quantitatem solvendam non satis erit locatori pro-
bare se tanti locaturum fuisse alteri, sed necesse habebit pro-
bare conductorem tanti fuisse conducturum, ut firmat Alex.
consil. 181. *numer.* 1. *lib.* 2. et sequitur Natt. *cons.* 53. *n.*
1. Caroc. *tit. de substan. locat. quaest.* 4. *n.* 5. Mauent.
71 *decis.* 49. *num.* 1. *et seq.* Neque etiam sufficerent testes de-
ponentes, quod domus tanti fuisset conducta, quia ad gra-
vandum tertium, non attenditur, quod unus, aut duo, vel
plures dedissent, sed quod communiter fieri solitum est *l.
servum meum in princ. ff. ad l. aquil. l. pretio rerum, ff.
ad l. falcid.* et ideo si probari non poterit, quanti condu-
ctor ipse conduxisset, saltem probandum erit quanti com-
muniter fuisset conducta, Alex. *in d. cons.* 181. *num.* 1.
vers. praeterea deficiunt, Natt. *d. cons.* 53. *num.* 2.
Nec obstat, quod pensio domus liquidanda sit, quanti actor
locasset non quanti reus conduxisset, secundum Hodier. ad
Surd. *decis.* 270. *num.* 1. ubi alios allegat. quia conclusio
procedit, ubi agitur de possessore malae fidei, qui tenetur ad
fructus percipiendos, idest, qui percipi potuissent, non au-
tem in eo, qui recepit a domino, et bona fide possidet, et sic
tenetur tantum ad perceptos, Melvas. *cons.* 66. *num.* 7. et
in terminis possessoris condemnati ad fructus percipiendos,
idest, qui percipi potuissent, quod teneatur ad pensionem,
pro qua domus potuisset alteri locari, loquitur Surd. *in d.
decis.* 270. *per tot. et signanter in princ. et num.* 6. quem
sequitur Hodiern. *in d. additione,* et dicam infra cap. 35. 73
Advertendum etiam, quod ubi declaratio mercedis non-
dum est facta, et res nondum tradita, sed omnia sunt integra,
licebit utrique parti a contractu recedere, nam unusquisque,
quis de certa mercede non fuerit certior factus, et illam acce-
ptaverit, semper imperfecta dicetur locatio, et conductio, et
poenitere licebit, §. 1. *institut. de empt. et vendit. l. con-
tractus* 16. *c. de fid. instrum.* late Pinel. *in rub. c. de re-
scind. vendit. part.* 2. *num.* 2. *vers. vides magnam,* et *nu.*
21. Rot. coram Pen. *decis.* 6. *num.* 3. *et seq.* quae est etiam
impressa per Marches. *de commiss. part.* 3. *fol.* 109. Non
enim ante certificatam pensionem potest dici locatio, sed con- 74
tractus innominatus, Bald. *in d. l. contractus* 16. *num.* 16.
c. de fid. instr. et ideo re integra ab eo recedi valet etiamsi
quis ex contrahentibus aliquas fecisset expensas, *l. si pecu-
nias, ff. de condic. ca dot.* Rot. in dict. decis. coram Pen.
ad fin.

:De laesione quomodo, et quando consideretur in contractus locationis.

SUMMARIUM.

1. Merces locationis tunc dicitur justa, cum correspondet fructibus aliis-ve commoditatibus rei locatae.
2. Emptoribus, et venditoribus licitum est invicem se decipere, et idem est in locatoribus, et conductoribus.
3. Laesio eodem modo attenditur in locatione, et conductione, ac in emptione, et venditione.
4. Laesio ultra dimidium operatur, ut rescindatur contractus nisi laedens velit supplere.
5. Et hoc tam in venditione, quam etiam in locatione.
6. Ampl. procedere etiam in locatione operarum.
7. Contrarium.
8. Decl. primam procedere si possunt operae facieudae aestimari ante, e contra.
9. Conventio de certa summa mercedis ea ipso quod allegatur exces-siva non potest exequi.
10. Decl. procedere in advocato, et caeteris paciscí de mercede non valentibus.
11. Et in omnibus, in quibus viget suspicio, quod promissa fuerit major summa propter necessitatem.
12. Nec annullatur promissio si excessiva in modico.
13. Hoc tamen intelligitur si allegetur nullitas propter excessum tan-tum.
14. Laesio consideratur etiam in emphyteusi.
15. Laesio rescindit etiam contractum stricti juris.
16. Decl. procedere si allegetur laesio ab emphyteuta, secus si a do-mino.
17. Contr. si dominus attentis praerogativis quas habet, adhuc probet se laesum.
18. Laesio ultra dimidium non reddit nullum contractum, sed rescin-dendum.
19. Decl. non procedere si laesio sit enormissima.
20. Laesio enormissima operatur dolum re ipsa.
21. Dolus re ipsa, et dolus ex proposito, idem operantur, quod nullita-tem contractus.
22. Laesione enormissima stante competit reintegratio, et non datur electio laedenti supplere pretium, ac fructus debentur usque ab initio.
23. Laesio si sit solum ultra dimidium, competit solum rescissio in petitorio judicio
24. Laesio enormissima, et contractus sit nullus ipso jure, et compe-tat reintegratio, est quae valde excedit dimidium.
25. Laesio tunc dicitur excedere valde dimidium, et sic esse enormis-simam, quando est in duobus tertiis.
26. Alii volunt stari arbitrio judicis.
27. Et attenditur qualitas personae laesae, ad laesionem arbitrandam.
28. Contrahentibus licet se decipere, usque ad dimidium justi pretii.
29. Romae per statutum, sufficit laesio in tertia parte.
30. Statutum praedictum non comprehendit personas ecclesiasticas.
31. Deceptio permittitur usque ad dimidium justi pretii tam de jure civili, quam de jure canonico.
32. Lim. si adsit dolus laedentis.
33. Lim. 2. ut deceptio permittatur in foro fori, non autem in foro con-scientiae.
34. Neque permittitur bono viro, et ideo cautela est laeso, ut faciat positionem laedenti, si sit bonus vir.
35. Item non permittitur in contractu ecclesiae.
36. Remedium l. 2. c. de rescind. vend. non solum competit vendi-tori, sed etiam emptori.
37. Rescriptum imperatoris, licet favore unius emanatum facit jus quo ad omnes, si aequum, et in corpore juris relatum.
38. Venditores laeduntur saepius quam emptores.
39 Laesio pro rescissione contractus, an et eodem modo computanda respectu emptoris, ac respectu venditoris, maxima est controver-sia, quam vide late n. seqq. ubi pro affirmativa praecipue n. 48. 52. et 55.
40. Justitia stat in medio.
41. Emptor, et venditor in proposito laesionis, in jure aequiparantur.
42. Emptio, et venditio non est permutatio rei cum pecunia, sed ae-stimatio.
54. Laesio, et rescissio contractus per eam habet locum in locatione fructuum nasciturarum.

55. Et generaliter in locatione futuri eventus.
56. Contrarium.
57. Decl. hoc contrarium procedere, ut non possit praetendi laesio ex eo, quod evenerit, secus autem si attento tempore contractus, et considerata spe, adsit laesio.
58. Spes lucri compensatur cum timore damni.
59. Spes futuri eventus recipit aestimationem, et in ejus venditione cadit laesio.
60. Litium exitus est incertus.
61. Litium incertus eventus recipit aestimationem.
62. Laesio quomodo probetur in transactione.
63. Remedium l. 2. c. de rescind. vendit. non habet locum in locatione facta sub hasta secundum aliquos.
64. Contraria opinio est communior, et verior.
65. Ampl. ut aliqui velint sufficere laesionem in sexta parte.
66. Contraria opinio est verior.
67. Solitum judicandi per binas judicatoras inducitur.
68. Ab ea non est recedendum.
69. Laesio sufficit in sexta parte si locatio non fiat ab ipso domino rei, sed a procuratore generali.
70. Decl. procedere quando dominus non habet contra eum regressum.
71. Factum judicis reputatur factum partis.
72. Laesio in sexta parte sufficit minori ad petendam restitutionem in integrum.
73. Stipulatio in contractu locationis impedit rescissionem ex laesione secundum aliquos.
74. Contrarium est verius.
75. Juramentum impedit peti rescissionem propter laesionem.
76. Contrarium est verius, praecipue in urbe propter statutum.
77. Decl. primum, ut quatenus sit vera, non procedat si adsit laesio valde ultra dimidium.
78. Decl. 2. ut juramentum non impediat peti supplementum pretii.
79. Decl. 3. ut non procedat in minore.
80. Contrarium.
81. Lim. hoc contrarium in pupillo, et proximo pubertati.
82. Lim. 2. si minor enormissime laedatur.
83. Decl. requiri laesionem valde ultra dimidium.
84. Minor jurans non contravenire ex capite minoris aetatis, potest contravenire ex aliis capitulis, secus si dixit ex quocumque capite.
85. Decretum judicis in contractu interpositum impedit ejus rescissionem ex capite laesionis.
86. Contrarium.
87. Decl. ut decretum judicis faciat cessare praesumptionem laesionis, sed non impediat eam probare.
88. Sciens rei valorem, et adhuc vendens minori pretio, non petit rescissionem ex capite laesionis.
89. Contrarium tenent aliqui.
90. Valoris rei propriae scientia praesumitur alienae secus.
91. Jactare suum nemo praesumitur.
92. Ampl. ut potius praesumatur error in facto proprio, et fatuitas.
93. Decl. procedere stante laesione ultra dimidiam.
95. Sciens rei valorem tunc non allegat laesionem cum omnino sponte contraxit, secus si aliqua necessitate etiam non praecisa.
96. Clausula donationis, solita apponi in contractu emptionis, et locationis impedit dari de laesione.
97. Decl. procedere si illam apponens scit verum valorem, et habet verum animum donandi quod non praesumitur.
98. Renunciatio laesionis facta a majore, et cum juramento valet.
99. Et idem est si fiat a minore, vel muliere, cum certioratione remedii sibi ex ea competentis.
100. Decl. procedere ut valeat d. renunciatio si laesio non sit valde excessiva ultra dimidiam.
101. Laesio non potest allegari post finitum contractum locationis.
102. Contrarium.
103. Remedium rescissionis ex capite laesionis, duratque ad triginta annos.
104. Statutum, quod non possit peti rescissio contractus ex capite laesionis est validum, et idem est de consuetudine.
105. Statutum quod non possit intentari rescissio ex capite laesionis ab emptoribus, et venditoribus, non procedit in locatoribus, et conductoribus.
106. Statutum contra jus, non est extendendum ultra verba.
107. Statuti verba sunt sterilia sicut mulae.
108. Statutum, quod non disponit, remanet in dispositione juris communis.
109. Lim. si ratio expressa, vel alia verba manifesta indicent aliud fuisse de mente statuentium.

CAPUT XVIII.

Vidimus requiri mercedem in locatione esse certam, nunc
1 videndum, an sit necessarium eam esse justam, quae tunc dicitur, cum correspondet quantitati fructuum, qui ex re locata percipiuntur, seu cum est justum pretium commoditatum, quae ex re locata resultant, ut senserunt Pinel. *in l. 2. c. de rescind. vend. part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 18. et Surd. *decis.* 198. *num.* 29. *vers. ad quantitatem.*

2 Et quidem emendo, et vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit pluris vendere, et ita invicem se circumscribere, ita, et in locationibus quoque, et conductionibus idem juris est, ut dicit praecise text. *in l. item si pretio* 25. *§. fin. ff. locat.* ex quo textu patet, quod locatio, et conductio, quae generali-
3 ter eisdem juris regulis consistit, ac emptio, et venditio, ut dictum est supra cap. 2. specialiter etiam in hoc proposito ei in jure aequiparatur, et quod propterea non est de substantia locationis, et conductionis, ut sit pro mercede justo, sicut non est de substantia venditionis, ut pro justo pretio fiat, quod, et latius comprobat Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 1. *et seqq.* qui etiam eodem *tit. num*, 53. *et seqq.* late explicat, quomodo intelligatur text. praedictus, 4
et in *l. in causae in* 2. *§. idem Pomponius, ff. de minor.* dum dicit naturaliter licere contrahentibus invicem se circumscribere, seu circumvenire.

Hodie tamen si venditor laedatur ultra dimidium justi pretii, ei succurritur per rescissionem contractus, si laedens nolit supplere solvendo, quod deest justo pretio, ut habetur in *l.* 2. *c. de rescind. vendit.* cujus dispositioni conformantur etiam sacri canones *in c. cum dilecti, et cap. cum causam de empt. et vendit.* Quae jura licet loquantur de emptione, et venditione non dubito, quod procedant etiam in locatione, et conductione, dum ut dixi, isti contractus non solum gene- 5
raliter, sed etiam specialiter, et expresse in hoc proposito e jure aequiparantur, prout etiam ea in locatione procedere, tradunt Roman. *cons.* 423. *numer.* 11. Corn. *cons.* 181. n. 65. *lib.* 2. *et cons.* 285. *num.* 9. *versic. nam illud remedium, lib.* 3. Menoch. *consil.* 1263. *num.* 7.

Dubium tamen est, an idem remedium praedictae *l.* 2. 6
competatur etiam in locatione operarum, affirmativam enim tenuit Bursat. *cons.* 204. *num.* 21. et in eisdem terminis competere etiam remedium praedictum operariis, et architectis, qui certum opus constituta mercede facere conduxerunt tradit Padil. *in ead. l.* 2. *num.* 14. ubi tamen refert bis fuisse supplicatum principibus illius regni, ut lege lata decernerent id fabris praefatis non permitti, et secunda vice obtentum, Staiban *de interess. lib.* 11. *tit.* 10. *numer.* 123. *post. med.*

Contrarium vero censuit Gratian. *disc.* 185. *n.* 8. *et seqq.* 7
Barbos. *in cap. cum dilecti n.* 26. *de empt. et vendit.* D. Lanfranc. Zecch. *de salar. q.* 55. *num.* 21. et sensit Rot. *decis.* 128. *num.* 3. *post. med. et seq. part.* 4. *divers.*

Verum quia ratio hujus secundae opinionis ea redditur, 8
quia operae non habent uniformem valorem, ex quo varientur a peritia, et majori, vel minori robore operantium, ac etiam, quia earum aestimatio emanat ab illis, qui eas locant, ut per Gratian. et Rot. *ubi supra.* colligi inde potest earumdem opinionum conciliatio, ut prima sit vera regulariter, secunda vero in tantum sit vera, in quantum difficile sit convincere sufficientem laesionem, adeo ut ad actum redigi nequeat, secus autem si ea probari possit; ubi enim laesio vere probetur, non est ratio differentiae inter istam locationem, et alias, et cur in ea procedere nequeat dictum remedium.

Imo conventio de certa summa mercedis, seu salarii eo 9
ipso, quod allegatur excessiva non tenet, et apoca desuper confecta, quantumvis guarentigiata executioni demandari non debet, quousque non praecedat taxatio, et moderatio judicis, ut pluribus adductis firmat, et opinionem verissimam, et justissimam asserit Flores de Men. *lib.* 1. *quaest.* 8. *§.* 1. *num.* 50. quem sequitur Gratian. *disc.* 56. *num.* 4. et d. Lanfranc. Zecch. *de Salar. quaest.* 11. n. 6. ubi etiamsi adsit obligatio camaralis.

Animadvertendum tamen praefatos loqui in terminis ad- 10
vocatorum, et medicorum, in quibus viget particularis ratio, nam advocatus non valet lite pendente cum clientulo suo paciscі, *l. quisquis* 6. *§. praeterea, c. de postul.* nec medicus cum infirmo, *l. medicus, ff. de var. et extraord. cognit.* et hoc est, quod dicunt signanter Ripa *de peste tit. de remed. ad curand. peste num.* 84. et Guttier. *de juram. part.* 1. *cap* 57. *num.* 29. quos allegat Flores, sed non propterea di- 11
versimode servandum esset in aliis in quibus vigeret eadem ratio dictarum legum; videlicet suspicio, quod propter necessitatem fuerit promissor inductus promittere summam illam excessivam, unde idem in quadrigario, qui tempore necessitatis fecerat sibi obligare quemdam ad viginti sex libras pro delatione rerum Aureliam tempore adventus Caroli V. servatum fuisse, videlicet moderatam fuisse a judice summam, testatur Rebuff. *in comment. ad reg. const. Gall. tom.* 2. *tract. de rescis. contr. num.* 31. de quo meminit etiam Guttier. *in d. cap.* 57. *num.* 30.

Praeterea, etiam in terminis praefatis non annullaretur 12
promissio si esset excessiva tantum in modico, ut scribit eodem loco Rebuff. *num.* 30. et sequitur Guttier. *eodem num.* 30. observo tamen, quod dicunt ita intelligi decis. Afflict. 123. quodque in ea decisione resolutum fuit, validam fuisse

promissionem certi salari factam chirurgo a quodam de tempore, quo sibi medicabat vulnera non obstante dispositione
13 *dictae l. medicos, ff. de var. et extraord. cognit.* quia applicabantur limitationes ejusdem de quibus, ibi, unde possunt, et debent intelligi in illis terminis, ut videlicet non annulletur promissio propter modicam excessivitatem, quando alias sit valida, et impugnetur solum ex capite excessus in quantitate.

14 Dubitatur quoque, an idem procedat in emphyteusi, ea praesertim ratione, quod emphyteusis non sit contractus bonae fidei prout sunt venditio, et locatio, sed stricti juris, ut dicnnt est cap. 1. et varias opiniones, et distinctiones refert Cagnol. *in d. l. 2. c. de rescind. vendit. num.* 230. *et seqq.* Verum relicta disputatione tractantibus materiam emphyteosis ex professo vere, et communis videtur opinio affirmativa, quam tenuit in dicta *l.* 2. Bald. *num.* 20. Salicet. *num.* 9. et Pinell. *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 37. *et* 38. ubi dicit se absque dubio asserere hanc esse communem, nec dubitare fundamentum praedictum tenentium contrarium, ex quo emphyteusis est contractus stricti juris, esse erroneum, quia, et in contractibus stricti juris, procedit dictum remedium, et eamdem
15 opinionem tenet etiam Prato *discept.* 26. *num.* 30. *tom.* 1. et Thesaur. *decis.* 120. *num.* 1. *vers. caeterum cum dicta.*

16 Et licet aliqui istam opinionem affirmativam admittant, in casu quo allegetur laesio ab emphyteuta, et contendant eam non procedere si allegetur a domino directo, ex quo iste propter praerogativas, quas habet in contractu non possit dicere se laesum, Gugl. de Benedict. *in cap. Raynutius in ver. et uxorem n.* 420. *et plur. seqq. de testam.* videtur equidem difficilius probari posse laesionem pro parte domini
17 propter praerogativas praedictas, et pacta favorabilia, quae computantur in pretio, sed quatenus eis attentis, adhuc convinceretur laesio, non posse ei denegari remedium praedictum, ut sentit etiam Pinell. *in d. l.* 2. *par.* 1. *c.* 3. *ad fin.*

18 Non tamen per talem laesionem ultra dimidiam redditur nulla locatio, sed venit rescindenda, Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 1. *et* 2. Rot. *decis.* 52. *n.* 11. *par.* 3. *rec.* et quidem concessa prius electione conductori, an velit supplere, quod justae mercedi deest, alias sententia rescissionis esset nulla, et conductor deberet ad rei possessionem restitui, ut habetur in dicto *cap. cum dilecti* 3. *de empt. et vend.*

19 Nisi forte laesio sit enormissima, quia tunc reddit contractum nullum ipso jure, Gratian. *discept.* 823. *n.* 38. Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 3. *definit.* 3. Pratus *discept.* 25. *n.* 32. *vers. vera namque est*, Rota coram Cavaler. *decis.* 302. *n.* 3. *et*
20 *in recent. decis.* 202. *n.* 6. *par.* 10. et in romana transactionis 19. aprilis 1662. ₰. Nan obstat coram Verospio, et ratio conclusionis est, quia ex laesione enormissima dolus laedentis re ipsa arguitur, et inducitur, ut per text. *in l. omnes*, ₰. *Lucius. ff. quae in fraud. credit.* tradunt post plures, quos referunt Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 18. Fontanell. *de pact. nuptiol. claus.* 9. *glos. un. num.* 4. Castill. *contr. tom.* 4. *cap.* 2. *n.* 40. *et tom.* 7. *cap.* 18. *n.* 92. Et quamvis controvertant dd. an iste dolus sit verus, vel praesumptus, et an sit idem dolus ex proposita, et dolus re ipsa, vel potius differant, ut per Bargal. *de dolo lib.* 2. *cap. de dolo ex proposito n.* 10. *et seq. fol.* 147. *et cap. de dolo re ipsa n.* 12. *et seq. fol.* 154. et Castill. *dicto cap.* 18. *n.* 93.
21 Tamen ista disputatio est superflua ad hunc effectum, quia quocumque modo sit iste dolus, nihil relevat, quia semper contractum annullet, Paris. *cons.* 55. *n.* 19. *lib.* 3. Larat. *cons.* 112. *n.* 36. *et seq. plene* Farin, *in fragment. tom.* 2. *in ver. juramentum n.* 1287. ubi asserit indubitatum apud omnes teneri Castill. *tom.* 7. *cap.* 18. *n.* 94. Giurb. *decis.* 105. *n.* 1.

22 Quod maxime advertendum, quia si adsit praedicta nullitas, non solum non est necesse dare electionem praedictam conductori supplendi, quod deest justae mercedi, sed ulterius poterit agi rei vindicatione contra tertium, ac etiam conductor tenebitur restituere omnes fructus, quos a die condoctionis percepit, qui sunt tres effectus magni momenti, et singularis considerationis, resultantes ex praedicta resolutione, ut tradit, et latissime comprobat Castill. *d. cap.* 18. *n.*
23 96. *et seqq.* ubi et singulos separatim examinat. Quod secus est, ubi adest laesio tantum ultra dimidiam, quia tunc competit tantum rescissio in petitorio judicio exercenda *dec.* 270. *n.* 10. *et* 11. *par.* 14. *et decis.* 237. *n.* 1. *et* 2. *par.* 15. *rec.*
... Controvertitur tamen valde, quae dicatur laesio enormis-
24 sima, et quidquid sit ad alios diversos effectus ad quos quaeritur de hoc, quoad effectum istum, de quo agitur, ut non debeat peti rescissio, sed contractus sit nullus ipso jure, ea videtur enormissima laesio, quae valde excedit dimidiam justi pretii, Menoch. *cons.* 1. *n.* 494. Farinac. *in fragm. tom.* 2. *ver. juramentum n.* 1289. Castill. *contr. tom.* 7. *cap.* 18. *n.* 85. Cabed. *decis.* 70. *n.* 2.

Et valde excedere dimidiam tunc dicitur, quando est in 25
duabus tertiis, vel tribus quartis partibus justi pretii, ut per Corn. *cons.* 133. *n.* 8. *lib.* 3. *et cons.* 27. *n.* 5. *lib.* 4. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. et in specie requiri laesionem in duabus tertiis, ad hoc ut competat laeso reintegratio, non autem teneatur agere ex *rem. d. l.* 2. via ordinaria firmavit Rot. in una Imolen. Bonorum 6. Mart. 1665. ₰. laesionis praeterea cor. Verospio, quae hodie habetur in *rec. decis.* 270. *par.* 14. ubi aliae decisiones allegantur, in qua causa Imolen. partes agnoverunt soliditatem dictae opinionis, et variarunt omnivim, ut habetur in alia decisione ejusdem 7. maii 1668. cor. eminentissimo d. meo Carpineo, quae est *decis.* 237. *par.* 15. unde difficile esset in curia romana ab hac opinione recedi obtinere, quae opinio admissa, et comprobata etiam fuit in alia decisione post haec scripta edita in una romana laesionis 17. jun. 1672. ₰. informantes cor. R. P. D. meo Taya, ubi ulterius habetur, quod, stante in urbe statuto *a.* 154. *lib.* 2. decernente enormem esse laesionem in una tertio, nempe in unciis quatuor, sicuti attenta jure communi eam decernente in medietate, seu unciis sex, ea fit enormissima, quando ascendit ad duas tertias partes, nempe ad octo uncias, ita attento dicto statuto, ea enormissima erit quando ascendit ad uncias quinque cum una tertia.

Alii tamen volunt aliter eam praefiniri late relati per Ca- 26
still. *contr. tom.* 7. *cap.* 18. *n.* 89. et quam plures concludunt, quod stetur arbitrio judicis, ex prope infinitis congest. per Tiraq. *in l. si unquam de revoc. donat. in ver. omnia, vel portem*, *n.* 31. et ultra eos per Menoch. *de arbitr. cas.* 74. *n.* 4. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 148. *n.* 18. qui ponderam etiam debebit qualitates personae laesae. Nam enormissima laesio dicitur etiam in modico, quando is, qui gravatur parum habet, Gonzal. *ad reg.* 8. *concel. glos.* 9. ₰. 4. *n.* 9. 27
Put. *decis.* 45. *n.* 10. *lib.* 1. *in correct.* et debet arbitrari, juxta aliquem modum approbatum a doctoribus, non autem simpliciter de suo capite, ut per Castill. *d. cap.* 18. *n.* 91. et Giurb. *decis.* 110. *n.* 3. *vers. consistorium veriorem, et n.* 4. *et* 5.

At ubi laesio non egreditur dimidia justi pretii, non praebent jura dictum remedium laeso, unde oritur illud dictum, 28
quod contrahentibus licet se decipere ad invicem usque ad dimidiam justi pretii, quia quatenus statuta particularia aliter non disponant, prout disponit dictum statutum urbis *cap.* 154. *lib.* 1. sufficere laesionem in tertia parte, quod tamen 29
non comprehendit personas ecclesiasticas, ut declaravit Rota *decis.* 58. *n.* 32. *par.* 6. *rec.* et coram Celso *decis.* 391. *n.* 30
5. talis deceptio usque ad dimidiam manifeste permittitur, et non solum de jure Civili in *d. l.* 2. *et l. si voluntate* 8. *in* 31
fin. c. de rescind. vendit. sed etiam de jure canonico, *ut in cap. cum dilecti*, *et cap. cum causam de empt. et vend.* et in puncto locationis *l. item si pretio* 25. ₰. *fin. ff. locat.* et notat Gozadin. *in repetit. l. dudum*, *c. de pact. inter empt. et vend. sub n.* 155. ubi Adden. limitat si intervenerit, dolus laedentis, et est vera limitatio, sed non restringenda ad jus canonicum, prout ipse facere videtur, nam expresse, et precise in his terminis locationis, ea habetur etiam in *l. et ideo* 26. *alias* 23. *ff. locat.* cujus verba sunt, *et ideo praetextu minoris pensionis locatione facta, si nullus dolus adversarii probari possit, rescindi locatio non potest.* Et viget ratio, nam etiam jure civili bona fides in hoc maxime 32
contractibus exigitur, qui proinde dolo interveniente non subsistunt, ut expresse habetur in *l. si dolo* 5. *c. de rescind. vend.* nec dubitandum procedere etiam si non adsit laesio in dimidia, quia dolus emptoris qualitate facti, non quantitate pretii aestimatur, ut dicit Imperat. in *l. dolus* 10. *c. eodem titulo de rescind. vend.* et satis erit aliqua falsa assertio, juxta glos. *in l. item si pretio* 25. *in ver. circumscribere*, *ff. locat.* ubi in fine exemplificat, si venditor dicebat, et affirmabat rem non esse minoris pretii, Menoch. *cons.* 109. *n.* 30. *vers. secundus.*

Verum dicta deceptio licet sit licita in foro fori, tamen de 33
proposito facta est illicita in foro conscientiae, ut una cum theologis dicunt Alberic. et Bald. *in d. l. causae la* 2. ₰. *idem Pomponius*, *ff. de minor.* Covar. *var. cap.* 4. *n.* 22. *lib.* 2. Mantic. qui alios adducit *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 54. et ideo, nec licita esse debet bono viro, quia conscientia idem est, ac

34 bonos vie, ut dicit Bald. *in cap. cum causam de testib.* quem sefert Petr. de Monead. *in loco infro cit.* Idque etiam in foro fori, adeo ut detur cautela laeso intra dimidism, ut intautet *d. remed. l. a. c. de resc. vend.* et faciat unam positionem, qaaliter adversarius de temporo venditionis, et post fuit eir bonus, et bonae cooscientiae, et licet vere ipse non tenestur respondere, tamen si respoudeat certe non negabit, immo si negaret repelleudus esset a limine judicii, et affirmando condemnabitur, ut docuit Barbat. *in cap. Raymaldus n.* 137. *de testam.* Jas. in ℥. *sed iste* n. 113. *instit. de act.* et alii quos refert, et late prosequitur Petrus de Monead. in addit. ad Gozad. *in d. l. dudum, c. de pact. inter empt. et vend. sub n.* 155. *lit. D. ante med. vers. verum tamen*, Menoch. qui plures alios sefert *proesumpt.* 1. n. 24. *et* 25. *lib.* 5. et Padill. qui etiam late *l. a. n.* 58. *et seq. c. de rescind. vend.*

35 Et hinc etiam sequitur d. deceptionem non permittendam in contractu locationis eum ecclesia celebrato, diversum enim observatur in ecclesia, quam in privato, ecclesia namque cultria, et auctria justitiae non patitur contra eam aliquid fieri in se, vel in alium, privatus vero saepe obeist justitiae, ut habetur in *cap.* 1. *de alienat. feud.* et in specie, quod ecclesia in suis contractibus non admittat dictam laesionem, glos. *in cap. hoc jus porrectum in ver. ut plus.* 10. *quaest.* 2. quam sequuutur Ant. de Butr. *in cap. in civitate nu.* 9. et ibidem Anan. *num.* 8. *de usur.* Bero *in cap cum dilecti n.* 20. *de empt. et vend.* et alii relati per Padill. *in d. l. a. n.* 55. *et* 56. ubi tamen in fine dicit, via esse, ut practici eelint gloss. illius opinionem recipere.

Praeterea dicta propositio, quod liceat contrahentibus se decipere usque ad dimidiam justi pretii, non est ita absolute intelligenda, sed distinguendi plures casus, ut per Menoch. *cons.* 109. *n.* 30. *vers. praeterea assertio, et seqq.* et Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 59. *et seq.* ad quos, ne nimis divertam, me remitto.

Ex eo autem, quod praedicta *l.* 2. *c. de rescind. vendit.* loquitur faeore venditoris tantum, sumunt aliqui occasionem credendi, quod ejus dispositio non possit extendi, ut prosit etiam emptori, quatenus sit laesus, quos refert, et sequitur novissime D. Urceol. *cons.* 3. n. 36. *et n.* 41.

36 At contraria opinio est absque difficultate tenenda, prout tenetur communiter, ut testatur eam late defendendo Fachin. *contr.* 16. *per tot. lib.* 6. Pinell. *in d. l.* 2. *par.* 1. *cap.* 2. *n.* 2. ubi quod in hoc nullus ex scribentibus discordat Vinc. de Franch. *decis.* 225. *n.* 2. ubi quod hoc est in jure expeditum, Fontanell. *decis.* 67. *num.* 5. *par.* 2. ubi quod contrarium est omnino reprobatum in omnibus tribunalibus, et quod omnes istam approbant communiter et lu-concusse.

Nec urgat pro contraria opinione, quod dicta lex loquatur faeore eenditoris, et de emptore eerba non faciat, quia eadem lex est rescriptum imperat. Diocl. et Maxim. favore unius eenditoris emanatum, ut patet ibi, *si tu, vel pater*
37 *tuus minoris distraxerit*, quod rescriptum, licet ita unius tantum favore emanatum, tamen cum sit aequissimum, et in corpore juris positum, clarum est, quod extenditur ad omnes, Platea *in l. neque Dorotheum n.* 1. *ad med. c. de Decur. lib.* 10. Nec dici potest extendi debere ad omnes venditores, non autem emptores, quia emptor, et venditor sunt correlativi, et dispositum in uno, censetur etiam dispositum in alio, Bald. *cons.* 17. *n.* 2. *vers. similiter in aliis lib.* 4. Menoch. *cons.* 136. *n.* 9. *et* 10. nec mirum, quod dictum rescriptum emanaverit potius ad petitionem emptoris, quam
38 venditoris, quia saepe accidit venditores laedi, raro autem emptores, ut observavit Fontanell. *d. dec.* 68. *n.* 6. *p.* 2. caeterum quoties lege unum, vel alterum introductum est, bona occasio, est. caetera, quae tendunt ad eamdem utilitatem, interpretatione suppleri, ut dicit text. *in l. nam, ut ait* 13. *ff. de legib.*

39 At supposito, quod remedium *d. l.* 2. competat vere etiam emptori, prout supponunt omnes infracitandi, controversia ingens est, quomodo sit facienda computatio ad convincendam ejus faeore laesionem sufficientem, ad hoc ut intentare possit rescissionem contractus, alii enim eolunt sufficere plus vero valore rei ultra medietatem ejusdem veri valoris, alii vero requirunt eum solvisse ultra duplum, et ut exemplo res clarior fiat, si rei emptae verus valor sit decem, primi volunt, quod eo ipso, quod emptor solvit sexdecim, competat ei remedium praedictae legis, alii autem requiri, quod solverit viginti unum contendunt, et est controversia antiqua, de qua meminit glos. magn. *in d. l.* 2. et forsan adhuc non plene definita uam Rota licet in *decis.* 532. *par.* 5. *recent.* secundam opinionem, videlicet in dicto casu requiri emptionem esse factam pro 21. amplexa fuerit, tamen reproposita post modum eadem causa, agnita maxima difficultate, quam eadem opinio patitur, expresse dixit, quod domini omiserunt hanc disputationem, et sustinuerunt decisionem praedictam ex alio capite, ut videre est *in decisione* 580. *eadem par.* 5. *rec. sub n.* 7. *vers domini tamen*, et quamvis aliqui moderni auctoritate ejusdem Rotae in dictis decisionibus praecipue innixi, forsan non advertentes, quod Rota vere hanc disputationem omisit, ut supra, pronuncient contrariam opinionem ineptam, et falsam, et levioribus fundamentis fulcitam, a gravioribus refutari, ut D. Urceolus *consult. for. cap.* 3. *n.* 35. tamen salva pace omnium, illa contraria opinio, quod in praedicto casu sufficiat emptionem fuisse factam pro sexdecim, non eidetur ita deridenda et convicis explodenda, ut dicit Roderic. *de ann. redd. lib.* 1. *quaest.* 11. n. 16. *prope med. et n.* 26. *vers. argumenta, et num.* 28. nam si verum pretium est decem, dimidia veri pretii, est quinque, et laesio in plus, quam in quinque est lesio ultra dimidiam veri pretii, quod negari non potest, dum igitur lex dat venditoris remedium quatenus laedatur ultra dimidiam, et sic quatenus laedatur plusquam in quinque, idem quoque, dicendum est in emptore, quod dummodo laedatur plusquam in quinque, competat ei idem remedium, et sic sufficere solvisse sexdecim in dicto casu, quia in correlativis, ut dicebam, dispositum in uno, debet, et in alio dispositum censeri.

Et quidem dum justitia pretii, seu mercedis in locatione, quod idem est, stat in decem aequaliter discedit ab eo emptor
solvendo novem, ac discedat venditor exigendo undecim, et 40
sic gradatim procedendo, aequaliter distat a justitia, quae stat in medio, emptor, qui solvit quinque, ac distet venditor, qui exigit quindecim, dum igitur lex non permittit emptori ulterius progredi, et solvere quatuor, ita nec permittere dicendum est venditori exigere sexdecim, in his enim contractibus ob utriusque commoditatem institutis, justitia commutativa exposcit, ut servetur omnimoda aequalitas, D. Thomas 2. 2. *quaest.* 77. *art.* 1. *in corpore vers. et ideo debet*, et ex Aristot. *in Etic. et Polit.* et ex ipsa etiam sacra pagina, idem optime deducit Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 11. *vers. prior opinio verissima.*

Comprobatur haec ratio, quia videmus, quod de jure an- 41
tiquo emptor, et venditor, etiam in hoc ipso proposito de quo agitur, omnino aequiparantur; permittit enim eodem modo uni, quod minoris est pluris vendere, ac alteri quod pluris est minoris emere, et sic ad invicem pariformiter se circumvenire, nam in *l. in causa la* 2. quae in ordine est 17. ℥. *idem Pomponius ff. de minor.* dicitur praecise: *Idem Pomponius ait in pretio emptionis, et venditionis naturaliter licere contrahentibus invicem se circumvenire*, et in *l. item si pretio* 25. ℥. *fin. ff. locat.* ut etiam alibi supra notavit, habetur: *Quemadmodum in emendo, et vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit pluris vendere, et ita invicem se circumscribere, ita, et in locationibus quoque, et conductionibus idem juris est.*

Nec non etiam, quod jus novum in effectu declarat, seu re- 42
stringit, et coarctat illud, *minoris*, quod permittitur emptori, et vult non extendi ultra dimidiam veri pretii, et sic in casu proposito rei, cujus verum pretium sit decem, venditori non licere circumvenire emptorem, nisi in quinque, ut patet ex dicta *l.* 2. *cod. de resc. vend.* per quam restringi, et coarctari praefatam licentiam se ad invicem decipiendi, observant in specie Pinell. *in d. l.* 2. *c. de rescind. vend. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 3. *et seq.* et ibid. Padill. *n.* 10. unde sequitur, quod ita intelligi debeat illud, *pluris* permissum venditori, itaut in eodem casu ipse pariter non possit circumvenire emptorem nisi in quinque, et quatenus circumveniet in plus vendendo, videlicet pro sexdecim, competat adversus eum remedium rescissorium, prout disponitur competere adversum emptorem in dicta, *l.* 2. quia lex nova disponens in uno ex casibus aequiparatis in antiqua, intelligitur idem disponere in alio, juxta glos. *in l. quod vero contra, ff. de legib.* et alias auctoritates relatas per Surd. *cons.* 177. *n.* 34.

Nec obstat quod contrariae opinionis sectatores admittant quod in proposito servanda sit aequalitas inter emptorem, et venditorem, sed eadem ratione, seu sub eodem praetextu

43 servandae aequalitatis, alio tendant, et sic res mira sit, ut eodem vento alii ad orientem, alii ad occidentem docantur, ut inquit Fontanel. *d. decis.* 68. *n.* 1. *p.* 1. Dicantque, quod sicut non licet venditori petere rescissionem contractus, nisi quatenus in pretio non recipiat dimidium rei, quasi dat, ita nec emptori licere debet, nisi quatenus in re non recipiat dimidium pretii, quod solvit, et sic necesse sit in casu praedicto emptionis rei valentis decem, quod emptor dederit ultra viginti, ad hoc ut petere possit rescissionem contractus.

44 Quia haec ratiocinatio, nec concludit servari dictu modo aequalitatem, nec est conformis menti legum de hac, materia loquentium, et ideo omnino rejicienda est.

45 Quod enim concludat servari aequalitatem patet, quia juxta eam in eodemmet contractu emptionis rei valentis decem permittitur emptori circumvenire venditorem tantum in quinque, et venditori permittitur circumvenire emptorem in decem, ergo manifesta est inaequalitas, et nulla adest aequitas nisi conficta, quae duplex est iniquitas, ut dicit Bald. *cons.* 9. *n.* 3. *ad med. lib.* 1. et Gabr. *cons.* 116. *num.* 44. *lib.* 1.

46 Quod non sit conformis menti legum de hac materia loquentium patet, quia in eis non consideratur in emptione, et venditione, seu locatione, et conductione, quod magis sit datum, quam acceptum, sed solum consideratur verum pretium, tamquam medium, a quo tam respectu emptoris, quam respectu venditoris, aeque liceat discedere, vel non discedere, sic enim videmus, quod in *l. causae la secundu*, §. *idem Pomponius*, *ff. de minoribus*, non dicitur, quod liceat in venditionibus minus dare, quam recipiatur, sed dicitur in pretio emptionis, et venditionis naturaliter licere contrahentibus invicem se circumvenire, et idem prorsus sensus est text. *in l. item si pretio*, §. *fin. ff. locat.* ubi dicitur idem esse in locatione, et conductione, et in *dict. leg.* 2. *c. de rescind. vendit.* non dicitur laesum esse venditorem, qui dimidium rei datae non accepit, sed generaliter dicitur minus pretium esse videatur, si nec dimidia pars veri pretii data fuit, et sic etiam in *cap. cum causa* 6. *de empt. et vend.* non dicitur monasterium recepisse minus, quam dedisse, sed dicitur fuisse deceptum ultra dimidium justi pretii; et ratio quoque reddi potest, quia in venditione non debeat considerari datum, et receptum, sed solum pretium, an sit aequum, quia emptio, et venditio non est permutatio rei

47 cum pecunia, sed est aestimatio rei per pecuniam, et ideo non debet in ea considerari, quid datum, et quid receptum, ut in permutatione, sed solum justitia pretii, ut in aestimatione, ut optime advertit Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. *prope fin.*

48 Ex praedictis igitur videtur convinci praestam opinionem, quod etiam emptor non possit laedi ultra medietatem justi pretii, esse veriorem, quae etiam dignoscitur magis communiter recepta, nam eam tenuerunt omnes infrascripti. Glossa magna *d. l.* 2. *c. de rescind. vend.* ubi inquit, *sed quid est haec dimidia. Dia in emptore decepto si res volet decem emit pro sexdecim, licet alii dicant emit pro* 21. *quod non placet, quia tunc non dimidium justi pretii, sed duplum egreditur*, Azor. *in summ. c. eod. tit. de rescind. vend.* ubi ait: *nihil esse, quod dicant contrarium tenentes, nam qua ratione venditor in sex deceptus agit, eadem, et emptor*, Bart. *in d. l.* 2. *n.* 3. sequendo glossam dicit habere locum in emptore decepto emendo rem ultra dimidiam justi pretii, Bald. *in ead. l. n.* 49. *q.* 17. ubi quod aliter teneotes somniant Angel. *ibid. n.* 6. Alberic. *sub n.* 6. ubi de veriori tratatur Odofred. *n.* 3. *vers. sed si vultis exemplificare*, Joan. Faber. *ante med. vers. sed quod appellationem fol. mihi* 108. Salicet. *n.* 20. ubi reddit rationem, quia concurrit eadem aequitas in utroque ex natura correlativorum, Castr. *n.* 17. ubi inquit contrariam opinionem esse fantasiam Fulgos. *n.* 10. *vers. ibi egrederetur*, subjungens *hanc tenent canonistae, et vos tenete reprobato opinione* Petri Sicard. *n.* 3. Cagnol. *n.* 55. ubi de communi Padilla *n.* 40. ubi pariter de communi Augustin. Barbos. *n.* 109. Eamdem opinionem approbarunt Gloss. Bernardi *in cap. cum causa*, *verb. dimidiae ad med. de empt. et vend.* quam ibi sequuntur omnes Hostien. *sub n.* 2. ubi quod est opinio inconvincibilis Ju. And. *sub n.* 4. *post princ.* Butr. *num.* 6. *ad med.* dicens contrariam opinionem esse truffam, et aperte probari falsam Card. Zabarell. *n.* 2. Anchar. *n.* 6. Imol. *n.* 4. *ad fin. vers. in gloss.* 1. ubi de communi testatur Henric. Boic. *n.* 8. *vers. autem emptor*. Panorm. *n.* 6. *vers. in glos.* 2. Berov. *in cap. cum dilecti n.* 13. *eodem titulo*, Burgus. *in d. cap. cum dilecti n.* 14. Diec. e Britto *in rubr. de locat. et conduct.* §. 2. *n.* 47. ubi bene contrariis respondet, et in fine dicit, quod fortasse res clarior ex illo suo brevi compendio apparebit, quam antea fuerit explanata Petrus Jacob. auctor antiquus ac doctissimus *in praxi tit. de act. et vend. quando venditor est deceptus ultra dimidiam n.* 5. *fol.* 147. Fabian. de Monte *tract. de empt. et vendit. in* 8. *quaest. principali n.* 7. *post med. et seq. inter tract. antiq. tom.* 8. *fol. mihi* 49. Rebuff. *de constit. reg. tom.* 2. *tit. de rescinden. contr. glos.* 15. *n.* 1. *fol. mihi* 179. Gomez *var. resol. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 22. ubi de magis communi, et vera Conrad. *de contr. quaest.* 57. *vers. secunda opposita*, ubi quod contraria non est opinio rationabilis Sot. *de just. et jur. lib.* 6. *quaest.* 3. *art.* 1. in responsione ad primum Medina *in codice de restit. quaest.* 32. *col.* 2. *n.* 2. Covar. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 8. ubi de communi, et veriori testatur bene respondendo contrariis Gutier. *quaest. civil. lib.* 2 *quaest.* 133. *per tot. et n.* 2. *vers. quid tenendum*, de veriori, magis communi, et receptissima opinione, et ab ea non esse recedendum, nec in judicando, eoque in consulendo Molin. *de contract. disp.* 349. *n.* 2. ubi de communi, et tenenda Mozz. *de contractibus tit. quibus casibus annullatur emptio n.* 20. *fol. mihi* 424. *in parvis*, ubi de communi, et ab ea non recedendo Escobar. *de ratiocin. comput.* 6. *n.* 4. *et* 5. ubi quod haec procul dubio verissima est, Nevizan. *cons.* 89. *per tot. et num.* 4. *in fin.* de communi testatur Natt. *cons.* 207. *n.* 4. Gabr. *cons.* 168. *n.* 125. *post med. et seq. lib.* 1. ubi de communi Valasc. *contr.* 44. *n.* 1. Ceval. *comm. opin. contra commun. quaest.* 530. *n.* 10. ubi quod ista opinio est in praxi recepta, et ab ea non esse recedendum in judicando, et consulendo Munoz. *de ratiocin. part.* 2. *comput.* 6. *n.* 4. *ut per tot.* ub de veriori, magis communi, et in judicando, et consulendo non esse ab ea recedendum Castill. *contr. lib.* 7. *cap.* 18. *n.* 80. consil. Neapol. ut per Vinc. de Franch. *decis.* 243. *n.* 3. ubi de veriori, aequiori, receptissima, et amplectenda in judicando, et consulendo, et per Thor. *in compend. decis. part.* 1. *vers. dimidiu*, Paul. Staibae. Jun. *resol.* 48. *n.* 16. *et seq. usque ad fin. part.* 1. ubi in specie de locatione Sacri. Pedemontan. relat. in addit. ad decis. Thesaur. 165. *litera C. vers. quomodo autem.* Adden. ad Vinc. de Franch. *d. decis.* 243. et signanter Ameedol. *n.* 3. ubi de communi Fontanel. *decis.* 68. *num.* 15. *et seq.* ubi quod hanc sequuntur communiter scribentes, et admittunt in praxi suprema tribunalia, *et decis.* 68. *numero* 6. *et seq.* ubi quod secundum istam judicavit senatus ille Cataloniae.

Pro contraria autem opinione allegantur infrascripti. Videlicet, Petr. Cin. et alii, quos refert, et sequitur Arrius Pinel. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 6. *de rusc. vend.* Abb. *in cap. cum dilecti n.* 1. *de empt. et vend.* ubi, et alii canonistae Bellapert. *in dictu l.* 2. *in rubr. n.* 11. Specul. *tit. de empt.* §. *nunc dicendum n.* 11. Miosieg. *cent.* 4. *observat.* 73. *n.* 3. *vers. veritus est*, Forstec. *lib.* 2. *select. cap.* 19. Ugoe. Donel. *in d. l.* 2. *sub n.* 2. Cujac. *lib.* 16. *observat. cap.* 18. Fachin. *controv. lib.* 2. *cap.* 16. *vers. illud longe probabilius*, Viv. *comm. opin.* 1047. Ceval. *pract. quaest. commun. quaest.* 536. *num.* 10. Conan. *lib.* 3. *commune. cap.* 9. *pag. penult.* Roderic. *de unn. reddit lib.* 1. *quaest.* 11. *n.* 18. *et seqq.* ubi late examinant rationes Forcat. *in dialog.* 100. Duaren. *in l. si quis cum aliter ad fin. de verb. obligat.* Christin. *decis. Belgic.* 66. *n.* 8. *lib.* 3. ubi de verissima Mene. *observ.* 82. *n.* 5. *part.* 2. Harprect. *in* §. *ult. num.* 76. *instit. de empt. et vendit.* Rot. *decis.* 648. *n.* 6. *part.* 1. *recent. decis.* 532. *n.* 4. *et decis.* 580. *n.* 4. *part.* 5. *recent.* quae sunt Danozet. jun. *decis.* 325. *n.* 4. Urceol. *cons. for. cap.* 3. *n.* 35. ubi quod gloss. contraria uti incepta, et ejus opinio tamquam falsa, et levioribus fundamentis fulcita refutatur a gravioribus numero, et auctoritate DD. et in appendice impress. post secundum vol. alios nonnullos ex praedictis in cap. non citatos refert. 49

Verum ex nos citatis pro secunda opinione demendi videotur aliqui, qui bene eam non firmaut, et signanter Speculat. *lib.* 4. *tit. de empt.* §. *nunc dicendum n.* 11. quia licet firmet libellum contra opinionem glossae, attamen Joan. Andr. *in addit.* inquit eum errasse Panorm. *in cap. dilecti n.* 2. *de empt. et vendit.* de eo enim recte auspicatur Pinel. adesse errorem in impressione, nam tantum posit exemplum, et facile est pro XVI. in numeris antiquis scriptum esse XXI. caeterum idem Panorm. *in cap. cum causa n.* 6. *vers. in gloss.* 1. *eodem tit.* literis patentibus 50

inquit, opinionem glossae esse veram, et tenendam, et in
dd. locis nullus alius canonista, quem viderim, impugnat
glossam, Pinel. *part.* 2. *cap.* 2. *n.* 6. *et seqq. de rescind.*
vend. tenet quidem secundam opinionem, sed tamen fate-
tur primam esse aequiorem, et magis communem Cevall. *d.*
quaest. 536. *n.* 10. quia approbat opinionem primam, ut su-
pra Viv. tractati materiam *opin.* 1047. sed tamen non tan-
git hunc articulum, Roderic. *de ann. reddit. part.* 1. *qu.*
11. tenet quidem secundam opinionem, sed tamen, fatetur
primam esse communem, et habere aequitatem in se, ut
n. 24. Rot. *vero in recent. decis.* 648. *n.* 6. *part.* 1. loqui-
tur de venditione, et nihil dicit, quod faciat ad rem. Et
quoad, *decis.* 532. *et* 580. *part.* 5. *recent.* quae sunt in
eadem causa, licet in prima hanc secundam opinionem ab-
solute amplexa fuerit, tamen in secunda sub *n.* 7. expresse
habetur, quod domini omissa hac disputatione sustinuerunt
decisionem ex alio capite.

51 Unde patet remanere paucos hujus opinionis, adeout non
mereantur comparari tot aliis supra pro alia contraria cu-
mulatis, maxime junctis etiam pluribus Hispanis allegatis per
Gattier. et Soot Gabriel. caeterisque theologis adductis per
Covar. quos in fonte videre non potui, ideoque non allega-
52 vi; unde salvo semper meliori judicio, inclino in eam, ut
videlicet succurri debeat aeque conductori laeso, ac succur-
ritur locatori; ita ut considerato uno eodemque contractu,
si juxta dispositionem *l.* 2. *c. de rescind. vend.* sufficiens sit
locatori laesio in sex, ita et sufficere debeat conductori, non
autem requiratur in undecim.

53 Nec dicatur praefatos fere omnes loqui in terminis em-
ptionis, et venditionis, non autem locationis, et conductio-
nis; quia jura exprese aequiparant hos contractus, et qui-
dem non solum generaliter, *l.* 2. *ff. loc. et instit. eodem*
tit. in princ. sed etiam specialiter in hoc proposito laesio-
nis, *l. item si pretio* 25. *§. fin. ff. locat.* et dixi *sup. in*
princ. hujus cap. vers. et quidem, unde, quae dicuntur
de emptione, et venditione, procedunt absque ullo dubio
in locatione, et conductione, ut inquit in terminis hujus
quaestionis Didac. a Britio *in rubr. de locat. et conduct.*
d. §. 2. *n.* 48. *ante med.* imo si considerari potest aliqua
differentia inter emptorem, et conductorem, ea est in favo-
rem conductoris, ut videlicet magis ei succurratur a legibus
quam emptori. Etenim emptori, quatenus non sit laesus de
tempore contractus, quaecumque laesio ex post ei eveniat,
jura non subveniunt, omne enim periculum rei post perfe-
ctum contractum ad emptorem spectat, quod secus est in
conductore, juxta secundam differentiam, quam annotavi
supra adesse inter hos contractus *cap.* 2. *n.* 5. adeo ut con-
ductor per casum supervenientem, qui eum laedat possit,
vel recedere a contractu, vel petere remissionem mercedis,
prout dicam alibi.

54 Habet autem locum hoc remedium, etiam in locatione
fructuum nasciturorum, seu arborum, et pratorum, Padill.
in d. l. 2. *n.* 15. *c. de rescind. vend.* et generaliter, quan-
do conductus fuit dubius eventus, et excessum fuit in pre-
55 tio, non secus, ac dicitur de eo qui emit maximo pretio ja-
ctum retis, quod possit ex *d. l.* 2. petere rescissionem em-
ptionis, Cremen. *in eadem l. num.* 82. Menoch. *cons.* 1263.
numero 13.

56 Et licet contrarium senserint Becc. *cons.* 94. *n.* 4. Me-
noch. *cons.* 843. *n.* 34. *et seq. et cons.* 844. *n.* 43. *et* 44.
Caroc. *de locat.* tit. de *rescind. vend. n.* 39. et haec con-
traria opinio probari in specie videatur per text. *in l. si ea*
lege. c. de usur. ibi: *propter incertum fructuum eventum*
57 *rescindi placita non possunt.* Tamen si recte advertatur ex
eisdem verbis legis mox relatis solvitur objectum, verum
est enim, quod non potest rescindi locatio propter eventum
fructuum, idest arguendo laesionem ab eo evenerit, quia non
bene notantur facta ab eventu, ut cecinit etiam poeta Venu-
sinus dicens:

. . . . *careat successibus opto,*
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Attendendum est namque tempus contractus ad hunc
effectum dignoscendi, an in eo fuerit laesio per quam pos-
sit rescindi, vel non, Cravet. *cons.* 151. *n.* 7. Honded. *cons.*
100. *n.* 35. *lib.* 1. Cyriac. *contr.* 1. *n.* 33. Rot. *decis.* 199.
n. 4. *part.* 4. *tom.* 1. *et decis.* 580. *n.* 18. *part.* 4. *tom.* 3.
recent. et de tempore illo eventus postea subsecutus, non po-
terat considerari dum erat de futuris contingentibus, de qui-
bus nulla est determinata veritas, itaut tempore illo inspe-
cto, spes lucri compensaretur cum timore damni, et cessaret 58
propterea laesio, Oldrad. *cons.* 207. *n.* 5. Gratian. *discept.*
756. *n.* 10. Rot. coram Peuting. *decis.* 49. *n.* 1. et 2.

At licet vere de tempore contractus considerari non pos-
set eventus prosper, prout evenit, et lucrum ex eo subsecu-
tum non valet haberi in consideratione, justa ipsius quanti- 59
tatem, tamen poterat considerari id quod tunc aderat, vide-
licet spes ipsa illius eventus, quae bene recipit suam aesti-
mationem a communiter accidentibus, et ab eo, quod est ma-
gis verisimile: facienda igitur erit haec consideratio, et ae-
stimatio, et si cum ea reperiatur laesio sufficiens, locus erit
remedio rescissorio, ut tradunt Natta *cons.* 548. *n.* 39 *et*
seq. Menoch *cons.* 106. *n.* 67. *et seq.* Lud Bellon. *cons.*
168. *n.* 7. Altograd. *cons.* 26. *numero* 50. *et seq. lib.* 1.
Cancer. *varior. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 274. *vers. quam tamen*,
et late, et bene Mangil. *de subhast. quaest.* 41. *n.* 4. *et seq.*
per tot. ubi quod fructus futuri arguuntur a perceptis in
tribus annis praeteritis.

Haec eadem applicari dicebam in casu contingenti, in quo
quidam vocatus ad fideicommissum, et respective gravatus,
pendente adhuc lite super purificationi suae vocationis, ces-
serat jus percipiendi fructus ex bonis, quas sperabat conse-
qui pro certa annua praestatione, et deinde terminata favo-
rabiliter lite, intentabat rescissionem cessionis ex *d. rem l.*
2. *c. de rescind. vend.* dicebam enim, quod licet exitus li-
tium sit incertus, *l. quod debetur* 52. et ibi Bart. *ff. de* 60
pecul. Gratian. *discept.* 279. *n.* 38. bene poterat aestimari
quanti minuere posset valorem juris cessi dubios litis even- 61
tus de tempore cessionis per jurisperitos, ex traditis per Rot.
decis. 715. *n.* 3 *part.* 2. *recent.* Et inde argui an adfuerit
laesio in contractu cessionis praedictae, prout practicatur in 62
probanda laesione in transactione, ex tradit. per Tob. Non.
cons. 69. *n.* 17. Honded. *cons.* 34. *n.* 55. *et seqq. lib.* 2.

Quoniam autem, quandoque fiant locationes per subha- 63
stationem ad incantum non omittendum annotare, quod a-
liqui tenent tunc non habere locum hoc remedium *d. l.* 2. 64
Fabian. de Mont. *de empt. quaest.* 5. *n.* 88. *ad fin.* Meno-
ch. *cons.* 843. *n.* 28. *et cons.* 844. *n.* 3. *et seq.* at contra-
ria est communior, et verior opinio, ut patet ex tradit. per 65
Fachin. *controv. lib.* 2. *cap* 21. *in secundo dub.* Menoch.
cons. 1263. *n.* 15. ubi loquitur in terminis locationis, et o-
stendit esse magis communem adducendo pro ea tresdecim
doctores Gratian. *discept.* 461. *n.* 30. ubi de magis commu-
ni Castill. *decis.* 14. *n.* 14. *et seqq. per tot.* Rot. coram Ca-
valer. *decis.* 187. *n.* 1. ubi de veriori, et receptiori, *et de-*
cis. 270. *n.* 9. *part.* 14. *recent.*

Imo facilius admittendum hoc remedium voluit alii, prae-
tendentes sufficere laesionem in sexta parte tantum veri
valoris, quando venditio facta est sub hasta, Carleval. *de ju-*
dic. tom. 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disput* 24. *numero* 17. Mangil. *de*
subhast. quaest. 28. *num.* 20. cum aliis plene adduct. per
Vinc. de Franc. *decis.* 120. *num.* 7. et ibi Adden. *et decis.*
224. *numer.* 2. ubi de observantia illius sac. cons. Bich.
decis. 609. *num.* 5. *et* 6. ubi etiam refertur ratio, quia
nempe major requiritur laesio, quando quis vendit de per
se rem suam cujus habet plenum dominium, et sibi potest
libere praejudicare, quam ubi venditur a judice, qui non
habet, tam absolutam rei dispositionem, et eamdem opi-
nionem amplexa etiam fuit Rot. unica tamen parte informan-
te in una Imolen. honorum 31. martii 1664. in §. fin. co-
ram Ottalora, quae hodie est *decis.* 178. *num.* 7. *et seq.*
part. 14. *rec.* et in terminis locationis Staiban. *de interes.*
lib. 2. *tit.* 10. *numer.* 122. ubi ita practicari in sacr. cons.
Neapolitano.

Verum contraria opinio, quod et ad rescissionem vendi- 66
tionis sub hasta requiratur laesio ultra dimidiam, verior vi-
detur, quia dum etiam in locatione facta sub hasta habet lo-
cum dispositio *d. l.* 2. *c. de rescind. vend.* prout ex veriori,
et communiori opinione dictum est supra *num.* 64. inde se-
quitur, ut etiam in ea requiratur laesio ultra dimidiam,
prout clare disponitur in ipsa lege, in nihilo relevante quod
loquatur de venditione facta a parte, quia factum judicis,
quoad omnes effectus, factum partis reputatur, et ita tenent
plures, quos refert, et sequitur Gratian. *discept.* 7. *n.* 10.
vers. et contrarium, Rot. *decis.* 53. *n.* 1. post Posth. *de sub-*
hast. et decis. 648. *n.* 5. *et* 6. *part.* 1. *et decis.* 12. *n.* 42.
et 43. *part.* 12. ubi plures aliae decisiones allegantur, et late
decis. 270 *num.* 8. *et seq. part.* 14. *recent.* in qua Rota
recessit a praefata *decis.* 178. *ejusdem part.* 14. quae unica

parte informante in eadem causa Imolen. bonorum emansi-
versi, et expresse declaravit aliam decisionem supracitatam
coram Bichio dicens, quod in ea parte, in qua refert opinio-
nem praefatam contrariam, non est decisio Rotae, sed discur-
sus ipsius Bichii, prout ipsemet de illo tempore in sacro tri-
bunali declaravit, quae decisio habetur etiam impress. post.
Torr. *de pact. fut. succes. decis.* 217. et fuit confirmata in
eadem causa coram eminentiss. d. meo Carpineo *decis.* 237.
part. 15. *rec.* ubi etiam habetur, quod ipsi litigantes in hac
parte dictae decisionis acquieverunt, et alias praetensas nul-
litates conditionis adduxerunt, et cum eadem decisione tran-
sivit etiam Rota in una romana laesionis 20. aprilis 1674.
coram R. P. D. meo Taya; unde difficile esset in hoc sacro
tribunali obtinere contrarium, prout e contra difficile esset
in s. consilio neapolitano obtinere pro ista opinione, dum ibi
servatur contraria, ut testantur Vinc. de Franc. et Staiban.
in loc. supracit. quia a solito judicandi, quod per binas ju-
67 dicaturas inducitur, praecipue in supremis tribunalibus, non
est recedendum, ut tradunt Cabal. *cons.* 128. *numer* 308.
68 *lib.* 2. Altograd. *cons.* 86. *num.* 46. *lib.* 1. Vinc. de Franc.
decis. 238. *num.* 3. *part.* 2. Barz. *decis.* 98. *n.* 12. *et* 13.
69 Verum non omittendum, quod laesionem in sexta parte
sufficere ubicumque non vendit ipse dominus, aut procura-
tor constitutus ad vendendum pro tanto pretio, vel etiam e
contra, ubi pretium aestimatur ab alio non ab ipso emptore,
docuit Bart. *in l. societatem* 77. *§. arbitrorum sub num.* 25.
ff. pro soc. ubi tamen expresse dicit non firmare, et ibidem
Alex. in *additione litt. m.* dicit singularissimam limitatio-
nem hanc esse, *ad l.* 2. c. *de rescind. vend.* sed forte non
veram, licet referat plures concordantes cum Bartolo, ultra
quos idem etiam sensit Castrens. *in d. l.* 2. *num.* 5. *c. de*
70 *rescin. vend.* temperando procedere quatenus dominus non
valeat habere regressum pro sua indemnitate contra illum
procuratorem, et addi possunt supracitati tenentes idem in
venditione sub hasta, ex quo moventur dicta auctoritate Bar-
toli in praefato *§. arbitrorum.* Sed vere diversa ratio, quia
71 quando venditur judicialiter sub hasta, factum judicis repu-
tatur factum ipsius partis, ex adductis in praefata *dec.* 270.
part. 14. *rec. sub num.* 15. et sic applicatur potius simile de
procuratore constito ad vendendum pro tanto pretio in qua
non sufficit laesio in sexta, juxta eamdem doctrinam Bartoli.
72 Sufficeret tamen d. laesio in sexta parte minori, ad peten-
dam restitutionem in integrum adversus contractum, ut in
specie, quod sufficiat adversus locationem sub hasta, seu ad
incantum facta, tradit Jo: Ant. ab ecclesia *observat.* 135.
num. 11. *et seqq.*
73 Si locatio deducta sit in stipulationem aliqui dubitant, an
habeat locum hoc remedium, et ratio dubitandi est, quia
multi tenent in contractibus stricti juris, prout est stipulatio,
non procedere, idem remedium, et Caroc. *de locat. tit. de
rescind. locat. numer.* 3. videtur velle hoc casu in locatione
locum non habere, dicendo etiam, hanc esse veriorem, et ma-
gis communem, et sequendam, quia allegat pro ea Pinell. *in*
74 *l.* 2. c. *de rescind. vend. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. qui *num.
seqq.* dicit aperte veriorem, et receptiorem contrariam, quod
remedium locum habeat etiam in contractibus stricti juris,
et in terminis stipulationis contractui adjectae idem tenuit
ibidem Padil. *num.* 22. ubi bene advertit, quod alias nun-
quam competerit hoc remedium, quia hodie omnes contra-
ctus in stipulationem deducuntur de stylo notariorum, et
idem tenet in terminis locationis stipulatae Staiban. *de in-
teres. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 123.
75 Sic pariter si contractus locationis sit juratus, cessabit re-
medium praefatum, juxta tradita per Cravet. *cons.* 7. *num.*
4. Menoch. *cons.* 843. *num.* 3. et late Caroc. *d. tit. de re-
scin. locat. num.* 20. ubi plurimos congerit, et esse senten-
tiam receptiorem dicit Menoch. *cons.* 1. *num.* 360. *ad fin.*
ubi et alios de communi testantes refert.
76 Verum praedicta opinio, aut prorsus est rejicienda aucto-
ritate Rotae, quae contrariam sequitur teste Burat. *dec.* 75.
num. 8. et Durano *decis.* 121. *num.* 20. ubi et alios DD.
ejusdem opinionis referunt, et alios plenissime congerunt,
et de veriori testantur Galerat. *de renunciat. cent.* 2. *re-
nunc.* 102. *num.* 24. *vers. contrarium verius*, et Noguer-
roll. *alleg.* 18. *num.* 17. aut saltem non procedit in urbe,
propter statutum *cap.* 154. praesumens juramentum dolose
extortum, quod proinde non impedit contraveniri, licet pe-
tenda sit absolutio, Rot. coram Gregor. *decis.* 64. *num.* 8.
77 Prout etiam non procedit dicta prima opinio si laesio sit
valde ultra dimidiam, quia tunc pariter etiam secluso statu-
to, praesumitur intervenisse dolum in contractu, ut dictum
est supra hoc *cap. num.* 20. et ideo non validatur juramento,
Cagnol. *in l. si quis major. num.* 37. *c. de transact.* Cravet.
d. cons. 7. *num.* 4. *ad fin.* et 5. ubi et quod in minore re-
quiritur excessus, Menoch. *cons.* 1. *num.* 360. *et* 361. ubi
de magis communi Gabr. *cons.* 62. *num.* 22. *lib.* 1. Eugen.
cons. 29. *num.* 56. ubi de communi *lib.* 1. Ossach. *dec.* 40.
n. 1. *et seq. et n.* 8. ubi de magis communi Doran. *dec.* 121.
n. 28. *et seq.* ubi quod hanc opinionem sequatur Rota.
Sic neque procedit, si locator non petat rescindi contra- 78
ctum, quod servare juravit, sed tantum petat suppleri pre-
tium, quia hoc ei permittitur juramento non obstante, Cotta
qui multum notandum dicit *in memor. vers. alternarum
electio*, Cagnol. *in l.* 2. *num.* 99. c. *de rescind. vendit.*
Menoch. qui sexdecim alios hanc opinionem tenentes enu-
merat, et proinde, licet ab ea dissentiant duo tantum, nem-
pe Covar. et Pinell. hanc esse receptam opinionem concludit
cons, 1262. *n.* 20. et plene etiam Caroc. *dict. tit. de re-
scindend. locat. num.* 23.
Declaratur etiam praedicta opinio per aliquos, ut non pro- 79
cedat in minore, cujus juramentum non valet eum excludere
a remedio dictae legis, ut relat. in ea per Padill. *numer.* 33.
vers. secunda conclusio, et per Cravet *cons.* 7. num. 6.
At magis placet regulam ponere in contrarium, quod vi- 80
delicet aeque excludantur minores jurantes, ac majores, quia
minor per juramentum perdit omnia privilegia minoris ae-
tatis, et quodammodo fit major, *l. si alterius* 3. *ad fin.* c. *si
min. se major. auth. sacramento puberum*, c. *si adversus
vendit.* Paris. *cons.* 97. *n.* 33. *et seqq. lib.* 1. Corn. *cons.*
121. *in fin. lib.* 3.
Dummodo tamen non sit pupillus, sed pubes, juxta ter- 81
minos *d. authenticae sacramenta puberum*, vel saltem sit
proximus pubertati, quod sufficere ad hunc effectum firmat
Surd. *cons.* 25. *n.* 22. *et seqq. per tot.* Cabal. *cons.* 141. *n.*
14. *et per tot. lib.* 2. Put. *decis.* 201. ubi de communi *lib.*
3. immo sufficit habere decimum annum, cum dimidio exple-
to, Hodiern. ad Surd. *decis.* 278. *n.* 40. ubi licet allegat etiam
hoc non admittentes, nisi in eo, qui per sex menses tantum
distet a pubertate, tamen hanc tenet, pro qua plures refert,
et ultra eos idem etiam tenet Cabal. *in praecit. cons.* 141.
lib. 2.
Et quamvis haec traditio de minore jurante limitetur, ut 82
non procedat, quando ipse enormissime laeditur, quasi tunc
cesset dispositio *dictae auth. sacramenta puberum*, prout de
magis communi testatur Pedroc. *cons.* 26. *n.* 1. Simoncel. *de
decret. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 231. et de approbata a Rota Burat.
decis. 75. *n.* 6. *et* 7. tamen dubitari potest quomodo intelligi
debeat haec enormissima laesio in hoc proposito, et licet vi-
deatur Rota coram Durano *decis.* 121. *n.* 30. *et seq.* intelle-
xisse ad hunc effectum non requiri eam esse in magno excessu
ultra dimidiam, dum *n.* 32. dicit hoc tanto magis procedere 83
stante excessu tali, tamen contrarium videtur dicendum juxta
tradita supra, hoc eodem *cap. sub n.*... nam ratio, qua mo-
vetur Rota est, quod propter enormissimam laesionem in-
surgat praesumptio doli, qui aequiparatur dolo re ipsa con-
tingenti, et vero, et annullat contractum ex defectu consen-
sus, ut patet in eadem decisione Durani *n.* 28. *et* 29. *et in
decis.* 202. *n.* 3. *et* 4. *part.* 2. *divers.* et penes Buratt. *decis.*
75. *n.* 7. quae non applicatur in simplici laesione ultra dimi-
diam justi pretii, quia per eam non annullatur contractus, sed
rescindi debet, ut dictum est supra *n.* 18.
Advertendum tamen erit, quid juraverit minor, nam si 84
jurasset tantum non contravenire ex capite minoris aetatis,
tunc posset contravenire ex aliis capitibus, ex quibus possunt
contravenire majores, et sic ex capite laesionis ultra dimi-
diam, si autem jurasset non contravenire ex capite laesionis,
vel ex quocumque capite, et tunc non posset contravenire ex
capite laesionis, nisi quatenus ea esset excessiva nimis ultra
dimidiam, itaut intraret dicta praesumptio doli, et nullitas
contractus, ut optime, et plene firmat Cravett. *cons.* 7. *n.* 4.
et seq.
Sic quoque cessare remedium praedictum ex quo contra- 85
ctus celebratus fuerit cum decreto judicis, voluerunt Bart. *in
l.* 1. *n.* 4. *c. de praed. decur. lib.* 10. et ibidem etiam Angel.
Corn. *in d. l.* 2. *n.* 5. *vers. alia limitatio*, c. *de resc. ven-
dit.* Corn. *cons.* 56. *n.* 2. *lib.* 3. cum aliis adductis per Me-
noch. *cons.* 843. *n.* 29. et Rot. coram Celso *decis.* 202.
At licet haec opinio habeat plurimos sequaces, tamen non 86
minores habet contraria, ut patet ex numeratis hinc inde per
Menoch. *cons.* 1263. *n.* 17. quibus contrariis addo Morot.

cons. 29. *n.* 24. ubi de comm. et Fachin. *controv. lib.* 4. *cap.*
87 20. *dub.* 2. et placet concordia, quod decretum judicis faciat
quidem cessare praesumptionem laesionis, ut dicit post alios
Gravatt. *in cons.* 114. *n.* 2. *vers. in quibus locis*, sed si lae-
sio probetur remedium dictae *leg.* 2. non impediat, quam
concordiam adducit, et comprobat ea mente octo dd. Menoch.
dicto cons. 1263. *n.* 18. et licet videatur dici posse, quod
ergo decretum judicis in hoc proposito nihil operetur, ex quo
laesio nunquam praesumatur; tamen operabitur, quatenus
praetendatur probari laesionem praesumptionibus, et conje-
cturis, quod videlicet, vel non admittantur, vel requirantur
urgentiores, ut dicam infra.
88 Cessaret quoque idem remedium si volens impugnare con-
tractum, scivisset rei valorem, et adhuc ea mercede locasset,
seu conduxisset, Bald. *in d. l.* 2. *n.* 8. ubi idem de minore,
si fuit certioratus, Henric. Boic. *in cap. cum dilecti n.* 1. *et*
7. *de empt. et vendit.* Corn. *cons.* 17. *n.* 9. *lib.* 4. Viv. *opin.*
1023. ubi in fine non esse tutum ab hac recedere Cancer. *va-
riar. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 53. Gratian *discept.* 461. *n.* 28.
Surd. *decis.* 130. *n.* 8. et dixit etiam Rota in una Tusculana
melioramentorum 6. aprilis 1615. coram Sacrata.
89 Et licet contrariam opinionem adversus communem sequi
profiteatur Pinell. *in d. l.* 2. c. *de resciod. vend. part.* 1. *cap.*
3. *n.* 11. prout etiam sentit ibidem Alberic. *n.* 12. et defendi
posse dixit Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 2. et post eos illam
tueatur Fachin. *contr. jur. lib.* 2. *cap.* 20. *in* 5. *dub. vers.
sed contrarium, et seqq.* tamen fundamenta, quibus move-
tur Pinell. facile dilui, ac refelli possunt, ut bene advertit,
ibi in Apostill. Eman. Soar. eis singulariter respondendo, et
licet ipse hoc non obstante dicat, opinionem Pinelli sibi pla-
cere, et ob utilitatem publicam videri recipiendam, hoc di-
cendum esset a principe, non a doctore, cujus munus est do-
cere, quid statutum, et receptum sit, non autem statuere,
quid recipiendum, pro communi igitur observandum est,
quod Pinel. eam potius per obliqua, quam de directo impu-
gnat, inquit enim *sub d. n.* 11. concedere, et agnoscere omnes,
quod ubi laesio est intra dimidiam, praesumitur laesum sci-
visse valorem, et ideo ei non succurri, sed stante laesione ul-
tra dimidiam, cessare dictam praesumptionem, et potius er-
rorem praesumi, ac subdit quod ipse contra omnes advertit,
praesumptionem scientiae magis urgere quando laesio enor-
mis est, quia facilius erratur in modico, quam in magno, *et
n.* 12. prosequitur comprobare praesumptionem scientiae, et
concludit, quod ea non obstante succurritur *per d. l.* ergo
90 scientia laesionis non tollit ejus remedium. Verum ultra quod
hoc argumentum militaret tantum adversus locantem, seu
vendentem rem suam, non autem adversus conductorem, seu
emptorem rei alienae, Surd. *cons.* 13. *n.* 32. et Cyriac. *cent.*
278. *n.* 52 *et* 53. respondetur praesumi quidem dominum
scire valorem rei suae, sed dum eam vendit, seu locat pro
mercede adeo incongrua, ut sit intra dimidium justae, tunc
quia in sciente verum valorem, hoc esset manifeste jactare
suum, insurgit alia praesumptio pugnans cum praedicta, ne-
mo enim praesumitur jactare suum, *l. cum de indebito* 25.
91 *vers. sin vero, ff. de probat.* Barbos. *axioma* 112. et illam
elidens, quia potius praesumitur error in facto proprio, quam
92 quod velit quis ita suum jactare, et alteri gratis tribuere,
Bald. *cons.* 189. *in fin. lib.* 2. Cravet. *cons.* 77. *n.* 14. Bocc.
contr. 235. *n.* 4. et potius etiam fatuitas praesumitur Rota co-
ram Merlin. *decis.* 885. *n.* 19. *vers. cum semper, et in re-
cent. decis.* 69. *n.* 4. *part.* 7. et in proposito, quod stante
enormissima laesione, potius praesumatur ignorantia valoris,
93 quam donatio, Duran. *post alios decis.* 121. *n.* 24. et bene
potest hoc procedere in laesione ultra dimidiam, et non in
minori, quia dicta praesumptio contra jactationem rerum
suarum, et donationem, non adeo urget in modicis, ac in ma-
gnis quantitatibus, Rimin. Jun. *cons.* 274. *n.* 61.
94 Verum animadvertendum dictam communem opinionem,
quod scienti verum valorem, et adhuc locanti pro minore
95 mercede non competat remedium *d. l.* 2. procedere quatenus
locatio facta fuerit omnino libere, alias si inductus fuerit lo-
cator ita locare aliqua necessitate, etiam non praecisa, sed cau-
sativa, puta, quia indigeret pecunia, et aliter eam invenire
non posset, tunc cessat praesumptio donationis, et renuncia-
tionis remedii praefati, ex traditis per Corn. *cons.* 11. *n.* 22.
lib. 3. Cravett. *cons.* 151. *n.* 25. *prope fin.* Menoch. *cons.*
109. *n.* 30. *vers. praeterea hic casus.*
96 Si igitur sciens valorem verum, et redditus rei locatae non
potest uti remedio *d. l.* 2. ex quo censet illud plus donare,
et remedio renunciare videtur aperte sequi, multo magis hoc
procedere, si adsit donatio, vel renunciatio expressa, sed hoc
non obstante advertendum erit, quod licet soleat in locatio-
nibus, et venditionibus ad hoc, ut non possit dari de laesione
apponi clausula donationis, ut dicit Seraph. *decis.* 181. *n.*
3. et ubi talis clausula sit praegnans operari possit, ut nec de
enormissima dari valeat, Gabr. *de empt. et vendit. conclus.*
1. *n.* 53. ubi de comm. Fachin. *controv. lib.* 2. *cap.* 19. *du-
bit.* 3. ubi de communi. et respondet contrariis Boer. *decis.*
142. *n.* 11. Rota coram Dunoz. *decis.* 362. *n.* 14. tamen, hoc 97
bene procedit, ubi donans vere intendit donare, et scit quan-
tum donat, et in proposito, si non apparet locatorem vere
scivisse, valorem praecisum rei, et sic quid donabat, quia in
hac donatione incidenti causa donandi, non est mera libera-
litas, sed illud, quod e contra recipitur a conductore praesu-
mendum est locatorem credidisse illud aequivalere rei per
ipsum traditae, et donatae, et quod si sic non esset, non lo-
casset, nec donasset, ut post alios dixit Rota coram Duran.
decis. 121. *n.* 20. *et* 21. et coram Royas *decis.* 187. *n.* 8. et
in una Romana rescissionis transactionis 16. jun. 1651. §.
non obstat. quod, coram Cardin. Corrado, quae est post Sal-
gad. *in labyr. credit. decis.* 27. et altra adductos in his de-
cisionibus Bellon. Jon. *cons.* 54. *n.* 30.
Renunciatio autem remedii praedicta valet, si facta a ma- 98
jore, et sine difficultate si cum juramento, Gabr. *de empt. et
vendit. conclus.* 4. *n.* 90. *et* 91. et dixit Rot. in Romana stu-
dioli 17 decembris 1618. coram Ubaldo, quae hodie habetur
inter ejus novissime impressas *decis.* 480. *et decis.* 49. *n.* 9.
cor. Peutiog. et idem esset in minore, et muliere, quando de 99
tali remedio sibi competente essent certiorati, alias secus es-
set dicendum, Bald. *in d. l.* 2. *n.* 8. Rota coram Dunozet.
sen. *decis.* 127. *n.* 14. *et seq.* ubi etiam stante juramento.
Verum hoc procedit si laesio non sit excessiva valde ultra 100
dimidiam, quia tunc cum praesumatur dolus in contractu
intervenisse, ut alibi supra dictum est, praesumitur eodem
modo per dolum extorta etiam renunciatio ipsa, quae pro-
pterea non valet, Cravett. *cons.* 142. *n.* 23. Peregr. *cons.* 81.
n. 19. *lib.* 5. ubi de Com. Menoch. *cons.* 412. *n.* 84. Vinc.
de Franch. *decis.* 247. *n.* 5. etiam si adsit juramentum, Pe-
regrin. *d. cons.* 81. *n.* 19. Surd. *plene cons.* 480. *n.* 13. *et
seq.* Rot. *decis.* 318. *n.* 2. *et seq. p.* 4. *tom.* 2. *recent.* Stai-
ban. jun. *res.* 93. *n.* 47. *lib.* 1.
Quid si locatio fuit terminata, et tempore quo duravit 101
fuit servata sine contradictione, an possit amplius intentari
hoc remedium, puta a conductore ad repetendum mercedem
in excessu solutam? et pro negativa consuluit dec. *cons.* 583.
n. 8. *prope finem, vers. ult. considerandum est, et seq.
per tot.*
At contraria opinio est verior, quia etiam locatione finita, 102
viget eadem aequitas, ut probat Pinel. *in d. l.* 2. *p.* 1. *cap.*
3. *n.* 19. *et* 20. ubi dicit, quod Decius fragiliter argumenta-
tur nonnullis ergo Broccardicis, et quod ipse in praxi consu-
luit contra eum, et obtinuit pluribus rationibus, quas non
repeto, sed addo quod eamdem opinionem contra Decium
tenent etiam Fachin. *contr. jur. lib.* 2 *cap.* 22. *in princ.*
Menoch. *cons.* 1263. *n.* 23. *et seq* Gratian. *discept.* 777. *n.* 103
11. *et* 12. ubi, et quod durat facultas intentandi hoc reme-
dium usque ad triginta annos, Staiban. *resol.* 48. *n.* 4. *et seq.*
et alter Staiban. *de interesse lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 121. late Did.
a Britto *in rubr. de loc. et cond.* §. 2 *n.* 23. *et seq.*
Potest autem sine dubio statui, ac etiam consuetudine in- 104
duci, hoc remedium non dari, quia dicta lex secunda non ha-
bet causam perpetuam prohibitionis, quia alias non possent
partes illi renunciare, sed dum renunciare possunt, ut supra
dictum est, ita, et potest per statutum, vel consuetudinem in-
duci, ut non servetur, ut tradit ibi Padil. *n.* 68. qui *n.* 69.
ponit pulchram quaestionem, qui videlicet si statutum dicat
non posse intentari dictum remedium ab emptoribus, et 105
venditoribus, an extendi debeat etiam ad locatores, et condu-
ctores aliosque ad quos ipsa lex extenditur, et refert Menoac.
de success. creat. §. 5. *n* 7. tenere affirmativam propter iden-
titatem rationis, ac subdit, quod ipse libentius defenderet
contrarium, ut tale statutum non sit extendendum extra suum
casum, in quo privatim legis praedictae dispositioni deroga-
vit, prout expressim tenere dicit Johann. Andr. *in cap. fin.
ad fin. de consuet.* Alberic. *in l. de quibus n.* 31. *ff. de le-
gib.* et quia haec opinio Padillae videri possit dura, ex quo
locatores, et alii veniunt etiam in dispositione legis per so-
lam similitudinem, et identitatem rationis, tamen pro ejus
comprobatione advertendum, legem uti inductam ad obvian-
dum fraudibus, esse favorabilem, et sic extendendum, e con- 106

tra vero statutum maxime, dum est contra jus, non est extendendum ultra verba, ut docet Bart. *in l. quod constitutum* 22. *n.* 1. *ff. de milit. test.* itaut tantum disponat, quantum loquetur, ut non plus, ut dicit Bald. *in l. testamenta* 17.
107 *n.* 5. *in fin. c. de testam.* Bertaz. *cons. crimin.* 175. *n.* 13. ubi quod verba statuti sunt sterilia sicut mulae, quae non pariunt, Rot. *decis.* 280. *n.* 18. *part.* 6. et licet veniat operte ad derogationem juris communis, someoda est interpretatio, ut ei deroget minus quam fieri possit. Rot. coram Gregor. *decis* 398. *n.* 4. *et in recent. decis.* 461. *n.* 4. *part.* 2. adeo ut, dum exprimit tantum casum laesionis in emptione, et ven-
108 ditione existentis, non sit trahendum ad alium laesionis existentis in locatione, qui propterea remanere debet in dispositione juris communis, *l. commodissima*, et ibi Bart. *ff. de lib. et posth.* Rot. *decis.* 388. *n.* 2. *et decis.* 608. *n.* 15. *part.*
109 5. *recent.* nisi tamen satis expressa, vel alia verba manifeste indicent aliud fuisse de mente statuentium, ut per Burat. *decis.* 22. *n.* 19.

De probatione laesionis in locatione.

SUMMARIUM.

1. Contractus habet pro se praesumptionem validitatis, et justitiae.
2. Laesionem allegans debet eam probare.
3. Laesio ut probetur in locatione probari debet valor fructuum, seu commoditas quam percipitur ex re locata.
4. Merces justa est quae correspondet valori fructuum, et commoditati rei locatae.
5. Valor rei ad convincendam laesionem probandus est concludenter non praesumptive.
6. Decl. ut non propterea excludatur probatio per conjecturas, et praesumptiones.
7. Praesumptio efficax probat ut instrumentum.
8 Praesumptiones plures simul junctae, faciunt probationem concludentem
9. Valor probatur conjecturis, et praesumptionibus.
10. Decretum judicis facit praesumptionem, quae eliditur per alias urgentiores.
11. Praesumptiones quae sint urgentiores statur arbitrio judicis.
12. Merces locationis justa est quae solet ex consuetudine dari.
13. Et haec probatio a solito sufficit ad effectum probandi laesionem.
14. Decl. ut praedicta probatio ex solito sit tantum praesumptiva, itaut contraria probatione elidatur.
15. Pretium justum dicitur quanti res solet comparari.
16. Decl. ut solitum ad hunc effectum non sit quod semel, et iterum fuit factum.
17. Ampl. ut non sufficiat locatio facta per subhastationem.
18. Subhastatio verum valorem demonstrat.
19. Decl. hinc non esse concludentem probationem, quae ex subhastatione deducitur
20. Et quod minus probet verum valorem subhastatio, quam venditio de consensu partium facta.
21. Valor rei non probatur ex eo quod res tanti fuerit semel, et iterum vendita.
22. Locationes non probant verum valorem beneficii, nec rei locatae redditum.
23. Oblationes factae a volentibus conducere de certa quantitate non probant rem tantum reddere.
24. Locationes ut probent verum rei redditum debent coadjuvari adminiculis, et n. 28.
25. Licet non probent concludenter redditum, faciunt tamen magnum adminiculum.
26. Locationes praecedentes ostendunt subsequentem factam pro majori mercede fuisse utilem, et e contra.
27. Narrans valorem pro quo beneficii bona fuerunt locata licet verus valor beneficii sit major, adhuc excusetur a poenis regulae de vero valore exprimendo.
29. Merces justa in locatione stabilium est quae in viginti annis aequat eorum valorem
30. Merces justa in locatione stabilium est quae correspondet pretio illorum ad rationem quinque pro centenario.
31. Stabilia fructifera ex juris interpretatione reddunt quinque pro centenario.
32. Hodie tamen reddunt minus propter abundantiam monetae.
33. Praesumptio cedit veritati notoriae in contrarium.
34. Fructus stabilium esse ad rationem quinque pro centenario praesumitur.
35. Decl. quoad domos non procedere in civitatibus in quibus non est affluentia populi, nec generaliter quoad pretiosas, et ornatas.
36. Idem in vineis quae potius magis inutiles sunt quam domus.
37. Decl. 2. non procedere in bonis jurisdictionalibus.
38. Jurisdictionalium fructus calculantur ad rationem duorum, vel circiter pro centenario.
39. Decl. procedere in datiis, et in aliis quae sunt de regalibus, non in molendinis.
40. Molendini locari possunt ad rationem duodecim pro centenario propter pericula.
41. Mobilia, et animalia non locantur ad rationem quinque pro centenario, sed ad majorem.
42. Equi ad vecturam in uno anno quandoque reddunt quantum valent.
43. Pecudum fructus est maximus.
44. Oves reddunt scutum unum pro qualibet.
45. Fructuum quantitas probari potest per scripturam.
46 Liber rationum probat contra scribentem.
47. Libri capitulares probant valorem beneficii.
48. Liber tutoris probat quantitatem fructuum.
49. Liber probat fructus descriptos affirmative, non autem negative, quod scilicet major summa percepta non fuit.
50. Liber non probat in iis in quibus versatur interesse scribentis.
51. Neque probat pro eo nisi in dependentibus ab ejus voluntate.
52. Lim. et concurrant adminicula animum judicis moventia.
53. Adminicula praecipua quae sint.
54 Scriptura simplex per modum memorialis nullum prorsus gradum probationis facit.
55 Liber ecclesiae probat pro ea.
56. Decl. procedere si bene detentus, et a notario.
57. Vel si concurrant adminicula.
58. Liber contra scribentem tunc probat quando est bene, et legaliter detentus.
59. Decl. ut etiam liber pro simplici memoria si serius scriptus facit adminiculum probationis arbitrio judicis.
60. Liber falsus in uno, nihil probat.
61. Idem si aliquid omissum fit ex deceribl.
62. Partitis libri aliquibus verificatis arguitur in totum verus.
63. Verificatio aliquarum partitarum non adeo operatur ad augendam fidem ut error ad eam minuendam.
64. Partitae verificatae, ut operentur augeri fidem debent esse in summa considerabili.
65. Vel debent esse connexae.
66. Valor probatur per peritos legitime electos.
67 Et ista probatio sufficit ad probandam laesionem pro rescissione locationis.
68. Periti non valent aestimare nisi ea quae eorum oculis subjiciuntur.
69. Periti ex inspectione rei de praesenti valent dignoscere valorem de tempore praeterito.
70. Contrarium de magis communi.
71. Decl. hoc contrarium magis procedere si longum tempus intercessit.
72. Vel si medio tempore adeit aliqua causa mutationis valoris.
73. Domus ex quo fuit locata cauponi arguitur deteriorata.
74. Periti difficilius possunt valorem temporis praeteriti aestimare et de illo rem non viderant.
75. Periti, ut probent valorem de tempore praeterito de quo viderent rem debent examinari tamquam testes, et quomodo deponere debeant.
76. Testes ad probandam justitiam, vel injustitiam mercedis deponere debent de quantitate fructuum, et eorum valore.
77. Quantitas fructuum recollectorum est difficilis probationis.
78 Valor fructuum non est difficilis probationis.
79. Valor fructuum probatur per taxas communitatis, et librum gabellarum.
80. Quantitas fructuum probatur per testes qui fuerunt praesentes eorum recollectioni.
81. Item per testes de audito.
82. Et per testes de publico notorio.
83. Et per testes de credulitate,
84 Et per solas conjecturas.
85. Decl. praedicta procedere in probatione facienda contra eum qui recollegit, non autem in facienda ab eo.
86. Testes inducti a conductore ad probandam parvam quantitatem fructuum ad effectum rescissionis contractus, vel remissionis mercedis debent etiam deponere de cultura solita.
87. Valor potest probari per testes.
88. Valor est qualitas intrinseca differens a substantia rei.
89. Testes deponentes de valore debent reddere rationem etiam non interrogati.
90. Modus probandi valorem per testes est difficilis.
91. Et est debilior modo probandi per peritos.
92. Decl. testes deponentes de valore non teneri reddere rationem quando est notorium etiam hominibus grossis.
93. Causa sufficiens scientiae valoris est, quia sum peritus.
94. Item, quia sum vicinus.
95. Decl. procedere in profanis non in beneficialibus.
96. Causa sufficiens scientiae redditus agri est, quia fui laborator.
98. Valor ut probetur testes debent deponere de valore communi.
99. Nec sufficit eos dicere, quia tanti conduxissent.
100. Decl. non procedere si sint plures, et sagaces, et de qualitate rei notitiam habentes.
101. Testis deponens de valore ex suo judicio non probat.
102 Lim. si appareat ita informatus, ut non possit decipi.
103. Testis non requiritur, ut reddat rationem sui dicti si appareat particulariter informatus.
104. Et dicitur sufficienter informatus de justa mercede rei locatae, si ipse, vel ejus parentes eam conduxerunt.
105. Testis deponens de justa mercede, et reddens rationem, quia tanti conduxissem, juxta communem aestimationem probat.
106. Contrarium, et hoc est in rigore verior.
107. Testis deponens simpliciter de valore probat si articulatum fuit de valore juxta communem aestimationem.
108. Testis deponens de valore cum dictione, in circa, non probat, quia dicta dictio est dubitativa.
109 Secus est si dicat parum plus, vel minus.
110. Testis utendo verbis puto, vel mihi videtur non probat.
111. Contrarium.
112. Testes non informati de re non probant ejus valorem, nec mercedem locationis ejusdem.
113. Testes deponentes de fructibus debent habere notitiam de impensis in eis colligendis, et de illis deponere.
114. Decl. procedere si de eis interrogetur.
115. Testes deponentes tot esse fructus bonorum intelliguntur deductis expensis.
116. Decl. procedere in expensis necessariis pro recollectione illorum, non autem pro oneribus extrinsecis. et si agatur de fructibus beneficii, de expensis requisitis pro beneficio.
117. Testes deponentes per eadem verba, et per eumdem praemeditatum sermonem arguuntur subornati.

118. Testes si discordent in quantitate valoris fructuum praeferuntur illis cum quibus concurrit praesumptio, vel adminicula.
119. Testes melius deponentes, et minores oppositiones patientes praeferuntur.
120. Testes magis informati, et deponentes de facto proprio dicuntur coloni partiarii, et laboratores deponentes de labore praedii.
121. Decl. procedere si non sint interessati.
122. Testes magis periti, et aestimatores publice electi, praeferuntur aliis in probatione valoris.
123. Testibus in pari gradu existentibus praeferuntur, qui deponant contra laesionem.
124. Testibus aliquibus deponentibus de majori valore, et aliquibus de minore praeferuntur isti, et n. 126
125. Summa major affirmative prolata continet in se minorem.
127. Testis deponens de minori valore non contradicit deponenti de majore.
128. Decl. ut non contradicant, sed non concordari possint cum deponentibus de majori.
129. Decl. 2. ut si neque deponentes de minori, neque deponentes de majori de se probent, standum est minori summae.
130. Si autem major summa probata sit per duos testes, tunc non obstat alius deponens de minori.
131. Et si adsint duo testes deponentes de minori et duo de majori valore statur deponentibus de majori, vide tamen, n. 137. et 138.
132. Ampl. etiamsi deponentes de minori utantur taxativa, ita ut non possint concordari cum aliis.
133. Testes deponentes super affirmativa praeferuntur deponentibus super negativa.
134. Ampl. ut magis credatur duobus affirmantibus, quam mille negantibus.
135. Decl. procedere si deponentes super negativam eam non coarctent.
136. Decl. 2. procedere in rebus quae percipiuntur sensu corporis non in eis, quae percipiuntur judicio intellectus.
139. Decl. 3. procedere quando affirmativa est concludenter probata.
140. Testes tres si deponant unus de decem, alius de quindecim, et alius de viginti facta erit probatio de quindecim.
141. Valor probatur per testes varios in quantitate, non varios in rebus.
142. Quantitas probatur per testes de visu.
143. Et per testes de auditu.
144. Et per testes de credulitate.
145. Quantitas probatur conjecturis.
146. Laesio directa probari debet de tempore contractus.
146. Valor ad convincendam laesionem probandus de tempore contractus.
147. Contrarium.
148. Ampl. ut percutere debeat ipsum momentum temporis contractus.
149. Decl. procedere in mobilibus, non in stabilibus, et n. 167.
Non tamen necesse est, ut se referant ad diem in mobilibus, n. 168.
150. Mobilia per lapsum decennii praesumuntur consumpta.
151. Decl. procedere in illis fragilioris materiae.
152. Quae autem sint fragiliora, et prius consumi censeantur statur arbitrio judicis.
153. Valor stabilium per decennium non praesumitur mutatus, sed postea sic.
154. Decl. non suffragari istam praesumptionem ad probandum laesionem, sed tantum pro tempore modico.
155. Tempus modicum ad effectum arguendi valorem quale dicatur.
156. Valor aliquorum stabilium citius variatur, aliquorum tardius.
157. Terrae nudae semper sunt in eodem statu.
158. Arbores variantur.
159. Valor rerum potius crescit quam minuitur.
160. Pecuniae major quantitas adest, et ideo minoris aestimationis est hodie.
161. Vineae in dies deteriorantur.
162. Fructus praesumuntur potius aucti, quam diminuti.
163. Valor an praesumatur variatus, et intra quantum tempus statur arbitrio judicis.
164. Valor mente aliqua causa extrinseca uti belli praesumitur variatus.
165. Fructus, et commoditates quae percipiuntur ex re non mutato valore rei, nec ipsi mutantur.
166. Novalia dicuntur semper ac post annum seritur.
169. Terrae necesse habent uno anno quiescere, et non coli.
170. Et in aliquibus locis dant fructum tantum in triennio.
171. Extremis probatis media praesumuntur ejusdem qualitatis.
172. Testes de valore percutientes tempus praecisum contractus praeferuntur sibi illud non percutientibus.
173. Valor an bene probetur percutiendo solum tempus contractus est quaestio diversa ab ea, an probari debeat de illo tempore praecise.
174. Pretia non constituuntur ex momentis temporum.
175. Fructus bonorum, quae non reddunt eos quolibet anno aequales quomodo probentur respectu certorum annorum.
176. Fructus rei ut probentur debent probari per plures annos.
177. Et requiri per quinque annos antea, et quinque postea in materia objectiva,
178. Immo satis esse per tres annos antea, et tres postea.
179. Contrarium, quod non requiratur probatio annorum posteriorum contractui.
180. Et requiri per decem annos ante, vel per quinque.
181. Decl. ut si tempore motae litis lapsi fuerint anni a die celebrationis contractus, tunc facienda est probatio, etiam quoad eos, secus e contra.
182. Et pro quantis annis facienda sit probatio statur arbitrio judicis.
183. Mobilium, et semoventium valor probandus est per aliquos dies ante, et per aliquos post contractum.
184. Victualium valor in dies variatur.
185 Valor frugum varius est diversis temporibus anni, et ideo solet eligi medium viam.
186. Testes deponentes de valore frugum de tempore messis non probant valorem in genere nisi adsint alii absolute loquentes.
187. Valor rei arguitur a valore aliarum similium.
188. Quantitas fructuum bonorum arguitur a quantitate percepta ex aliis bonis similibus, et vide n. 191.
189. Decl. probandum esse ad dictum effectum alias res esse ejusdem qualitatis.
190. Et si probari velit eadem quantitas, vel similium probandum, quod facta fuerit eadem cultura.
192. Laesio, ut probetur in locatione non est attendenda una pars tantum contractus, seu bonorum, sed omnia simul.
193. Et si sit ad plures annos satis est probare, quoad unum annum.
194. Decl. procedere si locatio unica sit, vel plures correspective, secus si sint plures.

CAPUT XIX.

Contractus legitime celebratus habet pro se praesumptio- 1
nem validitatis, et justitiae, *l. si duo*, ubi Bald. *ff. de aeq.*
haered. Sord. *decis.* 212. *num.* 15. unde qui dicit eum lae-
sivum, et rescindendum remedio *l.* 2. *c. de rescind. vend.*
de quo proxime dictum est, assumere debet sine dubio onus 2
laesionem probandi, Gregor. *decis.* 12. *num.* 2. *et decis.*
553. *num.* 1. et probatione plena, et concludenti, ut tra-
dunt Cephal. *cons.* 348. *num.* 12. et Rot. *decis.* 132. *num.*
1. *et decis.* 354 *num.* 1. *part.* 1. *recent.*

Ad convincendam autem laesionem in hoc contractu loca- 3
tionis probandus erit verus valor fructuum, seu commodi-
tatis, quae percipitur ex re locata, ad hoc, ut dignosci
valeat quantum ab eo recedat merces conventa, quanta enim
erit ab eo distantia, tanta erit laesio, quia justa merces est,
quae correspondet vero valori fructuum, et aliarum commo- 4
ditatum, quae de re locata percipiuntur, Pinel. *in dict. l.*
2. *cod. de rescind. vendit. part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 17. Ce-
pol. *de simulat. contr. praes.* 3. *numer*, 33. Caroc. *de lo-*
cat. tit. de rescind. locat. num. 14. Surd. *dec.* 198. *num.* 19.
vers. ad quantitatem, et praedictus valor debebit probari 5
probatione concludenti, non autem praesumpta ad hunc ef-
fectum Rot. cor. Seraph. *decis.* 1462. *num.* 1.

At non propterea omnino excludenda erit probatio per 6
praesumptiones, et conjecturas, quia aliud est probatio prae-
sumpta, aliud probatio ex conjecturis, et praesumptionibus
elicita, ut dicitur de scientia per Seraphin. *decis.* 1469. *n.* 4.
et Rot. post Zacch. *de obligat. camer. decis.* 189. *num.* 21. 7
efficax enim praesumptio idem probat, ac instrumentum pu-
blicum, Bald. *in cap. pastoralis n.* 6. *vers. idem operatur*
de appell. Rot. cor. Mantica *decis.* 21. *num.* 11. *vers. et ef-*
ficax, multo magis si sint plures simul junctae, ex his enim 8
resultat plena probatio, etiam in re gravis praejudicii,
Bald. *cons.* 3. *num.* 4. *lib.* 3. Soccin. Jun. *cons.* 32. *n.* 24.
lib. 2. cum aliis adductis per Rot. coram Bichio *decis.*
423. *num.* 5. et in specie, quod valor probetur conjecturis,
et praesumptionibus, Alciat. *resp.* 116. *numer.* 3. *lib.* 5. 9
Bursat. *cons.* 189. *num.* 6. Carpan. *ad stat. Mediol. cap.*
170. *num.* 6. et maxime si reddatur difficilis alia probatio,
Merlin. *decis.* 695. *num.* 5. et procedet etiam haec pro-
batio, quamvis in contractu intervenisset decretum judicis,
quod facit praesumere pro justitia mercedis, ut dictum est 10
supra, quia haec praesumptio decreti, elidi potest per alias
contrarias, Paris. *cons.* 12. *num.* 59. *lib.* 2. et plene Me-
noch. *praes.* 75. *num.* 32. *lib.* 2. erunt tamen necessariae
stante decreto clariores praesumptiones, et urgentiores, ut
firmat Cephal. *cons.* 348. *num.* 12. quae autem sint urgen-
tiores ponderandum erit a judice, cujus arbitrio in hoc sta- 11
tur Menoch. *praesumpt.* 29. *num.* 2. *lib.* 1.

Unus autem modus probandi verum valorem fructuum,
et commoditatum, quae ex re percipiuntur, est inspicere 12
mercedem solitam, pro qua eadem res locata fuit, ea enim
est justa merces, sed pensio rei, quae solita est ex consuetu-
dine dari *l. exceptio*, *c. locat.* et in specie, quod haec pro- 13
batio sufficiat ad hunc effectum probandi laesionem pro in-
tentanda rescissione contractus, Roman. *cons.* 368. *num.* 9.
vers. primum consuetudine, et *cons.* 323. *num.* 1. *vers. sed*
quia quae dicatur, cujus opinionem admittit, cum hac ta- 14
men moderatione, ut ex mercede consueta resultat probatio
idonea, sed tantum praesumptiva laesionis, itaut altera
pars, possit aliter probare eam vere non adesse, et obtinere,
dicit Pinel. *in d. l.* 2. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. *ad fin.*
et 18.

At quamvis in comprobationem dictae opinionis Roma-
ni, et Pinelli addi possit, quod justum pretium dicitur quanti
res solet comparari, quodque communiter ab aliis praestari
solet, *l. filiusfamilias*, §. *sed quid*, *juncta l. si domus*, §. *in* 15
pecunia, *vers. qui confitetur*, *ff. de legat.* 1. Paris. *cons.*
ult. num. 26. *lib.* 2. cum aliis late adductis per Mantic. *de*
tacit. lib. 4. *tit.* 20. *num.* 6. *et seqq.* et quod sufficiat pro-
bare solitum fuisse fundum tantum reddere, dicit Bald. *in*

l. si fundum in fin. c. de rei vindic. quem refert, et ser-
vari in practica dicit Surd. *decis.* 282. *num.* 26. *post princ.*
et probat ille Text. *in fin.* ut explicat Achil. de Grass. *de-
cis.* 22. *de restit. spoliat.* quem sequitur Cavaler. *decis.*
17. num. 1. et plene aliis decis. adductis Rot. *decis.* 2. *n.*
23. *part.* 11. *recent.*

Tamen animadvertendum, quod cum laesio plene pro-
banda sit ab allegante Cephal. *cons.* 348. *numer.* 10. Me-
16 noch. *cons.* 371. *num.* 24. cum aliis supracitatis non suffi-
ceret ad eam convincendam, quod semel, et iterum fuerit
res, pro majori mercede locata, nam justum pretium est,
quod communiter solvi solet, non quod unus, vel duo ani-
mosi oblatores solverunt, Jas. *in l. qui Romae, §. cohaere-
des numer.* 74. *et seqq. ff. de verb. obligat.* etiam si
17 praecedens locatio facta fuisset per subhastationem, seu ad
incantum, nam licet dici soleat, quod subhastatio verum
18 valorem demonstret, Menoch. *cons.* 844. *num.* 34. Gratian.
discept. 545. *num.* 28. *et seqq.* Seraph. *decis.* 1217. *num.*
1. tamen verius est per subhastationem non probari conclu-
19 denter verum valorem, ita ut dici possit, res fuit subhastata,
ergo justo pretio vendita, Bart. in *l.* 1. *num.* 1. *vers. et
non sequitur*, per text. *in l. si quos* 16. *c. de resc. vendit.*
ubi idem Bart. Valasc. *cons.* 43. *num.* 11. Surd. *cons.* 39.
num. 3. *et seqq.* et late Vinc. de Franch. *decis.* 54. *num.*
10. *et seqq.*

20 Et quamvis contra hoc in subhastatione, in qua solent
oblationes esse animosae ob invidiam emptorum, secus
autem in venditione facta de consensu partium, procedere
voluerit Rota *decis.* 455. *num.* 13. *et seqq. part.* 9 *recent.*
21 Tamen experientia docet evenire etiam in venditione de
consensu partium facta, quod minus justo pretio concluda-
tur, imo, qui laesionem allegat exemplum producit hujus
veritatis in ipso contractu, cujus rescissionem petit, et pro-
pterea negare non debet, quod vere, una, et altera venditio
non plene probet valorem rei venditae, prout etiam firmant
Cagnol. *in l.* 2. *num.* 233. *ad med. vers. sed non sequitur,
c. de rescind. vend.* Honded. *cons.* 31. *n.* 59. *lib.* 1. Cyriac.
contr. 257. *num.* 8. d. Urceol. *consul.* 3. *num.* 22. *et seq.*
Rot. *decis.* 170. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* et in specie de lo-
22 cationibus habemus in beneficialibus, quod non probant
verum valorem beneficii, et sic verum rei locatae redditum
decis. 186. *num.* 4. ubi quod fuit saepe decisum, *et decis.*
689. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* et in una spoletana abbatiae
19. decembris 1625. coram Coccino, relata per Vivian. *de
23 jure patr. lib.* 4. *cap.* 10. *numer.* 33. Idemque est de obla-
tionibus ab aliis reportatis, quatenus ei vellet fieri locatio,
quia, et ipsae eadem ratione non probant, ut dixi Rota
decis. 342. *num.* 10. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* unde necesse
24 esset saltem adminiculis coadjuvare dictam probationem ex
locationibus praecedentibus resultantem *ut in decis.* 186.
num. 8. *et decis.* 213. *num.* 21. *part.* 6. *et in decis.* 480.
num. 4. *part.* 9. *recent.* et in una Placentina beneficii 27.
maji 1647. §. pro coadjuvanda, coram Ghislerio, quae est
decis. 62. *numer.* 14. *part.* 10. *recent.*

25 Verum licet praecedentes locationes concludenter non
probent verum valorem, et sic neque laesionem maxime
ad dictum effectum rescissionis contractus requirentem ple-
nam probationem, tamen negari non potest eas facere
magnum adminiculum, ut de praecedentibus venditionibus
dicit Surd. *cons.* 181. *sub num.* 21. et aperte ostendere
26 subsequentem locationem factam pro majori mercede fuisse
utilem, et e contra factam pro minori fuisse damnosam, ut
per Merlin. *decis.* 702. *num.* 53. *et* 54. et narrans valorem
27 beneficii in ea quantitate pro qua beneficii bona fuerunt
locata, licet in ea non consistat verus beneficii valor, tamen
excusatur a mala expressione, et a poena regulae cancella-
riae de vero valore exprimendo, Adden. ad Gregor. *decis.*
101. *num.* 6. unde quatenus de se locationes praecedentes
non probent concludenter verum valorem reddituum rei
28 locatae, tamen secus esset dicendum si concurrerent admini-
cula, juxta tradita per Rotam *in decis.* 186. *num.* 8. *et
decis.* 213. *num.* 21. *part.* 6. *recent. et in decis.* 420. *nu-
mer.* 4. *part.* 9. *recent.* ut in una placentina beneficii 27.
maji 1647. §. pro coadjuvanda, coram Ghislerio, quae est
decis. 62. *part.* 10. *recent.* et de hac probatione valoris
reddituum per locationem dicendum est latius in cap. 27. o
num. 109.

Deficiente autem consuetudine sufficienti, alius modus
29 probandi justam pensionem traditur, ut sit videre verum
rei valorem in stabilibus, et eo firmato justam pensionem
esse dicitur, quae in viginti annis ipsum verum rei valorem
aequat, glos. *in l. perpetua, ver. juxta, c. de sacros. ec-
cles.* Romae. *cons.* 368. *numer.* 9. *vers. secundo si consue-
tudo, et cons.* 423. *num.* 1. Cravet. *cons.* 145. *num.* 8.
Bertrand. *cons.* 218. *n.* 2. ubi de Comm. *lib.* 3. num aliis
cumulatis per Caroc. *d. tit. de rescind. vendit. numer.* 15.
et 16. *ubi numer.* 12. ponit istum modum probandi justam 30
pensionem, *et num.* 17. ponit alium tanquam diversum, ut
pensio justa dicatur, quando reddatur quinque pro cente-
nario, qui tamen est prorsus idem, nam quinque in viginti
annis constituunt centum, ut patet ex computo, et quod
stabilia fructifera, juris interpretatione, reddant ad minus 31
quinque pro centenario, Rota *decis.* 571. *num.* 6. *part.* 3.
recent. et quod in viginti annis aequent fructus sortem *de-
cis.* 2. *num.* 10. *part.* 6. *recent.*

Verum tamen est, quod pretia rerum variant, et hodie 32
Romae stabile reddens quinque, venditur ultra centum, ut
patet ex locis Montium, quae reddunt quatuor, et hodie
venduntur scutis centum, et sexdecim. et ultra, et fere idem
est in censibus, et aliis stabilibus. Unde vidi etiam liti-
gantes concorditer taxare fructus stabilium ad rationem
quatuor pro centenario, admittendo praesumptionem prae- 33
dictam cedere veritati notoriae in contrarium, juxta tradita
*in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. l. si certis
annis, c. de pact.* Adden. ad Burat. *decis.* 120. *n.* 43. quod
tribui potest abundantiae monetae, plus enim erant olim
floreni 800. quam hodie 1600. ut dicit Rot. *decis.* 126. *num.*
5. post Merlin. *de legit.*

Regulariter tamen praedicta est praesumptio juris, ita ut, 34
qui praetendit stabilia majores, vel minores fructus reddere,
quam ad rationem quinque pro centenario probare debeat,
Negusan. *de pignor. part.* 3. *membr.* 2. *num.* 19. *ad fin.*
et passim sequitur Rota, ut habetur in *decis.* 455. *numer.*
9. ubi etiam cumulantur decisiones *part.* 9. *recent.*

Verum praesumptio non est tuta, sed fallax, nam in do- 35
mibus, licet procedere possit in civitatibus insignibus,
prout eam admisit in urbe romana Rot. coram Cavaler.
decis. 358. *num.* 2. et coram Bichio *decis.* 564. *num.* 10.
et passim servat, ut dicitur in *decis.* 342. *num.* 9. *part.* 11.
recent. tamen scio non ita esse in aliis civitatibus, in quibus
est minor affluentia populi, et generaliter etiam palatia,
aliaeque domus ornatae, et pretiosae, similem fructum pro-
portionabiliter non reddunt, Natt. *cons.* 332. *num.* 4. *vers.
sed nos loquimur*, Surd. *cons.* 151. *num.* 70. Tiraquell. *de
retract. convention.* § 7. *glos.* 1. *num.* 9. *vers. et Domus*,
rot. coram Gregor. *decis.* 553. *num.* 6. et 7. ibidem Adden. 36
Idemque erit dicendum de vineis, quae potius pejores sunt,
quam domus, et magis inutiles, Adden. ad Rot. *decis.* 81.
num. 109. *part.* 8. *recent.*

In jurisdictionalibus quoque non potest procedere prae- 37
fata praesumptio, quia eorum fructus calculantur ad ratio-
nem duorum, vel circiter pro centenario, tam in statu ec- 38
clesiae, ut per Rotam coram Seraph. *decis.* 1030. *num.* 3.
et in recent. decis. 94. *num.* 57. *part.* 7. quam, et alibi
generaliter loquendo Marta *cons.* 158. *num.* 43. *et seqq.*
Rimin. Jun. *cons.* 5. *num.* 127. *ad fin.* Mantic. *de tacit.
lib.* 4. *tit.* 20. *num.* 15. *et seq.* Manent. *de livel. quaest.* 2.
numer. 11. Castil. *decis.* 218. *num.* 7. *part.* 3. saltem quoad
Datia, aliaque, quae sunt de regalibus, non autem in reli-
quis, uti in molendinis, Rauden. *resolut.* 29. *num.* 10. 39
et 11.

At animadvertendum, quod si molendini jurisdictionales
locantur ad rationem quinque, alii allodiales locentur pro
majori quantitate, Cepol. *de simulat. contr. praesumpt.* 3.
num. 33. et post eum Caroc. *de locat. tit. de rescinden.
locat. numer.* 4. *in princip.* dicentes, quod locantur, et lo- 40
cari possunt ad rationem duodecim pro centenario, et ratio
est, quia molendini subjacent diversis periculis, et continuo
deteriorantur, adeo ut aliqui fuerint, qui dixerint eos repu-
tandos potius bona mobilia, quam stabilia, de quo dixi
supra loquendo de locatione bonorum minoris, vel pupilli
cap. 6. ad fin.

Eademque ratione non perpetuae durationis, et continuae 41
deteriorationis, non potest observari dicta regula locandi ad
rationem quinque pro centenario valoris, in rebus, quae
usu consumuntur, et in animalibus, imo nec in his dari
poterit alia certa regula, sed attendenda duratio, nam quae
plus durant minoris conveniunt locari, quae minus durant,
pluris. Unde ex equis ad vecturam, quandoque percipitur
etiam uno anno solo, quantum valent, ut dicit Cravet. 42

cont. 145. num. 8. vers. sed in Borbus, Merescot. variar.
lib. 2. cap. 132. num. 23. prope fin. Panciról. cons. 147.
num. 18. vers. nec obstat, card. du Lugo de just. et jur.
tom. 2. disput. 29. num. 78. ante med.

43 Et pecudum fructus generaliter est maximus Micalor. de
41 dubb. fratribus cap. 59. num. 47. Adeo ut oves reddant
sextum unum pro qualibet singulis annis, ut dicit Tanare
in sua economia del cittadino in villa lib. 3. ante med. fol.
mihi 148. referens ad hoc commune dicterium pastorum.

45 Probari etiam posset quantitas fructuum per scripturam,
puta per librum conductoris bene detentum, si locator age-
ret adversus eum, quia liber rationum probat plene contra
46 scribentem Bart. in l. admonendi num. 26. in fin. ff. de jur.
jur. Boer. decis. 105. num. 2. Caraler. decis. 626. num. 1.
47 Mantic. decis. 299. num. 5. et in proposito probationis fru-
ctuum habemus in beneficialibus, quod etiam libri capitu-
lares probent rot. coram Pania decis. 1484. num. 4. vel eis
multum deferatur decis. 262. numer. 2. vers. et cum illis
part. 3. recent. et quod fructus descripti in libris computo-
rum, seu redditunm, dicantur liquidi in ea quantitate
48 decis. 334. num. 3. part. 2. divers. et de libro tutoris, quod
pariter quantitatem fructuum, seu reddituum probet Mer-
lin. decis. 483. num. 6.

Verum animadvertendum, quod libri quandoque probant
49 quantitatem fructuum in eis descriptam affirmative, non
autem negative, idest probant tantos fructus fuisse perceptos,
non autem, quod non fuerit percepta major summa, prout
de libris gabellae, bene consideravit rot. decis. 263. num.
15. part. 7. recent. et coram Bichin decis. 495. num. 7. et
decis. 503. num. 2. et 3. ubi considerat, quod gabella solet
fraudari, et idem dici posset de libro factoris, nam ei non
standum ad probandam negativam, quod nempe non fue-
50 rint percepti majores fructus, quam in eo descripti, quia
ipse, scribendo minus, agit de se exonerando in redditione
rationis, Gregor. decis. 475. num. 9. Burat. decis. 777.
num. 6. et idem est de libris aliorum interesse habentium,
ut appareret minor redditus, ut in beneficialibus, si prae-
tenderet successor probare redditum ex libro antecessoris
sui, cui intererat redditus ecclesiae apparere minores ad se
eximendum a pensione, Garz. de benef. part. 5. cap. 3.
num. 235. Rota coram Celso decis. 406. num. 6.

61 Dum autem interesse scribentis operatur, ut non detur
fides libro, clare sequitur, ut non probet pro scribente ex-
ceptis eis, quae dependent ab ejus mera voluntate, Bart. in
l. admonendi num. 26. in fin. vers. aut loquimur, ff. de
jur. jur. Cappel. tulos. quaest. 497.

62 Verum licet liber rationem non probet pro scribente,
tamen secus est concurrentibus adminiculis, quae judicis
animum inducant ad credendum, juxta decisionem Gui-
dopap. 441. in fin. Surd. decis. 194. num. 10. Adden. ad
Gregor. decis. 79. num. 5. et adminicula praesertim sunt,
53 legalitas scribentis, si mors intercesserit ejusdem, quod aliae
partitae in eodem libro contentae justificentur, quod parti-
tae, de quibus agitur sint verisimiles, et quod habeant
suam causam, Add. ad Gregor. dicta decis. 79. numer. 5.
et latius rot. coram Durano decis. 352. numer. 7. et seqq.
usque ad fin. quod secus est in simplici scriptura per mo-
54 dum memorialis, quia nullum prorsus gradum probationis,
nullamque penitus fidem facit, ad ejus favorem, ut ple-
nissime firmatur in decis. 781. num. 10. et seqq. per tot.
part. 1. divers.

55 Praeterea liber ecclesiae, vel monasterii, posset etiam
quandoque praestare sufficientem probationem pro ecclesia
ipsa, vel monasterio, Bald. in l. final. num. 15. vers. unde
si per libros, c. de cens. vel reliq. fund. Felin. in cap. ad
audientiam n. 15. ver. casus magis dubius, de praescript.
Dec. cons. 146. num. 14. vers. quarto ista conclusio, Lot-
ter. de benefic. lib. 2. quaest. 33. num. 32. rot. decis. 44.
num. 2. part. 4. recent. non tamen indistincte in omnibus
casibus, et ad quemcumque effectum, quia si sit liber pri-
vatus, non plene probat, ut censuit rota in decis. 147.
num. 8. part. 4. tom. 2. recent. secus autem si bene deten-
56 tus, et a notario, dec. 296. num. 5. part. 1. recent. vel
57 concurrant etiam adminicula, ut in dicta decis. 44. numer.
2. vers. concurrentibus maxime part. 4. tom. 1. et in decis.
46. num. 7. part. 4. tom. 2. recent.

58 Et quod dictum est librum probare contra scribentem,
non indistincte accipiendum, quod quicumque liber contra
eum plene probet, sed tantum de libro bene, et legaliter
detento, alias enim si esset tantumpro simplici memoria
scriptum, non plene probaret secundum Bald. in rubr. c.
de fid. instrum. num. 33. in fine, Jas. in l. admonendi nu-
mer. 81. ad finem, vers. quinto, ff. de jur. jur. rot. decis.
558. num. 2. part. 2. et decis. 54. num. 11. part. 11. recent.
et licet plurimum probare etiam simile librum memoriale 59
contra scribentem voluerit rot. decis. 127. num. 9. part. 7.
et decis. 136. num. 7. part. 9. recent. tamen intelligenda vi-
detur in casu, quo liber serio scriptus appareat, ut in decis.
422. num. 3. et seqq. part. 9. recent. et tunc etiam, ut
faciat adminiculum probationis arbitrio judicis pensandum,
ut coram Seraph. decis. 373. n. 6. et seqq. usque ad fin.

Probatio tamen, quae ex libro resultat cessat prorsus, si 60
appareat librum in se continere aliquam falsitatem, quia
liber falsus in uno, arguitur falsus in omnibus, Gabr. con-
sil. 148. num. 9. lib. 1. et sic amplius non probat, ut late
firmat Scac. de judic. lib. 2. cap. 11. num. 183. et seqq.
Idemque est, si quid omissum describi, qui arguantur, et
alia omissa, vel saltem eodem modo omitti potuerunt, quod
sufficit ad hoc, ut liber amplius fidem non mereatur, sive 61
omissio fuerit dolosa, sive per errorem, militante semper
eadem ratione, Castren. cons. 301. num. 4. vers. unde si-
cut, lib. 1. Rot. coram Gregor. decis. 79. num. 2. et ibi
Add. et coram Celso decis. 406. num. 7.

E contra ex verificatione aliquarum partitarum, arguitur 62
liber verus in totum, Menoch. cons. 22. num. 23. vers. non
adversatur, Surd. decis. 199. num. 3. ubi etiam si verifi-
centur partis confessione, Gratian. discept. 171. num. 1.
Rot. decis. ult. num. 15. et seq. part. 1. divers. ubi nu-
mer. 19. quod etiam partitae maximi momenti, censeantur
verae ex verificatione aliarum, et coram Durano decis. 352.
n. 10.

At non adeo operatur verificatio aliquorum partitae ad tri- 63
buendam fidem libro, uti operatur falsitas, et error ad eam
adimendam, applicatur enim illud dictum, sufficit unus ad
destruendum, non autem ad aedificandum unus namque
error, adimit totaliter fidem ea praecitatis, non autem
verificatio unius partitae, eam tribuit, quia nimis facile
esset reddere librum probantem, unde necesse est, partitas 64
verificatas esse in summa considerabili, Gabr. cons. 142.
num. 26. lib. 2. et quo majores sunt magis operatur conje-
cture ista, Surd. d. decis. 199. num. 3. vers. quae conje-
ctura, adeo ut fuerint, qui voluerunt, necesse esse verifi-
cari saltem ultra dimidiam totius libri, vel scripturae, ut
in confessione dotis, Lancel. Gal. ad consuetud. Alex.
ver. viginti quaest. 8. num. 72. Hodiern. ad Surd. decis.
55. num. 23. quod tamen in eisdem terminis non placuit
rotae coram Merlino decis. 419. num. 15. et ubi adsunt
partitae verificatae, et erroneae, istae praevalent, ita ut li-
ber circa eas, quae nec sunt verificatae, nec de errore con-
victae, non probet, rot. decis. 743. num. 4. part. 4. div. et
decis. 179. num. 15. p. 11. recent. et semper ista verificatio
aliquarum partitarum, praebet tantum conjecturam veritatis
aliarum, non autem operatur, ut absolute eis standum sit,
Ripa in l. admonendi num. 125. ff. de jur. jur. Cephal.
cons 85. n. 34. rot. decis. 307. num 4. part. 1. divers.
Maxime, ubi agitur de aliis partitis omnino separatis, nam 65
in connexis secus esse, voluit Surd. decis. 199. num. 13.

Alius modus probandi valorem fructuum, et aliarum 66
commoditatum rei locatae erit per peritos legitime electos,
et referentes, Angel. in l. pretia rerum num. 3. ff. ad leg.
falcid. Bursat. cons. 184. num. 1. et seqq. et in specie,
quod qui non potest aliter probare, quot fructus essent
percipiendi, possit petere, ut aestimentur arbitrio boni
viri, considerata qualitate rei per peritos, Agel. in l. pe-
nult. ff. de rei vindic. ubi quod illa testes praebet ad hoc
optimum argumentum, et eum sequitur Natt. consil.
510. numer. 7. ad med. rota decis. 551. num. 1. part. 1.
recent.

Et suffragatur ista probatio etiam ad d. effectum convin- 67
cendae laesionis pro rescissione contractus, rot. coram Ca-
val. decis. 187. num. 4. et latius coram Bichin decis. 609.
num. 16.

Verum difficultas est, si agatur de rescindenda locatione
ex dicto capite laesionis, valde post celebratum contractum,
ex quo probanda est laesio juxta tempus contractus, ut di-
cam infra, et periti non valeant aestimare, nisi, quae eo- 68
rum oculis subjiciuntur, juxta tradita per Rotam coram
Otthobon. decis. 199. n. 11. et 12. an periti possint ex in-
spectione rei de praesenti dignoscere valorem fructuum, et
commoditatum ejusdem de tempore contractus, et affirma- 69

tiram tenuit Pinell. *in l.* 2. *par.* 3. *cap. ult. num.* 2. et
70 Palma *cons.* 27. *num.* 14. sed magis communis est in con-
trarium, quam tenent Cepol. *cons.* 51. *il* 1. *num.* 33. *lib.*
2. Bertaz. *cons. civ.* 109. *num.* 37. Cyriac. *contr.* 61. *num.*
4. vol. post. Posth. *de subhastatione decis.* 53. *num.* 4. et
5. *et in rec. decis.* 253. *n.* 18. *et seq. p.* 4. *to.* 2. *et* 532. n.
71 15. *et* 16. *par.* 5. et haec eo certius admittenda erit, si lon-
gum tempus intercessit, videlicet ultra decemnium, alias
enim intra illud quatenus non doceatur de causa extrinseca
mutationis, quod locus sit aestimationi per peritos, censuit
72 Natt. *cons.* 353. *num.* 2. secus autem si doceatur de causa
extrinseca mutationis valoris, uti si domus fuisset interim
73 locata caupoui, quia argueretur deteriorata, juxta Rotam
decis. 580. *numer.* 9. *par.* 5. *recen.* prout etiam certius
74 procedet dicta communis, si periti de illo tempore praeteri-
to non viderunt rem; tunc enim difficilius possunt ejus va-
lorem aestimare, juxta tempus illud Cyriac. *contr.* 61. *num.*
4. Rot. *dec.* 532. *n.* 14. *vers. in praesenti vero, et seq.* et
decis. 580. *num.* 11. *vers. Neque obstat par.* 5. *recent.* li-
cet non e contra, ex quo de tempore praeterito viderunt,
75 admitti debet, quod juxta illud aestiment in praesenti, sed
potius debent examinari tamquam testes secundum Rot. *de-
cis.* 253. *num.* 19. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. et decis.* 52. *num*
6. post Posth. *de subhast.* et quatenus sufficeret peritum
habuisse notitiam de tempore contractus, non relevaret eum
dicere habere notitiam a multis annis retro, si potest intel-
ligi de paucioribus, quam esset necesse ad includendum
tempus contractus *d. decis.* 253. *num.* 23. *par.* 4. *tom.* 1.
recentior.

Quoniam vero haec est praxis frequentissima probandi
valorem per peritos, non omittam aliquid magis de ea par-
ticulariter dicere, sed differo ad *c.* 34. *in fin.* ubi de pro-
bando valore melioramentorum in re locata facturum agam,
ad quem locum recurri poterit etiam in hoc proposito.

76 Testibus etiam probari poterit non solum quantitas fru-
ctuum perceptorum, sed etiam valor eorum, prout de utro-
que necesse est, ut deponant ad hoc, ut dignosci valeat, an
merces soluta sit justa, vel laesiva, ut post Castr. tradit
Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 239. *c. de rescinden. vend.* et
Mascard. *de probat. conclus.* 660. *num.* 3.

77 Verum inter utramque depositionem facienda erit aliqua
differentia, nam quoad primam de quantitate fructuum re-
collectorum, quia agitur de probando unico actu per priva-
tum facto, res reputatur difficilis probationis, ut docuit
Bartol. *in l.* 2. *c. de pignor. act.* Bald. *cons.* 323. *n.* 4.
vers. quarto dico, lib. 2. Surd. *cons.* 293. *n.* 31. *decis.* 571.
78 *num.* 3. *par.* 3. *et dec.* 100. *num.* 2. ubi quod fuit saepius
dictum *par.* 4. *recent.* quod non ita absolute dicendum erit
de probatione valoris, non solum quia communiter, et pu-
blice fructus venduntur, sed etiam quia de emptionibus, et
venditionibus solent confici scripturae, immo ut plurimum,
adsunt etiam scripturae publicae, idest, vel taxae commu-
79 nitatis, aut alterius superioris, vel libri gabellarum, per
quas probatur valor communis fructuum *decis.* 479. *num.* 3.
par. 2. *et decis.* 100. *num.* 2. *ver. Valor autem par.* 4. *et
decis.* 1023. *num.* 8. *par.* 11. *recent.* Coccin. *decis.* 439 *num.*
2. *vers. respectu vero*, Dunozet. Jun. *decis.* 890. *num.* 7.
ubi de libro gabellae.

80 Quo igitur ad quantitatem propter dictam difficultatem
probandi, non solum probabitur per testes, qui fuerint
praesentes eorum perceptioni, juxta doctr. Bald. *in l.* 1.
num. 16. *c. de fruct. et lit. expens.* Mascard. *de probat.
conclus.* 817. *num.* 5. Rot. *decis.* 100. *num.* 1. *par.* 4. *div.*
81 quod est clarum, sed etiam per testes deponentes de auditu,
82 Seraph. *decis.* 1245. *num.* 7. Buratt. *decis.* 722. *num.* 6.
ut per deponentes de publico, et notorio *dicta decis.* 100
83 *num.* 1. *par.* 4. *recent.* et per deponentes de credulitate,
Seraph. *decis.* 1245. *num.* 7. Rota *in recent. decis.* 707.
84 *num.* 1. *ad fin. par.* 3. statimque etiam solis conjecturis,
Bald. *in l.* 1. *num.* 16. *c. de fruct. et lit. expens.* Surd.
cons. 293. *num.* 31. ubi quod eis contentatur lex, Seraph.
decis. 1132. *num.* 1. *vers. ideoque*, Merlin. *decis.* 483.
num. 1.

85 Quae tamen procedunt sine difficultate, quando agitur de
probatione quantitatis fructuum facienda contra eum, qui
recollegit, prout, ut plurimum loquuntur praecitati, at se-
cus videtur in proposito, si conductor velit probare quanti-
tatem fructuum a se ipso perceptorum ad effectum probandi
laesionem, et rescindendi contractum, quia ipse non habet
illam difficultatem probandi, quam alius, qui non interfuit,
et sic nescit quibus res sit nota, vel si ipse, qui collegit
eamdem difficultatem habet est culpa sua, qui testes tempo-
re recollectionis non vocavit, ut poterat vocare, et sic habere
probationes concludentes, prout requiruntur ad effectum
praefatum, ut dictum est supra.

Praeterea eadem consideratio, et distinctio inter proba-
tionem quantitatis fructuum perceptorum faciendam a con-
ductore, vel a locatore, facienda etiam erit ad alium effe-
ctum, ut videlicet si faciendo sit a conductore ad convin- 86
cendam parvitatem pro obtinenda rescissione contractus, vel
remissione aut reductione mercedis, ut tunc curare etiam
debet, ut testes deponant de cultura solita, nam alias proba-
tio non concluderet, quia potuisset conductor percipere mi-
nores fructus culpa sua propter malam culturam *decis.* 245.
post. princ. par. 2. *div. et decis.* 343. *num.* 5. *post. med.
vers. et respectu par.* 11. *rec.* et sic culpa sua, quae non de-
bet culposo prodesse, *l. ne ex dolo, ff. de dol.* Anchar. *cons.*
142. *num.* 1. Rota *decis.* 91. *num.* 6. *par.* 6. *rec.*

Quo autem ad valorem, licet probari quidem possit per 87
testes, Bald. *cons.* 437. *num.* 4. *lib.* 1. Lup. *in l.* 2. *c. de
pact. inter empt. et vend. comment.* 2. § 5. *n.* 120. ubi, et
quod haec videtur esse regularis, et magis frequens probatio,
Mascar. *de probat. concl.* 657. *num.* 1. Dunoz. Jun. *dec.*
890. *num.* 7. tamen quia valor est qualitas intrinseca diffe-
rens a substantia rei, ut dicit Bald. *cons.* 190. *num.* 1. *lib.*
1. sequitur, ut cum non cadat sub sensu corporis, necesse est, 88
ut testes de eo deponentes reddant rationem sui dicti, etiam
non interrogati, alias illum non probant, Lup. qui alios cu- 89
mulat *dicto* § 5. *numer.* 126. Mascard. *d. conclus.* 656. *n.*
34. Rot. coram Gregor. *decis.* 379. *n.* 3. unde iste modus 90
probandi valorem est per quam difficilis, ut dixit Ang. Aret.
in §. *si quis agens num.* 4. *vers. quinto modo instit. de
action.* Mascard. *dicta conclus.* 656. *sub num.* 1. et est de-
bilior alio modo probandi per peritos, eique in concursu 91
cedere debet, Beron. *cons.* 102. *num.* 35. *lib.* 3. Seraph.
decis. 665. *num.* 7.

Non tamen requiritur, testes reddere rationem, quando 92
valor rei, seu merces est notoria etiam hominibus grossis,
vel pro ea scienda non est necessaria magna indagatio, Alex.
in l. pretia rerum num. 10. *ad fin. ff. ad l. falcid.* Maria
cons. 166. *num.* 12. Valasc. *consult.* 43. *num* 14. *post med.*
Vir. *dec.* 70. *num.* 3. et exemplum est si deponant de valore
vini, et frumenti, et similium victualium, et aliarum rerum,
quae constant pondere, numero, et mensura, Cagnol. *in l.* 2.
n. 236. *ad fin.* Adden. ad Buratt. *decis.* 538. *n.* 24. prout
etiam non requiritur redditio rationis in testes pretio illius
rei, de qua agitur, ut post Cremen. notat idem Valasc. *d.
consult.* 43. *num.* 14. *ad med. vers. sed, et quando*, vel suf-
ficit pro causa, testem dicere, quia sum peritus, ut censuit
Lup. *in l.* 2. *cod. de pact. inter emption. et vendit. com-* 93
ment. 2. § 5. *numer.* 126. *post. princip. versic. Nec ulla
causa.*

Inter causas autem scientia valoris bonorum ea reputatur 94
sufficiens, quia sum vicinus, Gomez. *in reg. de valore q.*
10. *ad fin vers. adeo quod in una*, Lupus *in dicto* § 5. *n.*
126. *in princip. versic. et melius erit*, Mascard. *conclus.*
657. *num.* 61. vel secundum aliam impressionem *concl.* 656.
Verum haec ratio procedit in profanis, non autem in bene-
ficialibus, Gomez. *dicta quaest.* 10. *ad fin. vers. sed in ma-* 95
teria beneficiali, Mascard. *dicta conclus.* 657. *n.* 62. prout
etiam bona dicenda erit ratio reddita a teste, si agatur de 96
probanda justa mercede agri, quia fui laborator ejusdem, est
enim quid magis, quam fuisse vicinum, et ideo magis pro-
bare debet seclusis aliis circumstantiis Cavs. de Grass. *decis.* 97
10. *num.* 7. *de testib.*

Debet autem animadverti, quod testes ut probent debent 98
deponere de valore communi, non de particulari, et rationem
reddere convincentem valorem communem, non autem par-
ticularem, quia, ut dicit Papin. *in l. pretia rerum* 63. *in
princ. ff. ad l. falcid.* pretia rerum non ex affectu, et utili-
tate singulorum, sed communiter funguntur Pen. *decis.* 592.
n. 11.

Unde si testis pro ratione, quod tanti valeret res, seu tanta 99
esset justa merces dicat simpliciter, quia tanti ego conduxis-
sem, haec non est bona ratio, potuit enim moveri testis ex
affectione propria, et particulari, et sic non concludit verum,
et communem valorem Alex. *in l. pretia rerum n.* 11. *ad
med. et seqq. ff. ad l. falcid.* Cagnol. *in l. unic. n.* 133. *cod.
de sentent. quae pro eo quod inter* Mandel. *cons.* 266. *n.* 1.
et seq. Burstt. *cons.* 70. *n.* 38. Rot. *decis.* 648. *n.* 3. *part.*

1. *recent.* quod amplistur procedere, etiam si sint eiginti te-
stes, vel plures, quia sunt semper siogulares, dum non lo-
quuntur de pretio communi, sed singulari, et quilibet de pro-
prio affecte, ut post alios advertit Cagnol. *in l.* 2. *cod. de re-
scind. vendit.* ubi refert Bald. et alios ibidem teoere contra-
rium, at Decium eos sequi, quando oon appareut de parti-
culari affectioue, quam testes haberent ad vom puta, quia
essent vicini, eel quid simile, sed monet ipse non receden-
dum in judicando, et consulendo a supradicta opiuione, quae
100 est magis communis, oisi forte testes essant plures, et saga-
ces, et de qualitate rei notitiam habentes, quo casu vult sal-
vari posse opinionem cootrariam, et eum sequitur Lup. *in l.*
2 c. *de pact. inter empt. et vend. com.* 2. ?. 5. *n.* 126. *vers.
similiter*, at idem quoque sensit Valasc. *cons.* 43. *n.* 13. *ad
fin.* qoi tamen solum allegat Guidop. *sing.* 684. *incip. testis
qui deponit*, et Rebuff. *in l. un. n.* 601. *in fin. c. de sent.
quae pro eo, quod inter.* tenentes contrarium, et dicit do eo-
rum opinione propterea dobitare.

Sic quoquu si dicat testis res tanti valere poterat, seu justa
101 merces in locatione hujus rei esse poterat, tanta meo judicio,
vel ut ego arbitror non probabit eadem ratione, quia non
deponit de communi pretio Curt. Jun. *cons.* 165. *n.* 17. ubi
de vera, et communi opinione testatur Menoch. *cons.* 1111.
n. 12. *et seqq.* Paciso. *cons.* 31. *n.* 28. Gratian. *discept.* 461.
n. 22. Gregor. *decis.* 553. *n.* 9. uisi forte testis appareat ita in-
102 formatus, ut non possit decipi in suo judicio, quia tunc pro-
baret juxta sensum Roin. *cons.* 46 *n.* 12. *lib.* 4. et Caes. de
Grass. *decis.* 10. *n.* 4. *vers. et fuit dictum pro respons. de
test.* quos sequitur Rot. *decis.* 512. *n.* 4. *part.* 3. *recent.* Non
enim requiritur, quod testis rationem reddat sui dicti si ap-
103 pareat eum esse particulariter informatum de re, de qua de-
ponit Felio. *in cap. ad aures n.* 17. *vers. unde in proposito
de rescript.* Pinell. *in l.* 2. *part.* 3. *cap. fin. n* 11. *cod. de
104 rescind. vendit.* et casus est, quo dicuntur sufficienter infor-
mati testes io hoc proposito si ipsemet eamdem rem, vel etiam
eorum parentes conduxerunt, ut censuit in specio Rota in
una Mediolaoen. Decimarum coram Piroeauo, quae est *de-
cis.* 291. *n.* 4. *post.* 2. *vol. cons. Farin. sub n.* 4. ubi re-
fertur etiam alia decisio in Caleguritao. Beneficii coram Sa-
crato.

105 Sed si testis de utroque deponere videatur dicendo tanti
conduximem juxta commonem aestimatioaem variant docto-
res, et ipse Bart. io diversas ire videtur sententias, nam *in
l.* 2. *n.* 18. *cod. de rescind. vend.* tenet eum probare, et eam-
dem opinionem amplectitur ibidem Salia. et alii, ac post eos
sequitor Valasc. *cons.* 43. *n.* 13. *ad med.* At in contrarium,
quod talia depositio non probet videtur sentire idem Bart.
in d. l. pretia rerum 62. ?. *nonnulla*, *ff. ad l. falcid.* dum
106 dat modum formandi capitula, quod tanti valeret, et tanti
communiter venderetur etc. et eamdem praxim approbant ibi
Salic. *pract. papien.* et alii relati per Mandell. *cons.* 266. *n.*
3. ex quo patet eos sentire, quod non sufficiat testes simpli-
citer dicere talem esse commuuem aestimationem, sed addere
debere, quod tanti res locata, et conducta communiter fuisse,
ut censuit Rot. coram Buratt. *decis.* 538. *n.* 10. et in vigore
haec ultima videtur verior, quia dum testis deponens de va-
lore debet omnino reddere rationem, ut supra firmatum fuit,
hinc sequitor, ut non sufficiat uoico verbo dicere eam esse
communem aestimationem, quia non distinguitur in hac de-
positione ratio ab ipso dicto, ut bene advertit Mandall. *cons.*
266. *n.* 3. *et* 4. *et n.* 29. quibus locis etiam hanc esse magis
communem opinionem testatur.

107 Sufficeret etiam depositio simplex de tanto valore, si arti-
culum fuisset rem tanti valere juxta aestimationem commu-
nem, quia dictum testis videtur habere relationem ad arti-
culum, seu ut alii dicunt capitulum, super quo examinatur
Cagnol. *in dicto l.* 2. *n.* 242. *vers. item posset procedere*, c.
de rescind. vend. Valasc. *cons.* 43. *n.* 21. *ad med. et seqq.*

108 Debet tamen testis deponere de valore praeciso absque ad-
ditione dictionis, in circa, quia talis dictio denotat deposi-
tionem esse dubitativam, quam non probat Curt. Jun. *cons.*
144. *n.* 3. et 4. *lib.* 1. et alii quos sequitur Rot. coram Bu-
ratt. *decis.* 538. *n.* 10. licet secus esse de dicente parum plus,
109 vel minus causeat. Caes. de Grass. *decis.* 10. *n.* 5. *et* 6. *de
110 testib.* Et idem erit si testis utatur verbis puto, mihi videtur,
et similibus, quia indicant ejus incertitudinem, et modicam
peritiam, itaut io eorum dicto non possit bonum fieri fun-
damentum, ut deducit Mandell. *d. cons.* 266. *n.* 26. *et* 27.
111 cum aliis adductis per Menoch. *cons.* 1111. *n.* 16. *et seq.* con-
trarium tamen teneut alii, ut videre est penes Mart. *cons.*

166. *n.* 13. *ad fin.* Mascard. *conclus.* 1363. *n.* 12. Farinac.
quaest. 68. *n.* 98.

Advertendum etiam, quod testes sint informati de re alias 112
ejus valorem non probant, et sic neque justam mercedem
locationis ejusdem Alex. *cons.* 148. *n.* 9. *lib.* 5. Rota coram
Gregor. *decis.* 578. *n.* 11. *et in recent. decis.* 656. *sub n.* 7.
part. 3.

Et quando agitur de re, cujus utilitas consistit in perce- 113
ptione fructuum debent etiam habere notitiam de impensis,
quae requiruntur in eis colligendis, et de his deponere non
autem simpliciter dicere tantos fructus reddi, ut probent Ca- 114
valer. *decis.* 383. *n.* 2. Gregor. *decis.* 411. *n.* 3. Rot. *decis.*
381. *in fin. part.* 1. *divers. et decis.* 444. *n.* 4. *part.* 2. *re-* 115
cent. quatenus tamen interrogentur, alias enim si simpliciter
deponant tot esse fructus, intelligitur deductis expensis Gre-
gor. *decis.* 273. *n.* 3. Rot. *decis.* 62. *n.* 11. *et decis.* 133.
n. 15. *et decis.* 357. *n.* 12. *part.* 10. *recent.* Intelligendo ta- 116
men de dictis expensis necessariis, et solitis pro recollectione,
non autem, si adsit aliquod onus extrinsecum, prout si age-
retur de probandis fructibus beneficii, non intelligerentur
detracta onera, et expensae quas requirit beneficium ipsum,
et dictam conclusionem declaravit Rota *decis.* 444. *n.* 5.
part. 2. *recent.* et annotavit Adden. ad Gregor. *d. decis.* 273.
n. 11.

Erit advertandum etiam, quod testes non deponant per 117
eumdem praemeditatum sermonem, nam si omnes uterentur
eisdem praecisis formulis verborum arguerentur subornati,
et non probarent Menoch. *cons.* 358. *n.* 26. Gratian. *discept.*
461. *n.* 20. *et* 21.

Si autem testes varient in quantitate, sive fructuum, sive 118
valoris eorum, tunc quandoque aliqui praeferuntur ex cir-
cumstantiis uti si cum aliquibus concurreret aliqua praesum-
ptio, vel adminiculum, ipsi praevalerent Beroii. *cons.* 102.
n. 34. *ad med. lib.* 3. Bursat. *cons.* 184. *n.* 20. *ad med.*

Praeferendi etiam antius deponentes, et qui minores pa- 119
tiuntur oppositiones, ut late plura exempla videri poterunt
penes Mandell. *cons.* 266. et qui sunt magis informati, vel
deponentes de facto proprio, prout esse possent coloni partia- 120
rii, et laboratores ejusdem praedii, de cujus locatione agere-
tur, Rota *decis.* 474. *n.* 1. *et* 2. *part.* 4. *divers. et decis.* 320.
ad fin. part. 2. *recent.* Animadvertendo tamen quod, similes 121
testes non sint interessati, prout esse possent in deponendo
de minori quantitate, ne videlicet deponendo de majori te-
neantor de ea reddere rationem, quia tunc retorqueretur con-
jectura, itaut potius standum esset aliis interesse in deposi-
tione non habentibus, ut advertit Cagnol. *in dict. l.* 2. *n.* 239.
post med. cod. de rescind. vend.

Praeferendi etiam erunt magis periti, et qui sunt aestima- 122
tores a publico electi Gratian. *discept.* 461. *n.* 1.

Et si hinc inde examinati sint testes in pari grado, prae- 123
ferendi erunt illi, qui deponunt contra laesionem, quia cum
eis concurrit praesumptio, quod pro justo valore facta fuerit
locatio ad tradita per Bald. *in l. si fundus*, ?. *quamquam ad
fin. ff. de reb. eorum* Menoch. *cons.* 359. *n.* 23. Gratian. *d.
discept.* 461. *n.* 19.

His autem, et similibus circumstantiis seclusis standum esse 124
deponentibus de minori valore, eo quia in eo concurrunt, et
alii puta unus dicit valebat mille, alius valebat mille centum,
utique iste secondus dicit etiam valere mille, quia summa 125
major affirmative prolata, continet in se minorem *l. diem pro-
ferre*, ?. *si plures*, *ff. de arbitr.* Jas. *in l.* 1. ?. *si stipulant.
n.* 8. *ff. de verb. obligat.* ubi quod etiam continet eam de pro-
prietate sermonis Surd. *cons.* 102. *n.* 17. ubi quod eam con-
tinet vere, et proprie, et quod totus mundus non potest facere
quod eam non contineat. Et licet hanc regulam in depositione
testium pati difficultatem dixerit Rota *decis.* 298. n. 4. coram
Gregor. et eam non procedere teneant in specie Jas. *in d. l.*
1. ?. *si stipulatus n.* 9. *ad fin. vers. septimo limita*, *ff. de
verb. oblig.* Alex. *cons.* 50. *n.* 16. *lib.* 5. Monac. *decis. Lu-
cen. p. n.* 3. tamen in contrarium est magis communis opinio, 126
et passim approbata per Rotam, ut testatur Adden. ad Gre-
gor. *decis.* 452. *n.* 2. et in hoc proposito eam probat Beroii.
cons. 102. *n.* 34. *lib.* 3. adden. ad Buratt. *decis.* 468. *n.* 16.
Verall. *decis.* 299. *n.* 1. *part.* 3. Cavaler. *decis.* 370. *n.* 2. Du-
ran. *decis.* 107. *n.* 1. *in recent. decis.* 551. *n.* 1. *in fin. part.*
1. *et decis.* 482. *n.* 3. *post med. part.* 3.

Advertendum tamen, quod e contra licet deponens valere 127
mille non deponat valere mille centum, tamen nec etiam pro-
prie contradicit deponenti valere mille centum, quia res quae
valet mille centum, utique, et mille valet, ut dicit jurisconsultus.

in l. cum furti, ff. de in lit. jur. et hinc est quod dd. viden-
tur quandoque contraria loqui, et oritur confesio in hoc pun-
cto, ut patet signanter ex relatis per Mascard. *conclus.* 656.
n. 8. *et lato seqq.*

Et si recte advertatur ad praedicta, quod nempe deponen-
tes de majori somma possont concordari eum deponentibos
de mioori, at deponentes de minori uon possunt concordari
128 enm deponentibos de majori, sed solum ab eis non discor-
dant, resolri possunt difficultates, nam inde sequitur, quod
in easo quo, neque testes deponentes de minori, neque depo-
129 nentes de majori de per se probant, tuno quia, semper su-
menda est interpretatio coadiuvans depositiones testium ad
probandum, recorrendom est ad dictam conciliationem depo-
nentis de majori summa oum deponente de minori ea eo re-
sultantem, quod in majori summa continetur minor, ut sic
de ea dicatur adesse sufficiens probatio, ut declarat Alex. *cons.*
64. *n.* 12. *vers. non obstat dum allegatur lib.* 2. Mascard.
dict. conclus. 656. *n.* 20. *cum duobus seqq.*

130 Si autem major summa sit probata, uti quia de ea deponant
duo testes coocordes, tunc eorum depositioni standum est,
quamvis adsit alius testis, qui deponat de minori etiam in-
ductus, et examinatus ab eodem, qui examinare fecit, et alios,
ei probare intendit, propter dictam rationem, quod iste unos
deponens de miuori summa, licet non concordet cum depo-
nentibus de majori, tamen neque eis contradicit, et ideo nullo
modo ralcat impedire, seu confundere probationem conclu-
dentem per eos factam Salicet. *in l.* 2. *n.* 26. *et seqq. c. de
rescind. vend.* Alex. *cons.* 64 *n.* 9. *lib.* 2. Mascard. *d. con-
clus.* 656. *n.* 19. Caes. de Grass. *decis.* 10. *n.* 7. *de testib.*

131 At ubi sunt duo testes deponentes de minori summa, nem-
pe mille, et duo de majori, nempe mille centum, tunc equi-
dem ridebatur standum deponentibus de mioori, ea quo in
ea coocordant omnes, et sic licet in summa majori sint duo
testes, qui ad probandum sufficiont, tamen pro minori sunt
quatuor, ot quando testes discordent attenditur id, in quo
major numerus concordat Gregor. *decis.* 472. n. 2. Buratt.
decis. 43. n. 3. sed re melius considerata contrarium est di-
cendum, quia nempe probatio majoris summae, dum in ea duo
testes concordant est in se perfecta, et concludens, et ideo
attendanda non obstante, quod adsit etiam probatio summae
minoris, quia dum, ut dictum est iste illi noo contradicit, et
potest stare simul cum ea noo relerat, quod pro una adsit;
major numerus testium, ut bene firmat Alex. *cons.* 64. n. 7.
praesertim prope fin. lib. 2. cum aliis adductis per Mascard.
dict. conclus. 656. *n.* 8. *et* 9.

132 Immo fortius etiam si illi testes deponentes de minori som-
ma, non possent concordari cum deponentibus de majori, uti
quia uterentur taxativa, vel expresse negarent plus ralere
adhuc standum esset deponentibus de majori summa, ea ra-
tione, quia ipsi deponunt super affirmativa, alii vero dicen-
133 tes ad summam illam non ascendere valorem, in effectu depo-
nunt super negativa, et io concursu deponentes super affir-
mativa praeferuntur, ut in proposito voluit Bald. *in l.* 2. *col.
fin. c. de rescind. vend.* quem refert, et sequitur Curt. Jun.
in addit. ad Alex. *in l. pretia rerum n.* 51. *in ver. esse ve-
134 ram ad fin. ff. ad l. falcid.* et est regulare, ut credatur ma-
gis duobus testibus affirmantibus quam mille negantibus
*glos. in l. diem proferre, §. si plures ver. convenerunt, ff.
de recept. arbitr.* Seraph. *decis.* 607. *n.* 2. Gregor. *decis.*
449. *n.* 3. Quod tamen facilius procederet, ubi testes negati-
135 vam non coarctarent, dicendo non potuisse ad majorem sum-
mam ascendere, quin ipsi scireot, nam quando deponentes
super negativa, ita eam coarctant valdo controversum est in-
ter dd. An procedat dicta conclusio, quod eis praeferantur
deponentes super affirmativa, ut patet ex hinc inde relatis per
Gabriel. *de testib. conclus.* 4. n. 34. *et* 5. non praeferri ultra
citatos per eum tenent etiam Laderch. *cons.* 181. *n.* 20. et
Aldobrand. *cons.* 72. *n.* 17. *lib.* 2. Et in his terminis, quod
standum sit potius deponentibus de minori summa cum di-
cta coarctatione negativae, quoad summam majorem Mascard.
d. conclus. 656. n. 12. Et huic opinioni erit adhaerendum
praecipue si deponant super valore ea ratione, quia valor est
136 de rebus, quae magis percipiuntur judicio intellectus, quam
sensu corporis, ut dictum est supra, in quorum rerum proba-
tione noo magis attenditur depositio testium super affirmati-
va, quam super negativa ex adductis per Gabr. *d. conclus.*
4. *n.* 14. et per Mascard. *d. conclus.* 656. n. 13. Unde quid-
quid sit, ubi testes deponunt de quantitate sola fructuum, vel
etiam de valore eorum, quae constat pondere, numero, et
mensura, ac similium, qui notus est etiam hominibus gros-
sis, et propter frequentiam venditionum percipitur quodam-
modo sensu corporis, itaut deponentes de eo non opus habeant
reddere rationem suae depositionis, ut dictum est supra; ubi 137
agitur de valore, qui percipitur magis judicio intellectus,
quam sensu corporis. conclusio, quod testes deponentes de
majori somma praeferantur non transit sine difficultate, dum-
modo deponentes de minori utantur taxativa. itaut cum aliis
conciliari non possint, ut sensit Surd. *d. cons.* 452. *n.* 59.
vers. quae sententia, et Borgnin. *d. decis.* 46. *num.* 181.
et seq.

Declarari etiam potest eadem conclusio quod standum sit 138
deponentibus de majori summa. ut procedat quateuus asser-
tire ponant dictam summam majorem, secus autem si dicant
parum plus, vel minus, aut in circa Caesar. de Grass. *decis.*
10. n. 8. *de testib.* ubi tamen solum dicit, quod ita intellige-
bant conclusionem aliqui ex dominis, et nihil allegat, sed
comprobari potest declaratio, quia jam supradictum est depo-
nentes de valore cum dictione, in circa, non probare conclu-
denter, eo quia est depositio dubitativa, et testes deponentes
super affirmativa non praeferuntur deponentibus super ne-
gativa, quando affirmativa non est concludenter probata Jas. 139
cons. 81. *n.* 30. *vers. tertio dicitur lib.* 3. Gabr. *de testib.
d. conclus.* 4. *n.* 12. Rota coram Gregor. *decis.* 322. n. 7.

Si autem sint tres testes examinati, et unus deponat de de- 140
cem, alius de quindecim, alius de viginti, poterit pariter ex
praedictis deduci resolutio, quod videlicet facta sit probatio
de quindecim, quia nempe in ea summa concurrit etiam de-
ponens de viginti, et sic sunt duo, qui bene eam probant nil
relevante depositione deponentis de decem ex supradictis, et
in specie tenuit Salic. *in l.* 2. *prope fin. vers. item juxta hoc
quaero, c. de rescind. vend.* et eum refert, et sequitur Alex.
dict. cons. 64. *n.* 9. *et seqq. lib.* 2. Mascard. *conclus.* 656. *n.*
14. *et* 15. et in his terminis procedere potest id quod dicit
de eligenda media via Seraph. *decis.* 1245. *n.* 7. Probant 141
igitur valorem testes ita singulares, quia varient in sola quan-
titate, sed ubi unus deponat de una qualitate fructuum, alius
de alia puta unus de vino, alius de frumento, alius de fabis,
tunc quia nullatenus concordari possunt non probant Ca-
gnol. *in d. l.* 2. *n.* 239. Mascard. *concl.* 660. *n.* 2. *vers. hanc
conclusionem*, prout etiamsi unus tantum deponeret de red-
ditu terrarum locatarum, alii vero deponerent de redditu
aliarum vicinarum idem censuit Rota *decis.* 343. *n.* 5. *part.*
2. *recent.*

Caeterum ad solam quantitatem probandam admittuntur 142
regulariter non solum testes de visu, ut in *decis.* 100. *n.* 1.
part. 4. *recent.* sed etiam de audito a colonis, ut habetur 143
ibidem, et generaliter de audito Seraph. *decis.* 1245. n. 7. 144
et coram Burat. *decis.* 721. n. 6. et de credulitate, quod
pariter probent quantitatem Seraph. *d. decis.* 1245. *n.* 7.
et in recent. decis. 727. n. 1. *in fin. part.* 3. statur ete-
nim etiam conjecturis Bald. *in l.* 2. *n.* 22. *c. de fruct. et* 145
lit. expens. Rota coram Seraph. *decis.* 1245. *n.* 7.

Dubitari etiam potest, an necesse sit testes deponere prae-
cise de tempore contractus, ut an sufficiat, quod de eo tantum
deponant, et difficultas non vertitur circa probationem laesio-
nis directam, quia clarum est, quod laesio attenditur de 146
tempore contractus, et de eo probari propterea omnino debet
Mandell. *cons.* 256. n. 13. *et* 27. Hunded. *conr.* 10. *nu.*
35. *lib.* 1. Cyriac. *contr.* 1. n. 33. Menoch. *cons.* 843. *n.*
38. Rot. *decis.* 199. *n.* 4. *part.* 4. *et decis.* 582. *n.* 18. *par.*
4. *tom.* 3. *recent.* sed vertitur circa probationem veri valo-
ris, seu justae mercedis rei locatae, ex qua dignosci laesio-
nem dictum est supra, an scilicet talis valor probari debeat
praecise de tempore contractus, et an sufficiat probare de
illo tempore praeciso, et non esse necessarium probare de
tempore illo deduci videtur, ex eo, quod mutatio, et variatio
non praesumitur, ergo non est necesse probare valorem prae-
cise de tempore, sed sufficit illum probare de alio, ut in pro-
posito, videlicet ad effectum rescissionis contractus ex capite
laesionis post alios tradit Cagnol. *in l.* 2. *n.* 238. *c. de re-
scinden. vend.* quem sequitur Rota coram Cavaler. *decis.*
358. *n.* 4. et coram Bich. *decis.* 609. *n.* 7.

Pro contraria vero opinione, quod valor probari debeat 147
praecise de tempore contractus est text. *in cap. cum dile-
cti*, ibi, *tunc valentem de empt. et vendit. et in l. si volun-
tate ad fin. c. de resc. vend.* et ratio redditur quia imo ex-
perientia rerum docet, rerum pretia saepe variari, et probat
text. *in l.* 4. *ff. de eo. quod cert. loc. et in l. pretia rerum*
63. *ad fin. ff. ad l. falcid.* et hanc opinionem late tuetur
in specie Pinell. *in l.* 2. *part.* 3. *cap.* 4. *n.* 15. *c. de re-*

scind. vend. Honded. *cons.* 31. *n.* 48. *lib.* 1. Bellon. Jun.
cons. 76. *n.* 17. *et seqq.* Gratian. *discept.* 766. *n.* 41. Gre-
148 gor. *decis.* 76. *n.* 7. Bara. *decis.* 123. *n.* 10. Quod, et am-
pliant aliqui, ut sit necesse, probationem restringi, et per-
cutere momentum ipsum temporis, quo celebratus fuit con-
tractus Laderch. *cons.* 129. *n.* 1. cum aliis adductis per D.
Urceolum *cons.* 3. *n.* 27. et hoc procedere in qualibet ma-
teria, in qua agatur de probanda laesione Merlin. *de legit.*
lib. 3. *tit.* 1. *quaest.* 12. n. 27.

149 Verum omissa longa disputatione, utraque opinio sustine-
ri potest in diversis casibus, prima enim restringitur, ut pro-
cedat tantum in stabilibus, non etiam in mobilibus, et ita
eam opinionem restringit ipse Cagnol. post Bart. *in d. l.* 2.
n. 238. *c. de rescind. vend.* Valasc. *cons.* 48. *n.* 28. *ad*
med. vers. ego autem, Guttier. de Gabell. *q.* 147. *n.* 23. et
satis est in mobilibus non procedere, quia usu consumun-
150 tur, adeo ut per lapsum decennii praesumuntur in totum con-
sumpta, ut per Duran. *decis.* 192. *n.* 11. Rota *in recent.*
151 *dec.* 250. *n.* 2. *par.* 8. quod tamen recipit declarationem, ut
procedat in pannis, et masseritiis, et utensilibus fragilioris
materiae, non in solidioribus Roland. *cons.* 92. *n.* 24. *lib.*
1. ubi quod vegetes sunt de his, quae usu consumuntur
Castill. *de usufr. cap.* 7. *n.* 24. *et seq.* Rot. coram Andr.
decis. 80. *n.* 7. et in Anconitana dotis 4. julii 1641. §. 2.
quia coram eminentiss. Cerro, et quia difficile esset statue-
152 re, seu distinguere, quae prius, et quae posterius consuman-
tur, et in quibus propterea requiretur probatio magis prae-
cisa de tempore, standum propterea erit arbitrio judicis Fon-
tanell. *claus.* 7. *glos.* 3 *part.* 12. n. 40.

153 Imo nec in stabilibus perpetua erit praesumptio, quod
valor non sit variatus, sed ad summum durabit ad decen-
nium Natt. *cons.* 353. *n.* 3. ubi quod postea praesumitur
mutatus Addent. ad Gregor. *decis.* 553. *n.* 15. ubi, et decis.
allegat cum aliis adductis per D. Urceolum *consult.* 3. *num.*
26. et hoc etiam videtur potius spacium diuturnum, prae-
sertim ad hunc effectum probandae laesionis pro rescissione
contractus, ad quem requiritur probatio valoris concludens,
non autem praesumptiva, ut dictum est, supra *post princ.*
hujus cap. ex Seraph. *decis.* 1462. *n.* 1. et ista probatio va-
loris antecedentis per decennium, vel circa ex valore de
154 praesenti est praesumptiva. Unde restringenda est praesum-
ptio, ut procedat in modico tempore tantum ad dictum ef-
fectum, ut per Surd. *cons.* 151. *n.* 71. *vers. et licet.* Gre-
gor. *decis.* 553. *n.* 5. et de modico tempore loquuntur, ut
plurimum DD. citati. At licet modicum tempus dicatur ad
aliquos effectus illud quod est, infra decennium, et signan-
ter dictum est supra *cap.* 4. locationem dici ad modicum
155 tempus si intra tale spatium sit restricta, tamen modicum
adhunc effectum, de quo agitur restringendum esse ad spa-
cium unius anni tantum censet Valasc. *cons.* 43. *n.* 28. *ad*
med. vers. dicam igitur, et de uno tantum anno tradit et-
iam Cagnol. *in d. l.* 2. *c. de rescind. vendit.* *n.* 238. de
duobus vero Bich. *in dicta decis.* 609. *n.* 7. et de tribus
Cavalc. *in dicta decis.* 358. n. 4. et quod sex anni non
possint dici modicum tempus adhunc effectum Ladarch. *cons.*
129. *n* 1. *vers.* nemo *dixerit.*

156 Possent tamen praedictae opiniones conciliari, ut proce-
dant singulae juxta qualitatem bonorum, nam in quibusdam
157 stabilibus citius variatur valor, quam in aliis, terrae enim
nudae semper sunt in eodem statu, et non ita arboratae, et
158 vitatae, quia arbores senescunt, et citius vites ut tradita per
Posth. *resol.* 17. *n.* 51. Bich. *decis.* 496. *n.* 28. Rot. *decis.*
216. *n.* 10. *part.* 9. *recent.* et tamen arbores quandoque,
159 et vites crescunt naturaliter, et sic augent valorem. Imo prae-
sumptio regulariter videtur esse pro augumento, itaut faci-
lius admittatur si ex valore de tempore subsequenti prae-
tendatur argui non voluisse magis de tempore praecedenti,
sed ex valore de tempore antecedenti praetendatur argui
non valuisse minus in subsequenti quam e contra, quia, ut
experientia docet pretia rerum crescunt Eugen. *cons.* 34.
n. 28. *lib.* 1. Rot. *decis.* 431. *n.* 4. *vers. accedit etiam par.*
160 4. *divers.* quod tribuendum videtur majori abundantiae,
quae habetur auri, et argenti translati praesertim ex indiis,
et per consequens, et pecuniae, quae jugiter, creditur, itaut
plus essent olim floreni octingenti, quam hodie mille sexcen-
ti, et sic duplicata summa, ut dicit Rot. *decis.* 126. post
Merlin. *de legit.* et hoc est, quod habetur penes Peniam
decis. 186. *n.* 2. quod videlicet ex valore de praesenti ar-
guatur ad praeteritum, non e contra, alias enim non video
rationem diversitatis, et quod lapsu temporis praesumatur

auctus valor bonorum dixit quoque Rot. *decis.* 63. *num.* 2.
part. 4. *divers.* et praesumi augeri valorem stabilium ex- 161
ceptis tamen vineis, quae in dies deteriorantur Posth. *resol-*
lut. 17. *n.* 51. et de fructibus, quod praesumantur potius 162
aucti, quam diminuti Rot. *decis.* 186. *n.* 21. *part.* 6. *re-*
centior.

Standum igitur erit arbitrio judicis, an ex valore de uno 163
tempore possit argui valor de alio, et pro quanto tempore,
dum non potest dari in hoc certa regula, sed attendi debeat
qualitas bonorum, ut dictum est de mobilibus, attendique
etiam debebit qualitas temporum, et causae extrinsecae mu-
tationis valoris puta si supervenerit bellum, vel pax, quia
eis intercedentibus cessat dicta praesumptio, quod valor non 164
variet Natt. *cons.* 353. *n.* 3. addan. ad Gregor. *decis.* 553.
n. 15. Rot. *decis.* 457. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* et coram Bi-
ch. *decis.* 609. *n.* 7.

Nec dicat aliquis, quae dicta sunt procedere in probatione
valoris rei, et sic non applicari in probanda laesione in con-
tractu locationis, ad quam convincendam non attendendus
valor ipsius rei locatae sed fructuum, seu commoditatum,
quae ex ea percipiuntur, ut dictum est supra post princi-
pium hujus cap. Quia ultra quod in multis ex valore rei
arguitur valor fructuum, et signanter in stabilibus quae
praesumuntur reddere ad rationem quinque pro centenario,
ut dictum est supra, respondetur, quod quae dicuntur non
praesumi mutatum valorem rei, et ideo argui a valore unius
temporis ad valorem alterius, applicantur etiam ad valorem
earumdem commoditatum, et fructuum, qui ex re percipiun- 165
tur, quia si non mutatur res, utique nec commoditates,
quae ex ea resultant, et in specie, quod fructus terrarum
semper praesumatur idem, quatenus non appareat earum
mutatio, ex quo terrae non consenescunt, neque sterilescunt
Columella *de re rustica lib.* 1. *cap.* 1. et semper, ac post 166
annum seritur, novalis dicuntur, *l. Silva*, §. *novalia*, *ff.*
de verb. signif. ubi Rebuff. ex Varone *de rer. rust. lib.*
1. *cap.* 19. Plin. *in hist. natur. lib.* 18. *c.* 19. ait quod post
annum utiliter semper seritur, et eadem semper percipitur
utilitas, prout ai refert, et sequitur Rot. *decis.* 316. *num.*
10. *part.* 9. *recent.*

Non est igitur necessarium, probationem valoris percu- 167
tere tempus praecisum contractus, sed sufficit eam esse de
proximo, quia non praesumitur mutatio, ut dictum est, et
ultra citatos tradunt etiam Becc. *cons.* 115. n. 7. Gutier. *de*
gabell. quaest. 147. *n.* 8. *et seqq.* et sicut in stabilibus non 168
est necesse, quod probatio percutiat annum illum, in quo fa-
cta est locatio ex supradictis, ita nec etiam in mobilibus ne-
cesse erit, quod testes se referant praecise ad diem Adden.
ad Buratt. *decis.* 538. *n* 22. *vers. non est tamen necessa-*
rium, Rot. coram Pen. *decis.* 706. *n.* 4. *ad finem*, intelli-
gendo tamen, quod dictum est de locatione stabilium ubi
locatio sit ad longum tempus, vel saltem ad tantum tempus,
quo percipiantur fructus integri, capiendo videlicet annum
sterilem, et fertilem necesse enim habent, ut plurimum ter-
rae uno anno quiescere, et non seri, ut habetur ex dicta *de-* 169
cis. 216. *n.* 10. *part.* 9. *recent.* et aliquibus in locis fructus
integri percipiuntur tantum in triennio, et regulariter in
casalibus agri Romani, ut habetur *in decis.* 727. *n.* 3. *vers.* 170
praeterea, quod sterilitas part. 4. *divers.* et in aliis deci-
sionibus, de quibus supra *in cap.* 14. §. 6. *in princip.*
in quibus proinde si locatio esset ad annum probatio per-
cutere deberet annum illum, vel alium similem videlicet
si esset annus sterilis, necesse esset probationem esse de
anno fertili, et e contra, prout etiam si terrae, quae habent
unum annum fertilem, et unum sterilem locentur forte ad
triennium advertendum erit an in locatione veniant duo an-
ni steriles, vel duo fertiles, et ad similia, quae de se patent.

Praeterea si non solum probaretur valor de tempore ante-
cedenti, vel de subsequenti, sed simul de utroque, et uter-
que in eadem summa consisteret tunc tanto magis sufficeret
probatio, quamvis probatio non percuteret etiam tempus me- 171
dium, in quo celebratus esset contractus, quia probatis extre-
mis media praesumuntur ejusdem qualitatis Natt. *cons.* 235.
n. 18. Mantic. *decis.* 23. *num.* 3. Buratt. *decis.* 660. *num.*
1. Rot. *in specie de probatione quantitatis, et valoris fru-*
ctuum decis. 186. *n.* 20. *part.* 6. *recentior.*

Verum licet non sit necessarium percutere tempus illud
praecisum, quo fuit celebratus contractus, tamen quia ratio
conclusionis est illa, quia in brevi spacio temporis non
praesumitur mutatio valoris, et sic probatio de uno tempo- 172
re illativo prodest de alio melius utique erit si necessario,

non sit ista illatio, ae proinde si testes percutient tempus
locationis melius probabunt, et in concursu magis percu-
tientes erunt praeferendi, ut consideravit Rot. coram Pen.
decis. 1528. *n.* 7.

173 At utrem sufficiat, probationem fieri da illo tempore prae-
ciso contractus tantem, est aliud dubium, in quo videbatur
prima facie ea omnibus praedictis deduci posse resolutio-
nem affirmativam, dum dictem est laesionem attendi de tem-
pore illo, et probationem valoris ad illud refereodam, et de
illo concludere debere, vel praecise, vel saltem illativa per
praesumptionam, quod dum erat in tanta quantitata de alio
tempore non sit metatus, sed in eadem sit de illo, sed ad-
vertendum, quod ex praedictis bene convincitur sufficere
probationam valoris de tempora contractus, at dubium est,
an probatio valoris dicator bene, at sufficienter facta si per-
celiat tantum illud momentum temporis, atent enim simul
haec don valorem inspici da tempore contractus, et proba-
tionem valoris non bene fieri illo tempore tantom inspecto
Rot. *decis.* 65. *n.* 15. *p.* 2. *div.* in isto autem dubio pro ne-
gativa est text. *in l. pretia rerum* 63. *in fin. ff. ad l. fal-
cid.* ubi expresse habetur pretia non constitui ea momen-
174 tis temporem, et animadvertit Rot. coram Penia *decis.*
706. *n.* 5. *ad fin.* vigetque ratio praesertimque in proposi-
to precii fructuum quod magis attenditur in locatione, quam
preciem rei, nam ut dictem est terrae et plerimum non
reddunt fructum aequalem quolibet anno, unde non satis
erit probare valorem fructeem, et commoditatem, quae per-
cipi poterant de re locata restringendo probationem ad an-
nem illem, sed faciende erit per pleres annos continuos,
ad hoc, ut videatur si redditus siat aequales, et si non sint
aequales quolibet anno, sed quolibet biennio, vel trienuio
videlicet, quia semper sit unus annus fertilis, et unus steri-
lis, tunc intrat quod dictum est supra attendendum, quot
anni fertiles veniant in locatione, et quanti sint fructus eo-
rum; et idam de sterilibus, si autem non potest dari certa
regula, tunc coacervandae sunt summae, et capiter de toto cu-
175 melo rata pars pro quolibet anno, ut tradit Munoz Escobar.
da ratiocin. part. 1. *cap.* 16. *n.* 42. ubi advertit probari
hunc modum per text. siogularem, quem dicit Phoenicem
in jure *in l. si fundum cum l. seq. ff. mandat.* Ajor. *de
partit. cap.* 3. *n.* 5. at sensit Rota coram Penia *decis.* 706.
fin.

176 Verum per quot annos, et quales facienda sit ista proba-
tio, non conveniunt DD. nam fieri debere per plures annos
ante, et postea, docet Bart. *in l. precia rerum* 63. *§. nonnul-
lum n.* 2. *ad finem, ff. ad l. falcid.* et ibid. Alex. *n.* 10. et
firmat Seraph. *decis.* 1462. *n.* 3. *ante med.* et requiri per
quinque annos antes, et per quinque postea, in materia prae-
177 sertim objective tradunt Gomez. *ad regel. cancell. in re-
gul. de valore quaest.* 12. Paris. *da rasign. benef. lib.* 10.
quaest. 2. *n.* 55. Apostill. ad Pen. *decis.* 176. Rota coram
Seraph. *decis.* 1340. *n.* 1.

178 Non requiri autem annos quinque, aed satis esse tres an-
nos ante, at tres postea, volent Pinell. *in l.* 2. *c. de resc.
vend. part.* 3. *cap. ult. n.* 30. Afflict. *in tit. per quos fiat
investit. §. sed res vers. et ego vidi observare* Lep. *de u-
sur. ad l. curabit coment.* 1. *n.* 165. *in fin. et a.* 171.
Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 11. Mascard. *de probat.
concl.* 1396. *n.* 38. Rut, *decis.* 343. *n.* 3. *part.* 1. *et de-
cis.* 100. *n.* 1. *part.* 4. *recent.*

179 At, has opiniones in ea parte, in qua requiront probatio-
nem fieri debere per tres, vel quinque annus posteriores,
non esse admittandas in hoc proposito convincendi contra-
ctum laesivum, ea praesertim ratione, quia imponerent ne-
cessitatem volenti impugnare contractum expectandi illud
tempus elabi, quod non esset aequum, nec juri consonum,
voluit signanter Mandos. *ad regul. cancell. regul.* 22. *qu.*
5. *n.* 2. quem sequitur Mascard. *conclus.* 1403. *n.* 48.

180 Et proinde succedunt aliae opiniones, quarum una est,
quod probatio fiat per decem annos suta Rota *decis.* 189. *n.*
4. *part.* 1. *divers.* at latissime reprobatis prius aliis tribus
opinionibus diversis, hanc comprobat, et retinendam esse,
tradit Gaiz. *de benef. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 228. *et pluri-
bus seqq.*

Alia est, quod sufficiat probatio quinque annorum praete-
ritorem Mandos. *dicta quaest.* 5. *num.* 2. Mascard. *dicta
concl.* 1403. *n.* 48.

181 At in tanta varietate videtur dicendum, quod si de tem-
pore litis motae lapsi fuerint anni a die celebrati contractus,
tunc facienda sit probatio redditunm in eis perceptorum,
alias sufficere probationem annorem praecedentium non
enim videtur expectandum, quod labantur ad movendam,
vel terminandam litem, et sensit. Rot. coram Achil. de Gras.
decis. 188. *sect.* 2. *de valor.* de qua meminit Gatz. *de be-
nef. d. cap.* 3. *n.* 224. *part.* 5.

Caeterum, quoad quantitatem annorem propter diversita- 182
tem bonorum, relinquendum videtur arbitrio judicis, ut ip-
se attenta eorum qualitate statuat, an requiratur decennium,
vel quinquennium, vel etiam aliud majus, vel minus tem-
pus, ut sensit Rota coram Penia *decis.* 706. *n.* 6. *ad med.
at decis.* 648. *n.* 4. *part.* 1. *et decis.* 159. *n.* 9. *part.* 5. *re-
cent.*

Haec autem de probatione facienda per plures annos in- 183
telligi debent, si agatur de probatione fructuum, et commo-
ditatem, quae percipiuntur de stabilibus, at si agatur de
mobilibus, et semoventibus, tunc restringi debet probatio
ad tempus contractus, non taman ad solum illum diem, sed
et per alios antea, et postea, justa qualitatem rerum a judi-
ce arbitrandam Valasc. *cons.* 43. *n.* 28. *ad med. vers. si* 184
vero agitur, ubi non sufficere probationam unius diei, prae-
cipue si agatur de victualibus, quia, eorum pretium in
dies alterari notum est, et hoc est si recte advertatur, quod
sensit Rota coram Penia *decis.* 706. *n.* 4. *ad fin* et sequi-
tur Adden. ad Buratt. *decis.* 538. *n.* 22. *vers. non est ta-
men necessarium*, et in his terminis non esse restringen-
dam probationem ad momenta temporis. est text. *in l. pre-
tia rerum* 63. *ad finem, ff. ad l. falcid.*

Et quoniam pretium, ut plerimum secundum diversita- 185
tem temporum anni in frugibus variabit, tunc eligenda erit
media via videlicet neque majoris, neque minoris valoris
argum. *l. Titius, ff. ad trebell.* Anchar. *cons.* 210. *num.* 3.
Dec. *cons.* 176. *n.* 6. Thesaur. *decis.* 89. *n.* 1. *et seq.* et aliis
adductis, hanc amplecti solere in statuendo valore frumenti
tradit Merlin. *decis.* 441. *n.* 8. adeout testes deponentes de 186
valore de tempore messium, non probent, nisi adsint alii
absolute loquentes, ut censuit Rot. *decis.* 343. *n.* 2. *part.*
9. *recent.* quidquid attendandum esse valorem de mense
augusti messi proximo, senserit Nevizan. *cons.* 90. *num.* 23.
Bursatt. *cons.* 11. *n.* 34. et Menoch. *recuper. remed.* 15.
n. 599.

Non omittendum argui etiam valorem rei a valore si- 187
milium, et terrarum valorem a valore aliarum vicinarum Pi-
nel. *in l.* 2. *part.* 3. *cap. ult. n.* 40. *cod. de rescind. ven-
dit.* Bursatt. *cons.* 184. *n.* 17. Bars. *decis.* 28. *n.* 14. Rot.
post 1. *vol. cons. Farin. dec.* 259. *n.* 2. et argui etiam quan-
titatem fructuum ex bonis perceptorem, ea quantitate per- 188
cepta ea similibus bonis convincit Surd. *cons.* 395. *n.* 31.
Merlin. *decis.* 483. *n.* 7. Rot. *in recent. decis.* 571. *num.* 6.
vers. item de solito part. 3.

Verum probandum est terras, de quorum valore, seu fru- 189
ctu constat, esse prorsus ejusdem qualitatis, ac illae de qui-
bus agitur, quodque si agitur de probando valore, factae
fuerint plures, et diversae earum venditiones, et idem si a-
gatur de probando fructu, quod factae fuerint plures, et di-
versae locationes Gratian. *discept.* 461. *n.* 14. *et seq.* Rot.
decis. 34. *n.* 11. *part.* 1. *recent.* D. Urcel. *cons.* 3. *num.* 29. 190
vel si probari velit quantitas fructuum, puta frumenti ea
quantitate recollecta in vicinis terris, probari debet, quod
fuerint etiam eodem modo cultae, cum aliter possit esse, quod
vicini melius, vel pejus coluerint, et propterea majores, vel
minores fructus collegerint, et sic argumentum non esse
totum *decis.* 245. *post princ. part.* 2. *divers. decis.* 343.
n. 5. *post med. vers. at respectu part.* 1. *recent.*

Praedictisque circumstantiis bene probatis, praesumptio 191
erit violenta, ut dicit Bursatt. *d. cons.* 184. *n.* 17. alias
vero ista de se sola erit levis probatio, ut dicit Seraph. *de-
cis* 955. *n.* 3.

Notandum denique, quod ad hunc effectum probandae 192
laesionis, non attendenda una pars tantum contractus, neque
una res tantum ex pluribus locatis, quia damnum, quod re-
spectu unius, quis patitur, potest compensari cum lucro,
quod recipiat ex alia, et ideo omnes simul considerandae
sunt, ut est text. *in l. si duorum, ff. de action. empt.* et
late excurrit Surd. *cons.* 217. *n.* 13. *et seq.*

Idemque erit si locatio sit ad plures annos, nam non sa- 193
tis erit probare, quod attentis redditibus unius, adsit lae-
sio, quia potest esse ille annus sterilis, et ejus sterilitas com-
pensari debet cum subsequentibus annis si sint fertiles *cap.
propter sterilitatem de locat. l. si uno, ff. eodem tit.* ut
dicam latius, ubi loquar de remissione mercedis.

194 Verum haec procedunt quatenus unica sit locatio complectens plures res, vel plures annos, vel alias si plures sunt, sint correspectivae, et individuae, secus autem si sint plures locationes omnino separatae, et de se stantes, et non correspectivae, quia tunc poterit probari respectu cujuslibet separatim, ac respectu unius tantum Cepra *conclus.* 88. *nu.* 52. *ad med.* Barsall. *cons.* 11. *n.* 35. Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 27. *n.* 46. Cyriac. *contr.* 90. *n.* 35. quando vero dicatur locatio unica, vel plures, et quando plures dicantur correspectivae, quia materia est valde utilis, et ampla, dicam *in cap. separato.*

An, et quando teneatur quis invitus locare, vel locando, aliquem praeferre

SUMMARIUM

1. Rei suae quilibet moderator, et arbiter.
2. Nemo cogitur rem suam locare, vel vendere.
3. Rem suam, qui locare vult non tenetur potius uni quam alteri locare.
4. Publicae utilitatis causa, et favore piae causae tenetur quis vendere.
5. Regula, quod nemo cogatur vendere patitur 68. fallentias relative.
6. Praelatio in emptione concessa consanguineis fuit per l. divinam, et admittunt canones, et leges.
7. Dominus directus praefertur in emptione.
8. Usufructuarius locare volens non tenetur praeferre proprietarium.
9. Vicinus habet praelationem in venditione rei.
10. Privilegium competens ad compellendum vendere, competit etiam ad compellendum locare.
11. Decl. procedere in locatione ad longum tempus.
12. Contrarium si privilegiato non expediat emere, sed solum conducere ad breve tempus.
13. Causa studii dicitur causa pia.
14. Causa studii compellitur quis vendere.
15. Et compellitur etiam locare uti scolaribus, et magistris.
16. Ampl. ut non possit dominus dicere volo locare totam domum si expediat scolari conducere unam, vel duas stantias.
17. Pauperes, et miserabiles habent privilegium ad compellendum ad vendendum, et locandum.
18. Medicus compellitur locare operas suas in curandis aegrotis.
19. Et tenetur pauperibus sine mercede.
20. Advocatus publice exercens compellitur locare operas suas.
21. Procurator compellitur locare operas suas.
22. Ampl. ut advocatus non solum compellatur patrocinari, sed etiam consulere.
23. Et in sacra rota possunt cogi duo tantum.
24. Possunt cogi gratis pro pauperibus in extrema necessitate existentibus.
25. Ampl. ut teneatur ex se patrocinari gratis pauperibus, et salarium petens peccet.
26. Decl. procedere eorum favore tantum, qui si causam perdant fame sunt perituri.
27. Et ubi sunt in otio.
28. Et favore pauperum christianorum tantum, et non hebraeorum.
29. Et ubi advocatus non habeat legitimam causam abstinendi.
30. Advocatus habet legitimam causam abstinendi a patrocinio ubi lis est cum consanguineo suo, vel amico, aut inimico.
31. Decl. procedere si in eadem curia adsint alii quibus eaque cliens uti possit.
32. Judex in causa necessitatis non compellens advocatum scribere peccat.
33. Advocatus compellitur scribere sub poena privationis fori.
34. Advocato non sufficit esse doctorem excellentem, nisi sit etiam timoratae conscientiae.
35. Professores publici omnes compelli possunt locare operas suas.
36. Coactiva locationis datur tantum in casu necessitatis praecisae.
37. Decl. procedere in necessitate praecisa morali.
38. Coactiva locationis, ut habeat locum, requiritur, ut locatio fiat sine magno incommodo domini.
39. Primus conductor non habet praelationem in nova locatione.
40. Contrarium tenent aliqui.
41. Decl. procedere in urbanis tantum.
42. Contrarium est verius.
43. Loci appellatione comprehenduntur etiam praedia rustica.
44. Lim. primae opinionem, quod prior conductor non praefertur si adsit pactum contrarium.
45. Decl. dictam partem probandum esse per scripturam.
46. Contrarium, quod possit probari etiam per testes.
47. Probatio per testes non censetur exclusa, ex eo quod lex admittat probari per scripturam.
48. Instrumentum si requiratur ad probationem, satis erit instrumentum de se non probans si conducatur.
49. Ampl. quod etiamsi statutum dicat non posse quid probari nisi per scripturam, adhuc admittatur probatio per testes.
50. Decl. requiri in hoc casu quinque testes.
51. Decl. 2. procedere, ut sufficiant testes si requisita scriptura ad probationem tantum, secus si ad substantiam, vel solemnitatem.
52. A communibus opinionibus non facile obtinetur recedi in tribunalibus.
53. Scriptura censetur requisita ad probationem non autem pro substantia contractus.
54. Probatio per plures testes non admittitur in executivis.
55. Ampl. etiamsi d. probatio sit prompta.
56. Lim. si probationem facere debens preventive jam fecerit.
57. Lim. 2 si esset suspicio fraudis.
58. Lim 3. si testes jam fuerint producti, et admissi parte non opponente.
59. Pactum praedictum de preferendo conductorem in nova locatione debet esse concentum cum ipso domino, vel ejus procuratore speciali.
60. Praelatio in locatione potest concedi per statutum.
61. Et etiam per consuetudinem.
62. Romae adest decretum camerale, quod si dominus nolit habitare per se ipsum, debeat praeferre inquilinum.
63. Et adest aliud decretum respectu soni sancti tribuens similem praelationem.
64. Decreta praedicta impediunt etiam domino facultatem alterandi pacta, et petendi instrumentum locationis ab inquilino.
65. Locatio facta absque ulla praefinitione temporis in rusticis censetur ad annum, et in urbanis dietim.
66. Pactum quod locatio duret ad certum tempus est onerosum conductori.
67. Quod prohibitum fieri directe, etiam per indirectum fieri non potest.
68. Consuetudo debet articulari, et probari.
69. Et in facultatis probandum, quod quis noluerit facere, et fuerit coactus.
70. Consuetudo particularis contrahentium praefertur generali.
71. Consuetudo etiamsi sit extra jus praescribitur per decennium.
72. Instrumentum suae obligationis conficere quilibet tenetur.
73. Decl. ut faciendum sit instrumentum obligationis, non autem addendum aliquod pactum gravans.
74. Statutum dans praelationem in locatione est intelligendum stricte, et proprie.
75. Decretum camerale, quod servatur in urbe favore inquilinorum est stricte intelligendum.
76. Consuetudo tribuens praelationem in locatione est probanda in specie, et restringenda.
77. Statutum tribuens praelationem in locatione non intelligitur in casu quo dominus velit pro se retinere.
78. Statutum loquens de inquilino, non extenditur ad subinquilinum.
79. Decl. procedere respectu domini, non autem respectu conductoris sublocantis.
80. Subinquilinus, seu subconductor respectu primi conductoris est inquilinus, seu conductor.
81. Et respectu domini, est subinquilinus quousque durat prima locatio, illa vero finita si solvat pensionem fit inquilinus.
82. Inquilinorum appellatione, non veniunt conductores apothecarum, et magazenorum.
83. Contrarium.
84. Inquilinus, ut dicatur requiritur conductio ad effectum habitationis.
85. Magazeni veniunt appellatione apothecarum.
86. Jus inquilinatus, seu privilegium praelationis inquilinis concessum est mere personale, et cedi non potest.
87. Jura competentia ex particulari dispositione sunt personalia, et cedi non possunt.
88. Jus inquilinatus sicut non potest transferri per cessionem, ita non potest communicari per viam assumptionis in socium.
89. Jus inquilinatus ad probationes potest renunciari.
90. Et renunciatum censetur per relationem ad aliam locationem, in qua sit renunciatio.
91. Non tamen censetur renunciatum per promissionem de restituendo domum vacuam in fine locationis.
92. Ampl. etiam si pactum sit juratum.
93. Juramentum fortius stringit jus pactorum non autem ea ampliat.
94. Inquilinatus renunciatio annullato contractu in quo existit, et ipsa corruit.
95. Jus inquilinatus expirante locatione expirat.
96. Ampl. et si locatio expiret per emptionem rei, etiamsi emptio resolvatur inquilinatus non reviviscit.
97. Emptor cum pacto de retrovendendo non potest dici inquilinus.
98. Inquilinatus non cadit in re propria.
99. Inquilinatus acquirit pro suo antecedenti titulum conductionis.
100. Inquilinus, et conductor ponuntur pro synonymis.
101. Inquilinus non efficitur per locationem ad alium effectum, quam habitationis.
102. Conductor si emat cum pacto redimendi, et durante adhuc tempore locationis dominus redimat resurgit locatio, secus si redemptio fiat finito tempore locationis.
103. Materia retractus, et probationis est stricte accipienda, et non extendenda de casu ad casum.
104. Indirecte facere licet, quod non liceret directe ad avitandas constitutiones exorbitantes.
105. Decl. procedere si fiat sine fraude.
106. Inquilinatus privilegium perditur a conductore male utente, et moroso in solutione pensionis.
107. Hebraei in urbe habent privilegium inquilinatus, quod vocant Gazagà.
108. Et quia possunt facere melioramenta eorum jus, est majus simplici inquilinato, et cedi potest.
109. Scolares, et magistri conductores praeferendi sunt in nova locatione.
110. Pauperes, et miserabiles quoque habent praedictam praelationem.
111. Idem de ecclesiis, et aliis locis, piis
112. In praediis fiscalibus antiqui conductores pro eisdem conditionibus praeferuntur aliis.
113. Ampl. procedere in conducentibus a municipio, et castro.
114. Ampl. 2. etiamsi non sint conductores antiqui, sed tantum ad breve tempus.
115. Lim. si conductor fiscalis non solvisset pensiones praeteritas.
116. Lim. 2. si stante renunciatione inquilinatus.
117. Conductores bonorum ecclesiae praeferendi sunt in nova locatione.
118. Contrarium est verius.
119. Hoc contrarium maxime procedit in hospitalibus, localibus.
120. Conductor antiquus non praefertur in locatione praediorum urbanorum secus in praediis rusticis.
121. Contrarium est verius.

122. Loci appellatione veniunt etiám agri.
123. Loci nomen, tam refertur ad rustica, quam ad urbana.
124. Conductor ad longum tempus habet praelationem in nova locatione.
125. Communitas, volente principe, aut barone locare aliquam jurisdictionem in ea, habet praelationem.
126. Ampl. procedere, tam in locatione ad longum tempus, quam in locatione ad breve.
127. Ampl. 2. ut dissentienti majori parte communitatis adhuc minor possit velle praeferri.
128. Ampl. 3. procedere etiam in barone ecclesiastico.
129. Ampl. 4. ut si baro plures terras simul locet possit communitas unius velle praeferri si sint separatae communitates.

CAPUT XX.

1 Quoniam rei suae quilibet moderator, et arbiter *l. in re
mandata, c. mandati sequitur, ut de jure regulariter ne-
2 mo cogatur rem suam invitus locare, seu vendere *l. nec
3 emore, c. de jure deliber.* Coccio. *decis.* 2. *n.* 1. et late
Giurba *decis.* 86. *n.* 1. et quoteous locare velit, quod non
teneatur potius uni, quam alteri locationem facere juxta tra-
dita per Honded. *cons.* 3. *n.* 13. *et* 14. *lib.* 1. et Gratien.
discept. 978. *n.* 18. et sunt text. *in l. invitos* 11. *et in l. ne
cui* 32. *c. de locat.*

Non tamen abhorrent prorsus jura, ut quis compellatur
quandoque rem suam etiam invitus alteri concedere, con-
currente enim publica utilitate, seu favore piae causae, ex-
4 presse volunt, ut quis teneatur vendere ad text. *in l. si lo-
cus.* ℥. 1. *ff. quemadm. serv. admict. et in l. si quis sepul-
crum, ff. de religios. et sumpt. fun.* imo dicta regula, quod
5 nemo cogatur vendere patitur sexagiota, et octo fallentias se-
cundum Soccio. *regul.* 435.

Prout etiam admittuut, quod si velit quis vendere, tene-
tur quandoque potius vendere uni quam alteri, immo hoc
prius, ac saepius in certis casibus constitutum fuit, quod enim
6 teneatur praeferre consanguineos, et eis potius vendere, quam
exteris, ipsa lege divina statutum fuisse habetur in sacra pa-
gina Levit. *cap.* 25. *ad n.* 25. Rut. *cap.* 4. *ad n.* 3. admit-
tuntque canones, et leges ut late deducitur *in decis.* 173. *n.*
9. *et seqq. part.* 4. *recent.* prout etiam eadem praelatio de
7 jure competit ratione dominii directi, quod quis habet in re,
quae in alium distrahitur, ut habetur *in l. fin. c. de jur. em-
phyt.* et in usibus feudorum *in cap.* 1. ℥. *porro qualiter olim
poterat feud. alien.* non tamen tenebitur usufructuarius lo-
8 care volens, praeferre proprietarium, ut probat Scain. *decis.*
89. *n.* 19. *et seq.* ac ratione vicinitatis, quam quis habet cum
9 eadem re vendita, posse eamdem praelationem competere, ha-
betur *in cap. constitutus extra de in integr. restit.* ut his
tribus casibus tantum competere praelationem de jure censuit
Marin. *quotid. resol. cap.* 117. *n.* 4. *et* 5. *part.* 2. sed adsunt
etiam alii casus, in quibus competit, ut tradit Saufelic. *de-
cis.* 322. *n.* 10.

Applicando autem ad materiam locationis, videtur etiam
in hoc proposito procedere posse argumentum a venditione,
ad eam, itaut favore publicae utilitatis, vel piae causae eodem
modo compelli possit quis locare, ex eisdem juribus supraci-
10 tatis, et in specie, quod privilegium competens ad compel-
lendum vendere, competat etiam ad compellendum locare Be-
nincas. *in tractat. de paupertat. quaest.* 8. *de speciol. in
contract. speciol.* 7. *n.* 19. *et* 20. Valasc. *de privil. paupert.
part.* 1. *quaest.* 24. *n.* 8.

Verum hoc procedere posse in locatione ad longum tempus,
11 quae dicitur alienatio, et venditioni aequiparatur, non autem
in locatione ad breve tempus, quae ab ea multum differt,
censuit curia archiepiscopalis Neapolis penes Ricc. *decis.* 10.
n. 1. *et per tot. part.* 1. et secutus est Donat. *de regul. tom.*
12 1. *part.* 2. *tract.* 2. *quaest.* 10. *per tot.* et contrarium adver-
sus dictam Riccii decisionem, censuit Sperell. *decis.* 58. *n.*
24. *et seqq. usque ad finem*, ubi late; sed ista contrarietas,
videtur posse conciliari cum distinctione, ut si expediat pri-
vilegiato emere, tunc bene possit dicere dominus, privilegium
tuum loquitur de emptione, non debes eum extendere ad sim-
plicem locationem, pro simplici tua majori commoditate non
solvendi pretium, et applicatur decisio Riccii, si autem ri
emere non expediat, sed tantum simpliciter conducere, et
tunc procedunt ea, quae dicit Sperell. in his terminis loquens,
videlicet si monaci indigeant domo vicini ad breve tempus,
quousque videlicet eorum monasterium perficiant, haec enim
non est extensio privilegii, sed comprehensio ad evitandum
absurdum, ut ei cui liceat compellere ad vendendum si ex-
pediat, quod est magis, non debeat licere compellere ad lo-
candum, si hoc tantum expediat, quod est minus, ut conside-
rat ibidem Sperell. *n.* 28. et habemus aliud exemplum no-
tum in universitatibus studiorum, causa enim studii dicitur
pia ad late tradita per Berrett. *cons.* 64. *per tot.* Valenz. *cons.* 13
87. *n.* 3. Marant. Jun. *respon.* 13. *n.* 49. *et seq. lib.* 1. Ni-
ger. *de subhast. cap.* 4. ℥. 8. *n.* 9. *et seq.* et ejus causa cogi-
tur quis vendere si expediat, puta rem contiguam scolis pro 14
eis ampliandis Caren. *resolut.* 2. *n.* 11. Gizzarell. *decis.* 38.
n. 3. Giurb. *decis.* 86. *n.* 8. Sperell. *decis.* 58. *n.* 19. et ubi 15
expedit tantum conducere, ut in casu scolaris accedentis ad
studium, vel doctoris debentis legere, compellitur quis eis
locare, ut firmat Rebof. *de privil. scolar. privil.* 7. *n.* 4.
cum aliis cumulatis per Caroc. *de locat. tit. de libert. quaest.*
1. *n.* 10.

Et non potest dominus dicere volo locare totam domum, 16
sed dum scolari expedit conducere tantum unam, vel duas
stantias, illas solas locare tenetur, ut per Rebuf. *d. privil.* 7.
n. 4. ubi quod vidit servari apud Bituriges propter magnum
numerum auditorum illuc confluentium, et quod displicuit
conjugatis pulcras habentibus uxores, Caroc. *d. quaest.* 1. *n.*
18. penes quos videri poterunt aliae ampliationes, et decla-
rationes praedicti privilegii scolarium, et magistrorum.

Et idem, quod dictum est favore scolarium, dicendum erit
favore pauperum, et miserabilium, immo fortius, quia pro 17
his non modo concurrit causa pietatis, sed quandoque majo-
ris necessitatis Novar. *in praxi miserabil. personar. privil.*
42. *n.* 3. Leoncill. *de privil. pauper. part.* 2. *privil.* 231.
n. 3. sic etiam favore aegrotantium compellitur medicus lo- 18
care operas suas in eis curandis Rip. *de rem. ad curand.
pest. cap.* 2. *n.* 88. *et seq.* ubi quod compelli potest per epi-
scopum, *et n.* 99. quod pauperibus tenetur sine mercede, 19
licet non vidisse haec de medico ab aliquo acta, et sic dubia
relinquat Carocc. *de locat. tit. de libert. quaest.* 8. *n.* 16. et
de advocato publice exercente officium advocationis, quod 20
compelli possit locare operas suas in patrocinando Gloss. *in
l.* 1. ℥. *ait praetor in verb. habebunt, ff. de postulan.* cum
alii plene congest. per Carocc. *de locat. tit. de libert. quaest.*
7. *n.* 4. idemque de procuratore solito causas tractare Imol.
in l. damni in 1. ℥. *si is qui, ff. de damn. infect.* Jas. *in d.* 21
l. invitus, c. de procurat. refert et sequitur Caroc. ibid. *n.*
6. et non solum potest advocatus cogi locare operas suas in 22
patrocinando, sed etiam in consulendo glos. *in l.* 2. *in ver.
consensum*, et ibi etiam Bart. *c. de proxim. sacror. scrin.
lib.* 11. cum aliis adductis per Carocc. *d. qe.* 7. *n.* 5. ut per
Cohell. *ad bull. bon. regim. cap.* 21. *n.* 50. et in sacra Rota
possunt cogi duo tantum, ut habetur in bulla 1. Benedict. 23
XI. *in bullar. antiq.* et quod pro paupere possit compelli
patrocinari gratis, quatenus tamen pauper sit in extrema, 24
aut valde gravi necessitate Sanch. *in cons. moral. lib.* 6. *cap.*
7. *dub.* 1. *n.* 1. *et* 2. Barbos. *de potest. episc. alleg.* 79. *n.*
33. *et seq.* ubi et quod tenetur ex se adeout peccet si sala- 25
rium petat, quod et tradit post alios Vivius *decis.* 159. *n.* 2.
explicant tamen aliqui, ut adhoc teneatur tantum advocatus 26
eis, qui si causam perdant, fame sunt morituri Felin. *in cap.*
1. *n.* 2. *post princ. de offic.* Judic. Caravit. *ad rit.* 99. *n.* 9.
Cappell. Tolos. *in addit. ad decis.* 481. *post princ.* et tan-
tum ubi sit in otio, et extra occupationes sibi necessarias
Sanch. *d. cap.* 7. *dub.* 1. *n.* 3. et favore pauperum christia- 27
norum, non item hebraeorum Afflict. *ad constit. regn.* 33. 28
de dand. advoc. n. 6. et quatenus non habeat advocatus le- 29
gitimam causam abstinendi, uti si lis esset cum consanguineo
suo, vel amico Carocc. *d. qu.* 7. *tit. de libert. n.* 15. ubi et 30
idem dicit si esset cum inimico Barbos. *in cap. non licet, n.*
8. *ad fin.* 11. *quaest.* 3. quod tamen vidi non servatum in
magna causa in qua actor forsan ex industria omnes advocatos
primarios praevenerat, praeter unum valde amicum cui alle-
ganti amicitiam ad se eximendum a patrocinando reum, fuit
responsum, quod satis eum excusabat jussus judicis, unde
limitari posset, quod dictum est, non posse compelli advo-
catum scribere contra amicum, vel etiam consanguineum, 31
ut procedat si adsint in eadem curia alii, quibus cliens aeque
uti possit, quod tamen relinquendum arbitrio judicis, cum
possint esse diversae circumstantiae, quae eum moveant com-
pellere advocatum, vel non compellere, quas debet diligenter
perscrutari, unde ubi adest ex parte clientis necessitas, et ex
parte advocati deficit causa legitima se abstinendi, debet ju-
dex eum compellere, alias peccat ipse mortaliter Sanch. *in* 32
cons. lib. 6. *cap.* 7. *dub.* 1. *n.* 4.

Poena autem sub qua compelli potest advocatus est priva- 33
tionis fori Barbos. *de potest. episc. alleg.* 79. *n.* 34. *vers.
nam ad pauperem.* Et ita passim practicatur, ut compellan-

tor advocati, et procuratores patrocinia suscipere, ut testatur etiam Carocc. *d. quaest.* 6. *n.* 9. quando tamen agitur de casibus in quibus tenentur in conscientia, non debent expectare jussionem judicis, ut suo muneri satisfaciant, non enim
34 sufficit quem esse doctorem excellentem, nisi sit etiam timoratae conscientiae, Gratian. *discept.* 527. *n.* 34.

Sunt, et alii quamplures, qui tenentur locare, ut late
35 tradit Carocc. *d. tit. de libertat. quaest.* 7. *cum trib. seqq.* ubi concludit in genere omnes publice aliquid profitentes compelli posse, *et quaest.* 8. *n.* 12. *et* 17. tradit etiam plurima specialia descendendo usque ad meretrices penes eum videnda.

36 Advertendum tamen circa istam coactionem, quod ea non competit indistincte, sed tantum si adsit necessitas, ut loquitur text. *in d. l. si quis sepulcrum de relig. et sump. fun.* ibi, *et dominus sepulcri iter ad illud non habebat*, et tradunt Valenz. *cons.* 18. *n.* 13*a. et seqq.* Mastrill. *decis.* 280. *n.* 6. Rota *decis.* 676. *n.* 2. *et seq. part.* 1. *et decis.* 327. *n.* 1. *part.* 4. *recent.* et in terminis dictae coactionis competentia scolaribus Valasc. *de jur. emphyt. qu.* 24. *n.* 2. *ad fin.* intel-
37 ligendo tamen de praecisa necessitate morali, ut per Gratian.
38 *discept.* 742. *n.* 22. *et seqq.* et ulterius requiritur etiam, quod locatio fiat sine magno incommodo, seu damno domini, ut deducitur ex text. *in dicta l. si quis sepulcrum*, ibi, *ne vicinus magnum patiatur detrimentum*, et tradunt Thesaur. *quaest.* 64. *n.* 9. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 896. *n.* 10. Giurb. *decis.* 88. *n.* 10. Rot. *decis.* 676. *n.* 7. *part.* 1. *et decis.* 327. *part.* 4. *recent.*

Quo autem ad praelationem in voluntaria locatione, clarum pariter est, quod non teneatur quis potius uni, quam alteri locare ex adductis supra in principio hujus *cap. quaeritur*
39 *tamen*, an hoc procedat etiam ubi res erat jam uni locata, vel potius, tunc intret aequitas, ut qui jam habet rem in manibus, nempe primus conducter, quatenus offerat easdem conditiones, praeferre debeat, et in hoc regula clara est pro negativa *in l. ne cui* 32. *c. locat.* Gratian. *discept.* 357. *n.* 1. *et seq.* Larat. *cons.* 18. *n.* 1. *et seqq.* et licet non desint contra-
40 rium tenentes, ut signanter Luc. de Penn. *in l. congruit post med. vers. vel dic quod nulla, c. de locat. praed. civ. lib.* 11. Castr. *cons.* 4. *n.* 6. *et cons.* 32. *n.* 1. *vers. nam in locatione lib.* 1. Calcan. *cons.* 8. *n.* 36. Grammat. *cons. civ.* 4. *n.* 1. *et n.* 2. *et cons.* 28. *n.* 14. *et* 15. et alii, qui agnoscentes non
41 posse constitui regulam contrariam textui *in d. l. ne cui*, eam limitant, ut procedat in praediis Urbanis, secus autem in rusticis, in quibus dictam contrariam opinionem habere locum volunt, ut Afflict. *in decis.* 238. *n.* 2. *et seqq.* Valenzuel. *cons.* 75. *n.* 18. *et seq.* Ruginell. *practic. quaest. cap.* 22. *n.* 6. *vers. contrarium* Carter. *decis.* 97. *n.* 7. tamen a dicta
42 regula non est recedendum, et praefati auctores, vel intelligendi sunt in casu infrascriptarum limitationum, vel non habendi in consideratione, dum text. *in d. l. ne cui* 32. *cod. locat.* est clarus, nec patitur praefatam restrictionem, ad praedia urbana, nam ultra mentionem domus, et ergasterii, uti-
43 tur etiam nomine generali, loci, quod etiam praedia rustica evidenter complectitur, *l. locum* 17. *ff. de usufr. l. loci corpus* 4. *ff. si servit. vindic.* cum aliis late adductis per Velam *dissert.* 13. *n.* 5. *et seqq.* ubi propterea praefatos omnes, et alios concordantes late reprobat, adeout profiteatur dictas eorum opiniones omnino exterminare Gratian. *discept.* 357. *num.* 31.

Limitatur autem regula praefatae pluribus modis, et pri-
44 mo si adsit pactum contrarium, ut habetur expresse *in d. l.*
45 *ne cui*, quod tamen pactum necesse videtur, ut sit in scriptis ex dispositione ejusdem legis, ibi, *nisi forte pacta per scripturam specialiter inita*, et notant ibi glos. *in ver. pacta*, et Gyn. Boer. *decis.* 107. *n.* 3. *ad med.* Castill. *decis.* 114. *n.* 4.

Verum si tale pactum plene, et concludenter probaretur
46 per testes, adhuc esset attendendum, ut tenet in specie Carocc. *de loc. in d. tit. de libert. n.* 6. *et* Apicell. *in tutam. pauper. seu de dilat. quinquen. tit.* 1. *n.* 209. *vers. et nota*, ubi quod habuit in facto, et comprobatur, quia dum lex recipit simpli-
47 citer pacta, per scripturam specialiter inita, non videtur per hoc excludere probationem per testes, ut de statuto censuit Rot. coram Cresc. *decis.* 1. *de donat.* argumento notatorum per Bald. *in cons.* 279. *visa petitione lib.* 4. qui tamen dicit, quod si statutum, vel lex requirat probationem per instru-
48 mentum, satis erit instrumentum de se non probans, si coadjuvetur depositione testium, qui utique est casus facilior, et in specie, quod ita quoque probetur reconductio Apicell. *d. tit.* 1. *n.* 209 *post med.* sed in fortiori, quod si statutum expresse dicat, non posse quid probari nisi per scripturam, quod 49
adhuc attendi debeat probatio per testes docuit Anton. de Butr. *in cap. sicut ad fin. de probat.* cum aliis pluribus congestis per Tiraquell. *de poen. temp. caus.* 51. *n.* 117. *et* 118. saltem si testes sint in ampliori numero, et valde idonei, ut admittit Fulgos. *cons.* 208. *ad fin.* ubi loquitur in simili, stante videlicet pacto jurato, quod non attendatur probatio, nisi per scripturam, et quod statutum disponens non posse aliquid probari, nisi per instrumentum, non excludat proba- 50
tionem per quinque testes post Cyn. *in l. optimam n.* 6. *ad med. in* 4. *oppositione vers. aut vult, cod. de contrah. et commit. stipulat.* Abb. *in cap. sicut consuetudo* 2. *ad fin.* Felin. *n.* 13. Dec. *n.* 78. Bero. *n.* 70. *vers. communis tamen de probat.* Marsil. *sing.* 157. Vinc. de Franc. *decis.* 374. *n.* 7. Rota coram Cresc. *decis.* 1. *n.* 1. *de donat.* et in his terminis requiri omnino quinque testes fuit judicatum in sac. concilio Neapolis, ut refert Ther. *in compend. decis. ver. reconductio* 3. *tom.* 1. et Ricc. ad Franc. *decis.* 278. *prope fin.*

Verum haec opinio non transit sine difficultate, nam dicta conclusio, quod etiam ubi lex scripturam requirit sufficient 51
testes, maxime numero plures, nempe quinque, declarator, ut procedat quando scriptura requiritur solum ad probationem actus, secus autem si requiratur ad substantiam, vel solemnitatem ejusdem, ut in casibus relatis *per glos.* 2. *in l.* 4. *ff. de pignor. et glos.* 3. *in l. pactum* 17. *c. de pact.* et ubique DD. Guidop. *decis.* 582. *n.* 3. Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 7. *n.* 1. *et seq.* et propterea non applicatur in casu nostro, in quo lex ad substantiam contractus requirit scripturam, ut latissime tradit Vela *dissert.* 12. *n.* 79. *et seqq.* sed non propterea videtur recedendum a dicta prima opinione, quia tradita per Velam, ibi, tendunt ad probandum declarationem, et deficiunt in probando, quod simus in casu ipsius declarationis, quod videlicet lex requirat scripturam pro substantia, et licet ad hoc faciant tradita antecedenter *a n.* 56. ubi tenet, quod ratio ipsius legis sit, quia pactum, ut finita locatione, dominus teneatur potius relocare primo conductori, quam alteri, sit nimis grave, uti tollens libertatem disponendi ad sui libitum de re propria, et ideo lex valit ita solemnizari per scripturam; loquitur contra communem, ut ipsemet, ibi, fatetur, quae communis est, ut requiratur scriptura ad evitandam fraudem, quam primus conductor in probatione pacti per testes facienda adhibere posset, ut patet ex DD. per eum citatis *n.* 4. et per Franc. *decis.* 273. *n.* 3. et licet contra eam valde urgeant doctissime deducta ab eodem *n.* 41. *et seqq.* tamen a communibus opinionibus non facile 52
recedi obtinetur in tribunalibus Valas. *d. quaest.* 7. *n.* 2. *vers. verumtamen*, et quamvis pactum praedictum rose sit grave, tamen non est gravissimum, dum det solum praelationem conductori in relocatione voluntaria, quatenus scilicet dominus velit iterum locare, unde gravius est pactum de relocando absolute, prout etiam pactum de locando, de vendendo, de nubendo, et similia, et tamen non in omnibus his pactis requiritur de jure scriptura, unde verisimilius est, quod ideo lex requirat eam in pacto isto favore locatoris, quia facilius sit conductori circa rem, quam in manibus habet, fraudes machinari, et sub praetextu talis pacti impedire domino ne locet alteri, prout tenent communiter DD. vel saltem non urget ratio cur recedere debeamus ab hac communi, et maxime, dum pro ea viget etiam regula, quod scriptura censeatur requisita ad probationem, non autem pro substantia contractus, 53
ut tradit Velasc. *de jur. emphyt. quaest.* 7. *n.* 5. et concordant tradita per Decian. *cons.* 64. *n.* 19. *et seq. lib.* 3. et Buratt. *decis.* 29. *n.* 12. cum aliis in terminis scripturae requisitae per pactum addectis *in cap.* 16. *n.* 4.

Retenta tamen dicta opinione, quod non sit exclusa probatio per quinque testes, placet limitatio, ut procedat, quatenus talis probatio non sit rejicienda ratione qualitatis judicii intentati, uti si facto jam locatione alteri, et elapso tempore primae locationis, ageretur contra primum conductorem executive petendo mandatum de exfraciando, seu evacuando, in 54
executiria enim non potest admitti exceptio probanda per tot testes, ut tradunt DD. *in cap. interposita de appell.* nempe Abb. *n.* 7. Bald. *n.* 5. Butr. *n.* 10. *post med. vers. est dubium*, Imol. *n.* 6. *post med. vers. sed in contrarium*, Romaus. *cons.* 244. *n.* 6. *vers. et ut omnis dubitatio*, etiamsi probatio sit in prompta, ex quo probatio, probationem non 55
excludit, et sic admittit probationem contrariam, ut considerat Rota coram Puteo *decis.* 32. *ad fin. lib.* 1. quod facilius dicendum est in proposito, quia si admitteretur talis proba-

tio, novus conductor, noleos stare sine domo, recederet a lo-
catioos, et ita frauderetue facultas domini relocandi alteri, ut
post alios considerat Fraoe. *d. decis.* 278. *sub n.* 3. unde ad-
56 mitteoda erit dicta probatio per testes, quatenus coodoctor
preeveative eam faciat, itaot cesset praesomptio dictae frau-
dis, proot judicatum fuit Neapolis, et referunt Tapia *par.* 4.
ad pragmat. 1. *de locat. n.* 3. *et* 4. Rovit. *in eadem pragm.*
1. *n.* 12. *et seq.* Pascal. *dn patr. potest. part.* 4. *cap.* 6. *n.* 33.
et 34. Ricc. in addit. ad Franc. *d. decis.* 278. Thor. *in com-
pend. decis. part.* 1. *ver. reconductio* 2. et admitti etinm
57 deberet dicta probatio post finitom tempus locationis, si con-
ductor pactum allegans, non allegaret illud ad impediendum
dictum mandatum executivum de evacuando, sed ageret con-
tra dominum ad effectum consequendi damna, quia cessaret
suspicio dictae fraudis, ut bene considerat Rovit. *in dict.
pragmat.* 1. *de locat. n.* 17.
58 Praeterea admittenda esset probatio per testes in que-
cumque casu, si jam fuissent producti, et parte non oppo-
nente fuissent admissi, et probatio jam facta esset, ut bene
firmaat in specie Franc. *dict. decis.* 278. *n.* 7. obi Adden.
et signantee Viscan. alios refert Apicell. *de dilat. quinquen.
tit.* 1. *n.* 209. *ad fin.* Pascal. *d. part.* 4. c. 6. *n.* 34.
59 Non omittendum denique circa dictom pactum de prae-
ferando conductorem in fine locationis, quod tamquam re-
mittens jus clarum domini de quo *in d. l. ne cui ff. de lo-
cat.* debet esse concentum cum ipsomet domino, nec suffra-
garetur factum a procuratore, speciale mandatum ad id non
habente, per ea quae de alio pacto simili tradit Natta *cons.*
25. *n.* 3. *ad fin. et seq.*
60 Secondo eodem modo limitatur dicta regula, ut non pro-
cedat si adsit statotum, quod praeferatur primus conductor,
seu inquilinus, quia eodem modo valebit tale statutum. ac
valet pactum Mynsing. *observ.* 23. *n.* 2. *cent.* 4. Boer. *de-
61 cis.* 107. *n.* 2. idemque esset ubi vigeret consoetudo, quae
aequiparatur statuto, et in proposito, quod sit attendenda
eodem modo Boer. *dicta decis.* 107. *n.* 3. Castill. *decis.* 114.
n. 15. Gratian. *disceptat.* 357. *n.* 39.
62 Et tale statotum dici potest, quod adsit Romae, viget enim
ibi quoddam decretum camerale de mandato Papae factum,
quod qoatenus dominus nolit per se ipsum inhabitare, sal-
tem ad annum, non possit veterem inquilinum expellere,
sed volens denuo locare, debeat requirere ipsum inquilinom
certa forma, an velit domum justis conditionibus in similem
locationem habere, ut videre est in eo post Fenzon. *ad sta-
tutum urbis fol. mihi* 705.
63 Estque etiam in urbe aliud simile decretum respectu an-
ni sancti, seu Jubilei, in quo habetur, quod quandocum-
que is annus venerit, per duos annos antea, et ipso anno
sancto inquilinis, et subinquilinis pensio domus, seu apothe-
cae per eos conductae, et subconductae a dominis ipsius,
nec augeri, nec modus solvendi pensionem alterari possit, si-
ve veteres inquilini in conducta domo, vel apotheca manere
velint, sive novi conducant, ut latius refert Gratian. *discc-
pt.* 927. *in principio*, ubi propterea resolvit non potuisse in
dicto tempore astringi inquilinum ad conficiendum instru-
mentom locationis ad qoinquennium, cum obligatione prae-
standi cedulam bancariam pro securitate solutionis pensionis,
ex quo ita alterabatur locatio, et modus solvendi pensio-
nem in praejudicium inquilini contra tenorem dicti decreti.
64 Imo etiam extra casum anni sancti, non posset quis ex
abrupto in urbe compelli alterare pacta locationis in soi
praejudicium, qoin alias, hic esset modus expellendi inqui-
linos, et eludendi dictum aliod decretum camerale quod non
est admittendum, unde cum quidam praelatus quaereret a
me. An dominus domus per eum inhabitatae per duodecim
annos, absque confectione instrumenti locationis, juste pete-
ret confici instrumentum locationis ad annum respondi, ut
infra.
Injuste praetendit D. Joseph. illustrissimum D. meum
65 conficere instrumentum locationis, et conductionis ad cer-
tum tempus, quia locatio facta ab initio, et observata per
duodecim annos fuit, absque ulla expressione temporis, quo
casu, licet in praediis rusticis, in quibus percipiuntur fru-
ctus in singulo anno, censeatur locatio facta ad tempus cer-
tum, nempe ad annum, tamen secus est in urbanis, quorum
utilitas percipitur dietim, quia censetur facta pro tempore
quo conductor inhabitaverit, ut de re locatione tacita est te-
xtus clarus *in l. item quaeritur ff. locat.* ibi *in urbanis
autem praediis alio jure utimur, ut prout quisque habita-
verit, ita, et obligetur*, et notant ibi Bart. *n.* 7. Bald. *n.* 7.
vers. secundo, ut pro rata Castrens. *n.* 7. et in terminis
praecisis de locatione ab initio facta absque temporis ex-
pressione Flamin. de Rub. *cons.* 8. *n.* 33. *et seqq.* et cer-
tum esse dicit, Ripol. *var. cap.* 12. *n.* 359.
Dum itaque illustrissimus D. meus inhabitat domum a 66
duodecim annis titulo locationis ad tempus, quo inhabitave-
rit, compellere eum ad faciendum instrumentum locationis,
cum pacto persistendi in ea per certum tempus, esset eum
compellere ad recipiendam locationem diversam, et cum pa-
cto sibi onroso, prout de se patet, et in specie, qood simi-
le pactum sit onerosum conductori, et faciat diversam loca-
tionem firmat Grat. *disc.* 927. *n.* 12. et 16.
Compellere autem inquilinos ad faciendas novas locationes
cum diversis pactis sibi onerosis, non permittitur in urbe,
nisi quatenus talia pacta actualiter reperiantur ab aliis, ju-
xta notorium decretum camerale impress. post Fenzon. *fol.
mihi* 705. Esset enim hic apertissimus modus eos expellendi 67
per indirectum, qui censetur prohibitus eo ipso, quod per
ipsum decretum, prohibetur eos expelli directe *l. fin. in fin.
cod. de usur.* Bald. *cons.* 145. *n.* 1. *lib.* 2. Signor. *cons.*
160. *n.* 4. Surd. *decis.* 21. *n.* 4.
Nec quidquam relevaret si allegaretur consuetudo faciendi
locationes ad certum tempus. quia consuetudo tamquam quid 68
facti, debet articulari, et probari ab allegante Verall. *decis.*
179. *n.* 5. *lib.* 3. Mantic. *decis.* 8. *n.* 4. et cum facultativum
sit contrahentibus tempus apponere, vel etiam non apponere-
re probandum esset, quod quis noluerit apponere, et fuerit 69
coactus, et acquieverit Seraph. *decis.* 1086. *n.* 1. Merlin.
decis. 838. *n.* 7.
Verum quando etiam probaretur talis consuetudo gene- 70
ralis, ea nihil relevaret, quia hic habemus consuetudinem
particularem contrahentium, quae praefertur consuetudini
generali regionis Rot. coram Cavaller. *decis.* 107. *n.* 1. *et
in recent. decis.* 722. *n.* 1. *part.* 2. et post Salgad. *in la-
byrint. credit. decis.* 28. *n.* 10. *ad fin.* fuit enim inter eas
servatum retinere hanc domum in locatione praefata sine
temporis expressione per decennium, et ultra, et sic per 71
tempus aptum ad praescribendam consuetudinem, ne dum
quae sit secundum jus, prout est ista ex suprascit. *l. item
quaeritur*, sed etiamsi esset praeter jus Abb. *in cap. fin.
n.* 11. *vers. de jure vero de consuetud.* Bellam. *decis.* 1.
prope fin. vers. modo ista Rot. *decis.* 722. *n.* 1. *par.* 2. *re-
cent.* et in Mediolanen. substentationis libri 30. maii 1650.
§. eoque magis coram Dunozet *jun. quae est inter ejus
impress. decis.* 855.
Neque obstat, quod non possit quis recusare conficere in- 72
strumentum suae obligationis, gloss. *in l. hujusmodi* 86. *ver.
legatum ff. de legat.* 1. et ibi Alex. *n.* 4. Franc. a Ponte
cons. 2. *n.* 108. quia D. Joseph. non petit confici simplici-
ter instrumentum locationis, prout est de die in diem, sed
praetendit addi in eo pactum durationis ad annum, quod al-
terat obligationem illustrissimi D. mei, et est illi praejudi-
ciale, et ideo in instrumento quatenus conficiatur, non de- 73
bet apponi, ut tradunt Viv. *opin.* 169. *n.* 1. *vers. quae qui-
dem communis* Rot. coram Penia *decis.* 826. *n.* 6. et post
Cenc. de Cens. *decis.* 254. *n.* 4.
Erit autem tale statutum tamquam auferens liberam fa- 74
cultatem de re sua ad libitum disponendi, intelligendum
stricte, et proprie, ut per Caroec. *dict. lit. de libert. qu.*
14. *n.* 3. et in specie de praedicto decreto camerali, quod 75
servatur in urbe dixit Rot. in una Romana praelationis
coram Ortembergo, *quae est impressa.* post Mangil. *de sub-
hast. decis.* 65. *sub n.* 5. et consuetudo erit probanda con-
cludenter, et specialiter in casu, de quo agitur, cum, ut ip-
sa sit restringenda, non autem de casu ad casum extendenda, 76
ut firmatur per Rot. coram Dunozet. Seniore *decis.* 74. *n.*
1. *et* 2.
Unde non posset statutom, vel consuetudo trahi ad casum
in quo dominus vellet rem pro se retinere, sed necesse est, 77
ut statutum in specie de eo loquatur, et consuetudo in ipso
probetur juxta tradita per Rota coram Gregor. *decis.* 45. *n.*
4. *et* 5. et coram Dunozet. Sen. *d. dec.* 74. *n.* 1. *et seq.*
quod Romae est clarum, quia expresse habetur in praedi-
cto decreto.
Et quatenus statutum loquatur de inquilino, non poterit 78
extendi ad subinquilinum, ut de dicto decreto camerali te-
nuit Rota in Romana inquilinatus 1. jun. 1598. coram Lan-
cellotto, ut refert Add. ad Gregor. *decis.* 115. *lit. B.* et Mer-
lin. *dec.* 386. *n.* 1. Add. ad Boratt. *dec.* 937. *n.* 24. quod 79
tamen intelligendum est in praejudicium domini cum ejus

80 respectu subinquilinus non sit proprio inquilinus, et secus
esset respectu ipsius inquilini sublocantis, quia ejus respe-
ctu subinquilinus est conductor, et inquilinus, et ideo ei
suffragatur decretum de inquilino, ut praeferatur, quatenus
illa primus conductor vellet alteri sublocare. Rota coram Gre-
gor. *dict. decis.* 115. n. 7.
81 Et respectu domini dicitur subinquilinus, quousque durat
locatio per ipsum dominum primo facta, nam si ea finita sub-
inquilinus continuet habitare, et solvat pensiones domino,
efficitur inquilinus, ut bene deducitur per Rotam coram Mer-
lino *dec.* 386. *n.* 13. *et* 14.
82 Fuit dubitatum his diebus, an stante dicto decreto lo-
quente de inquilino, idem jus praelationis competat etiam
conductori magazeni, vel apothecae, in qua noctu non per-
83 manet, et pro affirmativa adduxi Rot. *decis.* 184. *n.* 15. *pro-
pe fin. part.* 1. *rec.* quae, ut idem etiam sensisse videtur co-
ram Greg. *d. decis.* 115. et Grat. *disc.* 947. *n.* 3. *et seqq.
num.* 18. et in contrarium fuit allegatus dominus meus de
84 Luca *in lib.* 4. *de servit. discur.* 82. quem nondum vidi,
potest tamen pro hac contraria etiam adduci, quod ad hoc,
83 ut quis dicatur proprie inquilinus, requiritur conductionem
esse factam ad effectum habitationis, ut dixit Rota in Ro-
mana praelationis 16. febr. 1618. coram Sacrato, cujus ver-
ba infra refero, sed respondetur in apothecis, et magazenis
solitos esse conductores, saltem per totam diem, et partem
noctis commorari, quod satis esse reputat Rot. *in d. decis.*
184. *n.* 15. Ubi autem intraret dictum aliud decretum anni
sancti, res esset magis clara, quia quoad apothecas ipsum
decretum expresse de eis loquitur, et magazeni apothecarum
nomine veniunt, ut in specie de eo loquendo, firmat plene
Grat. *d. disc.* 927. *n.* 3. *et seqq.*
86 Est tamen dictum jus inquilinatus, seu, privilegium prae-
lationis inquilinis concessum per statutum, mere personale,
ac proinde cedi non potest, prout est regulare in juribus
competentibus ex aliqua dispositione particulari contra re-
gulas juris communis, juxta late tradita per Surd. *cons.* 205.
n. 20. *et seqq.* et Galvan. *cons.* 11. *n.* 25. et in specie de
dicto jure competente inquilinis in urbe ex decreto camera-
li Rot. *decis.* 540. *n.* 2. *par.* 2. *rec.* et coram Merlin. *decis.*
386. *n.* 1. quam decisionem transcuut cum illa Romana in-
87 quilinatus 1. junii 1598. coram Lancellot. in qua Rota in
primis firmat hoc jus cedi non posse, respondendo etiam do-
ctrinae Tiraquell. *de retract. lignag.* ꝑ. 26. *glos.* 3. *n.* 30.
quae allegabatur in contrarium, quod Tiraquell. non loqui-
tur de jure inquilinatus hoc modo personali, sed de pertinen-
te colonis partiariis, vel aliis ex dispositione juris communis,
et ulterius dicit, nec etiam transire ad haeredes, et allegat
Bart. *in l. verum* 64. *n.* 1. *ff. pro soc.* et Imol. *in l. ma-
ritum ff. sol. matr.* quibus addo in proximioribus terminis
Surd. *cons.* 103. *n.* 14. *et* 15. licet dicat, *pro nunc non
firmo, quia non expedit discutere.*
88 Et dum non potest dictum jus in alium transferri median-
te cessione, ita, nec poterit per viam communicationis assu-
mendo alium in socium, imo nec voluisse communicare ta-
le jus censebitur eum, qui alium in socium assumpserit
censuit Rot. coram Gregor. *decis.* 115. *n.* 1. *et seq.*
89 Potest autem dictum jus inquilinatus, et praelationis si-
ne dubio renuntiari, ut quotidie practicatur in urbe, et re-
90 nuntiatum censetur a conducente cum pactis factis, antece-
denter cum alio conductore, si inter ea aderat talis renuntia-
91 tio *decis.* 540. *n.* 1. *prope fin. par.* 2. *rec.* Non tamen, cen-
setur renuntiatum ex eo quod conductor promiserit finita
locatione domum vacuam, et expeditam restituere, quia ad-
huc intelligitur juxta dispositionem statuti, quatenus vide-
licet velit pro se retinere, non autem si velit alteri locare
92 *juxta decis. Put.* 161. *lib.* 1. etiam si tale pactum sit jura-
93 tum, quia juramentum fortius stringit, non autem ampliat,
aut extendit vim pactorum ad ea, quae alias in illis non con-
94 tinentur, ut in his terminis respondet Rot. post Zacch. *de
oblig. camer. decis.* 90. *n.* 4. *et* 5. Si autem annullatur con-
tractus in quo fuerit privilegio inquilinatus renuntiatum,
tunc, et renuntiatio ipsa annullatur, et corruit, itaut ea non
obstante praelatio praetendi valeat, ut firmat Gratian. *di-
scept.* 715. *n.* 17. *et seqq.*
95 Et expirat dictum jus inquilinatus expirante locatione,
96 adeo ut si conductor emat rem conductam, quia cessat lo-
catio, etiam resoluta postea ipsa emptione, puta per retro-
venditionem ex pacto factam, jus inquilinatus non revivi-
scat, quatenus prior locatio expiraverit, et nova non fuerit
eidem facta, juxta deducta per Rotam in una Romana prae-

lationis 16. februarii 1618. coram Sacrato, in qua loquen-
do de constitutione Gregoriana, quae in urbe dat praelatio-
nem similem inquilinis in emptione, ita praecise dicitur.
Secundo fuit dictum non convenire verba dictae constitu- 97
» tionis, quia loquuntur de inquilino, quales non sunt do-
» mini, qui praetendunt se esse emptores, ideoque fuit in
» illos translatum dominium, non obstante pacto de retro-
» vendendo, ut late per Menoch. *cons.* 26. *n.* 10. *et seqq.*
» et cum sint domini non possunt dici inquilini, quia inqui- 98
» linatus non cadit in re propria, ut probatur *in l. inqui-
» lino ff. de damn. infect. et in l.* 1. *ff. de migrando* Con-
» nan. *in coment. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 4. nec facit quod ex
» quo sunt revocabiliter domini, inquilinatus sit aptus re-
» surgere, ut per Vinc. de Franch. *decis.* 550. *n.* 7. Nam
» quid quid dicat Franc. qui satis obscure loquitur, est in-
» telligendum juxta jura, quae allegat, nempe *l. ex sex-
» tante* 39. ꝑ. *latinus largus ff. de except. rei judic. et l.
» debitor, ff. ad Trebell.* quae loquuntur in casu, in quo
» dominium erat retrotranslatum, et sic resurrexerat actio
» competens, antequam quis dominium acquireret, at in
» proposito casu domini praetendunt exercere jus inquilina-
» tus, tempore quo sunt domini, et sic tempore quo inquili-
» natus, in quo se fundant non est in rerum natura: et eo-
» dem etiam modo solvuntur deducta ex Tiraquell. *de re-
» tract. lignager.* ꝑ. 1. *glos.* 7. *n.* 60. *cum plurib. seqq.*
» Considerabant etiam aliqui ex dominis, quod allegata pro-
» cedunt in jure de sui natura perpetuo, et non dependendi
» ab alio, ut sunt servitus, hypotheca, et similia, quae post-
» quam sunt constituta semper durant, nec pro sui substen-
» tatione indigent alio praeambulo, ideo nil mirum si statim
» resoluto dominio resurgant, at jus inquilinatus requirit 99
» pro suo antecedenti titulum conductionis Connan. *loco
» supra cit. vers. in hoc tantum differunt*, ut doctores pas-
» sim ponunt pro synonimis conductionem, et inquilinatum,
» ut ex cumulatis per Bertach. *in suo repertorio verb. in- 100
» quilinus*, et conductio debet esse ad effectum habitatio-
» nis, quia si conduceretur ad alium effectum non esset pro- 101
» prie inquilinus Alex. et alii *in l. qui pignoris ff. de ac-
» quir. possess.* et tantum inquilinatus durat, quantum durat
» habitatio cum dicto titulo, unde videmus, quod si finita
» locatione conductor discedat, non potest amplius redire ad
» jus inquilinatus, et ita practicatur in urbe; modo inferen-
» do ad propositum casum, dicebatur, quod aut redemptio
» est facta durante tempore conductionis, puta, domus fuit 102
» conducta, ad quatuor annos, primo anno conductor emit
» cum pacto de retrovendendo, secundo anno venditor re-
» dimit; certe resurgit locatio pro duobus annis restantibus
» pro implemento locationis, ut per Tiraquell. *d.* ꝑ. 1. *glos.*
» 7. *numero* 73. et consequenter resurgit jus inquilinatus,
» tamquam consecutivum conductionis, verum quando re-
» demptio fit finito jam tempore conductionis, puta in quin-
» to anno, non potest amplius resurgere conductio, cum jam
» sit finitum tempus illius, ut in fortioribus, nempe de illo,
» qui injuste denegarit, vel expulit, est text. *in l. si usus-
» fructus in biennium ff. de usufr. legat.* et Rota in Lu-
» cana bonorum 9. novembris 1602. coram me, quod si non
» resurgit conductio minus resurgit jus inquilinatus conse-
» cutivum, et dependens a conductione, ut supradictum
» est, alias esset dare inquilinatum in casu, in quo incipe-
» re non potuit, contra notata *in l. nemo plus ff. de reg.
» jur.*
» Non obstat, quod militet eadem ratio, et aequitas in
» hoc casu, ac militat in casu simplicis venditionis, quia du-
» pliciter fuit responsum. Primo quod quando inquilinus
» emit, ut in proposito casu, non militat eadem ratio, quia
» ipse se fecit non inquilinum, et sic non possunt accomo-
» dari verba, et ratio bullae adaptata ad inquilinos. Secun- 103
» do quod in materia stricta, et exorbitanti non fit exten-
» sio de casu ad casum ex identitate, ut in terminis istius
» bullae, fuit coram me dictum *in duabus decisionibus
» Romana portus molae* alias allegatis, et hanc opinionem,
» quod ista materia retractus, et praelationis non sit exten-
» denda de casu ad casum, alias tenuit Rota *ut in decis.*
» 475. *n.* 2. *part.* 1. *divers.* Romana praelationis 20. no-
» vembris 1609. coram reverendissimo Attrebaten. Roma-
» na juris congrui 5. junii 1600. cor. R. P. D. meo Deca-
» no Romana retractus coram bon. mem. Justo 31. janua-
» rii 1605 et in alia Romana retractus domus 10. martii
» 1614. cor. R. P. D. meo Ubaldo.
» Non obstat, quod hoc modo eluderetur bulla, quia sem-

Pacioni

3e

» per posset dominus vendere domum sum pacto redimen-
» di, et postea cedare illud pactum tertio, et sic defraudare
» inqoilinum, quia fuit respousum hoc argumentum posse
» somi duplici modo, uoo, quod secundom hoc, bulla nihil
» operabitur, qui vocatur intellectus destructivus, ai in omui
» expositione aote omnia evitandus, sed hoc modo sumptum
» argomeutum, nibil obstat, quia constitotio habebit locum
» semper qood fieot venditiones sine pacto de retrovenden-
» do, quod erit, ut plurimum, et sic constitutio non redde-
» tur elusoria, et sino effectu operandi, secundo modo potest
» sumi argumentum, quia scilicet hoc modo poterunt Domini
» defraudare inquilinum privilegio sibi concesso a bulla, et
» ad boc fuit responsum, quod aut hoc fiet bona fide, et citra
104 » animum defraudendi inquilinum, et non est novum. quod
» ad avitandes constitutiones exorbitantes, liceat indirecte
» illod, quod alias non liceret directe, ut in similibus tenoit
» Ruta in Tareotina retractus 21. aprilis 1613. coram R. P.
» D. meo Manzanedo, et in Maceraten. retractus 4. julii
» 1612. coram R. P. D. meo Ubaldo, late Tiraquell. *de re-*
» *tract. lignog. in praefat. n.* 78. Decian. *cons.* 23. *n.* 19.
105 » *et seq. lib.* 2. si vero hoc fieret in fraudem, et ad emula-
» tionem forte probata fraude, poterit inquilinus agere ad
» rescisionem, per ea, quae habentur *in l. altius ff. si ser-*
» *vit. vindic.* et in istis terminis Tiraq. *de retract. lignog.*
» §. 1. *glos.* 7. *n.* 74. et ex his apperet ea hac interpretatione
» nullom sequi inconveniens. Usque adhoc Rota ».

Perditur etiam dictum privilegium inquilinatus si condu-
106 ctor male utatur domo, vel sit morosus in solvenda pensione;
ut sentire videtur Caroc. *d. tit. de libertate ad materiam*
l. ne cui quaest. 4. *per tot. fol. mihi* 153. et admisit Rot *d.*
decis. 90. *n.* 5. post Zacch. *de oblig. camer.* ubi tamen fuit
resolutum non fuisse amissum, quia malus usus non fuit pro-
batus, proot necesse erat, et pensiones non fuerant solutae
culpa ipsius Domini, non autem conductoris.

Adest etiam in urbe aliod privilegium inquilinatus fa-
107 vore hebraeorum ex quadam constitutione Clementis VIII.
per quam statuitur, quod domorum domini non possint
eos expellere, unde habent jus inquilinatus, quod vocant
gasagà, sed non propterea acquirunt aliquod dominium
in domibus, cum sint incapaces ex constitutionibus aposto-
licis illud acquirere, ut habetur *in decis.* 38. *n.* 2. *et n.* 8.
et seq. part. 14.

Verum, quia eadem constitutio ulterius mandat, quod
108 pensio eis augeri nequeat, imo quod licitum sit eisdem
hebraeis facere in domibus quaecumque melioramenta pro
eorum usu, et commoditate, dummodo facies non immu-
tetur, et nisi dominus reficiat sis sumptus factos, non va-
leat pensiones propter praedicta melioramenta augere, inde
sequitur esse inductum ad favorem hebraeorum jus quod-
dam majus simplici inquilinatu, quod non consistit in solo
usu donec inhabitent, sed est perpetuom, et praecipue fa-
ctis melioramentis est cessibile, et vendibile, ut tradit la-
tius Grat. *disc.* 842. *n.* 21. *et* 22. ubi quod in pluribus
causis saepe fuit decisum.

Tertio limitatur dicta conclosio, quod dominus non tenea-
109 tur praeferre veterem conductorem in nova locatione, ut non
procedat si talis conductor sit scolaris, vel magister, quia eis
competit praelatio, ut est text. *in cap.* 1. *de locat.* et post alios
tradunt Gratian. *discept.* 357. *n.* 24. Boer. *decis.* 107. *n.* 3.
ad med. Carter. *decis.* 97. *n.* 2. *et* 5. Afflict. *decis.* 238. *n.*
3. Castill. *decis.* 114. *n.* 13. Mastrill. *decis.* 309. *n.* 13. Balt.
de Angel. in addit. ad Giazar. *decis.* 5. *n.* 12. ex quibus pa-
tet hanc esse communiter receptam, a qua propterea non re-
cedendum, licet contrariam teneat signanter Valas. *de jur.*
emphyt. q. 24. *n.* 2. *ante finem.*

Quarto limitatur in pauperibus, et aliis miserabilibus per-
110 sonis, eis enim quoque competit idem privilegium praelatio-
nis, ut tradit Caroc. *d. tit. de libert. q.* 1. *n.* 26. et ultra ibi
citatos Novar. *in proxi privil. miser. privileg.* 42. Leoncill.
de privil. pauper. part. 2. *privil.* 231. Baltas. de Ang. in ad-
dit. ad Giazar. *decis.* 5. *n.* 15.

Quinto limitatur in ecclesia, et locis piis quae pariter
111 eodem privilegio gaudent, ut praeferantur in concursu novi
conductoris Genuen. *in pract. eccles. quaest.* 421. *num.*
2. Novar. *de privil. miserabilium personorum privil.* 42.
num. 6.

Sexto limitatur in praediis fiscalibus, quorum conductores
112 antiqui praeferuntur novis, quatenus pares conditiones fa-
ciant *l. congruit. et l. fin. in fin. cod. de locat. praedior. ci-*
vil. lib. 11. Myosing. *observat.* 23. *n.* 4. *centur.* 4. Boer.
decis. 107. *n.* 3. *ad med.* Tiraquell. *de retractat. lignag.* §.
1. *glos.* 18. *n.* 6. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 5.
idque procedit etiam in conductoribus gabellarum fiscalium,
ut per Afflict. *de jur. protomis. in rubr. n.* 2. Gratian. *di-* 113
scept. 357. *n.* 7. et non solum in conducentibus a fisco, sed
etiam in conducentibus a municipio, et Castro Guttier. *pract.*
quaest. civ. lib. 1. *quaest.* 38. *n.* 6. Ceval. *quaest.* 756. *n.* 62.
et seq. Gratian. *d. discept.* 357. *n.* 19.

Et quamvis text. *in dicta l. congruit* loquatur tantum de 114
veteribus possessoribus fundorum publicorum, et ideo non
videatur extendenda ad eos conductores, qui propter brevi-
tatem eorum conductionis non possunt dici veteres, ut sensit
Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 24. *n.* 2. *vers. nec illud omi-*
serim tamen contrarium late probat Gratian. *discept.* 357.
n. 15. *et seq.* ubi auctoritate, quam plurimum tradit in hoc
differre conductores fisci a conductoribus bonorum privato-
rum, quod isti nisi locatio sit ad longum tempus, non acqui-
runt jus in re, secus antem conductores fisci, et propterea istis
competere dictam praelationem, etiam si non sint ad longum
tempus.

Non tamen posset talis conductor praetendere bana prae- 115
lationem, ubi non solvisset pensiones praeteritae locationis
Caroc. *tit. de loc. publ. q.* 4. *in princ.* Gratian. *discept.* 357.
n. 22. proot etiam si expresse renuntiasset inquilinatui, *et* 116
fecisset pactum de evacuando finita locatione, *ut in decis.* 692.
n. 11. *parte* 1. *recentior.* ubi expresse renuntiatum fuisse
inquilinatui patet ex principio.

Septimo idem esse in conductoribus bonorum ecclesiae 117
tradunt aliqui. et signanter Rebuff. *de alien. rer. eccles.* n.
62. Alfer. *cons.* 51. *per tot.* Cevall. *quaest.* 756. *n.* 68. *et*
seqq. Gratian. *disceptat.* 357. *n.* 42. ubi quod videtur haec
aequior, ut praeferatur antiquus conductor, dum inde eccle-
sia nullum patitur damnum, et administratores ecclesiae de-
bent semper habere prae oculis aequitatem *et disc.* 715. *n.*
20. Baltas. de Angel. in addit. ad Gizzar. *decis.* 5. *num.*
10. *ad fin. et seq.* et sensit Rot. *decis.* 692. *num.* 11. *part.*
1. *recent.*

Verum quia hoc adversus ecclesiam non reperitur jure cau-
tum, et doctores illod deducunt *ex d. l. congruit*, loquente
de conductoribus rerum fiscalium; praedicta opinio patitur
difficoltatem, quia est praejudicialis ecclesiae, quae per eam
privatur facultate libere disponendi de re sua, et disposita
in fisco, possunt tradi ad ecclesiam in favorabilibus, non in
damnosis, et maxime cum urgeat specialis ratio concedendi
dictum privilegium conductoribus praediorum fiscalium, vi-
delicet, quia fiscus, quandoque compellit eos invitos conti-
nuare *l. cotem ferro* §. *ult. de publican.* unde convenit, quod
e contra eos continuare volentes praeferat, ut post alios tra-
dit Gratian. *dict. discept.* 357. *num.* 12. *et* 13. quae ratio
non militat in ecclesia, et bene advertit Ricc. *decis.* 181. *n.*
4. *part.* 1. unde patet simile non applicari, et verius esse li- 118
mitationem praedictam in conductoribus bonorum ecclesiae
non subsistere, ut melius tenent Franc. a Pont. *cons.* 23.
num. 10. *et* 26. Larata *cons.* 18. *num.* 6. *et seq.* ubi de com-
muni Genua *in pract. eccles. q.* 401. *num.* 4. Novar. *de pri-*
vil. miser. person. privil. 42. *num.* 7. Vincent. de Franch.
decis. 406. *per tot.* et signanter *num.* 8. Ricc. *decis.* 181. *per*
tot. part. 1. Tapia *decis.* 59. *num.* 10. *ad fin.* Castill. *de-*
cis. 114. *num.* 10. *et num.* 17. *et seq. ubi num.* 20. testatur
hanc esse veriorem, *et num.* 21. quod ita vidit semper practi-
cari, et ita fuit in illa causa judicatum Mastrill. *decis.* 309.
num. 17. *et seqq.* ubi de communi.

Et haec opinio facilius procedit in hospitali laicali. videli- 119
cet auctoritate episcopi non erecto, quia in eo non applican-
tur loquentes de ecclesia, et locis ecclesiasticis, ut dixit Rot.
dicta decis. 692. *num.* 11. *part.* 1. *recent.*

Octavo limitant aliqui, ut regula praedicta procedat tan- 120
tom in praediis Urbanis, et volunt in rusticis semper conce-
dendam dictam praelationem antiquo conductori, ita sentire
videtur Afflict. *decis.* 238. *n.* 2. *et seq.* quam sequuntur ibi-
dem sui addentes nec ab eo dissentit Carter. *decis.* 97. *n.* 7.
Borgnin. *decis.* 30. *n.* 97. *part.* 2.

Verum Afflictus loquitur in terminis consuetudinis nea- 121
politanae, non autem juris communis, ut eum declarat Franc.
a Ponte *cons.* 23. *n.* 20. *et seqq.* quem refert, et sequitur Ca-
still. *decis.* 114. *n.* 17. de jure enim dicta limitatio non sub-
sistit, cum in utrisque praediis aeque militet ratio illa, quod
quisque rei suae sit moderator, et arbiter, et praedicta *l. ne*
cui cod. locati, in qua habetur dicta regula, quod non tenea-
tur quis praeferre veterem conductorem, non solum loquatur 122

de locatione domus, sed etiam de locatione loci, cujus appel-
lationem ad agros quoque pertinere Labeo definivit, ut habe-
tur *in l. 2. §. 1. vers. publici loci appellatio ff. ne quid in*
loc. public. imo, et magis ad rustica, quam ad urbana, licet
ad utraque, ut habetur *in l. locus 6o. prope fin.* ibi *loci ap-*
123 *pellationem, non solum ad rustica, verum ad urbana quo-*
que pertinere Labeo scribit ff. de verb. signif. unde in utria-
que procedere dictam regulam ultra Pont. et Castill. ubi su-
pra bene firmant etiam Fab. de Ano. *cons. 77. signanter*
n. 11. Ricc. *decis.* 181. *ad finem part.* 1. Mastrill. *decis.* 309.
n. 18. et haec est verior opinio, ut dicit Gratian. *discept.* 357.
n. 31. *et seq.*

124 Non limitatur procedere, ut non teneatur dominus prae-
ferre primum conductorem in locatione ad breve tempus,
secus autem in locatione ad tempus longum, et praecipue in
locatione perpetua, vel ad certas generationes finitas, quia
tenetur renovare descendentibus, juxta celebram doctrinam
Bartol. *in l.* 1. *§. permittitur num.* 1. *ff. de aqu. quotid. et*
aestiv. sed de ea late dicemus *in cap.* 61.

Competit, et alia esse praelatio in locatione, videlicet si
125 princeps, aut baro velit locare civitatem, aut terram, vel ali-
quam jurisdictionem in ea, et communitas illius velit prae-
ferri in tali locatione, ad redimendum se a vexatione condu-
126 ctoris, quia debet praeferri Marta *vot.* 240. *n.* 7. *et seqq.* et
procedit non dum in locatione ad longum tempus, sed etiam
in locatione ad modicum Novar. *quaest. forens.* 106. *n.* 4,
vers. et requisitus ego, Ricc. *decis.* 236. *n.* 2. *part.* 3. ubi
ita fuisse judicatam refert. Et generaliter hanc praelationem
competere in alienatione etiam impropria, et actu simili di-
xit Mandell. *cons.* 111. *n.* 23. *post med.*

Et licet major pars universitatis dissentiret, adhuc minor
127 esset audienda in hac praelatione, ut tradunt Fab. de Ano.
cons. 55. *num.* 26. *et seqq.* Larat. *cons.* 84 *num.* 9. *et cons.*
86. *num.* 76. *et seqq.* Novar. *d. quaest.* 106. *num.* 7. *et quae-*
st. 120. *num.* 8. *et seqq.* ubi *num.* 10. quod particulares vo-
lentes praeferri, solvunt de proprio, et soli percipiunt introi-
tum *part.* 1.

Et procedit eadem praelatio etiamsi Baro locare volens es-
set ecclesiasticus Ricc. *decis.* 236. *n.* 4. *part.* 3. et quamvis
plures terrae simul locentur, et una tantum velit conducere
jura sua, quatenus sint separatae, non autem unicam Baro-
niam constituentes, ut de praelatione in venditione tradit
Camill. de Curt. *in divers. jur.* Feud. *cap.* 3. *n.* 69.

De locatione duobus facta quis praeferatur.

SUMMARIUM.

1. Duobus facta locatione ejusdem rei quis praeferatur est casus frequens.
2. Et si nulli facta traditio, praefertur prior in locatione.
3. Si facta uni a domino, alteri ab administratore, et nescitur quis sit prior praeferendus est, qui conduxit a domino.
4. Episcopus, si beneficium uni conferat, et alteri conferat vicarius, et nesciatur, quae sit prior, praefertur illa episcopi.
5. Lim. si locatio facta a procuratore eadem die habeat horam, quia praefertur.
6. Horae appositio in actum, facit ejus probationem, tanquam magis specificam praeferri.
7. Lim. si appositio horae sit nimis affectata.
8. Duobus si facta sit locatio, et nescitur cui prius, quae praevenit in apprehensione possessionis, praefertur.
9. Possidens in pari gradu, dicitur majus jus habere.
10. Emptor posterior cui res tradita fuit, praefertur primo emptori.
11. Duobus re locata, primus conductor praefertur, etiamsi res ei non sit tradita, sed secundo.
12. Contr. quod praeferatur secundus cui res tradita.
13. Actio generalis competens conductori contra locatorem, non datur contra alium conductorem posteriorem.
14. Argumentum a contrario sensu, restringendum est ad limites casus directi.
15. Conductor, licet non possideat, tamen detinet.
16. Ampl. ut etiam in locatione ad longum tempus praeferatur secundus conductor, cui facta traditio, et n. 18. et 19.
17. Dominium non transfertur per locationem ad longum tempus, nisi juncta traditione.
20. Lim. quod dictum est, secundum conductorem, cui facta traditio praeferri, ut non procedat si a pensione ceciderit.
21. Lim. 2. si primus conductor habeat hypothecam pro observantia contractus.
22. Decl. dictam secundam limitationem, non procedere, si hypotheca non sit valida, vel rem locatam non comprehendat.
23. Decl. 2. primum conductorem, debere agere hypothecaria, pro interesse rei sibi a domino non traditae.
24. Limitatur etiam aliis modis praedicta opinio relatise.
25. Secundus emptor praefertur, etiamsi non sit ei tradita actualis possessio, sed tantum per clausulam constituti.
26. Clausula *constituti* cedit naturae contractus, in quo est apposita, non transferentis possessionem.
27. Clausula *constituti* non transfert detentationem ad possessionem actualem.
28. Precarium additum clausulae *constituti*, minuit ejus vim
29. Clausula *constituti* cum precario transfert solam civilem possessionem, et sine precario transfert civilem, et naturalem, et remanet constituenti sola detentatio.
30. Clausula *constituti*, et precarii, non operatur in contractu locationis.
31. Lim. si appareat de voluntate contrahentium illam accomodandi naturae contractus, et transferendi solam detentationem.
32. Decl. requiri expresse actum esse de transferenda sola detentatione.
33. Detentatio translata in primum conductorem per clausulam *constituti* operatur, ut praeferri debeat secundo, cui res fuerit tradita actualiter.
34. Clausula *constituti* tribuit constitutario facultatem capiendi propria auctoritate.
35. Ampl. procedere etiam in contractu locationis, et census, in quibus alias d. clausula esset inepta.
36. Clausula *constituti* favore secundi conductoris, tribuit ei praelationem adversus primum.
37. Clausula *constituti* operatur, ut peti possit associatio contra tertium possessorem.
38. Secundus conductor, cui res tradita fuit, non praefertur primo conductori, si de tempore, quo conduxit, habuit scientiam primae locationis.
39. Privilegiatus, non utitur privilegio, contra aequalem privilegiatum.
40. Conductor praetendens praelationem contra alium, potest intentare judicium de migrando, et si succumbat reverti ad judicium voluntarium praelationis.
41. Hypothecaria actio, non competit contra tertium, nisi excusso principali debitore, ejusque fidejussoribus.
42. Decl. non procedere si tertius non possideat nomine suo, sed debitoris.

CAPUT XXI.

Vidimus de praelatione aliquibus in conductione compe-
tente, nunc non omittendum videre, quid si duo, vel plu-
res, quorum neutri ulla praelatio competebat, conductionem 1
actualiter a domino reportaverint, ea, et quis ex eis sit
praeferendus, est enim hic casus frequens, et quotidianus ut
dicit Jas. *in l. quoties num.* 3o. *vers. tertio decimo ff. de*
rei vindic. et repetit Caroc. *de locat. tit. de locat. duobus,*
et si neutri facta sit traditio rei, sed uterque agat praefe- 2
rendus erit is, qui prior fuit in reportanda locatione, juxta
regulam qui prior in tempore potior in jure, et in specie,
quod operis duobus locatis, conveniat priori conductori ante
satisfieri, dicit text. *in l. in operis ff. locat.* ubi est glos.
magna respondens pluribus objectis, quae fieri possent con- 3
tra textum illum, si autem detur casus, quod quis habeat
administratorem bonorum, seu procuratorem cum facultate
locandi, et eadem die ipsemet dominus uni, et admini- 4
strator alteri locet, et nesciatur quis praevenerit, tunc di-
cendum esset praeferri debere eum cui locavit dominus, ut
in simili de episcopo concedente facultatem vicario suo bene-
ficia conferendi, quod si eodem tempore diversis personis
ipse episcopus, et vicarius conferant, ille, qui habet collatio-
nem ab episcopo praeferri debeat. Jas. *in leg.* 1. *n.* 6. *ff. sol*
matrim. Calder. *cons.* 2. *de offic. vicar.* Rebuff. *in prax.*
benef. tit. de forma vicariat. archiep. num. 121. Sbrozz.
de offic. vic. lib. 2. *qu.* 94. *num* 5. Azor. *inst. moral. part.*
2. *lib.* 3. *cap.* 44. *quaest.* 10. *vers. sed quid*, nisi forte loca- 5
tio facta a procuratore haberet horam, in qua facta fuit, quia
per illam appositionem horae, ejus probatio plus continet, et
est magis specifica, et ideo praefertur, et praevalet alteri
Jas. *in d. l.* 1. *num.* 6. ubi quod avenit collatione ejusdem
beneficii facta ab episcopo, et a papa, quod cum in colla-
tione facta ab episcopo esset hora, fuit Romae multum di-
sputatum, et credit fuisse obtentum, quod praeferenda esset 6
illa episcopi propter horam, quod verius asserit Dec. *in cap.*
pastoralis num 18. *de rescript. et cons.* 169. *in fin.* Me-
noch. *de arb. lib.* 2. *casu* 48. *num.* 2. *et* 25. *et seqq.* Gra-
tian. *discept.* 742. *num.* 71. *vers. praesertim, quia cum*
seqq. Buratt. *decis.* 3o. *num.* 1. Merlin. *decis.* 878. *num.* 1. 7
nisi tamen appositio horae esset nimis affectata, quia tunc
non esset habenda in consideratione, ut dixit Rot. in una
firmana fideicommissi 26. januarii 1663. §. *nec urget* coram
Verospio his verbis.

» Nec urget, quod parrochus in mortuorum libro descri-
» pserit, pulsata prima noctis hora decessisse Josephum,
» perinde, ac si a Fulvia apprehensa domorum possessio
» post dimidiam noctis horam, ac nondum consequenter
» extincto Josepho, nequeat sustineri. Huic enim adnota-
» tioni uti affectatae nimis nullam domini fidem adhibendam
» fore censuerunt. Hora namque decessus a parrochis adno-
» tari non solet, dum maxime idemmet parochus, nulla

» absque expressione horae, antecedenter ubitam deseripse-
» rat, cai debet aduotatioui tamqasm primitus expressae
» deferri ad text. *in c. cum in tua* 44. ubi Abb. *num.* 9.
» Felin. *num.* 4. *de testib.* Corn *conr.* 27. *num.* 15. *vol.*
» 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 108. *num.* 10. *et* 11. Surd. *de-*
» *cis.* 107. *nam.* 7. Rot. *decis.* 346. *num.* 2. *cum seqq. part.*
» 1. *divers.* et iu colonien. legitimitatis 51 jaoii 1655. *in* §.
» *contra coram me.* Praesertim qais baec patris capaccini
» attestatioue corroboratur, assereotes nimiram se praesen-
» te, Josephum nondum pulsata hura dimidia noctis Deo
» aoimam reddidisse Abb. *in cap. litteris* 14. *num.* 2. *de*
» *praesumpt.* Socciu. Sen. *cons.* 253. *num.* 1. *ad med. vers.*
» s. *etiam lib.* s. Roman. *conr.* 505. *num.* 3. *vers. item li-*
» *mitatur* Aym. *cons.* 6. *num.* 45. Haec Rota.

8 Et quando omnino igooretar ex daobus condactoribus,
cai prius locatio facta fuerit, tanc si unas praevenarit ie rei
eppreliansione, ille pariter erit praefereudos, quia in pari
grada melior est conditio possidentis *c. in pari de reg. jur.*
in 6. et in ra obligata duobus iusolidum *l. si debitor* 10. *ff.*
de pignor. Soccin. Sen. *cons.* 135. *num.* 2. *prope fin. vers.*
9 *sed apertissimum est lib.* 1. adeo ut, ex eo quod anus pos-
sidet dicatar majus jus habere, Vioc. de Franc. *dec.* 260.
num. 4. *et dec.* 550. *num.* 12. Rot. *decis.* 17. *num.* 18. *part.*
4. *tom.* 2. *rec.*

At difficultas est si anus ex condactoribus habeat anterio-
ritatam iu cootracta, alias vero habeat possessionem, seu
detentationem rei, si videlicet dominas duobus locaverit, et
10 rem primo non tradideit, sed secundo, quis ex eis sit prae-
ferendus, iu qua quidem difficultate in terminis venditioois
babemus textum aperte decidentem favore secandi *in l.*
11 *quoties c. de rei vindic.* at respectu locationis Jas. *in eadem*
l. sub num. 32. *in* 13. *limitatione*, dicit, quod licet non in-
veniat bene ia specie a scribentibos factum, tamen ipse tenet
contrarium, ut videlicet praeferatur primus conductor, et
non procedere dictam legem, idque comprobat quinque
modis, et eum seqaitur Natta *cons.* 261. *num.* 10. abi etiam
aliter comprobat, et ampliat procedere etiamsi prima locatio
facta sit negotiorum gestori, et autequam dominus eam ra-
tam habeat, fiat secuoda alteri, quod adhac illa prima sit
praeferenda Cephal. *cons.* 718. *n.* 35. *et seq.* Cevall. *com.*
contra com. q. 756. *n.* 52. *et seq.* ubi *n.* 58. hanc veriorem
dicit Gamma *decis.* 130. *n.* 1. et Giarba *decis.* 59.
n. 15.

12 Sed contrariam videtur tenendum non salem ex *dicta l.*
quoties, quae licet loquatur in vanditione, tamen allegari
potest atiam in locatione, qaae similis est venditioni, et eis-
dem juris regulis consistit, ut dicit test. *in l.* 2. *ff. locat.*
sed atiam, quia secundas conductor possidens, est tutus ex-
ceptione, quia primas nallam habet contra eam actionem,
cum ex simplici locatione nalla ei competat actio realis, et
personalis non datur contra siogularem successorem, qualis
est conductor, prout hanc articulam examinando considera-
vit Rota *in decis.* 2. *et locat. et cond. aliar decis.* 879. *in*
antiq. quam dec. sequitur, at comprobat Soccin. Sen. *cons.*
29. *n.* 7. *et seqq. lib.* 4. et idem per eamdem rationem te-
nait Alex. *cons.* 122. *lib.* 5. Corar. *var. lib.* 2. *resol.* 19.
num. 8. Marta *vot.* 35. *num.* 13. *et seq.* Adden. ad Gamm.
d. decis. 130. et hanc esse magis communem dicit Caroc.
tit. de locat. duob. num. 5. ot veriorem dicant Parpurat. in
addit. ad Jas. *in dicta l. quoties num.* 32. *lit.* e, *et* Galvao.
cons. 30. *num.* 13. Gomes. *ad l.* 40. *Taur. num.* 16. *vers.*
quarto deducitur et variar. resol. tom. 2. *cap.* 2. *num.* 20.
vers. secundo principaliter, Hermosill. ad Gregor. Lopez.
ad l. 50. *tit.* 5. *par.* 5. *glos.* 1. *n.* 3. Vela qui alios plures
citat *dissert.* 19. *n.* 29. *lib.* 1.

Nec obstant tenentes primam, nam Jason quem alii sequ-
untur, non vidit, at poterat Socciu. Sen. Alex. et Rotam
ubi supra, nec animadvertit ad dictam rationem per eos
consideratam, quod conductor in re conducta non habet
13 ullam jus, sed solum ei competit actio personalis contra lo-
catorem, quae non competit contra secandum conductorem,
prout firmavit ultra praedictos etiam Rota coram Cavaler.
decis. 612. *n.* 2. quae ratio non eliditur per argumenta a Ja-
sone pro sua opinione comprobanda relata quae etiam sunt
levia, nam primum quod *d. l. quoties* sit situata sub titulo.
de emp. et vend. non concludit, quod ergo aliud dicendum
sit in locatione, et conductione. Secundum, qaod ratio fun-
damentalis, cur secundus emptor, cui facta traditio praefe-
ratur primo *in d. l. quoties* sit, quia per solam venditionem
non transfertur dominium, nisi sequatur traditio, et ideo
secundus emptor sit praeferendus primo, ex quo ipse habet
dominium in re, et non primus, quod dominium non potest
allegari per secundum conductorem, non concludit, quia
secundo conductori sufficit possessio ad se tuendum, ut di-
ctum est. Tertium de regula, quod ubi requirantur duo ad
perfectionem actos, ille, in quo utrumque concurrit, prae-
feratur habenti unum, juxta doctr. Bart. ibi, quod applice-
tur in emptione ad effectum acquirendi dominium, quod
requiratur venditio, et traditio, at secus in locatione, in qua
non agitur de translatione dominii, pariter non concludit
eadem ratione, quod dominium non est necessarium ad effe-
ctum dictae praelationis, de qua agitur. Quartum quod fa-
ciat glos. allegans *l. in operis ff. locat.* seu potius eadem lex
dum habet; quod si quis locet operas suas duobus, tunc in
concursu praeferendus sit primus conductor, non stringit,
quia loquitur, ubi neutri facta traditio, at dicit Rot. *in d.*
decis. 2. *n.* 3. *vers. imo videtur*, at ubi conductor primus
intentat judicium contra locatorem, non autem si agat con-
tra tertium ut dicit Alex. *d. cons.* 122. *n.* 7. *vers nec etiam*
obstat. lib. 5. ubi etiam ulterius dicit in dicta lege specia-
liter esse inductum, at quando in locatione versatur factum
cohaerens personae, tunc praeferatur primus conductor, at
ibi notat Bart. quod etiam sequuntur alii relati per Caroc.
d. tit. de locatione duobus num. 8 *et seqq.* et ideo non
trahendam ejus dispositionem ad alios casus. Quintum deni-
que, quod faciat *l. ne cui c. locat.* sic dedaci posse videtur,
in dicta lege dicitur, quod dominus potest libere locare alteri
finita prima locatione, ergo non potest ante eam finitam, sed
respondetur, *dictam l. loqui* de primo conductore, cui res
fuit tradita ibi *nomine conductoris accepit*, et ideo dum
dicit, quod ipse non potest finita locatione impedire secun-
dum conductorem; quatenus ex ea sumi debeat dictum ar-
gumentum a contrario sensu, ut ante finitum tempus possit,
certe intelligendum est in eisdem terminis sui sensus directi,
et sic in primo locatore, cui facta sit traditio, prout de tali 14
argumento, quod restringendam omnino sit ad limites dire-
cti sensus legis a qua sumitur, tradant Ossac. *decis.* 85.
num. 14. Hodiern. ad Sard. *decir.* 75. *num.* 2. Rota coram
Mantic. *decis.* 283. *num.* 3. et in specie aliter, et latius *di-*
ctae l. ne cui respondet Alex. *dicto cons.* 122. *num.* 8. *vers.*
non obstat etiam lib. 5. et latius singulis praedictis funda-
mentis Jasonis respondet atiam Vela post haec scripta visus
dissert. 19. *a num.* 3. *ad* 29. ubi et optime materiam pro-
sequitur per totam dissert. abi, signanter *a num.* 55. re-
spondet quoque alteri fundamento dictae contrariae senten-
tiae, quod nihil possit tribuere possessio secundo conducto-
ri, ex quo ipse non possidet sibi sed domino *l. cum in plu-*
rer 60. §. *haeredem coloni ff. locat.* et dominus tenetur
rem tradere. ut considerat Cevall. *quaest.* 756. *num.* 59. di-
cens eum falli, dum putat possessionem conductoris nullius
momenti esse, quia licet possideat domino, quoad illius jus
illaesum conservandum, tamen in possessione est *l. si quis*
ante 10. §. 1. *ff. de acquir. poss.* eamque proprio nomine 15
detinet, quantum opus est ad fruendam re locata, ita ut si
dejiciatur ab ea saltem judicis officio eam recuperet *l. Aqui-*
lius seu Attilius Regulus 27. *ff. de donat. et ibi glos. ult.*
et Bart. *num.* 2. Natt. *cons.* 51. *nam.* 27. Cephal. *cons.*
301. *num.* 32. cum alibi pleuissime per Velam cama-
latis.

Retenta autem hac secunda ex dicta ratione pro ea con-
siderata, quod per simplicem conductionem nullum acqui- 16
ratur jus in re, et ideo non valeat primus, qui simpliciter
conduxit, agere contra secundum rem detinentem, deduci
posse videbatur una limitatio, quod ergo non procedat ea-
dem opinio, si prima locatio sit ad longum tempus, ex quo
in ea transfertur dominium utile in conductorem, at dictum
est alibi, sed fallacia in eo stat, quod dominium non trans-
fertur per solam locationem, sed tantum juncta traditione *l.*
si ager 51. *ff. de rei vindic. l. traditionibus* 20. *c. de pact.* 17
Coccinus *decis.* 49 *num.* 5. Seraph. *decir.* 783. *num.* 13.
quod in locatione ad modicum tempus non procedit, nam in
ea, neque etiam per traditionem jus aliquod in re constitui-
tur, ut dicit Rot. *in dicta decis.* 2. *num.* 3 *de locat. in an-*
tiq. praeter quam quod, quando locatio transferret aliquod
jus in re, adhuc, quia idem operaretur secunda locatio, ex
eo praeferendus esset secundus conductor, ex quo primo ade-
ptus esset rei possessionem, secundum Alex. *d. cons.* 122.
n. 2. *ad fin. vers. praeterea licet lib.* 5. et sic limitatio non
procedit.

Prout etiam non procedit limitatio, quam formant aliqui, 18

ut dicta opinio procedat e contra, ubi locatio secunda facta
est ad longum tempus, secus autem si ad breve, quam post
Mozz. *de contractu lib. de locat. num.* 11. *fol.* 94. sequitur
Borgnin. *decis.* 25. *n.* 19. *vers. tamen quando part.* 2. quia
nempe moventur ex eo, quod ad hoc, ut secundus conductor
praeferri debeat primo, necesse sit eum habere dominium,
quod supra diximus non subsistere.

19 Animadvertendum tamen ex praedictis, quod dubitatio
vertitur in locatione ad modicum tempus, in qua per tradi-
tionem non transfertur ullum dominium, prout transfertur
in venditione, de qua loquitur *d. l. quoties c. de rei vindic.*
secus autem in locatione ad longum tempus, et emphyteusi,
eu feudo, in ais enim procedit absque difficultate eadem
lex, ut per Rossental. de Feud. *in cap.* 6. *concl.* 9. *num.* 1.
et seqq. Rot. *decis.* 664. *num* 18. *part.* 2. *recent.* et coram
Gregor. *decis.* 567. *num.* 8. et ibi Addun. Vela *dissert.* 19.
n. 48.

20 Duae tamen aliae limitationes verae deducuntur ex prae-
dicta ratione, quarum prima est, quod dum in ea dicitur
secundo conductori sufficere possessionem, seu rei detenta-
tionem, opinio praedicta non procedet, ubi licet ei res tra-
dita fuerit, tamen ab ea postea ceciderit, et reversa sit ad
locatorem, quia tunc in concursu non esset praeferendus,
sed primus, ut sensit Rota *in d. decis.* 2. *ad fin.* Socc. Sen.
dicto cons. 29. *num.* 7. *post med. lib.* 4. Adden. ad Gamm.
dicta decis. 130. *ad med.* Caroc. *d. tit. de locat. duob.*
num. 12. Hermosil. ad Lopez. *in d. l.* 50. *n.* 4. et latissi-
me Vela *dissert.* 19. *n.* 30. *ut seq. usque ad fin.*

Secunda est, ut eadem opinio tamquam fundata, in eo
21 quod primus conductor nullam habeat actionem realem, non
procedat, ubi haberet hypothecam, si videlicet locator pro
observantia contractus etiam sua bona expresse conductori
obligasset, tunc enim vigore talis obligationis agere valeret
contra secundum Adden. ad Gammam. *d. decis.* 130. *post*
med. vers. Addo etiam, Hermosill. ad Gregor. Lopez *in*
l. 50. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *num.* 5. et latissime Vela
dissert. 20. *num.* 1. *et plurib. seqq.* et faciunt Menoch.
cons. 1153. *num.* 57. Addeo. ad Gregor. *decis.* 567. *num.* 10.
vers. quarto.

22 Declaratur tamen ista limitatio primo, ut non procedat si
hypotheca non sit valida, vel non capiat rem illam locatam,
ut in casu Soccin. Sen. *dicto cons.* 29. *num.* 10. *et* 11.
23 *lib.* 4. et secundo, ut non propterea possit primus conductor
agere pro consecutione rei vigore locationis, dicendo secun-
dum non posse se opponere, sed agere debere hypothecaria
pro interesse rei sibi a domino non traditae, secondum
Alex. *cons.* 122. *num.* 10. *vers. et si dicti lib.* 5.

24 Ultra has limitationes, quae specialiter conveniunt dictae
opinioni pro secundo conductore, ex quo deducuntur ex ra-
tione, in qua illa fundatur, possent etiam hic facile addi
quam plures aliae, quae dantur *d. leg. quoties c. de rei vin-*
dicat. quae applicatur etiam in proposito duorum condu-
ctorum, ut per Cephal. *cons.* 718. *num.* 13. verum quia
magis proprie spectant ad materiam emptionis, et venditio-
nis, in qua loquitur dicta lex, idco ad eam tractantes me
remitto, et ad scribentes *in eadem leg.* et signanter ad Jas.
qui in specie plurimas limitationes cumulat, nec non ad
Ant. Gabr. *tit. de empt. et vend. conclus.* 2. et Addan.
ad Gregor. *decis.* 567. ubi brevibus verbis more suo
clare loquitur, et sex limitationes magis practicabiles refert.

25 Verum non omittendum tangere difficultatem, quae oriri
potest circa eamdem opinionem in materia conductionis, si
videlicet secundo conductori non sit tradita res actualiter,
sed tantum per clausulam constituti, an eodem modo sit
praeferendus; licet enim in materia emptionis communiter
resolvatur affirmative, ut videre est penes Dec. *in l. con-*
tractus num. 18. *ff. de reg. jur.* Menoch. *cons.* 1153. *num.*
62. Barz. *decis.* 66. *num.* 39. *ad fin.* Adden. ad Greg. *decis.*
567. *num.* 10. *vers. secundo non procedit* Rot. *dec.* 308.
num. 7. *vers. praeterea, nec etiam termini part.* 5. *rec.* et
procedere etiam in terminis locationis sentiat Caroc. *de lo-*
cat. duob. num. 18. tamen difficultatem facit, quod de na-
tura contractus locationis, et conductionis est, quod condu-
ctor non possideat *l.* 1. *c. de usucap.* et *l. certe §. is qui ff.*
26 *de praecario*, quae natura contractus praevalet praedictae
clausulae, adeo ut ipsa in locatione apposita possessionem
non transferat Cast. *in l. non solum* 33. *§. qui pignori*
num. 2. *ff. de usuc.* Alex. *cons.* 141. *num.* 1. *vers. confirmo*
quin, et seq. lib. 5. et late aliis adductis Tiraq. *de const.*
par. 3. *limit.* 22.

Et quamvis in conductorem transferatur saltem detenta-
tio rei, quae dicitur possessio actualis, et est talis, quae suf-
ficit ad effectum dictae praelationis, non proinde tollitur dif-
ficultas, quia per clausulam praedictam detentatio, et posses- 27
sio actualis non transfertur, ut tradunt Alex. *in l. quod meo*
n. 26. *ff. de acquir. poss.* Gratian. *discept.* 502. *num.* 6. Viv.
opin. 623. *num.* 2. Jos. Ludov. *decis. Perus.* 29. *num.* 37.
Rot. coram Put. *decis.* 2. *sub tit. de empt. et vend.* etiamsi 28
non sit additum praecarium, quod minuit virtutem clausu-
lae constituti Bald. *cons.* 482. *num.* 10. *et* 11. *lib.* 1. quando
enim additur praecarium transfertur sola civilis possessio, et 29
retinetur naturalis, et quando constitutum est simplex sine
praecario, transfertur possessio civilis, et naturalis, et consti-
tuenti remanet sola actualis, seu detentatio; Ang. *cons.*
373. *in princ. vers. unde*, Corn. *cons.* 55. *num.* 4. *ad med.*
lib. 3. Bertrand. *cons.* 73. *num.* 1. *post med. lib.* 3. et aliis
plenissima cumulatis distinguendo firmat Tiraq. *in suo ele-*
ganti tract. de constit. possess. part. 1. *n.* 4.

Unde clausula *constituti*, et praecarii non operatur in lo- 30
catione, nec est cum ea compatibilis, quia si roget praecario
possidere locator, non valet operari translationem civilis pos-
sessionis in conductorem, dum conductor civiliter non pos-
sidet, et si rogaverit conductor, quia incompatibile est, ut
detinere possit simul duplici titulo, nempe conductionis,
et praecarii, si praecarium est posterius, censetur disces-
sisse a locatione, et e contra si posterior est locatio cen-
setur discessisse a praecario, ut est text. *in l. si quis ante*
10. *ff. de acq. poss.*

Verum licet natura contractus locationis repugnet clausu-
lis praedictis possessionem transferentibus, adeo ut ipsae clau- 31
sulae in eo remaneant inanes, tamen hoc procedit si non ap-
pareat de contraria voluntate contrahentium illas accommo-
dandi naturae contractus, potest enim quis conducere prae-
dium, et praecario rogare non ut possideat, sed ut in posses-
sione sit, ut bellissime dicere tentaste Pomponium habatur
in d. l. si quis ante 10. *ff. de acquir. poss.* ubi propterea
notat DD. et signanter Cuman. *num.* 2. quod duplex esse
potest praecarium, unum per quod transfertur possessio in
accipientem, aliud, quod concedit solam tenutem, et posse
etiam solam detentationem transferri per constitutum, ubi
non est alius possessor, dixit etiam Rota coram Dunozet.
Jun. *dec.* 993. *n.* 14.

Sed necessarium est expresse actum fuisse, quod ex prae- 32
cario non possideatur, sed solum detineatur, ut advertunt in
eadem *l. si quis ante*, Castr. *num.* 1. *vers. postea ponuntur*
Roman. num. 4. Jas. *num.* 7. *vers. quarto diligenter*, *et*
seq. et licet argui posse videatur non esse necessariam talem
expressionem in locatione, ex quo naturae ejus est transferre
solam detentationem, et dictae clausulae tamquam accessoriae
sequuntur naturam contractus Menoch. *cons.* 733. *num.* 12.
Dec. *cons.* 1. *num.* 60. *lib.* 3. Honded. *cons.* 18. *num.* 54. *lib.*
2. Surd. *decis.* 157. *num.* 5. Cerelar. *decis.* 5. *num.* 6. tamen
quidquid sit quoad alias qualitates, et conditiones contractus,
de quibus loquuntur praecitati, quoad istam non transferendi
possessionem, sed detentationem necessariam esse expressio-
nem in locatione bene deducitur ex text. *in dicta l. si quis*
ante, ut per praecitatos, et reddi potest ratio, quia, quod lo-
cator voluerit transferre possessionem demonstrant verba clau-
sularum, et quod voluerit transferre detentationem, sed eam
sibi retinere, demonstret factum ipsum illius retentionis, unde
si contrahentes volunt diversimode operari necesse est, ut ex-
priment.

Praesupposito autem, quod adsit sufficiens expressio ita, 33
ut translata censeri debeat in secundum conductorem ea pos-
sessio cujus ipse est capax, nempe detentatio, utique opera-
bitur praefatam praelationem adversus alium conductorem
illam nullo modo habentem. Imo possessio praedicta hoc modo
translata adeo operatur, ut si habeat illam conductor primus,
videlicet, quia pro eo se dicto modo possidere constituerit do-
minus, quamvis postea idem dominus alteri locaverit, et se-
cundo conductori actualiter rem tradiderit, praeferendus erit
primus Dec. *in l. contractus n.* 18. *ff. de reg. jur.* Rot. *de-*
cis. 308. *n.* 7. *vers. praeterea nec etiam part.* 5. *rec. cum al.*
supracitat.

Praeterea clausola *constituti*, ultra dictam translationem 34
possessionis, dat etiam facultatem constitutario capiendi rem
propria auctoritate Manson. *de caus. execut. lib.* 1. *ampliat.*
6. *num.* 86. Ridolphin. *in praxi part.* 2. *cap.* 5. *num.* 28.
Rot. *decis.* 339. *num.* 39. *part.* 5. *rec.* et ideo quatenus 35
sit inepta in contractu locationis respecto translationis pos-

sessionis, non est inepta respectu hujus facultatis, prout in simili si apponatur in contractu census, quod licet non possit operari, ut in emptorem ejus transferat possessionem fundi, tamen tribuit ei dictam facultatem capiendi propria auctoritate illius fructus, ut tradit Cenc. de Cens. *quaest.* 94. *n.* 13. et late Rota coram Bichio *decis.* 310. *n.* 3. *et seq.* et fuit etiam dictum in una Todertina bonorum 3. decembris 1666. *§. nam bonum,* coram eminentissimo D. meo de Carpineo, *quae est decis.* 508. *n.* 1. *part.* 14. *rec.*

36 Practicando istam facultatem si eam habeat secundus conductor, poterit ejus vigore petere associationem, et si ea mediante rem locatam, seu ejus possessionem apprehendat ante, quam primus currendo per aliam viam ad eamdem rem perveniat, videlicet, agendo actione personali contra locatorem, obtineat rem sibi tradi, intrabit ejus favore dicta praelatio ratione suae possessionis actualis, seu detentationis ex supradictis.

Et ubi etiam vigore praedictae clausulae non egerit, adhuc propter dictam facultatem capiendi propria auctoritate, quae per eamdem clausulam tribuitur, non applicabitur ratio conclusionis supra firmatae, quod secundus conductor, cui facta sit traditio sit tutus, ex quo nulla competat contra eum actio primo, nam vigore dictae facultatis capiendi propria auctoritate, competit associatio etiam contra tertium Alex. *cons.*
37 131. *n.* 3. *et* 9. *lib.* 4. Afflict. *decis.* 326. *n.* 3. Rot. *decis.* 338. *n.* 1. *vers. constat. etiam part.* 1. *recent.* et coram Bichio *dicta decis.* 310. *n.* 8. 11. *et* 12.

38 Addo aliam singularem limitationem conclusionis supra firmatae, quod secundus conductor, cui res tradita, praeferatur primo, cui non tradita, ut non procedat ubi secundus habuit scientiam, quando conduxit, quod res erat alteri locata, quia tunc non habet bonam fidem, sed praesumitur in dolo, ac proinde non debet praeferri, ut firmant Cephal. *cons.* 718. *n.* 12. et Cavall. *quaest.* 756. *n.* 48. *et seqq.*

Posset etiam evitari eadem praelatio secundi, si primus haberet aliquod privilegium particulare, juxta quod esset praeferendus in conductione, sed ubi eodem privilegio gauderet etiam secundus, tunc ipse secundus tamquam reus, et possessor, esset adhuc praeferendus, quia privilegiatus non utitur privilegio suo contra aequaliter privilegiatum, at ideo
39 standum dispositioni juris, ut latissime firmat Castil. *decis.* 193. *n.* 15. *et seqq.*

40 Non omittendum denique animadvertere in hoc proposito duorum conductorum, quod praetendens praelationem adversus alium rem detinentem, potest intentare adversus eum judicium de migrando, quod est possessorium, et licet in eo succumbat, potest adhuc intentare judicium ordinarium praelationis, ut plene firmat Giurb. *decis.* 59. *num.* 19. *et seqq.* et quatenus actor habeat hypothecam, et velit ea experiri, poterit contra secundum conductorem agere etiam non excusso prius domino, nam licet hujusmodi actio non detur contra tertium rei hypothecatae possessorem, nisi excusso prius principali debitore ejusque fidejussoribus si quos habet Auth. *sed hodie* c. *de oblig. et action.* Auth. *hoc si de-*
41 *bitor c. de pignor.* Roland. *cons.* 79. *num.* 1. *et seqq. lib.* 1. Gail. *pract. observ. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 7. Ganim. *decis.* 99. *num.* 2. *vers. secundo requiritur*, tamen hoc non procedit ubi tertius possessor non suo, sed debitoris nomine possidet, prout est conductor *l. cum in plures* 60. *§. hae-*
42 *redem coloni ff. locat.* tunc enim ipse non potest dictam exceptionem excussionis domini opponere, ut notant *in dicta auth. sed hodie* Bart. *num.* 3. Bald. *in princ.* Ang. *num.* 13. *ad fin. vers. sed an contra*, Gabr. *tit. de fidejuss. concl.* 1. *num.* 59. et 60. et in terminis nostris plenissime firmat Vela *dissert.* 20. *n.* 16. *et* 17.

De probatione locationis.

SUMMARIUM.

1. Testibus probantur omnes contractus, qui consensu perficiuntur.
2. Lim. in emphyteosi.
3. Tractatus differt a contractu, et eum praecedit.
4. Tractatus non requirit consensum deliberatum.
5. Testes deponentes de simplici tractatu non probant, quod fuerit effectuatus.
6. Multa tractantur, quae postea non fiunt.
7. Tractatus simplex non obligat.
8. Tractatus de contractu praesupponit contractum existere.
9. Tractatus junctis aliis ex quibus, deprehenditur eum habuisse effectum probat contractum.
10. Tractatus locationis una cum possessione subsecuta probat locationem.
11. Extremis probatis media praesumuntur.
12. Minuta locationis, non probat locationem.
13. Minuta aequiparatur tractatui.
14. Lim. non procedere si dictum locat, et tradit quia haec verba important perfectionem contractus.
15. Decl. procedere in tractatu in voce facto, secus in minuta, quae passim solet ita concipi.
16. Scriptura arguitur imperfecta ex quo habet spatia in albo relicta.
17. Dati defectus denotat imperfectionem scripturae, et apocham vitiat.
18. Clausula, *actum*, denotat perfectionem contractus.
19. Ampl. procedere etiamsi dicta clausula sit caeteris.
20. Declara procedere si clausula sit in fine instrumenti, secus si in principio, vel in medio.
21. Decl. 2. ut in fine multum operetur, sed de se non sufficiat.
22. Clausulae, *actum*, defectus, denotat imperfectionem scripturae.
23. Subscriptio arguit scripturam continere dispositionem perfectam.
24. Subscriptionis defectus arguit imperfectionem scripturae.
25. Solutio annuae pensionis pro certo praedio facta, probat ejus locationem.
26. Decl. requiri solutionem factam esse ab aliquo tamquam conductore.
27. Decl. 2. requiri solutionem factam esse pro certa re.
28. Declar. 3. requiri pensionem esse in certa quantitate.
29. Decl. 4. requiri solutionem esse factam, et receptam ab habente facultatem constituendi in quasi possessione exigendi.
30. Decl. 5. requiri solutiones esse factas annuatim, non autem unica vice pro multis annis.
31. Ampl. et non sufficit praesumptio solutionis in praeteritum deducta ex tribus solutionibus continuatis.
32. Decl. ampliationem non procedere si adsint etiam primae solutiones.
33. Solutiones praedictae ad hunc effectum si probentur per testes quomodo deponere debeant.
34. Solutio annuae pensionis continuata per decennium probat locationem.
35. Contr. quod requirantur triginta anni.
36. Et quod requirantur quadraginta adversus ecclesiam.
37. Contr. quod idem tempus sufficiat adversus ecclesiam, ac adversus alios, sed vide n. 44. et 45.
38. Ad praescriptionem contra ecclesiam, non sufficiunt triginta anni, sed requiruntur quadraginta.
Decl. sufficere decem annos in locatione ad breve tempus, et requiri triginta in locatione ad longum num. 43.
39. Ecclesia quo ad probationes non requiritur privilegiata.
40. Locatio probata per continuatas solutiones praesumitur ad tempus continuum.
41. Et cessante consuetudine, praesumitur perpetua.
42. Lim. in locatione rerum ecclesiae, quia censetur ad tertiam generationem.
44. Probatio locationis per continuatas solutiones, regulatur ad instar praescriptionis.
46. Solutiones annuas non sufficit, quod sint continuatae per annos triginta, vel quadraginta ad praesumendum titulum, ubi adest vehemens praesumptio juris in contrarium.
47. Sufficit tamen immemorabilis.
48. Item sufficit quadragenaria cum fama.
49. Violentia, licet non praesumatur, tamen secus est in materia odiosissima.
50. Solutio mercedum per decennium continuata, non sufficit ad probandam locationem personae.
51. Item non sufficit contra tertium, sed solum contra solventem.
52. Ampl. et sufficere contra recipientem solutionem de magis communi.
53. Solutio mercedum continuata, non inducit locationem, sed probationem locationis.
54. Et haec est probatio praesumptiva, quae admittit probationem in contrarium.
55. Decl. non procedere in locatione continuata per annos triginta.
56. Declar. 2. non assumens probationem contrariam non possit impedire interim manutentionem parti.
57. Decl. 3. ut non plus operetur dicta praesumptio resultans ex solutione decennali, quam si adesset confessio solventis.
58. Et sufficit doceri de errore, et causa vitiosa.
59. Solutio continuata per triginta annos, non solum facit praesumere contractus, sed etiam omnium solemnitatum ad illius validitatem necessariam.
60. Decl. dictam praesumptionem locationis deductam ex continuata solutione non procedere, si constet de antecedenti locatione ad certum tempus, quia tunc intrat praesumptio tacitae relocationis, et vide n. 61.
62. Lim. et non procedat praesumptio tacitae relocationis si praecedens locatio de qua constat erat ad longum tempus.
63. Lim. 2. et si conductio facta fuit ab eo, qui vili pretio vendidit, et diu continuata solutio mercedis ultra tempus locationis, intret praesumptio locationis perpetuae.
64. Colonia partiaria probatur per continuatam annuam praestationem certae ratae fructuum.
65. Contrarium.
66. Manuum conjunctio, est signum consensus perfecti.
67. Contractus non dicitur perfectus ex consensu unius.
68. Decl. ut ex confessione unius probetur perfectio contra eum.
69. Praesens et tacens in actibus obligatoriis non dicitur consentire.
70. Lim. favore reipublicae, piae causae, pupilli, et similium.
71. Lim. 2. si tacens faciat aliquem actum positivum.
72. Verbum *volo* junctum infinito non inducit dispositionem.
73. Decl. procedere si prolatum ab uno, secus si ab utroque contrahente.
74. Verba relata in futurum in eis, quae dependent a consensu reciruntur in praesens.
75. Promissio de locando non est locatio.
76. Promissio non est contractus promissus.
77. Lim. si uterque contrahens promisit uni unus locare, alter conducere, et promissio relata est ad certam rem, et certum pretium.

78. Decl. procedere si usi sunt verbo *volo* secus si verbo *promitto*.
79. Lim. 2. si adsit juramentum.
80. Contrarium.
81. Decl. primam procedere in promissione de se obligando, et aliis quae pendent a voluntate.
82. Limit. 3. si cum promissione concurrat aliquis actus positivus.
83. Decl. non procedere, si adhuc contractus erat in futurum faciendus.
84. Limita 4. nostibus dictionibus ex *nunc*, *prout ex tunc*.
85. Promissio de locando, ubi non est locatio, licet ab ea recedere.
86. Pactum nedum non est efficax, nec parit actionem.
87. Decl. procedere de jure civili non autem de jure canonico.
88. Decl. 2. non procedere sit is cui factum est pactum, aliquod damnum est passus.
89. Decl. 3. ut inter viros probos, verecundiae sit negare promissa per pactum nudum.
90. Decl. 4. ut si promissio sit facta interposita stipulatione fiat efficax.
91. Verbum *promitto* est aequivocum, et potest referri ad pactum nudum, et ad stipulationem.
92. Verbum *promitto* redactum in scripturam, importat stipulationem.
93. Ampl. procedere, tam in scriptura publica, quam privata.
94. Declara procedere si pars cui facta promissio erat praesens.
95. Secus in scriptura publica, quia praesumitur notarium acceptasse pro absente.
96. Decl. 2. ut importet stipulationem in scriptura privata si scripta sit a perito, alias secus.
97. Decl. 3. procedere si scriptura sit in lingua latina, secus si in vulgari.
98. Declara 4. non importare stipulationem etiam in instrumento, si alibi in eo stipulatio est interposita.
99. Verbum *promitto* probatum per testes non importat stipulationem.
100. Verbum *convenerunt*, non importat stipulationem.
101. Decl. ut si testes deponant de verbo, *promitto*, tunc non importet stipulationem, secus si deponant super facto dicendo, quod talis promisit.
102. Decl. 2. ut si deponant de confessione facta a parte se promisisse, intelligatur per stipulationem.
103. Promittens locare, non tenetur praecise, sed liberatur solvendo interesse.
104. Promissio facti etiam non proprii, non obligat praecise, sed sufficit praestare interesse.
105. Praestans interesse dicitur vere, et proprie servare promissa.
106. Amplia etiamsi promittens habeat facultatem tradendi rem.
107. Lim. stante statuto, quod promissiones praecise observentur.
108. Praedictum statutum adest Romae cap. 164.
109. Decl. d. statutum intelligi de promissione per stipulationem, non autem de simplici per pactum.
110. Lim. 2. stante juramento, quia tunc adimplendum praecise.
111. Ampl. limitationem procedere, etiam quoad haeredem jurantis.
112. Decl. ut si interesse sit idem cum re promissa, tunc agi possit directe ad illam rem, secus si factum sit quid diversum.
113. Promissa venditione non potest agi directe ad rem, quia aliquid amplius continet, venditio.
114. Secus est respectu promissionis emendi, quia emptor non tenetur nisi ad pretium, et ideo pretium directe peti potest.
115. Interesse venditionis non factae est liquidandum, et continere potest, quid ultra pretium rei.
116. Interesse, ut peti possit ab eo, qui promisit locare, necesse est, ut constituatur in mora, et debet intentari certi condictio.
117. Ille cui facta est promissio de locando non tenetur conducere.
118. Probatio locationis, debet continere substantialia contractus.
119. Instrumentum referens emphiteusim, et non exprimens pretium, non probat.
120. Testes deponentes vidisse contrahi, et convenire de re, et mercede si non exprimant quantitatem non relevant.
121. Decl. procedere si agatur inter contrahentes de executione, vel validitate contractus, secus si inter unum ex contrahentibus, et tertium.
122. Decl. 2. ut suffragetur dicta probatio, etiam inter contrahentes, ubi non agitur de executione contractus, sed tantum de probando ipso actu.
123. Testes discordantes in quantitate pretii non probant contractum venditionis.
124. Contrarium, quod censeantur concordari in minori summa.
125. Decl. ut si prius deponant de perfectione contractus, et deinde interrogati de quantitate pretii in ea discordent, censeantur convenire in minori, et probent, secus si unico contextu dicant fuisse factam locationem pro tanta summa, et in ea discordent.
126. Probata receptione literarum in quibus continebatur locatio, et taciturnitate recipientis, resultat probatio contractus.
127. Decl. non sufficere, quod non contradixerit statim, sed indulgendum ei tempus arbitrio judicis.
128. Decl. 2. ut si probetur receptio epistolarum per testes necesse sit, quod deponant de contentis in eis, et quod recipiens eas sciverit.
129. Lim. si literae sint apertae.
130. Literae non probant contractum contra scribentem nisi justificetur eas fuisse de ejus ordine praesentatas.
131. Decl. procedere si directae, et habitae a domestico, alias secus.

CAPUT XXII.

Postquam vidimus quomodo contrahi possit locatio sequitur videndum quomodo probari possit contracta, et clarum
1 est, quod probari poterit, nedum per instrumentum, aut aliam scripturam fidem facientem, sed etiam per quodcumque aliud genus legitimae probationis, ac signanter per testes, prout probantur omnes contractus, qui consensu perficiuntur *l. in exercendis c. de fid. instr.* Afflict. *dec.* 398. *n.* 2. Rot. *dec.* 113. *n.* 14. *par.* 5. *et dec.* 345. *n.* 13. *par.* 10. *rec.* quatenus tamen necessario concludant, ut requiri dixit Alex. *cons.* 50. *n.* 13. lib. 5. quidquid sit in emphyteusi, quam requirere scripturam censuit *glos. in l.* 1. *ver. alienationis c. de jur. emphit. et in* §. *adeo ver. ad locationem instit. de locat.* Soccin. Sen. *consil.* 120. *n.* 24. *lib.* 11. Afflict. *decis.* 92. *num.* 7. Surd. *decis.* 331. *num.* 10. et licet non desint tenentes contrarium, et sit magna quaestio, tamen ista est opinio communis, et magis communis, et nos de illis communibus a quibus recedere in judicando nefas est, ut adductis hinc inde auctoritatibus, ac plene disputato articulo, decis Fulgin. *de jur. emphit. in praelud. quaes.* 14. *n.* 11. *vers. tenendo hanc.*

At difficultas versatur in cognoscendo, quo modo deponere debeant testes, vel dicere scripturae ad locationem convincendam, et quia percutere possunt testium gesta ante contractum locationis, vel post ipsum contractum, vel in ipso contractu, placet de aliqua singulis his casibus distincte loqui. 2

Percutere autem dicuntur gesta ante contractum si respiciant tractatum factum de locando, qui tractatus differt a contractu, et eum praecedit *leg. nam cum tractatu* 30. *ff. pro socio* Bald. *in leg. eleganter in princ. ff. de condict. indeb.* Alberic. *in l. fin. n.* 26. *c. de jur. deliber.* et non requirit consensum deliberatum, sed solam dispositionem ad illum et discussionem Abb. *in cap. tua nuper n.* 6. *de his, quae fiunt a praelat.* unde si testes deponant simpliciter de tractatu facto inter partes de locando, et conducendo, non probant, quod fuerit effectuatus ipse tractatus, et facta locatio, et conductio Soc. Jun. *cons.* 3. *n.* 35. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 893. *n.* 13. Rot. coram Mantic. *decis.* 271. *n.* 8. multa enim tractantur, quae postea non fiunt *l. si voluntate c. de resc. vend.* Bald. *in l. multum n.* 2. *c. si quis alt. vel sibi* Natt. *cons.* 31. *n.* 12. 3 4 5 6

Et probatio remanet irrelevans, quia tractatus simplex non obligat, et potest ab eo libere recedi, usquequo non fuerit conclusus, et effectuatus Gaill. *observat.* 140. *n.* 12. *lib.* 1. Rot. *decision.* 681. *n.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* 7

Verum praedicta non procedunt si non agatur de tractatu contractus faciendi, sed tractatu de contractu facto, quia iste tractatus praesupponit contractus de quo tractatur praeexistentiam ad *tex. in l. si aviam c. de ingen.* prout etiam non procedunt, ubi cum tractatu alia concurrant, ex quibus deprehendatur tractatum habuisse effectum, ut advertit Seraph. *dec.* 1368. *n.* 1. 8 9

Unde si probetur Titium tractasse, cum Sejo de locando ei suam domum, necnon, quod Sejus postea domum habuit, et habitavit longo tempore, videtur verius, quod argui debeat contracta locatio, ut sensit Bald. *in d. l. multum interest n.* 2. *in fin. c. si quis alt. vel sib.* quidquid aliud sensisse videatur in casu suo, Rot. *dec.* 104. *n.* 7. *et seqq. par.* 2. *divers.* quia dum probatur tractatus, qui locationem praecedit, et traditio rei, quae illam subsequitur, applicatur regula, quod probatis extremis media praesumuntur *dec.* 545. *n.* 1. *et dec.* 598. *n.* 9. ubi quod procedit ad quemcumque effectum *par.* 1. *div.* Seraph. *dec.* 1191. *n.* 3. Buratt. *decis.* 926. *n.* 5. et faciunt etiam, quae dicta sunt supra titulo praecedenti de locatione ex voluntate partium facienda in scriptis, quae quousque non sit facta scriptura, habetur pro imperfecta, et tamquam tractatus, et tamen si tradatur res, tunc locatio perfecta dicitur, ut per Thesaur. *dec.* 397. *n.* 8. *ad fin. cum aliis ibi citat.* 10 11

Et quae dicuntur de tractatu in verbis, applicantur etiam in scriptura praeparatoria quae vulgo dicitur, minuta, quia ex ea pariter non convincitur, contractus, cum sequeretur omnino tractatui *decis.* 199. *n.* 8. *part.* 6. *recent. et decis.* 264. *n.* 13. post Zacch. *de obligat. camer.* 12 13

Non tamen dicitur tractatus si dictum sit, locat, et tradit quia haec verba important perfectionem contractus ut dicit Surd. *cons.* 202. *n.* 33. *vers. nec movet*, quod utique videtur absolutum in terminis tractatus in voce facti, at in terminis scripturae, in quibus loquitur Surd. aliquando potest facile apparere eam non fuisse perfectam seu non continuisse perfectam dispositionem, et contractum, quamvis haberet verba praefata regulariter apta disponere, quia vere etiam simplices minutae solent passim ita concipi, unde alia erunt perscrutanda, et in specie si adsint specio relicta in albo, quia ex eis arguitur imperfectio scripturae *d. dec.* 264. *n.* 15. post Zacch. *de oblig. camer.* et si deficiat dies, ea 14 15 16 17

tali namque defectu pariter denotatur imperfectio, et vitiatur apoca, eadem *decision*. 264. *n.* 16.

18 Et ubi scriptura sit confecta per manum notarii, prout etiam passim conficiuntur minutae, attendetur multum si adsit clausula, actum, quae si adsit denotat perfectionem, quia non solet apponi nisi actus sit perfectus per publicationem instrumenti Bald. *in auth. quod sine cod. de testam.* Alex. *cons.* 14. *n.* 24. *versic. Ita ergo in proposito lib.* 6. et aliis plene congestis, Rot. *decision.* 122. *num.* 2. *part.*
19 4. *tom.* 2. *recent.* ubi quod hoc procedit sive clausula sit caeterata, sive sit extensa, quia talis distinctio est mere verbalis.

20 Verum dicta conclusio procedit, ubi clausula praedicta est apposita in fine instrumenti, secus autem si in principio, vel in medio, quia tunc non potest importare perfectionem, dum apparet post eam deventum fuisse ad ulteriorem actum Paris. *cons.* 27. *n.* 17. *lib.* 2. Rot. *cons.* 33. *n.* 33. *lib.* 2. Surd. *cons.* 187. *n.* 20. et plene Rota *dec.* 284. *num.* 6. *et* 7. *part.* 10. *rec.*

21 Et ulterius dicta clausula multum quidem operatur in fine scripturae, sed de se sola non sufficit Rota *decis.* 714. *n.* 1. *par.* 1. *rec.*

22 E contra defectus dictae clausulae denotat imperfectionem scripturae, et quod sit potius praeparatio, quam instrumentum, Castren. *in l. si qui* 25. *n.* 4. *vers. sed si non contineat ff. de testament.* Corn. *cons.* 226. *n.* 5. *lib.* 3. Surd. *cons.* 187. *n.* 20. Seraph. *dec.* 949. *n.* 1. Penia *dec.* 925. *n.* 4.

23 In scriptura autem privata praecipue attenditur, an sit subscripta, quia simplices minutae non subscribuntur. Unde si scriptura est subscripta, arguitur continere dispositionem perfectam, Aldobrand. *cons.* 32. *n.* 36. *lib.* 1. Rot. cor. Buratt. *decis.* 475. *n.* 13. *et* 14. et in una Rom. haereditatis 4. maii 1657. §. et quamvis coram Meltio, est enim subscriptio ultima pars scripturae, ut dicit Bald. *cons.* 175. *n.* 2.
24 *ver. item promitto lib.* 2. et hinc sequitur etiam, ut e contra si deficiat subscriptio, scriptura arguatur imperfecta Rot. *decis.* 430. *num.* 96. *par.* 5. *rec.* et coram eminent. Ottbob. *dec.* 40. *n.* 8.

Caetera de perfectione, vel imperfectione scripturae consulto omitto, ne nimis diversam a materia, alia tamen videri poterunt penes citatos, et alios relatos ab eis.

Deveniendo nunc ad probationes percutientes gesta post contractum, et sic non ipsum actum locationis, sed potius effectum, casus est si aliquis tamquam inquilinus, seu co-
25 lonus pro tali praedio certam annuam pensionem solvit, et inde probari locationem est originalis doctrina speculat. *in tit. de emphit.* §. *nunc aliqua quaestion.* 142. *n.* 169. Abb. *consil.* 74. *in princ.* Decian. *cons.* 146. *n.* 2. *ver. et cum pro tali vinea et cons.* 164. *n.* 1. et post alios plures firmat, et de communi testatur Mascard. *de probat. concl.* 991. *n.* 1. Menoch. *praesumpt.* 108. *n.* 1. *lib.* 3.

26 Verum adhuc, ut conclusio procedat, debeat omnia in ea dicta copulative concurrere, primo enim requiritur, quod probetur solutionem esse factam ab aliquo tamquam inquilino, seu colono, et sic ex causa locationis, nam alias, quia solutio potest fieri ex pluribus, et diversis causis, non posset dici probatio locationem concludens, prout sensisse videtur Mascard. dum ita secundo loco limitat conclusionem praefatam sub n. 3. et late ac optime firmat Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quaest.* 15. *n.* 2. *et seqq. et n.* 32. *et seq.* ubi quod non sufficit expressio in genere, sed requiritur specifica Peregrin. *decis. Patav.* 53. *num.* 3. Rot. *dec.* 292. *num.* 1. *p.* 1. *divers.*

27 Secundo requiritur, quod probetur solutio facta pro certa re, alias enim non convinceret locationem, pro cujus essentia requiritur res, ut supra dictum fuit in cap. 1. *num.* . . . Mascard. *dict. concl.* 991. *n. secundo* imo constare etiam debet de rei identitate puta per duos confines, aut alias duas demonstrationes, alias si dictum esset solum pro terris de tali loco, probatio esset obscura, et non sufficeret, ut censuit Alexand. *cons.* 50. *n.* 18. *lib.* 5.

Non tamen necesse, est dictas expressiones, causae solutionis, et rei factas fuisse in qualibet solutione, sed satis est eas fuisse factas in primis quietantiis, ut tradit Peregr. *dec. Patav.* 53. *n.* 12.

28 Tertio requiritur probari pensionem certam, alias si adsit incertitudo circa ejus quantitatem, prout si testes dicerent soluta fuisse novem, aut decem, probatio non esset sufficiens, Alex. *d. cons.* 50. *n.* 16. *ver. tertius testis lib.* 5. Dec. *cons.* 57. *num.* 5. Mascard. *de prob. concl.* 992. *n.* 1. *et seqq. per tot.* et idem esset si constaret de solutionibus difformibus, puta quis quandoque solutum fuisset in pecunia, quandoque in frumento, aut aliis fructibus. vel quandoque solutum fuisset plus, et quandoque minus Bald. et Ang. *in l. male agitur col.* 2. *C. de praescript. trig. annor.* et his, aliisque adductis firmat Mascard. *d. concl.* 991. *n.* 8. *et* 9. et plenius Vasq. *controv. illustr. cap.* 84. *n.* 6. ubi de communi.

Quarto requiritur solutionem fuisse factam, et respective receptam a persona valente constituere alium in quasi possessione exigendi, vel retinendi, unde non satis esset, quod solutio esset facta nomine alieno vel nomine alieno recepta, late Cancer. de Cens. *q.* 80. *num.* 15. *ver. neque tamen* Dunod. *eod. tract. in prooem. q.* 17. *n.* 32. Rot. coram Merl. *dec.* 8. *num.* 4. 29

Quinto requiritur, quod solutiones non sint factae unica vice pro decem, viginti, aut triginta annis, sed quod sint factae annuatim, et separatim Cyn. *in l.* 2. *n.* 1. *et* Bald. *n.* 2. *C. de dot. promiss.* Menoch. *praes.* 131. *n.* 13. *et* 84. *et seqq lib.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 65. Gratian. *discept.* 208. *n.* 10. Capell. Tolos. *dec.* 238. *n.* 3. *ad fin.* Rot. *cor.* Merlin. *decis.* 573. *n.* 11. adeout etiam non sufficeret allegare praesumptionem solutionis in praeteritum, quae deducitur ex solutione trium annorum postremorum, Gratian. *discept.* 208. *n.* 12. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 66. *et seqq.* Rot. *decis.* 292. *n.* 2. *part.* 1. *divers.* Nisi tamen concurrant cum dictis solutionibus posterioribus etiam antecedentes, quia tunc intermediae praesumuntur, Castren. *cons.* 51. *n.* 2. *post med. lib.* 2. sed contrarium sensit in hoc Rot. *d. dec.* 292. *par.* 1. *div.* vel etiam nisi adesset confessio solutionum antea distincte factarum, licet ipsa confessio uno instrumento tantum uti unica contineretur, secundum Paris. *cons.* 7. *n.* 6. *ver. nam circa id lib.* 4. 30
31
32

Erit tamen advertendum, quod si probatio solutionum fierent per testes, necesse esset eos reddere rationem eorum dicti, nec sufficeret ratio illa, quia sunt vicini, cum istae non sint de rebus, quae in genere sciri possunt, nec sufficiat probatio praesumptiva, ut tradit Alexand. *cons.* 50. *num.* 17. *lib.* 5. neque sufficeret dicere audivisse a parte, si esset confessio extrajudicialis Alexand. *dicto cons.* 50. *numer.* 16. *vers. item interrogatus* Dec. *cons.* 57. *numer.* 4. *ad fin.* et debent esse concordes in quantitate, et qualitate solutionis, et in aliis, itaut faciant probationem perfectam, dum enim non probatur locatio directe, sed per illationem a solutione pensionis, necesse est talem solutionem esse certam, ad hoc ut ex ea inferri possit ad locationem praecedentem Ruin. *cons.* 44. *num.* 10. *lib.* 4. Cephal. *cons.* 250. *num.* 40. Magon. *decis. Luc.* 79. *numero* 17. et ibi Adden. 33

Sexto requiritur, quod solutio continuata sit diuturno tempore, circa quod magna est dubitatio, et variae sunt opiniones, aliqui enim volunt sufficere decennium Bart. *in l. litibus* 19. *numer.* 2. *cod. de agric. et cens. lib.* 11. ubi quod minus tempus non sufficeret, quem sequuntur alii, ut Caroc. *de locat. tit. de locatione sine tempore qu.* 6. *numer.* 152. et consulendo Gratus cons. 76. num. 25. lib. 1. et in fortioribus terminis de probanda emphyteusi, et aliis similibus Bald. *in l.* 1. *numer.* 15. *cod. de fideicom.* Cenc. de Cens. *quaest.* 81. *numer.* 8. *et seqq.* et ibidem Rasuc. *numer.* 15. *vers.* 1. *quia procedit*, Rota cor. Panis *dec.* 183. *num.* 3. et coram Buratt. *decis.* 10. *num.* 26. *et decis.* 46. *num.* 15. *et in rec. decis.* 502. *num.* 23. *part.* 1. *et decis.* 153. *num.* 11. *part.* 4. *tom.* 2. 34

Alii vero volunt requiri annos triginta Angel. *in leg. praetor* §. 1. *ff. de eden.* Alber. *in l.* 2. *num.* 10. *C. de jur. emphit.* Ruin. *cons.* 151. *n.* 5. *lib.* 1. Paris. *cons.* 23. *num.* 5. *lib.* 4. et alii plures relati per Menoch. *praesumpt.* 108. *num.* 4. *lib.* 3. et latius per Fulgin. *de jur. emphit. tit. de contract. q.* 11. *num.* 2. *vers. contrarium.* 35

Praeterea aliqui admittunt hanc ultimam opinionem, sed dicunt non procedere contra ecclesiam, adversus quam volunt requiri spatium annorum quadraginta, Angel. *in* §. *emphiteusis numer.* 19. *in authent.* de non *alien. aut permut. reb. eccles.* Ancaran. *cons.* 420. *ad fin.* Paris. *cons.* 23. *numer.* 5. *lib.* 4. Aldobrand. *cons.* 74. *numer.* 1. *lib.* 1. Fachin. *cons.* 30. *num.* 32. *lib.* 1. Menoch. *praesumpt.* 108. *num.* 5. *libr.* 3. Roderich. *de ann. reddit. lib.* 1. *qu.* 15. *num.* 53. et quod contra ecclesiam non sufficiant decem anni Rot. cor. Verall. dec. 166. par. 3. 36

Contrarium vero, quod in hoc proposito idem procedat contra ecclesiam, ac contra privatum, senserunt Salic. *in leg.* 37

eum *de in rem verso*, *numer.* 12. *ver. quaero septimo*, *ff.*
de usuris Paris. *consil.* 7. *numer.* 13. *ver. et quia concer-*
runt lib. 4. Gratian. *cons.* 76. *num.* 25. *ver. et ex his ne-*
cessario lib. 1. Manoch. *praesumpt.* 131. *num.* 61. et *late*
seqq. lib. 3.
38 Et licat tenentes primam opinionem adducant, quod cir-
ca praescriptionem clarum est non sufficere adversus eccle-
siam spatium 30. annorum, sed requiri 40. o. *de quanta de*
proescriptionibus outh. quos actiones e. de socros. eccles.
39 tamen alii respondent dicendo, quod haec non est praescri-
ptio, sed probatio, et quod ecclesia circa probationes non
reperitur privilegiata, ut ultra praedictos firmavit Ranuc. *in*
cons. impresso per Genc. de Cens. *q.* 81. *num.* 15. *circa*
med. ver. tum quia, Duard. *de cens. in proaem. q.* 17 *n.*
35. *ver. sed re veru et seqq.* ubi volunt sufficere decemna-
lem solutionem.
40 Pro resolutione autem harum difficultatum, videtur pro-
ponenda et alia, videlicet supposito, quod concurrat tempus
sufficians, et omnia alia requisita ad inducendam hanc pro-
bationem locationis, quanam locatio credenda erit ista circa
tempus, videlicet quanto tempore duratura, in qua dubita-
tione Ang. *in l.* 2. e. *de jur. emphit.* eam formans in em-
phyteusi, dicit non adesse legem, et ideo primo recurrendum
esse ad consuetudinem concedentis, secondo ad consuetudi-
nem regionis, et quatenus consuetudo nulla appareat, vel
sit difformis, quod minimum est praesumemus.
Verum praedictam distinctionem, quoad primam partem,
quod ubi constet de consuetudine, illa attendi debest, et
cum praefato ordine, ut prius attendatur consuetuda parti-
cularis, et deinde generalis, sequontur alii, et signanter
Jas. *in d. l.* 2. *num.* 160. Menoch. *praes.* 109. *num.* 2. *et seq.*
lib. 3. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 5. *numer.* 11. Fulgin.
de jur. emphit. tit. de contract. quaest. 12. *num.* 1. et fa-
ciunt tradita in *cap.* 17. *in primo casu*, ubi late, quae con-
suetudo attendenda, si diversimode servatum sit, at secus
est quoad secundam partem, ubi Ang. dicit quod cessante
consuetudine praesumatur, quod minimum est, ad quod
ipse allegat regulam *l. semper in stipulationibus ff. de reg.*
41 *jur.* quia communiter rejicitur ab aliis volentibus in dubio
locationem, sive emphyteusim praesumi perpetuam, immo
ipse Ang. ita sensisse videtur *in l. qui luminibus ff. de ser-*
vit. urb. praed. Jas. *in d. l.* 2. *num.* 161. Soc. Sen. *cons.*
50. *num.* 15. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 151. *num.* 14. *lib.* 4. Bur-
sat. *cons.* 23. *num.* 27. Menoch. *d. praesumpt.* 109. *num.*
7. *lib.* 3. Fulgin. *qui de communi testatur dicto quaest.*
12. *num.* 2. Surd. *qui alios refert*, *et in terminis locationis*
loquitur dec. 265. *num.* 55. licet secus sit in locatione seu
emphyteusi rerum ecclesiae, quia concedi solent solum ad
42 tertiam generationem, et ita concessae etiam ex praedictis
solutionibus arguuntur Bald. *in cap.* 1. *num.* 2. *de feud.*
dot. in vic. leg. comm. Jas. *in l.* 2. *num.* 16. *et seq.* e. *de*
jur. emph. Menoch. *praes.* 109. *ad fin. lib.* 3. et plenissime
aliis congestis Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quaest.* 15.
num. 52. Duar. *de cens. in prooem. quoest.* 17. *numer.* 58.
et seq. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 5. *num.* 15. *et* 16. et
quod emphyteusis ecclesiae soleat, immo debeat, solum fieri
ad tertiam generationem, probatur per text. in §. *emphi-*
teusim outh. de non alien. et licet hujus textus dispositio
fuerit postea ampliata, ut possit fieri concessio duratura in
omnibus descendentibus §. *licentiam auth. de alien et em-*
phit. Alex. *cons.* 110. *num.* 19. *lib.* 3. ubi de communi
Ruin. *cons.* 166. *num.* 9. §. *nec obstat lib.* 1. Rot. cor. Se-
raphin. *decis.* 1362. *num.* 7. tamen debet constare, quod
partes voluerint dicta facultate uti, alias non censetur a di-
spositione dicti §. *emphyteusim* recessisse, juxta late tradita
per Covar. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 15. *et alios supracitatos.*
43 His autem suppositis, quod probetur pro tempore con-
sueto, quatenus adsit consuetudo, et quatenus ea non adsit,
praesumatur perpetua, redeundo ad praecedentes difficulta-
tes circa tempus necessarium ad hanc probationem inducen-
dam, crederem, quod si ageretur de locatione ad modicum
tempus, quae inter privatos est usque ad novennium, et in
ecclesia usque ad triennium, quia in ea non acquiritur ali-
quod dominium, et agitur propterea de modico praejudicio,
tuto admitti posset prima opinio, quod sufficiat decennium,
prout in terminis locationis voluit Bart. et in fortioribus
senserunt alii pro ea citati, si vero ageretur de inducenda
probatione locationis ad longum tempus, quia videlicet
adsit consuetudo ad longum tempus locandi, vel locationis
perpetuae ubi nulla adsit consuetudo, et tunc quia talis lo-
catio importat acquisitionem dominii utilis, ad quem effe-
ctum clari juris est non sufficere decennalem possessionem,
sed requiri tricenariam, vel quadragenariam, crederem ve-
riorem opinionem aliorum idem tempus requirentium su-
pracitatorum, qui loquuntur ut plurimum ad effectum pro-
bandae emphiteusis, in qua dominium utile transfertur, et
sic in his terminis, vel similibus.
Nec obstat, quod ista non sit propie praescriptio, sed 44
probatio vel praesumptio tituli locationis, quia ex quibus
causis inducitur praescriptio, eisdem inducitur etiam ista
praesumptio tituli, ut ex Bart. et aliis tradit Cassan. *cons.*
11. *num.* 88. et post eum Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1.
quaest. 15. *num.* 53. at hanc esse probationem, quae ope-
ratur in vim praescriptionis, dicit Rot. *in dec.* 234. *n.* 3.
par. 7. *rec.*
Et hinc est, quod cum contra ecclesiam non sufficiant 45
triginta anni ad praescribendum, sed requirantur quadra-
ginta *cap. de quanta de praescript. outh. quas actiones*,
cod. de sacros. eccles. idem esse dicendum in hac probatio-
ne, tradunt magis communiter dd. ut videre est ex relatis
per Menoch. *proesumpt.* 108. *n.* 5. *lib.* 3. Roderic. *de ann.*
reddit. lib. 1. *q.* 15. *n.* 53. Fulgin. *de jur. emphit. tit. de*
contr. quoest. 11. *num.* 4. et hodie quia requiritur ex con-
stitutione Urbani Octavi de praejudicialibus ecclesiae de qua
dixi in *cap.* 14. §. 11. spatium centum annorum ad prae-
sumendum locationem ultra triennium fuisse factam cum
solemnitatibus necessariis, et hoc tempus erit necessarium,
adhoc, ut ista continuata solutio suffragari valeat pro loca-
tione praedicta, juxta plenissime tradita per Rot. *dec.* 220.
num. 5. *et* 17. *par.* 10. *rec.*
Et non solum in ecclesia, sed ubicumque adest resisten- 46
tia, aut vehemens praesumptio juris in contrarium, non so-
lum non sufficit dictum tempus decemnii, sed neque trigin-
ta, vel quadraginta annorum, prout si agatur de solutioni-
bus extraordinariis factis domino per vassallos, ex quo vi-
get praesumptio, quod extortae fuerint per violentiam, quod
dictum tempus non sufficiat, firmant Guidop. *cons.* 1. *num.*
11. *et seqq.* et plenissime Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1.
qu. 15. *n.* 65. *et* 66. Duard. *de cens. in proaem. quaest.* 17.
num. 47. et *seq.* et licet quoad simplicem juris praesumptio-
nem, quae in contrarium eigeat aliud sentiat Vasq. *controv.*
illustr. cap. 84. *num.* 39. tamen exempla, quae adducit non
sunt de casibus, in quibus vigeat praesumptio juris, quod
solutiones non fuerint factae ex causa allegata, dicit enim
rem praesumi liberam, et tamen praescribi servitutem,
item contractum praescribi, licet non praesumatur, quod
verum est, sed licet contractus de jure non praesumatur,
tamen non habet praesumptionem juris contra se, et idem
est de servitute, et haec inter se differunt, non praesumi,
et habere juris praesumptionem contra se.
Sufficit tamen in dictis casibus immemorabilis Covar. *in* 47
reg. possessor. par. 2. §. 4. *num.* 5. *ver.* 2. *est consideran-*
dum, Avendan. *de exequen. mand. reg. part.* 2. *cap.* 5.
num. 10. Garz. *de expen. et melior. cap.* 9. *numer.* 23.
Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quaest.* 15. *numer.* 67. *et*
seqq. Duar. *d. quaest.* 17. *num.* 48. quidquid sit de simpli-
ci centenaria non habente requisita immemorabilis ex tra-
ditis per Garz. *dicto cap.* 9. *num.* 32. *et Avendan. de cens.*
cap. 8. *numer.* 18. et ubi allegans hanc immemorabilem
esset omnino incapax acquirendi, puta si laicus alleget eam
in perceptione decimarum, de quo Felin. *in cap. accedente*
num. 6. *de praescription.* Socin. Sen. *cons.* 260. *lib.* 2. et
post alios Vasq. *contr. illustr. cap.* 84. *numer.* 11. *et* 12.
lib. 2. Menoch. *praesumpt.* 131. *num.* 49. *lib.* 3.
Sufficit etiam quadragenaria cum fama Covar. *d.* §. 4. 48
numer. 5. *vers. quibus duo adjicere*, Avendan. *de exequen.*
mand. reg. par. 2. *cap.* 5. *num.* 12. *ad med. et de cens.*
cap. 8. *num.* 17. quatenus tamen in praedicto casu vassallo-
rum appareat solutiones fuisse voluntarie factas, nam licet 49
violentia non praesumatur, tamen in materia odiosissima,
et reprobata a jure contrarium est dicendum, ut ex Baldo
in l. ob maritorum e. ne ux. pro marit. tradit Garz. *de*
expens. et melior cap. 8. *num.* 35. *prope fin.*
Caeterum quod dictum est de solutione decennali, quod 50
sufficiat ad probandam locationem, non solum retenta opi-
nione indistincte hoc tenentium, sed etiam cum nostra re-
strictione ad locationem brevis temporis, limitandum erit,
ut procedat in locatione bonorum, in qua procedit ratio ad-
ducta, quod agatur de levi praejudicio, secus autem si aga-
tur de locatione personae, quia praejudicium est gravius,

et ideo requiruntur triginta anni, ut tradit Jas. *in l. si cer-*
tis num. 15. *vers. sexto limita c. de pact.* et aliis pleribus
adductis Vasq. *contr. illustr. cap.* 84. *num.* 38.

51 Prout etiam limitandum erit, ut procedat contra ipsum
solventem, vel recipientem, non autem contra tertium, quia
requiruntur triginta anni Jas. *in d. l. si certis num.* 15.
vers. quinto limita ubi etiam Curt. Sen. Alrint. et alii quos
refert Vasq. *in dict. cap.* 84. *num.* 38. *vers.* 22. *limita* et
licet ipse ibi ex Alexand. *in l. qui ex aliena ff. de acquir.*
haeredit. dicat hoc non satis certum esse tamen hanc limita-
tionem tenuit etiam Rota decis. 166. part. 3. coram
Verall.

52 Volunt etiam aliqui dictam opinionem annorum decem,
procedere contra solventem, et non contra recipientem Balb.
de praescript. par. 3. *princ. quaest.* 10. *numer* 35. quem
refert Fulgin. *de jur. emphit. tit. de contract. quaest.* 11.
post med. ver. sed Ant. sed magis communiter tenetur eo-
dem modo solventem, ac recipientem judicari in hoc pro-
posito Bald. *cons.* 24. *numer.* 1. *lib.* 4. Gratian. *cons.* 76.
num. 25. *vers. et ex his lib.* 1. Fulgin. *qui alios refert di-*
cta quaestion. 11. *numer.* 5. Rota coram Mantic. *decision.*
57. *num.* 5.

53 At semper verum est per solutionem cum dictis qualita-
tibus factam non induci locationem, sed probationem, quod
locatio praecesserit Bald. *cons.* 24. *num.* 1. *in princip. ver.*
vel est magis lib. 4. Paris. *cons.* 7. *num.* 6. ubi, quod non
cadit aliqua dubitatio, quia in jure verum, et ab omnibus
receptum est *lib.* 4. rot. *decis.* 153. *numer.* 19. *et seqq. par.*
54 4. *tom.* 3. *recent.* et probationem mere praesumptivam
transferentem onus probandi contrarium in adversarium,
qui propterea, si probare velit, auditur Caroc. *qui multos*
congerit de locat. et cond. tit. de locat. omiss. num. 6. quod
55 tamen procedit stando in terminis solutionis decennalis, vel
alias minori tempore continuatae, quam triginta annorum,
quia contra tricenariam non admitti probationem firmat
Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quaest.* 15. *num.* 6. *et seqq.*
et num. 58. est enim tunc probatio in vim praescriptionis,
56 ut dicit Rot. decis. 234. num. 3. par. 7. rec. at ubi quis as-
sumat onus probandi contrarium, interim non poterit dene-
gari manutentio habenti pro se possessionem, vel quasi
Gratian. *discept.* 208. *num.* 14. et talis praesumptio tam
procedit in praejudicium solventis ad favorem recipientis,
quam in praejudicium recipientis ad favorem solventis Bald.
consil. 24. *numer.* 1. *lib.* 4 Gratian. *cons.* 76. *num.* 25. *lib.*
1. *ver. et ex his necessario*, Rota coram Mantic. *decis.* 57.
num. 5. Fulgin. *tit. de contract. emphyt. quaestion.* 11.
num. 15.

57 Verum ex solutione decennali talis praesumitur obligatio,
qualis allegatur, et ideo non plus operatur haec praesumptio,
quam si fuisset confessata ab initio, unde si concluderet
confessionem, seu obligationem non solemnem, et inefficа-
cem uti factam a minore non valente ex dispositione statuti
sibi praejudicare, actionem non produceret in futurum, ut
docet Salic. *in leg. cum de in rem verso num.* 6. *ver. tertio*
58 *casu ff. de usur.* et sufficit docere de errore, et quod causa
propter quam fuit facta solutio sit vitiosa Vasqu. *contr. illu-*
str. cap. 84. *numer.* 12. *ver. facit* Roderic. *de ann. reddit.*
lib. 1. *quaest.* 15. *num.* 8. *in fin.* Menoch. *praesumpt.* 131.
num. 49. *lib.* 3. Cenc. de Cens. *quaest.* 81. *num.* 38.

59 At concurrente tempore annorum triginta, non solum
inducitur probatio contractus, sed etiam omnium solemni-
tatum ad illius validitatem necessariarum, adeo ut si necessa-
ria sit scriptura, et praesumatur ipsa intervenisse, licet de
ea non appareat Bald. *cons.* 24. *prope fin. ver. et notandum*
est lib. 4. Jas. *in l.* 2. *num.* 155. *cod. de jur. emphit.* Me-
noch. *praesumpt.* 108. *numer.* 2. *lib.* 3. Roderic. *de ann.*
reddit. lib. 1. *quaest.* 15. *num.* 50. late Fulgin. *de jur.*
emphit. in praelud. quaest. 14. *num.* 39. Rot. coram Mantic.
decis. 57. *num.* 4. ubi etiam dicit sufficere, quod probetur
solutio per scripturam, quia dum probatur consequens per
scripturam, probatur, et antecedens, licet quoad hoc in
contrarium facere possit, quod voluit Rot. cor. Put. dec. 178.
num. 3. et per tot. lib. 3. ubi conclusum fuit ex quietantiis
solutionum pro mercede locationis probari locationem taci-
tam, non autem expressam, quod et admisit cor. Gomes.
decis. 75. lib. 1.

60 Verum non omittendum animadvertere, quod praedicta
omnia de inducenda praesumptione, seu probatione locatio-
nis ex continuata solutione mercedis, procedunt cum suppo-
sito, quod de nulla locatione antecedenter facta ad certum
tempus, puta ad biennium constet, quia alias, licet post il-
lud tempus finitum conductor continuaverit rem retinere, et
solvere mercedem per triginta annos, vel ultra, non pro-
pterea argui poterit locatio perpetua, sed potius credetur
fuisse factam tacitam relocationem in rusticis ad annum, et
in urbanis de die in diem, juxta text. *in l. item quaeritur*
§. qui completo ff. locat. ut tradunt Ancar. *quaest.* 24. *nu-*
mer. 11. *lib.* 1. Cravett. *de antiq. temp. par.* 4. *cap.* 5.
incip. materia ista num. 100. *et seqq.* Caldas. *de jur.*
emphit. lib. 1. *quaest.* 15. *numer.* 41. *et seqq.* Add. ad
Gamm. *decis.* 26. *numer.* 3. Magon. *decis. Florent.* 2.
num. 4. *vers. quibus non obstantibus, et late seqq.* Rot. *Bo-*
non. div. dec. 119. *num.* 93. ubi etiamsi fuisset continua-
tum per mille annos Rot. *dec.* 14. *num.* 1. *p.* 3. *rec.* ubi
add. num. 6. dicit etiamsi per mille annos,

Et licet contraria opinio habeat quoque suos fautores, ut 61
signanter Bald. *in leg. male agitur in prima lectura num.*
4. *vers. si vero conductio, cod. de praescr.* 30. *vel* 40. *anno-*
rum et ibidem Angel. *num.* 5. *vers. si vero conductio* Alex.
ad Bart. *in d. §. qui completo ff. loc. in prima addit.* Go-
zad. *consil.* 9. *num.* 8. Marzar. *cons.* 16. *num.* 1. ubi late
Bero. *cons.* 113. *num.* 3. *Lib.* 1. Afflict. *decis.* 365. *num.* 13.
tamen prima videtur verior, quia dum constat de titulo so-
lutionis, videlicet ex causa conductionis temporalis, cessat
praesumptio alterius tituli, maxime in conductore, qui sibi
non possidet, sed domino, et non potest mutare causam pos-
sessionis ad illius praejudicium, ut late tradunt praecitati, et
signanter Magon. in dict. dec. 2. quae opinio certius etiam
procedit, quatenus in locatione praecedenti adsit pactum ex-
pressum quod si partes continuent, censeatur facta tacita re-
locatio ad tempus, inde enim apertius cessat, quod conductor
voluerit, ut potuerit mutare causam, ut velle possidere titulo
locationis perpetuae ex firmatis per Rot. *in decis.* 220. *n.* 15.
p. 10. *rec.*

Limitatur tamen dicta opinio, ut non procedat si prae- 62
cedens locatio erat ad longum tempus secundum Bero. *cons.*
113. *num.* 3. *post med. vers. ex quo infertur lib.* 1. ubi
movetur, quia quando locatio est ad longum tempus, non
praesumitur tacite renovata, de quo suo loco, Deo dante, ali-
quid dicemus, sed contrarium sensit Add. ad dec. 14. num.
9. p. 3. rec.

Secundo limitatur eadem opinio, ut non procedat si aga- 63
tur de conductione facta ab eo, qui rem ipsam vendidit vili
pretio cum pacto redimendi, et statim ea conduxit, si enim
non potest redimere, neque agere ad rescissionem ex capite
laesionis, vel quia praescriptum, vel quia probare laesionem
sufficientem non valet, concedendum ei est, ut possit retinere
titulo coloniae perpetuae, Cravett. *de antiq tempor. part.*
4. *cap.* 5. *incip. materia ista, num.* 125. *ver. posset casus*
hujusmodi Ursill. ad Afflict. *decis.* 365. *num.* 15. Magon.
decis. Florent. 2. *num.* 6. *post med. ver. qui etiam.* Contra-
rium tamen sensit Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 20. *n.* 12.
ver. nec ullo casu, cujus opinio admitti poterit de rigore,
contraria vero de aequitate, ut sensit ipse Cravet. et post eum
Magon. ubi supra, et vide alia de hac eadem aequitate supra
in cap. 10. n. 120. et seqq.

Denique controversia magna est, an dicta probatio, seu, 64
ut aliqui dicunt, praescriptio locationis perpetuae, procedat
etiam in colonia partiaria, puta ubi non apparet soluta mer-
ces in pecunia, sed certa rata fructuum, et pro affirmativa fa-
cit, quod in eisdem terminis loquitur Bald. *in l. male agitur*
in secunda lectura vers. si vero conductio et Ang. *num.* 7.
c. de praescript. 30. *vel* 40. *annor.* ut eis aliisque plene con-
gestis dictam opinionem firmavit Rot. coram Mantic. *decis.*
17. *n.* 2. et tenuit etiam Ancaran. Regien. *quaest.* 24. *n.* 10.
et seq. lib. 1. et sensisse videtur Gratian. *discept.* 156. *n.* 6.
Gregor. *decis.* 26. *n.* 3. *et ibi Adden.*

At contrarium tenuerunt Rim. Sen. *cons.* 10. *num.* 15. 65
et seqq. Ruin. *cons.* 151. *num.* 7. et *seqq. lib.* 4. Hond. *con-*
sil. 85. *num.* 12. *lib.* 1. Eugen. *cons.* 28. *num.* 11. *et seq.*
lib. 2. Ruderic. *de ann. reddit. Lib.* 1. *quaest.* 15. *num.* 51.
vers. nec decipiaris. Ratio autem praecipua istorum est,
quod isti coloni sunt potius socii, quam conductores *l. si mer-*
ces §. vis major. ff. loc. ut in societate nemo cogitur perpe-
tuo permanere, *l. ult. c. commun. divid.* sed respondent alii
eam non esse societatem proprie, ut patet ex verbis text. *in*
d. §. vis major, et propterea eam transire ad haeredes, quod
non est in societate vera, ut propria, late Mantic. *d. dec.* 17.
n. 10. *et* 11. ubi et quod saltem dicta opinio non procedit in
praediis universitatis.

Deveniendo denique ad probationem perentientem ipsum
actum locationis, clarum erit, quod si per scripturam, vel
testes probetur reciprocos consensus in re certa, et pensione,
uti quia constet de verbis hinc inde prolatis aptis consensum
utriusque exprimere, vel etiam de signis uti de manuum
66 conjunctione, quod est signum evidens consensus perfecti,
ut dicit Dec. *cons.* 64. num. 14. lib. 3. prolata erit locatio.
67 At si, verbi gratia, testes referant tantum verba unius partis,
et ex eis convincatur solum consensus illius, non probabitur
contractus perfectus, et validus, non enim dicitur perfectus
ex consensu unius partis. Seraph. *decis.* 854. *num.* 8. ubi.
et quod non sufficit unum testem dicere aliam partem con-
tentam fuisse, maxime si non reddit rationem quomodo co-
68 gnoverit contentam fuisse. Verum si verba unius partis con-
tineant confessionem contractus alias facti, tunc contra illam
probabunt ejus perfectionem Rot. *decis.* 37. *n.* 4. *part.* 4.
tom. 2. *recent.*

Si autem verba unius continentia locationem probentur
prolata altero praesente, et tacente, an censeatur contracta lo-
69 catio, et licet ad eam contrahendam non sint necessaria verba
l. qui ad certum 15. *ff. locat.* et dictum est cap. praeceden-
ti, tamen negative respondendum est, quia requiritur con-
sensus, qui in tacente non praesumitur, ut plenissime fir-
mat in his terminis Caroc. *de locat. et cond. tit. de locat.
qualific. quaest.* 3. *num.* 2. et est regula generalis, ubi agi-
tur de actibus obligatoriis, prout est iste contractus Vestr.
in prax. lib. 4. *cap.* 5. *num.* 3. Rot. *decis.* 104. *num.* 9.
70 *part.* 1. *div.* quod tamen limitatur, si agatur de favore rei-
publicae piae causae, vel pupilli, et similium *l.* 2. *ff. ad mu-
nicip.* Bart. *in leg. quae dotis num.* 23. *vers. fallit ff. sol.
matrim.* Gratian. *discept.* 980. *num.* 21. Carpio *de execut.
testam. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 32. licet contrarium velit, si
agatur de favore pupilli Matt. Brun. cons. 113. num. 12. Prout
etiam limitatur, si tacens faciat aliquem actum positivum,
71 prout esset receptio rei locatae, vel in eam ingressio, et simi-
lia Caroc. *d. quaest.* 3. num 3. *vers. declaratur nisi* Ossch.
decis. 132. n. 10. Rot. *dec.* 811. *n.* 22. *part.* 1. *div.* ex quo
enim non sunt necessaria verba, ut mox dicebam, aperte se-
quitur, ut quomodocumque convincatur consensus, sufficit
ad convincendum contractum. Unde si quis locavit fundum
ad annum tantum, ex quo elapso anno passus est colonum in
fundo permanere, et colonus, qui pariter ad annum tantum
conduxerat, elapso anno, adhuc in fundo permansit, absque
ulla alia expressione verbis, vel nutu, quod locationem
renovabant, adhuc sufficienter convincitur animus reno-
vandi eam *l. item quaeritur* 14. *§. fin. et l. qui ad certum*
15. *ff. loc*

Dubitari tamen potest an convincatur consensus sufficiens
ad perficiendum locationem, et conductionem, si dictum sit
volo locare, et volo conducere; et quod quando sumus in
contractibus, in quibus requiritur consensus mutuus par-
tium inter se obligatorius, si verbum volo, vel placet habet
72 limitationem certam, et determinatam de praesenti, et tunc
obligat de praesenti, aut habet determinationem incertam,
quia jungitur infinito, ut in praefatis verbis, et tunc non
disponit de praesenti, dicit esse doctrinam Bart. communiter
approbatam Forret. cons. 281. num. 6. verum licet haec do-
73 ctrina vera sit ubi verba praedicta, volo locare, proferantur
ab uno tantum, tamen si sunt prolata ab utraque parte invi-
cem respectu rei terminatae, et pretii constituti, non promis-
sionem de locando, sed contractum locationis absolutum in-
ducunt juxta *glos. in l. in vendentis in verb.* in *vendentis
vers. quid si dicam* c. *de contr. empt.* ad quam se remittit
Bart. per Ferret. *citat. in l. servi electione* 5. *num.* 4. *in fin.
ff. de leg.* 1. et firmant Bursatt. *cons.* 100. *num.* 9. Surd.
cons. 371. *num.* 37. Cartar. *dec.* 29 *num.* 9. *et seqq.* Vin-
cent. de Franc. *decis.* 346. *n.* 4. Mantic. *de tacit. lib.* 4.
tit. 3. *num.* 11. quibus addi possunt late tradita per Andreol.
74 *contrav.* 112. *num.* 11. *et seq.* et ratio est, quia cum con-
tractus istius perfectio dependeat a consensu utriusque,
verba praedicta ab utroque prolata in actu dependentia ab
eorum consensu tantum, licet relata ad futurum, resolvun-
tur in tempus praesens Corn. *cons.* 133. *num.* 5. *lib.* 3.
Cartar. *d. decis.* 29. *num.* 9. Rota. *decis.* 293. *num.* 12.
part. 5. *recent.*

In terminis autem simplicis promissionis de locando di-
cendum est eam non importare locationem, juxta veriorem
75 opinionem, de qua testatur Caroc. *de locat. tit. de locat.
qualific. qu.* 1. *num.* 3. *et seqq.* ubi infinitos congerit, qui-
bus addi potest in eisdem terminis Adden. ad Greg. *dec.* 28.
num. 6. et Thesaur. *dec.* 233, *num.* 5. et est regulare, quod 76
promissio non sit contractus promissus Roland. *consil.* 69.
num. 12. *et seqq. lib.* 3. Franc. a Ponte *cons.* 85. *per tot.*
Surd. *cons.* 52. num. 13. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *n.*
84. *vers. ab hac sententia, et seqq.* Thesaur. *dec.* 233. *n.* 5.
et per tot. Rot. *decis.* 174. *n.* 2. *ad fin. post secundum vo-
lum. cons. Farin.*

Et licet non desint tenentes contrarium, ut Alciat. *cons.*
18. *num.* 5. *lib.* 8. Fachin. *contr.* 7. *per tot. lib.* 2. ubi de
magis communi Caball. *cons.* 3. *num.* 17. *et seqq. lib.* 2. et
alii relati per Andreol. *contr.* 12. *num.* 12. *et* 13. tamen pri-
ma retinenda est regulariter, et secunda in casu limitatio-
num, quae sunt plures, et earum prima videbatur prima 77
facie esse posse, ut non procedat, quando uterque contrahens
promisit, unus videlicet locare, et alius conducere. et pro-
missio relata est ad certam rem, et cum certo pretio Gallinul.
in rub. ff. de verb. oblig. num. 114. *et seq.* Alciat. *in l.* 1.
num. 15. *vers. respondent moderni ff. de verb. oblig.* Man-
tic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 9. et consonant supra citati,
ubi dictum de verbo volo num. 73. et facit ratio ibidem ad-
ducta, quod cum contractus pendeat a voluntate utriusque,
et habemus consensum utriusque, contractus est perfectus,
non obstantibus verbis relatis ad futurum, quia resolvuntur
in praesens, et facit alia declaratio ad conclusionem, quod
promissio faciendi, non sit facere rem promissam, ut non
procedat, quando pendet a sola voluntate promittentis Alciat.
cons. 18. *num.* 5. *lib.* 8. Franc. a Pont. *cons.* 10. *num.* 20.
et seqq. Fontanell. *claus.* 4. *gl.* 9. *part.* 4. *n.* 33.

Verum re melius perpensa, ista limitatio videtur pro- 78
cedere in terminis verbi, volo, non autem in terminis
verbi, promitto, quia verbum, volo, denotat voluntatem
cum effectu, et consensum praesentem, secus autem est
in verbo, promitto, de quo agimus, quod refertur totaliter
ad futurum, ut bene distinguit Thesaur. *dec.* 233. *n.* 6. *vers.
ad quartum.*

Limitatur secundo, ut non procedat conclusio si adsit 79
juramentum Caroc. *tit. de locat. qualif. quaest.* 1. *n.* 12.
Surd. *cons.* 457. *num.* 13. *post med. et seqq.* Gratian. *di-
scept.* 564. *n.* 32. Beer. *decis.* 3. *n.* 2. *et* 4. Thesaur. *decis.*
233. *n.* 8.

Contrarium tamen, quod juramentum non operetur hunc 80
effectum tenent Roland. *cons.* 69. *num.* 22. *et seqq. lib.* 3.
Ladereh. *cons.* 84. num. 6. Caball. *cons.* 99. *num.* 5. *in fin.
lib.* 1. Viv. *decis.* 339. *num.* 1. et de prima opinione dubi-
tavit Rota *decis.* 861. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 3. *recentior.*
at in terminis promissionis juratae de ducendo aliquam in
uxorem, quod non importet contractum matrimonii, habe-
mus textum in *cap. juravit de probat.* cum pluribus concor-
dantibus relatis per Tiraquell. *de retract. convent. ad fin.
tit. num.* 54. unde quidquid sit in promissione de se obli-
gando, et similibus terminis, in quibus loquuntur aliqui ex 81
citatis pro prima opinione, in quibus verum est, quod pro-
missio habetur pro facto, quia pendet a sola voluntate pro-
mittentis ex supracitatis num. 77. ad fin. in terminis nostris
promissionis de locando, vel similibus, in quibus requirun-
tur aliae circumstantiae ad perfectionem contractus, juramen-
tum non potest eas supplere, nec ampliare vim promissionis,
nisi ubi sit reciproca promissio jurata, quia tunc si non im-
portat actum promissum, tamen saltem est servanda, ut te-
nent Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 9. et Seraph. *de juram.
privileg.* 23. *n.* 27.

Tertio limitatur si cum promissione concurreret aliquis 82
actus positivus, puta traditio rei, vel solutio pretii, cum re-
spectiva receptione, quia, tunc convinceretur consensus utrius-
que, et diceretur contractus perfectus, licet verba sonarent
in solam promissionem de contrahendo Aquilin. *in rub. de
verb. oblig. num.* 60. Silvan. *cons.* 49. *num.* 10. Cephal.
cons. 272. *num.* 116. Caball. *cons.* 99. *num.* 6. *et* 7. ubi
etiam si res non sit tradita, sed dimissa penes eum, cui pro-
missa venditio, videlicet, quia retinebat antea titulo locatio-
nis, et permissum fuit continuare retentionem cessante loca-
tione *lib.* 1. Petra *de fideicommiss. quaestion.* 8. *num.* 156.
Joseph Ludovic. *conclus.* 72. *limit.* 8. Thesaur. *dec.* 233.
num. 10. ubi ita fuisse judicatum Surd. *decis.* 198. *num.* 30. 83
et seqq. quae tamen limitatio sublimitatur, ut non procedat
si locatio esset adhuc in futurum celebranda Jason. *cons.* 117.
column. 3. *vers. praedicta multo clarius l.* 1.

Alias nonnullas limitationes adducit Caroc. *d. tit. de lo-
catione qualificata qu.* 1. quae penes eum videri poterunt,
addo tamen aliam singularem, ut non procedat regula si ad- 84

sint dictiones, ex nunc, prout ex tunc, quae jungunt tem-
pora, et retrahunt futurum ad praesens, et sic operantur cen-
seri factum de praesenti, quod promissum est per verba de
futoro, ut late firmat Eugen. *cons.* 7. *num.* 17. *ad fin. et*
seqq. lib. 1.
85 Effectus autem hujus quaestionis est, ut quatenus non sit
locatio, si simus in terminis merae, et simplicis promissionis
de locando, ista reputatur potius merus tractatus a quo licet
utrique parti re integra resilire, ut firmat Rota *decis.* 681.
86 *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* vel est pactum nudum, quod
non est efficax, nec parit actionem, aut obligationem *l. juris*
gentium §. *sed cum nulla ff. de pact. l. si divisionem* 15.
c. famil. ercisc. Gratian. *discept.* 115. *num.* 16. quod tamen
87 procedit de jure civili, secus autem de jure canonico, quia
ejus dispositione attenta datur actio etiam ex pacto nudo *cap.*
1. *de pact.* Menoch. *cons.* 92. *num.* 33. Cancer. *variar. part.*
3. *cap.* 7. *num.* 255. Rota coram Buratt. *decis.* 476. *n.* 14.
et in recent. decis. 393. *num.* 1. *part.* 5. prout etiam non
procedit si is, cui factum pactum aliquod damnum sit passus,
88 quia tunc etiam datur ei actio de dolo *l. eleganter* §. *servus*
pactionis ff. de dolo mal. Bart. ibi, et alii relati per Afflict.
decis. 120. *num.* 4. *versic. praeterea* Menoch. *cons.* 92. *num.*
30. Trentacinq. *var. resol.* 1. *num.* 13. *vers. in pacto nudo,*
89 at ubi non datur actio, adhuc animadvertendum inter viros
probos verecundiam esse denegare promissa per pactum nu-
dum, nisi sit reprobatum a jure, vel factum per jocum Ber-
tazol. consil. 379. n. 14.
90 Si autem non simus in terminis simplicis promissionis
per pactum nudum factae, sed interposita sit stipulatio, tunc
promissio fit efficax, et agi ejus vigore potest Men. *cons.* 1.
num. 235. Jos. Ludov. *concl.* 72. *lim.* 7. Cancer. *var. p.* 3.
cap. 1. *n.* 113.
91 Animadvertendum autem, quod verbum, promitto, est
aequivocum, et potest referri ad pactum nudum, et ad sti-
92 pulationem Afflict. decis. 120. num. 2. et si redactum sit in
scriptis importat stipulationem *l. Titia* 134. §. *eadem respon-*
dit ff. de verb. oblig. Sord. *dec.* 115. *num.* 4. Gregor. *dec.*
308. *num.* 6. Cavaler. *decis.* 354. *num.* 4. Rot. *in recent. de-*
cis. 354. *n.* 6. *part.* 4.
Quod aliqui declarant procedere tantum in scriptura pu-
blica, seu instrumento rogato, non in scriptura privata, et
sentire hoc videtur Rot. *decis.* 118. *num.* 15. *p.* 6. *rec.* alii
93 vero, et plures contrarium tenent, ut nempe, sive scriptura
sit publica, sive privata, semper importet stipulationem, ut
Cravett. *cons.* 657. *num.* 46. Menoch. *cons.* 91. *num.* 35.
Ursill. ad Afflict. *dec.* 120. *num.* 6. *vers. an autem* Sord.
cons. 540. *num* 5. Grat. *discep.* 64. *num.* 20. ubi de magis
communi, et veriori Greg. *dec.* 328. *n.* 7. et probant cum
verbis text. *in d.* §. *idem respondit* ibi *cum septimis litoris*
suis praestiturum se caverit etc.
94 Sed dantur plures declarationes, quarum una est, ut tunc
verbum, promitto, in scriptura privata importet stipulatio-
nem, cum alia pars erat praesens, et acceptavit, vel saltem
potuit acceptare, secus autem si erat absens, quia tunc in scri-
ptura privata agitur de impossibili, ut simplex promissio
unius, importet stipulationem, quae requirit consensum duo-
rum Menoch. *cons.* 259. *num.* 17. Magon. *dec. Flor.* 39. *n.*
16. *et seq.* Cornazan. *dec. Luc.* 214. *num.* 10. ut praesertim
expressè requirit text. *in dict.* §. *idem respondit* ibi *si inter*
95 *praesentes actum est*, licet etiam importet in scriptura pu-
blica, in qua praesumitur notarium accepisse pro absenti-
bus, etiam si non scripserit, promissum sibi pro absentibus,
Hodiern. ad Surd. *dec.* 111. *num.* 12. Seraphin. *decis.* 472.
numero primo, et sequent. Rota *decis.* 683. *num. primo, et*
secundo part. 1. *diversor.* et si reperiatur verbum promisit,
et non appareat an is, cui promissum esset praesens, vel
absens, praesumeretur praesens, ut plenissime firmat Sord.
dec. 115. *n.* 4. *et per totam.*
96 Alia declaratio est, ut importare possit stipulationem in
scriptura privata verbum promitto, quatenus scripta sit a
perito, alias secus Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 8. *num.* 42.
Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 8. *num.* 11. *vers.*
sic noster etiam Hodiern. ad Surd. *decis.* 111. *num.* 12.
post med.
97 Tertia declaratio est ut importet stipulationem si scriptura
sit latina, secus si in vulgari idiomate Mantic. *d. tit.* 10. *n.*
42. *post med.*
98 Quarta denique declaratio omissis aliis quae non appli-
cantur locationi est, ut non solum in scriptura privata, sed
etiam in instrumento publico non importet stipulationem,
si instrumentum contineat stipulationem expressam in alia
sui parte, ut tradunt Ruin. *consil.* 140. *n.* 6. *vers. et idem*
vult in simili lib. 2. Ruger. *cons.* 33. *n.* 44. *libr.* 1.
Si autem de dicto verbo promitto, deponunt testes, tunc 99
non importat stipulationem Crot. *in l. sciendum n.* 17. *ff.*
de verb. oblig. Mantic. *cons.* 138. *n.* 7. Barbaz. *cons. crim.*
379. *n.* 6. *ad fin. ubi n. seq.* Idem dicit de verbo, conve-
nerunt, quod non importet stipulationem Afflict. 120. *n.* 2. 100
Quod tamen procedit, ubi testes referant verba nempe, 101
quod talis dixit promitto, secus autem si deponant potius
super facto dicendo, quod ille promisit Soccin. Sen. *consil.*
253. *n.* 4. *prope fin. vers. Quoniam ad hoc dupliciter lib.*
2. Menoch. *cons.* 705. *n.* 2. Ursill. ad Afflict. *dict. decis.*
120. *n.* 1. prout etiam non procedit, si deponant de confes-
sione partis, quod videlicet, quis confessus fuerit se promi- 102
sisse, quia, et hoc casu data praesentia alterius, intelligitur
per stipulationem, non per pactum nudum, ut post Bald. et
Roman. tradit Afflict. d. dec. 120. n. 4.
Praesupposito tamen, quod ex promissione de locando o-
riatur obligatio efficax ad agendum, adhuc talis promissio 103
multum differt ab ipsa locatione, quia non propterea cogi potest
promittens, ut praecise adimpleat, et sic naturaliter locet,
sed liberatur praestando interesse Roland. *cons.* 69. *n.* 13.
et seq. lib. 3. Surd. *cons.* 52. *n.* 14. *et seqq.* Ladereh. *cons.*
84. *n.* 5. *et seqq.* ubi n. 7. et 8. quod hoc procedit etiam de
jure canonico Aldobran. *consil.* 132. *n.* 100. *et seqq. lib.*
2. et fuit dictum in Aesina grani 6. junii 1614. et 12. ju-
nii 1617. coram Sacrato.
Et ratio redditur, quia promissio locandi est promissio 104
facti, quae etiam si sit de facto proprio non obligat praeci-
se ad illud praestandum, sed sufficit praestare interesse *l. si*
quis ab alio in fin. ff. de re judic. cum concord. relat. 105
per Rot. cor. Gregor. dec. 141. *n.* 3. adeo, ut praestans in-
teresse, dicatur vere, et proprie servare promissa, et non
contravenire Aldobrand. *dict. cons.* 132. *n.* 121. *et seqq.*
lib. 2.
Unde licet aliqui velint conclusionem non procedere, 106
quando promittens habet facultatem tradendi rem, Menoch.
cons. 92. *n.* 62. *et seq.* Bursatt. *cons.* 100. *n.* 36. ubi de
communi Viv. opin. 1024. n. 3. tamen, quia utroq; casu
militat eadem ratio, contrarium est dicendum, prout magis
communiter tenent DD. Quod etiam si quis habeat facul-
tatem tradendi rem, adhuc liberetur tradendo interesse Corn.
cons. 256. *n.* 9. *lib.* 4. Dec. *cons.* 503. *n.* 2. Berov. *cons.*
156. *n.* 12. *post med. vers. et praedicta coadjuvantur lib.*
2. Roland. *cons.* 69. *n.* 13. *lib.* 3. Surd. *cons* 52. *nu.* 16.
Ladereh. cons. 84. *n.* 6. ubi de receptissima Rim. Jun. in
§. 1. *n.* 60. *et seqq. instit. de donat. et cons.* 51. *n.* 12. *et*
seqq. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 7. *in fin.* et hanc
esse veriorem, et magis communem testantur Joseph. Ludov.
conclus. 72. *ampl.* 1. Caroec. *de locat. d. tit. de locat. qua-*
li etc. qu. 1. *n.* 9.
Limitatur tamen opinio ista, ut non procedat stante sta- 107
tuto, quod promissiones praecise observentur Barz. dec. 111.
n. 3. et si adsit statutum, prout Romae cap. 164. quod ubi
factum impleri potest, promittens praecise ad illud cogi de- 108
beat, sin minus, ad interesse, justo juramentum principalis
taxatione judicis praecedente, ut per Adden. ad Greg. *dec.*
241. *n.* 7. *ad fin.* et per Rot. cor. Seraph. dec. 805. num. 7.
sed, et statutum intelligi debet de promissione efficaci, nem- 109
pe per stipulationem, non autem de simplici per pactum nu-
dum, ut quanto minus fieri potest recedat a dispositione ju-
ris communis, ut latissime firmat Ladereh. cons. 84. n. 6.
Secundo limitatur, ut non procedat stante juramento pro- 110
mittentis, quia tunc si potest praestare factum promissum,
tenetur praecise, nec liberatur praestando quod interest Soc-
cin. Sen. *in l. stipulationes non dividuntur n.* 432. *et seq.*
ff. de verb. oblig. Jas. *in l. si pecunia n.* 23. *ff. de condit.*
ca dat. Gabr. *de jur. jur. conclus.* 8. *n.* 1. *et* 2. ubi de ma-
gis communis Surd. *cons.* 13. *n.* 27. Gutier. *de jur. par.*
1. *cap.* 39. *n.* 6. ubi de magis communis Adden. ad Gre-
gor. *dec.* 241. *n.* 7. Rota cor. Seraphin. *dec.* 805. *n.* 3. *et*
4. et licet in haerede jurantis adsit controversia non parva,
an idem procedat, ut teneatur praestare praecise factum a
defuncto cum juramento promissum, et decisiones hinc in-
de referat Adden. ad Greg. *d. dec.* 241. *n.* 7. tamen dicen- 111
dum videtur, quod licet juramentum non transeat ad hae-
redes, quoad effectum perjurii, secus tamen sit quantum ad
effectum obligationis Castren. *cons.* 13. *n.* 13. *lib.* 2. Dec.
cons. 659. *n.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 33. *n.* 8. Rot.

coram Seraph. *dec.* 805. *n.* 4. et plene coram Andr. *dec.* 87. *n.* 3.

112 Verom tamen est, quod ubi interesse est idem cum re promisso, tuno directo agi potest vigore promissionis de faciendo ad tradendum illam rem ad evitandos circuitus, juxta doctrinam Jo. Andr. *in addit. ad specul. tit. de oblig. et solut. col.* 1. ubi dicit, quod promittens se obligaturum ed danda decem, statim potest cogi ad rorum solutionem, quod dictum commendant, et sequuntur doctores, quos refert Thesaur. *dec.* 233. *n.* 3. et procedit ubicumque interesse succedens loco facti est idem cum re, quae debebitur ex facto promisso, proot interesse, quod quis se obliget dare decem, sunt ipsamet decem, at secus est si interesse sit, quid diversum Gozad. *in l.* 2. n. 32. *c. de poct. inter empt. et vend.* Niger. *in l.* 1. *n.* 103. *ad med:* et ibidem Aleiet. *num.* 17. *ff. de verb. obl.* Roland. *cons.* 69. *n.* 25. *vers. tertio respondetur lib.* 3. Aldobraod. *cons.* 131. *n.* 109. *et seq. lib.* 2. Thesaur. *dec.* 233. *n.* 6.

Unde sequitur, et comprobatur conclusio, quod non possit sigore promissionis de vendendo agi directe pro rei tra-
113 ditione, quia non est idem rem tradere, ac rem vendere, sed multum diversum, cum venditio contineat obligationem reciprocam, et sic circuitus non est inutilis, quod nempe prius fiat venditio, et ubi circuitus non est inutilis, non est evitandus Roland. *d. cons.* 69. *n.* 26. et Thesaur. d. n. 6. et quod ubi circuitus non est inutilis, promissio non sit idem cum contractu promisso, tradunt etiam Galliaul. *in rubr. ff. de verb. obl. sub n.* 118. Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit.* 13. *n.* 9. Grammat. *dec.* 103. *sub n.* 188. *et seqq.*

114 At secus erit dicendum respectu promittentis emere, seu promittentis conducere, quia nempe si statutum sit certum pretium, interesse erit consequi pretium illud, et sic quatenus non teneatur ex promissione de conducendo, tenebitur tamen illud solvere loco interesse, et aio ratione circuitus vitandi, idem reputabitur promissio de conducendo pro certa summa, ac ipsa conductio, et eodem modo agi poterit ad summam illam pro pretio, seu mercede statute Aret. *in l.* 2. *n.* 1. *ad fin. ff. de pignor. act.* Rubeus *cons.* 29. *sub n.* 4. Cioffus. *cons.* 47. n. 15. *lib.* 2. Matt. Canon. *de pact. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 17. Covar. *var. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 8. *post princ.*

115 Quando autem petitur interesse ob non factam venditionem, seu locationem, debet liquidari a petente, et si non liquidetur potest arbitrari a judice, qui debet arbitrari tautum quentam plus valeret res ultra pretium, quod emptor retinet, vel osus rei ultra mercedem conventam, nisi adsit causa affectionis, ut tradunt Corn. *cons.* 256. *n.* 11. *lib.* 4. et post eum Aldobr. *cons.* 132. *n.* 124. *et* 125 *lib.* 2.

116 Animadvertendum tamen, quod ex dicta promissione de locando, non oritur actio ad interesse, sed certi condictio, quod locetur licet possit promissor se eximere ab obligatione praestando interesse, vel quatenus interveniat mora in locando, ipsa faciat promittentem teneri ad interesse, ut probat Jac. Gallus *cons.* 121. *n.* 1. *et* 3. ubi dicit, quod nullum auctorem invenit, qui dicat ex tali promissione de per se dari actionem ad interesse, et hoc posito, quod ad hunc effectum, ut peti possit interesse necessarium sit, promittentem constitui in mora, bene infertur, quod quatenus promissio de vendendo sit nulla, uti quia promissa sit venditio feudi, quod vendi non potest, nec fieri potest locus petitioni interesse, quia ex tali promissione nulla, non potest, quis constitui in mora, prout infert ipse Gall. *d. cons. signanter n.* 12. *et plene firmat. per tot.*

117 Denique non omittendum etiam, quod stante simplici promissione de locando, quantumsis acceptata, et valida non tameo per eam cogitur is, cui facta est promissio conducere Castr. *in l. in bonae fidei* §. *si tamen* n. 3. *ff. de eo quod cert. loc.* Pin ll. *in l.* 2. *p.* 2. n. 3. e. *de resc. vend.* Corn. *cons.* 300. *n.* 1. *lib.* 1. Mandel. *cons.* 593. *n.* 3. Surd. *cons.* 82. *n.* 60. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 6. Cancer. *var. c.* 1. *n.* 113. *lib.* 3. Gratian. *discept.* 740. *n.* 16. *et* 17. Boer. *decis.* 48. *n.* 11. quidquid in contrarium videatur sentire Jason. *in l. in bonae fidei n.* 4. *ad finem ff. de eo, quod cert. loc.*

118 Debet etiam probatio non solum convincere consensum perfectum, sed etiam alia substantialia contractus, nempe
119 rem, et mercedem certam, alias erit irrelevans, cum instrumentum referens emptionem, et non exprimens pretium non probet Cyn. *in l.* 1. *cod. de contrah. stipulat* Bart. *in leg. sciendum n.* 2. *vers. contra ff. de verb. obl.* ubi Roman. n. 32. et Alex. *n.* 15. *et his*, aliisque adductis Pinell. *in rubr. c. de rescind. vend. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 7. *ad med.*

Eodemque modo si testes concordent se fuisse praesentes 120
et vidisse perfecte fuisse consensum de re, et mercede, sed non recordentur de quantitate mercedis, probatio est omnino insufficiens, adeout nec succurratur agenti, ut justum pretium per aestimatores, et judicem declaretur Castren. *in l. si duo patroni* §. *si quis juraverit n.* 4. *in fin. ff. de jur. jur.* Alex. ad Bart. *in l. quod saepe* §. 1. *de contrah. empt. et cons.* 8. *col.* 1. *et* 2. *lib.* 1. Pinell. *in d. rub. cod. de rescind. vend. p.* 2. *c.* 1. *n.* 7.

Verum contraria sententia, quod imo ad probandam locationem non sit necesse, quod constet de mercede sicut, et ad probandam emptionem non sit necesse, quod constet de pretio, habet suos sectatores inter quos referuntur Bald. *in l.* 1. n. 3. *cod. de reb. alien. non alien.* Christoph. de Castell. *in leg. sciendum* 30. *n.* 9. *de verb. obligat.* Roman. *cons.* 9. *n.* 7. Tiraq. *de retract. lignag.* in *fin. n.* 88.

Sed foedere distinctionis conciliantur istae dissidentes opi- 121
niones, ut si agatur inter contrahentes de executione; vel validitate contractus, et tunc procedat prima. quod dicta probatio non relevet, quia tunc requiritur probatio certi pretii. si vero agatur inter unum ex contrahentibus cum tertio, quia tunc sufficit constare de solo actu locationis non sit necessaria probatio pretii, Alexand. *cons.* 18. *n.* 5. *lib.* 1. et late utrumque membrum distinctionis probat Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 19. *n.* 62. *et* 63.

Et sufficeret propterea etiam inter contrahentes dicta pro- 122
batio, ubi ageretur tantum de ipso actu locationis, non de solutione pretii, ut adsertendum monet Mantic. *d. n.* 63. *vers. sed adverte* et exemplum est, si allegetur venditio pro titulo praescriptionis. quod adducit post alios Pinell. *in d. rub. c. de resc. vend. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 7. *ad fin.* Quod tamen restringendum esse, ut non procedat ubi agitur de re minoris, vel ecclesia, notandum dicit Bald. *in d. l.* 1. *n.* 3. *ad fin: vers. unde tertius*, et post eum Mantic. *d. tit.* 19. *num.* 64.

In casibus autem, in quibus necessaria est probatio pretii 123
si testes de eo deponant sed discordent in quantitate, quod probatio omnino non relevet, adeout venditor non teneatur rem tradere quamvis offeratur ei major summa, aliis adductis vult Pinell. *d. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 8. sed in majori summa, certum est, quod depositiones non concordent, et sic bene procedit dictum Pinelli, at in minori controverti potest, si locata sit ex consensu, quia in majori summa continetur minor, et ideo si sint duo arbitri, et unus arbitretur deberi decem alius quinque, concordare dicuntur in quin- 124
que, ut habetur in *leg. idem proferre* 32. §. *si plures ff. de arbitr.* et licet haec regula in depositionibus testium patiatur difficultatem, ut dicit Rot. cor. Gregor. *decis.* 298. *n.* 4. et patet ex traditis per Jas. *in l.* 1. *si stipulatus n.* 9. *ad fin. vers, septimo lim. ff. de verb. oblig* Monsc. *dec. Luc.* 1. n. 3. opinio tamen, quod etiam in eis procedat praevaluit ut patet ex Bero. *cons.* 102. *n.* 34. *lib.* 3. Adden. ad Buratt. *dec.* 468. *n.* 16. Verall. *decis.* 299. *n.* 1. *par.* 3. Duran. *decis.* 107. *n.* 1. et esse magis communem, et passim a Rota receptam Gregor. *decis.* 458. *n.* 2. *et ibi Adden. in recent. decis.* 481. *n.* 4. *par.* 3. Veram in hoc proposito 125
placet distinctio duorum casuum, quorum primus est, ut quatenus testes probent consensum inter partes de re, et pensione, et postea interrogati de quantitate pensionis in ea discordent, tunc procedat, quod in minori saltem conveniant. Secundus vero casus est, si absque praecedenti depositione super conventione, unus dicat, fuisse factam locationem pro decem, alius vero dicat, eam fuisse factam pro quinque, et tunc probatio non possit concordari, et moveor, quia observo rationem tenentium dictam primam opinionem, quod in dictis testium in summa majori non contineatur minor, et ideo non dicantur in minori concordare, eam esse, quia si unus deponat locationem fuisse factam pro decem, alius pro quinque, videntur discordare in actu ipso locationis, ut firmat praesertim Alex. *d. cons.* 50. *n.* 16. *lib.* 5. et videtur etiam sentire Pinell. *d. p.* 2. *c.* 1. *n.* 8. dum dicit testes non referre integre factum, quae quidem ratio applicatur secundo casui, non autem primo, in quo super facto locationis testes concordant. Caeterum de hac discordia testium in quantitate quando relevet dictum est latius *in c.* 19. *de probatione laesionis.*

Quia autem supradictum est in tit. praeced. locationem 126
posse contrahi per epistolam, circa probationem, quod fuerit

Pocioni

contraeta hoc modo, satis erit constare, quod is cui directa erat epistola eam receperit, et tacuerit, ad hoc, ut convincatur per talem actum receptionis, et retentionis consensisse nisi contrariae voluntatis contestationem interposuerit continuo, ut dicit text. *in leg. si filiusfamil.* 18. *ff. ad senat.*
127 *cons. Maced.* quod tamen intelligitur arbitrio judicis, qui debet tantum temporis recipienti literas tribuere, ut possit literas considerare, et practicos, ac peritiores consulere, nec alium sensum recipere debet illa dictio, continuo, *in d. l. prolata*, ut declaret Alciat. *in l. detestatio n.* 51. *ff. de verb. signif.* Menoch. *de arbit. cas.* 21. *num.* 5. *et* 6. et alii relati per Gratian. *discept.* 699. *n.* 39. dummodo tamen qualitas, seu conditiones appositae contractui requirant considerationem, et consilium, alias sub tali praetextu non posset evitari dicta praesumptio consensus, ut late tradit Rota *dec.* 811. *n.* 37. *et seqq. par.* 1. *divers.*

128 Et quatenus probatio hujus praesumpti consensus, fieri debeat per testes, animadvertendum erit, quod ipsi deponant specifice contentis in literis, quodque is cui erant directae non solum eas receperit, sed etiam eas legerit, aut aliter in ea contenta sciverit, alias non probarent Dec. *in cap.* 2. *n.* 15. *de fid. instrum.* Cepoll. *cautel.* 9. *n.* 2. cum aliis adductis per Gabr. *de praesumpt. conclus.* 2. *n.* 14. et latius Gratian.
129 *discept.* 699. *n.* 35. *et* 36. quamvis respectu lecturas non opus esset eam probare in literis apertis, quia praesumeretur in eas recipiente, et retinente, ac legere sciente secundum Rot. in *dec.* 811. *n.* 34. *et seq. p.* 1. *div.* ubi alii allegentur.

130 Contra scribentem vero non sufficit ostendere ejus literas, nisi etiam is, cui sunt directae, doceat, quod de ejus ordine sibi fuerint praesentatae Ladercb. *cons.* 101. *n.* 13. *et seq.* Franc. Marc. *decis.* 1380. *part.* 1. cum aliis adductis per Gen. *de script. privat. lib.* 3. *in princip. n.* 93. *et*
131 *seqq.* Quod tamen restringendum, ut procedat in domestico, qui facile habere potuerit literas praeter voluntatem scribentis, secus in extraneo, in quo cessat talis facilitas, quia ex quo sunt ei directae, praesumuntur etiam per scribentem ad eum transmissae ex adduct. per Grat. in dec Merch. 156. n. 23. et in una Perusina dotis 9. maii 1633. coram Ghisilerio attenduntur enim in hoc proposito verisimilitudines, et conjecturas Rota *decis.* 444. *n.* 1. *par.* 4. *divers.*

Quomodo intelligatur, seu interpraetatur locatio.

SUMMARIUM.

1. Finium expressio in locatione operatur, ut quidquid sit intra eos praestari debeat, etiamsi alienum sit.
2. In concessione venit solum jus quod habet, qui concessionem facit.
3. Decl. procedere in locatione facta titulo lucrativo.
4. Decl. 2. procedere in contractu oneroso si concipiens sit certioratus de qualitate rei, et jure quod in ea habet concedens.
5. Decl. 3. venire tantum, quod concedens habet, et id ex quantitate mercedis arguatur.
6. Ampl. venire etiam aliena intra fines comprehensa, licet locans bona confiscata addiderit, ad ipsum spectantia, et pertinentia.
7. Verba regulariter intelliguntur, ut stent potius demonstrative, quam taxative.
8. Si dictum, loco quidquid habeo intra tales fines, tunc non venit id, quod intra eos non est proprium locantis.
9. Ampl. etiamsi additum quantumcumque, et qualitercumque sit.
10. Finium expressio dispositionem restringit, itaut quod est extra eos venire non possit.
11. Loci expressio dispositionem restringit ad id, quod est in loco illo.
12. Finium, et loci expressio potest probari erronea.
13. Et ad hoc admittuntur praesumptiones, et conjecturae.
14. Loci expressio quandoque non apponitur, ut stet restrictive, sed tantum demonstrative.
15. Stante verbo generali universitatem continente veniunt omnia in eo comprehensa quamvis extra locum, vel fines designatos existentia.
16. Fundus est nomen generale, universitatem agrorum continens.
17. Idem de verbo *Podere.*
18. Idem de verbo *Praedium.*
19. Idem de verbo *Possessionum.*
20. Verba *Castrum, Villa, et Curtis* non solum comprehendunt universitatem agrorum, sed etiam jura, et honores.
21. Verbum, *Terras*, an sit particulare.
22. Verbum *Ager*, est particulare, et significat partem praedii.
23. Verbum locus, non fundum, sed partem fundi significat.
24. Praedio locato, cum designatione finium, venit nemus praedio cohaerens, et extra fines existens.
25. Si locata possessione in tali loco existente venit alia sub illa existens, licet alio nomine nuncupata.
26. Terra separata a fundo ei unitur per solam destinationem patrisfamiliae.
27. Sic pars fundi ab eo separata sola destinatione.
28. Decl. procedere in praediis rusticis, non in domibus, ultra destinationem requiritur etiam aperitio aditus ad unionem faciendam.
29. Et idem est de unione domus, et hortus.
30. Consideratur tamen etiam in domibus destinatio domini.
31. Probatio, quod corpora distincta, sint ex destinatione unita vel e contra, facienda ab allegante.
32. Domo locata, an veniat apotheca, vel alia domuncula, vel hortus, probatur ex inspectione, si adsit, vel ne aditus ex domo.
33. Decl. non sufficere pro unione, quod apotheca habeat januas communicantes cum domo ligno tantum clausas, quae quandoque aperiantur.
34. Stantia in quam habent aditus duae domus illi unita censetur cujus aditus est frequentior.
35. Stantia super solo unius domus existens, non est pars illius, si non illi, sed alteri domui inserviat.
36. Unio apothecae cum domo ex qua habeat aditum, et divisio ex quo illum non habeat reprobantur aliis circumstantiis.
37. Et praevalet descriptio finium domus, si intra eos apotheca comprehendatur.
38. Emptio simul facta domus, et apothecae arguit, apothecam in locatione domus comprehendi.
39. Decl. procedere si pensiones utriusque confusae fuerint.
40. Usus locandi simul, vel separatim attenditur ad dignoscendum, quid actum.
41. Domus appellatione venit aedificium deputatum ad habitandum.
42. Domus appellatione non venit stabulum, nec columberium.
43. Maxime si dictum, domus in qua inhabito.
44. Lim. ut stabulum veniat si pateat ad illum aditus cum domo, aut cum ea emptum fuerit.
45. Domo locata cum omnibus pertinentiis suis veniunt annexa secundum usum, et destinationem.
46. Nomen, casamenti, est magis amplum, quam nomen domus, et comprehendit in se universitatem, plurium stationum simul junctarum.
47. Mobilia in domo existentia veniunt in locatione domus si sint affixa ipsi domui, vel ejus usui perpetuo destinata.
48. Domus multa sunt, quae affixa non sunt, quod secus est in fundo: Decl. esse domus si sunt gratia domus, non gratia patrisfamilias, nec ad ornatum tantum, n. 53.
49. Claves, serae, et claustra domus sunt.
50. Putealia, id est, id quo puteus operitur funes, labra, et fistulae domus sunt, et in locatione domus veniunt.
51. Caldarium muratum in domo, cum ea venit.
52. Vitreatae, et telaria veniunt cum domo.
54. Statuae affixae etiam basibus non veniunt in venditione domus.
55. Decl. non procedere in perpetuo permansuris ad usum, et quasi pars domus, ut recipientes aquam.
56. Decl. 2. non procedere in affixis ad ornatum civitatis.
57. Ampl. etiamsi dictum sit loco domum cum omnibus cum ea existentibus adhuc veniant solum existentia perpetui usus causa.
58. Lim. et domus locanda ostensa fuisset conductori statuis ornata.
59. Equum vendere volens si ostendat eum ornatum tenetur tradere ornamenta.
60. Domus in locatione, quae veniant generaliter, et relative.
61. Decl. ut cum domo veniant illa, quae ejus sunt, et si in ea reperiantur, quando agitur de translatione dominii, at ubi agitur de locatione ad breve tempus, veniant omnia necessaria ad ejus habitationem, ut ea conductor uti possit.
62. Et attenditur consuetudo, tam generalis, quam particularis ita ut sufficiat semel tradidisse mobilia conductori.
63. Unio in praediis rusticis, ut censeatur facta requiritur destinatio patrisfamilias perpetua, et non ad tempus.
64. Destinatio perpetuae unionis terrarum deducitur ex eo, quod fuerint ab initio simul emptae.
65. Decl. facere conjecturam, sed de se non sufficere.
66. Unio terrarum arguitur ex quo locatae fuerunt unica pensione.
67. Ampl. etiamsi sint in diverso loco.
68. Fundus, nomine Sejanus, si dividatur, et vocetur Sejanus superior, et Sejanus inferior, in dispositione loquente simpliciter de Sejano venit utarque.
69. Unio ex destinatione patrisfamilias probatur per confessionem ejusdem.
70. Ampl. in confessione facta a tutore.
71. Unio terrarum deducitur ex eo, quod commissa sint curae unius villici.
72. Decl. requiri simul, ut paterfamilias illas nomine praedii comprehendere solitus fuerit.
73. Cannetum non venit appellatione vineae.
74. Unio probatur etiam ex incolarum opinione.
75. Unio terrarum non attenditur, si postea separatae, fuerunt.
76. Mobilia, et instrumenta fundi, non veniunt fundo vendito, vel legato.
77. Secus autem in locatione fundi.
78. Decl. ut locator fundi praestare teneatur instrumenta pro fructibus liquidis colligendis.
79. Alia vero quatenus adsint tantum.
80. Triticum destinatum pro semine reputatur inter instrumenta fundi;
81. Et debetur conductori quatenus in fundo ad hoc paratum existat.
82. Instrumenta fundi, quae sint relative.
83. Gabella locata, venit etiam domus in qua exigi solet.
84. Equo vendito venit etiam sella, quam de tempore venditionis habebat.
85. Ampl. ut sufficiat, quod cum ea ostensus fuerit per duos dies ante:
86. Equo locato ad equitandum praestanda est etiam sella.
87. Asino locato non venit umbra ipsius.
88. Jura, ut veniant in locatione non satis est rem locatam complecti universitatem agrorum.
89. Fundo locato non venit jurisdictio.
90. Fundo locato non venit pedagium, quod in eo vendi consuevit:
91. Juspatronatus non venit in locatione rei particularis.
92. Villa locata, vel castro, venit jurisdictio, et honor, et juspatronatus.
93. Territorio locato venit jurisdictio.
94. Decl. jura praedicta venire in locatione ad longum tempus, non autem in locatione ad modicum.
95. Lim. declarationem in jure decimandi, quod venit in locatione ad modicum, et non in locatione ad longum tempus.

96. Jus decimandi potest transferri in locatione ad longum tempus, et quomodo.
97. Jus decimandi potest transferri in conductorem, sed debet constare de voluntate.
98. Clausula *cum omnibus juribus, et pertinentiis suis*, est generalis et omnia quocumque modo ad rem spectantia complectitur.
99. Declara, ut complectatur agrum separatum si addita alicui verbo universitatem continente, secus si rem particularem significanti.
100. Particularis res alteri rei particulari accedere et de ejus pertinentiis esse non potest.
101. Clausula, *cum omnibus juribus, et pertinentiis suis*, restringitur ad ea, quae sunt de natura rei cui additur.
102. Donatio facta ab episcopo de villa cum omnibus juribus, quae in ea habet, non comprehendit, jus decimandi, et quod competit ei tamquam episcopo, et alio jure, quam villa donata.
103. Verbum *omnia*, non debet referri ad ea, quae sunt alterius juris quam sint ea de quibus principaliter disponitur.
104. Clausula praedicta *cum omnibus juribus, etc.* si descripte sint fines rei locatae, magis operabitur si apposita post descriptionem quam si ante.
105. Mercede non expressa, si diversimode servetur interpretatio sumitur contra locatorem.
106. Sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo, et unico actu.
107. Lim. si ex verbis, aut circumstantiis comprehendatur contraria voluntas.
108. Si dictum sit, pro salario, intelligitur, ut solvi debeat singulo anno, vel mense.
109. Merces statuta conti ad portandum cum propria bestia, intelligitur tam de bestia magna, quam parva.
110. Et si statuta merces pro quolibet milliario, intelligitur ad eundum tantum, non etiam pro redeundo.
111. Lim. si redeant onusti.
112. Merces si statuta ad rationem milliariorum portantibus, si locantes operas suas adeo onusti fuerint, ut minus iter facere potuerint, non erit solvendum ad rationem milliarii.
113. Conducens bestiam, vel navim ad portandum non propterea, quod plene non oneraverit mercedem minuere potest.
114. Nummis expressis, si sint plures species, intelligitur de minoribus.
115. In ambiguis, quod minimum est sequimur.
116. Ampl. hanc regulam, ut procedat, tam in ultimis voluntatibus, quam in contractibus, et tam respectu quantitatis, quam speciei, et tam respectu rei, quam loci, et temporis, et personarum.
117. Receditur a dicta regula si ex consuetudine, vel aliter comprehendatur contrahentes aliter sensisse.
118. Pecuniae valore mutato post locationem, qui valor attendendus in solutione mercedis conventae relative.
119. Tempus locationis, si non expressum, attenditur consuetudo.
120. Et cessante consuetudine aliqui volunt intelligi locationem ad annum, tam in rusticis, quam in urbanis, et n. 121.
122. Sed verius est intelligi ad annum in rusticis, et in urbanis ad beneplacitum.
123. Domus, ubi sunt solitae locari certo die anni, censentur locatae usque ad illum.
124. Principium locationis ad effectum solutionis mercedis non computandum a die celebrati contractus, sed rei traditae.
125. Officiali salarium debetur a die quo coepit exercere tantum.
126. Lim. si differat exercere de principio licentia.
127. Locatione facta cum expressione certi temporis incipiendi a tali die finiendae alterius locationis, si illa locatio finiat ante diem illam, conductor eam expectare non debet.
128. Regulae poenales tunc attendi debent cum deficit decisio specialis.
129. Pacta conventa in locatione sunt diligenter attendenda.
130. Pacta in locatione habent vim legis.
131. Decl. procedere quatenus sint licita, et honesta, alias sunt inefficacia.
132. Pacta dubia in locatione intelligi debent juxta ejus naturam.
133. Verba debent inservire naturae contractus, non natura verbis.
134. Pacta intelligi debent juxta juris dispositionem in quantum fieri potest.
135. Lim. si adsit vulgaris loquendi consuetudo in contrarium, quia ea magis attenditur.
136. Interpretatio locationis sumenda est, ut servetur aequalitas inter locatorem, et conductorem.
137. Locator, et conductor sunt correlativi, et dispositum in uno habet locum in alio.
138. Decl. procedere in legibus, et statutis non autem in pactis.
139. Interpretatio sumenda est ne culpa unius ex contrahentibus alter damnum patiatur.
140. Et ne altera pars remaneat decepta.
141. Et a solito.
142. Et ab observantia subsecuta.
143. Et unius partis instrumenti sumitur ob alia.
144. Argumentum a contrario sensu locum habet in contractibus.
145. Interpretatio locationis in dubio facienda contra locatorem.
146. Lim. si adsit major verisimilitudo pro locatore.
147. Lim. 2. si adsint conjecturae.
148. Lim. 3. si non agatur de tegenda locatione, sed de facienda ea transmissibili.
149. Lim. 4. si verba de quorum interpretatione agitur sint prolata a conductore.
150. Decl. hanc limitationem procedere si locator in eis se fundet.
151. Lim. 5. ut non propterea recedendum sit a proprietate verborum.
152. Lim. 6. in promissis a conductore stipulatis a locatore.
153. Lim. 7. favore ecclesiae.

CAPUT XXIII.

Postquam visum est, quomodo locatio contrahatur, et quomodo probetur contracta sequitur videndum quomodo intelligatur, et interpretetur; potest autem esse dubium interpretandum, vel circa rem, vel circa mercedem, vel circa tempus, vel circa pacta conventa, de quibus propterea singulariter aliquid dicendum erit, et deinde subnectendae erunt aliquae regulae generales, ad quas in casu deficientiae specialis decisionis recurrendum erit.

Quo igitur ad rem, si expressi sunt fines, quidquid intra 1
eos continetur, in locatione comprehenditur, et praestari
debet, etiam si alienum sit *l. exemplo* 11. *ff. de act. empt. l. si fines.* 10. et ibi Bald. *in sum. c. de evict.* Surd. *cons.*
13. *n.* 9. *et seqq.* et licet venire in concessione solum jus, 2
quod habet, qui concessionem facit probare videatur text.
in l. qui tabernas 32. *ff. de contrah. empt.* et Rota cor. Cavaler. *decis.* 612. *n.* 13. tamen hoc, vel procedit, quatenus 3
agatur de concessione titulo lucrativo facta qualis non est
locatio Surd. *d. cons.* 13. *n.* 35. Rot. coram Seraph. *decis.*
103. *n.* 3. *vers. quin id procedit*, vel quatenus in contra- 4
ctu oneroso recipiens sit certioratus de qualitate rei, et jure, quod in ea habet is, qui concedit, *ut in dict. l. qui tabernas declarat.* Bald. *in lect. antiq. prope fin.* ubi, ut
quod ita loquitur, ibi text. Gozad. *cons.* 24. *n.* 7. *vers. quarto est text.* Berov. *cons.* 2. *n.* 12. *et seq.* ubi de communi *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 19. *in fin.* et
probanda est talis certificatio, vel scientia conductoris Se-
raph. *decis.* 103. *n.* 3. *ad fin.* vel etiam quatenus ex quan- 5
titate mercedis deprehendatur id solum concessum Leur. de
Pinu *cons.* 130. *n.* 8. ubi de communi Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 18.

Et venient omnia intra fines comprehensa, non autem ea 6
sola, quae spectant ad locatorem, quamvis dixerit vendere
bona confinata, et addiderit, ad ipsum spectantia, et pertinentia, quia talia verba stant demonstrative, et assertive,
non autem restrictive, ut declaravit Rot. *d. decis.* 103.
num. 5. coram Seraph. et ita regulariter intelliguntur ver- 7
ba, ut stent potius demonstrative, quam taxative, et restrictive Paris. *cons.* 21. *num.* 47. *lib.* 2. Rot. *decis.* 114.
num. 5. *part.* 1. *recent. et decis.* 178. *num.* 12. *et decis.*
245. *num.* 18. post Zacch. *de obligat. camer.* secus tamen 8
esset si locator dixisset, loco quidquid habeo intra tales fines,
quia tunc non veniret pars existens intra eos, quae ad locatorem non spectaret Hier. de Mont. *in tract. de finibus cap.*
95. *num.* 10. Paris de Put. *de finibus feudor. cap.* 9. *num.* 9
7. et idem esset si addidisset, quantumcumque, et qualitercumque sit intra, vel extra dictos confines etc. quia, et tunc
ea tantum, quae ad locatorem spectant censerentur locata,
ut sensit Rota in una pisana tenutae 17. novembris 1664. §.
praecipue quia coram r. p. d. Bourlemont, *quae est decis.*
229. *part.* 14. *rec.*

E contra autem, quidquid est extra fines designatos, non 10
potest censeri comprehensum in locatione, cum eorum adjectio restringat dispositionem, itaut ea tantum comprehendat, quae sunt intra fines *l. de aede sacra*, §. 1. *ff. de contr. empt.* Bart. *in l. demonstratio*, *num.* 14. *ff. de cond. et demonstr.* Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 11.

Et idem dicendum de expressione loci, in quo bona loca- 11
ta existunt, per eam etenim excluduntur pariter existentia
extra locum illum *l. quaesitum* 76. §. 1. ubi glos. *in verb. probabitur*, *ff. de leg.* 3. Jason. *in l. a Divo Pio in* §. *in venditione num.* 7. *ff. de re judic.* Aretin. *cons.* 54. *num.* 3. *vers. sed alia ratione* Gabr. *cons.* 98. *num.* 24. *lib.* 1. Bellon. Jun. *cons.* 10. *num.* 3.

At non ita mordicus inhaerendum erit expressioni finium, 12
vel loci quin recedatur ab eis per alias probationes, quod
expressio fuerit erronea Rim. Sen. *cons.* 92. *num.* 18. *juncto num.* 22. immo admittendae erunt quoque praesum-
ptiones, et conjecturae ad convincendum, quod contrahen- 13
tes senserint etiam quid extra eos existens comprehendere,
vel quid intra illos consistens non comprehendere Bero *cons.*
160. *num.* 6. *in fin. et* 7. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 5. *et seqq.*

Quod, ut facilius dicendum erit stante sola expressione 14
loci, quae licet, ut dictum est, regulariter restringat locationem ad existentia in loco illo, tamen quandoque non apponitur, ut stet restrictive, sed tantum demonstrative Bart. *in l. inter stipulantem*, §. *Sacram. num.* 6. *ff. de verb. oblig.* Castr. *cons.* 338. *num.* 3. *lib.* 1. Mantic. *de conject. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 20. Surd. *decis.* 241. *num.* 20. *in fin.*

Et multo magis si contrahentes usi sint verbo aliquo ge- 15
nerali universitatem quamdam in se continente, tunc enim
non solum existentia intra fines, vel in loco designato, sed

etiam ab eo distantia, quateous illa verba comprehendantur
omnino venient quod secus erit si verbo particulari tentum
usi sint Bart. in l. Sejoe, §. tirannae in fin. ff. de fund. in-
tr. Soccio. Jun. cons. 65. num. 28. lib. 5. Bellon. jun. cons.
10. num. 26. vers. quarto respondetur, et seqq. Surd. decis.
241. n. 12. vers. quarto testator, rot. coram Bichio decis.
506. num. 10.
16 Sunt autem verba generalia universitatem quamdam agro-
rum in se continentia, fundus, l. cum fundus, ff. de leg.
2. l. locus 60. post princ. ff. de verb. signif. cum aliis con-
gest. per Barbos. de appell. verb. appell. 106. num. 1.
17 Item verbum, podere, Menoch. cons. 409. num. 61. Sil-
van. cons. 58. num. 9. Bellon. jun. cons. 10. num. 26. vers.
secundo respondeo Cavaler. decis. 160. num. 1. quod qui-
dem vocabulum, podere, est verbum vulgare, et significat pos-
sessionem plurium agrorum cum Domo pro villico, ut expli-
cat vocabularium cruschae in verbo, podere, il secondo, ubi
etiam quod latine dicitur praedium, ac proinde idem erit
18 dicendum de hoc verbo praedium, quod significet, univer-
sitatem agrorum, ut sensit rot. decis. 118. num. 11. part.
5. recent.
19 Idemque erit de verbo, possessione, quod pariter idem
sonat, ac podere, ut tradunt Caephal. cons. 144. num. 18.
Bellon. jun. cons. 10. num. 26. vers. secundo respondeo
Surd. decis. 241. num. 12. in fin. ubi etiam quod significat
massaritiam, et curtem, ac proinde, et haec nomina erunt
generalia.
20 Verum sunt alia nomina magis generalia quae non solum
comprehendunt universitatem agrorum, sed etiam continent
jura, et honores, ut castrum, villa, curtis, de quibus innoc.
in cap. ex litteris num. 2. de jur. patr. cum aliis relat. per
Cravett. cons. 701. num. 45.
21 Verbum autem, terras, quod sit particulare sensit Bellon.
Jun. cons. 10. num. 29. ad med. sed contrarium late probat
Monac. decis. florent. 69. per tot.
22 Ager vero est nomen particulare, quod significat partem
praedii, seu poderis, ut dictum est, et idem est etiam de
verbo, locus, qui non fundus, sed pars aliqua fundi est, ut
23 habetur in l. locus 60. in princ. ff. de verb. signif. Bellon.
jun. d. cons. 10. num. 30.
24 Unde si quis habeat exempli gratia casale distinctum in
plura praedia, et magnum nemus separatum a tali casali,
sed inserviens pro usu colonorum, et locet unum ex illis
praediis designando ejus fines, quamvis intra illos non sit
nemus praefatum, adhuc veniet usus ejusdem, ut in facto
consultus respondit Socc. Sen. ut ipse refert in l. 1. num. 7.
ff. de reb. dub. ubi tribus rationibus comprobat, quae penes
eum videri poterunt, ac penes Mantic. qui illas repetit de
tacit. lib. 4. tit. 16. num. 10. et seq. Menoch. consil. 140.
num. 24. Surd. decis. 241. num. 11.
25 Sic si abbas, habens unam planitiem, quam dicebat pla-
num Biconii, sub qua erat altera, quae appellabatur planum
sancti Crispolti, locavit omnes possessiones positas in Plano
Biconii, veniant in tali locatione etiam bona S. Crispolti, si
consuevit etiam illa comprehendere sub nomine S. Biconii,
ut docuit Bald. in l. inter stipulantem, §. Sacrom. num. 6.
ff. de verb. oblig. et sequitur Surd. decis. 241. num. 11.
26 Potest enim uniri fundo, vel poderio terra ab eo separata
per solam destinationem patrisfamilias cavalier. decis. 160.
num. 1. Bich. decis. 506. num. 8. et 9. decis. 118. num. 10.
27 et 11. part. 5. recent. sicut e contra ex eadem sola destina-
tione poterit, quid fundo conjunctum ab eo separari, vel
pars magni fundi fundus separatus de se constitui, ut habe-
tur in l. locus 60. ff. de verb. signif. et in hoc est differentia
28 inter praedium, et domum in illo enim fit unio ex sola de-
stinatione patrisfamilias, at in Domo secus est, quia requi-
ritur actus aperitionis parietis, ut habetur in l. si quis duas
6. §. si quis partem, ff. com. praed. et docet distinguendo
glos. in l. cum post diversum 70. §. gener. ver. constaret,
ff. de jur. dot. et Bart. in l. ita stipulatus 115. num. 7.
vers. hoc non placet mihi, ff. de verb. oblig. Paris. de Put.
de finib. faeudor. cap. 9. num. 9. et seq.
29 Idemque videtur de unione duarum domorum, ac domus
et Horti, quod non sufficiat destinatio, ut in rusticis, sed
requiratur aperitio aditus de una ad aliam, quia militat ea-
dem ratio. et probatur per text. in l. praediis 89. §. qui
Domum, ff. de leg. 3. ubi habetur quod adhoc, ut in legato
Domus veniat hortus, non sufficit dominum domus illum
emisse, ut amoeniorem domum, et salubriorem obtineret,
sed ulterius copulative requiritur habuisse in eum aditum
per domum, itaut sedium hortos additamentum fuerit, et
tradit Gratian. qui alios citat. disceptat. 126. num. 11.
Verum tamen est, quod dd. etiam in his terminis domo- 30
rum saltem quoad unionem considerant destinationem Do-
mini glos. in d. l. praediis in fin. verb. uno pretio, ubi, et
destinationem sufficere admittit Surd. cons. 207. num. 1.
et 2. et Rot. decis. 77. num. 8. et 9. part. 10. recent.
Probatio autem, quod duo corpora naturaliter distincta 31
sint ex destinatione patrisfamilias, vel aliter unita, vel e-
contra, quod corpus unicum sit divisum facienda erit ab el-
legante Herman. Vulte. de feud. libr. 1. cap. 5. num. 4.
ad fin. cujus verba praecise refert Capyc. Latro decis. 37.
num. 16. Rot. coram Bich. decis. 506. num. 4.
Et ex praedicta distinctione modi uniendi, vel dividendi, 32
et separandi, sequitur, quod si agatur de locatione do-
mus, et quaeratur, an in ea comprehendantur, vel non
aliqua pars, seu domuncula, vel etiam hortus, aut apo-
theca illi conjuncta facilior erit probatio ex inspectione,
an ex una ad aliam pateat aditus, vel non, quia primo
casu dicendum erit eam esse unitam, et in locatione ve-
nire, in secundo vero contrarium ex praecitatis, et tra-
dunt etiam Bero. cons. 160. num. 2. ad fin. lib. 1. Paris.
cons. 80. num. 21. lib. 2. Rot. decis. 243. num. 18. part.
5. et decis. 77. num. 12. part. 10. rec. nec dicetur apo- 33
thece habere aditum, ex quo retineat adhuc Januas non
muratas, sed ligno tantum clausas, quae statim recludi
valeant, ut forsan quandoque recludantur, sufficit enim
habere aliam aditum consuetum in via publica, et quod
illae januae communicantes cum Domo clausae, ut pluri-
mum retineri soleant; ad hoc ut cesset unio, ut probat Surd.
cons. 207. num. 12. ad fin. vers. et si dicatur et 13. et ubi 34
ageretur de aliqua stantia, in quam haberent aditum duae
domus, attendi deberet, qui aditus esset frequentior ad di-
gnoscendum, cum qua veniret mansio illa Alex. cons. 54.
num. 1. vers. tanto magis lib. 3. et idem de horto dicit
Dec. consil. 109. num. 2. ad med. vers. quinto hoc etiam,
et licet stantia sit super solo unius ex domibus, ex quo re- 35
gulariter nomine illius venit, tamen secus est si supra con-
camerationem ejusdem existens, in usum alterius fuerit
conversa, hinc etenim huic accedet; et alteri decedet, ut
habetur in l. si cui 30. ff. de leg. 3. et hinc est quod apo-
theca vendita non veniat coenaculum super aedificatum, ad
quod aditus datur per aliam apothecam, non per venditam,
ut consuluit Beron. cons. 160. per tot. lib. 1.
Non tamen perpetuum est, quod si pateat aditus veniat 36
apotheca, vel alia mansio si autem non patet non veniat,
quia ex aliis circumstantiis receditur ab utroque membro
distinctionis, sunt enim valde diversi casus in hac mate-
ria, ut videri potest penes Giovagnon. resp. 33. num. 12.
et seqq. ubi duodecim casus distinguit, et Bertaz. claus.
19. glos. 7. et alios relatos per Barbos. appell. 82. num. 2.
et seq.
Considerari tamen praecipue posset descriptio confinium, 37
nam si contineatur inter eos apotheca, tunc dicendum esse
eam venire, quamvis aditus a domo esset clausus probat
Natt. cons. 117. num. 2. Vegg. cons. 55. n. 30. et seq. Gra-
tian. discept. 657. num. 37.
Item, et considerandum, an simul fuerint emptae, nam 38
inde argui appellatione Domus insulam quoque junctam illi
venire est text. express. in l. praediis 89. in fin. ff. de legat.
3. ubi tamen requiritur ulterius, ut utriusque, pensiones 39
confusas fuisse, seu similiter, ut sunt verba textus, accepto
latas rationibus ostendi, et sine hoc requisito non sufficere
emptionem simul factam apertius habetur etiam in eadem
leg. in §. Titio Sejona, unde patet attendendum quoque 40
esse usum locandi simul, vel separatim Gratian. discept.
126. num. 11. prout attendit post alios Rot. decis. 77. num.
12. part. 10. recent. et dicam infra.
Caeterum, quia domus appellatione venit aedificium de- 41
putatum ad habitandum Barbos. appellat. 82. num. 1. et
illud tantum, quod ad habitationem ordinatur Soccin. Jun.
cons. 23. num. 4. lib. 4. ubi, et de nomine, case, et re-
stringi ad eam partem, quam quis cum familia inhabitat
tradit Castrens. cons. 453 num. 1. vers. sed appellatio lib.
3. et firmat Becc. cons. 153. num. 4. unde probare intendit 42
appellatione domus non venire stabulum, et adducit, quod
eadem ratione non venire columbarium consuluit Corn. cons.
38. incipit placet mihi col. ult. libr. 1. et eum secus est Si-
mon. de Pret. de interpret. ultim. volum. libr. 4. dub. 7.
num. 30.

43 Quae restrictio facilius procedet si expresse dictum sit,
Domum, in qua inhabito, nam relativum illud, in qua,
restringit dispositionem ad inhabitatam, ut consideravit in
illo casu Becc. *d. cons.* 152. *num.* 6.

44 Respectu tamen stabuli, quod veniat appellatione Domus,
ubi sit annexum, vel unitum domui, vel habeatur ad illud
aditus per domum, aut fuerit emptum cum ea, alios secus
tradit Bertaz. *de clausulis claus.* 9. *glos.* 9. *num.* 2. ubi
plures citat, quos omnes repetit idem tenendo Barbos. *ap-
pell.* 82. *num.* 10. et eis addi potest Becc. *d. cons.* 153. *ubi
sub num.* 7. restringit conclusionem, ut stabulum, vel hor-
tus conjunctus, vel contiguus domui non veniat appellatione
domus, nisi ubi ad illam non erat aditus nisi per domum,
vel si erat aliunde, tamen emptus fuit cum domo ipsa, eo-
dem pretio, et allegat Caste. dicentem audivisse a Baldo, et
Alex. eos referentem *cons.* 223. *num.* 1. *ad fin. lib.* 2.

Ex quibus comprobari videtur, quod in domibus non
sit tuta opinio, quod sufficiat destinatio domini ad convin-
45 cendam unionem, ac proinde utile esse in locatione domus
addere, cum omnibus suis pertinentiis, quia tunc facilius
procedet dicta opinio, quod veniant annexa secundum unum,
et destinationem locantis, ut aliis relatis tradit Barbos. *de
appellat.* 82. *num.* 15. et quod palatio cum pertinentiis do-
nato, veniat etiam fundus in alia curia existens, quando ia.
qui praees: palatio percipit fructus illius fundi Castrens.
cons. 143. *ad fin. lib.* 1. et dicam aliquid de hac clausula
inferius.

46 Prout etiam facilius venient annexa, si contrahentes usi
sint nomine, casamenti. hoc enim nomen casamenti est ma-
gis generale, quam nomen, domus, etenim domus, ut di-
ctum est, restringitur ad inhabitatam, et, casamentum, com-
prehendit in se universitatem plurium stationum simul jun-
ctarum, et sic omnes insulas, apothecas, stabula, officinas, et
similia, ut tradit Castr. *cons.* 453. *num.* 1. *lib.* 1. Carpan.
ad statut. mediol. cap. 434. *num.* 27. *part.* 1. quo tamen
nomine, casamenti, non venire simplex foenile, voluit Cyriac.
contr. 162. *num.* 32.

47 Quo autem ad mobilia existentia in domo, venient in do-
mus locatione, illa, quae sunt quasi pars aedium, vel propter
aedes habentur, ut dicit text. *in l. Julianus* 14. ₰. *fin. ff. de
act. empt.* unde bene deducitur unum de duobus sufficere,
videlicet, vel quod sint affixa ipsi domui, vel ejus usui per-
petuo destinata, quamvis non affixa, ut aliis adductis tra-
dunt Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 5. et Surd. *de-
cis.* 134. *num* 13. *et* 14. ubi reprobat Cephalum volentem
utrumque requiri, et in hoc quoque differunt aedes a fun-
48 do, quia fundi nihil est, nisi quod intra se tenet, aedium.
49 autem multa, quae eis affixa non sunt, ut serae, claves, et
claustra ut dicit text. *in* l. *fundi* 18. *in princ. ff de act.*
50 *empt.* item, et patealia idest id quo puteus operitur, funes,
labra, et fistulae *dict. l. Iulianus*, ₰. *fin. cum duab. ll
51 seqq. ff. de act. empt* item caldarium muratum ad coquen-
dum vinum, ut docuit Bald. *in l. dolia, ff de contrahen.
empt.* Bertaz. *claus.* 26. *glos.* 13. *num* 12. et idem erit de
52 vitreatis, et telaria Bertaz. *ead. glos.* 13. *num.* 31. Sur. *d.
decis.* 134. *per tot.* et similibus, quatenus tamen ea, quae
53 non sunt affixa sint gratia domus, non autem gratia patris
familias, juxta distinctionem castrens. *in cons.* 377. *num.* 1.
ad med. lib. 1. et non sint, ad ornatum, quia tunc non ap-
54 plicatur, quod sint propter aedes ut de statuis, quod etiam
basibus affixae structilibus aedium non sint est text. *in l.
penult. ff. de verbor. sign.* ex quo multo magis non venire
in aedium venditione statuas existentes in nichiis, seu cel-
lulis non tamen affixas, quamvis videantur ibi positae, ut
perpetuo permaneant tenuit Rot. *decis.* 822. *part* 3. *lib.* 3.
div. ubi respondet textui, qui videtur contrarius *in l. cae-
teru* 43. ₰. *hoc senatus consultum, ff. de legat.* 1. quod
55 debet intelligi de statuis non affixis, sed perpetuo perman-
suris ad usum, et quasi pars domus, ut recipientes, vel di-
mittentes aquam in fontibus Mohedan. *decis.* 1. *et* 2. *de
empt. et vendit.* ubi in eadem causa dicit l. contrarium lo-
56 qui de statuis affixis ad ornatum civitatis, quae non possunt
tolli sine deformatione.

57 Quod, et ampliari potest procedere etiam si expresse di-
ctum, locum domum cum omnibus in ea existentibus, quia
adhuc veniunt solum ea, quae sunt, vel esse solent in domo
perpetui usus causa, non ad tempus, ut plene tradit Caroc.
tit. de locat. incert. n. 2.

58 Recedendum tamen esset a praedicta decisione rotali, si
domus locanda ostensa fuisset conductori similibus statuis
ornata, quia, quae ostenduntur tempore contractus in eo
veniunt, *l. aediles ajunt* 38. *ff. de aedil. edict.* unde vendi-
torem, qui ostendit equum ornatum teneri ad traditionem 59
ornamentorum tradit Bald. *in l.* 2. *num.* 4. *c. de aedil. edict.*
et in proposito domus venditae late Surd. *decis.* 134. *num.*
5. *et seqq.* et magis in specie de statuis hodier. *ibi in addit.
num.* 5.

Alia, quae veniunt, vel non veniant in locatione domus 60
referre omitto, sed videri poterunt penes Mantic. *de tacit.
lib.* 4. *tit.* 15. et latius Thorum *in voto* 46. *a n.* 17. *ad*
65. *part.* 2. et Bertazol. *clausel.* 26. *glos.* 13. *n.* 18. *et seqq.*

Verum praedicta, et alia, quae praecitati auctores dicunt 61
venire, vel non venire appellatione domus, procedunt re-
gulariter, et maxime, quando agitur de translatione domi-
nii, at in locatione praesertim ad tempus breve militat alia
ratio pro comprehensione nonnullorum mobilium, nam quan-
do agitur de acquirendo rei dominio, tunc consideratur
res prout in se est, et sic etiam, quae dicta sunt venire
appellatione domus veniunt, quatenus extent, at in loca-
tione praedicta, quia est ad usum concessio, ut dictum est
supra *in cap.* 1. locator tenetur tradere domum cum om-
nibus instrumentis necessariis ad hoc, ut conductor ea uti
possit, id est, in ea habitare juxta qualitatem, et consue-
tudinem loci, in quo sita est, et quatenus non adsint, ea pa-
rare, ut sunt, verbi gratia, claves, cancelli portarum, telaria
fenestrarum et similia, quia locator, ita tradere tenetur rem.
ut conductor ea frui valeat *l. si quis domum* 9. *ff. locat.*
Soccin. Sen. *cons.* 70. *n.* 2. *et cons.* 125. *n.* 7. *lib.* 1. et
quod locans domum teneatur tradere instrumenta necessaria
docet Angel. *in l. item si fundi* 10. ₰. *aucupium vers. quan-
do autem, ff. de usufr. et quemadmodum quis utat.* per
text. quem dicit meliorem, qui sit in jure, *in l. sed addes*
21. ₰. *illud, ff. locat.* et quod in hoc differat locator a
venditore docet Bart. *in l.* 2. *in fin. cod. de verb signific.*
et dicam latius infra.

Et in his multum defertur consuetudini tam universali, 62
quam etiam particulari, adeo ut locator mobilia, quae tra-
didit in praecedenti locatione domus, etiam unica, tradere
debeat etiam in subsequenti Caroc. *de locat. et conduct.
sub tit. de merced. differ. n.* 25.

Respectu autem praediorum rusticorum, quoniam, ut di- 63
ctum est, magis attenditur sola destinatio patrisfamilias ad
dignoscendam unionem, vel disjunctionem eorum, ideo,
quoad ea, particulariter indaganda erit dicta destinatio, et
animadvertendum quomodo probetur, et quod convincatur
destinatio perpetua, alias enim ad tempus facta non releva-
ret Gratian. *discept.* 126. *n.* 20. *et* 21. et sensit Rota co-
ram Bichio *decis.* 506. *n.* 4. *et* 8.

Deduci vero potest dicta destinatio ex pluribus, ut si ab 64
initio fuerint plures terrae simul unico pretio emptae, ar-
gui patrem familias emptorem eas habere unitas probat te-
xt. *in dict. l. praediis* 89. *in fin. juncta glos. ibi in verb.
uno pretio, ff. de legat.* 3. quod tamen facit conjecturam. 65
sed de se non sufficit, ut habetur in eadem *l. in* ₰. *Ti-
tio Sejana*, quod et supra tetigi.

Item, et unio argui poterit, ex quo pater familias caeter- 66
ras simul unica pensione locaverit, ut habetur ex eadem *l.
praediis* 89. *in fin.* et licet hoc fieri potuerit gratia comodio-
ris locationis, et conductionis, at ideo non concludat per se
dictam destinationem perpetuam, ut censuit Alexan. *cons.*
169. *n.* 9. *lib.* 5. Menoch. *cons.* 337. *n.* 26. *et* 27. a Ponte
cons. 63. *n.* 39. tamen quid quid sit ad alios effectus, de
quibus loquuntur praecitati, quoad istum dignoscendi, an
quid comprehendatur in locatione, plurimum esset attenden-
dum, cum inservire possit alio modo, nempe, tamquam soli-
tum ita locandi, ex quo bene sumitur interpretatio locatio-
nis, et quid in ea veniat, ut dictum est, ubi egimus, de mo-
do conveniendi de re, et mercede, et quod ubi dominus con-
suevit locare plura bona simul, ea simul veniant, etiam si 67
aliqua sint in uno loco, aliqua in alio Bald. *in l. emptorem
n.* 9. *cod. loc.* quem refert Menoch. *consil.* 337. *num.* 19.
ad med

Caeterum si testator habens fundum Sejanum, et solitus 68
sit illum in partes locare, vocando unam partem Sejanum
superiorem, aliam Sejanum inferiorem, et postmodum locet
simpliciter Sejanum, veniet totus fundus, nisi evidenter
probetur, de qua parte intellexerint contrahentes, ut est te-
xt. *in l. Cajus Sejus* 88. ₰. *Titius ff. de legat.* 2.

69 Praeterea probabitur sine dubio talis destinatio ex confessione ipsius patrisfamilias vel explicita, vel etiam implicita, uti si quando ita declarasset, vel declarati instetisset. intraret enim illud, quod semel placuit, non debet displicere Soccin. Sen. *cons.* 13. *n.* 5. *vers. et probatio lib.* 3. et aliis relatis Rot. coram Bichio *decis.* 506. *n.* 20.

70 Et confessio similis, seu alias assertio non solum probaret facta ab ipso patrefamilias, sed etiam facta a tutore probaret contra pupillum, maxime si in inventario, et concurrant adminicula, ut latissime deducitur in praedicta *decis.* 506. *n.* 10. *et plurib. sequent.* coram Bichio.

71 Deduci etiam posse videbatur unio, et annexio, ex eo quod pater familias omnia curae unius villici demandaverat ad text. *in l. patronus* 34. *§. Sempronio*, *ff. de leg.* 3. cum aliis late traditis per Odd. *cons.* 21. *n.* 68. et haec conjectura latissime impugnatur a Menoch. *cons.* 337. *n.* 19. *vers. respondetur secundo et seq.* et quidem *in d. §. Sempronio* testator, expresse dixerat relinquere praedia existentia sub cura villici primi, unde non mirum si veniat quidquid existit sub tali cura, quamvis non situm in loco ab eodem testatore demonstrato, et quod non sufficiat eumdem colonum,
72 at villicum curam habuisse terrae separatae, ac praedii, ut simul nomine praedii veniant, nisi etiam probetur patremfamilias terram illam praedii nomine comprehendere solitum fuisse Alex *cons.* 169. *n.* 9. *lib.* 5. Bellon. Jun. *cons.* 10. *n.* 23. *ad fin.*

Multum autem operabitur dicta consuetudo loquendi locatoris, qua solitus erat comprehendere sub nomine fundi etiam terras separatas, ea enim stante, censetur terras unitas esse voluisse, et in locatione fundi venient Soc. *in l.* 1. *n.* 7. *ff. de reb. dub.* et aliis adductis Odd. *cons.* 21. *n.* 37. et tali consuetudine deficiente, non venient, quamvis etiam appareret esse destinatas usui, et servitio illius fundi, ut pluribus congestis firmat Bellon. Jun. *dict. cons.* 10. *n.* 22.
73 *ad fin.* et 23. et Gratian. *discept.* 126. *n.* 12. *et seqq.* ubi exemplificat in arundineto, quod quamvis sit ad usum vineae, tamen vineae appellatione non venit, ex quo aliter vocatur vinea, aliter arundinetum *l. item si fundi* in *ad fin. vers. instrumenti de usufruct. et quemadmodum quis utat.* licet postea idem Gratian. velit cannetum venire appellatione vineae, si sit ei unitum.

74 Probabitur quoque eadem unio, seu quod terrae aliquae sint de pertinentiis bonorum locatorum ex incolarum, et circumvicinorum opinione, ut latissime firmat Odd. *d. cons.* 21. *n.* 24. *ad fin. et seqq.*

75 Non attendetur autem, quod locator quandoque unierit, si postea separavit, prout potest, quia observantia posterior praevalet in hoc proposito, et derogat priori, ut late habetur penes Gratian. *discept.* 126. *n.* 6. *et seqq.* et Bellon. Jun. *cons.* 10. *n.* 31. *vers. tertio respondetur, et seq.* et probat text. *in l. Melo* 14. *§. sed si alimenta*, *ff. de alim. et cibar. legat.* et unicus actus posterior pluribus antecedentibus derogat, ubi agitur de consuetudine patrisfamilias, ut concludit Caroc. *de locat. tit. locat. obscura n.* 25.

76 Haec quoad partes fundi locati, quo autem ad mobilia, et instrumenta fundi, licet ea non veniant fundo vendito, vel
77 legato, *l. fundi in princ. ff. de act. empt. l.* 2. *§. dotes*, *ff. de fund. rust.* tamen arcus est fundo locato, *l. sed addes* 21. *§. illud nobis ff. locat. et ibi gloss.* quae facit istam distinctionem inter locationem, et venditionem *in verb. reficere*, et Bald. Bart. *in l.* 2. *§. dotes ad med. ff. de fund. instr. et in l.* 2. *in fin. cod. de verb. sign.* Cyriac. *contr.* 14. *n.* 35. Bertaz. *claus.* 26. *glos.* 13. *num.* 12. *post princ.* Mantic. *de tacit. lib* 4. *tit.* 16. *n.* 28. Surd. *dec.* 201. *n.* 1. et rationem differentiae tetigi supra loquendo de domo.

78 Verum animadvertendum, quod licet praecitati doctores loquantur indistincte de instrumentis fundi, quibus etiam addi potest Angel. *in l. item si fundi* 10. *§. aucupium ver. quando autem, ff. de usufr.* ubi loquitur de fundo, et domo, tamen text. *in d. l. sed addes*, *§. illud nobis*, quem omnes allegant specificat plura instrumenta, quae praestari debent a locatore fundi, et omnia sunt fructuum liquidorum quaerendorum causa necessaria, unde Bartol. ibi et Castrens. animatim notant locatorem teneri praestare colono instrumenta necessaria, fructuum liquidorum quaerendorum causa.

Videtur itaque textum praedictum annuere aliquid specialitatis in dictis instrumentis ad liquidos fructus colligendos paratis, et esse potest magis praecisa eorum necessitas, adhoc, ut conductor uti possit fundo ad hoc usum locato, ut conductor eos colligat. Unde tali necessitate stante, intrat conclusio, quod locator debeat curare conductorem uti posse re locata ad usum destinatum, ut dicebam supra de domo, et sic debeat etiam illa instrumenta parare, et quatenus sint vitiosa, ea reficere, ut dicitur in eodem textu praedicto; at quoad alia ex quo non sint adeo praecise necessaria, ut verbi gratia, aratra, et boves qui non sunt adeo praecise necessarii, vel quia ex agro potest colligi aliquis fructus sine cultura, puta foenum, vel quia conductor fodere potest cum ligone, et fructus non liquidos colligere manibus, ea locato praestare tenetur tantum, quatenus sint, et prout adsint in fundo tempore locationis, non autem tenetur fundum eis non instructum instruere, ut dicit Sord. *decis.* 201. *n.* 6. *prope fin. vers. sic videmus*, et quatenus sint ipsius domini, non autem coloni Natt. *consil.* 243. *n.* 5. Gratian. *discept.* 126. *n.* 5. adeo ut possit etiam locator ea ante locationem a fundo removere ad hoc, ut in locatione non veniant, ut monet Angel. *in l. sed. et si quid* 19. *§. proprietatis in fin. ff. de usufr. et quemadm. quis utat.* et sequitur Cyriac. *contr.* 141. *n.* 35. 79

Hinc, cum inter instrumenta fundi reputetur etiam triticum destinatum pro semine, et a pari cum aliis instrumentis procedat, *l. quaesitum* 12. *§.* 1. *in fin. de fund. instruct.* id quoque eatenus debetur conductori, quatenus in ipso fundo ad hoc paratum existat, et non alias, ut declarat Surd. *dict. decis.* 201. *n.* 6. et quatenus sit domini fundum locantis, non autem si sit coloni, quamvis ipsi illud dominus ipse mutasset, et consuluit Natt. *cons.* 243, *per tot.* quem sequitur Gratian. *discept.* 126. *n.* 4. et Surd. *d. decisione* 201. *n.* 4. 80 81

Et idem erit de aliis instrumentis, quae qualia sint, videri poterit penes Bertaz. *de claur. intrr. claus.* 26. *glos.* 13. *a num.* 4. *ad* 18. Mantic. *de conjectur. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 15. *et seqq.* Thor. *vot.* 46. *n.* 78. *et pluribus seqq. part.* 2. penes quos, quam plurima alia dubia circa hanc quaestionem dispositionis factae de fundo simpliciter, vel de fundo instructo, quid comprehendat resoluta habentur. 82

Eisdem fere rationibus, quibus dictum est in locatione fundi venire instrumentum necessarium, vel destinatum ad ejus culturam, sustineri potest, quod in simili, locata gabella, veniat etiam capanna, vel domus, ubi consuevit exigi, prout ex doctrina Baldi tradunt Bertachin. de gabell. *quaest.* 2. *n.* 65. Ferret. *cod. tit. n.* 104. et 151. et eis relatis Bursatt. *cons.* 190. *n.* 31. et Sord. *decis.* 201. *n.* 1. *ad fin.* non tamen veniat in locatione gabellae ea, quae super indicta est quia, est diversa Borsat. *d. cons.* 190. *n.* 30. 83

Sic in venditione equi venit sella, aliaque ornamenta, quatenus equus ea habuerit de tempore venditionis, alias secus *l. aediles ajunt* 38. *in princ.* et ibi glos. *in ver. ornata*, *ff. de aedil. edict.* Fabian. de Mont. *de empt. et vendit. quaest.* 6. *princip. n.* 32. *ad fin.* imo, et veniunt ea cum quibus per duos dies ante equus venalis ostensus fuit dict. *l. aediles ajunt post med. vers. vendendi*, autem Bald. *in l.* 2. *n.* 4. *cod. de aedil. edict.* et hoc procedit non solum in venditione, sed etiam in quolibet alio contractu stricti juris, ut post Joannem Fabr. et Joannem de Plat. *in §. actionum inst. de act.* tradit Jas. *in l. de quibus n.* 87. *vers. imo vendita*, *ff. de legib.* et tamen si locatur equus expresse ad equitandum, sella tamquam instrumentum ad talem usum necessarium, erit praestanda, sive equos eam haberet de tempore locationis, vel eum ea ostensus fuerit, sive non, ut passim, et sine controversia practicatur, cum haec etiam sit intentio indubitata contrahentium in tali contractu, quae est attendenda ad dignoscendum, quid in eo veniat. Unde a contra in illa faceta quaestione orta inter locatorem asini, et conductorem quiescentes in aprico ardente sole, an umbra ipsius asini spectaret ad conductorem, itaut ipso invito, dominus ea gaudere non posset, quia locatio asini facta erat ad ferendam sarcinam, non ad faciendam umbram conductori, merito resolutum fuit post pulchram disputationem urgative per Jacobum Boniourz *in suo enigm.* 2. ut refert Cyriac. *contr.* 208. *n.* 20. *et contr.* 381. *n.* 56. 84 85 86 87

Sunt etiam, et jura de quibus saepe dubitare contingit, an veniant in locatione rerum, in qua dubitatione advertendum erit, an res locata sit talis, quae complectatur in se universitatem, non agrorum tantum, ut est praedium, podere, et alia, de quibus dictum est supra, sed universitatem in qua sint, et jura ipsa, vel sint proprium eorum universale subjectum; exemplum, si quaeratur de jurisdictione, et locatus sit fundus, dicendum est eam non venire, quia jurisdictio, quam quis habet in fundo, non est de juribus fundi 88 89

Bald. *in l. a procuratore num.* 1. *c. mandat.* Jacob. a S.
Georgio *in invent. feud. in verb. de Castro Rubei montis n.*
8. et aliis adductis Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 16. *n.* 29.

90 Et idem erit si locetur fundus, in quo pedagium recudi
consuevit, non enim propterea veniet, et pedagium ipsum
in locatione Bald. *in d. l. a procuratore in princ.* Loffred.
cons. 21. *n.* 13. *et cons.* 24. *n.* 3. *et* 14. Mant. *dicto tit.* 16. *n.* 32.

91 Prout etiam erit, imo facilius de jurepatronatus, ex quo
de se locari non potest, nec transit cum locatione rei parti-
cularis, Innoc. *in cap. ex literis n.* 2. *prope fin.* et ibi Abb.
n. 10. Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 3. quod tamen
intelligitur quatenus non probetur juspatronatus esse anne-
xum illi rei particulari, quae locatur, quia, et tunc cum ea
veniret, ut satis late deduxi *in cap.* 11. *de rebus, quae lo-
cari possunt vel non n.* 44. *et pluribus seqq.*

92 At secus erit si locata sit villa, vel castrum, quae conti-
nent in se jurisdictionem, honorem, et juspatronatus, ut di-
ctum est supra, quia tunc, et jurisdictio, et juspatronatus
veniet juxta textum *in cap. ex literis* 7. *de jurepatron.* et
ibi notata per Innocentium *n.* 2. *prope fin.* Zabarell. *n.* 16.
Abb. n. 10. *et* 11. et prout latius tradidi quoad juspatrona-
tus *in dict. cap.* 11. *de reb. quae locari possunt.*

93 Prout etiam si locatum sit territorium veniet jurisdictio,
quia territorium est universale subjectum jurisdictionis, *l.
pupillus, §. territorium, ff de verb. sign. cap. licet causam
de probat.* Bartol. *in l.* 1. *n.* 16 *ff. de jurisd. omn. jud.*
et aliis adductis Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 16. *n.* 30.

94 Verum hoc, quod dicta jura veniant in locatione, intelli-
gendum est de locatione ad longum tempus, in qua transe-
unt jura in conductorem una cum dominio utili, at secus est
in locatione ad modicum tempus, in qua videntur tantum
venditi fructus, et non veniunt similia jura Castrens. *cons.*
361. *n.* 1. *et* 2. *lib.* 1. Petr. Barbosa *in l. divortio* 8. *n.* 57.
ad fin. et 58 *ff. solut. matrim.* et dixi, ac plures concordan-
tes retuli quoad juspatronatus *in dict. cap.* 11. *de rebus,
quae loc. poss. vel non n.* 40.

95 Non idem, ac de jurepatronatu in hoc proposito dicendum
erit de jure decimandi, sed potius totum oppositum, ut vi-
delicet, non veniat in locatione ad longum tempus, et e contra
in locatione ad modicum tempus veniat, juxta late tra-
dita per Rimin. Jun. *cons.* 429. *n.* 7. *et n.* 23. *et per tot.*
et ratio est, quia jus decimandi est mere spirituale, et ideo
non transit in locatione jura transferente, prout est locatio
ad longum tempus, et praesertim si fiat laicis, qui sunt ta-
lis juris prorsus incapaces. Gratian. *disc.* 238. *n.* 22. Rot.
post Salgad. in Labyrint. *credit. decis.* 238. *n.* 13. et si con-
sideretur tantum illa facultas percipiendi nomine domini lo-
catoris, quae sola transfertur in locatione ad modicum tem-
pus, tunc ea bene transferri potest etiam in laicum, ut la-
tius explicavi in *cap.* 10. *de personis, quae conduc. poss.
prope fin.* et quod difficilius transferatur jus percipiendi
decimas, quam juspatronatus in contractibus favore laicorum
decis. 399. *n.* 1. *part.* 2. *rec.*

96 Poterit tamen transferri etiam in locatione ad longum tem-
pus eadem facultas, si ad eam restringatur concessio, et fiat
contractus cum debita auctoritate, ut tradit Mantic. *de ta-
cit. lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 14. et dixi *in d. cap.* 10. *de personis
quae conducere possunt.*

97 At potest transferri jus decimandi modis praedictis in lo-
catione, sed quia in omnibus actibus non sufficit potestas, ni-
si concurrat etiam voluntas, ad hoc, ut in locatione fundi
veniat jus decimandi, necesse est, quod in contractu adsint
verba deservientia ad inducendum id contrahentes voluisse,
ut advertit Mantic. *de tacit. lib.* 4. *titulo* 16. *n.* 34. *vers.
sed quod jus decimae*, prout aderant in casu suo, et ponde-
rantur per Rim. Jun. *dict. cons.* 429. *n.* 10. *et seqq.* alias
enim tale jus non potest venire nomine fundi.

Solet autem quandoque in locatione fundi, vel alterius rei
98 addi, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, quae clau-
sula est generalis, et omnia quovis modo ad rem spectantia
complectitur Surd. *cons.* 429. *num.* 2. *et* 3. Giovagnon. *cons.*
32. *num.* 15. *libr.* 2. verbum enim illud, pertinentiis, latis-
sime patet, nam, et ea complectitur, quae sunt de dominio,
et ea, quae non sunt de dominio, sed tantum in possessione,
et ea, quae de his non sunt, sed esse possunt, ut habetur in
l. verbum 181. *ff. de verb. signif.* et sic veniunt in dicta clau-
sula etiam, quae sunt omnino a re separata, et distincta, dum-
modo ad usum seu servitium illius quoquomodo sint destina-
ta, aut modis supradictis ei unita Menoch. *cons.* 140. *n.* 24.
Cyriac. *contr.* 311. *n.* 13.

Verum animadvertendum est, quod si quaeratur, verbi 99
gratia, de comprehensione alicujus agri, tunc operari cum
poterit praefata clausula, cum addita est alicui ex verbis prae-
dictis universitatem continentibus, nempe, podere, et simili-
bus, at secus erit si addita verbo particulari, uti locationi 100
agri unius, quia non potest una res particularis, alteri rei
pariter particulari accedere, et esse de ejus pertinentiis se-
cundum Socein. Senior. *cons.* 47. *num.* 4. *vers. sed pro so-
lutione lib.* 1.

Praeterea referenda est dicta clausula ad ea, quae sunt de 101
natura rei, cui addita est, non ad ea, quae alterius juris sunt,
ut dicit Fab. de Monte *in tit. de emption. et vendit. quaest.*
6. *num.* 10. quem refert, et sequitur Capyc. Latr. *decis.* 37.
num. 17. ubi propterea resolvit in venditione Castri cum
omnibus pertinentiis suis, non venire functiones fiscales par-
ticulari titulo quaesitas. Et in dicto proposito decimarum est 102
doctrina Innoc. *in cap. ex litteris num.* 1. *vers. imo plus di-
cimus de jurepatr.* ubi dicit quod si episcopus donet villam, 103
et omnia jura, quae ibi habet non intelligitur donare deci-
mas, nam nomen, omnia, non debet referri ad ea, quae sunt
alterius juris, quam ea quae principaliter donantur, prout
sunt decimae, quia sunt juris spiritualis, et sic alterius juris,
quam temporalia, quae donantur, quam doctrinam secutus est
Bald. *cons.* 32. *num.* 3. *vers. si autem episcopus lib.* 1. et
canonizavit Rota *decis.* 234. *num.* 7. *et* 8. *part.* 9. *recent.*
unde reputatur necessaria expressio decimarum in simili con-
cessione ad hoc, ut censeantur comprehensae in ea, prout se-
quendo praefatam doctrinam Innocentii senserunt ibid. Jo-
han. Andr. *num.* 3. *vers. imo plus dixit* Butr. *num.* 6. *vers.*
et per hoc dicit Anan. *num.* 7. Hostien. *num.* 5. Henric.
Boic. *num.* 7. Alberic. *in l. inter antiquum* 15. *post med.
c. de usufr.* ubi quod in civitate Bergomi, in qua frequen-
tantur tales contractus, solet in concessione exprimi jus per-
cipiendi decimas, et loquitur de jure percipiendi decimas
jam existente penes laicos, et eum sequitur Albert. Brun *in
cons. feud. divers. cons.* 121. *num.* 33. *ad med.*

Et si rei locatae sint descripta confinia, magis operabitur 104
similis clausula, si adjecta post descriptionem confinium,
quam si ante, ut in casu, quo venditum erat podere existens
in territorio Aquaependentis inter talem, et talem confinem
et post talem expressionem confinium, additum erat cum toto
territorio, et districtu, non esse terminatam, et coarctatam
latitudinem territorii, et districtus, sed solum poderis prin-
cipaliter venditi, subtiliter consideravit Bald. *cons.* 422. *post
med. vers. secundo dico lib.* 4.

Quoad dubia, quae oriri possunt circa mercedem, jam su-
pra dictum est in *cap.* 17. in quo actum est quomodo conve-
niri debeat de re, et mercede in primo casu, quod si non fuit
conventum de mercede, vel certa quantitas non fuit expres-
sa, intelligitur de mercede solita, et ibidem etiam explicatum
fuit, quodnam solitam attendi debeat, nempe an ipsarum par-
tium, vel universale, et quid si variatum fuerit in consuetu-
dine, an potius attendi debeat prima, vel posterior, quae prop-
terea hic non repetam, sed addam aliud dubium, quod oriri
poterit circa talem variationem si eodem tempore reperiatur
diversimode servatum, puta, reperitur, quod aliqui solvunt
pro terris ad rationem unius scuti pro jugero, aliqui vero ad 105
rationem juliorum undecim, vel quid amplius, et in condu-
ctione operarum aliqui solvunt scuta quinque, aliqui scuta
sex menstrua, et si locatio sit facta absque expressione mer-
cedis, vel dictum, pro mercede solita, fit interpretatio contra
locatorem, et debeatur quod minus est Bertran. *in l. hac
edictali in princ. n.* 63. *cod. de secund. nupt.* Bursat. *cons.*
2-4. *num.* 12. *et seq.* Guidop. *decis.* 252. *per tot.* Burgun.
decis. 26. *n.* 47. *ante med. vers. et si non est,* Mantic. *de
tacit. lib.* 5. *tit.* 21. *n.* 4.

Si autem conventa sit certa merces, sed agatur de operi-
bus continuo praestandis, an illa merces intelligatur pro una
vice tantum, vel reiterabiliter de anno in annum, vel de mense
in mensem praestanda, colligi poterit ex ejusdem mercedis
quantitate, et circumstantiis servitii, idemque erit in loca- 106
tione rerum, licet enim regula sit, quod sermo simpliciter
prolatus de primo, atque unico actu tantum sit intelligendus
l. boves, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. tamen hoc non
procedit, ubi ex verbis, aut facti circumstantiis, et conjectu- 107
ris contraria voluntas contrahentium deprehenditur ex tra-
ditis per Tiraquell. *in dict. l. boves lim.* 12. *num.* 1. et
Menoch. *praesumpt.* 132. *num.* 2. *et* 12 *libr.* 4. unde in ca-
su, quo tutor fuerat deputatus cum salario, et mercede scu-
torum ducentorum solvendorum pro dimidia de semestre in

semestrem, et in fine cujuslibet semestris, intelligi debere dictam summam assignatam esse in singulos annos, re diligenti, atque matura consideratione perpensa consuluit Bel-
108 lon. Jun. *cons.* 94. *ubi num.* 3. ait, quod eo ipso, quod dictum est pro salario collegimus intentionem esse, ut in singulos annos solvatur, quia salarium dicitur pecunia, quae multiplicative solvitur in singulos annos, vel menses, vel etiam dies, secundum subjectam materiam, quod est notandum.

109 Si fuerit statuta certa merces eunti eum propria bestia ad aliquid portandum, et non fuerit espressa qualitas bestiae, solvendum erit tam pro bestia magna puta mulo, quam pro parva, puta asino, ut decisum refert Vinc. de Franch. *decis.* 152. *n.* 2. *ubi addent.* et Capiblanc. de Baron. *ad pragmat.* 16. *n.* 36.

110 Et si fuerit statuta certa merces pro quolibet milliario, non poterit praetendere locator computare tot milliaria ad eundum, et totidem ad redeundum, sed semel tantum in eundo videlicet computanda erant, ut tradunt praecitati Franc. *d. decis.* 152. *num.* 3. *et seqq.* et Capiblanc. *in*
111 *dicto pragmat.* 16. *num.* 38. Verum, quia in eorum casibus, Pragmat. considerat delationem, ideo ipsimet limitant suum dictum, in casu, quo etiam in recessu venirent onusti.

112 Item in eodem casu statutae certae mercedis pro milliario eis, qui iverint ad portandum, si portaverint aliquid adeo grave, ut minus iter facere potuerint, puta magnum lapidem, recedendum erit a quantitate statuta, et solvendum ad rationem dierum, ut decisum refert Capibl. *in dict. pragm.* 16. *n.* 39

113 E contra autem, si conductor non dederit navim integram, non propterea minus solvere debebit, puta si conduxit vecturalem cum mulo, vel navim, debet enim solvere pro tota navi, quam conduxit, licet eam plene non oneraverit, ut relatis hinc inde auctoritatibus, probabiliorem opinionem dicit, et probat D. Lanfranc. Zacch. *de solar. quaest.* 88. *n.* 12. *et seq.* et quidem hoc dici potest conductori, tibi imputa, si navim conduxisti.

114 Potest etiam cadere dubium circa qualitatem pecuniae si expresse conventa sit merces, verbi gratia, in nummis, et non sit dictum de quibus, et regulariter dicendum erit intelligi de minoribus, si adsint plures species nummorum, per text. *in l. nummis* 73. *ff. de legat.* 3. et regulam, quod in
115 ambiguis, quod minimum est sequimur, *l. semper in obscuris* 8. *et l. semper in stipulationibus* 34. *in fin. ff. de regul. jur. cap. in obscuris* 30. *de reg. jur. in* 6. quae regula procedit, tam in ultimis voluntatibus, quam in contractibus, et
116 tam respectu quantitatis, quam speciei, et tam respectu rei, quam loci, et temporis, et personarum, ut tradunt in *dict. l. semper in obscuris*, Dec. et Cagnol. et alii relati per Cyriac. *contr.* 153. *n.* 13.

117 At a regula praedicta recedendum erit si ex consuetudine contrahentium, vel regionis; aut etiam aliter comprehendi possit eos sensisse de majoribus *dicto l. nummis* 73. et ibi glos. *in verb. consuetudine, in verb. ex regione in verbo ex contextu, et in verbo apparere*, *ff.* de leg. 3. *l. haeredes palam* 21. *§. si quid post ad fin.* de testam.

118 Si autem pecuniae valor immutetur post constitutam mercedem, et antequam solvatur, quinam valor attendi debeat in ejus solutione late tradit Dom. Lanfranc. Zacch. *in suo tractatu de salario quaest.* 16. *per tot.* quam indicasse satis sit, maxime cum talis quaestio propria non cadat hic.

119 Circa tempus autem si non sit expressum, et adsit consuetudo locandi, et conducendi ad certum tempus res similes ei, quae locata fuit, reputabitur pro eodem facta locatio, *l. excepto* 18. ubi DD. *c. locat.* Bart. *in l. penult. ff. de impen. in reb. dot. fact.* Alex. *cons.* 107. *num.* 19. *lib.* 2. et aliis cumulatis Surd. *decis.* 265. *n.* 57. Rot. coram Put. *decis.* 174. *n.* 6. *lib.* 1. et si varia sit consuetudo servandam erit, quod dictum est supra circa mercedem.

120 Cessante autem consuetudine, si tempus non sit statutum, varie loquuntur doctores, aliqui enim volunt intelligi ad annum, Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 63. *ad fin. ff. de reb. mater.* Soccin. Jun. *cons.* 25. *num.* 3. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 61. *n.* 10. *lib.* 1. Vinc. de Anna *singul.* 696. Vasques *de success. tom.* 1. *lib.* 1. *§.* 10. *n.* 78. *vers. regulariter*, tamen Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 1. *vers. sed verius est*, ubi hanc esse veriorem opinionem testatur.

121 Et hoc volunt procedere indistincte, videlicet, tam in praediis rusticis, quam etiam in urbanis, et in specie in domibus, quod intelligatur facta locatio ad annum Ruin. *cons.* 61. *num.* 10. *lib.* 1. Rot. coram Merlino *decis.* 376. *num.* 7.

Alii vero distinguendo tenent intelligi locationem ad annum in rusticis, in urbanis vero ad beneplacitum Flamin. 122
de Rub. *cons.* 8. *num.* 33. *et seq.* Ripol. *variar. cap.* 12. *num.* 357. Gomes. *variar. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 15. Afflict. *decis.* 365. *num.* 7. *et* 12. Caroc. *de locat.* et *conduct. tit. de locat. sine tempore num.* 2. Borgnin. *decis.* 44. *num.* 76. *part.* 1. et haec videtur verior, quia habet pro se textum apertum in *l. item quaeritur* 14 *§. qui impleto*, *ff. locat.* qui licet loquatur de tacita reconductione, tamen eadem videtur ratio in conductione espressa, quoad eam partem, in qua est tacita, imo fortior videtur casus tacitae relocationis, dum praesupponit praecessisse locationem ad certum tempus longius, ex quo desumi poterat indicium voluntatis partium ex solito ad illud locandi, et conducendi eum sufficiat ad hunc effectum etiam unicus actus, juxta tradita supra *cap.* 17. *num.* 24. et ex verbis praedictae *l. item quaeritur*, *§. qui impleto.*

Licet etiam deprehendere, quam periculosum sit, quod uno ore dicunt Caroc. et Borgnin. *in locis mox citat.* locationem simpliciter factam sine tempore, praesumi factam ad arbitrium locatoris, itaut possit in praedio urbano singulo mense conductorem expellere, lex enim non restringit facultatem terminandi locationem in arbitrio locatoris, et in fine mensis, sed aperte tribuit facultatem conductori discedendi ad sui libitum, et sic de die in diem, prout practicatur in tacita reconductione domorum hic in urbe.

Placet tamen, quod ubi adest consuetudo locandi, et conducendi domos solum in certis diebus, puta Sancti Johannis, 123
et Sancti Michaelis, prout in multis locis practicatur, tunc locatio, et conductio censetur facta saltem, usque ad unum ex illis diebus, ut tradit Gomes *var. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 15. *post med. vers. secundo infero.* et sequitur Caroc. ubi supra, et ratio est, quia tunc adest consuetudo usque ad illos dies locandi, et intrat, quod dictum est supra, locationem absque expressione temporis factam, intelligi pro tempore consueto.

Et si dubitetur, quando incipiat locatio quoad effectum calculandi, et solvendi mercedem, an a die celebrati contra- 124
ctus, vel a die rei traditae, aut operarum praestitarum ab isto,
dicendum est ut de officiali, quod debeat non ex codicillis ju- 125
dicare tempus, sed ex quo in provinciam ipsam accessit accipere reipublicae emolumenta est text. in auth. *de administr. §. illud.* et ibi glos. *in verb. codicillis*, ut tradunt Bart. *in l. absenti in fin. ff. de donat.* Bald. *in l. sed, et milites*, *ff. de excus. tut.* et alii plures, quos novissime colligit D. Lanfranch. Zacch. *in suo tractatu de salario quaest.* 15.
num 14. ubi de communi testatur. quod tamen limitatur, 126
si officialis differret administrare officium de licentia principis, vel ob casum fortuitum ex adductis per Cagnol. *in l. diem functo sub num.* 205. *ff. de offic. ass.* et D. Lanfr. *d. quaest.* 15. *n.* 24.

Casu autem, quo facta sit locatio ad certum tempus, et
dictum illud incipiendum finita locatione facta alteri, quae 127
ut asseritur finitur die tali, si ille anticipate, renunciet locationem, vel ipsa locatio ante illum diem aliter finiatur novus conductor recte petet rem locatam statim, non expectata die espressa, prout eleganter consuluit Natta *cons.* 35. *per tot.* duplici ratione, una, quia per finem primae locationis finita erat causa dilationis principii secundae, et ideo finire debebat ipsa dilatio Alex. *cons.* 34. *lib.* 2. et Anchar. *cons.* 394. altera, quia ille dies, quo finire debebat prima locatio, fuerat appositus demonstrative, non autem taxative, dum dispositio ante ejus espressionem erat perfecta.

Praedicta procedunt si adsit instrumentum, seu apoca locationis in qua deficiat expressio temporis, idemque esset si probaretur locatio expressa per testes, qui tamen de tempore non deponerent, vel dicerent partes de eo non convenisse, at si non constet de locatione espressa, sed ejus probatio desumatur ex continuatis solutionibus mercedis, recurrendum erit ad cap. praecedens in quo videtur etiam sufficienter explicatum dubium circa tempus, quo locatio sic probata durare debebit. Si autem adsit tempus praefinitum, sed non clare, et remaneat circa illud dubium, dicam aliquid in specie in *cap.* 52.

Sunt etiam alia dubia circa interpretationem locationis, uti an locatio sit unica, vel plures, et an locatio sit ad corpus, vel ad mensuram, quae eum longiorem requirant tra-

128 cationem per capita separata explicare conabor. Erunt, et
alia infinita, quorum aliqua, ni fallor, tangam aliis in locis.
juxta eorum materiam, quoad reliqua subnectam aliquas re-
gulas generales, quas sparsim tradunt doctores pro interpre-
tatione hujus contractus locationis, ad quas semper recurren-
dum est ubi deficit decisio dubii in specie, et non alias Curt.
Jun. *cons.* 182. *n.* 13. *vers. sed quid fortius.*
129 Generaliter igitur loquendo attendi debent diligenter pa-
cta inter locatorem, et conductorem conventa semper enim
memoriae retinendum in hujusmodi obligationibus id maxi-
me spectandum esse, quod inter utramque partem convenit,
ut habetur in *l. ea lege* 53. *in princ. ver. respondi*, *ff. lo-*
130 *cat.* et pacta habere vim legis Paris. *cons.* 79. *num.* 18. *lib.*
131 3. Decian. *cons.* 19. *num.* 9. *lib.* 4. late Becc. *cons.* 45. *n.*
25. *et seqq.* quatenus tamen sint licita, et honesta, nam pa-
cta in contractu locationis, et conductionis facta, debent esse
talia, alias eo ipso, quod sunt contra bonos mores, vel rei
turpis, non valent, nec habent efficaciam producendae actio-
nis, ut docuit Bald. *in l. si fidejussor.* 6. *num.* 2. *c. man-*
dat. et ibi Add. id comprobant, et tradit Jas. *in cons.* 45. *n.*
6. *lib.* 3.
132 Verum ubi sunt dubia verba locationis. et pactorum in ea
existentium debent intelligi secundum ipsius contractus na-
turam, ad eam enim recurrimus, quando dubitamus de inten-
tione partium Bald. *cons.* 182. *num.* 6. *lib.* 1. ubi verum di-
cit hoc esse, quando verba ipsa patiuntur talem restrictionem
Soccin. Sen. *cons.* 156. *num.* 18. *l.* 2. et his, aliisque relatis
133 Surd. *cons.* 36. *num.* 32. *et* 33. et dummodo verba inservire
possint naturae contractus, semper intelligi debent juxta il-
lam, quamvis proprius eorum significatus aliud importet, de-
bent enim verba servire naturae contractus, non natura ver-
bis *l. insulam* 6. *ff. de praescr. verb.* Alexan. *cons.* 40. *n.*
14. *vers. pro hoc facit lib.* 4. Roland. *cons.* 96. *n.* 39. *lib.* 1.
Seraphin. *decis.* 744. *n.* 6.
Et intelligenda sunt etiam juxta dispositionem juris com-
134 munis in quantum fieri potest, quando enim pactum non con-
trariatur juri, et concurrere cum illo potest, non facit cessare
ejus dispositionem *l.* 4. *§. si ex conventione*, *ff. de re judic.*
Bald. *cons.* 329. *col.* 2. *lib.* 1. Surd. *dict. cons.* 36. *n.* 34.
135 Menoch. *cons.* 128. *num.* 6. At quando pro una parte adest
vulgaris loquendi consuetudo, et pro alia dispositio juris,
tunc pactum in locatione existens, magis debet intelligi,
secundum vulgarem loquendi consuetudinem, quam se-
cundum jus commune, ut post Socc. Sen. tradit Mantic.
de tacit. lib. 5. *tit.* 7. *num.* 11. *post med. vers. caeterum
pactum.*
Sumenda quoque est interpretatio. ut inter conductorem,
136 et locatorem servetur aequalitas, Menoch. *cons.* 189. *num.*
2. Becc. *consil.* 45. *num.* 23. Baratt. *decis.* 295. *num.* 12.
sunt enim locator, et conductor correlativi, itaut dispositum
137 in uno, censeatur etiam dispositum in alio, ut late tradunt
Rol. *cons.* 69. *num.* 24. *et seqq. lib.* 4. Beccius *consil.* 45.
num. 22. Rimin. jun. *cons.* 650. *num.* 1. *et seqq.* qui ta-
138 men non loquuntur in pactis, sed in legibus, et statutis, et
contrarium in pactis, quod videlicet si loquantur tantum
de conductore non possint extendi, ut comprehendant etiam
locatorem, vel e contra dicendum erit, quia cautius agen-
dum est in extensione dispositionis conventionalis, quam
legalis, ut late in proposito firmat Gratian. *discept.* 740.
num. 24. *et plurib. seqq.*
139 Et sumenda etiam interpretatio, ne culpa unius ex contra-
hentibus alter damnum patiatur, Aretin. *cons.* 111. *num.* 6.
vers. sed tamen hoc non obstante, Menoch. *cons.* 128. *num.*
10. Ubi inter caeteros refert Cravett. qui etiam dicit evitan-
dam esse illam interpretationem, quae alter contrahentium
alteri detrimentum, et fraudem, et delusionem afferre pot-
est, et est regulare, ut facienda sit interpretatio, ne altera
140 pars remaneat decepta, Rot. *decis.* 88. *num.* 3. *p.* 2. *recent.*
et coram Gregor. *decis.* 126. *num.* 10. et pro eo, qui agit de
damno evitando *decis* 436. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*
141 Sumitur etiam interpretatio in contractu locationis a solito,
Barsatt. *cons.* 193. *num.* 4. et ab observantia subsecuta,
142 Menoch. *cons.* 189. *num.* 19 et si est dubium instrumentum
in una parte potest sumi declaratio ab alio, arg. *leg. utrum*,
ff. de petit. haered. et in terminis instrumenti locationis,
143 Menoch. *cons.* 128. *num.* 5. et quod ordo succedendi aper-
tius expressum in sequentibus lineis, praestet intellectum in
prima linea, ut pariformiter censeantur, Peregr. *cons.* 41.
num. 17. *lib.* 5.
144 Poterit etiam ad interpretationem locationis adhiberi ar-
gumentum a contrario sensu, puta si conventum fuit, quod
colonus non possit expelli si colat arbitrio boni viri, dici
poterit, quod ergo si non colat arbitrio boni viri expelli po-
terit, quia hoc argumentum etiam in contractibus sine dubio
locum habet, *l. inter socium*, *§. cum inter ff. de pact. dotal.*
et in terminis contractus locationis tradit Mantic. *de tacit.*
lib. 5. *tit.* 7. *n.* 17.
Denique quando ex omnibus praedictis, et aliis similibus 145
regulis non posset plene resolvi dubium occurrens, tunc
resolutio capienda esset potius contra locatorem, quam con-
tra conductorem, veteribus enim placuit pactionem obscu-
ram, vel ambiguam ei, qui locavit nocere, ut dicit text. *in l.*
veterib. 39. *ff. de pact.* et tradunt Menoch. *cons.* 1066. *num.*
15. Brun. *cons. feud.* 117. *num.* 132. Rosental. *de feud.*
lib. 1. *cap.* 6. *quaest.* 28. *num.* 2. *et* 3. Seraph. *decis.* 1362.
num. 8.
Et licet non desint etiam, qui videntur tenere contrariam
opinionem, ut Bald. *cons.* 249. *post med. vers. quod dicimus*
lib. 2. Pedroch. qui alios allegat *cons.* 36. *num.* 100. Beoin-
tend. *decis.* 52. *num.* 1. *post med.* tamen a praedicta non erit
regulariter recedendum, uti quae habet pro se textum expres-
sum *in d. l. veteribus*, et contrarii intelligendi erunt in
casibus particularibus, in quibus dicta regula limitatur, ut
infra.
Limitatur autem dicta regula pluribus modis, et signan- 146
ter primo si major verisimilitudo sit pro locatore, quia erit at-
tendenda, Jas. *in l. stipulationibus num.* 4. *ff. de verb. oblig.*
Menoch. *cons.* 450. *num.* 18. Becc. *cons.* 41. *num.* 29. Tiraq.
de revoc. donat. in praefat. num. 54. Rot. *decis.* 70. *num.*
16. *ad fin. par.* 2. *divers.*
Secundo limitatur, si adsint conjecturae indicantes, quod 147
voluntas contrahentium fuerit, prout fert interpretatio favo-
rabilis locatori, quia tunc ea amplectenda erit, Gabr. *cons.*
56. *num.* 15. *lib.* 2. Rauden. *cons.* 35. *num.* 114. *post. prin-
cip. lib.* 2.
Tertio limitatur, ut procedat quando agitur de augenda 148
obligatione, secus autem si non agatur de augenda, sed de ea
facienda magis transmissibili, ut dixit Bald. *cons.* 375. *num.*
3. *in fin. lib.* 4. Bellon. Sen. *cons.* 80. *num.* 10. Mantic. *de
tacit. lib.* 22. *tit.* 25. *num.* 11.
Quarto limitatur, ut non procedat si verba de quorum 149
interpretatione agitur sint prolata a conductore, quia tunc
contra eum interpretanda, non contra locatorem, Jas. *in l.*
stipulatio isto, *§. in stipulationibus num.* 4. *vers. tertio*,
ff. de verb. oblig. Bald. *cons.* 413. *num.* 3. *lib.* 5. Mantic. *de
tacit. lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 11. ubi licet contrarios quoque alle-
get, tamen in istam inclinat, quae videtur verior, quia text.
in d. l. veteribus, reddit rationem expressam, cur interpreta-
tio facienda sit in dubio contra locatorem, quia fuit in ejus
potestate legem apertius dicere, quae retorquetur in casu isto
contra conductorem, dum ipse loquutus est. At ubi non
apparet a quo verba sint pronunciata pactum contra locato-
rem, utique est intelligendum, Alciat. *cons.* 154. *num.* 10.
lib. 5. Mantic. *de tacit. dicto tit.* 7. *num.* 11. *post med.* ma-
xime si ipse locator in eis se fundet. Nam e contra quatenus 150
in eis se fundet conductor, contra eum facienda erit inter-
pretatio, ut voluit Jas. *cons.* 45. *num.* 7. *vers. praesertim
cum isti lib.* 3. cum aliis adductis per Caroc. *de locat. et
cond. sub titul. de verbor. signif. quaest.* 3. *num.* 2.
et 3.
Quinto limitatur, ut non propterea recedendum sit a 151
proprietate verborum, quae quatenus sit pro locatore, pro eo
facienda erit interpretatio, Beccius qui plura adducit *cons.*
41. *num.* 29.
Sexto limitatur in promissis a conductore, et stipulatis a 152
locatore, quia in stipulationibus omnimoda obscuritas vitiat
stipulationem, et ubi ita sint obscurae, ut interpretationem
patiantur, interpretatio fit pro promissore, *leg. stipulatio
ista* 33. *§. Alteri vers. in stipulationibus*. *ff. de pact. leg.
quidquid astringendae* 99. *in princip. ff. de verbor. obligat.*
Rimin. Jun. *instit. tit. de donat. in princip. sub num.* 453.
et seqq. et in terminis locationis firmat Surd. *cons.* 445.
num. 37.
Septimo limitatur favore ecclesiae, ut in dubio facienda 153
sit interpretatio pro ea, et praecipue ad hoc, ut quanto citius
res ad illam revertatur, Soccin. *in l. cum vir num.* 5. *vers.
item quod verba in dubio*, *ff. de cond. et demonst.* Corbul.
de caus. privat. ob lin. finitam num. 56. Rot. *decis.* 125.
num. 19. *vers quinto, et ultimo par.* 2. *divers.*

Pocioni

Locatio quando dicatur ad corpus, vel ad mensuram, et quid inde resultet, et quomodo, et quando facienda sit mensura.

SUMMARIUM.

1. Locatio an sit ad corpus, vel ad mensuram attenditur voluntas contrahentium etiam conjecturata.
2. Contrahentes voluisse locare ad mensuram conjectura praecipue est, quod inceperint explicare mentem suam a mensura, et e contra qui inceperunt a corpore sequitur voluisse locare ad mensuram.
3. Verbum primo expressum dicitur stare dispositive, et subsequentia demonstrative.
4. Ampl. ut praefata conjectura de se sufficiat.
5. Decl. amplationem procedere, nisi adsint conjecturae in contrarium.
6. Si dictum loco fondura centum jugerum, et deinde expressi sint fines, valde controversum est, an dicatur coeptum a mensura, vel a corpore.
7. Et verior, et receptior in dicto casu opinio est, quod inceptum sit a corpore.
8. Expressio corporis ad hoc, ut locatio sit ad corpus non est necessarium, quod sit perfecta, sed sufficit, quod partes coeperint ab eo explicare mentis conceptum.
9. Ampl. ut sufficiat esse inceptum a mensura etiamsi expressi sint fines.
10. Quid si dictum fuerit bona infrascripta, videlicet, jugera centum terrae sita in tali loco.
11. Mensurae expressio ad hoc, ut locatio dicatur ad mensuram debet esse certa, alias si addita sit dictio, *in circa*, conjectura valde diminuitur.
12. Idem si addita sit clausula, et *quantacumque* sit.
13. Mensura plures expresse magis urget ad demonstrandam locationem esse ad mensuram.
14. Mercedis expressio si sit in unica summa denotat locationem ad corpus, si autem distributa ad rationem mensurarum denotat locationem ad mensuram.
15. Et si soluta tota merces anticipatae, magis urget pro locatione ad corpus.
16. Mercedis solutio in unica summa cedit conjecturae deductae ex eo, quod partes coeperint explicare animum a mensura.
17. Mercedis distributio in singulas mensuras praevalet conjecturae deductae ex eo, quod partes coeperint explicare animum a corpore
18. Pretii quantitas si magis correspondeat corpori, quam mensurae arguit venditionem ad corpus.
19. Locatio aliorum bonorum expresse facta ad corpus arguit idem in aliis similibus.
20. Locatio ad dignoscendum, an facta ad corpus, vel ad mensuram attenduntur clausulae instrumenti.
21. Et attenduntur etiam aliae circumstantiae facti;
22. In dubio locatio censeri debet potius ad mensuram, quia inde minus praejudicium resultare potest.
23. Dubium non dicitur ex quo hinc inde adsunt auctoritates doctorum si ex una parte adest magis communis, et concurrunt meliores rationes.
24. Locatio facta ad corpus est pura, facta ad mensuram, est sub conditione, si mensura sequatur.
25. Decl. locationem ad mensuram ante mensurationem esse imperfectam, quo ad translationem dominii, et possessionis non autem, ut propterea recedi possit a contractu.
26. Traditio rei supplet defectum mensurae.
27. Decl. procedere in traditione actuali, non autem in ficta per clausulam constituti.
28. Conductione facta ad mensuram, non valet conductor ante mensurationem possessionem adipisci, etiam stante clausula constituti.
29. Et si adipiscatur committit spolium.
30. Mensurationem fuisse factam debet probari ab allegante, etiamsi possideat.
31. Possessio praesumi debet ex titulo, de quo constat potius quam spoliatione.
32. Possessio non praesumitur adepta de voluntate locatoris, quando locator non tenebatur eam tradere.
33. Locatione facta ad mensuram, locator non tenetur tradere rem ante mensurationem.
34. Locatione facta ad mensuram, etiamsi locator videat conductorem adipisci possessionem, non propterea censetur eam admisisse.
35. Lim. si conductor diu retinuerit possessionem.
36. Decl. ut non possit suspendi executio locationis ob mensurationem non factam, si conditio mensurandi non sit apposita suspensive, sed resolutive.
37. Locatione facta ad corpus, si quid ultra mensuram reperiatur in corpore comprehenditur in locatione absq; eo, quod conductor teneatur pensionem augere.
38. Demonstratio falsa non vitiat, nec alterat dispositionem.
39. Locatione facta ad mensuram, si major quantitas reperiatur, quam fuerit expressum, augenda proportionabiliter merces.
40. Locatione facta ad mensuram, si res sit minor expressa debet minui merces, at in locatione ad corpus est valde dubium.
41. Opinio tamen affirmativa, est verior, et communior.
42. Decl. non procedere, quod minuenda sit merces propter dictam minorem expressionem, si appareat mercedem conventam esse justam.
43. Decl. 2. non procedere, si mensura non fuit expressa praecise, sed cum dictione, *in circa*.
44. Decl. 3. non procedere, si appareat partes aliter sensisse.
45. Decl. 4. non procedere, si defectus sit modicus.
46. Decl. 5. non procedere, si quantitas enunciata fuit ab utraque parte et conductor esse poterat de ea informatus.
47. Ampl. conclusionem, ut locator exprimens majorem quantitatem bonorum, non solum teneatur restituere mercedem, sed etiam ad omnia damna.
48. Mensuratio si conventum sit, ut fiat certo tempore, non potest peti, ut fiat post illud.
49. Locupletari cum aliena jactura repugnat naturae, et nunquam permittitur.
50. Decl. mensurationem non posse peti post tempus praefixum, quando est injuncta uni parti, secus si utrique.
51. Decl. 2. procedere si conventum sit fieri mensurationem favore venditoris tantum, secus si utriusque.
52. Decl. 3. requiri, quod in pacto adsit clausula resolutiva.
53. Decl. 4. procedere, si sit appositus per viam conditionis.
54. Decl. 5. non posse peti mensurationem per viam actionis, secus autem implorando officium judicis.
55. Doctoris opinio in terminis loquentis a nemine reprobata haberi debet pro lege.
56. Officium judicis nunquam censetur sublatum, etiamsi remotum sit omne remedium.
57. Retrovenditio peti potest vigore pacti etiam post tempus in eo praefixum, si pretium non fuit justum.
58. Voluntas sine potestate nihil operatur.
59. Vendens ad effectum extinguendi debita, non potest liberalitate uti, et donare.
60. Decretum irritans inficit quidquid contra illud factum fuerit.
61. Idem est esse, quid certum ab initio, vel posse ex post facto certificari.
62. Vocatus ad fideicommissum etiam ante eventum conditionis agere potest ad defensionem bonorum;
63. Pacta prohibita quando non sunt contra substantiam contractus, vitiantur, et non vitiant.
64. Venditio rei fideicommissariae pro solvendis debitis fideicommittentis substinetur pro rata debitorum solutorum, et in alio corruit.
65. Mensurae tempus si praefixum sit uni ex contrahentibus, non prohibetur alter post illud mensuram petere.
66. Mensura, an peti possit post lapsum temporis praefixi, ut dignoscatur perpendenda sunt verba conventionis.
67. Mensura rei locatae, ubi nullum praefixum est tempus, in quo fieri debeat, peti potest infra sexaginta dies tantum.
68. Decl. procedere, si conventum de facienda mensura, alias si nihil de ea facienda dictum, quia tunc peti potest usque ad triginta annos.
69. Decl. 2. non procedere stante mala fide.
70. Decl. 3. non procedere, si ultra pactum de mensurando adsit etiam pactum de perpetuo observando contente in instrumento.
71. Decl. 4. non procedere, si dictum quod facienda sit mensuratio ad quamcumque partis petitionem, et quandocumque.
72. Decl. 5. ut non procedat, ubi pactum sit juratum.
73. Juramentum perpetuat actiones usque ad quadraginta annos.
74. Decl. 6. non procedere, si mensuratio petatur excipiendo.
75. Decl. 7. post mensurationem, si ex aliqua causa non fuit petita infra sexaginta dies.
76. Periti pro mensuratione facienda de consuetudine eliguntur a partibus, non dante judice.
77. In electione peritorum necessaria est citatio:
78. Et ubi pars est contumax eligit judex.
79. Relationi peritorum, ut stetur necesse est, quod constet de praecedenti eorum electione.
80. Electio peritorum non probatur per enunciativam eorumdem.
81. Periti, ut recte procedant requiritur citatio ad videndum fieri mensurationem.
82. Ampl. etiamsi praecesserit electio judicialis.
83. Periti, ut recte referant requiritur citatio ad videndum eos referre.
84. Decl. sustineri posse relationem absque dicta citatione, si aliae praecesserant.
85. Decl. 2. ut dicta citatio ad videndum referre possit etiam fieri ex post.
86. Periti in relatione debent reddere rationem, dicendo se mensurasse, seu fecisse mensurare.
87. Mensurandi praxis penes quos videri possit.
88. Viae vicinales existens in bonis locatis ad mensuram mensurari debent.
89. Via quando dicatur publica, et quando vicinalis relative.
90. Quidquid continetur intra fines expressos in venditione, seu locatione, mensurari debet.
91. Ripae, et aggeres fossata, et similia si non sunt publica mensurari debent.
92. In locatione omnia, quae sunt utilia sunt mensuranda.
93. Lim. si appareat de contraria voluntate, ex conjecturis, et circumstantiis.

CAPUT XXIV.

Inter difficultates, quae haberi solent in interpretatione locationis una praecipua esse solet in dignoscendo, an sit facta locatio rei ad corpus, vel ad mensuram, est enim disputatio non minus utilis, quam difficilis, adeo ut circa eam inter nostros doctores magna sit controversia, et summa dissensio, ut dicit Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *n.* 1. unde videtur de ea aliquid separatim dicendum hoc in capite, in quo etiam annectemus secundo loco, quid hoc importet, quod locatio sit facta ad mensuram, vel ad corpus, tertio quando facienda mensura, et quarto quomodo facienda.

Respectu autem primae inspectionis, an locatio sit ad corpus, vel ad mensuram, haec est materia, quae pendet a voluntate contrahentium, quae non solum expressa, et clare 1

attenditur, sed etiam verisimilis, et probata per indicia, et
conjecturas, Alexan. *cons.* 8. *num.* 8. *lib.* 4. Becc. qui alios
colligit *cons.* 133. *num.* 34. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17.
n. 26. *ad fin.* Rot. coram Gregor. *decis.* 104. *num.* 4. *et decis.* 128. *num.* 1. *et in recent. decis.* 73. *num.* 1. *par.* 2.
2 Praecipua autem conjectura, quod partes voluerint locare
potius ad mensuram, quam ad corpus, deduci solet ex eo,
quod inceperint explicare mentis conceptum a nominibus
denotantibus numerum, vel mensuram, uti si dictum, locavit centum jugera fundi tusculani, intra tales fines existentia;
prout e contra, praecipua conjectura, quod voluerint locare
ad corpus, et non ad mensuram ea erit, quod inceperint explicare mentis conceptum a corpore dicendo, locavit fundum
tusculanum intra tales fines existens centum jugerum, prout
ita distinguendo tenuit originaliter, Oldrad. *in cons.* 197. et
sequuti sunt Jo. Andr. *in addit. ad specul. de empt. et vend.*
§. sciendum est num. 73. Bald. *in rubr. c. de contrah. empt.*
num. 23. et post alios Gabr. *cons.* 64. *num.* 3. *et* 13. *lib.* 1.
Becc. *cons.* 133. *num.* 1. *et seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.*
17. *num.* 11. et 12. Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 28. *defin.* 3. Seraph. *decis.* 264. *num.* 6. *et decis.* 317. *num.* 4. *ad finem*, et
alii communiter, ut testatur Gregor. *decis.* 104. *num.* 2. ubi
3 Adden. aliam decisionem refert in terminis locationis, verbum enim primo expressum dicitur stare dispositive, et alia
subsequentia demonstrative tantum, ut explicat Rota coram
Merlino *decis.* 611. num. 9. *vers. Non obstat quod.*
4 Et talis conjectura est adeo valida, ut de se sufficiens reputetur ad dirimendum dubium praefatum. An locatio fuerit facta ad corpus, vel ad mensuram, ut patet ex praecitatis,
et aliis per eos relatis, et infra adducendis, quorum quam-
5 plures transeunt simpliciter cum dicta distinctione. At hoc
intelligi debet quatenus aliunde non appareat de contraria
voluntate contrahentium, quia ea attenditur, et adeo ut
etiam per alias contrarias conjecturas tantum recedatur a
dicta distinctione, Mand. *consil.* 184. *num.* 7. Alexan. *cons.*
8. *num.* 8. *lib.* 4. Neviz. *cons.* 38. *num.* 3. Becc. *consil.* 133.
num. 14.
Verum circa eamdem distinctionem, si prius expressum
sit corpus, postea addita mensura, et deinde expressi fines,
6 puta loco fundum centum jugerum, cui cohaerent Titius ab
uno, Sempronius ab alio, etc. valde controvertitur, quod
nam membrum ejusdem applicetur, et in hoc casu praevalere expressionem mensurae, et sic applicari primum membrum distinctionis, ut dicatur locatio facta ad mensuram
censuerunt, Abb. *in cap. per tuas num.* 9. *in fin. de locat.*
Soccin. Sen. *cons.* 32. *num.* 1. *in secundo casu lib.* 4. Dec.
cons. 347. *num.* 1. *vers. tertio responderi potest*, Mandell.
cons. 189. *num.* 5. Decian. *cons.* 113. *num.* 8. *lib.* 3. Rim.
Jun. *cons.* 448. *num.* 15. *et seqq. per tot.* Ludovic. *cons.*
130. *num.* 5. Boer. *decis.* 50. *num.* 5. Capyc. *decis.* 14.
num. 1.
7 Verum contrarium, quod immo applicetur in dicto casu
secundum membrum distinctionis praedictae, et sic dicatur
locatio ad corpus, censuit Castr. *in l.* 1. *circa fin. c. de peric. et com. rei venditae.* Alex. *consil.* 133. *num.* 5. *vers.*
praeterea etiam vol. 1. Socc. Jun. *cons.* 42. *num.* 10. *et*
seqq. vol. 2. Ruin. *cons.* 83. *per tot. lib.* 1. Paris. *cons.* 54.
num. 55. *et late seqq. lib.* 1. Bertran. *cons.* 180. *num.* 9. *lib.*
7. Barsatt. *cons.* 441. *num.* 22. Menoch. *cons.* 337. *num.* 7.
Caball. *cons.* 56. *num.* 1. *et seqq. lib.* 1. Gabr. *consil.* 67.
num. 17. ubi de communi *lib.* 2. Becc. *cons.* 133. *num.* 40.
ubi de veriori, et receptiori, Surd. *decis.* 64. num. 5. *et late seqq.* ubi de communi, et servanda Fab. *in cod. lib.* 4.
tit. 28. *defin.* 3. *post med.* ex quibus, et aliis per eosdem
relatis patet, hanc esse magis communiter receptam, et est
etiam magis conformis sensui, Oldradi *in d. cons.* 197. et
aliorum antiquorum ejus sequacium in dicta distinctione
communi, ex qua non requiritur ad hoc, ut censeatur locatio ad corpus, quod expressum sit primo perfecte corpus,
sed dicunt, tunc esse ad corpus, quando partes incipiunt
8 explicare mentis conceptum a corpore, et satis incepisse videntur, dum dicunt fundum, vel praedium, ut bene etiam
advertit Surd. *decis.* 64. *num.* 5. *vers. hanc ego partem*,
ubi et aliter comprobat, omnibusque rationibus contrariae
opinionis eleganter respondet.
9 Ex praedictis datur intelligi, quod si non sit expressum
corpus, sed sola mensura, licet postea expressi sint fines,
itaut videatur totum illud, quod est intra eos fines locatum,
adhuc locatio censetur ad mensuram, cessante tunc ratione supradicta, quod inceptum sit a corpore, ut sensit
Becc. *cons.* 133. *num.* 2. Covar. *pract. quaest. cap.* 3.
num. 3.
Si autem dictum sit locavit bona infrascripta, videlicet 10
jugera centum terrae sita *in tali loco*, videbatur satis dubitabile, an adhuc dici posset inceptum a corpore, vel ne, et
Becc. *in dicto cons.* 133. adducit primo plura argumenta
pro negative, ac deinde *sub num.* 9. *vers. Ego vero*, ait,
quod omnibus diligentiori studio, ac exactiori cura perpensis, contrariam sententiam tamquam veriorem, ac contrahentium voluntati magis consonam amplectendam censuit,
quam postea late comprobat, et contrariis argumentis respondet, et licet aliis rationibus, et conjecturis utatur in
caso illo concurrentibus, tamen conclusionem etiam in puris
terminis praedictis primo firmat, et ultra alios plures, quos
adducit advertit etiam *sub* num. 11. quod ipse Oldradus,
quem omnes sequuntur *in praedicto cons.* 197. videtur eam
probare, dum loquitur de donatione, in qua dictum erat,
dedit, et concessit sequentem terram insulam, quae est juxta loca episcopalia a parte meridiei, quatenus intra vias
publicas comprehenditur, quae habet bracchiatas quinquaginta in longum, et quindecim in largum, etc. et concludit incipere a corpore, et esse propterea ad corpus, dicit enim
Beccius, verba haec, *sequentem terram insulam*, esse generalia, et ampla, et non dissimilia ab illis, *bona infrascripta*,
sed vere in caso Oldradi partes addiderant illa alia verba, *quae*
est juxta loca, etc. quae magis explicant corpus, unde quatenus alia non concurrerent, posset dubitari de decisione
Beccii, quia verba illa, *bona infrascripta*, sunt nimis generalia, et vaga, et referri possunt ad mensuras immediate expressas, et ideo non possunt operari, locationem esse ad
corpus, nam adhoc, ut sit ad corpus necesse est, ut de corpore fiat mentio sub modo magis certo, et determinato, ut
late tradit Mandell. *cons.* 189. *num.* 5.
Sic e contra, in expressione mensurae non potest fieri validum fundamentum, nisi quatenus sit certa, et determinata, 11
adeo ut si post expressionem mensurae in certa summa addita sit dictio, *in circa*, valde minuetur conjecturae valor,
Rot. coram Gregor. *decis.* 128. *num.* 4. et probat etiam late
Becc. *d. cons.* 133. *num.* 16. *et seqq.* et multo magis ubi addita esset clausula, *et quantacumque sit*, et idem Gregor. 12
decis. 168. *num.* 1. et ibi Adden. vel si dictum esset cum
omnibus, et singulis, quae intra confines expressos continentur, Paris. *cons.* 64. *num.* 34. *et seqq. lib.* 1. Becc. qui alios
cumulat *d. cons.* 133. *num.* 24.
E contra si mensura esset pluries repetita magis demon- 13
straret partes voluisse ad mensuram locare, uti si post factam
mentionem fundi, et ejus mensurae in genere, idest in tota
summa, devenirent partes ad expressionem particularem petiarum terrae, ex quibus consistit fundus, et tota summa
mensurae jam dictae, et in tali expressione adderent etiam
mensuram cujuslibet petiae, tunc enim, propter repetitionem mensurae, arguitur locatio facta ad mensuram, non
obstante quod inceptum fuerit ab expressione corporis, Dec.
in cons. 500. *col.* 1. *in fin. vers. et idem repetit*, *et num.*
13. *versic. et quia si venditio facta*, Mandell. *consil.* 189.
num. 6.
Alia conjectura sumitur ab expressione mercedis distin- 14
guendo pariter, ut si constituta merces in unica summa
censeatur locatio ad corpus, si autem distributa ad rationem
mensurarum, puta si dictum ad rationem scutorum decem
pro quolibet jugero, censeatur locatio ad mensuram, Bart.
in l. Julianus, *§. si Titius sub num.* 1. *ff. de act. empt.*
Salycet. *in l.* 2. *sub* num. 3. *cod. de contr. empt.* Becc. *cons.*
13. num. 6. *et cons.* 133. *num.* 20. Gratian. *decis. marck.*
191. *num.* 1. *vers. et quando*, Put. *decis.* 339. *lib.* 2. Gregor. *decis.* 104. *num.* 3. et facilius procedet hinc desumi lo- 15
cationem factam ad corpus, si soluta merces pro toto tempore anticipate, Gregor. *decis.* 128. *num.* 3. *in recent. decis.* 73. *num.* 2. *par.* 1.
Verum animadvertendum, quod in praedicta distinctione adest discrimen inter unum, et aliud ejus membrum,
nam respectu primi, quod ex constitutione mercedis in uni- 16
ca summa arguatur locatio ad corpus, conjectura minus urget, quam e contra si constituta ad rationem mensurarum,
adeo ut prima deducta ex unica summa concurrens cum illa, quae deducitur ex eo, quod partes coeperint explicare
animum suum a mensura, ei cedat, et locatio dicatur adhuc
ad mensuram, Mandell. *cons.* 189. *num.* 3. At secunda de- 17
ducta ex distributione mercedis in singulas mensuras praevalet ei, quae deducitur, ex quo partes incoeperint explicare

animum anim o corpore, adeo ut ea non obstante, faciat censeri locationem ad mensuram, ut probat text. *in l. qui fundum vendebat* 40. *§. qui agrum, ff. de contrah. empt.* Mandell. *d. cons.* 189. *num.* 2. et in terminis venditionis unius possessionis tornaturarum 118. infra talia confinia pretio duodecim librarum pro qualibet tornatura, constituen. in totum summam centum decem ducatorum, quod sit ad mensuram absque difficultate, propter illa verba ad rationem duodecim librarum pro qualibet tornatura, dixit Rota coram Puteo *decis.* 339. *par.* 2. ubi quod licet dum dictum erat, vendo tibi talem possessionem centum tornaturarum infra talia confinia pro tanto pretio, Dec. *cons.* 500. Curt. Jun. *cons.* 131. consuluerint venditionem esse ad mensuram, et contrarium, quod esset ad corpus consuluerint, Paris. *cons.* 64. *lib.* 1. et Socc. Jun. *cons.* 42. *lib.* 2. tamen si in eorum casu fuissent dicta verba, ad rationem librarum duodecim pro tornatura, isti docti viri non ita inter se certassent.

18 Praeterea pretium consideratur ultra modum praedictum, etiam respectu quantitatis, ex qua pariter arguitur, quid actum in hoc proposito, puta si magis correspondet toti corpori, quam mensurae expressae, arguitur facta locatio ad corpus, et e contra, Corn. *cons.* 59. *num.* 4. *lib.* 4. Decian. *consil.* 44. *num.* 14. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 27. Afflict. *decis.* 68. *num.* 2.

19 Facit etiam conjecturam, quod idem dominus alia bona vicino locaverit magis aperto, vel ad corpus, vel ad mensuram, censetur enim, et eodem modo locasse illa, de quibus agitur, quando eorum locationis verba sint dubia, Decian. *cons.* 44. *num.* 15. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 30. et operari etiam aliquid posset consuetudo regionis locandi ad corpus, et non ad mensuram, vel e contra, Pinell. *in l.* 2. *par.* 3. *cap.* 2. *num.* 9. *c. de rescin. vendit.* quatenus praesertim adsit consuetudo in fundis ejusdem qualitatis, ut per Mantic. *de tac. d. tit.* 17. *num.* 28. *et* 29.

20 Et quaelibet clausula in instrumento apposita, potest praebere conjecturam voluntatis contrahentium in hoc proposito, et ideo omnes diligenter perpendi debent, Pinell. *in l.* 2. *par.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. *c. de resc. vend.* Socc. Jun. *cons.* 42. *num.* 18. *lib.* 2. Paris. *consil.* 64. *num.* 28. *et* 34. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. d. tit.* 17. *num.* 31.

21 Prout etiam ex qualibet facti circumstantia apta indicare mentem contrahentium uno, vel alio modo contrahendi, sumi potest conjectura, quod locatio sit facta potius ad corpus, quam ad mensuram, vel e contra, ut concludit Mantic. *de tacit. d. tit.* 17. *in fin.* ex quibus propterea conjecturis, et aliis per eumdem Manticam, caeterosque supracitatos ponderatis, debitur intelligi, quid actum sit, et quatenus res
22 adhuc dubia videatur, in tali dubio sumenda erit interpretatio, quod locatio facta fuerit ad mensuram, quia inde resultare potest minus praejudicium utriq; parti, et ideo est interpretatio benignior, ut advertit Dec. *consil.* 500. *num.* 13. *vers. et cum venditio*, et post eum Mandell. *cons.* 189. *num.* 8. eoque magis si ita praetendat conductor, nam applicaretur alia regula, quod in dubio sumenda sit interpretatio contra locatorem, ut quod facienda sit contra venditorem in hoc proposito, tradit Anan. *cons.* 98. *in fine*, et aliis
23 pluribus relat. Becc. *consil.* 133. *num.* 36. Advertendo tamen, quod non potest dici res dubia, ex quo adsint pro utraque parte auctoritates doctorum, si pro una adsint magis communis, et concurrunt meliores rationes, Surd. *decis.* 64. *num.* 10. *vers. demum. tunc.*

24 Deveniendo autem ad aliam inspectionem, quid importet, quod locatio sit facta potius ad mensuram, quam ad corpus, primo importat, quod ubi est facta ad corpus est pura, si vero est facta ad mensuram reputatur conditionalis, sub ea videlicet conditione contracta, si mensura sequatur, ita ut antequam fiat mensuratio non dicatur locatio perfecta, *l. quod saepe* 35. *§. in iis, ff. de contr. empt.* Bart. *in cons.* 121. *num.* 1. ubi quod licet *d. l.* loquatur de consistentibus in pondere, numero, et mensura, tamen procedit etiam in aliis, Alexan. *cons.* 90. *num.* 4. *lib.* 5. Natt. *cons.* 263. *num.* 1. cum aliis cumulatis per Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 2. quibus addo Surd. *cons.* 366. *num.* 20. Becc. *cons.* 13. *num.* 6. Fachin. *cons.* 66. *num.* 11. *lib.* 2. Bellon. Jun. *cons.* 42. *num.* 10. Batz. *decis.* 49. *num.* 31. *et seqq.* Gratian. *decis. march.* 191. *num.* 1.

25 Verum quod dicitur, locationem esse imperfectam ante mensurationem intelligitur, quoad translationem dominii, seu possessionis, et quoad periculum rei in casibus, in quibus dominium transfertur, non autem quoad effectum, ut recedi possit a contractu, quia quoad hoc non relevat dicta conditio, Gloss. *in l. g. necessario, §. quod si pendente ver. si ita res, ff de peric. et comm. rei vend.* Bero *cons.* 159. *num.* 8. ubi de commun. *lib.* 1. Mandell. *cons.* 729. *num.* 6. *et* 7. Ceph. *cons.* 643. *num.* 10. Corarr. *pract. cap.* 3. *num.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 5. Surd. *decis.* 64. *num.* 13. et ibi Hodiern. *num.* 2.

Praeterea quod locatio sit ad mensuram in nihilo suspen- 26
dit contractum, et ejus effectus, si res sit tradita, quia traditio supplet defectum mensurae, Cephal. *cons.* 643. *num.* 3. *et* 6. Mantic. *de tac. lib.* 4. *tit.* 17. *num.* 8. Thesaur. *decis.* 198. *n.* 8. Rot. coram Seraph. *decis.* 264. *num.* 9. quod 27
tamen procedit in traditione actuali, non autem in ficta per clausulam constituti, Bart. *cons.* 74. *num.* 2. *ad fin. lib.* 1. Paris. *cons.* 59. *num.* 10 *et seqq. et num.* 17. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. dict. tit.* 17. *num.* 3. *et* 4. ubi alios refert. Adeo ut neque valeat conductor cum clausula constituti ante mensurationem possessionem ingredi, Natt. *cons.* 263. *num* 1. 28
et seqq. Gratian. *decis. march.* 191. *num.* 1. *in fin. et* 2. Hodior. ad Surd. *decis.* 64. *num.* 5. et quatenus ingrediatur committat spolium, et competat adversus eum remedium, *cap. reintegranda* 3. *q.* 1. ut tradunt Becc. *cons.* 13. *num.* 7. *et seqq.* Gratian. *d. decis.* 191. *num.* 5. Hodiern. *ubi* 29
proxime, neque ad hoc locatori obstat juramentum, Natt. *d. cons.* 263. *num.* 6. *vers. secundo concludo.*

Verum si conductor reperiatur in possessione, et locator alleget spolium, ex quo ille ingressus fuerit absque praecedenti mensuratione, ipsi incumbit onus probandi secundum Seraph. *decis.* 264. *n.* 10. *et* 11. quod tamen patitur difficultatem, si intelligatur de probatione, quod conditio mensurandi non fuerit impleta, prout ipse expresse loquitur, nam ratio, quam adducit est, quod etiam ex contractu conditionali transferatur possessio, quae sub conditione tradi potest per Tiraq. *de constit. p.* 2. *limit.* 17. at hinc sequi- 30
tur, quod licet locatio fuerit sub conditione mensorationis, adhuc potuerit tradi possessio, et non sequitur, quod fuerit facta mensuratio, quae dum reddit locationem conditionalem, debet probari facta ab allegante, ut in specie dicit Grat. *d. decis. march.* 191. *num.* 4. Unde potius attentari posset, 31
quod locatori incumbat onus probandi, quod conductor propria auctoritate ingressus fuerit, ex quo possessio praesumi debeat ex titulo, de quo constat, dum est habilis ad eam transferendam, et de voluntate titulum concedentis, potius quam spoliativa, et violenta, Bald. *in l.* 2. *n.* 1. *c. de acquir. poss.* Angel. *in l. quaedam mulier, ff. de rei vind.* cum aliis cumulat per Becc. *cons.* 6. *num.* 8. *et seqq.*

At vere etiam haec praesumptio, quod possessio, hoc casu 32
fuerit adepta de voluntate locatoris non est tuta, quia tunc procedit, cum ille, qui titulum concessit, possessionem tenebatur tradere, et ideo non applicatur in proposito, ubi stante 33
locatione ad mensuram, non tenetur locator ante mensurationem factam, possessionem tradere Cagnol. *in l.* 2. *num.* 173. *vers. limito quarto, c. de pact. inter empt. et vendit.* Ruin. *cons.* 137. *num.* 11. *vers. Nec obstat allegata lib.* 1. Nevizan. *cons.* 37. *num.* 18. Surd. *cons.* 221. *num.* 47. Becc. *cons.* 13. *ad fin.*

Imo etiam si constaret locatorem scivisse, et passum fuisse
conductorem esse in possessione, adhuc neque relevaret, itaque eadem ratione, quia tunc scientia, et patientia locatoris, 34
quod conductor possessionem adipiscatur, habet vim traditionis, cum locator tenetur tradere, et ideo non in praedicto casu mensurationis non factae, Alex. *cons.* 33. *n.* 6. *lib.* 6. et Gratian. *decis. March.* 191. *n.* 8. Rot. *decis.* 215. *sub n.* 10. *post Posth de manut.* licet in hoc contrarium sentiat Hodier. ad Surd. *decis.* 64. *n.* 6.

Unde nec mensurationis, nec traditionis praesumptio alle- 35
gari potest per eum, qui conduxit ad mensuram, et repertus in possessione rei, quod tamen bene limitari posse videtur, nisi possessio fuisset continuata per longum tempus habile ad inducendam similem praesumptionem, prout censuit Rota *in d. decis.* Seraph. 264. *n.* 12. quae ex hoc capite sustineri potuit.

Conclusio autem principalis supradicta, quod locatio ad 36
mensuram sit conditionalis, itaut ejus vigore agi non possit ante mensurationem, limitatur etiam ulterius, ut non procedat si conditio mensurandi non sit apposita suspensive, sed resolutive, puta si dictum loco fundum, qui est quinquaginta jugerum ad rationem scuti unius pro quolibet jugero, cum pacto mensurandi, et reficiendi hinc inde, quod plus, vel

minus repertum fuerit esse, hoc enim casu non potest suspendi executio locationis sub praetextu mensurationis non factae, quia dicitur certa, et liquida in summa illa quinquaginta jugerum, et merces in correspondenti summa per solum calculum arithmeticum est certa, donec contrarium per mensurationem postea faciendam probatum fuerit, Cephal. *cons.* 643. n. 11. *ad med. et seqq.* Giovagn. *cons.* 71. *num.* 19. *vers. si verum contractus lib.* 2. Vincent. de Franch. *decis.* 292. *per tot.* ubi quod prima vice fuit pro majori parte contrarium resolutum pro conductore, qui conventus allegabat instrumentum non esse liquidum, sed postea contrarium conclusum, Manent. *dec.* 66. *n.* 12. Rot. *decis.* 576. *n.* 25. *par.* 5. *recent.* et late etiam distinguendo explicat Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *n.* 6. *vers. praeterea quod dictum et* 7.

37 Alius effectus, qui resultat ex eo, quod locatio sit potius ad corpus, quam ad mensuram est, ut si reperiatur corpus continere quid ultra mensuram expressam, id etiam comprehendatur in locatione absque eo, quod conductor teneatur augere mercedem in certa summa conventam, Bald. *in rubr. c. de contrah. empt. n.* 23. *vers. an expliciant conceptum*, Decian. *cons.* 22. *n.* 66. *lib.* 4. Gall. *cons.* 126. *n.* 12. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *n.* 8. Cyriac. *contr.* 53. *n.* 7. ubi neminem contradicere Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 28. *defin.* 3. *glos.* 8. Surd. *decis.* 64. *n.* 14. ubi de receptissima, et ratio est, quia ut diximus supra, mensura stat demonstrative, ubi locatio est ad corpus, et sic intrat regula, quod
38 demonstratio falsa non vitiat, nec alterat dispositionem cui adjicitur, ut tradunt praecitati, et signanter Decian. *d. cons.* 22. *n* 66. Surd. *d. decis.* 64. *n.* 14. *ad fin. vers. et hujus partis*, unde sequitur, quod aliud dicendum sit, ubi locatio est ad mensuram, quia tunc cum mensura stet dispositive, major quantitas non potest venire in dispositione absque eo, quod dispositio ipsa alteretur, et sic reficiendum est pro portionatum pretium, seu augenda proportionabiliter mer-
39 ces, Castr. *in l. si servum* 4. *§. si modus*, *ff. de act. empt* Gabr. *cons.* 14. *n.* 1. *et seqq. lib.* 2. Mantic. *d. tit.* 17. *n.* 9. Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 28. *defcet.* 24. at sentiunt etiam alii praecitati.

40 At praedicta bene procedunt in dicto casu, ubi videlicet mensura est major, quam sit expressa, at in casu contrario, ubi videlicet mensura est minor, tunc si locatio est ad mensuram, utique clarum est, quod minui debet merces, at e contra si sit ad corpus, an et tunc debeat suppleri res, aut minui merces, vel non, magna est inter nostros doctores controversia, ut dicit Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 17. *n.* 10. et patet ex rationibus, et auctoritatibus hinc inde late adductis signanter per Surd. *decis.* 64. *a num.* 15. *ad* 27. at verior videtur locatorem teneri praestare mensuram enunciatam, aut minuere proportionabiliter mercedem, praesumitur enim rei suae, quam locat qualitates notas habere, et non debet admitti, quod decipiat conductorem enunciando mensuram majorem, et probatur haec opinio per text. *in l. si duorum* 42. *alias* 43. *de act. empt.* in illis verbis. *Nec enim id quod amplius in modo agri invenitur, quam alioqui dictum est ad compendium venditoris, sed emptoris pertinet, et tunc tenetur venditor cum minor modus invenitur*, ex quibus verbis manifeste habetur differentia inter istum casum expressa majoris quantitatis, et praecedentem contrarium, et probatur etiam in *l. si venditor hominis* 39. *in princip. ff. eodem*, ubi habetur, quod si peculium servi fuerit minus expresso in venditione, tenetur venditor, et in aliis juribus adductis per Surd. *ubi supra*, qui aperte in hanc partem inclinat respondendo rationibus contrariis, et ultra antiquiores late adductos per eumdem *n.* 15. hanc opinionem firmat etiam Ludovic. *cons.* 130. *n.* 5. *et seqq.* Caball. *cons.* 165. *n.* 17. *et seqq. lib.* 1. Cyriac. *controv.* 53. *n.* 12. *et seqq.* Fachin. *contr. lib.* 2. *cap.* 27. *prope fin.* ubi etiam refert verba *d. l. si duorum* supra relata, et sibi magis placere dicit etiam Mantic. *d. tit.* 17. *n.* 19. *vers. prior autem*, ubi etiam late adducit rationes, et sensit Rot. coram Durano. *decis.* 395. *n.* 2.

Contrariam tamen opinionem tenuerunt quamplures relati per Surd. *d. decis.* 64. *n.* 21. et per Cyriac. *d. contr.* 53. *n.* 10. et ultra eos tenuisse videtur Rot. coram Gregor. *decis.* 104. *num.* 1. *et* 2. et apertius in Romana Vineae 1. decembris 1634. *§. quia quamvis sit coram Pirovano*, quae habetur impressa post Zacchiam *de oblig. cam.* 201. *n.* 4. ubi etiamsi contractus, in quo expressa sit major men-
41 sura sit juratus, et veriorem dicit, At a prima, quae ex praecitatis deprehenditur verior, et magis communis, non videtur recedendum, doctores enim contrarii late refelluntur per eumdem Surd. et Cyriac. et alios praecitatos, et Rota in praedictis duabus decisionibus, non bene rationibus, aut auctoritatibus firmat.

Posset tamen servari praedicta secunda opinio, quando 42
constaret mercedem conventam esse justam pro quantitate bonorum, licet eadem quantitas sit minor mensura expressa, quia tunc patet, conductorem non fuisse deceptum per expressionem mensurae, sed potius, quod remaneret deceptus locator, si deberet supplere, et ideo debet etiam ejus favore procedere regula illa, quod demonstratio falsa, non vitiet, neque alteret dispositionem, cui adjicitur, ut consideravit Corn. *cons.* 59. *n.* 4. *vers. maxime dicendum lib.* 4. Cabal. *cons.* 165. *n.* 20. *et* 21. *lib.* 1. Duran. *d. decis.* 395. *n.* 2. et in eadem causa Rota in dicta decis. Romanae Vineae 1. decembris 1634. *§. quia quamvis coram Pirovano.* post Zacch. *de oblig. cam. decis.* 201. *n.* 4. ubi habetur, quod indubitanter visum fuit sequendum praedictam secundam opinionem, quia eo casu concurrebat haec circumstantia, quod aestimatio vineae correspondebat pretio convento.

Secundo posset procedere dicta secunda opinio, quod non 43
teneatur locator supplere, vel diminuere mercedem, quando mensura major non esset praecise expressa, uti quia non dictum esset quinquaginta jugera simpliciter, sed addita verba, *in circa*, quia tunc expressio verificatur, etiam si mensura sit minor, dummodo in modico, Corn. *d. consil.* 59. *n.* 5. *vers. secundum quod lib.* 4. ubi etiam explicat quomodo intelligatur, quid modicum, Surd. *decis.* 64. *n.* 28. *prope med.*

Tertio posset procedere, si aliunde appareret partes sen- 44
sisse solvendum summam expressam, licet mensura deficeret, quia earum voluntas est attendenda in hoc proposito etiam per solas conjecturas, et circumstantias deprehensa, Joan. de Anan. *cons.* 98 *per tot.* Caball. *consil.* 165. n. 24. *lib.* 1. Surd. *decis.* 64. *n.* 28.

Quarto posset procedere, si defectus esset modicus, quia 45
modicus defectus non attenditur in hoc proposito, sed solum summa alicujus considerationis, Pinell. in *l.* 2. *part.* 3. *c.* 2. *n.* 9. *vers. mihi vero, c. de resc. vend.* Covar. *pract. cap.* 3. *sub n.* 7. *vers. undecimo*, Mantic. *de tac. lib.* 4. *tit.* 17. *n* 33. Cyriac. *contr.* 54. *n.* 27. imo fortius, quod modicus defectus, vel excessus non attendatur, etiam si locatio, seu venditio sit ad mensuram, Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 28. *defin.* 4. *vers. non si a mensura*, et e contra, quod excessus magnus attendatur, quamvis post mensuram expressam additum sit, et quantacumque sit, et quod plus, et minus cederet commodo, et incommodo emptoris, seu conductoris, quia et haec verba referri possint etiam ad quid modicum, et ideo ita intelligenda ne laedatur aequitas late firmare praetendit, Cyriac. *controv*, 53. *n.* 23. *vers. nec obstant, et seqq.*

Quinto etiam procedere posset dicta posterior opinio, quan- 46
do non appareret enunciata quantitas major a solo locatore, et concurreret, quod conductor esset verisimiliter bene informatus de quantitate rei, uti quia fuisset ejus laborator, vel quid simile, tunc enim cessaret praesumptio, quod mutua fuisset ita contrahere per illam assertionem locatoris, quodque remanserit deceptus, et ideo non esset illi succurrendum, sed servanda regula, quod demonstratio falsa non alteret, Corn. *dict. cons.* 59. *n.* 4. *ad fin. lib.* 4.

Ampliatur autem dicta opinio communis contra locatorem, 47
qui expressit mensuram majorem, quam in veritate esset, ut non solum teneatur locator restituere mercedem, quatenus eam receperit, seu illam minuere, quatenus adhuc eam non receperit pro rata mensurae deficientis, sed etiam ubi scienter expresserit majorem mensuram teneatur ad interesse conductori, Gabr. *cons.* 64. *n.* 15. *lib.* 2.

Quoad tertiam inspectionem, quando facienda sit mensu- 48
ra, quatenus in actu locationis fuerit praefixum tempus certum mensurationi faciendae, tunc facienda erit intra illud, et eo elapso amplius peti non potest, *leg. qui fundum* 51. *in princip. ff. de contrah. empt.* plenissime Giovagnon. *resp.* 71. *n.* 2. *et seqq. lib.* 1. Antonell. *de temp. leg. lib.* 2. *cap* 67. *n.* 94.

Verum in quadam causa ratione rei, et personarum gravi scripsi, et fuit judicatum pro mensuratione facienda dicebam autem.

Mensuratio videtur facienda ad hoc, ut si emptor, plus habuit, quam solvit, prout habuisse datus fuit magnus fumus, suppleat, ut fuit expresse conventum, et non locupletatur cum 49

Pacioni

38

aliena jactura, quod uti repugnans juri naturae, nunquam
permittitur, *l. nam hoc natura* 14. *ff. de condict. indebit,*
l. jure naturae 207. *ff. de reg. jur.*

Neque obstat, quod in instrumento dictum fuerit, men-
surationem fieri debere per totum mensem novembris, et
ideo eo elapso non possit amplius peti, juxta text. *in l. qui*
fundum. ff. de contrah. empt. Giocagnon. *cons.* 71. *n.* 2.
et seqq. lib. 1.

50 Quia text. *in dicta l. qui fundum*, ex quo moventur Gio-
vagn. et alii ex adverso adducti, non applicatur casui no-
stro ex pluribus, et primo, quia ibi injunctum fuerat onus re-
nunciandi veram quantitatem fundi soli emptori, hic autem
aestimatio erat facienda per peritos communiter eligendos,
et communi impensa, et ideo non potest eodem modo im-
putari uni, praesertimque venditori rem in manibus non ha-
benti, si aestimatio non fuit intra tempus praefixum facta,
prout imputari poterat ibi emptori, ut de se patet, et in
specie, quod ubi quid faciendum est ab utraq; parte simul,
non obstat uni lapsus temporis praefixi, nisi alter intra
tempus interpellaverit. et se paratum obtulerit, Ruin. *con-*
sil. 155. *numero* 14. *lib.* 5. Gabr. *de solut. conclus.* 9. *nu-*
mero 40.

51 Secundo, quia ibi pactum erat ad favorem solius venditoris,
hic autem respicit favorem utriusque, quia dicitur, quod
si facta mensuratione reperiretur casale minoris, vel majoris
quantitatis quam sit venditum, deberet pretium minui, vel
augeri, unde non potest opponi venditori, quod non implece-
rit praesertim ad effectum incurrendi amissionem pretii il-
lius partis, quae non fuit soluta, prout in puncto similis pa-
cti de mensurando bene distinguit Dec. *cons.* 452. *n.* 10.
vers. unde primo, et eum sequitur Bursatt. *consil.* 184. *n.*
53. *vers. secundo, ubi pactum.*

52 Tertio, quia in dicto textu expresse conventum fuerat,
quod si ante eam diem emptor non renunciasset, fides ven-
ditoris soluta esset, idest non teneretur amplius emptori quod
in casu nostro dictum non fuit, et debet esse dictum, ad hoc
ut quis post terminum praefixum non audiatur, juxta doctri-
nam Innocentii *in cap. cum in tuo* 6. *post princip. qui*
matr. accus. poss. Thesaur. *decis.* 260. *n.* 2. *versic. secun-*
do quia.

53 Et licet contrarium sentiat in proposito Giocagn. *dict.*
cons. 71. *n.* 12. tamen ejus opinio procedere potest, ubi
prout in casu dictae legis, terminus appositus erat per viam
conditionis, ut supra, secus autem, ubi prout in casu nostro,
non fuit conditionaliter appositus, ut distinguit Thesaur. *d.*
decis. 260. *n.* 6. *vers. ad secundum.*

54 Praeterea Giovagn. et alii exadverso adducti possunt intel-
ligi, ut elapso tempore praefixo non competat amplius actio,
st ubi non competat actio, adhuc bene potest venditor im-
plorare officium judicis, ne emptor cum sua jactura locuple-
tetur, ut firmat Bim. *cons.* 148. *n.* 28. qui cum loquatur in
55 terminis, et non reperiatur aliquis, qui hanc distinctionem
inter actionem, et officium judicis in proposito tangat, et
eam reprobet. debet haberi pro lege, Surd. *cons.* 379. *n.*
23 Gratian. *discept.* 282. *n.* 19.

56 Fortius, quia quod nunquam censeatur sublatum officium
judicis, etiam ubicumque est remotum omne remedium, est
conclusio communis. ut dicit, et pluribus cumulatis osten-
dit Becc. *cons.* 12. *n.* 76.

Et ulterius Bim. comprobat non nocere lapsum temporis,
ad hoc ut emptor possit evitare mensurationem, et solutio-
nem illius partis, quam non solvit, et sic locupletari cum
jactura venditoris, per plura similia, quibus unum addo de
pacto redimendi, nam licet regulariter, ubi in eo praefixum
est tempus certum, ipso elapso non possit venditor petere
retrovenditionem, secus tamen est, ubi emptor locupletare-
57 tur cum ejus jactura, quia videlicet non fuit in venditione
constitutum justum pretium, quia tunc lapsus temporis prae-
fixi non nocet, ut plene firmat Soccio. Jun. *cons.* 104. *n.* 3.
lib. 3. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 31. *n.* 40. Ginrb. *decis.*
58. *n.* 2. ubi de comm. Adden. ad Gregor. *decis.* 559. *n.*
8. *vers. quod tamen non procedit.*

Verum tollitur ulterius omnis difficultas, quia ratio opi-
nionis, quod lapso tempore non possit amplius peti mensu-
ratio, ea est, quia censetur, venditorem noluisse mensuram
fieri posse, ut dicit Giovagn. *d. cons.* 71. *n.* 17. *vers. nec pot-*
est tunc considerari, et sic supponit in eo potentiam remit-
tendi, facultatem mensurandi, et condonandi pretium illius
58 partis rei, quae non fuit soluta, alias enim sola voluntas si-
ne potestate nihil operatur, et in consideratione non habe-
tur, Dec. *cons.* 198. *n.* 3. *vers. nam in quolibet actu*, Va-
lenzuel, *consil.* 55. *n.* 25.

In casu autem nostro in D. Christophoro venditore deerat 59
potestas remittendi partem pretii casalis emptori cum vendi-
tio fuerit ei permissa a Papa ad effectum extinguendi mon-
tem, non autem ad effectum utendi liberalitate, et condonan-
di partem pretii emptori, et maxime dum in ipsa licentia a-
derat decretum irritans, quod inficit quidquid secus factum 60
fuerit ab ipso initio *decis.* 45. *n.* 5. *et decis.* 149. *n.* 2. *par.*
2. *divers. et decis.* 142. *n.* 4. *ad med. part.* 2. *recent.*

Nec dicatur, quod de tempore venditionis incertum esset
non fuisse solutum totum pretium casalis, quia sufficit, quod
ex post facto certificari posset, idem enim est, quod aliquid 61
sit certum ab initio, et quod possit ex post facto certificari,
ut relatis juribus firmat Oldrad. *cons.* 61. *n.* 3. *vers. nam*
ista.

Eoque certius non poterat D. Christophorus partem pre-
tii condonare in praejudicium domini Cajetani vocati ad
fideicommissum, cui suppositum erat casale, qui propterea
bene venit ad causam, et petit mensurari ad effectum ut di-
cta pars pretii recuperetur, et sibi conservetur, prout potest 62
vocatus ad fideicommissum, etiam ante eventum conditionis
agere ad bonorum defensionem ob suum interesse, *l.* 3. *§.*
si quid. ff. de minor. Peregr. *art.* 41. *num.* 7. *vers. septi-*
mo concedendo, Ridolphin. *in praxi par.* 3. *cap.* 2. *n.* 91.

Nec obstat, quod non valeat D. Cajetanus insistere con-
tractui venditionis, et impugnare pactum praedictum in ea
appositum. Quia objectum procederet si ageretur de pacto
vendenti permisso, sed dum D. Christophorus venditor pa-
ctum facere non poterat, ut supra, hinc sequitur, ut pactum
ipsum vitietur, et contractus in suo esse remaneat, juxta
regulam utile per inutile non vitietur, cum contractus prin-
cipalis venditionis sit distinctus ab ipso pacto, ut vult ipse
Giovagn. *d. cons.* 71. *n.* 15. *vers. si vero contractus prin-*
cipalis, et eo ipso, quod pactum prohibitum non est contra
substantiam contractus, vitiatur ipsum pactum, et non vi-
tiat contractum, Surd. *cons.* 243. *n.* 30. Seraph. *decis.* 269. 63
n. 3. et cessat etiam dubium, quia sumus in conditione rei
fideicommissariae pro solvendis debitis fideicommittentis,
quae sustinetur pro quantitate debitorum solutorum, et pro 64
alia corruit Gabr. *cons.* 36. *n.* 47. *lib.* 1. Farin. *quaest.*
541. *n.* 12. Rota post Salgad. *decis.* 16. *n.* 30.

Quae eo casu scripta inserere hic placuit, quia deservire
poterunt pro aliqua declaratione, *dict. l. qui fundum* 11. *in*
princ. ff. de act. empt. nam in ea habetur quaedam distin-
ctio obscura, ut dicit ibi Gloss. *in verb. triginta*, quae du-
plici modo eam declarat, et addi potest, quod ibi praefixum
fuerat tempus mensurandi emptori, et renunciandi quanto
minor agri modus esset, et dicit textus, quod renunciasse post 65
diem praefixum, nihil ei profuturum, unde deducitur non
procedere ejus dispositionem si praefixum sit dicto modo tem-
pus emptori, et eo elapso venditor aestimationem petat, prout
e contra, ubi dictum erat, quod venditor teneretur intra tres
menses mensurari facere, quod non prohibeatur illis elapsis
emptor mensurationem petere, Thesaur. *decis.* 185. *num.* 3.
ubi licet dicat esse dubium, tamen ex iis, quae subnectit;
habetur ita sentire, ac sensisse senatum in causa ibi relata,
dum refert, quod aliqui ex dominis dicebant, quod poterat
praescribi hoc mensurae per spatium triginta annorum, ut
per Dec. *cons.* 347. et per Natt. *cons.* 569. et cum hac opi- 66
nione transit, et denique perpendenda essent diligenter verba
conventionis, quia habentur pro lege, et juriscons. *in dict.*
leg. qui fundum 40. *ff. de contrah. empt.* respondit interes-
se, quemadmodum lex diceret.

Quatenus autem tempus mensurationi faciendae non sit 67
praefinitum, tunc eam petendam esse infra sexaginta dies,
alias per tantum tempus praescribi jus eam petendi sentiunt,
Soccin. Sen. *cons. ult. in fin. lib.* 3. et Ceph. *cons.* 36. *num.*
7. et pro fundamento suae opinionis adducunt, *leg. quod si*
nolit 31. *§ si quid ita. ff. de aedil. edict.* ubi venditione si
placuerit dicit text. quod si de tempore nihil convenerit, in
factum actio intra sexaginta dies utiles accommodatur empto-
ri, ultra non.

At varie in hoc puncto loquuntur doctores, ut videre est
penes Thesaur. *decis.* 185. *num.* 1. *et* 2. ubi tres distinctio-
nes affert. ex quibus resultat potius aliqua confusio, quam
claritas. Unde placet admissa praedicta opinione pro regula
eam limitare. Primo, ut procedat si partes convenerint de fa- 68
cienda mensura, absque aliqua temporis expressione, intra
quod fieri debeat, secus autem si nihil de mensura facienda

dictum sit, quia tunc ea peti poterit usque ad triginta annos,
Natt. *cons.* 569. *n.* 10. Surd. *cons.* 366. *n.* 18. *et decis.* 64.
n. 32. ubi alios allegat, licet vere in hoc casu, quo conventum
sit de facienda mensura absque ulla temporis praefixione,
non levis sit discordia inter scribentes, ut advertit Giova-
gnon. *cons.* 71. *num.* 18. *lib.* 1. ubi etiam lata opiniones di-
versas refert.
69 Secundo, ut non procedat dicta praescriptio sexaginta die-
rum favore ejus, qui est in mala fide, cum regulari debeat ad
instar aliarum praescriptionum brevis temporis, Surd. *dicta*
decis. 64. *num.* 32. *vers. ejusmodi autem*, licet referat solam
dicentem, hoc esse contra communem, et non firmet, et quod
de jure canonico stante mala fide nunquam praescribatur idem
Surd. *consil.* 366. *n.* 19.
70 Tertio, ut non procedat si in instromento adsit una cum
pacto de mensurando, etiam aliud pactum de perpetuo at-
tendendo, et observando omnia in instrumento contenta,
Giovagnon. qui alios refert *dicto cons.* 71. *num* 21. *lib.* 1.
Maxime si adsit etiam juramentum, Surd. *dict. decis.* 64.
n. 34. et fuit dictum in una Romana officius 10. junii 1653.
§. secundo, quia coram Peutingero hodie inter ejus impres-
sas decis. 477. *n.* 13. *et seqq.*
71 Quarto, ut non procedat si pactom sit, quod mensura fieri
debeat ad quamcumque partis petitionem, et quandocumque
quis, et hoc sufficit, ut necessaria sit praescriptio triginta an-
norum ad eam impediendam, Thesaor. *decis.* 186. *num.* 2.
post med. vers. aut vero additum, Antonell. *de tempore lib.*
2. *cap.* 67. *n.* 99.
72 Ultimo, ut non procedat, ubi pactum de mensurando sit
juratum, quia tunc peti poterit mensuratio usque ad quadra-
ginta annos, Giovagnon. *dicto cons.* 71. *num.* 23. *lib.* 1. An-
tonell. *de tempor. dicto cap.* 67. *num.* 100. ubi reddunt ra-
tionem, quia juramentom habet vim litis contestatae, et per-
petuat actionem usque ad dictom tempus, *l. nam posteo*
73 *quom, §. si is qui*, et ibi DD. *ff. de jur. jur.* et generaliter,
quod in contractibus juratis requiratur praescriptio 40. an-
norum, Rot. coram Penia *decis.* 721. *num.* 10. et coram
Buratt. *decis.* 457. *num.* 1. et in una Melevitana retrovan-
ditionis 26. junii 1654. ad fin. coram Varospio, licet hoc non
procedere in juramento mere confirmatorio, sed tantum in
decisorio, et judiciali, velint post alios Cancer. *var. part.* 1.
cap. 15. *n.* 35. Hodiern. ad Surd. *decis.* 3. *n.* 3.
74 Sexto, ut non procedat, si pretium nondum sit solutum,
et venditore illud petente, emptor excipiendo allegat mensu-
rationem non factam, vel e contra, re non tradita, emptore
agente, venditor de mensuratione non facta excipiat, quia
quae sunt temporalia ad agendum, sunt perpetua ad exci-
piendum, *l. licet, c. de except.* Giovagnon *dict. consil.* 71. *n.*
21. *vers. quarto autem venditio lib.* 1. Antonell. *de temp.*
d. cap. 67. *num.* 101. Surd. *decis.* 64. n. 34. *et* 35. ubi quod
haec est notabilis limitatio.
75 Septimo etiam, ut in casu quo intraret, praescriptio sexa-
ginta dierum, adhuc causa cognita judicium dabitur, et in
causae cognitione hoc versabitur, si aut mora fuit per ven-
ditorem, aut non fuit praesens, aut alia justa causa interces-
serit, aut intra illud tempus mensuratio facta non fuerit, ut
praecise habetur *in d. l. quod si nolit* 31. *prope fin. vers.*
item si tempus, ff. de aedil. edict. in qua fundatur dicta prae-
scriptio, ut dictum fuit.
Deveniendo ad quartam inspectionem, quomodo mensu-
ratio sit facienda, quatenus partes non procedant de consen-
su, eligendi erunt periti, qui de jure eligi debent a judice,
76 vel a partibus, sed de consuetudine eliguntur a partibus man-
dante judice, ut tradit Cagnol. *in l.* 2. *num.* 259. *cod. de*
77 *rescind. vendit.* et necessaria est citatio, Jas. *in §. quaedam*
num. 79. *instit. de action.* et ibidem Aretin. *col. final.* Ca-
gnol. *in d. l.* 2. *num.* 260. Surd. *cons.* 452. *num.* 34. et non
citato non nocet electio, licet facta sit cum citatione alterius,
Surd. *ibidem num.* 27. *et seqq.* Gratian. *discept.* 228. *num.*
2. *et seqq.* ubi de cassionario. licet non esse nullam electio-
nem, ex quo pars citata non fuit, dummodo postea eam sciat,
78 tradat; et in praxi receptum dicat, Covarr. *variar. lib.* 2.
cap. 13. *num.* 5. *in* 6. *conclusione*, et quatenus pars sit con-
tumax in eligendo, tunc eligit judex, Rot. *decis.* 24. *num.* 6.
post Posth. *de subhast.*
79 Et necessarium est hanc electionem praecedere, atque de
ea constare, alias relatio mensuratorum esset nulla, juxta tra-
dita per Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 8. *num.* 128.
Rot. coram Durano *decis.* 142. *num.* 4. *et in recent. de-*
80 *cis.* 515. *num.* 14. *part.* 1. et in hoc non statur enunciativae
ipsorum peritorum, quod fuerint electi, Seraph. *decis.* 854.
num. 1. ...
Et facta legitima electione peritorum, quando ipsi volunt 81
actualiter mensurare, requiritur nova partis citatio ad vi-
dendum fieri mensurationem, alias nulla esset mensuratio,
Cagnol. *in d. l.* 2. *num.* 261. *c. de rescind. vendit.* Aldo-
brand. *cons.* 59. *num.* 6. *lib.* 1. Ridolph. *in d. cap.* 8. *num.*
128. Gregor. *decis.* 645. *num.* 9. et quod hoc procedat etiam 82
si praecesserit electio judicialis cum partis citatione, Rot. *de-*
cis. 554. *num.* 2. *vers. procedit part.* 2. *recent.* et debet esse
citatio pro hora certa. Ridolphin. *in d. cap.* 8. *n.* 130. Rota
coram Duran. *decis.* 542. *n.* 5.
Qui quidem periti mensuratione facta debent eam judici
referre, sed an requiratur nova citatio partis ad videndum 83
referre peritos, controversum est inter doctores, pro affirma-
tiva enim sensit Bart. *in l. si quis arbitratu, ff. de verbor.*
oblig. Dec. *cons.* 416. *num.* 21. *vers. et dato*, Aldobrand.
consil. 59. *n.* 6. *vers. vel saltem lib.* 1. Bona. *decis.* 283. *n.*
34. Buratt. *decis.* 458. *n.* 6.
Contrarium vero tenuerunt, signanter Jas. *in §. quaedam n.*
8. *instit. de act.* Cagnol. *in l.* 2. *n.* 260. *c. de rescind. vendit.* 84
et alii relati per Buratt. *decis.* 70. *n.* 1. *vers. sive contrarium.*
Et licet prima sit tutior, tamen haec contraria sustineri
posset, ubi dictae citationes praecedentes intervenissent, prae-
sertim ea ad videndum mensurari, et pars comparuisset, vel
aliter peritos approbasset, alias secus, Mascard. *de probat.*
concl. 653 *num.* 2. Buratt. *decis.* 70. *num.* 2. et ibi Adden.
num. 12. *et* 13. Merlin. *decis.* 39. *num.* 8. et in casu, quo
talis citatio ad videndum referre requiratur, et fuerit omissa, 85
quod possit de novo fieri, et in casu quo fuisset judicatum
possit fieri interlocutoria, tradit Rota coram Puteo *decis.*
349. *in princip. versic. primum lib.* 2.
Debent autem periti referre bona esse tantae quantitatis, 86
et reddere rationem dicendo se mensurasse, seu mensurari
fecisse, et vidisse. alias enim, si dicerent tantum vidisse, non
probarent, ut docuit Bartol. in *tractat. testimonior. num.*
48. *vers. ideo si res*, Mascard. *de probat. conclus.* 1044. *n.*
4. Foller. *in prax. censual. in gloss. dummodo annualis*
census num. 6. et referre debent cum juramento, ex addu-
ctis per Ridolph. *in d. praxi part.* 1. *cap.* 8. *num.* 117. penes 87
quos videri poterunt, et alia circa hanc praxim mensurandi,
videlicet penes Ridolphin. circa electionem, et relationem
peritorum, et penes Foller. circa modum mensurandi, ex-
plicat enim in dicta Gloss. *num.* 5. ipsas mensuras, *et* num.
9. *et seqq.* modum mensurandi montes, et ripas, et alia diffi-
cilia, describendo etiam figuras, et calculando, quod satis sit
hic indicasse.
Oritur tamen quandoque difficultas, quid mensurandum, 88
et signanter habemus pulchrum casum, penes Surd. *decis.*
42. in quo praetendebat conductor mensurandam non esse
quamdam viam, non solum, quatenus esset publica, sed etiam
quatenus esset vicinalis, et privata, quo casu dicebat nil re-
levare, quod in emptione, et venditione via privata sit men-
suranda, quia in proposito. locatio ab ea valde differt, nam
in locatione plurimum consideratur, imo totum facit utilitas,
quae percipitur ex re, adeo ut si locator impediat usum rei,
liceat conductoria contractu discedere. *l. si fundus, vers.*
nam. et si colonus. ff. locat. Soccin. Sen. *consil.* 127. *num.*
3. *lib.* 1. et ideo cum via non praestet utilitatem, non vide-
tur mensuranda, quidquid sit in venditione, in qua non tan-
tum utilitas, quantum dominium attenditur.
Verum senatus censuit esse mensurandam, et Surd *in*
dict. decis. a num 1. *ad* 16. late explicat, quando dicatur 89
via publica, quando vicinalis, et quando privata vicinalis, et
earum differentias, et ideo quando occurrat de his quaeri,
ad eum recurrendum, et ultra eum videri poterit etiam Rim.
Jun. *cons.* 382. *n.* 51. *et late seqq.* et Bain. *decis. Bonon.*
ult. a n. 1. *et plurib. seqq.*
Deinde Surd. *a dicto num.* 16. *vers. cum itaque usque ad*
fin. refert dictam rationem adductam pro conductore, et eam, 90
qua motus fuit senatus contra illum judicare, ubi *sub num.*
18. habetur regula, quae servanda erit, ut quidquid intra
confines continetur, mensurari debeat, tam in venditione per
l. aede sacra, ff. de contr. empt. et alias auctoritates ibi ci-
tatas, quam etiam in locatione, quae eisdem regulis procedi,
leg. 2. *in princip. ff. loc.* et additur etiam, quod via, qua vi-
cini transeunt per agrum conductum, non est inutilis con-
ductori, quia si non adesset majus damnum pateretur, nam
vicini possent per medium agri transire si non esset via certa
designata, et sic majus damnum facere.

91 Ripae quoque, et aggeres, fossata, et similia, quatenus non sint publica, mensurari debere, tradit Mandel. *cons.* 151. *n.* 1. et late aliis adductis probat Menoch. *cons.* 1116. *et cons.* 1191. *per tot.* et licet contrarium alii velint, et signanter late
92 Malvas. *cons.* 78. *num.* 5. *et seqq.* tamen, et in his videtur respectu locationis militare dicta ratio, quod sint utilia, de qua Sard. *ubi supra*, ac propterea procedere regulam pro mensuratione facienda, dum sunt intra fines. At a tali regula recedi poterit, quatenus ex qualitate mercedis, seu utilitate, quae ab eis percipitur, aut aliis circumstantiis argui possit contrarium sensisse partes in actu locationis, quia eorum voluntas etiam verisimilis attendi debet in hac materia, Bald. *in rubr. cod. de contrahen. empt. in quarta quaest.* cum aliis late traditis per Sard. *cons.* 376. *n.* 11. *vers. haec autem conclusio. et seqq.* et Fuller. *in praxi censual. in dict. gloss. dummodo annualis census n.* 7. *fol.* 218.

Locatio, an et quando dicatur una, vel plures, et de correspectivitate locationum

SUMMARIUM.

1. Locatio an sit una, vel plures est disputatio valde utilis.
2. Stipulationes tot sunt, quot summae, vel res stipulatae.
3. Locationes, et venditiones ut plures sint, non sufficit esse plures res locatas, vel venditas, sed requiritur esse etiam distincta pretia earum.
4. Pretium plurium rerum venditarum, si simul constitutum sit, ac etiam separatim, attenditur quid prius factum ad dignoscendum, an contractus sit unicus, vel plures.
5. Decl. procedere, si eodem tempore facta utraque expressio, nam si in diversis instrumentis attenditur posterius.
6. Decl. 2. tot censeri locationes, quot res separatis mercedibus locatae, nisi appareat partes contrarium sensisse.
7. Contractus sui natura dividuus, potest ex voluntate partium fieri individuus.
8. Decl. 3. inspiciendum non solum voluntatem conductoris, sed etiam locatoris.
9. Decl. 4. requiri, quod constet aperte de voluntate, ut fit unicus contractus.
10. Subdecl. non esse necessariam probationem concludentem, sed sufficere reddi verisimilem mentem.
11. Et concurrente verisimilitudine, standum est assertioni juratae conductoris.
12. Et eandem est conjecturis.
13. Conjecturae ubi adsunt hinc inde, urgentiores praevalent.
14. Duobus equis conductis pro quadriga, licet merces sit distincta pro quolibet, adhuc locatio censetur unica.
15. Pluribus rebus conductis cum separatione pensionis pro quolibet, si non tanta utilitas perciperet conductor ex una de se, quantum ex unita cum aliis, contractus censetur unicus.
16. Pluribus rebus locatis, si unum corpus faciunt, censetur contractus unicus.
17. Idem si sint accessoriae.
18. Pluribus diversae speciei locatis, plures censentur locationes, etiamsi merces sit unica.
19. Causa propterquam deventum fuit ad locationem attenditur ad dignoscendum, an locatio sit unica, vel plures.
20. Verborum conceptio attenditur ad eumdem effectum.
21. Contractus potest esse unus, et multiplex ex diversis respectibus.
22. Dictiones, una cum, requirunt concursum utriusque extremi, et operantur unicum esse actum.
23. Decl. non procedere, si locatae sint res diversae speciei cum dictis dictionibus.
24. Unicam locationem si partes dixerint, seu locationem in vulgari censebitur contractus unicus.
25. Unicum esse contractum de locationibus plurium rerum arguitur ex quo dominus vota dixit, nolle lassare unam tantum.
26. Unicum esse contractum arguitur ex dictis postea, et ex quibus.
27. Declaratio partium, quod tot esse debeant locationes, quot res operatur ad effectum laesionis non autem ubi adest fraus alicujus legis.
28. Locatis pluribus rebus simul, in dubio censetur contractus unicus.
29. Locatis pluribus rebus simul, si non sunt plures contractus proprie, sed improprie, non veniunt in statuto de pluribus locationibus, loquente.
30. Dictio, *quodammodo*, est nota improprietatis.
31. Verba, *perinde haberi*, denotant fictionem.
32. Verbum, *est*, importat veritatem.
33. Pluribus rebus simul locatis cum mercede distincta pro qualibet, sunt plures locationes vere, et proprie.
34. Consulentes multoties solent, quando habent solidum fundamentum addere alia colorata.
35. Pluribus servis simul venditis unica venditione si unus sit morbosus omnes redhibentur.
36. Pluribus rebus simul locatis unica locatione, praetendi non potest contractum contineri quo ad unam rem tantum.
37. Contr. quod pluribus rebus emptis uno pretio, de singulis ex empto, et vendito agi potest.
38. Decl. posse agi de singulis rebus, si venditor, vel locator acquiescat, alias non.
39. Ampl. ut etiamsi emptor velit solvere totum pretium non possit agere ad unam rem tantum nisi aliis renunciet.
40. Creditor non potest partem crediti tantum petere in judicio.
41. Locatio licet facta sit ad plures annos, cum pensione distincta in singulos annos, adhuc est unica locatio.
42. Decl. ut licet sit unica locatio, tamen sit dividua.
43. Decl. 2. ut sit unica locatio rerum, secus autem operarum.
44. Lim. si aliud ex unicitate summae pro mercede conventae, vel operis deducatur.
45. Decl. 3. ut sit unica locatio respectu contractus, et obligationis, secus respectu praestationum.
46. Pluribus personis facta locatio, an sit unica, vel plures, adsunt hinc inde opiniones, et pendet resolutio a voluntate partium.
47. Contractus correspectivi, reputantur unus, et individuus.
48. Decl. procedere per fictionem, non per veritatem
49. Correspectivorum contractuum uno corruente, corruit, et alius.
50. Decl. procedere si unus contractus corruat ab initio, secus si ex post.
Contrarium tamen, vide n. 52.
51. Decl. 2. procedere in contractibus, et obligationibus, secus autem in distractibus, et liberationibus.
53. Pactum correspectivum ad contractum censetur ei in esse.
54. Ampl. in pacto existente in contractu correspectivo.
55. Decl. procedere si pactum conveniat alteri contractui, et non sequatur absurdum.
56. Conductor si se obliget solvere pensiones tertio, corruente contractu locationis, non tenetur.
57. Conductor si cogatur recognoscere alium in dominum, non durat cum eo contractus locationis, secus si recognoscat voluntarie.
58. Correspectivitas contractuum, non praesumitur, sed probari debet.
59. Probatur tamen praesumptionibus, et conjecturis.
60. Et conjecturae fortiores, eliduunt contrarias.
61. Conjecturae voluntatis unius ex contrahentibus, non sufficiunt, sed requiruntur utriusque.
62. Correspectivi praesumuntur contractus, ex quo sunt in eodem instrumento.
63. Ampl. etiam si sint diversae res et personae.
64. Possunt tamen in eodem instrumento esse plures contractus omnino separati.
65. Plures contractus in eodem instrumento existentes, si sint diversae naturae, et habeant diversam causam, et independentiam, non censentur correspectivi.
66. Non tamen sufficit sola diversitas naturae si sunt in eodem instrumento.
67. Dictio, *ulterius*, uti implicativa praecedentium, importat correspectivitatem.
68. Dictio, *e contra*, vulgariter, *all' incontro*, importat correspectivitatem.
69. Dictiones, *toties quoties*, seu vulgariter, *ogni volta che*, important correspectivitatem.
70. Verba, *per gl' interessi che sono fra me e Carlo*, non importent correspectivitatem.
71. Decl. ut conventiones in eodem instrumento non habeantur pro correspectivis, ad effectus qui separari possunt a toto contractu.
72. Attentata non committuntur, quando causa pendens coram judice inhibente, est diversa ab ea quae pendet coram judice inhibito.
73. Correspectivi censentur contractus incontinenti facti, unus post alium, licet in diversis instrumentis.
74. In continenti celebrati censentur contractus ex quo apparent facti eodem die, et coram eodem notario, et testibus.
75. Ampl. ut censeantur correspectivi contractus in continenti facti, etiamsi sint omnino diversi, dummodo ad invicem compatiantur.
76. Secus si sint diversae naturae, et habeant causam penitus diversam.
77. Decl. hoc casu cessare praesumptionem correspectivitatis, sed oriri conjecturam, quae una cum aliis operatur.
78. Decl. correspectivitatem actuum praesumptam, ex eo, quod sint facti in continenti, non procedere in dispositionibus mere gratiosis.
79. Decl. 2. non procedere, nisi quo ad eos, qui utrique actui interfuerunt.
80. Decl. 3. non procedere generaliter, ubi adsunt conjecturae contra correspectivitatem.
81. Ampl. ut non solum arguatur correspectivitas ex eo, quod, contractus sunt in continenti facti, sed etiam ex quo sunt facti tempore proximo.
82. Decl. tamen ampliationem, ut non oriatur praesumptio, sed simplex conjectura ex vicinitate praedicta.

CAPUT XXV.

Inter dubia, quae solent oriri circa intellectum locationis, unum est, an locatio sit unica, vel plures, et est egregia disputatio ut dicit Menoch. *praesumpt.* 12. *in princ. lib.* 3. ac valde utilis, ut concludit Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 3. *in fin.* utilitates autem non refero, quia ex discursu suis locis apparebunt, et si cui placeret eas simul videre, adeat Jas. *in l. scire debemus* 29. *ff. de verb. oblig. ubi num.* 12. eas computat dicendo unam haberi ibi in texte, tres addi a glossa, et alias tres a Bartholo, et duas a Baldo, ita ut sint insimul novem, et nonnullas etiam refert Caroce. *de locat. tit. de multipl. contract. num.* 28. *et seq.* Oritur autem praecipue hoc dubium, vel ex eo, quod locatio sit de pluribus rebus, vel quod sit ad plura tempora, vel quod sit facta pluribus personis, et de singulis aliquid dicendum est. 1

Circa primum igitur si locatae sint plures res simul, regula videtur posse tradi, quod sint plures locationes per *text. in l. scire debemus* 29. *in princ. ff. de verb. oblig.* dum dicit, *scire debemus in stipulationibus tot esse stipulationes, quot summae sunt, totque esse stipulationes, quot species.* 2

At vero dicta regula procedit in simplici stipulatione rerum, de qua loquitur *text.* praedictus, in contractibus enim 3

in quibus intervenit etiam pretium non potest sumi regula a
sola re, sed considerari debet etiam pretium, itaut si pretium
quoque sit distinctum pro qualibet re in locationem, seu ven-
ditionem deducta, tunc bene procedat, quod tot sint vendi-
tiones, quot res, secus autem si constitutum sit unicum pre-
tium pro omnibus, quia tunc reputanda est venditio unica,
ut sunt textus expressi *dicta l. cum ejusdem.* 34. *ff. de ae-
dil. edict. in princ.* ibi *referre oit in universos, an in sin-
gulos pretium constituatur, ut scilicet interdum una inter-
dum plures contractae venditiones intelligantur*, *et in l. si
id quod* 29 *§. quod si ex decem*, ibi, *et plerique, ut Pompo-
nius interesse putant utrum uno pretio venerint, an diversis
ff. de donat. inter vir. et uxor. et in l. si duos* 44. *ff. de
contr. empt.* quae jura licet loquantur tantum de venditione,
tamen procedunt etiam, propter similitudinem, et identita-
tem rationis, in locatione, ut tradit in specie Natta *cons.* 449.
num. 6. *et seq* Becc. *cons.* 45. *num.* 34. Tiraquell. *de retr.
lignag.* §. 23. *glos.* 1. *num.* 14. Caroc. *de locat et cond. tit.
de multiplici contr. num.* 9. et Gratian. *disceptat.* 715. *n.* 19.

4 Si autem utrumque factum sit, neque expressum simul
pretium unicum, seu merces unica, ac separata, et tunc di-
stinguitur, et si praecedat expressio totius mercedis simul,
reputetur locatio unica, quamvis postea addita sit expressio
separata quantitatis pro qualibet re tangentis, et e contra si
prius expressae quantitates distinctae pro qualibet re, et dein-
de addita summa integra, quam omnes simul conficiunt, re-
putentur locationes plures Bartol. *in q.* 4. *incip.* Publicanus
num. 16. *in princ.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 23. *glos.*
1. *num.* 21. *et* 22. Mantic. *de conject. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 17.
et 18. Gratian. *d. discept.* 712. *num.* 12. et cum hac eadem
distinctione transivi supra *in tit. de locatione rerum eccle-
siae* §. 7. *vers. et cum hac distinctione.*

5 Intelligenda tamen est distinctio ista, et procedat si eodem
tempore facta sit utraque expressio, nam alias si forte prius
locatio facta esset pro mercede distincta, et deinde fieret no-
vum instrumentum pro mercede unita, vel e contra, hoc in
casu non attendi deberet eodem modo, quid prius factum, sed
quid posterius, quia posteriora derogant prioribus, ut in pro-
posito censuit Cuman. *cons.* 41. *num.* 3. *vers. ad secundo*,
et eum sequitur Caroc. *de locat, et cond. tit. de multipl.
contr. n.* 14.

6 Verum procedit, quod tot censeantur locationes, quot res
separatis mercedibus locatae, quatenus non appareat contra-
rium sensisse partes; nam si appareat, conductorem unam
tantum rem non fuisse conducturum, adhuc locatio, et con-
ductio reputabitur unica saltem ad dictum effectum, ut non
possit subsistere in una re tantum text. *est expressus in d.
l. cum ejusdem* 34. §. *interdum, ff. de aedil. edict.* et tra-
dunt etiam Soccin, Jun. *cons.* 26. *num.* 10. *lib.* 1. Decian,
resp. 1. *num.* 11. *lib.* 5. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 23.
glos. 1. *num.* 23. *et* 24. potest enim contractus sui natura di-
7 viduus ex voluntate partium fieri individuus Bursatt. *cons.*
176. *n.* 32. Bardellon. *cons.* 45. *n.* 46. Belluc. *de jur. ac-
cresc. cap.* 6. *q.* 33. *n.* 10.

8 Et non solum inspicitur voluntas conductoris, an ipse
fuisset aliter conducturus, sed etiam eodem modo inspicitur,
an locator fuisset aliter locaturus, ut monet Mantic. *de tacit.
lib.* 5. *tit.* 5. *n.* 29. *vers. sed considera.*

9 At animadvertendum requiri, quod constet aperte de vo-
luntate, nam regula est, quod reputentur plures locationes
in dicto casu, et tunc recedi ab ea, cum manifestum est ali-
ter sensisse partes, dicit text. *in dicto l. cum ejusdem*, §.
interdum, at non inde inferendum, requiri probationem con-
cludentem voluntatis, quia esset nimis difficilis, et ideo suf-
ficit verisimilem eam reddi, et firmat Decian. *dicto resp.* 1.
10 *num.* 4. *lib* 5. ubi dicit, quod quando verisimile est talem
fuisse mentem contrahentium, perinde exequenda est, ac si
expressa fuisset Caroc. *d. tit. de multipl. contract. n.* 16 *post
princip. vers. unde attenditur*, ubi dicit attendi intentionem
contrahentium, eamque colligi in hoc ex verisimilitudine, et
conjecturis, et sensit Rota *decis.* 709. num. 8. *part.* 1. *divers.*

11 Vel saltem concurrente verisimilitudine naturali, et com-
muni standum erit assertioni juratae conductoris, quod non
nisi simul omnes conduxisset, ex congestis per Decian. *d. resp.*
1. *n.* 19. *lib.* 5.

12 Et standum esse conjecturis convincentibus praedictam vo-
luntatem Mandel. *cons.* 45. *n.* 3. *vers. procedit*, Lancell.
Gall. *cons.* 40. *n.* 6. *prope fin.* Menoch. *praesumpt.* 12. *n.* 1.
13 *lib.* 6. et si conjecturae adsint hinc inde, urgentiores prae-
valent, Decian. *resp.* 1. *n.* 38. *lib.* 5.

Sumitur autem sufficiens conjectura, et verisimilitudo, 14
quandoque a qualitate rerum conductarum, nam si conducti
sint, verbi gratia, duo equi pro quadriga, licet expressa sit
merces separata pro qualibet, adhuc ex solito sumendi duos,
et parem, reputabitur omnino locatio unica. et sic in simili-
bus, ut expresse exemplificat idem text. *in praedicto leg.
cum ejusdem ad finem, ff. de aedil. edict.* sic si locata plura
jugera unius praedii pro scutis tot pro quolibet jugero, si
apparebit aliqua earum esse sterilia, aliqua fertilia, convin-
cetur sufficienter voluntas locandi, et conducendi simul o-
mnia, non autem, vel sterilia tantum, vel fertilia, ut adver-
tit Tiraq. *de retract. lignag.* §. 23. *glos.* 1. *num.* 24. Man-
tic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 16. et simile exemplum de
conducente duos campos, quorum unus vel fructuosior, vel
commodior sibi sit, tradit Caroc. *d. tit. de multipl. contr. n.*
16. et generaliter ex quo res una non esset conductori utilis, 15
vel tantum utilis de se, quantum unita cum alia, arguitur
dicta voluntas conducendi simul unica conductione, De-
cian. *cons.* 1. *num.* 12. *et seqq. lib.* 5. Rot. *decis.* 709. *n.* 4.
part. 1. *divers.*

Et si agatur de rebus unitis facientibus unum corpus, 16
quod contractus sit unicus probat text. *in d. leg. scire de-
bemus* 29. *ad finem principii. ff. de verb. oblig.* et quod si
res locatae sint accessoriae, pariter hoc idem sit dicendum 17
tradit post glos. *in d. l. cum ejusdem ff. de aedil. edict.* et
Signorol. *cons* 53. *in princip.* Decian. *d. resp.* 1. *num.* 20.
et seqq. lib. 5. ubi etiam quod accessoriae fiunt ex destina-
tione patrisfamilias.

Et attenditur adeo qualitas rerum, ut etiam contra si lo- 18
catae sint res diversae speciei quantumvis constituta sit unica
merces, adhuc censeri debeant plures locationes, ut firmat
Rota coram Dunozetto Jun. *decis.* 944. *num.* 11. ubi quod
diversitas specierum secum portat pretii distinctionem, eo
proinde *jurisconsult. in l. fin.* § *praeterea cod. de jur. dot.*
de singulis rebus, ac speciebus voluit judicari secundum
propriam naturam, ut monuerunt etiam ibidem Bellaper.
vers. sed ponamus, Bald. *num.* 2. *vers. quia dissepnrata*,
et Salycet, *num.* 9. *vers. de qualibet judicetur*, et faciunt
tradita per Surd. *cons.* 135. *num.* 65. *post med. vers. sed
intelligi debent.*

Unde, quod dicit Caroc. *de locat. et conducto d. tit. de
multiplic. contr. num.* 12. *vers. et sit unitas*, et repetit. *n.*
15. *post med.* quod unitas pensionis praevaleat pluralitati re-
rum in locatione comprehensarum, intelligendum erit de re-
bus ejusdem speciei, non autem diversae, juxta dictam opi-
nionem Rotae.

Ultra qualitatem rei consideratur etiam qualitas causae ex 19
qua deventum fuit ad locationem, nam si debitor scutorum
ducentorum, non habens in pecunia unde solvat, locet duo
praedia creditori, unum pro scutis centum viginti, aliud pro
scutis octuaginta, insimul conficientibus dictam summam scu-
torum ducentorum, quam conductor retinere sibi debeat in
solutum pro suo credito, licet juxta supra tradita judicari de-
berent duae locationes propter diversitatem rei, et diversita-
tem pretii, tamen propter causam primitivam unius debiti,
quod non poterat solvi pro parte tantum creditore invito *l.
tutor.* §. *Lucius ff. de usur.* non debet admitti, ut subsistat
tantum pro parte dicta locatio, et assignatio pensionum in
solutum, ut plenissime firmat Tiraquell. *de retr. lignag.* §.
23. *glos.* 1. *num.* 25. *et* 26. et facit Rot. *decis.* 554. *num.* 4.
vers. praecipue part. 4. *t.* 3. *recent.*

Et consideratur etiam conceptio verborum, nam si quis 20
illud, et illud stipulatus sit, tot sunt stipulationes, quot cor-
pora dicit *text. in dicta l. scire debemus* 29. *in fine princ.
ff. de verb. oblig.* et aliud esse si disjuncte conjunctione con-
cepta sit stipulatio, dicendo illud, aut illud, quia tunc erit
unica docet, *ibi glos in verb. illud*, saltem quoad conducto-
rem. et solutionem mercedis, licet secus sit quoad obligatio-
nem locatoris, ut declarat ibidem Bart. *num.* 3. unde non 21
omittendum animadvertere, quod contractus potest diversis
respectibus dici unus et multiplex. prout advertit Roncbegal.
in l. 3. *ver. utique num.* 4. *ff. de duobus reis*, et quod loca-
tio plurium rerum pro unica mercede sit unica respectu con-
tractus, sed possit dici multiplex respectu petitionis facien-
dae a reo, ex qua conductor potest petere singulas res de
per se ad *text. in l. et si uno in princ. ff. de action. empt.*
licet non possit locator agere ad mercedem singularum rerum
locatarum Caroc. *dicto tit. de multiplic. contract. num.* 27.
post med.

Item si locata talis res una cum tali, deprehenditur unica 22

locatio ex virtute illarum dictionum, *una cum*, quae requirunt concursum utriusque extremi, et faciunt consueri unicum tantum actum *l. ult. c. de impub. et aliis substit.* cum aliis cumulatis in proposito per Decian. *dict. resp.* 1. *num.* 10.
23 *lib.* 5. Rot. *decis.* 709. *num.* 8. *in fin. et* 9. *part.* 1. *divers.* et hoc non procedit si locatae, vel venditae sint res diversae speciei suam naturam separatam retinentes, quia tunc quantumvis venditae sint, vel locatae simul cum praefatis dictionibus, *una cum*, adhoc censentur plures contractus non unus, ut declaravit in specie Rota coram Dunozet. Jun. *dec.* 944. *num.* 10.

24 Et desumi etiam posset non contemnendum argumentum voluntatis partium unicam locationem contrahendi, ex quo in instrumento, vel subscriptione dixerint unam locationem, vel unum mercatum, ut censuit Dec. *cons.* 421. *num.* 4. *vers. et ita videtur*, et quod in instrumento eam vocaverint locationem in singulari considerat Decian. in *saepe citato resp.* 1. *num.* 5. et 6. *lib.* 5. et faciunt, quae dicta sunt in quaestione, an sit locatio, vel venditio, et in alia, an sit locatio, vel emphyteusis quod stetur denominationi partium *in cap.* 2. *et* 3.

25 Et non solum ex dictis in acto locationis, sed etiam ex dictis antea, exemplum: si Titius volens locare duas res, requisitus a Cajo de locatione unius tantum, dixerit nolle locare illam solam, sed velle locare utramque simul, et Cajus utramque conduxerit, quod arguatur unica locatio tradit Caroce. *dicto tit. de multiplic. contr. n.* 17.

26 Et idem erit de dictis postea, uti si in alio instrumento postea facto, vocaverint locationem in singulari Decian. *dicto resp.* 1. *n.* 7. *vers. tertio probatur, et seqq.* et si in acceptatione ordinis solvendi pensiones tertio, conductor dixerit, *ogni volta, che mi averà consegnato quanto deve*, attento quod requisierit consignationem omnium antequam aliquid solvat, signi locationem unicam voluit Dec. *dicto cons.* 421. *n.* 4. *vers. et hoc manifeste.*

Nonnullas alias conjecturas, et indicia voluntatis contrahendi unicam locationem, vel e contra, adduxi supra *c.* 14. *§.* 7. ubi tractavi, an locatio bonorum ecclesiae facta ultra tempus permissum sustineatur in permisso, vel si contineat aliquas res, quae locari poterant, et aliquas, quae non poterant, an sustineatur, quoad illas, quae locari poterant tantum, et similia, quae licet possent etiam hic cadere, tamen sunt magis propria, et particularia illius materiae, animadvertendum enim est, quod non omnia, quae in hac quaestione absolute, et in genere traduntur de probatione multiplicis locationis, applicari indifferenter possunt materiae illi locationis bonorum ecclesiae, quia stante in ea prohibitione locandi ultra certum tempus, vel ultra certas generationes, magis caute agendum est, ne fraus fiat prohibitioni, ad tradita per Man-
27 ticam *de loc. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 19. *et* 20. et signanter respectu deprehendendi pluralitatem contractuum ab expressionibus partium, quia licet, et dictum est, attendi debeant regulariter, secus tamen est ad effectum evitandi dispositionem legis, unde si expresse dixerint, tot esse debere locationes, quot res, valebit declaratio, quoad effectum, ut possit praetendi laesio, vel remissio mercedis respectu unius rei non consideratis aliis, at nullius considerationis est talis clausula si sit in fraudem legis, puta ad effectum evitandi prohibitionem alienationis ex eo, quod singulares do as considerate sub ea non cadant, ex plene cougestis per Caroce. *dicto tit. de multipl. contr. n.* 38. et per Mantic. *ubi proxime*, ac aliis supra relatis *d. cap.* 14. *§.* 2. *in princ.*

28 Si autem conjecturis hinc inde ponderatis, adhuc discerni nequeat, an locatio sit unica, vel plures, sed res adhuc dubia existat, in hoc dubio facienda est interpretatio contractum esse unicum, et individuum, ut firmat Buratt. *cons.* 340. *n.* 7. Bardellon. *cons.* 45. *n.* 47.

29 Verum in casibus, in quibus juxta praedicta, locatio unico contextu verborum facta de pluribus rebus non est unica, sed plures, quaeri potest, an sint plures vere, et proprie, an potius improprie, et per solam juris fictionem, et effectus hujus quaestionis est, quod quatenus tantum improprie plures locationes dicantur, et per juris fictionem, sequitur, ut in statutis, et aliis dispositionibus stricte interpretandis sub nomine plurium locationum non veniant, ut tradunt Aretin. *in l.* 1. *§. sed si mihi in* 2. *notab. ff. de verb. obligat.* Jas. *in l. scire debemus* 29. *n.* 4. *ff. eodem.* Decian. *resp.* 1. *n.* 1. *ad fin. et* 2. *lib.* 5.

Et quod sint plures locationes improprie tantum, et per fictionem juris, probare videntur text. in dicta *l.* 1. *§. sed si mihi ff. de verb. oblig.* ibi *nam si tot sunt stipulationes, quot corpora, duae sunt, quodammodo stipulationes*, 30
ponderando dictionem illam *quodammodo*, quae est nota improprietatis, et fictionis *glos. in l.* 1. *in princ. ff. de rer. div. et in l. si me in vacuam*, ubi etiam Bart. *ff. de acquir. possess.* cum aliis cumulatis per Barbos. *diction.* 328. *num.* 1. *et* 2. et cum dicto text. concordat alius in *l. quid tamen in princ. ff. de arbitr.* nam, dicit, quod si de pluribus causis factum sit unicum compromissum, videntur quasi plura sint compromissa. ergo non sunt proprie, et vere plura, et
alius in *l. Titia* 134. *§. fin. ff. de verb. sign.* qui dicit perinde haberi, ac si singulae species in stipulationem deductae fuissent, ergo per fictionem, ut denotant verba, perinde haberi Surd. *cons.* 375. *n.* 42. Barbos. *d.* 252. *n.* 1. et per praedicta, aliaque jura hanc opinionem tenuerunt in dicta *leg.* 1. *§. sed si mihi ff. de verb. sign.* Aretin. *in* 2. *notab.* Alciat. *in princ.* et Butigell. *in* 3. *notab. et in l. scire debemus ff. eodem Jo. de Imol in princ. et late consulendo* Decian *resp.* 1. *n.* 1. *lib.* 5. 31

Verum pro contraria opinione insurgit Jason. *in d. l. scire debemus* 29. *n.* 4. *vers. ego non violando ff. de verb.* 32
oblig. et observat, quod ille text. pluries dicit, tot sunt stipulationes. ac inde infert, quod non violando textum, tenendum sit esse vere, et proprie, nam verbum, est, importat veritatem cum dixerant ista, quem esse talem, vel haberi pro tali, unde si tot sunt stipulationes, quot corpora, ergo vere, et proprie, ut ipse dicit, et probat. Pro concilia-
tione, observo, quod tam jura adducta pro prima opinione, 33
quam scribentes in eis, loquuntur in casibus, in quibus adest tantum diversitatis rei, vel causae, unde eorum auctoritas non videtur trahenda ad casum in quo concurrat cum diversitate rei, etiam diversitas mercedis cuilibet rei particulariter constitutae, dum in ea habeamus textum dicentem, hoc referre in singulis rebus esse constitutum pretium, ut non una, sed plures contractae venditiones intelligantur in *l. cum ejusdem* 34. *ff. de aedil. edict.* cum concordan. supracit. *n.* 3. unde licet in illis terminis simplicis plurium rerum stipulationis, vel compromissi plurimo causarum, non recederem a prima communi, tamen in terminis locationis, plurium rerum cum mercede distincta pro qualibet re, inclinarem in secundam Jasonis sententiam, non obstante, quod in similibus terminis, nempe venditionis, contrariam tenuerit Decian. *in dict. resp.* 1. quia utitur dictis auctoritatibus pro prima adductis, et non advertit dictam differentiam casuum, et diversitatem rationis, accedente, quod dictum consilium,
habet alia solida fundamenta, et ideo nil mirum si in ea par- 34
te non subsisteret, nam consulentes multoties habentes solida fundamenta, solent addere alia colorata, et quandoque melius colorata, et non firma ad ornandum consilium, ut notat Gozadin. *cons.* 96. *n.* 8. *versic. et ideo notabiliter*, et etiam alia non bene considerata, ut testatur Curt. Jun. *cons.* 348. *n.* 36.

At quia praecipua hujus quaestionis utilitas est, quod si 35
venditis pluribus rebus, seu servis unico pretio, unica sit venditio, si quis eorum forte morbosus, aut vitiosus sit omnes redhibeantur, ut dicit text. in *l. cum ejusdem* 34. *post*
med. ff. de aedil. edit. et sic reputatur contractus indivi- 36
duus, itaut non possit praetendi, quod sustineatur, et executioni demandetur in parte tantum, prout vidimus supra in proposito locationum rerum ecclesiae c. 14. *§.* 7. in his prae-
cisis terminis in contrarium valde urget text. *in l. et si uno*, 37
34 *ff. de act. empt.* ubi dicit jurisconsultus quod, et si uno pretio plures res emptae sint, de singulis ex empto, et vendito agi potest.

Pro conciliatione autem Caroc. *d. tit. de multipl. contr. n.* 27. *vers. altera est*, dicit, quod locatio facta sub unica pensione, est una quantum ad relationem contractus circa ea, quae respiciant totum contractum, et ita loqui dictam *l. cum ejusdem, et alias concordantes ibi relat.* sed quantum ad ea, quae non respiciunt contractum, sed petitionem, videntur esse plures respectu emptoris, vel conductoris, quia potest separatim petere *d. l. et si duo*, et addit secus esse ex parte venditoris, vel locatoris, quia non posset agere ad pensionem singularum rerum in instrumento mentionatarum.

At magis placet, quod in tantum possit conductor agere 38
de rebus singulis in quantum locator acquiescat, alias possit cogi, ut de omnibus agat, ut docet Bart. *in dicto l. et si uno ff. de act. empt.*

Nec dicas hoc verum si conductor velit ratam pensionis il- 39
lam rem tangentem solum solvere, at secus videri si tota pen-

sione soluta unicam rem petat, ex quo sibi tantum prae-
judicet, quia verum esse potest si alias renuntiet, nam aliis
non renuntiatis, praejudicialis esse posset locatori petitio
unius rei, quia posset postea peti alia, et sic ipse pro unico
40 debito trahi ad diversa judicia, ad quod evitandum, semper
permittitur debitori creditorem compellere, ut abstineat a
petitione partis crediti, et totum petat Bart. *in l. in com-
modato* 17. §. *duabus n.* 2. *ff. commod.* Roman. *in l. quid
nam n.* 4. *ante fin. ff. si cert. pet.* Matesilan. *sing.* 115. *in
princ.* et ibi plene addit et annotat in princ. ubi de comm.
Vidimus an locatio sit unica, vel plures ratione plurium re-
rum in ea contentarum, nunc idem videndum de locatione fa-
cta per plures annos, vel pluribus personis, an eodem modo
sint plures, vel unica, sed citius me expediam, quia circa con-
jecturas voluntatis me referam ad superius dicta, quae, ut
plurimum applicari poterunt etiam quaestionibus istis, ac et-
41 iam ad tradita in c. 14. §. 2. ubi cum quaeratur quando dica-
tur locatio ultra triennium facta, adsunt multa facientia ad
quaestionem istam, quo igitur ad locationem factam pro plu-
ribus annis etiamsi distincta pensio sit in singulos annos, re-
solvendum est non esse plures, sed unicam locationem, prout
communiter tenent DD. ut videre est penes Caroc. *dict.
tit. de multipl. contr. n.* 15. Surd. *cons.* 34. *n.* 54. *et seqq.*
Costa *de rata quaest.* 93. *n.* 4. *et seqq.* Rot. *decis.* 279. *nu.*
5. *ad fin. part.* 1.
Et licet Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 12. referat con-
trarium sensisse Bald. *cons* 475. *n.* 8. *lib.* 1. ut Tiraquel.
de retract. lignag. §. 23. *glos.* 1. *n.* 12. tamen isti auctores
dicunt solum, quod locatio facta ultra tempus permissum cor-
ruat in totum, si facta pro unica praestatione, si vero facta
pro pensione in singulos annos constituta, sustineatur pro
tempore permisso, et ultra quod haec eorum opinio non est
42 tuta, ex traditis supra *cap.* 14. §. 7. *n.* 30. dato quod sit
vera, non inde infertur, quod teneant esse plures locationes,
sed tantum infertur, quod teneant locationem esse dividuam,
et sic posse sustineri in parte permissa, et vitiari in alia,
juxta reg. in dividuis utile per inutile non vitiatur, de qua
late Cyriac. *contr.* 90. *n.* 29. et de dicta quaestione *in d.*
§. 7. *n.* 3. *in princ. vers. an autem locatio*, unde sumi
potest una declaratio dictae communis opinionis, ut videli-
cet quando pensio est constituta in singulos annos, licet
contractus sit unicus, tamen sit dividuus prout sensit idem
Mantic. *dict. tit.* 4. *n.* 24.
43 Alia declaratio notabilis valde est, ut procedat esse unicam
locationem ad plures annos factam in locatione rerum, secus
autem in locatione operarum, quia in ista tot censentur esse
locationes, quot anni, *l. si servus communis Mevius* §.
ult. ut ibi Bart. *ff. de stipulat. serv.* Bald. *cons.* 316. *n.* 2.
in fin. lib. 3. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 4. *n.* 13. Costa
de rata quaest. 93. *n.* 4. *et* 5. quod tamen intelligendum
videtur procedere regulariter loquendo, quatenus scilicet a-
44 liud non convincatur, aut ex unicitate summae pro mercede
conventae, aut ex unicitate operis, ad quod fuit facta con-
ductio, et ad hoc faciunt tradita per Caccialup. *in leg. diem
functo n.* 23. *ff. de offic. asser.* et Rip. *de peste tit. de pri-
vileg. contract. sub n.* 120.
45 Tertia addi potest declaratio, ut posset dici multiplex lo-
catio respectu praestationum, et non respectu contractus, et
obligationis, ut post Jac. de Aren. docuit Alberic. *in l. plu-
ribus*, §. *de hac stipulatione in fin ff. de verb. oblig.* et
sequitur Mantic. *dicto titulo* 4. *n.* 16. ubi etiam per tot.
tit. alias declarationes, et casuum distinctiones in hoc pro-
posito tradit, quae penes eum videri poterunt.
46 Quo autem ad locationem factam pluribus personis, quod
etiam si facta cuilibet pro certo tempore, debeat adhuc re-
putari unica, tradunt signanter Becc. *cons.* 92. *n.* 18. et Bar-
dellon. *cons.* 45. *n.* 58. *et seqq.*
Contrarium vero sentire videtur Rota coram Dunoz. Jun.
decis. 796. *n.* 17. et cor. cardin. Celso *decis.* 28. *n.* 7.
Sed haec quoque controversia pendet a voluntate partium,
et ideo componenda cum distinctione casuum, ut dixi in spe
cie *dicto c.* 14. §. 7. *n.* 32. *vers. dubitatur etiam*, et ex con-
jecturis, et argumentis, de quibus supra in locatione plu-
rium rerum *a n.* 14.
Et haec sufficiant circa dictam quaestionem, an locatio sit
unica, vel plures, sed animadvertendum, quod aliquando li-
47 cet sint plures contractus, tamen sunt correspectivi et hac
ratione correspectivitatis ut unus alteri censetur inesse, et
reputantur, ut unus, et individuus, ut per Cravet. *consil.*
949. *n.* 19. Tiraq. *in l. si unquam, verb. donatione largi-*
tus n. 117. *et seq.* Surd. *cons.* 381. *n.* 6. *in fin.* Gratian.
discept. 924. *n.* 2. Seraph. *decis.* 540. *n.* 4. Rot. post Zacch.
de societ. off. decis. 113. *n.* 13. *et* 14.
Et licet hoc procedat per fictionem, quia secundum veri- 48
tatem sunt contractus vere distincti, et plures Menoch. *prae-
sumpt.* 12. *n.* 25. *lib.* 6. quem sequitur Rota coram Gregor.
decis. 508. *n.* 8. et de pacto facto post locationem, quod
dummodo sit factum post locationem perfectam, quantumvis
in continenti, dicatur inesse ipsi locationi ficte, et im-
proprie, non autem vere, et proprie, Caroc. *de locat. tit. de
cohaeren. contr. n.* 53. *et* 56. et prius Tiraq. cum aliis *de
retract. convent.* §. 1. *glos.* 5. *n.* 27. *et seq.* tamen reputan- 49
tur unus, et praecipuus effectus est, ut non possit unus sta-
re sine altero, sed uno cessante, et alius corruit Cravet. *cons.*
230. *n.* 2. Menoch. *cons.* 109. *n.* 6. Decian. *cons.* 1. *n.* 38.
lib 3. Gratian. *discept.* 273. *n.* 15. Barz. *decis.* 15. *num.* 9.
Rot. *decis.* 428. *n.* 3. *par.* 1. *recent.*
Et sicut uno in totum corruente, alterum in totum cor-
ruit, et ita, et uno in parte cessante. debet, et alter quoque
in parte cessare, ut per text. *l. quae de tota, ff. de rei vin-
dic.* tradit Surd. *cons.* 431. *n.* 52. *in princ. ver. et sicut.*
Et in specie, quod regulae traditae pro pluralitate loca-
tionum non applicentur, nec obstent unitati, et individui-
tati contractus si appareat locationes. quamvis diversas, ta-
men esse correspectivas, late tradit Becc. *cons.* 92. *n.* 17.
vers. rursus respondeo.
Verum tunc tantum corruere alium contractum correspe- 50
ctivum, quando unus corruit ab initio, secus autem si cor-
ruit ex post facto, declaravit Mandel. Alb. *cons.* 45. *n.* 5.
et 6. quem plene amplectitur Lancel. Gal. *cons.* 40. *n.* 5. *ad
fin. et seqq.* et comprobari posse videbatur per text. *in l. fin.
ff. de manum test.* ubi legatum libertatis erat correspecti-
vum ad implementum conditionis, et tamen sufficit semel
adimpletam fuisse conditionem, nec corruit legatum si con-
ditio postea deficiat, ut consideravit Rota *decis.* 667. *n.* 15.
vers. non obstat, part. 1. *divers.*
At quoad dictum textum, ejus dispositio procedit potius,
ex alia declaratione, quam patitur dicta conclusio, quod
corruente uno ex correspectivis, corruat, et aliud, quae de-
claratio est, ut procedat in contractibus, et obligationibus,
secus autem in distractibus, seu liberationibus, quando enim 51
unus est liberatus non est quid corruat, quia liberatio est
privatio, et non datur privatio privationis, *l. num, et si
sub conditione* 5. *ff. de injust. rup. et ir. test.* ut bene per
plura exempla probat Bellon. Jun. *cons.* 27. n. 33. *et seq.
et n.* 41.
Extra hos terminos opinio Mandelli est dubitabilis, quia 52
in his, quae tractum successivum habent, non sufficit ab
initio adimplere, dum implementum non est durabile, Bart.
in l. inter Statilianum 49. et ibi Bald. *n.* 1. *et* 2. *ff. de
recept. arbitr.* Succin. Sen. *cons.* 133. *n.* 7. *lib.* 1. Surd.
cons. 381. *n.* 19. Rot. coram Celso *decis.* 78. *n.* 4.
Sicut autem unus contractus correspectivus censetur ines- 53
se alteri, ita et pactum correspective conventum censetur
contractui correspectivo inesse, ad late tradita per Mantic.
de tacit. lib. 3. *tit.* 15. *n.* 49. *et* 50. et de pacto convento
in uno ex contractibus correspectivis, quod censeatur inesse 54
alteri, Monter. *dec.* 20. *sub n.* 41. Rot. coram Dunozet. sen.
decis. 135. *n.* 7. sed hoc intelligendum, quando pacta illa 55
conveniunt alteri contractui, et nullum sequitur absurdum,
vel impossibile, veluti sequeretur si facto contractu usurario
correspective ad contractum matrimonii, praetenderetur, quod
qualitates pertinentes ad contractum usurarium censerentur
repetitae in contractu matrimonii, ut bene animadvertit Man-
del. Alb. *cons.* 178. *n.* 1. et ibi etiam Adden. Monac. *de-
cis. Luc.* 55. *n.* 41.
Hinc si conductor obliget se favore tertii. puta solvere pen- 56
siones creditori locatoris vel ad aliud quid simile ratione
conductionis factae, seu appaltus suscepti, cessante conductio-
ne, seu appaltu, cessat etiam talis obligatio correspectiva,
Bald. *in l. procurator.* 67. *n.* 3. *ad med. ff. de procurat.*
Cephal. *cons.* 217. *n.* 5. Gratian. *discept.* 275. *n.* 22. *et di-
scept.* 740. *n.* 45. Rot. *decis.* 50. *n.* 3. *in fin. part.* 1. *re-
cent.*
Et idem est si conductor cogatur metu judicis recognosce- 57
re alium in dominum, quia tunc licet duret contractus, ta-
men non durat cum eo, cujus intuitu facta promissio, Co-
sta Sen. *cons.* 67. *per tot.* secus tamen si hoc faciat volunta-
rie, Amat. *resolut.* 21. *n.* 5. *et seqq.*
Correspectivitas vero probari debet, quia regulariter ea 58

non praesumitur. *l. eum ejusdem* 34. *ff. de aedil. edict.* Gratian. *discept.* 548. *n.* 32. Rota coram Dunoz. Jun. *decis.* 649. *n.* 4.

59 Sed sufficiunt praesumptiones, et conjecturae ad ejus probationem, quia an adsit correspectivitas, vel ne, est materia conjecturalis, Mandel. *cons.* 45. *n.* 3. *vers. procedit* Lancel. Gall. *cons.* 40. n. 6. *prope fin.* Menoch. *praesumpt.*
60 12. *n.* 1. *lib.* 6. et si adsint hinc inde conjecturae, attenduntur fortiores, quia una aliam elidit, Decian. *resp.* 1. *n.* 38. *lib.* 5.

61 At non satis erunt conjecturae voluntatis unius partis contrahendi correspective, sed requiruntur voluntatis utrinsque ad faciendas obligationes proprie correspectivas *decis.* 677. *n.* 15. *versic. quoad ultimam part.* 1. *divers.*

62 Praecipua autem conjectura, imo praesumptio correspectivitatis duorum contractuum inde resultat, quod sint comprehensi in eodem instrumento, Dec. *cons.* 562. *n.* 4. Turriol. *cons.* 73. *n.* 8. *vers. quarto igitur*, Surd. *cons.* 217. *n.* 9. Gabr. *de praesumpt. conclus.* 13. *n.* 4. Rot. *decis.* 261. *n.* 30. *part.* 4. *tom.* 2. *et decis.* 65. *n.* 8. *et decis.* 127. *n.* 17. *part.* 6. *recent.*

63 Adeo ut hoc procedat etiam si diversae sint res, et personae secundum Bec. *cons.* 92. *n.* 17. *et* 18. Bardellon. *cons.* 45. *n.* 58. Ventorin. *cons.* 14. *n.* 33.

64 Verum possunt etiam in eodem instrumento esse plures contractus omnino separati, Alb. *cons.* 45. *n.* 3. Cyriac. *contr.* 90. *n.* 25. *et* 26. et late Rot. post Merlin. *de pignor. decis.* 142. *n.* 18. *et seqq.* ubi plura recenset exempla, et
65 auctoritates adducit, et signanter si sint diversae naturae, et habeant causam diversam, dummodo non habeat necessariam dependentiam ab alio, nec veniat ad alterius determinationem, non censentur correspectivi, quantumvis in eodem instrumento sint celebrati, Menoch. *praesumpt.* 12. *n.* 39. *lib.* 6. Cyriac. *contr.* 90. *n.* 26. Put. *decis.* 213. *n.* 1. *et per tot. part.* 3. Bich. *decis.* 281. *n.* 26 et post Merlin. *de pignor. dict. decis.* 142. *n.* 23. *et seq.* ubi, et quod hoc procedit etiamsi unus dederit causam alteri.

66 Non tamen sufficeret sola diversitas naturae contractuum ad evitandam dictam praesumptionem correspectivitatis, ex quo sint in eodem instrumento comprehensi resultantem, Gratian. *discept.* 679. *n.* 45. Rot. *dec.* 387. *n.* 18. post Cenc. *de cens.* et coram Dunozet. Jun. *decis.* 223. *num.* 7. *et seq.* ubi etiam si fuerint in capitulis separatis.

Eoque certius si pro correspectivitate militent quoque aliae conjecturae, vel verba instrumenti uti si deventum ad se-
67 cundum contractum cum dictione, *ulterius* quae cum sit implicativa praecedentium, importat correspectivitatem ad ea. Gratian. *discept.* 679. *n.* 46. *et seqq.* Rota *dicta decis.* 387.
68 *n.* 19. post Cenc. *de cens.* vel dictum, *et e contra*, vulgariter, *all' incontro*, quia pariter haec dictio correspectivitatum apertam denotat, Rot. *decis.* 405. *ante n.* 1. *part.* 4. *div.* et idem est de dictionibus, *toties quoties*, seu vulgari-
69 ter loquendo *ogni volta che*, *decis.* 293. *n.* 1. *part.* 4. *recent.* non tamen sufficeret, quem dixisse facere obligatio-
70 nem, *per gl' interessi che sono tra me, e Carlo*, ut censuit Rota coram Dunoz. Jun. *decis.* 659. *num.* 4. *vers. non ex verbis.*

In proposito tamen diversorum contractuum, seu diversarum conventionum, et obligationum in eodem instrumento per capitula separata contentarum, non omittendum omnino
71 animadvertere ad singularem distinctionem quam magistraliter fecit Rota in una Veliterna transactionis 20. novembris 1617. coram Cardinali Sacrato, videlicet, quod, aut quaeritur de una conventione, et capitulo ad effectum qui potest separari a toto contractu, et tunc singula capitula considerantur tamquam quid diversum, et separatum, et non habetur in consideratione correspectivitas, aut vero effectus, de quo agitur non potest separari a toto contractu, et hoc casu bene dicitur omnes conventiones, et omnia capitula unius instrumenti esse correspectiva, et unum non posse considerari, nec determinari sine altero. Cujus decisionis, quia est singularis, et alibi non reperitur impressa, et quia melius se explicat specificando casus, verba praecisa, quoad dictum propositum refero, quae sunt infrascripta.

In quadam transactione inita inter Tullium ex una parte, et Gregorium ex altera dictus Gregorius dedit in pignus Tullio quamdam suam domum positam in civitate Veliterna detinendam loco pignoris per quinquennium, quo finito esset in arbitrio dicti Gregorii, vel illam redimere solutis scut. sc. pro quibus fuerat data in pignus, vel tradere insolutum pro sc. 2700. item per aliud separatum capitulum fuit conventum, quod Gregorius fidejuberet, prout fidejussit de evictione pro quadam alia domo vendita, vel vendenda per quemdam Bartholomaeum Galiardum eidem Tullio; cum autem Gregorius juxta formam priori capituli vellet adstringere Tullium ad recipiendum insolutum dictam domum Veliternam, egit coram A. C. et succubuit, causaque appellationis mihi in Rota commissa, dedi inhibitionem juxta formam commissionis, qua inhibitione non obstante Tullius praetendens venisse casus evictionis domus a se emptae a Bartholomaeo, et pro qua fidejusserat Gregorius, vigore obligationis cameralis obtinuit relaxari mandatum executivum, fuit coram me dubitatum an hoc esset attentatum, et pro negativa fuit tantum ex duplici capite.

Primo, quia attentata non committuntur, quando causa, 72
quae pendet coram judice inhibente est diversa a causa quae pendet coram judice inhibito, Ruin. *cons.* 75. *lib....* Caputaq. *decis.* 59. *part.* 1. Lancellot. *de attent. lit. pend.* 2. *part. cap.* 4. *limit.* 2. et fuit dictum in causa Januen. domorum die.... coram R. P. D. meu Manzanedo, quod autem causa, quae pendet coram me in Rota sit diversa a causa pro qua A. C. relaxavit mandatum patet, quia haec est super domo Veliterna data per Gregorium in pignus Tullio, et super eo an Tullius teneatur illam accipere in solutum. Causa, vero pro qua fuit per A. C. relaxatum mandatum est pro fidejussione, quam fecit Gregorius ad favorem Tullii occasione domus venditae per Bartholomaeum Galiardum eidem Tullio; nec facit, quod utraque actio oriatur ex capitulis transactionis, et contractus dicatur unicus licet contineat plura capitula separata, Surd. post alios *cons.* 217. *n.* 9. *cum pluribus seqq.* quia fuit responsum capitula unius contractus habentia separatam determinationem considerari tamquam unum totum, vel tamquam res separatas, ut est diversitas casuum, et effectuum, de quibus agitur, unde similia capitula considerari, uti res separatas prosequitur Natta *consil.* 133. *n.* 6. *per tot.* ex quibus doctrinis domini colligebant theoricam, quod aut quaeritur de uno capitulo ad effectum, qui potior separari a toto contractu, ut in casu Natt. *d. cons.* 133. ubi agebatur de implemento unius capituli transactionis, qui bene poterat separari ab implemento alterius capituli, et unusquisque poterat separatim petere illud, quod praetendebat, et tunc singula capitula considerantur tamquam quid diversum, et separatum, aut per eum, aut vero effectus, de quo agitur non potest separari a toto contractu, ut in casu Surd. *d. cons*, 217. in quo agebatur de laesione contractus, quae non venit aestimanda ex uno tantum capitulo, sed ex omnibus simul junctis, quia illud quod dimittitur in uno, potest refici in alio, et hoc casu bene dicitur omnia capitula esse correspectiva, et unum non posse determinari sine alio modo applicando ad propositum casum, visum fuit dominis, quod ex eo quod Gregorius introduxerit litem super importantia capituli in quo agitur, an Tullius teneatur accipere, vel non accipere in solutum domum magnam Veliterni, non fuerit pro hoc introducta lis super alio capitulo, in quo agitur de evictione promissa per Gregorium eidem Tullio occasione domus venditae per Bartholomaeum Galiardum, quia si inspicimus verba, sunt in oratione penitus separata, si materiam, nihil habet commune una cum alia, si vero totum contractum, non agitur de illo infringendo, aut tollendo, sed unusquisque vult illi stare, et in illius executionem agit ad illud, quod sibi proficuum est atque ex iis cessant, quae dicuntur de connexione, et correspectivitate, et de incidenti. Haec Rota.

Redeundo autem ad propositum non solum praesumun- 73
tur correspectivi duo contractus facti in eodem instrumento, sed etiam facti eodem tempore, quamvis non in eodem instrumento, sed etiam facti in continenti unus post alium, Angel. *cons.* 145. *n.* 2. *ad med. versic. item*, Cravet. *cons.* 298. *n.* 13. Ursill. ad Afflict. *decis.* 306. *n.* 4. et plene Tiraquell. *in l. si unquam verb. donatione largitus n.* 117. *vers. et ita quidem*, ubi fortius tenet unicum esse contractum, et *n.* 118. inquit, quod si quis refractarius, ac pervicax sibi persuadere non posset esse unicum, negare tamen non poterit alterum alterius respectu, et contemplatione, idest unum propter aliud, et sic correspectiva factum.

Incontinenti autem celebrati contractus censentur ad hunc 74
effectum ex eo quod appareat celebrati eodem die, et coram

eisdem notario, et testibus. Bald. in *l. patens* 27. *n.* 44. *vers. et ideo quando, c. de pact.* ubi licet moneat contrahentes, quod quando ita celebrant contractus sint canti, ut dicant, quod non valeat unus sine alio, tamen addit, quod et si non dicant, adhuc praesumuntur facti incontinenti, et uno, et eodem verbo, et consensu, Corn. *cons.* 36. n. 15. *lib.* 2. Bec. *cons.* 92. n. 6. Tiraquel. *d. verb. donatione largitus n.* 119. et quod facti eodem die coram eisdem censentur correspectivi. probat text. in *l.* 1. *§. quae onerandae, vers. in summa, ff. quar. rer. act. non detur*, Felin. *in cap. pastoralis* n. 7. *post med. de rescript.* Corn. *cop.* 36. *n.* 14. *lib.* 2. Nat. *cons.* 449. n. 84. Giurba *decis.* 85. *nu.* 18. Crescent. *decis.* 1. *n.* 1. *tit. de Simon.* Buratt. *decis.* 48. *n.* 8. Dunoz. Jun. *decis.* 612. n. 16.

75 Et procedit dicta praesumptio etiamsi contractus sint omnino diversi, dummodo tamen ad invicem se compatiantur, et una esse, ac stare possint, ut latissime auctoritatibus, et exemplis adductis probat Menoch. *praesumpt.* 12. *a* n. 4. *ad* 28. *lib.* 6. ubi etiam *numeris seqq.* ampliat tribus modis, et eo certius si una materia est proportionata, et conjuncta alteri, ut esset cessio, et retrocessio, Mohed. *decis.* 3. *n.* 1. *vers. nam ad hoc, tit. de simonia.*

76 At ubi contractus sunt diversae naturae, et habent causam penitus diversam, et materia non est proportionata, tunc non procedit d. praesumptio, Put. *decis.* 167. n. 4. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 548. *n.* 25. Monac. *decis. Luc.* 55. *n.* 39. Gregor. *decis.* 492. n. 13. *decis.* 4. n. 4. *et decis.* 369. n. 6. *part.* 3. *rec.* et sufficere, quod unus contractus possit sine altero subsistere, censuit Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 3. *nu.* 20. *ad fin. vers. quod sine dubio, et in decis.* 238. n. 5. At hoc procedere potest ad effectum, ut cesset necessaria correspectivitas, cum correspectiva sint quorum uno sublato, aliud corruit, et ideo dum unus contractus stare potest sine
77 alio, sequitur, ut non sint necessario correspectivi, Rot. coram eodem Mantic. *decis.* 31. *n.* 11. sed semper dicta actuum conjunctio facit aliquam conjecturam, quae si jungatur cum aliis, itaut constet de mente contrahentium, quod aliter non contraxissent, sine dubio ei statur, Caesar. de Grass. *decis.* 86. n. 8. Rot. *decis.* 446. *n.* 3. *part.* 1. *divers.* et *decis.* 124. *n.* 4. post Cenc. *de cens.*

78 Minusque procedit eadem praesumptio in dispositionibus mere gratiosis factis solum ad morem gerendum petentibus ut singulariter declarat Surd. *cons.* 298. *n.* 37. *prope fin. vers. et quamvis.*

Pront etiam non procedit respectu ejus, qui non interfuit
79 secundo instrumento, sed restringitur ad eos, qui utrique interfuerunt *decis.* 527. *n.* 4. *part.* 4. *recent.*

80 Et generaliter stantibus conjecturis de voluntate partium non contrahendi correspective ad alium contractum, quia per eas receditur a dicta praesumptione, Rimin. Jun. *cons.* 404. *n.* 10. Menoch. *lib.* 6. *praesumpt.* 12. *n.* 38. Mantic. *dicto tit.* 3. n. 20. *vers. sed hoc procedit*, Sesse *decis.* 19. *n.* 12. Rot. *decis.* 141. *n.* 4. *part.* 3. *rec.*

81 Non solum autem arguuntur correspectivi contractus facti in continenti. sed etiam facti tempore proximo, licet non statim, et non solum facti eodem die, ut censuerunt multi relati per Menoch. *praesumpt.* 12. n. 28. *lib.* 6. et Rot. *decis.* 65. n. 7. *part.* 6. *recent.* sed etiamsi unus uno die factus sit, et alius alio sequenti, secundum Anchar. *cons.* 434. *n.* 3. quem sequitur Cravet. *cons.* 153. *n* 8. *vers. idem si non incontinenti, et cons.* 156. *n.* 7. *versic. non obstat tertium, et cons.* 356. *n.* 1. *ad med.* Rot. *decis.* 323. *n.* 76. *part.* 6. *recent.*

Verum in contrarium urgent alii quam plures volentes, quod imo cesset ista praesumptio eo ipso, quod ad secundum contractum deventum fuit postquam alius fuit perfectus, et absolutus, etiam si in continenti sit factus relati per Tiraquell. *de retract. convent. §.* 1. *glos.* 5. n. 25, et repetiti per Caroc. *de locat. tit. de cohaerent. contract. num.* 26. et ultra eos Mantic, *de tacit. lib.* 2. *tit.* 3. n. 20. *prope fin. versic. et si unius*, Rot. coram eodem *decis.* 238. *n.* 4.

Hanc contrarietatem observat hanc Caroc, *ubi proxime n.*
82 27. sed non videtur resolvere difficultatem, quam crederem resolvi posse, dicendo, quod dum contractus non sunt facti in continenti, non urgeat praesumptio correspectivitatis, et adhuc vicinitas faciat conjecturam, quae juncta cum aliis circumstantiis, et conjecturis operari possit, haec enim est materia conjecturalis, ut supra diximus, cum incepimus de ea loqui, et cum eadem propositione possumus terminare, addendo solum, quod circa conjecturarum qualitatem, et sufficientiam standum arbitrio judicis, Cravett. *cons.* 156. *n.* 57. *vers. quando enim dicatur*, Caroc. *dicto tit. de cohaeren. contr. n.* 18. Menoch. *dicto praesumpt.* 12. *num.* 30. *lib.* 6.

De obligatione in solidum, et jure accrescendi in locatione.

SUMMARIUM.

1. Locatio potest fieri duobus in solidum, et a duobus in solidum recipi.
2. Obligatio regulariter non censetur in solidum, sed pro virili.
3. Et haec regula procedit in locatione.
4. Decl. contrarium procedere si locator locat simul duobus, et utriusque fidem in solidum sequetur.
5. Nec requiritur conductores obligari expresse in solidum, sed sufficit locatorem singulorum personam considerasse.
6. Obligatio in solidum inducitur etiam tacite.
7. Et sufficit quaelibet conjectura.
8. Conductores si obligati sunt tantum pro virili, unus non debet convenire pro parte alterius, secus si in solidum.
9. Locationa facta pluribus in solidum ad vitam, uno decedente, non revertitur ejus pars ad dominum.
10. Obligatio in solidum arguitur ex qualitate rei, si est individua, et n. 13.
11. Individuum dicitur quatuor modis, et quibus.
12. Individua bona censentur, quando pars non affert tantam utilitatem respectu partis, quantam totum respectu totius.
14. Individuum natura non potest ex voluntate partium fieri dividuum, secus autem e contra, quia quod est dividuum potest fieri individuum.
15. Obligatio dividua ratione rei fit individua si accedat poena.
16. Individuum concurrens cum dividuo facit unum totum individuum.
17. Obligatio rem restitui est individua.
18. Decl. procedere quatenus res restituenda non afferat tantam utilitatem in parte respectu partis, quantam in totum respectu totius.
19. Res quaelibet praesumitur dividua, et allegans contrarium probare debet.
20. Sunt tamen quam plura, quae solum est non posi commodum dividuum et quae sint.
21. Negotium apothecae est dividuum.
22. Domus praesumitur dividua.
23. Decl. procedere, quo ad substantiam, secus quo ad utilitatem.
24. Individua an sit res si dubitatur potest deveniri ad electionem peritorum.
25. Pecudes censentur dividuae, et conductores earum obligati pro rata.
26. Consistentia in quantitate sunt dividua.
27. Socii locando, et conducendo obligantur in solidum.
28. Decl. ut si locatio, et conductio fiat ab institore obligentur in solidum usque ad ratam positam in societate tantum, secus si fiat ab uno ex sociis.
29. Decl. 2. procedere in societate antecedenti, non in ea quae incidit ratione conductionis simul factae.
30. Particeps conductionis esse potest absque vera, et propria societate.
31. Obligatio conductorum in solidum non resultat ex eo, quod ad unum tantum res pervenerit.
32. Decl. 3. quod dictum est socios obligari in solidum intelligi respectu contrahentis cum eis, secus inter se, quia non obligantur nisi pro rata posita in societate.
33. Ad inducendam obligationem in solidum, aliqui tenent requiri verba expressa.
34. Verius tamen est sufficere aequipollentia.
35. Dictio *cuilibet* importat locationem esse factam pluribus in solidum.
36. Quae sint alia verba idem importantia relative.
37. Dictio *respective* importat obligationem esse factam pro virili.
38. Obligationem in solidum inducere non est obligationem dilungere, sed ampliare.
39. Obligatio cameralis non importat obligationem in solidum.
40. Obligatio in solidum ex una parte, denotat eamdem obligationem ex alia.
41. Decl. procedere si agatur de obligatione unica, vel correspectiva, secus si de diversis.
42. Locatio licet facta sit pluribus in solidum, adhuc conductores faciunt sibi partem.
43. Locator compellens unum ex obligatis totum solvere tenetur ei actiones contra alios cedere.
44. Jus accrescendi regulariter in contractibus non datur.
45. Contrarium tenent aliqui in locatione.
46. Decl. regulariter non dari in locatione, sed applicari plures limitationes.
47. Regula, quod in contractibus non datur jus accrescendi limitatur primo in contractibus ultro citroque obligatoriis.
48. Limitatur 2. in contractibus, qui continent causam lucrativam.
49. Limit. 3. quando concedentem interest, ut jus accrescendi locum habeat.
50. Limitationes praedictae sunt controversae.
51. Comunio est mater dissordiarum.
52. Jus accrescendi censetur potius optatum, quam communio.
53. Stante praecepto testatoris, quod res duobus vendatur una emtore recusante, tenetur haeres vendere alteri ratam suam.
54. Jus accrescendi in emphyteusi datur si sit titulo oneroso concessa, non si lucrativo.
55. Emphyteusis est contractus potius lucrativus quam onerosus.
56. Decl. procedere si canon non correspondeat fructibus, vel ab initio non sit facta solutio summae aequivalentis.
57. Et non est necesse, quod onus omnino correspondeat, sed inspiciatur, an liberalitas praevaleat, vel non.
58. Jus accrescendi non habet locum post emolumentum quaesitum.

59. Decl. ut licet non habeat locum jus accrescendi, possit habere locum jus non decrescendi.
60. Decl. 2. ut non sufficiat acquisitio, quae dicitur fieri ipso jure, et requiratur acceptatio.
61. Decl. 3. requiri acquisitionem liberam, et puram nec sufficere acquisitionem cum subauditione aliqua, vel ratione alicujus qualitatis.
62. Decl. 4. non procedere si appareat contraria voluntas contrahentium, etiam tacita.
63. Jus accrescendi habet locum in emphyteusi, et tacita voluntate contrahentium.
64. Et sufficiunt conjecturae.
65. Jus accrescendi in locatione pluribus facta inducitur ex pacto, quod post mortem eorum bona revertantur.
66. Et maxime si dictum sit post mortem omnium.
67. Jus accrescendi in locatione inducitur ex eo, quod dictum sit mortuo uno res vadat ad alium.
68. Decl. ut si non solum facta sit recipientibus, sed etiam eorum filiis et additum, et aliquo eorum decedente sine filiis, ejus pars vadat ad alium, jus accrescendi censeatur inductum solum inter primos non etiam inter filios.
69. Secus si dictum, quod pars premorientium deveniat ad superstites, vel si dictum, et eis deficientibus.
70. Jus accrescendi, ut intret in locatione sufficit eam esse factam pluribus in solidum.
71. Decl. non sufficere conductores esse obligatos in solidum pro mercede, sed requiri concessionem eis in solidum esse factam.
72. Sed licet non sufficiat dicta obligatio in solidum tamen facit conjecturam urgentem.
73. Sufficit locationem esse factam juxta formam aliarum, et in illis adesse clausulam in solidum ad hoc ut intret jus accrescendi.
74. Si locatio facta est pluribus, et eorum cuilibet, intrat jus accrescendi.
75. Idem si concessa duobus, et utrique.
76. Et generaliter stantibus similibus dictionibus distributivis.
77. De dictione cuique est valde controversum, an sit distributiva, et operetur dari jus accrescendi.
78. Jus accrescendi in locatione datur quandoque inter primos, et non inter descendentes, et quandoque e contra.
79. Jus accrescendi ubi regulariter non datur dictiones illud importantes, operantur tantum respectu eorum quibus sunt adjectae.
80. Lim. secundum aliquos si adjectae sint successoribus, quia arguitur, quod partes voluerint idem in stipulantibus.
81. Dictio ad plures relata in eadem oratione contentos omnes aeque determinat.
82. Verbum persona non potest referri generaliter.
83. Locatione facta cum dictione *cuilibet* relata ad filios datur jus accrescendi non solum inter filios, sed etiam inter filium unius, et patruum.
84. Pactum, quod si unus ex conductoribus non ratificet ejus pars acquiratur alteri, demonstrat partes voluisse dari jus accrescendi.
85. Idem arguitur ex solito concedendi, ut jus accrescendi locum habeat.
86. Idem ex observantia subsecuta.
87. Item ex quo nullus ex stipulantibus filios haberet.

CAPUT XXVI.

1 Locationem posse fieri duobus in solidum, et a duobus in
solidum recipi non est dubium. duo enim rei locationis in-
solidum esse possunt, dicit Ulpian. *in l. item quaeritur* 14.
§. exercitu veniente in fin. ff. locat. At difficultas vertitur
in dignoscendo, an, et quando, ita dicatur facta, ex verbis
enim praefatis Ulpiani non infertur, quod facta simpliciter
locatione duobus, censeatur ea facta insolidum, sed potius
arguitur contrarium, dum enim jurisconsultus dicit, quod
duo possunt esse rei insolidum, non obscure indicat, quod
non semper sunt, ut animadvertit Rot. coram Penia *decis.*
1621. *n.* 3. *ad med.*

2 Regula autem juris clara est, ut duo censeantur promit-
tere, et se obligare pro virili, ac etiam eodem modo recipe-
re obligationem, et stipulari, nisi addiderint clausulam, *in
solidum, l. reos* 11. *§. cum tabulis, ff. de duobus reis*, cum
concordantibus late relatis per Rot. *decis.* 79. *n.* 15. *part.*
3 6. *recent.* Et hanc eamdem regulam procedere in terminis
locationis, et conductionis censuit *glos. in d. l. item quaeri-
tur in ver. esse possunt*, et concludit Rota *decis.* 241. *n.*
2. ubi, tam quoad rei restitutionem, quam quoad pensio-
nem, et *decis.* 1621. *n.* 2. *et n.* 11. *ad fin.* coram Penia.

Et licet contrarium videatur deduci posse ex verbis text.
in l. eamdem 9. *in princ. ff. de duob. reis*, dum habent fie-
ri duos reos promittendi non tantum verbis stipulationis,
sed et caeteris contractibus, veluti emptione, et venditione,
locatione, et conductione, *deposito etc.* tamen hoc intelli-
gitur retento themate praecedenti, ubi jurisconsultus dicit
quod si eamdem rem apud duos pariter deposui, utriusque
4 fidem insolidum secutus, fiunt duo rei promittendi, ita ut re-
quiratur in locatione, quod locator locet pariter duobus, et
utriusque fidem in solidum sequatur, et ita conciliatur di-
ctus *textus cum dicto l. reos*, et aliis contrariis, ut monet
glossa ibi in verb. dant.

At quamvis verum sit, quod ubi locatores, vel conducto-
res non dixerint expresse se obligare in solidum, regulariter
praesumantur obligati tantum pro virili, non tamen pro-
pterea dicendum requiri omnino, quod expresse obligentur
insolidum, nam sufficit apparere locantem pluribus, singulo- 5
rum intuitum fuisse personam, ad hoc ut singuli insolidum
obligati censeantur, ut est *text. in l. cum apparebit* 50. *ff.
locat.* unde datur manifeste intelligi, quod non solum ex-
presse, sed etiam tacite inducitur haec obligatio in solidum 6
Bart. *in l.* 2. *n.* 1. et Castren. *n.* 2. *ff. de duob. reis*,
Mantic. *de tacit. lib.* 15. *tit.* 3. *n.* 14. Cyriac. *contr.* 327. *n.*
61. at in his terminis locationis, et conductionis sensit Rot.
coram Penia *decis.* 241. *prope fin. et d. decis.* 1621. *n.* 2.
imo sufficere quamlibet conjecturam, vel quodlibet mini- 7
mum verbum ad eam inducendam dixit Mandell. *cons.*
263. *n.* 1.

Vis igitur stat in dignoscendo, an contrahentes voluerint
contrahi hanc obligationem, et utilis est haec indagatio, quia 8
si divisa conductio fuit, et singulis pro partibus facta, unus
non debet conveniri pro parte alterius, si autem omnes qui
conducebant insolidum locatori sunt obligati, jus ei compe-
tens conveniendi pro toto quem velit, non debet auferri,
dicit imperator *in l. si divisa* 13. *c. locat.*

Et est etiam alia magna utilitas hujus inspectionis, quod 9
videlicet ubi locatio est facta pluribus insolidum ad vitam,
moriente uno ex conductoribus, non potest praetendi, quod
locatio resolvatur, et res revertatur pro ejus parte ad loca-
torem, sed remanet totaliter penes alium per jus accrescen-
di, seu proprius loquendo per jus non decrescendi, juxta
tradita per Ruin. *cons.* 159. *n.* 10. *lib.* 1. Bellon. Jun. *de
jur. accresc. cap.* 6. *quaest.* 33. *n.* 11. *et quaest.* 34. *n.* 17.
Rot. coram Cavaler. *decis.* 219. *n.* 6. *repetita est in recent.
decis.* 435. *n.* 7. *par.* 1. et coram Coccino *decis.* 1771. *n.* 8.
de quo dicam infra.

Arguitur autem obligatio insolidum ex qualitate rei, si 10
est individua, quia non potest censeri voluisse contrahentes
dividi in partes: quod est individuum Bart. *in l.* 2. *n.* 4.
ff. de duob. reis. Castr. *in l. si ut certo, §. si duobus n.* 13.
ff. commod. et in proposito locationis, et conductionis Rota
aliis adductis coram Pen. *decis.* 1621. *n.* 4.

Verum haec conclusio movet magnam molem difficilium
articulorum spectantium ad materiam dividui, et individui,
quae merito reputatur perplexa, ut dixit Rot. *in d. decis.*
1621. *n.* 6. et quidem individuum dicitur quatuor modis, 11
videlicet, aut natura, aut ratione formae, aut ratione volun-
tatis contrahentium, aut ratione dependentiae, ut principa-
le, et accessorium eadem Rot. *decis.* 143. *n.* 1. *part.* 1. *div.*
et cor. Coccin. *decis.* 402. *n.* 5.

At in proposito ad dignoscendum dividuum ab individuo,
datur communiter pro regula, ut inspiciatur, an tantam u- 12
tilitatem afferat pars respectu partis, quantam totum respe-
ctu totius, vel non, primo enim casu res reputatur dividua,
secundo vero individua, ut dixit Rot. *in dicta decis.* 1621.
n. 6. *et seq.* coram Penia Decian. *cons.* 15. *n.* 38. *ad fin.
lib.* 1. Gutier. *de juram. part.* 1. *cap.* 58. *n.* 6. *post prin-
cip. vers. quod ipsa*, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gl.*
9. *par.* 2. *n.* 77. Seraph. *decis.* 543. *n.* 3. Merlin. *decis.*
683. *n.* 6. unde praedium tunc reputatur divisibile, quando
potest dividi absque deterioratione, Gratian. *decis. March.*
169. *n.* 24.

Et si res, quae venit in obligatione juxta praedictam re- 13
gulam est dividua eodem modo intelligitur etiam dividua o-
bligatio, et actio orta ex illius promissione, et e contra si res
est individua, ut est *text. in l.* 2. *§. ex his, ff. de verb. ob-
ligat.* ibi, et *ideo si divisionem res promissa non recipit
haeredes promissorum insolidum tenentur*, cum concord.
relat. per Rot. *dicto decis.* 1621. *n.* 9. coram Pen. est tamen
haec differentia, ut, quod est natura individuum non pot- 14
est ex voluntate partium fieri dividuum, ut secus e contra,
non enim est novum, quid fieri individuum ex voluntate
contrahentium, ut dicit pluribus adductis Belloo. Jun. *de
jur. accrescen. cap.* 6. *quaest.* 33. *n.* 10. et sufficiunt conje-
cturae Bursatt. *cons.* 176. *n.* 33. et obligatio dividua ratio-
ne rei, quandoque efficitur individua respectu solutionis, ut
si accedat poena Rot. coram Pen. *d. decis.* 1621. *n.* 9. et 10. 15
obligatio enim ad poenam est individua *l.* 5. *§. fin. et l. in
executione* 85. *§. item si isto stipulatio, ff. de verb. obli-
gat.* et ubi concurrit, quid individuum, et quid dividuum, 16
quae simul faciant unum totum, censebitur illud totum in-
dividuum, quia individuum potest ad sui naturam trahere
dividuum, et non e contra Mandell. *cons.* 263. *n.* 7.

Et praedicta regula procedit non solum in obligatione rem

dari, et sic quoad locatores, qui obligantur rem dare seu et-
17 iam quoad conductores respectu solutionis mercedis; sed et-
iam in obligatione rem restitui, licet enim aliqui velint, quod
obligatio rem restitui sit individua, et includat propterea o-
bligationem insolidum, ut per Mandell. *cons.* 263. *n.* 5. ubi
n. 6. ampliat procedere etiam si dictum restituendas res, seu
earum aestimationem; tamen propositio ista non est uni-
versaliter vera, ut fuse explicat Roncbegal. *in l. eamdem* 9.
n. 258. *ff. de duob. reis*, sed procedit, ut sit individua, quo-
18 tonus res restituenda non afferat tantam utilitatem in parte
respectu partis, quantam in toto respectu totius, non autem
e contra, ut post Surd. *cons.* 150. *n.* 70. *et seqq.* censuit Pe-
nia *dict. decis.* 1621. *n.* 11. *et* 12. Verum tenetur quilibet
pro parte in obligatione primitiva, quae ad rei restitutionem
contrahitur, ex quo insolidum ad eos pervenire non potest.
At in obligatione secundaria, quae contrahitur ratione doli,
vel culpae, quilibet tenetur insolidum, quia pro parte non
potest delinqui, ut est *text. in l. si certo* 5. *§. si duobus ff.*
commod. ubi Bart. *in summ.* vult posse etiam agi contra
unum ex facto alterius cessa ei actione.
19 Praesumptio autem est, quod res, quaelibet sit dividua
in plures partes, ut ex mente philosophorum docet Bart. *in*
l. si is cui n. 8. *ff. de servit.* unde qui dicit rem indivi-
duam, vel etiam non posse commode dividi probare debe-
bit Cavaler. *decis.* 7. *n.* 2.
20 Sunt tamen quamplura, quae notum est non pati commo-
dam divisionem, ut sunt castellum, furnus, balneum, mo-
lendinum, stagnum, piscium, et similia, de quibus Porto-
les. *de consort. cap.* 45. *n.* 10.
21 Est etiam individuum negotium apothecae praesertim
propter signum, et avviamentum ipsius apothecae, quae non
dividuntur Petr. de Ubald. *de duob. fratrib. part.* 11. *num.*
75. Felic. *de societ. cap.* 40. *num.* 46. Gratian. *discept.*
547. *n.* 49.
22 Domus quoque licet praesumatur dividua secundum Mart.
Medic. *decis. Senen.* 98. *n.* 5, tamen hoc est quoad substan-
tiam, at juxta dictam regulam, quod individuum censeatur
23 id quod non reddit tantam utilitatem in parte respectu par-
tis, quantam in toto respectu totius, et sic ratione utilitatis,
regulariter domus non patitur commodam divisionem Gra-
tian. *discept.* 905. *n.* 19. Rot. *decis.* 192. *n.* 17. *vers. ter-*
tio fuit part. 4. *tom.* 2. *recent.* unde praesumi, quod non
fuisset inventus, qui partem tantum domus fuisset emptu-
rus dixit Rot. *dec.* 683. *n.* 6. *vers. non obstat coram Mer-*
lino.
24 Poterit etiam, quando dubitatur, an res locata sit dividua,
vel individua, aut commodam patiatur divisionem, vel non
deveniri ad electionem peritorum, eorum enim relationi in
hoc proposito statur, ut per Rotam coram Cavaler. *decis.* 7.
n. 2. *vers. at in hoc casu.*
25 Exemplum autem obligationis conductorum pro virili spe-
ciale erit in conductoribus pecudum, qui eas promiserint re-
stituere ejusdem qualitatis, quantitatis, et bonitatis, quia pe-
cudes si dividantur, pars affert tantam utilitatem respectu
partis, quantam totum respectu totius, et sic censetur mate-
ria dividua, et conductores censentur obligati tantum pro
rata, ut censuit Rota *in d. decis.* 1621. *n.* 8. *et per tot. cor.*
Penia.
26 Et idem est, ubi promissa est species, vel pecunia Rot.
coram Penia. *d. decis.* 1621. *n.* 7. aut alia res consistens
in quantitate, quia generaliter promissio quantitatis est di-
vidua Coccin. *decis.* 402. *n.* 6.
Resultat etiam obligatio conductorum insolidum, ex eo,
27 quod sint socii, nam ex natura societatis est, ut omnes obli-
gentur insolidum, sive per unum praefectum negotiationi,
tamquam institorem, fiat locatio, et conductio Bald. *cons.*
263. *n.* 3. *lib.* 5. Paris. *cons.* 93. *n.* 2. *et seqq. lib.* 1. Mer-
lin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 76. *n.* 1. Ossech. *decis.* 150.
n. 7. Rot. coram Merlin. *decis.* 606. *n.* 5. sive etiam per o-
mnes ex sociis non praepositum Bald. *cons.* 262. *n.* 1. *lib.*
5. Grat. *discept.* 279. *n.* 44. *et* 46. *et discept.* 967. *n.* 36.
Rot. Januen. *decis.* 15. *n.* 12.
28 Est tamen differentia si locatio, et conductio fiat per in-
stitorem simplicem, vel per unum ex sociis, nam primo
casu, quo fiat per institorem, resultat quidem adhuc obliga-
tio omnium sociorum insolidum, sed tantum usque ad capi-
tale positum in negotiatione Ossech. *decis.* 150. *n.* 9. Thesa-
ur. *in addit. ad decis.* 136. *ad med.* secus autem si fiat ab
uno ex sociis, sive negotiationi praeposito, sive non, quia tunc
obligantur omnes insolidum, et quod omnia bona indistin-
cte Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 11. *n.* 8. Merlin. *de pignor.*
lib. 2. *tit.* 2. *quaest.* 6. *n.* 19. Surd. *decis.* 173. *n.* 1. Greg.
decis. 302. *n.* 1. maxime in subsidium, et juxta prius, so-
cietate, ut censuit Merlin. *decis.* 606. *n.* 15. *et seqq.* vel
excusso consocio, aut ejus inopia probata, quo casu socium
teneri insolidum, quamvis alias pro parte tantum esset con-
veniendus firmat in terminis sociorum conductorum. Gratian. 1?
disc. 547. *n.* 24.
Animadvertendumque, quod haec, quae dicuntur de so- 29
ciis conductoribus intelliguntur de iis, qui sunt socii ante
locationem, non autem in societate incidente, et impropria,
quae incidit ratione rei simul conductae, ut bene declaravit
Rota *in dicta decis.* 1621. *n.* 3. coram Penia prout etiam si
agatur de probando aliquem socium, ex eo quod fuerit ad-
missus ad participandum de lucro, aliud est si praecessit
tantum societatis contractus, aliud si praecessit contractus
locationis habens admixtam, et implicitam societatem, quia
primo casu reputabitur socius ex quo non potuit admitti
ad participandum, nisi de societate, secundo vero secus, cum
possit etiam esse particeps conductionis absque vera, et pro-
pria societate Rota coram Ubald. *decis.* 311. *n.* 18. *et* 19. 30
et in proposito arguendi, an talis admissus ad participandum
teneatur insolidum locatori Gratian. *dicta discept.* 547. *nu.*
27. *et seqq.*
Nec relevaret, quod tota res, et totum negotium rei condu- 31
ctae pervenisset ad unum ex conductoribus, isque totum
administrasset, quia ex tali administratione resultaret eum
teneri alteri ad reddendam rationem actione mandati, vel
negotiorum gestorum, non autem produci posset obligatio
insolidum respectu tertii, nempe locatoris Soccin. Sen. *cons.*
46. *n.* 7. *lib.* 1. *et cons.* 213. *n.* 6. *lib.* 2. et ex relato Rot.
d. decis. 1621. *n.* 15. coram Penia
Et quod dictum est socios conducentes obligari insolidum, 3?
vel pro virili, intelligitur respectu locatoris, nam inter se
obligantur pro rata portionis, quam habent in societate, pro
qua conduxerunt, ne accessorium egrediatur terminos prin-
cipalis, ut post Bald. *cons.* 397. *lib.* 3. late declarat Ron-
chegal. *in l. eamdem* 9. *n.* 122. *post med. vers. quod vero*
dici de duob. reis.
Deveniendo autem ad inspectionem verborum contractus
ad hunc effectum dignoscendi, an fuerit contracta, vel ne
obligatio insolidum, licet aliqui sentire videantur necessa- 33
riam omnino esse expressionem, ut qui simul se obligant te-
neantur insolidum, ut videre est penes Surd. *cons.* 271. *n.*
63. et alios late relatos per Rot. *decis.* 79. *n.* 15. *part.* 6. *re-*
cent. tamen verius est sufficere verba aequipollentia, id est,
quae sint apta significare, quod ita partes senserint Barth. 34
in auth. hoc ita n. 1. *et* 2. *c. de duob. reis.* Bertazzol. *claus.*
39. *glos.* 7. *n.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 1308. *num.* 4.
quos una cum aliis refert, et sequitur Gratian. *discept.*
201. *n.* 5. et signanter sufficere poterit dictio, *cuilibet*, pu- 35
ta, quod dominus locaverit Titio, et Cajo, ac cuilibet eo-
rum; nam d. dictio est distributiva, et totum unicuique in-
solidum tribuens Soccin. Sen. *cons.* 56. *n.* 1. *lib.* 1. Butr.
cons. 29. *n.* 2. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 31. *n.* 11.
Dec. *cons.* 326. *n.* 1. Gratian. *discept.* 201. *n.* 12. Rot.
decis. 22. *n.* 2. *et decis.* 23. *n.* 3. post Zabell. *de oblig.*
cam. Mantic. *de tacit. lib.* 15. *tit.* 3. *n.* 15. *et* 16. Coccin.
decis. 1771. *n.* 6. *et* 7. alia vero idem significantia, videri
poterunt penes Bart. *et alios in l. hoc articulo, ff. de hae-* 36
red. instit. Mandell. *cons.* 263. *per tot.* Gratian. *discept.*
201. *n.* 15. *et seq.* Mantica *de tacit. lib.* 15. *tit.* 3. *n.* 16.
et seqq. et infra n. 75.
At sicut sunt verba indicantia obligationem insolidum, 37
sunt et alia indicantia obligationem pro virili, prout in specie
est dictio, respective, ut censuit Rot. coram Cavaler. *decis.*
581. *n.* 3. ea ratione, quia operatur, ut singula singulis sint
referenda Socc. Jun. *cons.* 125. *n.* 14. *lib.* 1. Mandos *in* 2.
commiss. in ver. respective, Gozad. *cons.* 58. *n.* 22
Generaliter tamen advertendum, quod ubi praecenditur 38
induci hanc obligationem, non agitur de obligatione stringen-
da, sed de ea amplianda, ac proinde quaecumque verba quan-
tumvis ampla apposita ad illam stringendam, non suffragan-
tur ad hunc effectum, ut videmus in obligatione camerali, 39
quae quantumvis concepta sit verbis praegnantissimis, ta-
men, quia tendunt ad magis stringendam obligationem non
autem ad eam ampliandam, non importat, quod plures sub
ejus formula obligati, teneantur insolidum, Gabr. *cons.* 173.
n. 2. *lib.* 2. Burat. *decis.* 64. *n.* 4. *post med.* Rot. *decis.*
392. *n.* 6. *part.* 1. *recent.*

40 Ex eo autem, quod adsit obligatio ex una parte insolidum, arguitur etiam idem ex alia, puta; plures conductores obligarunt se insolidum ad mercedes, arguitur, quod a contra volueriat rem insolidum cuique locari Rom. cons. 159. n. 10. lib. 1, Decian. cons. 73. n. 8. lib. 2. Rot. decis. 435. n. 7. part. 1. recent.

41 Verum hoc procedit, si obligatio sit una, eadem, aut correspectiva, secus autem si non sit eadem obligatio, vel correspectiva ad obligationem insolidum, sed agatur de duabus obligationibus diversis, quia tunc non ex eo, quod prima obligatio sit expresse facta insolidum, censetur et alia ut dixit Rota coram Cavaler. decis. 581. n. 4. et seqq. ubi fortius voluit procedere, quamvis clausula, insolidum, esset in prima obligatione, et secunda caepta esset cum dictionibus in olim, quae sunt ampliativae praecedentium.

42 Non omittendum tamen animadvertere, quod etiam ubi conductio facta est expresse insolidum, adhuc necesse est, quod respectu rei, conductores faciant sibi partem, praecipue in conductionum ad longum tempus, per quam acquiritur possessio naturalis, et dominium utile, quod non potest esse penes plures insolidum, et quoad pensionem, licet cesset haec impossibilitas, tamen ubi obligatio pro parte alterius sit sine causa, oportet intelligi eos invicem fidejubere, sicque teneri omnes insolidum, idest ad totam, sed pro rata rei sibi tangentis, uti principales, pro alia vero uti fidejussores, ut subtiliter more suo considerat Bald. consil. 117. il. 1. n. 4. vers. considera, lib. 1. cum quo transire videtur Roncheg. in l. eamdem 9. n. 123. ff. de duob. reis.

43 Et locator catenus compellere potest unum ex pluribus conductoribus insolidum sibi obligatis totam mercedem solvere, quatenus actiones suas contra alios illi cedere non recuset, ut expresse cavetur in l. cum apparebit 50. in fin. ff. locat.

44 Deveniendo nunc ad jus accrescendi, regula est, quod in contractibus illud non detur l. si mihi, et Titio 110. et ibi Bart. in sum. ff. de verb. obligat. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. n. 4. Rot. decis. 513. n. 3. part. 1. divers. et ta-

45 men in locatione contrarium videri verius, adducta hinc inde argumentis, dicit Caroc. de loc. et cond. tit. de jur. accresc. n. 4. cum quo transit Carpan. ad stat. Mediol. p. 2. cap. 379. n. 182. et firmat etiam Bellon. de jur. accresc. cap. 6. q. 34. n. 5. et per tot. et idem in emphyteusi con-

46 cludit Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. n. 17. At non propterea dicendum videtur, in locatione absolute non procedere dictam regulam negativam, sed applicari plures ejusdem limitationes, quod bene colligitur ex adductis per Caroc. et Bellon. dum ad probandam dictam propositionem affirmativam, quod scilicet in locatione jus accrescendi detur, utuntur pluribus conclusionibus, quae in effectu nihil aliud sunt, quam limitationes dictae regulae, quae locationi applicantur, quod est valde animadvertendum, quia, in casibus contingentibus, examinari poterunt singulae, an vere applicentur, ut si compertum fuerit nullam applicari, standum erit regulae, juxta glos. in rubr. de reg. jur. in 6. ante fin. vers. habet enim Dec. in l. 1. n. 8. ff. de reg. jur. Alex. cons. 79. n. 5. lib. 5. Greg. decis. 182. n. 1.

47 Adducitur autem primo per Bellon. dicta quaest. 34. n. 6. ut limitatio regulae praedictae, non procedat in contractibus ultro citroque obligatoriis. prout non dubitatur esse locationem. qua ratione utitur etiam Caroc. d. n. 4. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. n. 14. Altograd. cons. 11. n. 9. lib. 2. Et secundo loco adducitur alia limitatio similis, et fere eadem, ut non procedat regula in contractibus, qui non

48 continent causam lucrativam, sed onerosam, prout pariter est locatio Bellon. d. quaest. 34. n. 6. vers. secundo vero, et seq. Gauer. variar. cap. 22. n. 46. ubi quod hoc procedit, sive materia sit dividua, sive sit individua par. 3. Altograd. d. cons. 11. n. 8. lib. 2. et tertio loco pariter aliqui aliam quoque limitationem adducunt, ut non procedat regula praedi-

49 cta quando concedentem interest, ut jus accrescendi admittatur, quia tunc illud locum habet Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. n. 13. quae pariter fere in diem cum praecedentibus reincidit, ut consideratur per Bellon. de jur. accres. n. 6. q. 33. n. 37. et 38. et comprobant praefatas limitationes Gomes. var. tom. 1. cap. 10. n. 5. Gratian. disc. 451. n. 10. et 11. et alii pluribus adductis Altogr. cons. 11. n. 8. et 9. lib. 2.

50 At circa has limitationes animadvertendum, quod in primis controverti posset earum subsistentia, quia non desunt tenentes, etiam in contractibus ultro citroque obligatoriis non dari jus accrescendi nisi appareat de contraria mente ex pacto expresso, vel saltem conjecturis, ut pluribus relatis voluit Rota cor. Dunoz. Jun. dec. 879. n. 5. ita ut non satis sit, juxta sensum Rotae, ad sufficienter arguendam voluntatem pro jure accrescendi, quod contractus sit ultro citroque obligatorius, sed quid ulterius requiratur, ut sensit etiam Giovagn. cons. 35. n. 3. lib. 2. dum dixit, quod in ultro citroque obligatoriis jus accrescendi facilius datur.

Qui tuentur limitationes, utuntur pluribus argumentis ad eas comprobandas, et praecipue, quod cessante jure accrescendi, contrahentes incidcrent in communionem resoluto contractu, pro parte, quae necessaria communio non censetur optata, nec utilis cum sit mater discordiarum l. cum pater. 79. §. dulcissimis in fin. ubi glos. in ver. exercitore, concordantia jura cumulat. ff. de legat. Jas. in l. si non sortem §. si certum n. 5. in fin. ff. de condit. in deb. Rot. decis. 241. n. 33. part. 5. rec. et proinde dicendum potius optatum jus accrescendi, illudque admittendum, ut declarant Duaren. et Donell. in d. l. si mihi, et Titio 110. ff. de verb. obligat. et post eos Bell. d. q. 33. num. 41. Giovagn. cons. 35. n. 27. lib. 2. 51

52 Sed adversus dictum argumentum facit, quod saltem respectu conductoris, ex eo, quod actualiter simul cum alio conduxit, patet eum non habuisse repugnantiam, habere rem simul cum alio, imo potius patet, noluisse totam rem pro se solo. Et ulterius valde urget text. in l. uxorem 39. §. agri plagam ff. de legat. 3. in quo habetur, quod testatore mandante rem vendi duobus, si unus recuset emere, haeres cogitur vendere partem alteri, et sic remanere cum eo in communione, unde hoc non est adeo absurdum, et improbatum, quod quis incidat in communionem cum alio, valeat praebere argumentum adeo urgens contrariae voluntatis, ut cogat recedere a regula juris, quod in contractibus non detur jus accrescendi. Et licet doctores plures responsiones adducere conentur, tamen multum laborant, ut objectum tollant, ut latissime videre est penes Bellon. d. q. 33. n. 42. vers. verum ad hanc et seqq. ubi usque ad num. 51. refert responsiones aliorum quae sibi non omnino placent, et a n. 51. ad 64. aliam suam annectit, ita ut non immerito, adhuc dubitare quis posset. 53

Verum subtilibus disputationibus omissis, et transeundo cum opinione communi, ipsas limitationes approbante, licet eas applicari etiam in emphyteusi absolute tradat Mantica de tacit. lib. 22. tit. 34. n. 13. 14. et 15. tamen intelligendum est, si emphyteusis sit concessa titulo oneroso, ut postea distinguit ipse Mantic. in eodem tit. n. 25. scilicet, ubi est pro canone correspondente fructibus rei concessae Alex. in d. l. si mihi, et Titio n. 12. et ibidem, Crot. num. 140. ff. de verb. obligat. quia alias contractus emphyteuticus, est potius gratuitus, quam onerosus Seraphin. decis. 272. n. 5. et sunt qui tenent, quod ubi non est a principio, quid solutum, emphyteusis reputatur gratuita Surd. decis. 290. n. 22. post med. et hoc considerandum ad hunc effectum docuit Bart. in d. l. si mihi, et Titio n. 4. vers. quandoque conceditur, et esse dictum solemne notat ibidem Alex. n. 13. sed veritas est, unum sufficere ad faciendum cessare titulum lucrativum, videlicet, vel quod ea non correspondeat fructibus, vel quod ab initio solutum sit per emphyteutam, quid correspondens majori fructuum quantitati, et etiam sufficit, quod canon non sit minimus, et in recognitionem dominii directi tantum non solvatur, ut declarat ibidem Alex. et alius adductis ejusdem declarationem sequitur Mantic. d. tit. 34. n. 18. ubi quod reputatur titulo oneroso, quamvis nihil sit solutum a principio, si pensio, quae solvitur non est modica, sed notabilis. Remanet autem difficultas, quae solutio ab initio sufficiat, vel etiam cessante solutione, quae quantitas pensionis ad hoc, ut censeatur contractus titulo oneroso non lucrativo. Et traditur regula, ut non sufficiat adesse admixtum, quid liberalitatis concedentis ad hoc, ut contractus dici possit titulo lucrativo respectu recipientis. sed requiri liberalitatem praevalere, ut praeponderare, alias si praevaleat, et praeponderet solutio ab initio, utiquia sit ultra dimidiam justi pretii, deducto valore canonis, dicatur acquisitio titulo oneroso, et idem de pensione dici poterit, Soccin. Sen. cons. 4. n. 5. et 6. lib. 3. Alex. cons. 7. n. 2. lib. 7. Marescott. var. cap. 74. n. 5. vers. secus si gratia, Merlin. dec. 86. n. 16. Ninot. decis. 42. n. 5. et 6. 54 55 56 57

Praeterea dictae limitationes patiuntur unam notabilem declarationem, quae est, ut procedant si unus deficiat aut in acquisitionem, puta, quia erat absens tempore contractus, et non vult, vel non potest acceptare, secus si deficiat post

acquisitionem, puta, si locatione facta duobus acceptantibus ad vitam, unus decedat, quia jus accrescendi non habet lo-
58 cum post emolumentum quaesitum, sed solum ante, ut in his terminis, et ad hunc effectum docet Bart. *in dicta l. si mihi, et Titio* 110. *n.* 4. *de verb. oblig.* et est conclusio passim recepta, Paris. *cons.* 63. *n.* 21. *ad med. lib.* 3. Honded. *cons.* 61. *n.* 41. et 42. *lib.* 1. Mant. Brun. *cons.* 114. *n.* 24. *et cons.* 115. *n.* 4. Cancer. *variar. cap.* 22. *n.* 52. *vers. quod est contra par.* 3. Magon. *decis. Lucen.* 8. *n.* 6. Rot. *decis.* 513. *n.* 1. *part.* 1. *div.*
59 At licet post emolumentum quaesitum non possit habere locum jus accrescendi, potest tamen habere locum jus non decrescendi Bero *cons.* 90. *n.* 25. *lib.* 1. Rosenth. *de feud. cap.* 6. *concl.* 75. *n.* 22. *in addit.* unde si locatio fuerit facta pluribus insolidum, semper durabit totaliter, usquequo unus ex eis supersit per jus non decrescendi, quod proprie procedit hoc casu, ut supra dictum est et tradit late Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *n.* 5. *et* 6.

Praeterea dicta declaratio, ut non procedat jus accrescendi post emolumentum quaesitum, patitur suas limitationes,
60 et signanter, ut non sufficiat acquisitio, quae dicitur ipso jure fieri, sed requiritur acceptatio, ut late probat Bellon. *de jur. accresc. cap.* 7. *quaest.* 59. *n.* 1. *et seq.* et requiritur
61 acquisitio libera, et pura, nec sufficit si sit cum subauditione aliqua, uti si quaesierit quis, quamdiu habuerit filios, vel quid simile Cancer. *variar. cap* 22. *num.* 62. *part.* 3. prout etiam non sufficit, quod acquisierit ratione alicujus qualitatis, uti tamquam masculus Rot. *decis.* 374. *n.* 7. *par.* 11. *rec.*

62 Altera limitatio est, et valde praecipua, si adsit conventio expressa, vel appareat de tacita mente contrahentium, quod jus accrescendi habeat locum, etiam post emolumentum quaesitum, quia attenditur talis mens in contractibus Alex *cons.* 17. *n.* 10. *lib.* 5. Decian. *cons.* 73. *n.* 21. *lib.* 2. Cancer. *d. cap.* 22. *n.* 6. *post med. vers. idem tradit par.* 3. Gratian. *disc.* 272. *n.* 2. Ciarlin. *contr.* 137. *n.* 7. quod secus est in testamentis, et praecipue in institutionibus haeredum Bellon. *de jur. accresc. cap.* 7. *quaest.* 59. *n.* 63. *vers. verum haec.*

63 Quae dum procedunt post emolumentum quaesitum, utique facilius procedunt ante, et sufficere tacitam voluntatem, etiam in emphyteusi, tradunt Mantic. *de tacit. lib.* 21. *tit.* 34. *n.* 16. Maresc. *variar. lib.* 2. *cap.* 75. *n.* 2. et satis es-
64 se ad eam convincendam conjecturas Giovagnon. *cons.* 35. *n* 23. *lib.* 2.

65 Difficilius autem est in statuendo, quae verba, vel quae conjecturae sufficiant, adsunt enim multae controversiae, ut si facta locatione pluribus, additum sit *quod post mortem eorum, bona locata revertantur ad locantem*, aliqui tenent hoc pactum satis indicare dictam voluntatem, ex quo deprehendantur eas eo. partes noluisse aliquid reverti nisi omnibus defunctis, ut Alex. *cons.* 17. *n.* 9 *lib.* 5. Honded. *cons.* 54. *n.* 26. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 632. *num.* 8. Gabr. *cons.* 66. *n.* 12. *et seq.* ubi de veriori, et communi *lib.* 1. Cyriac. *contr.* 276. *n.* 16. Gratian. *discept.* 272. *n.* 14. et idem esse si dictum *quibus deficientibus*, Alogr. *cons.* 11. *n.* 6. *lib* 2. Seraphin. *decis.* 161. *n.* 1. *et seq.* vel si facta locatio duobus *eorum vita durante*, *decis.* 435. *n.* 4. *et seq. part.* 1. *recent.* Cavaler. *decis.* 219. *n.* 3. *et seq.* et generaliter mentibus verbis similibus, et aequipollentibus Gratian. *discept.* 272. *n.* 27 Seraphin. *decis.* 161. *n.* 1. *et* 2.

Alii vero contrarium sentiunt, ut Alex. *cons.* 167. *num.* 4. *lib.* 7. Peregr. *cons.* 30 *num.* 11. *in fin. lib.* 1. Clar. *in §. emphyteusis q.* 39. *num.* 4. Crass. *in §. jus accrescendi. quaest.* 15. *n.* 3. Magon. *decis. Lucens.* 8. *n.* 14. Dunoz. Jun. *decis.* 879. *n.* 3. etiamsi adsit dictio universalis, veluti
66 si dictum, *et post mortem eorum omnium*, quia adhuc resolvatur in suas singularitates Ossasc. *decis.* 116. *n.* 10.

Prima est communis, ut testatur Gabr. *d. cons.* 66. *num.* 12. *et seq.* ubi, et eam esse veriorem asserit *lib.* 1. et fatetur eamdem esse communem etiam Peregrin. *d. cons.* 30. *num.* 11. *in fin. lib.* 1. et verissima est si adsit dictio, *omnium*, nempe si dictum, *quod post mortem omnium revertatur*, Magon. *decis. Lucens.* 8. *num.* 14. licet talis dictio non sit ad hoc necessaria, juxta tenentes primam, quam etiam veriorem in his terminis deficientis dictionis universalis, dicit Gratian *discept.* 272. *num.* 26. et potest intelligi contrariis, ut procedat in ultimis voluntatibus Seraph. *decis.* 161. *in princ.*

67 Si autem dictum sit, *mortuo non vadat ad alium*, res erit clara pro jure accrescendi, prout e contra, si dictum sit, quod *pars praemorientis revertatur ad concedentem*, erit clara pro ejus exclusione Gratian. *discept.* 272. *num.* 23. sed
ubi locatio non esset pro recipientibus tantum, sed etiam pro 68
eorum filiis, et dictum esset, *et decedente aliquo eorum absque filiis, ejus pars vadat ad alium*, patebit inductum esse jus accrescendi in ipsis primis conductoribus, non autem inter eorum filios Alex. *cons.* 204. *num.* 4. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 94. *num.* 22. *lib.* 3. secus si dictum quod *pars praemorientium deveniat ad superstites*, quia tunc censebitur inductum etiam inter filios Gratian. *discept.* 272. *num.* 39. prout
etiam si dictum sit, *et eis deficientibus*, quia haec quoque 69
verba sunt apta comprehendere quam filios, et ideo eorum quoque favore jus accrescendi inducunt, ut sensit Rota coram Seraph. *decis.* 161. *n.* 2. *et* 3.

Praeterea ad hoc, ut intret jus accrescendi ex partium vo- 70
luntate, sufficit locationem apparere factam pluribus in solidum, inde enim resultat, quod uno deficiente remanere debeat res locata alteri, quia alias non haberet rem in solidum, et in totum, sed deficeret, et decresceret ei pars, quod esset contra mentem, et voluntatem habitam in contractu, et propterea isto casu intrat jus accrescendi, seu potius, et verius, jus non decrescendi, quod impedit partem reverti ad dominum Decian. *cons.* 73. *num.* 8. *lib.* 2. Honded. *d. cons.* 54. *num.* 22. *lib.* 1. Giovagn. *cons.* 35. *num.* 18. ubi quod hoc clarissimum est *lib.* 2. Ciarlin. *contr.* 135. *num.* 79. Rot. coram Coccin. *decis.* 1771. *num.* 8. et dictum est supra *n.* 9. ubi alios retuli.

Unde omnia, quae dicta sunt supra demonstrare locationem esse factam pluribus in solidum, hic possunt repeti ad arguendum esse locum juri accrescendi, quae est ratio, cur eodem hoc capitulo haec omnia tradere volui, animadvertendum tamen, non sufficere ad hunc effectum, ut censeatur in- 71
ductum jus accrescendi inter plures conductores quod ipsi sint obligati in solidum ad solutionem mercedis, sed requiritur bona eis in solidum esse concessa Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *num.* 6. sed licet dicta obligatio in solidum, de se non
sufficiat, tamen facit conjecturam Giovag. *cons.* 35. *num.* 25. 72
lib. 2. Seraph. *decis.* 154. *num.* 2. et valde urgentem, ut dicit Ruin. *cons.* 159. *num.* 10. *vers. tamen alia urgens lib.* 1. quem sequitur Decian. *cons.* 73. *num.* 8. *lib.* 2. non enim est aequum, ut unus teneatur in solidum solvere, et tamen non debeat rem in solidum habere. et ideo juncta quaecumque alia circumstantia idem indicante sufficeret, ut sensit Rota *decis.* 435. *n.* 7. *part.* 1. *rec.* et post eam Bellon. *de jur. accres. c.* 6. *q.* 34. *n.* 17

Et sufficeret locationem esse factam juxta formam aliarum, 73
et in eis adesse clausulam, in solidum ad hoc, ut vigore dictae relationis censeatur repetita, et operetur dari jus accrescendi Giovagnon. *cons.* 35. *num.* 18. *vers. tertio dicta emphyteusis lib.* 2.

Et quoniam si facta sit locatio *pluribus, et cuilibet eo-* 74
rum, censetur eis facta in solidum, propter virtutem illius dictionis, *cuilibet*, rem cuique in solidum tribuentis, ut dictum est supra *num.* 35. inde sequitur, ut locatione dicto modo concepta, intret jus accrescendi ex praedictis, et in specie ita argumentantur Ruin. *cons.* 120. *num.* 13. *lib.* 1. Decian. *cons.* 73. *n.* 16. *lib.* 2. Rot. coram Coccino *dec.* 1771. *n.* 6. *et seq.*

Et quod dicitur de dictione, *cuilibet*, procedi etiam in di- 75
ctione, *utique*, cum et ista distribuat totum in solidum, ut docet Bart. *in l. penult. o. de impub. et in l. hoc articulo ff. de haered. inst.* et ideo idem operatur in hoc proposito Curt. Sen. *cons.* 49. *num.* 54. Ruin. *cons.* 159. *num.* 1. *lib.* 1. De-
cian. *cons.* 73. *num.* 19. *lib.* 2. et idem est de aliis similibus 76
dictionibus distributivis Gabr. *cons.* 86. *num.* 2. *lib.* 1. At 77
controvertitur an talis sit dictio, *cuique*, nam affirmativam tenuit Ancar. *in cons.* 245. *n.* 4. quem alii sequuntur, ut infra, sed reprobatur, quo ad hoc in specie per Alexand. *cons.* 17. *num.* 8. *lib.* 5. ubi dicit dictam dictionem non esse signum distributivum, sed collectivum universale, et eum sequitur Gabr. *cons.* 87. *num.* 3. ubi late excusat lapsum Ancarani *lib.* 1. et Giovagn. *cons.* 35. *num.* 22. *vers. praeterquam, quod lib.* 2.

Sed quoniam jus accrescendi quandoque datur inter pri- 78
mos conductores, et non inter eorum descendentes, ut dictum est supra *num.* 68. et quandoque e contra non datur inter primos, et datur inter eorum descendentes Alex. *cons.* 17. *num.* 14. *vers. nec obstat illud lib.* 5. Dec. *cons.* 93. *n.* 14. *lib.* 2. sequitur non sufficere adesse dictionem praedictam,

cuilibet, vel. *utrique*, ut censeatur inductum jus accrescendi
in toto contractu, et quo ad omnes personas in eo compre-
hensas, quod, et dici potest generaliter de omnibus aliis ver-
bis, et conjecturis jus accrescendi indicantibus, sed debet
inspici, quibus personis, seu generationibus referatur, ac diei
inter eas tantum inductum jus accrescendi, non autem inter
alias, dum enim hoc jus non venit ex natura dispositionis,
79 quia, ut dixi, regulariter in contractibus non datur, inde se-
quitur, ut ubi dictio, illud importans est omissa, habeatur
pro omissa, et remaneat in dispositione juris, ut non detur,
prout bene consideravit Anchar. *cons.* 245. *num.* 4. ubi pro-
inde censuit, quod si concessa sit emphyteusis duobus fra-
tribus, cum copula, *et*, conjunctis, absque dictione, *cuilibet*,
licet postea additum sit, *et cujusque eorum generationi*, quia
dictio, *cujusque*, non poteat referri ipsis fratribus, secundum
rationem recti sermonis, sed tantum eorum generationi, inde
sequitur, ut inter ipsas generationes, inducet jus accrescen-
di, non autem inter ipsos primos fratres. quod, et sequuntur
Alex. *cons:* 13. *num.* 13. *et seq. lib.* 5. Bellon. Sen. *cons.* 20.
num. 4. Gabr. *cons.* 87. *num.* 3. *vers. quod tamen lib.* 1.
Aldobrand. *cons.* 1. *num.* 296. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.*
22. *tit.* 34. *num.* 29. Magon. *decis. Lucen.* 8. *num.* 8. Cor-
bul. *de jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob lin. fin. n.* 88.
Grat. *discept.* 272. *num.* 32.

80 Verum praedicta opinio Ancharani, et sequacium non
transit sine contradictione, alii enim contrarium tenent,
moti signanter, quia, licet quoad primos non possit ope-
rari vis illius verbi distributivi, ex quo est relatum tantum
ad filios eorum, tamen operatur saltem verisimilis mens
concedentis, qui dum voluit inducere jus accrescendi inter
filios, sibi incognitos, multo magis censeri debet, idem vo-
luisse, quo ad primos conductores sibi notos, et quorum in-
tuitu concedit etiam filiis eorum, nam propter, quod unum-
quodque tale, et illud magis *auth. multo magis* *s. de sacr.
eccles.* et respectu conductorum argumentum magis stringit,
quia ordinata charitas prius sibi providet, quam aliis *l. prae-
ses c. de servit. et aqua, c. non satis* 86. *dist.* unde dari jus
accrescendi etiam inter ipsos stipulantes in casu praedictorum
verborum, et similium adversus Anch. sensit Soccin. Sen.
cons. 66. *num.* 14. *vers. secundum fundamentum lib.* 3.
Alciat. *cons.* 54. *num.* 3. *vers. praeterea lib.* 3. Ruin. *cons.*
159. *num.* 10. *lib.* 1. Emilian. *cons.* 81. *et cons.* 70. Aldo-
brand. *cons.* 68. *num.* 7. *et seq. lib.* 1. Serader *de feud. part.*
7. *cap.* 1. *num.* 17. *vers. ego tamen*, et late Giovagnon. *cons.*
35. *num.* 2. *et seqq. lib.* 2. *ubi num.* 22. asserit, quod ex
deductis per Soccin. et alios praefatos latius examinantes
quaestionem, quam facit Ancaranus, constat hanc esse verio-
rem sententiam, magisque menti contrahentium amicam, et
propterea in judicando amplectendam.

In paris tamen terminis Ancarani non facile ab ejus opi-
nione recedendum erit, prout, nec ipse Soccin. in *dict. cons.*
66. videtur absolute recedere dum *in dict. n.* 14. *post med.*
dicit quod, quidquid dicendum esset in ipsis primis condu-
ctoribus, in casu suo agebatur de filio, cui facta erat conces-
sio in solidum. Sed animadvertendum erit diligenter quo-
modo concepta sint verba, ac ad alias circumstantias, et con-
jecturas, et considerandum si illa dictio distributiva, vere
81 determinet tantum filios, vel etiam ipsos primos conductores,
uti si eadem oratione ponantur, tam ipsi primi, quam eo-
rum filii, et eodem verbo aequaliter regantur, quia tunc di-
cendum erit, eam aeque quo ad omnes determinare, et jus
accrescendi inducere, ut probat idem Soccin. *dict. cons.*
66. *n.* 14. *in princip.* et Giovagnon. *cons.* 35. *n.* 21. *lib.* 2.
Prout etiamsi additum sit aliquod aliud verbum aptum com-
prehendere etiam primos, uti si postquam dictum, *et eorum*,
82 *et cujuslibet eorum generationi*, addictum esset, *et personae*,
quia verbum, persona, non poteat referri generationi, et sic
intelligendum esset de ipsis stipulantibus, et necesse esset
dictionem, *cujuslibet*, etiam ad eos referri, ut late probat
Decian. *cons.* 73. *n.* 16. *cum duob. seq. lib.* 2.

83 Praeterea dictio, *cujuslibet*, relata tantum ad filios, opera-
bitur eorum favore, nedum postquam hinc inde filii succes-
serint, ut sic inter eos, sed etiam, ut filio unius accrescat. seu
non decrescat portio patrui sine filiis decedentis; dum ipsi
tribuit rem in solidum Soccin. Sen. *dict. cons.* 66. *n.* 14.
post med. vers. praeterea, quidquid dicendum lib. 3. et dum
hoc modo nepos quodammodo succedit patruo, ita et e contra,
si evenerit unum ex fratribus dicto modo stipulantibus de-
cedere, cum filio, qui in parte sua succedat, ac postmodum
absque filiis vivente adhuc patruo decedat, ejus portio non
revertetur ad locantem, sed accrescet patruo ad aequalitatem
servandam, ut in specie consuluit Ruin. *cons.* 12. *n.* 5. *et
seq. lib.* 1.

Conjecturam autem, quod partes voluerint intrare jus 84
accrescendi etiam inter primos stipulantes, tam in praefato
casu, quam etiam generaliter loquendo, faciet non solum si
uterque obligavit se in solidum ad mercedes, ut dictum est
supra *n.* 72. sed etiam si conventum, quod, ubi unus ab-
sens non ratificaret, alteri acquireretur etiam ejus rata Rot.
coram Seraph. *decis.* 154. *n.* n. et solitum ita concedendi, 85
ut jus accrescendi locum habeat Giovagnon. *cons.* 35. *n.* 30.
ubi, et quod pro solito sufficit una concessio quadraginta an-
nis servata *lib.* n. Et observantia subsecuta, quia videlicet; 86
dum evenit casus deficientiae unius ex conductoribus, domi-
nus recepit integras mercedes ab alio, Giovagnon. *eodem
cons.* 35. *n.* 29. Seraph. *decis.* 154. *n.* 2. *ad fin.* et ponde-
ratur etiam circumstantia, quod nullus ex stipulantibus tem- 87
pore concessionis filios haberet, ex qua facile esset non om-
nes illos suscepturus fuisse, et inverisimile, quod voluerint,
partem decedentis absque eis, reverti ad dominum, ut per
Gabr. *cons.* 66. *n.* 4. *lib.* 2. Giovagnon. *cons.* 35. *n.* 28.
lib. 2. penes quos alias conjecturas require, et pleniorem
casuum distinctionem, ac hujus materiae explicationem pe-
nes Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 34. ac alios cumulatos per
Bonden. *collect.* 35. *n.* 10. *et seqq.* et generaliter in hac ma-
teria recursum habe ad plenissimum tractatum, simulque
doctissimum Joannis Antonii Belloni, quia cum sit amplis-
sima non expedit hic omnia inserere.

De effectibus locationis.

SUMMARIUM.

1. Dominium non transfertur per locationem.
2. Locatio non tribuit ullum jus in re locata conductori, sed tantum actionem personalem adversus locatorem, ut patiatur frui re.
3. Decl. procedere in locatione ad modicum tempus.
4. Locatio ad tempus longum transfert dominium utile in conductorem.
5. Contrarium tenent aliqui, sed praedicta est verior.
6. Decl. non transferri dominium utile per locationem ad modicum tempus factam a privato, secus si factam a principe, vel a fisco.
7. Decl. 2. ut quod dicitur per locationem ad longum tempus transferri dominium utile procedat si locetur fundus, secus si locetur aliquod jus percipiendi ex eo.
8. Decl. 3. non transferri dominium si locatio fiat ab aliquo illud tantum habente.
9. Contrarium quod adhuc transferatur.
10. Distingue, ut si primo conductori remaneant reliquiae locationis, procedat prima opinio, secus è contra.
11. Quomodo intelligatur remanere reliquias locationis primo conductori, et n. 12.
13. Declar. 4. non transferri dominium utile per locationem ad longum tempus si partes aliter convenerint.
14. Lim. d. declarationem, ut procedat si locatio fiat per eum cui alienatio non sit prohibita, alias secus.
15. Decl. 5. ut dominium acquisitum per locationem sit resolubile per inobservantiam pactorum, vel finem locationis.
16. Decl. 6. esse necessariam ad translationem dominii rei traditionem.
17. Ampl. ut pactum, quod transferatur dominium sine traditione non valet.
18. Lim. in locatione facta per principem.
19. Ampl. limitationem sive concessio fiat per privilegium sive per contractum.
20. Lim. 2. si locatio sit facta ecclesiae.
21. Lim. 3. ut non requiratur traditio actualis, sed sufficiat etiam ficta, ut per clausulam constituti.
22. Non tamen sufficiunt verba, dedit, et assignavit, nisi locatio facta sit in conspectu rei.
23. Lim. 4. si locator patiatur, quod conductor rem apprehendat.
24. Ampl. limitationem, ut non sufficit conductorem reperiri in possessione, quia praesumitur locatorem praestitisse patientiam.
25. Locatio quandoque habet vim traditionis, et dominium transfert non in conductorem, sed in locatorem, si dominus rem vendat, et deinde conducat.
26. Decl. 7. ut transferat dominium utile locatio ad longum tempus facta non autem si adsit privilegium non expellendi inquilinos.
27. Hebraei ex constitutionibus apostolicis sunt incapaces acquisitionis dominii.
28. Possessio an transferatur per locationem, sunt jura hinc inde pugnantia.
29. Declarantur tamen ut transferant simplicem detentationem, seu possessionem naturalem impropriam.
30. Intellige procedere in locatione ad modicum tempus non autem in locatione ad longum, quae transfert possessionem naturalem.
31. Possessio, seu detentatio, ut transferatur per locationem requiritur traditio vera, vel ficta.
32. Clausula constituti transfert veram possessionem,
33. Et tam civilem, quam naturalem
34. Decl. procedere si adsit causa habilis, et sit de natura contractus, in quo apponitur, ut possessio transferatur.

35. In locatione transfert detentationem, non autem possessionem.
36. Possessio transfertur per traditionem verbalem in conspectu rei factam.
37. Decl. non procedere si adsit alius in possessione.
38. Possessio non transfertur etiam per actualem traditionem alio in possessione existente, quod secus est in dominio.
39. Possessio per locationem transfertur in locatorem si dominus rem vendat, et deinde conducat.
40. Decl. procedere si locator sciat.
41. Possessionem ad acquirendam requiritur mandatum speciale.
42. Nec sufficeret locationem fieri per consanguineum.
43. Traditio ficta per clausulam constituti non sufficit ad transferendam possessionem in locatione sub conditione.
44. Litem movens super re locata citando solum conductorem nulliter agit.
45. Lim. si agatur de sola possessione naturali.
46. Citationes dirigendae sunt in eum de cujus interesse principaliter agitur, nec necesse est citare eum, quem negotium tangit solum in consequentiam.
47. Absens per decennium amittit possessionem.
48. Decl. non procedere in possessione rei locatae.
49. Ampl. etiam si dominus per decennium mercedem non perceperit.
50. Ingrediens possessionem rei locatae non privat dominum possessione sua nisi conductorem expellat.
51. Ingrediens possessionem rei locatae, et expellens conductorem privat dominum etiam ignorantem possess. sua tam naturali, quam civili.
52. Decl. ad hoc necessariam esse expulsionem omnium conductorum.
53. Et necessaria est expressio, quod fuerint expulsi omnes.
54. Sufficit tamen, quod nominentur conductores expulsi ad hoc et praesumuntur omnes, et qui dicit alios adesse probare debeat.
55. Boes inquilinorum sunt ejiciendo e fundo ad effectum praedictum acquirendi ejus possessionem, secundum aliquos.
56. Contrarium verius.
57. Coloni expellendi sunt e conspectu fundi ad acquirendam ejus possessionem.
58. Intellige ita expellendos esse, ut difficilis reddatur eis aditus ad fundum.
59. Conductor si rem vendat, et pensionem vero domino, ac emptori solvat non privatur dominus possessione.
60. Conductor tradens alteri possessionem privat eo dominum.
61. Decl. requiri traditionem veram nec sufficere clausulam constituti, vel conductionem ab alio.
62. Decl. 2. requiri traditionem esse ex justa causa factam.
63. Subdeclara declarationes procedere in locatione ad tempus breve.
64. Recognitio in dominum facta per conductorem de alio non privat verum dominum sua possessione.
65. Ampl. etiamsi ultra recognitionem conductor solvat fructus eidem.
66. Decl. ut si dominus sciat recognitionem alterius debeat statim reclamare, alias negligendo eam amitterat.
67. Decl. 2. non sufficere recognitionem in dominum si possessio sit plena, secus si vacua sit, quia dominus decesserit.
68. Domino mortuo, quomodo continuetur ejus possessio in haerede mediante conductore.
69. Decl. 3. ut necessaria sit expulsio conductorem cum quis ingreditur possessionem propria auctoritate, secus autem si auctoritate judicis.
70. Intellige si judex rite, et recte processerit.
71. Sufficit tamen injustitiam non esse patentem ad hoc, ut adversus immissum auctoritate judicis non possit dari manutentio.
72. Locatio non probat dominium locatoris.
73. Res aliena locari potest.
74. Ampl. ut nec locatio antiqua probet dominium locantis.
75. Ampl. 2. ut neque contra conductorem dominium probat.
76. Decl. ut non propterea possit conductor controvertere dominium locatoris ante rei restitutionem.
77. Decl. 2. procedere si agatur de dominio principaliter ad effectum rei vindicationis, secus si incidenter ad effectum consequendi possessionem.
78. Dominium requirit probationem plenam, quando agitur de eo principaliter, secus autem, quando agitur de eo incidenter.
79. Lim. ut locatio probet dominium ad quemcumque effectum si concurrant solutiones mercedis per longum tempus
80. Decl. longum tempus debere esse per triginta annos.
81. Lim. 2. concurrentibus aliis adminiculis urgentibus.
82. Probatio, quae fit per praesumptiones, et conjecturas, est vera, et propria probatio.
83. Locatio, seu investitura juncta solutione canonum, et laudemii, et aliis adminiculis non sufficit ad probandum dominium ad effectum devolutionis.
84. Contr. si investitura sit facta tamquam de re propria, et adminicula urgeant.
85. Decl. primam opinionem sustineri si in investitura non sit facta mentio dominii, vel adsit suspicio, quod concessio sit de re aliena,
86. Ex qualitate personarum, et aliis circumstantiis cessat suspicio, quod locata fuerit res aliena.
87. Adminicula ad praedictum effectum urgentiora requiruntur ubi agitur de caducitate in poenam, quam ubi agitur de ea ob liberam.
88. Locatio ab uno facta alieno nomine probat dominium illius contra locantem
89. Possessio probatis non probatur per locationem.
90. Decl. procedere contra tertium, secus autem contra conductorem.
91. Ampl. et non solum probet conductorem, sed etiam contra haeredem, et ab eo causam habentes.
92. Lim. si causam habens a conductore habeat etiam simul causam a tertio.
93. Lim. quod dictum est probare possessionem contra tertium non procedat in antiquis.
94. Decl. antiquum dici instrumentum ad hunc effectum si excedat metam sexaginta annorum.
95. Lim. 2. si deducatur probatio contra tertium, qui non possidet.
96. Lim. 3. si cum locatione concurrat perceptio pensionum in ea conventarum.
97. Decl. procedere si locator receperit possessionem ab ipsomet conductore.
98. Decl. 2. non sufficere ad probandas receptiones pensionum solas confessiones de recepto.
99. Decl. 3. non sufficere promissionem de solvendo una cum locatione.
100. Decl. 4. non sufficere locationem cum perceptione pensionum ubi constat de possessione alterius.
101. Lim. 4. ut locatio probet possessionem locantis si cum ea concurrat detentatio rei per conductorem.
102. Lim. 5. ut locatio non sit unica, sed plures.
103. Lim. 6. si conductor asserat se nomine locatoris possidere.
104. Lim. 7. generaliter si cum locatione concurrant adminicula, quod locator possederit.
105. Ampl. procedere etiamsi non constet de effectuatione locationis.
106. Adminiculum, quod locator possideret est, si ipse, vel ejus filii rem vendiderint.
107. Fructuum perceptorum quantitas probatur per locationem.
108. Possessio retenta sufficit ad arguendam perceptionem fructuum.
109. Locatio probat quantitatem fructuum non solum pro tempore pro quo duravit, sed etiam pro annis futuris.
110. Fructus liquidantur a solito.
111. Locationes si non appareat terminatae per diminutionem bonorum possunt censeri continuatae etiam post tempus in eis praescriptum.
112. Clausula *donec etc.* est repetitiva.
113. Lim. quod dictum est locationes probare quantitatem fructuum ultra tempus, quo duraverunt si adsit aliqua ratio cur in solitum non possit fieri fundamentum.
114. Valor beneficii non probatur per locationes bonorum ejusdem.
115. Ad cognoscendum verum valorem beneficii deducenda sunt onera.
116. Locatio potest esse facta pro majori pensione propter affectionem conductoris.
117. Valor beneficii probatur per locationes si in eis comprehensa sunt onera, et cesset ratio affectionis conductoris,
118. Idem si cum locatione concurrant adminicula.
119. Locationes bonorum beneficii licet non probent verum valorem excusant a poena reg. cancellariae de vero valore exprimendo.
120. Valor bonorum non probatur per locationes.
121. Fructus viginti annorum constituunt verum valorem rei.
122. Praesumptionum multiplicatio, et quod una aliam pariat non admittitur in jure.
123. Scelere suum nemo praesumitur.
124. Valor rei est, quam communiter vendi potest.
125. Argumentum valoris a quantitate fructuum ad rationem quinque pro centenario est fallax, et in multis non procedit.
126. Jurisdictionalium bonorum valor aestimari solet ex fructibus ad rationem duorum pro centenario plus, et minus secundum qualitatem jurisdictionis.
127. Ministri necessarii servitio jurisdictionis ecclesiasticae gaudent exemptione a jurisdictione laicali.
128. Famuli clericorum an gaudeant exemptione a jurisdictione laicorum sunt hinc inde opiniones.
129. Conciliantur praedictae opiniones, ut famuli necessarii exemptione gaudeant, secus autem non necessarii.
130. Exemptio familiarium clericorum non reperitur in jure expressa.
131. Quod non licet facere directe, nec per indirectum permitti debet.
132. Literae familiaritatis solae non tribuunt exemptionem.
133. Familiares militum necessarii utuntur privilegio ipsorum militum.
134. Famuli scolasticorum non necessarii, non gaudent privilegio eorumdem.
135. Servientes diatim, vel ad modicum tempus etiamsi necessarii sint non gaudent privilegio.
136. Conductores bonorum ecclesiae non sunt exempti ab oneribus mere personalibus, nec mere realia subire tenentur.
137. Conductores bonorum ecclesiae teneri ad onera mixta quae imponuntur personae pro rebus tenent aliqui.
138. Contrarium tamen tenendum, et n. 139.
140. Lim. procedere in locatione ad modicum tempus, secus in emphyteusi.
141. Decl. limitationem, ut non possint imponi emphyteutae ecclesiae munera sordida, sicut nec emphyteutae fisci, et principis.
142. Decl. 2. ut gravari possit emphyteuta ecclesiae respectu ejus fructus, qui superest deducto canone, qui solvitur ecclesiae.
143. Lim. 2. quo ad onera imposita ipsis fructibus a solo separatis, ut est gabella, quae solvitur ad portam civitatis, quam effugere non possent conductores bonorum ecclesiae.
144. Conductor de jure communi praelationem non habet in emptione rei.
145. Romae olim dabatur dicta praelatio ex quodam decreto camerali, nunc datur ex constitutione gregoriana.
146. Constitutio dans dictam praelationem fundatur in aequitate.
147. Constitutio praefata est juris communis correctoria, et ideo non extendenda.
148. Non tamen est exorbitans.
149. In bulla Gregorii concedente praelationem inquilinis decernitur omnia in ea contenta esse favorabilia.
150. Bulla praefata concedit praelationem solum inquilinis.
151. Venditio ad citam, est vera, et propria venditio, et in ea habet locum praelatio concessa in venditione.
152. Decl. tamen attendi debere mentem statuentium.
153. Haereditatis aditio, an inducatur per locationem rei haereditariae est quaestio controversa.
154. Tenenda tamen regulariter negativa.
155. Aditio haereditatis, ut inducatur requiritur actus, qui citra jus, et nomen haeredis fieri non possit.
156. Limit. et non inducat aditionem haereditatis locatio ad breve tempus, secus autem locatio ad longum.
157. Lim. 2. si locatio fuit facta tamquam ab haerede, seu de re tamquam sua.
158. Decl. non procedere si habeat alium titulum nuncupandi rem suam.
159. Usufructuarius dicitur dominus.

160. Decl. 2. ut non sufficiet esse creditorem defuncti.
161. Intellige si non habeat rem locatam in pignus.
162. Lim. 3. in haereditate paterna.
163. Locatio bonorum haereditariorum licet non importet per necesse aditionem haereditatis tamen facit indicium, quod una cum aliis sufficit.
164. Filius non praesumitur haeres, quando ipse non allegat se haeredem sed tertius.
165. In probatione voluntatis, et animi, quae de se non probent, juncta juvant.
166. Lim. 4. ut sufficiet quilibet actus una cum locatione.
167. Ampl. ut sufficiet non factum, uti non solutio debiti cum haereditate.
168. Haereditas non damnosa facilius praesumitur adita.
169. Haeres faciens actus dubios compellitur declarare, an fecerit animo adeundi, et ejus dicto statur.
170. Lim. 5. si nulla adesset causa, vel necessitas locandi.
171. Decl. ut in casibus in quibus per locationem inducitur aditio, ut procedat in valente libere contrahere, et adire.
172. Aditio haereditatis requirit solemnitates necessarias in contractibus.
173. Ampl. non sufficere locationem esse factam cum solemnitatibus.
174. Testes praesumuntur idonei si contrarium non probetur.
175. Conductor non est testis idoneus pro locatore.
176. Nec e contra locator non est testis idoneus pro conductore.
177. Lim. 1. procedere in conductore praediorum rusticorum non in conductore domus.
178. Lim. 2. procedere in colono partiario.
179. Lim. 3. secundum aliquos procedere in colono adscriptitio, qui non potest ad sui libitum discedere.
180. Lim. 4. non procedere in colonis nostrorum temporum.
181. Lim. 5. ut de consuetudine contrarium servetur.
182. Decl. ut si conductor possit mediante conductione dici familiaris, et domesticus testatoris repellatur a testificando, secus e contra.
183. Et requiritur dominum posse ei imperare.
184. Locatores operarum suarum non sunt idonei testes pro conductoribus earum.
185. Conductor, qui non potest dici familiaris locatoris, adhuc non potest esse testis pro eo si habeat interesse in causa.
186. Testis interessatus non probat si veritas aliunde haberi possit.
187. Lim. in interesse mere secundario.
188. Declar. 2. ut licet conductor non repellatur testificando adhuc minuatur ejus fides arbitrio judicis.
189. Interesse testis ad hoc ut repellatur quantum debeat, statur arbitrio judicis.
190. Conductor minime, vel ubi agitur de re minima est idoneus testis.
191. Testis defectus, quod sit conductor, suppleri potest qualitate personae.
192. Et suppleri etiam potest numero.
193. Et qualitate alterius testis.
194. Et ex eo quod sit approbatus ab altera parte.
195. Conductor domus existentis in parochia, in qua parochiani praesentant parochum an praesentare debeat, vel non.

CAPUT XXVII.

Vidimus quomodo intelligatur facta locatio, nunc videndum quid ipsa operetur; et non est dubium, eam tribuere conductori usum rei locatae, quia hoc patet ex ipsa ejus definitione supra posita *in cap.* 1. at quomodo conductor uti possit, et debeat, dicam infra *cap. proximo*, sed de aliis quibusdam quaerendum est, et primo an transferat dominium rei locatae, et *regula* est pro negativa, quia non solet locatio dominium mutare, ut dicit Ulpian. *in l. non solet* 42. *ff. lo-*
1 *cat.* et concordant alia jura relata per Mantic. *de tacit: lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 3. et Rot. *decis.* 351. *n.* 5. *part.* 11. *rec.*

Imo fortius locatio non solum non transfert dominium in
2 conductorem, sed ulterius nullum tribuit ei jus in re locata, sed tantummodo tribuit ei actionem personalem adversus locantem, ut frui patiatur re illa Bart. *in l. emptorem* 9. *n.* 1, *c. locat.* Gomes. *var. res. tom.* 2. *c.* 3. *num.* 9. Rot. coram Caval. *decis.* 612. *n.* 2.

3 At haec procedunt in locatione ordinaria ad modicum tempus; nam si locatio fiat ad longum tempus alteratur ejus na-
4 tura, et transfertur dominium utile remanente solum directo penes locatorem *l.* 1. *et* 2. *ff. si ag. vectig. vel emphyt. petat.* et concludunt Bart. *in l.* 1. *§. quod autem num.* 4. *ff. de superfic.* Alex. *cons.* 112, *num.* 3. *lib.* 1. Caroc. qui infinitos prope congerit, et in puncto juris veriorem opinionem dicit *de locat. et conduct. sub tit. de locatione sine tempore quaest.* 13. *num.* 9. Seraphin. *decis.* 272. *num.* 8. *et dec.* 286. *n.* 3. Buratt. *decis.* 334. *n.* 14. Rot. *decis.* 182. *n.* 10. *part.* 6. *rec.*

5 Et licet non desint, qui hanc sententiam impugnent, dicentes hanc distinctionem inter conductorem ad breve. et ad longum tempus non reperiri aliqua lege constitutam, et fieri a scribentibus sine lege, sine auctore, et sine ratione, ut signanter Conan. *in suis coment. jur. lib.* 7. *c.* 12. et Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 66. *c. de bon. mater.* et ante eos Cumau. *in l. codicillis §. instituto num.* 3. *ff. de legat.* 1. tamen ab ea non videtur recedendum non solum, quia est communiter recepta, sed etiam quia pro ea est text. *in l.* 1. *§. quod autem ait, ff. de superficieb.* in illis verbis et *sane causa cognita ei, qui non ad modicum tempus conduxit superficiem in rem actio competit*; cui licet Pinell. respondere conetur dicendo speciale esse in conductore superficiei, ex quo superficiarius sit, qui in solo alieno aedificat conducta superficie *l. obligationum ff. de actinn. et oblig. l. fin. ff. de superficieb.* et ideo adsit in eo favor publicus, ne urbes deformentur ruinis, sed ornentur aedificiis, talis responsio non satisfacit, quia idem favor aeque considerari poterat in conductore ad modicum tempus aedificante, et tamen textus praedictus loquitur tantum de eo, qui conduxit ad longum tempus, et ei tantum competere actionem in rem unde convincitur; rationem Pinelli non esse bonam, prout latius eam diluit, ac omnibus aliis respondet Gratz. *de expens. c.* 14. *num.* 3.

Declaratur tamen praedicta distinctio inter locationem ad 6
modicum, et locationem ad longum tempus, ut procedat in locatione facta a privato, secus autem in locatione rei publicae facta a principe, vel fisco, quia in isto quamvis ad modicum tempus facta transfertur dominium utile in conductorem, et datur ei actio utilis in rem eodem modo, ac in locatione ad longum tempus facta a privato ad text. *in l.* 1. *et ibi glos. in verbo conduxerit, et DD. ff. de loc. pub.* Fruen. Ruin. *cons.* 216. *num* 2. *vers. et quia dictum lib.* 1. late Gratian. *disc.* 357. *num.* 15. *et seqq.* Everar. *in loco a feud. ad emphyteus. num.* 52. *et* 53. Scapuccin. *de singul. success. amplios.* 8. *n.* 8. et licet contrarium senserint Petr. Barbos. *in l. filiusfamilias §. fin. n.* 38. *ff. sol. matr.* et Cevall. *commun. contra com. q.* 756. *n.* 74. *ad med.* tamen ista est verior et communior ut probat Pinell. *de bon. mater. in l.* 1. *part.* 3. *n.* 67. *ad fin. et* 68.

Praeterea secundum membrum distinctionis, quod videli- 7
cet in locatione ad longum tempus transferatur dominium utile declaratur pluribus modis, et primo, ut procedat, quando locatur aliquis fundus, secus autem si locetur aliquod jus percipiendi, sive fructus ex fundo, sive annua praestatio, sive quid simile, quia tunc non transfertur dominium ipsius rei, ut dictum est *in cap.* 4. *an locatio sit alienatio*, et maxime, ubi ex verbis contractus deducitur ita sensisse partes, ut ibidem, *et in cap.* 14. *de locatione rerum ecclesiae §.* 5. quibus locis diversas auctoritates adduxi, quibus nunc addo Ruin. *cons.* 216. *num.* 5. *ad fin. vers. praeterea dici posset lib.* 1. et Caroc. *de locat. et conduct. sub tit. de locat. sine tempore q.* 13. *n.* 9.

Secundo declaratur eadem conclusio, ut si fiat locatio ad 8
longum tempus per habentem solum dominium utile, puta per emphyteutam, tunc non transfertur dominium ipsum utile plenum, et absolutum, itaut nihil remaneat apud ipsum locantem, sed transfertur dominium utile subalternum Corbul. *de jur. emph. tit. de caus. priv. ob non solut.* Canon. *ampl.* 20. *n.* 2. ubi ait non esse inconveniens, quod tale dominium sit apud plures diversis respectibus, et sensit Jas. *in l.* 2. *n.* 152. *c. de jur. emphyt.*

Et licet contrarium, quod si primus conductor ita subloc- 9
cet, neque dominium, neque possessio penes eum remaneat tenuerunt alii, et signanter Ruin. *cons.* 168. *num.* 10. *ad fin. lib.* 1. Rimin. Sen. *cons.* 124. *num.* 7. *et cons.* 380. *n.* 11. ubi quod haec est natura contractuum emphyteuticorum, et si emphyteuta alteri concedat in emphyteusim nihil ei remaneat.

Federe tamen distinctionis conciliantur istae opiniones, 10
ut prima procedat, in casu quo sublocanti remaneant aliquae reliquiae emphyteusis, seu locationis, puta quia remaneat ei aliqua pars pensionis, quam in majori quantitate sibi solvit subconductor, vel aliqua pars rei, quia non totam sublocavit, vel etiam aliqua pars temporis, quia non pro toto tempore sublocavit pro quanto ipse conduxit, vel aliud simile, alias procedat secunda, ut post Caldas *de renovat. emphyt. lib.* 1. *quaest.* 13. *num.* 20. *et seqq.* declaravit Rota *decis.* 182. *n.* 7. *parte* 6. *recent.*

Verum haec distinctio non ita ruditer sumenda est, sed 11
attendendus ejus sensus, qui est, ut si primo emphyteotae remaneant reliquiae emphyteusis, quia non totaliter se illa spoliaverit, totumque ejus jus cesserit, tunc remaneat ei dominium utile, secus e contra, unde haec quaestio tota pendet a dignoscendo quid actum, et non sufficeret ad arguendum retentionem dominii, quod emphyteuta retinuisset aliquam partem pensionis, si e contra concurreret, quod sublo-

cetio facta esset de consensu domini, quodque secundus emphyteuta ipsum dominum recognovisset, et ob eo inter suos emphyteutas scriptus fuisset, quia tunc dicta pensio reservata primo deberetur ei actione personali, non autem in recognitionem dominii, aut reliquiarum emphyteusis, ut tradunt Soccin. Sen. *cons.* 256. *col.* 2. *vers. sed praemissis non obstantibus lib.* 2. Corbul. *de caus. privat. ob non sol. can. ampliat.* 20. n. 3.

12 Et e contra ad hoc, ut nihil remaneat sub emphyteoticanti necesse est, quod expresse dicat ponere subemphyteotam in locum suum, et accedat consensus domini directi, alias simpliciter subemphyteuticando etiam totam rem, et cum eadem pensione remanet emphyteuta, et retinet dominium utile, et aliud utile inferius formatur etiam in accipiente, ut declarat Valasc. *de jur. emphyt. q.* 13. *num.* 12. et his terminis nullius juris, nulliusque actionis super bonis sublocatis retentae loquitur Rota *in dicta decis.* 182. *part.* 6. *rec.*

13 Declaratur tertio dicta conclusio, quod per locationem ad longum tempus transferatur utile dominium, et non procedat si partes aliter expresse convenerint, videlicet de eo non transferendo, quia valet talis conventio, et operatur illud non transferri Bald. *in l. codicillis* §. *instituto ff. de leg.* 2. *et in cap. literae num.* 6. *de dilat.* Ruin. *cons.* 57. *num.* 9. *lib.* 1. Caroc. *de locat. sub dicto tit. de locat. sine temp. q.* 13. *n.* 6. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 7. n. 1. *et seqq.* ubi plura adducit ad comprobationem validitatis hujus pacti Boer. *decis.* 234. *n.* 2.

14 Limitanda tamen est haec declaratio, ut procedat quatenus locatio cum dicto pacto fiat per eum, cui alienatio non sit prohibita, quia tunc locator est magis rei suae moderator, et arbiter, et proinde potest circa eam quodcumque pactum inire absque aliqua fraudis suspicione, at si sit prohibitus alienare, et locet ad longum tempus, et in locatione apponat pactum praefatum censetur illud apponere in fraudem dictae prohibitionis, et nihil operatus Bald. *in cap.* 1. *in princ. de prohibit.* Feud. *alien.* per Frideric. et ibidem Afflict. *num.* 61. *et seq. et* 66. et late pluribus adductis probat Mantic. *de tacit. d. lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 66. et *seqq.* quoties enim in fraudem legis fit, non valet, quod factum est dicit text. *in l. si libertus minorem post princ. ff. de jure patr.*

15 Declaratur quarto, ut tale dominium acquisitum per locationem sit resolubile per inobservantiam pactorum, vel finem locationis, non autem perpetuum Soc. Jun. *cons.* 56. *n.* 12. *et cons.* 63. n. 16. *ad med. lib.* 2. Caroc. qui alios allegat *d. q.* 13. *n.* 17.

16 Declaratur quinto, ut quod dictum est locationem transferri dominium utile intelligatur sequuta traditione, est enim traditio ad hoc omnino necessaria, quia per eam proprie transfertur dominium non per solum contractum *l. traditionibus* 20. *c. de pact. l. si ager* 5 *ff. de rei vindic.* Seraph. *dec.* 783. *n.* 13. Coccin. *decis.* 49. *n.* 5. Buratt. *decis.* 861. *n.* 1. quod est adeo verum, ut valeat argumentum, non fuit probata traditio, ergo nec dominium Rot. coram Verall. *decis.* 280. n. 3. *par.* 1. et pactum quod trans-
17 feratur dominium, sine traditione sit invalidum Surd. *cons.* 52. *n.* 75. *et seqq.* Giurb. *decis.* 80. *n.* 15. *post princ. vers. quia sequuta.* Ruts in Romana venditionis capsulae coram Penia *impress. penes Marches. part.* 3. *fol.* 111. *n.* 9.

18 Nisi forte locatio ad longum tempus facta sit per principem, quia concessio principis transfert dominium absque traditione Soccin. Jun. *cons.* 65. *n.* 6. ubi de communi *lib.* 1. Gratian. *discept.* 310. n. 5. *et* 6. Rot. *dec.* 81. *n.* 6. *par.* 5. *recent.* et licet aliqui velint hoc procedere tantum in con-
19 cessione facta per viam privilegii, tamen verior, et communior est opinio, quod procedat etiam in concessione facta per viam contractus, ut probant Ruin. *cons.* 32. n. 4. *lib.* 1. Grat. *d. disc.* 310. n. 8. Rot. *dec.* 664. *n.* 18. *part.* 2. *recent.*

20 Vel etiam nisi locatio ad longum tempus facta esset ecclesiae, quae est in hoc privilegiata, ut acquirat dominium per simplicem concessionem sibi factam absque traditione, ut per text. *in l. fin. cod. de sacros. eccles.* et Bald. *cons.* 337. *n.* 5. *lib.* 1. dixit Rot. *decis.* 673. *n.* 4. *vers. non repugnat part.* 2. *recent. et decis.* 81. *n.* 7. *parte* 5. *recent.*

21 Non tamen requiritur traditio actualis, et vera, quia traditio etiam ficta transfert dominium verum Menoch. *praesumpt.* 39. *n.* 15. *lib.* 1. ut per clausulam constituti in instrumento appositam Surd. *decis.* 157. *in princip.* Coccin. *decis.* 240. *n.* 3. Cavaler. *decis.* 399. *n.* 3. Duran. *decis.* 84. *n.* 18. *et seqq.*

At non sufficit instrumentum dicere tradidit, dedit et assignavit, ubi locatio non sit facta in conspectu rei locatae, 22
quia haec est traditio verbalis, quae sufficit, si fiat in conspectu rei, et non alias, ut distinguit Bald. *in l.* 2. *in secundo lectura n.* 3. *c. de acq. poss.* Rom. *cons.* 337. *n.* 6. et ibi Adden. Rot. coram Durano *decis.* 270. *n.* 13.

Verum sufficit patientia, quod quis rem apprehendat, et 23
absque alia traditione dominium acquiritur capienti aliquo titulo habili, ut est text. *in l. qui saxum* 6. *ff. de donat.* ubi habetur, quod permittente aliquo mihi saxum titulo donationis ex suo eximere, statim, ac exemptus est meus fit, et additur quod si mercenarius meus exemit, mihi exemit, unde datur intelligi in proposito conductionis bonorum sufficere, quod villicus conductoris ingressus sit in ea patiente locatore, et faciunt tradita per Peregr. *cons*: 94. *num.* 11. *lib.* 1.

Et dum conductor reperitur in actuali possessione dicta 24
patientia praesumitur praestita, et quod adeptus sit possessionem titulo locationis, et de voluntate locatoris, ut docuerunt Bald. *in l.* 2. *n.* 1. *c. de acqu. poss.* Ang. *in l. quaedam mulier ff. de rei vindic. cum aliis cumulat.* per Becc. *cons.* 6. *n.* 8. *et seq.* et dixi etiam supra *in cap.* 24. *de locatione ad mensuram*, ubi etiam habetur declaratio hujus conclusionis, ut procedat, quando locator tenetur tradere, secus si non tenetur, uti quia sit locatio ad mensuram, ut ibi, vel alia de causa.

Est tamen casus, in quo ipsamet locatio habet vim tradi- 25
tionis, et dominium transfert, et non a locatore in conductorem, sed e contra a conductore in locatorem, si quis rei dominus illam vendat, seu donet, et deinde eam ab emptore, vel donatario in locationem recipiat *l. quaedam mulier* 76. et ibi Bart. *in summar. ff. de rei vindic.* et dicam infra loquendo de translatione possessionis.

Declaratur sexto, ut translationem utilis dominii operetur 26
locatio vera, et proprie ad longum tempus facta non autem si adsit aliquod privilegium favore inquilinorum, ut expelli non possint, prout adest in urbe favore hebraeorum, ex quadam constitutione Clementis VIII. quia non propterea acquirunt aliquod jus dominii, ut dixit Rota *in decis.* 38. n. 8.
part. 14. *rec.* licet hoc in hebraeis facilius admittendum sit, 27
ex quo ipsi sunt etiam ex constitutionibus apostolicis incapaces illud acquirere, ut in eadem decisione habetur, quia tamen dicta constitutio concedit etiam hebraeis, ut possint meliorare domum, inde sequitur ut maxime ea meliorata, acquirant in ea jus cessibile, ut dicit Gratian. *discept.* 842. *num* 22.

Secundo quaeri hic posset an per locationem acquiratur conductori dominium fructuum rei locatae, et conductae, sed de hoc videtur opportunius dicendum *in cap. particulari de fructibus* quod erit 33.

Tertio quaerendum, an per locationem, et conductionem
transferatur possessio rei locatae in conductore, et in hoc vi- 28
deantur jura aperte contrarieri, quod enim colonus nec vivo, nec mortuo domino ullam possessionem habeat dicit text. *in l. non solum* 33. §. *quod, vulgo post med. vers. cum haec igitur ff. de usucap.*

Contrarium vero, quod naturaliter possideat habetur *in l. communi dividundo* 7. §. *inter praedones ad fin. ff. com. divid.* ibi, *neque colonis, neque iis, qui depositum susceperunt hoc judicium competit, quamvis naturaliter possideant*, et idem etiam habetur *in l.* 2. §. *quod vulgo ff. pro haerede.*

Utraque tamen ex praedictis ultimis legibus declaratur
per suam glos. nempe, *d. l. communi dividundo per glos. in* 29
verb. possideant, et d. l. 2. §. *quod vulgo per glos. in verbo colonum*, ut accipiant possessionem naturalem improprie pro simplici detentatione, et probatur haec glossarum declaratio, quia eos possessores non convenit appellare, qui ita tenent, ut ob hoc ipsum solitam debeant praestare mercedem, ut dicit imperator *in l.* 2. *c. de praescr.* 30. *vel quadrag. annor.* et quod fructuarius colonus, et inquilinus sint in praedio, sed tamen non possideant dicit text. *in l. certe* 6. *post princip. vers. nam, et fructuarius ff. de praecar.* et denique qui ex conducto possidet, quamvis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere, ut habetur *in l.* 1. *in princip. cod. commun. de usucap.*

Deducitur, itaque ex praedictis juribus, quod locatio proprie nullam transfert possessionem in conductorem, sed tantum operatur eum habere detentationem corporalem, et pro domino detinere, quod et dixit Rot. *dec.* 351. *num.* 6. *par.* 11.

30 rec. at hoc intelligitur procedere in simplici locatione ad mo-
dicum tempus, secus autem in locatione ad tempus longum,
quia ea cum transferat dominium utile in conductorem, ut
dictum est supra, utique, transfert etiam in eum possessionem
naturalem, et tribuit, ut sibi tamquam utili domino deti-
neat, ut tradunt Alex. *cons.* 1. *num.* 6. *lib.* 4. Felin. *cons.*
25. *num.* 4. *ad med.* Ruin. *cons.* 156. *num.* 6. *lib.* 1. Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. *glos.* 14. *num.* 79. Rota *decis.* 190.
n. 1. *ad fin. par.* 3. *rec.* Sperell. *decis.* 41. *n.* 26. *et* 27.
Verum, ut dictum est supra circa translationem dominii,
31 ita dicendum est hic circa translationem possessionis, quod,
non propterea, quod dicitur, locationem ad longum tempus
transferre possessionem naturalem, sed locationem ad breve
tempus transferre detentationem, inferendum est, quod eo
ipso, quod facta est locatio, dicatur conductor possidere, seu
detinere, quia requiritur traditio vera, vel ficta per clausulam
constituti Menoch. *de retinenda possess. remed.* 3. *num.* 571.
Rota coram Mantic. *decis.* 37. *num.* 1. et post Posth. *de ma-
nut. decis.* 215. *num.* 9.
32 Nec dicatur, quod per constitutum transferatur vera
possessio non simplex detentatio Honded. *cons.* 42. *num.* 27.
lib. 1. Altograd. *cons.* 44. *lib.* 1. *num.* 4. *et* 6. et quod
33 constituto transferatur vera realis, et tam civilis, quam na-
turalis possessio Tomat. *decis.* 112. *num.* 2. Quia hoc pro-
34 cedit quatenus adsit causa habilis, ut dicit rot. coram Du-
rano *decis.* 84. *num.* 18. et quatenus de natura contractus
in quo ea apponitur sit possessionem transferre, est enim ac-
cessorie, et naturam contractus cui adhaeret sequitur Hond.
cons. 18. *num.* 54. *lib.* 2. Decian. *cons.* 1. *num.* 60. *lib.* 3.
Menoch. *cons.* 733. *num.* 12. Surd. *decis.* 157. *num.* 5. Ca-
valer. *decis.* 5. *num.* 6. et in specie, quod in locatione
35 transferat detentationem docuit etiam Castren. *in l. si quis
ante* 10. *num.* 1. *ad med. vers. postea ponuntur* Roman.
num. 4. Jas. *num.* 9. *et seq. ff. de acquir. vel amitt. poss.*
et quod non transferat possessionem Alex. *cons.* 221. *num.*
1. *ad med. et* 2. *lib.* 5. Tiraq. *in suo tractat. de constituto
possess. part.* 3. *lim.* 22. *num.* 1. ubi *num.* 2. secus esse si
separatim dominus post factam locationem constituit se prae-
cario nomine pro conductore possidere, quia tunc transfert
possessionem, et quod e contra, si is pro quo dominus se
constituit possidere ab eo conducat, possessionem per consti-
tutum acquisitam retrotransfert, et sit simplex detentator,
dicit tamen circa haec videndum Alex. et Calaud. Saisell.
in dicta l. si quis ante.
36 Et sufficit etiam traditio verbalis, quatenus sit facta in
conspectu rei roman. *cons.* 337. *num.* 6. cum aliis adductis
supra in proposito translationis dominii, nisi forte alius in
possessione existat, quia tunc talis traditio non sufficit ad
37 hoc, ut acquiratur conductori possessio Adden. ad Roman.
cons. 337, *lit. b.* Gratian. *discept.* 310. *num.* 16. immo nec
38 traditio actualis sufficit illo non expulso, quod secus est re-
spectu dominii, nam verus dominus tradens rem ab alio
possessam transfert dominium, licet non possessionem Go-
mes. *in §. sed ista num.* 10. *instit. de action.*
39 In reliquis autem applicantur fere omnia supradicta de
traditione necessaria ad translationem dominii, prout etiam,
quod locatio transfert quoque possessionem in locatorem, si
dominus rei illam vendat, vel donet, et deinde eam condu-
cat dicta *l. quaedam mulier* 76. *ff. de rei vindicat. l. inter-
dum* 21, §. *fin. ff. de acquir. possess.* Tiraquel. *de constit.
part.* 3. *lim.* 9. *num.* 3. quatenus tamen locator sciat, alias,
40 quia non habet animum possidendi non procedit translatio
ista possessionis in eum, ut declarat Caroc. *de locat. part.*
6. *sub tit. de proxenet. quaest.* 11. *num.* 2. si videlicet fiat
41 per procuratorem generalem, vel alium, quia ad acquiren-
dam possessionem requiritur mandatum speciale Surd. *cons.*
160. *num.* 26. Rot. *decis.* 9. *de restit. spoliat. in nov.* Gra-
42 tian. *discept.* 365. *num.* 9. *et seq.* nec sufficeret locationem
fieri per consanguineum Corn. *cons.* 46. *num.* 11. *vers. et
licet dicunt lib.* 3. Gratian, *dicta discept.* 365. *num.* 12. *et
seq. et discept.* 450. *num.* 26. Rot. *decis.* 681. *num.* 1. *vers.
aut comes part.* 4. *divers.*
43 Non omittendum tamen animadvertere, quod ea, quae
dicta sunt de traditione ficta per clausulam, *constituti*, quod
sufficiat, non procedunt si locatio sit conditionalis Mantic.
de tacit. lib. 4. *tit.* 17. *num.* 3. *et* 4, *cum al. adduct. cap.*
24. *num.* 26. *et seq.*
Ex eo autem, quod dictum est conductorem possidere
pro domino infertur, ut si quis moverit litem super re loca-
44 ta, et citaverit tantum conductorem non autem dominum
nulliter processerit rot. coram Coccin. *decis.* 361. *num.* 2. *ad
fin.* ubi quod fuit etiam dictum in eadem causa coram Sera- 45
phino, licet secus sit si agatur de sola possessione naturali
rei, quia tunc satis erit citare conductorem, ut firmat eadem
rot. coram Cavaler. *decis.* 328. *num.* 2. *et seq.* ea ratione,
quia de ejus interesse principaliter agitur, et citationes sunt
dirigendae in eum de cujus interesse principaliter agitur, nec 46
necesse est citare illum, quem negotium tangit solum in
consequentiam per text. *juncta glos.* 2. *in l. de uno quoque*,
ff. de re judic. Alex. *cons.* 86. *num.* 3. *et* 4. *lib.* 2. Ossae.
decis. 157. *num.* 3. *ubi de com.* Surd. *decis* 103.
num. 3.
Praeterea infertur, quod quamvis per absentiam decem 47
annorum regulariter quis censeatur amisisse animum possi-
dendi, et sic perdidisse possessionem ipsam, nedum natura-
lem, sed etiam civilem Bart. *in* l. *si is, qui* 27. *num.* 2. *ad
fin ff. de acq. possess. et in l. sive possidetis num.* 8. *ff. de
probat.* Borati. *decis.* 823. *num.* 4. cum aliis plenissime cu-
mulat. per Post. *de manut. observ.* 58. *num.* 1. ubi *num.* 5.
et 6. quod licet tempus non sit modus perdendae possessio-
nis, *l. si mulier*, *ff. quib. mod. usufr. vel us. amittatur*, *l.
licet. c. de acquir. poss.* tamen est modus inducendae obli-
vionis, et sic etiam inducendae depositionis animi per quam
amittitur possessio per gloss. *in d. l. licet. ver. temporis in-
juria*, et Gratian. *discept.* 450. *num.* 30. *et seq.* licet in
quam per tantum tempus perdatur possessio, tamen secus 48
est in re alteri locata, ex quo per conductorem ipsi domino
possidetur, et sic non applicatur, quod absit, dum per alium
rei insistit, et possidet Aretin. *in l. si de eo*, §. *si forte
num.* 7. *ff. de acquir. poss.* Posth. *d. observat.* 58. *num.* 3.
post med. rot. bonon. *divers. decis.* 86. *num.* 42. ubi quod
hoc procedit, etiam si dominus per decennium mercedem 49
non perceperit *decis.* 496. *num.* 3. *part.* 4. *recent.*
Et infertur etiam, quod licet alius possessionem ingredia-
tur, tamen non privat dominum possessione sua nisi condu- 50
ctorem expellat, at si expellat eum privat *l.* 3. §. *quod si ser-
vus*, et ibi Castren. *ff. de acquir. possess.* et privat eum
etiam ignorantem *l. peregre* 44. §. *fin.* et ibi Bart. *ff. eodem* 51
tit. et non solum naturali, sed etiam civili, et utramque sibi
acquirit Ang. *in l. clam possidere* 6. *qui ad nundinas num.*
2. *ad med. ff. eodem*, et ratio est, quia civilis domini pos-
sessio hoc casu requiescit super naturali retenta per condu-
ctorem, et ea sublata per expulsionem illius corruit, ut aliis
adductis explicat Posth. *de manut. observat.* 59. *num.* 13.
et 14.
Et expelli debent coloni omnes, et eorum familia, alias 52
non relevaret expulsio, si aliquis remaneret Alex. *in l. pe-
regre* 44, §. *quibus*, *ff. de acquir. poss.* Gozad. *cons.* 86.
num. 11. Rota coram Seraph. *decis.* 498. *num.* 2. Adden. ad
Buratt. *decis.* 732. *num.* 6. unde opportunum erit in instru-
mento exprimere, quod fuerint expulsi omnes, non autem 53
simpliciter dicere, expulsis colonis, quia indefinita non ae-
quipollet universali in hoc proposito secundum Beron. *quaest.*
47. *num.* 5. satis tamen esset nominare ipsos colonos expul-
sos adhoc, ut, qui dicit alios adfuisse probare debeat Rot. 54
post Posth. *de manut. decis.* 74. *num.* 11. *prope fin.* cum
qua transit ipse Posth. *d. observ.* 59. num. 3.
Immo debere etiam ejici res omnes, et bona inquilinorum 55
tradunt Benintend. *decis.* 93. *num.* 3. et alii relati per Po-
sth. *d. observ.* 59. *num.* 2. at in hoc contrarium videtur ve- 56
rius, quod scilicet talis ejectio bonorum non sit necessaria,
quia civilis possessio domini non residet super illa bonorum
existentia in fundo, sed super possessione naturali per con-
ductorem retenta, ut animadvertit Rot. coram Seraph. *decis.*
498. *num.* 4. ubi et quod Bero. *quaest.* 47. a Benintend. ci-
tatus id dicit satis perfunctorie, et doctores per eum adducti
nihil tale dicunt.
Et debet etiam expulsio esse totalis respectu fundi, nempe 57
a toto fundo, immo etiam a conspectu ipsius Dec. *cons.* 410.
num. 9. Gozad. *cons.* 86. *num.* 17. Rot. *in decis.* 410. *nu-
mer.* 1. *part.* 4. *divers.* et in aliis adductis per add. ad Bu-
ratt. *decis.* 732. *num.* 7. et Ridolphin. *in praxi part.* 2. *cap.*
5. *num.* 65. et hoc de expulsione a conspectu rei locatae, non 58
intelligendum est in sensu literali, ut necesse sit eos non
potuisse oculis nec eminus rem conductam videre, quia satis
est eis fuisse difficilem reditum ad possessionem, ut ex men-
te Gozad. *d. cons.* 86. *num.* 17. et aliorum dd. declaravit
Rot. coram Seraph. *decis.* 498. *num.* 5.
An autem necessaria sit ista expulsio ad acquirendam 59
possessionem rei locatae, vel absque ea sufficiat conductorem

possessionem tradere alteri, vel eum in dominum recogno-
scere, videndum breviter est, et quidem, si conductor rem
vendiderit, et eam ab emptore conduxerit, et utrique mer-
cedem praestiterit prior locator possessionem per conducto-
rem rectissime retinet, dicit praecise *text. in l. quamvis* 32.
§. si conductor, ff. de acquir. possess. unde deducitur quod
ficta traditio coloni non privat dominum possessione, ut no-
tat ibi Bart. in casu enim textus non fuit possessio tradita,
nec habita pro tradita, alioquin si fuisset actualiter tradita,
60 vel habita pro tradita, esset amissa, ut asserit ibidem, et
procul dubio esse dicit gloss. *in verb. retinet*, unde infertur
necesse non esse, quod conductor ejiciatur, sed sufficere,
quod possessionem sponte tradat Ang. *in l. peregre*, *§.
quibus*, ubi Castr. *num.* 5. et Ales. *num.* 3. qui dicit com-
munem, *ff. de acquir. possess.* et magis communem dicit
Abb. *in cap. olim num.* 11. *de restit. spoliat* quos retu-
lit, et sequuta est Rota coram Cavalerio *decis.* 1238. *num.*
61 3. et quod licet una possit conductor intervertere possessio-
nem domini per actum fictum, prout dicit Bart. *in d. §. si
conductor* puta, per conductionem ab alio, ut loquitur ille
text. vel per clausulam, *constituti*; tamen bene possit per
traditionem veram, admittunt dec. *cons.* 400. *num.* 9. et
Surd. *cons.* 117. *num.* 14. *et seq.* licet *num.* 16. declaret,
62 nec veram traditionem sufficere, nisi sit ex justa aliqua cau-
sa puta alienando, vel alium contractum faciendo, quia si
causa sit injusta, vel nulla possessio per traditionem non
transfertur, *l. nunquam nuda*, *ff. de acquir. possess.* et
63 hanc esse differentiam inter simplicem conductorem ad bre-
ve tempus possidentem pro domino, et conductorem ad lon-
gum tempus possidentem sibi, quod iste transferat posses-
sionem etiam per actum fictum, secus autem ille, et quod
actum traditionis verum a quocumque ex eis proveniet trans-
ferri per eum possessionem naturalem, qua uterque deti-
net, et ita interverti possessionem civilem domini, quae ipsi
naturali innititur late tradita Giovagnon. *cons.* 9. *num.* 16.
lib. 1. et quod licet non valeat per simplicem suam recogni-
tionem in dominum de tertio factam conductor in illum pos-
sessionem transferre, et privare locatorem, tamen secus sit
ubi ille tertius possessionem actualiter adeptus sit conclude-
re videtur Posth. *de manut. observat.* 59. *num.* 31.

64 Verum his non obstantibus verius videtur, quod tertius
ad acquirendam possessionem rei detentae per conductorem,
et privandum dominum possessione sua, necesse habeat
conductorem ipsum expellere, nec sufficere actum volunta-
rium conductoris erga eum factum recognitionis in dominum,
vel traditionis possessionis, quia ipse non valet sponte, ac
libere possessionem domini intervertere, quidquid enim es-
set de jure digestorum, et quidquid doctores leges illas anti-
quas forte considerando se involvant, hoc expresso definitum
est ab imperatore, quod si colonus, vel inquilinus, vel quis-
piam alius, per quem licentia est nobis possidere corporali-
ter, nactam possessionem cujuscumque rei dereliquerit vel
alii prodiderit, desidia forte, vel dolo, ut locus aperiatur alii
eamdem possessionem detinere, nihil penitus domino praeju-
dicii generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum
emergat, ut praecise habetur *in l. fin. cod. de acquir. poss.*
unde nihil videtur ulterius quaerendum, dum habemus
textum clarum, et licet glos. ibi *in verbo generetur*, oppo-
nat leges digestorum, et afferat diversas solutiones, tamen
prima videtur magis vera, et amplectenda, quod scilicet lex
ista codicis corrigat illas, quatenus sint contrariae, vel potius
eas conciliet, et declaret, prout habetur in ejus principio,
ibi, *ex libris sabinianis quaestionem in divinas nostri nu-
minis aures relatam tollentes definimus*, unde quatenus in
contrarium facere videantur, non sunt habendae in conside-
ratione quoad istud dubium, et ita concludendum necessa-
rium esse omnino expulsionem inquilini, ut post antiquiores
tradit Benintend. *decis.* 93. *num.* 3. ubi etiam si colonus
65 ultra recognitionem solvat fructus illi, quem recognovit,
adhuc possessionem domini non intervertit, *et num.* 4. etiam
si dominus sciat, et idem quoad primum dictum, sed non
quoad secundum post Alex. et alios tradit etiam Surd. *cons.*
117. *num.* 14. *ad med.* Rum. *cons.* 127. *num.* 18 *ad med.*
ubi etiam si alius ingrediatur possessionem colono absente,
et animum deserendi possessionem habente *lib.* 5. et alii
plures, quos refert, et sequitur Adden. ad Buratt. *decis.*
732. *num.* 5. Rot. *dec.* 141. *num.* 8. post Statil. pacif. de
Salviano *decis.* 141. *num.* 8. etiam si colonus recognoverit
alium in dominum cogitando se posse repelli *decis.* 100. *num.*
4. post Posth. *de manut.* et alii plurissime congesti per eun-
dem Posth, *observ.* 59. *num.* 1. et differentiam praedictam
inter jus novum *in dict. l. fin.* et antiquum agnoscendo Rota
decis. 139. *num.* 20. *part.* 6. *recentior.*

Debet tamen dominus in casu quo colonus alium recogno- 66
scat, vel possessionem alteri dimittat statim, ac scit eam recu-
perare, vel adversus recognitionem reclamare, alias negligendo
eam amitteret, *l. si de eo* 40. *§. si forte*. ibi, *sed tunc de-
mum cum dominus possessionem adipisci neglexerit, ff. de
acquir. possess.* Cravett. *cons.* 235. *num.* 1. Adden. ad Gre-
gor. *decis.* 307. *num.* 26. *vers. verum quoad illud.* Posth. *de
manut. observ.* 58. *num.* 21. *decis.* 123. *num.* 4. *et decis.*
129. *num.* 1. post eumdem Posth. negligere autem dicitur si
a die scientiae differat per triduum, ut probat Cravet. *in d.
cons.* 235. *num.* 1. *circa med.* quem Rota sequitur, ut per
Adden. ad Gregor. ubi proxime.

Praeterea dicta opinio, quod sit necessaria expulsio con- 67
ductoris patitur signanter duas limitationes, unam videlicet,
ut procedat quatenus possessio respectu domini sit plena,
secus autem si sit vacans puta, quia dominus decesserit, vel
aliter possidere desierit, quia tunc non est necessaria expul-
sio colonorum, sed sufficit eorum recognitio possessionem
adipiscentis in dominum, vel possessorem Afflict. *decis.* 325.
num. 3. Seraph. *decis.* 466. *ad finem*, Buratt. *decis.* 732.
num. 2. et ibi Adden. *num.* 8. *vers. hoc tamen*, Ridolph.
in prax. part. 2. *cap.* 5. *num.* 66. *d. decis.* 141. *num.* 9.
post Statil. de Salviano, *et decis.* 158. *num.* 7. *part.* 7. *rec.*
licet enim in dicto casu mortis domini locantis, quod per
conductorem continuatam in conductione continuetur pos- 68
sessio in haeredem statim a morte defuncti, adeo ut num-
quam videatur interrupta, et sic non dari dictam vacatio-
nem, late conatur probare Surd. *cons.* 117. *num.* 8. *et seqq.*
tamen veritas est, quod, ut haeres mediantibus colonis pos-
sessionem acquirat plura requiruntur, de quibus Seraph.
decis. 466. *num.* 2. et Adden. ad Buratt. *decis.* 733. *num.*
9. et eis deficientibus intrat praefata limitatio, secus autem
eis concurrentibus.

Alia autem limitatio est, ut tunc sit necessaria expulsio 69
conductoris, cum quis possessionem ingreditur auctoritate
propria, secus autem si eam ingrediatur auctoritate judicis
Ang. *in l. qui universas* 30. *§. item cum praetor vers. in
textu, ff. de acquir. possess.* Rot. *decis.* 802. *num.* 6. *part.*
1. *divers.* et *decis.* 293. *num.* 5. *part.* 1. *decis.* 226. *num.*
6. *p.* 6. *et decis.* 306. *num* 3. *part.* 7. *recent.* cum aliis ple-
nissime cumulat per Posth. *de manut. observ.* 12. *num.* 28.
et *seq.* quatenus tamen judex rite, et recte processerit, alias 70
enim ejus auctoritas nihil operatur in hoc proposito, sed
necessaria est expulsio, nec recognitio colonorum suffragatur
Hond. *cons.* 20. *num.* 19. *lib.* 1. Ridolph. *in prax. part.* 2.
cap. 5. *num.* 70. *vers. sed hoc*, *et num.* 73. Seraph. *decis.*
342. *num.* 4. sed debet esse injustitia patens adhoc, ut con- 71
tra judicis auctoritate immissum, dari possit manutentio, ut
declarant Gratian. *discept.* 950. *num.* 33. Posth. *dicta ob-
serv* 9. *num.* 27. *et seq.* Buratt. *decis.* 158. *num.* 6. *et* 7.
Rot. *decis.* 646. *num.* 2 *part.* 2. *recent.*

Ultra praedicta circa translationem dominii, vel possessio-
nis per locationem, quando quis rem suam locat, posset
etiam hic quaeri, quid sit quando quis rem suam propriam
ab alio conducit, an tunc per talem conductionem transferat
in eum dominium vel possessionem, prout etiamsi quis rem
suam tamquam alterius procurator locet, quid illi acquirat,
sed haec dubia tacta fuerunt *in c.* 11. *de rebus quae locari,
et conduci possunt.*

Quarto quaerendum est, an locatio probet locatorem ha-
bere dominium rei, quam locavit, et regula potest tradi, 72
quod non probet per text. *in l. ad probationem* 23. *c. locat.*
et ibi Bald. et Salicet. *in summ.* et *in cap. inter dilectos* 6.
de fid. instr. prope fin. ibi, *per instrumenta vero locationis
non est utique probata proprietas*, Cravett. *cons.* 157. *num.*
5. Rot. coram Cavaler. *decis.* 399. *num.* 4. et potest etiam 73
reddi ratio, quia potest quis rem, cujus dominium non ha-
bet locare, et signanter nemo prohibetur rem, quam condu-
xit, alteri locare, ut dicit text. *in l. nemo* 6. *c. locat* Rot.
decis. 611. *num.* 8. post Posth. *de manut.*

Quod ampliatur procedere etiam si agatur de locatione 74
antiqua, quia adhuc non sufficit ad probationem dominii, ut
per text. *in cap. inter dilectos de fid. instr.* et Alex. *cons.*
12. *lib.* 4. dixit Rota coram Put. *decis.* 342. *num.* 1. *lib.* 2.
in correctis.

Et ubi controversia est cum tertio, conclusio non habet
difficultatem, et contra illam cui locatio facta est sunt opi-

niones, ut patet ex Caroc. *de locot. sub. tit. de probat. quaest.* 12. *num.* 2. *et* 3. ubi plures hinc inde refert.

75 Sed veriorem esse negativam regulariter patet ex text. *in d. l. ad probationem* 23. *cod. locat. in* qua hoc habetur,
quod locatio non sufficit ad probandum dominium contra
conductorem, ut tradit ibi Salic. *in sum.* et ratio est, quia
etiam res aliene locari potest, *l. nemo* 6. c. *locot.* Rot. *decis.*
611. *num.* 8. post Posth. *de monut.*

76 At retenta praedicta pro regula non desunt limitationes,
non enim propterea potest conductor denegare restitutionem
rei locatori finita locatione, nam clari juris est, quod si quis
conductionis titulo agrum, vel quamcumque etiam rem acceperit, possessionem prius restitui debet, et tunc de proprietate, litigare ut dicit imperator *in l. si quis conductionis* 25.
c. locot. de cujus legis dispositione latius alibi dicam.

77 Prout etiam limitari poterit, ut procedat si agatur de dominio principaliter ad effectum, videlicet rei vindicationis, secus autem si de eo agatur incidenter, puta ad effectum consequendi canones, seu pensiones rei locatae, quia ad hunc effectum contra conductorem sufficeret sola locatio Caroc. *dict. quaest.* 12. *num.* 6. *vers. limitatur quarto decis.* 12. *num.*
6. *et seq. part.* 2. *recent.* haec enim est distinctio communi-
78 ter recepta, et valde notabilis, ut si agatur de dominio principaliter, requiratur probatio plena, et concludens, secus autem si agatur de eo incidenter Gratian. *discept.* 912. *num.*
3. *et est decis. Verall.* 280. *part.* 1. saepe canonizata, ut
habetur *in decis.* 606. *num.* 1. *part.* 1. *recent.*

79 Probat tamen dominium locatio ad quemcumque effectum,
si appareat etiam effectuata per exactiones mercedis continuatas per longum tempus Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 9. *n.*
17. *in fin.* Merlin. *decis.* 817. *num.* 8. Rote *in recent. dec.*
697. *num.* 6. *et* 7. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

80 Verum istud longum tempus debet esse triginta annorum,
adhoc ut probetur dominium contra quoscumque, et ad quemcumque effectum, nam alias quidquid sit ubi agitur de probanda sola possessione, de quo infra, respectu dominii cum
exactiones mercedum sint actus consecutivi locationis, si non
valet locatio, nec ipsae operantur, ut solvit Bald. *in leg. ad probationem num.* 2. *c. locat.* et admisit Rot. *decis.* 611. *n.*
10. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* et si sunt continuatae per annos
triginta post locationem, tunc probant dominium contra tertium, tamquam praescriptum, ut censuit Bart. *in dict. l. ad probationem*, Alex. *cons.* 8. *num.* 2. *lib.* 7. Rota quae alios
cumulat *in decis.* 290. *num.* 4. *part.* 1. *recent. et in d. dec.*
611. *num.* 21. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

81 Et idem esset si cum locatione concurrerent alia adminicula, quia tunc pariter probaret dominium, quatenus ea sint
satis urgentia arbitrio judicis Gratian. *discept.* 970. *num.* 7.
Rota *decis.* 290. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* et plenissime *dec.*
82 1708. *num.* 3. coram Coccino, et haec probatio sufficeret ad
quemcumque effectum, quia probatio, quae fit per praesumptiones, et conjecturas est vera, et propria probatio, quando
83 illae sunt a jure approbatae, ut firmatur *in d. decis.* 611. *n.*
13. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* unde licet non sufficere locationem, seu investituram, emphyteuticam, junctis solutione canonum, et laudemii, ac aliis adminiculis ad probandum dominium ad effectum devolutionis alias senserit Rote ut habetur penes Veral. *decis.* 280. *num.* 5. *part.* 1. Millin. *dec.* 11.
84 *num.* 9. *in recent. decis.* 281. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*
tamen ista opinio ita generalis sumpta non subsistit; quatenus investitura sit facta tamquam de re propria, et adminicula sint urgentia, ut firmat Ciarlin. *contr.* 6. *num.* 40. et
pluries censuit eadem Rota *ut in decis.* 193. *num.* 1. *par.* 2.
decis. 325. *num.* 1. *et seqq. part.* 3. *decis.* 597. *num.* 3. *et seq.* et *decis.* 611. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 81. *num.*
2. *part.* 6. *recent.* Dunoz. Jun. *dec.* 939. *num.* 2. ubi quod
est doctrina Bart. *in l. ad probandum, c. locat.* quae com-
85 muniter est recepta, et a Rota pluries firmata. Posset autem
dicta opinio sustineri ubicumque in investitura non esset facta mentio dominii vel adesset suspicio, quod concessio esset
de re aliena, ut declaratur *in decis.* 613. *num.* 12. *et seq. part.* 6. *recent.* quod multum considerandum, quia, ut dictum est supra, ratio cur locatio non probat dominium est,
quia potest locari res aliena, et ideo quatenus cesset haec suspicio, quod locata fuerit res aliena non procedet conclusio;
et hoc parum habet difficultatis, sed difficultas erit in dignoscendo quando sufficienter cesset talis suspicio in quo dari
non potest certa regula, sed pensandae erunt per judicem
circumstantiae, et qualitates personarum, ut in specie, quod
86 in concessione facta a capitulo canonicorum, simulque a cardinali cum beneplacito apostolico, cesset omnis suspicio commissae fraudis, vel negligentiae in concedendo, quod suum
non est sensit novissime Rota in una Romana Castri Orciani
2. maii 1674. coram R. P. D. meo Emerix. §. *neque contra.*

Quae autem sint adminicula sufficientia etiam ad praedictum effectum devolutionis, et rei vindicationis, videri poterit in singulis decisionibus supra relatis, et praecipue *in decis.* 597. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* et penes Coccin.
decis. 1708. *num.* 4. *et seq.*

Animadvertendo, etiam, quod si agatur de caducitate in 87
poenam, puta ob non solutum canonem, adminicula erunt
necessaria urgentiora, quam si agatur de ea ob lineam finitam Cavaler. *decis.* 269. *in fine*, Burat. *decis.* 602. *num.* 9.
Dunoz. Jun. *dec.* 741. *num.* 7. ubi quod hoc est receptum,
et dec. 939. *num.* 7. et ind. Romana Castri Orciani 2. maii
1674. ubi hac praecipue ratione Rota recessit a decisione
praecedenti.

Praeterea locatio probat alio casu dominium, videlicet si 88
fiat ab uno nomine alterius, nam qui nomine alterius rem
locat, fatetur illum dominum, et sic contra eum oritur probatio domini tamquam ex confessione, secundum Rotam *in decis.* 169. *num.* 22. *part.* 9. *recent.* verum, et hoc intelligendum de probatione non plena cum possit, quis locare rem
alienam, ut dictum est, et sic mandare, ut locetur.

Quinto quaerendum est, an locatio probet possessionem 89
locantis, et regula pariter est negativa, quod per simplicem
locationem non probetur possessio *textus est in cap. inter dilectos* 6. *prope fin.* ibi, *per instrumenta vero locationis, nec est utique probata proprietas, nec ad plenum possessio, de fid. instr.* Gabr. *sub tit. de locat. concl.* 4. *num.* 1. Rot.
decis. 802. *num.* 9. *part.* 1. *div.* et coram Seraph. *decis.* 2.
num. 2.

Verum hoc non transit sine hac distinctione, ut, quatenus 90
probatio praetendatur contra tertium verum sit, quod non
sufficiat simplex locatio, juxta tradita per Giovagnon. *cons.*
8. *num* 131. *lib.* 1. Posth. *de monut. observ.* 24. *n.* 4. Rot.
decis. 146. *num.* 13. *part.* 4. *divers.* et coram Coccino *dec.*
266. *num.* 2. quatenus autem praetendatur inter ipsos contrahentes, secus sit dicendum Mascard *conclus.* 1187. *n.* 17.
Posth. *d. observ.* 24. *num.* 1. *decis.* 1. *de fid. instr. in an-*
tiquis Cavaler. *dec.* 48. *num.* 1. et non solum contra ipsum 91
conductorem, sed etiam contra habentes ab eo causam, scilicet ejus haeredes, aut in illa re successores Posth. *observ.* 24.
num 2. Rot. *decis.* 314. *num.* 1. *part.* 1. *divers.* et coram
Cavaler. *decis.* 52. *num.* 1. quatenus tamen non sint etiam
successores alterius tertii emptoris, qui controvertere talem
possessionem poterat, quia uti tales poterunt, et ipsi eam
controvertere, ad sensum Rotae *in decis.* 190. *n.* 12. *part.*
3. *recentior.*

Et in hac parte, videlicet, ubi agitur inter contrahentes, 92
locatio probat de se possessionem, etiamsi non appareat effectuata Adden. ad Gregor. *dec.* 6. *num.* 5. Posth. *de monut. observ.* 24. *num.* 5. Rota *decis.* 291. *num.* 5. *post* 2. *volum. cons. Farin.* licet contrarium dixerit eadem Rot. *decis.* 766.
num. 4. *part.* 1. *divers.* et etiamsi non fuerint in ea servatae solemnitates necessariae, puta si ecclesia locaverit absque
beneplacito Posth. *d. observ.* 24. *num.* 5. Rot. *post eum decis.* 469. *num.* 4.

Quod autem dictum est locationem non probare possessio- 93
nem contra tertium, limitatur pluribus modis, et primo in
antiquis, nam etiam unicum instrumentum locationis si sit
antiquum probat possessionem locatoris Fachin. *cons.* 87. *n.*
9. *lib.* 1. Menoch. *retinen. remed.* 3. *num.* 574. Mascard. *de probat. concl.* 1181. *num.* 13. Posth. *d. observ.* 24. *n.* 12.
quod certius erit si concurrat aliquod aliud adminiculum, ut
videtur requirere Gabr. *de locat. concl.* 4. *num.* 17. et Rot.
decis. 146. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* antiquum autem dicitur 94
adhoc instrumentum si excedat metam sexaginta annorum,
ut aliis adductis firmat Silvan. *cons.* 36. *n.* 13. *et* 14. Bursat.
cons. 330. *num.* 61. Caroc. *de locat. sub tit. de proxenet. quaest.* 11. *num.* 14. *ad fin.*

Secundo limitatur si deducatur probatio contra tertium, 95
qui non possideat, quia tunc locatio possessionem locantis
probat Menoch. *retinen. remed.* 3. *num.* 574. *vers. declara quarto*, Mascard. *de probat. concl.* 1181. *num.* 10. *et num.*
15. ubi secus e contra si possideat Posth. *de manut. observ.*
24 *num.* 13.

Tertio limitatur si ultra locationem factam concurrat, quod 96
locator perceperit pensionem a io ea conventas Menoch. *retinen. d. remed.* 3. *n.* 572. Ridolph. *in praxi part.* 2. *cap.* 12. *n.*

115. Adden. ad Buratt. *decis.* 263. *in princ.* Cavaler. *decis.* 507. *num.* 6. et hoc casu dicitur constare de possessione reali, et actuali, ut dicit Rota coram Durano *dec.* 220. *num.* 2. et procedit etiamsi percepta appareat pars minima pensionis Mascard. *de probat. concl.* 1181. *num.* 3. et 4. Posth. *de manut. d. observ.* 24. *num.* 15.

97 Quod tamen intelligendum videtur procedere si pensiones receperit ab ipsomet conductore, secus autem si alios ejus nomine sibi solverit, ut post Corn. quem allegat tradit Caroce. *de locat. sub tit. de proxenet. quaest.* 11. *num.* 10.

98 An autem sufficiat, quod de tali solutione doceatur per solam confessionem de recepto, adsunt hinc inde opiniones, nam affirmativam tenent Ruin. *cons.* 115. *num.* 16. *lib.* 5. Torniol. *cons.* 87. *num.* 13. Mascard. *concl.* 1180. *num.* 3. Seraph. *decis.* 1185. *num.* 2. et quia ubi, prout loquimur, agitur contra tertium, simplex confessio non probat veram solutionem, et tanto minus pro locatore, dum ab ipsomet facta esse debet, verior videtur contraria opinio. quod simplex confessio de recepto non sufficiat, quam tenet Posth. *de manut. observ.* 24. *num.* 22. *et* 23. Rot. *decis.* 63. *num.* 4. post Statil. Pacif. de Salvian. *interd. et decis.* 740. *num.* 38. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

99 Prout etiam non sufficeret sola promissio pensionum per locatorem conductori facta, quia ea in qualibet locatione continetur, et ideo, dum dicimus locationem non probare, intelligimus, et locationem cum promissione solvendi Natt. *cons.* 429. *num.* 16. ubi et quod tanto minus probabit promissio de se sola, et praeceptum judicis, quod alicui solvatur Caroce. *de locat. sub tit. de proxenet. qu.* 11. *num.* 7.

100 Praedicta tamen de locatione, et perceptione mercedis, quod probent possessionem locantis, procedunt quatenus non constet de alterius actuali possessione, quia tunc non relevant Fulgos. *cons.* 161. *num.* 2. *ad med.* Adden. ad Gregor. *dec.* 6. *num.* 7. Gratian. *discept.* 502. *num.* 10. Coccin. *dec.* 348. *n.* 3. Merlin. *decis.* 167. *num.* 3.

101 Quarto limitatur si ultra locationem factam concurrat, quod fuerit effectuata per actualem detentationem rei per conductorem, hoc enim sufficit absque eo, quod concurrat perceptio pensionum Corn. *cons.* 6. *numero* 13. *lib.* 3. Posth. *de manut. observ.* 24. *num.* 20. *et num.* 33. *vers. si constet*, et licet circa hoc, an requiratur simul concurrere perceptionem pensionis, contraria manifeste loquatur Gabr. alios adducens *de locat. conclus.* 4. *num.* 8. *et num.* 13. tamen dicta opinio videtur verior, saltem, ubi actualiter conductor detinere continuat, quia possidet locatori, ut dictum est, et sic possessio probatur. Applicatur tamen et huic limitationi declaratio, de qua supra in praecedenti, ut vera sit, quatenus tertius non probet tunc possedisse, ut animadvertit Rota coram Buratt. *decis.* 263. *num.* 2.

102 Quinto limitatur si non sit locatio unica, sed plures, quia tunc adminiculantur ad invicem, et probant Soccin. Sen. *cons.* 187. *n.* 16. *vers. confirmantur praemissa lib.* 2. ubi a communiter accidentibus Menoch. *retinen. remed.* 3. *num.* 573. Mascard. *concl.* 1186. *n.* 11. Posth. *de manut. obs.* 24. *n.* 11.

103 Sexto limitatur si ultra locationem concurrat, quod conductor asserat se nomine locatoris possidere, quia tunc probata remanet ejus possessio contra omnes Menoch. *retin. remed.* 3. *n.* 572. Mascard. *de probat. concl.* 1186. *num.* 7. Posth. *d. observ.* 24. *num.* 30.

104 Septimo denique generaliter limitatur, ubi cum locatione concurrant adminicula, quod locator vere possederit, quia tunc ea probat Gratian. *cons.* 50. *n.* 40. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 896. *n.* 2. Andr. *decis.* 40. *num.* 11. Coccin. *decis.* 161.
105 *num.* 4. et hoc procedit etiamsi non constet de effectuatione Posth. *de manut. observ.* 24. *num.* 32. Rota coram Andr. *de-*
106 *cis.* 12. *num.* 6. adminiculumque esset si res fuisset vendita a locatore, vel ejus filiis Rota coram Gregor. *decis.* 318. *n.* 2. et 3. Posth. *d. observ.* 24. *num.* 33. ubi nonnulla alia adminicula recenset, quae penes eum videri possunt.

Sexto quaerendum an locatio probet perceptionem fructuum rei locatae, et eorum quantitatem, quae est quaestio utilis. Nam plures sunt casus in quibus necesse est probare perceptionem, et quantitatem fructuum, puta, quis condemnatus fuit ad restitutionem fructuum perceptorum, et dubitatur, an sufficiant instrumenta locationum adhoc, ut pro summa in eis contenta possit contra eum relaxari mandatum,
107 et sufficere posse videtur, quia quantitas est clara, et percepta praesumitur Rota *decis.* 61. *in fine part.* 2. *divers.* Gregor. *decis.* 50. *num.* 2. *in recent. decis.* 482. *n.* 4. *part.* 3. et plenissime *decis.* 2. *num.* 17. *et seq. part.* 11.

Imo fortius quatenus non dubitetur de possessione retenta, quae sufficit ad arguendum fructuum perceptionem, ut 108
tradunt Seraph. *decis.* 1245. *num.* 6. Cavaler. *decis.* 138. *n.*
2. Merlin. *decis.* 339. *num.* 5. ex locatione non solum proba- 109
tur quantitas fructuum pro tempore, pro quo duravit locatio,
sed etiam futurorum annorum Cavaler. *decis.* 17. *num.* 2. 110
Merlin. *decis.* 483. *numero* 4. et ratio redditur, quia fructus bene liquidantur a solito Bald. *in l. si fundum in fin. c. de rei vindic.* Achill. de Grass. *decis.* 20. *de restit. spoliat.* unde certior erit conclusio si locationes sint plures, quia magis proprie dici poterit adesse solitum, ex traditis per Barbos. in *dictione solitum num.* 1. et tanto facilius ex locationibus apparentibus arguitur ad non apparentes *leg. si fundum* 35. *cum l. seq. ff. mand.* Escubar. *de ratiocin. cap.* 16. *num.* 40. Sord. *cons.* 293. *num.* 31. et his aliisque late adductis Rot. *d. decis.* 2. *num.* 23. *et seq. part.* 11. *recent.*

Et hoc procedit etiam si locationes appareant terminatae, 111
ac proinde multo magis si non appareat actualis terminatio per dimissionem bonorum a conductore factam, quia tunc posset etiam praesumi continuatio, ultra tempus expressum,
praecipue ubi in eis adesset clausula, *donec etc.* quae est re- 112
petitiva, ut finita locatio repetita censeatur, ut firmatur in *decis.* 2. *num.* 19. *et seq. part.* 11. *recent.*

Limitari tamen debent praedicta, ut non procedant si adsit 113
aliqua ratio, cur in solito non possit fieri fundamentum, ut si locatio appareat facta tempore sterilitatis, ubi agitur de praediis rusticis, aut tempore excidii, vel pestis, ubi agitur de urbanis, vel e contra, si doceretur illo tempore locationes generaliter pro pensione solito majore factas fuisse, quia tunc non probarent alio tempore eamdem quantitatem fuisse solutam *decis.* 65. *num.* 12. *et decis.* 78. *num.* 2. *part.* 2. *divers.* Burat. *decis.* 334. *num.* 8.

Et in beneficialibus advertendum, quod ex locatione bono- 114
rum non arguitur, nec probatur valor beneficii Cassad. *dec.* 20. *super reg.* Rot. *decis.* 186. *num.* 4. ubi quod fuit saepius decisum *part.* 2. *et decis.* 342. *num.* 10. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Mantic. *decis.* 290. *num.* 4. Gregor. *dec.* 359. *n.* 7.

Et duae redduntur rationes hujus conclusionis, una quia 115
ad convincendum verum valorem beneficii, onera sunt dedu-
cenda, altera, quod locatio potest esse facta pro majori pen- 116
sione propter affectionem conductoris, Cassad. *dict. decis.* 20. Ferret. *cons.* 354. *num.* 16. *lib.* 2. Seraphin. *in reg. de valore ult.* Rota in una Spoletana Abbatiae 19. septembris 1625. coram Coccino. quae est inter ejus impressa *decis.* 1613. *n.* 63. ac penes Vivian. *de jurepatr. lib.* 4. *cap.* 10. *numero* 33. *prope fin.* §. nec obstat, *quod valor fol. mihi* 254.

Quod est considerandum, quia dictis rationibus conclusio- 117
nis cessantibus cessat conclusio, et in specie quatenus locationes sint factae omnium bonorum beneficii, et cum hoc, quod conductor satisfaciat omnibus ejusdem oneribus, et sic illis deductis certum quid solvat, tunc cessat prima ratio Rot. *decis.* 186. *numero* 16. *part.* 6. *recent.* et cessat etiam eadem ratio, si non agatur de valore ad effectum collationis, qui est casus, quo valor consideratur deductis oneribus, sed ad alium effectum in quo id non consideratur, puta ad cognoscendum, an augumentum dotis excedat medietatem, quia tunc quoque cessat praedicta ratio Coccin. *d. decis.* 1613. *numero* 63. ubi, et quod posset etiam excludi affectio per conjecturas. Et quod si locationes sint plures, et continuatae per tempus considerabile diversisque conductoribus factae excludatur ipsa affectio, quae cadere potest in uno vel altero homine, non autem in pluribus *decis.* 186. *num.* 11. *part.* 6. *recent.*

Et coadjuvatur probatio deducta ex locationibus, ac reddi- 118
tur sufficiens cum adminiculis *dict. dec.* 186. *num.* 8. *part.* 6. *et decis.* 213. *num.* 21. *eadem part.* et *decis.* 480. *num.* 4. *part.* 9. *recent.* et *decis.* 66. *num.* 22. *part.* 10. *recent.* et dixi supra *cap.* 19. *num.* 28.

Praeterea licet solae locationes non probent verum valorem 119
beneficiorum, tamen excusant a poena regulae cancellariae de vero valore in eorum impetratione exprimendo, praebent enim aliquam justam causam credendi, quod tanti valeant Adden. ad Greg. *decis.* 101. *num.* 6. Verall. *decis.* 49. *num.* 2. *part.* 3. Buratt. *decis.* 411. *num.* 3.

Septimo quaerendum, an locatio probet valorem rei locatae, et duoi proxime dictum est, eam non probare valorem
beneficii, qui consistit proprie in fructibus ex beneficio per- 120
cipi solitis, multo magis dicendum est, quod non probet valorem rei, quoad dominium, quod est, quid diversum, et in locatione non venit. prout in specie, quod locatio valorem non probet tradunt Pen. *decis.* 290. *num.* 4. ubi, quod hoc

est vulgare Borat. *decis.* 538. *num.* 18. ubi, quod est certum Coccin. *decis.* 675. *num.* 8. Urceol. *cons.* 3. *num.* 56. Rot. *decis.* 435. *num.* 2. *post med. part.* 3. *et decis.* 375. *n.* 34. *part.* 13. *recent.*

Nec obstat, quod ex locatione arguatur quantitas fructuum rei locatae, ut dictum est supra *num.* 107. *et seq.* et ex quantitate fructuum arguatur valor rei, calculando videlicet ad
121 rationem quinque pro centenario, itaut summa constituta ex fructibus, in viginti annis sit verus valor ipsius rei, juxta glos. *in auth. perpetua ver. justa, c. de sacros. eccles.* communiter receptam, ut per Surd. *cons.* 451. *num.* 39. Pinell. *de rescind. vend. part.* 3. *cap. ult. n.* 29. Rota coram Merlin. *decis.* 535. *num.* 31.

122 Etenim animadvertendum est, quod hae sunt duae praesumptiones quarum una aliam parit, et de jure ista multiplicatio praesumptionum, ut quod una, aliam pariat, non admittitur, *l.* 1. *c. de dot. promis.* Rein. *cons.* 66. *n.* 10. *vers. ex quo igitur lib.* 3. Rota coram Ubald. *decis.* 300. *num.* 28.

123 Et ulterius utraque ex dictis praesumptionibus est valde fallax, nam ex locatione tantum probatur, quod dominus convenit cum conductore, quod sibi solveret summam conventam, et licet inde insurgat praesumptio, quod illa summa correspondeat fructibus rei, quia conductores non solent esse faciles ad condecendum pro summa majori, nam hoc esset jactare suum, quod non praesumitur, ut considerat Rot. *in decis.* 186. *num.* 9. *part.* 6. *recent.* tamen haec praesumptio ex pluribus potest reddi fallax, et praecipue, quia potest locatio esse facta pro majori summa ratione affectionis, ut ultra allegatos supra in proposito probandi valorem beneficii, consideravit etiam in proposito isto de quo agimus Rot. in una Romana restitutionis domencolarum coram Ortembergo, quae est impressa per Marches. *de commiss. part.* 2. *fol.* 197. *num.* 2.

Et licet dicta ratio cesset si locationes sint plures diversisque personis factae; ut tetigi supra *num.* 117. *ad fin. ex decis.* 186. *num.* 11. *part.* 6. *recent.* tamen viget alia, quae non cessat ex tali multiplicitate locationum, quae est, quod, nisi aliter sit conventum, in locationibus non habetur ratio onerum rei locatae, puta in domibus si sint emphyteuticae, et pro eis solvatur canon, vel sint obnoxiae aliis oneribus, vel censibus, aut indigeant reparationibus, et subjaceant taxis viarum, et similibus, sed obligatur conductor solvere pensionem, ac si haec onera non adessent, licet respiciant fructus, et eos minuant, quia eos minuunt in manibus domini, qui de mercede tenetur satisfacere, et sic patet, quod ex locationibus non potest convinci quantitas fructuum Coccin. *decis.* 1613. *num.* 63.

Dato autem certitudine fructuum, quod ex ea arguatur valor rei, est pariter praesumptio fallax, quia valor rei est
124 quanti res communiter vendi potest, et licet data certitudine fructuum, arguatur, quod vendi possit ad dictam rationem quinque pro centenario, hoc est argumentum urgens, sed non concludens Cagnol. *in l.* 2. *n.* 233. *ante med. vers. sed quan-*
125 *do, c. de rescind. vendit.* Duran. *dec.* 250. *n.* 3. Etenim sunt multa in quibus non procedit, quod valor correspondeat fructibus ad rationem quinque pro centenario, ut non solum in mobilibus, et semoventibus, aliisque brevis durationis, et domibus ligneis, sed etiam in stabilibus, et signanter in aedificiis, Gregor. *decis.* 553. *num.* 6. *et* 7. et ibi Adden. et maxime in ornatis, et praetiosis Nalt. *cons.* 332. *n.* 4. *vers. sed nos loquimur*; Surd. *cons.* 151. *num.* 70. Tiraquell. *de*
126 *retract. convent.* §. 7. *glos.* 1. *num.* 9. *vers. et domus*, et in veteribus, ac male fundatis, et reparatione de proximo indigentibus, quia conductores haec non respiciunt, prout respicere, et indagare solent emptores, unde in his pensio saepe excedit dictam summam quinque pro centenario, et e contra in ornatis, et constructis, et diciter ad aeternitatem, et plurimum est minor. Unde hic in urbe inolevit praxis ad convincendum verum valorem, non attendendi, neque solum valorem domorum deductum a locationibus, neque solum deductum ab aestimatione materiae, ea qua domus constant, facienda a peritis, sed utrumque simul, componendo ex utroque unam summam, ac deinde dividendo aequaliter summam illam, et sumendo unam medietatem, pro vero valore de qua praxi Rota apud Coccino *decis.* 982. *et decis.* 1027.

Et quod non possit generaliter constitui valor ex quantitate fructuum calculando ad rationem quinque pro centenario, patet etiam in bonis jurisdictionalibus, in quibus aestimari solet ad rationem duorum pro centenario, et plus, et minus secundum qualitatem jurisdictionis, et feodi Rim. Jun. *cons.* 5. *num.* 107. *ad fin.* Mart. *cons.* 158. *n.* 43. *et seqq.* Massuer. in addit. ad pract. Papien. *in form. libell. in causa venditionis glos. pro pretio* 2. *post med. vers. quam practicam*, vidi Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 15. *et seqq.* Castill. *dec.* 217. *n.* 7. *par.* 3. Manent. *de livell. q.* 2. *n.* 11. Seraph. *dec.* 1030. *n.* 3. Rot. *in rec. dec.* 94. *n.* 57. *part.* 7. *et dec.* 129. *num.* 67. ubi *num.* 73. quod, quandoque ex circumstantiis tenuiter etiam ad rationem quinque pro centenario *part.* 12. *recent.* Et de fallacia dictae praesumptionis, quod fructus sint ad rationem quinque pro centenario valoris bonorum, dictum est etiam late in *cap.* 19. *num.* 35. *et seq.* unde concluditur ex locationibus non probari valorem rei, maxime ubi requiratur probatio concludens, uti ad effectum rescindendi contractum venditionis ex capite laesionis *decis.* 375. *num.* 34. *part.* 13. *et decis.* 23. *num.* 9. *part.* 14. *rec. et novissime obtinui* 26. martii hujus anni 1677. in una Romana laesionis coram R. P. D. meo Taja, ubi aderant, quam plures locationes, et restricta fuerat praecise difficultas, et dilata resolutio, ut videretur an sufficerent. Et dixi etiam *in c.* 19. *n.* 16. ubi de probanda laesione in locatione, ad quem effectum magis attendi debent aliae locationes, ex quo agitur proprio de probanda quantitate fructuum, seu valore ipsorum fructuum, aut commoditatum, quae percipiuntur ex re, non autem ipsius rei, de quo hic agimus.

Octavo quaerendum, an locatio, et conductio operatur, ut conductor gaudeat aliquo privilegio, et exemptione locatoris, vel e contra, et est quaestio generalis quidem respectu omnium exemptorum, aut alias privilegiatorum, sed practicatur praecipue in immunitate, et exemptione competente ecclesiasticis, de qua saepè dubitari contingit, an competat etiam eorum famulis, et colonis, et praeberet latam materiam dicendi, si vellem tangere, quae sit ista immunitas, et exemptio, et quibus personis, collegiis, aliisque locis competat, sed his, et similibus non percutientibus materiam locati, et conducti omissis, dico breviter, quod aut loquimur de illis, qui locant operas suas ecclesiasticis, aut de illis, qui ab eisdem ecclesiasticis praedia, ut alia bona conducunt.

Quoad primos, si agitur de ministris necessariis exercitio 127
jurisdictionis ecclesiasticae, uti sunt judex, camerarius, fiscalis, notarius, barisellus cum familia armata, et similes, utique isti gaudent exemptione a jurisdictione laicali, et non tenentur ad personalia civitatis munia, justa resolutiones sacrae congregationis, etiam sanctissimo approbante emanatas, quas referunt Gavant. *in enchirid. episcop ver. familiaris episcopi num.* 2. Dian. *part.* 6. *tract.* 2. *resol.* 4. *et seq.* Thom. del Bene *de immunit. eccles. part.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 25 *sect.* 1. *num.* 10. *et* 11.

Si autem agatur de famulis ecclesiasticorum non haben- 128
tium jurisdictionem, vel etiam de famulis habentium jurisdictionem, conducentis tamen, et temporalibus, et sunt diversae opiniones, nam quod, et isti gaudeant dicta immunitate, et exemptione tradunt doctores relati per Menoch. *de arbitr. cas.* 562. *num.* 7. et per Thom. del Bene *d. dubit.* 15. *sect.* 1. *n.* 28. alii vero contrariam opinionem sequuntur, et signanter Clar. *in* §. *fin. cap.* 35. *n.* 18. Vulpel. *de liber. eccles. part.* 3. *n.* 24. Covar. *pract. qu. cap.* 35. *n.* 2. Gutier. *pract. quaest. lib.* 1. *quaest.* 4. *num.* 2. Bellett. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de favore cleric. real.* §. 1. *n.* 12. Carol. de Grassa. *de effect. cleric. effect.* 1. *numero* 149. Capic. *decis.* 12. *n.* 2. *in fin.* et aliis relatis cum hac transit Thom. del Bene *dict. sect.* 1. *num.* 27. et licet addat contrarism non esse improbabilem, tamen subdit hanc probabiliorem, tam de jure, quam de consuetudine Gratian. *dec. March.* 233. *num.* 3.

Verum istae contrariae opiniones conciliantur, ut quate- 129
nus agatur de famulis, seu aliter inservientibus necessariis, sine quibus ecclesiastici esse non possunt, et tunc procedat prima opinio, ut, et ipsi gaudere debeant immunitate ecclesiastica, juxta *cons. Oldrod.* 11. ubi firmat, quod privilegium exemptionis concessum pro infirmis hospitalium, concessum etiam censeri debet pro servientibus, quia sine ipsis infirmi hospitalium esse non possunt; aut vero non agitur de istis, sed de retentis ad pompam, vel aliter, et tunc secus sit dicendum, prout distinguendo tenent Felin. *in cap.* 2. *n.* 2. *vers. tene istam conclusionem de for. competent.* et aliis relatis Menoch. *de arbitr. cas.* 562. *numero* 11. Gratian. *discept.* 340. *n.* 4. *et* 5. Squillant. *de privil. cleric. cap.* 7. *dub.* 2. *n.* 57 Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *n.* 150. *post med.*

Et videtur ista distinctio valde rationabilis, quia haec ex- 130

emptio familiarium, et servientium non reperitur in jure es-
pressa, cum nullus appareat text. qui eam convincat, ut ani-
madvertit Suar. *lib.* 4. *de immunit. eccles. cap.* 29. *n.* 10. *et*
seq. et post eum Thom. del Bene *d. cap.* 4. *dub.* 15. *sect.* 1.
num. 5. et ideo fundatur tota in ratione, et consuetudine, et
quidquid sit de consuetudine, quae est varia pro diversitate
locorum, et ideo non potest de ea dari certa regula, respecto
rationis, pro servis necessariis viget quidem ratio, ut non pos-
sint compelli ad subeunde munia, aut aliter per jurisdictio-
nem saecularem molestari, et distrahi a servitio, quod prae-
stant, quia alias molestarentur, et perturbarentur per indire-
ctum ipsimet clerici, quod laicis non est permittendum, quia
id quod facere non licet directe, nec per indirectum permitti
131 debet et in proposito advertit Bald. *cons.* 31. *lib.* 1. Rolan.
cons. 61. *num.* 20. *lib.* 4. Surd. *cons.* 304. *num.* 11. *et seq.*
et aliis pluribus adductis Sperell. *decis.* 41. *num.* 68. quae
ratio in non necessariis non viget, imo e contra, quoad eos
viget ratio contraria, quod nempe, non sit permittendum ec-
clesiasticis subditos saecularium ad sui libitum ab eorum po-
testate eximere, ascribendo videlicet eos inter suos familiares,
132 unde sequitur, quod habentes solas literas familiaritatis,
quidquid sit de consuetudine, et condecentia, de rigore juris
non gaudent aliqua exemptione, ut tradunt Abb. *in cap.*
cum dilectus 14. *num.* 8. *de cleric. non resident.* Gratian.
discept. 340. *n.* 20. Azor. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 22. *qu.*
8. Bellett. *disquisit. cler. tit. de favore cleric. reali,* §. 1.
num. 25.

133 Et haec eadem distinctio procedit etiam in iis qui locant
operas suas laicis privilegiatis, nam familiares militum neces-
sarios frui privilegio ipsorum militum, dicit Bald. *in l.* 1.
num. 4. *c. de exc. milit.* sentiens aliud in non necessariis,
et ita etiam in servis, et famulis scolasticorum non necessa-
134 riis scribunt Bald. *in auth. habita n.* 9. *cod. ne fil. pro*
patre, et Felin. *in c.* 2. *col.* 2. *vers. tene istam conclusio-*
nem de for. competent. et istis aliisque relatis firmat Meno-
ch. *de arbitr. cas.* 562. *num.* 57.

Et quod dicitur locantes operas suas in necessariis gaudere
exemptione conductoris, limitatur etiam, ut non procedat in
135 inservientibus dietim, vel ad modicum tempus, ut si inser-
viant episcopo ad pingendam, cappellam, vel putandas vi-
tes, vel quid simile, quia isti non gaudent privilegio episco-
pi Jo. Ant. de Nigr. *in extravag. un. num.* 90. *de vit. et ho-*
nest. cleric. Soccin. *in c. si clericus n.* 2. *de for. compet.*
Bellet. *disquisit. cleric. tit. de fam. cleric. real.* §. 1. *num.*
26. *post med. vers. minus, qui inserviunt.*

Quo autem ad secundos, nempe conductores bonorum, quia
ipsi, loquendo de conductoribus propriis, nempe pro merce-
136 de in pecunia numerata solvenda, quidquid sit de colonis
partiariis, non inserviunt dominis, minusque eis colunt, sed
sibi, nullum possunt praetendere de privilegiis mere perso-
nalibus ecclesiasticorum seu aliorum privilegiatorum, a qui-
bus bona conduxerunt, sicque clarum est, quod onera mere
personalia effugere nequeunt, prout econtra clarum quoque
est, quod onera mere realia, a quibus res conducta est immu-
nis subire non debent, sed dubitari contingit de oneribus
137 mixtis, quae videlicet imponuntur personae pro rebus, an
videlicet conductores bonorum ecclesiasticorum eis per sae-
culares potestates gravari possint, vel ne, videbatur autem
respondendum affirmative ea ratione, quia, cum persona sit
dignior, quam res in eorum impositione attenditur potius
persona, quae nulla gaudet exemptione, ut dictum est, quam
res Natt. *cons.* 105. *num.* 8. Gratian. *disc.* 29. *num.* 9. Spe-
138 relli *decis.* 35. *num.* 15. *ad fin.* Verum, quia in his oneribus
mixtis, licet consideretur persona tamquam forma, tamen res
est materia, et causa finalis impositionis, ut deducitur *ex l.*
rescripto, §. *patrimonialia, ff. de muner. et honor.* et docet
Bald. *in auth. defuncto num.* 12. *c. ad Tertul.* Natta *cons.*
149. *num.* 4. et *cons.* 160. *n.* 7. Non sufficit, personam esse
jurisdictioni ea imponentis subjectam, nisi etiam sit res, ita
ut forma applicari possit materiae, prout requiritur ad con-
stituendum hoc totum oneris mixti, ut per Corn. *cons.* 199.
num. 6. *lib.* 1. et Surd. *cons.* 262. *num.* 28. optime tradit
Sperell. *decis.* 41. *num.* 53. *vers. cum igitur et seqq.* ubi *n.*
56. *ad fin.* advertit, quod etiam DD. scribentes contra colo-
nos clericorum, fatentur eos non teneri ad onera imposita
personis pro rebus, et signanter Menoch. *de arbitr. cas.* 562.
num. 53. Thesaur. *decis.* 126. *num.* 10. et firmavit Rot. in
una decisione eurregien. gabellae coram Justo, quae est im-
pressa *post. contr.* 22. Ciarlini.

139 Confirmaturque haec opinio, quia haec onera, quae impo-
nuntur personae pro rebus debent imponi domino rei, et sic
locatori non autem conductori, qui nullum dominium habet,
nec sibi, sed domino possidet Alex. *cons.* 35. *num.* 1. *lib.* 4.
Bellon. *sen. cons.* 27. *num.* 9. *in fin.* Jas. *cons.* 109. *in fin.*
lib. 1. Rimin. Jun. *cons.* 353. *num.* 178. Bott. *cons.* 87. *n.*
16. Surd. *cons.* 301. *num.* 90. Ossaeb. *decis.* 83. *numero* 6.
Sperell. *decis.* 41. *num.* 45.

Retenta autem hac opinione, ea limitanda est signanter
duobus modis, uno videlicet, ut procedat in conductoribus
ad modicum tempus, quia isti, nec dominium ullum, nec 140
possessionem rei habent, et ideo quia res remanet in do-
minio, et possessione domini exempti, et immunis, utique
remanet exempta, et immunis juxta praedicta, et secus
est in emphyteutis, et conductoribus ad longum tempus,
quia cum isti acquirant dominium utile, et possessionem
naturalem, ut dictum est supra hoc capite numero 4. ratione
talis dominii possunt conductores per principes, quibus
subsunt gravari Isern. *in cap.* 1. *n.* 56. *vers. et plaustorum*
quae sint regal. Luc. de Pen. *in l.* 1. *c. de impon. lucr.*
descr. lib. 10. Felin. *in cap. ecclesia s. Mariae numero* 99.
de constit. purpur. cons. 322. *numero* 9. et licet non desint
tenentes contrarium, quod videlicet etiam isti emphyteutae,
et conductores ad longum tempus sint exempti tamen hanc
esse magis communem tradit Odd. *cons.* 70. *num* 31. et ve-
riorem, ac magis receptam Menoch. *de arbitr. cas.* 562. *n.*
22. *et* 30. ubi tamen *num.* 31. *et seq.* aliis relatis, tradit non 141
propterea posse per laicos imponi emphyteutae ecclesiae mu-
nera sordida, sicut imponi nequeunt emphyteutae fisci, et
principis *per text. in l. pen. c. de excus. mun. lib.* 10. et
negari non posse hanc esse communiorem, et usu receptam,
et si intelligatur cum moderamine, ut procedat emphyteutam
gravari posse respectu ejus fructus, qui supereat deducto ca- 142
none, qui solvitur directo domino non esse injustam dicit
Ciarlin. *contr.* 22. *num.* 42. *vers. quid dicendum*, et cum
eadem opinione multis cumulatis transire etiam videtur Bel-
let. *disquis. cler. tit. de exempt.* §. 8. *prope fin.* et istam li-
mitationem, quoad conductores bonorum ecclesiasticorum ad
longum tempus approbatam fuisse a sacr. congregatione su-
per controv. jurisdictionalibus in una Viterbien. sub die 23.
decembris 1627. refert Sperell. *decis.* 42. *num.* 21.

Altera limitatio est si agatur de onere imposito ipsis fru- 143
ctibus a solo separatis, et de patrimonio conductoris non ex-
empti effectis, prout esset gabella, quae solvitur ad portam
civitatis pro eorumdem fructuum introductione, vel quid si-
mile, ab ea enim non posset conductor excusari sub praete-
xtu exemptionis locatoris, vel etiam bonorum, quia tunc fru-
ctus sunt effecti sui, et uti prorsus a solo separati non sunt
pars fundi, ut ejus immunitate gaudeant, et sic eorum in-
tuitu gravari posset conductor, ut consuluit Federic. de Sen.
cons. 111. Natt. *cons.* 409. *num.* 6. *et* 7. Decian. *cons.* 51.
num. 4. *lib.* 3. Bursatt. *cons.* 25. *num.* 3. *vers. quia primo*,
Leo *in thesaur. for. eccles. part.* 1. *cap.* 14. *sub numero* 6.
Molin. *de just. et jur. tract.* 2. *disput.* 663. *num.* 8. Sperell.
decis. 42. *n.* 19. ubi multos congerit, et pro contraria opi-
nione refert solum Lotterium *de re benef. quaest.* 31. *n.* 45.

Et haec teligisse, salva semper opinione melius sentien-
tium, satis sit, plura videre cupiens adeat Caroc. qui multa
congerit hoc tract. *in tit. de collect.* et quoad colonos partia-
rios Sperell. *decis.* 41. *cum trib. seq.* et Ciarlin. *contr.* 22. et
quoad famulos, aliosque locantes operas suas ecclesiasticis
Thom. del Bene *de immun. eccles. cap.* 4. *dub.* 14. *cum* 4.
seqq.

1 Nono quaerendum an locatio, et conductio praebeat ali- 144
quam praelationem conductori in venditione rei conductae,
et licet affirmativa opinio referatur *in decis.* 547. *num.* 2.
prope fin. part. 2. *recent.* tamen nec Rota ibi eam firmat nec
Afflict. *in decis.* 238. ibique Ursill. nec Gaba. *in tit. de jure*
emphyt. conclus. 1. *num.* 5. quos allegat de hac praelatione
in emptione, sed de praelatione in nova locatione loquuntur,
et de jure communi non reperitur talis praelatio concessa, 145
sed quibusdam in locis datur de jure speciali, et signanter
Romae olim dabatur ex quodam decreto camerali impresso
per Fena. *ad statutum urbis fol.* 705. quod tamen in hac
parte fuit revocatum a s. mem. Pio V. in sua bulla 126. et
in seq. motu proprio bullar. Cherubini tom. 2. *fol.* 333. *et*
339. de qua meminit Rot. coram Penie *decis.* 88. *in princi-*
pio vers. nam aut dominus, et ibi apost. et hodie datur per
bullam 22. Gregor. XIII. quae dictum decretum non reinte-
gravit, sed talem praelationem de novo concessit, ut dicit
Rota ibidem, et coram Millino *decis.* 446. *num.* 3.

146 Et fundantur similes constitutiones in quadam aequitate, ut extraneus inquilinum offerentem parem conditionem, non molestet in domo ab eo inhabitata turbando ipsius quietem, et totius familiae, ut dixit Rota *in dicta decis.* 446. *num.* 9.

Sunt tamen correctoriae juris communis, justa quod qui-
147 libet rei suae est moderator, et arbiter, et ideo non cogitur magis uni, quam alteri vendere Honded. *cons.* 3. *num.* 13. *et* 14. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 978. *num.* 18. et in specie de dicta bulla Gregorii, quod sit juris communis correctoria, et ideo non extendenda Gratian. *discept.* 752. *n.* 44. Rot. *decis.* 571. *num.* 2. *part.* 1. *decis.* 783. *num.* 9. *part.* 2. *et decis.* 17. *n.* 26. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* et coram Merlin. *decis.* 386. *n.* 43. *et decis.* 437. *num.* 27.

148 Non tamen propterea dici possunt exorbitantes, cum jus commune, et etiam divinum admiserit, ut potius certis personis, quam aliis quis vendere deberet, ut bene deducitur in *decis.* 173. *n.* 8. *et seqq. part.* 4. *recent. et* quoad d. bullam animadvertendum quod in ipsamet ejus litera *in* §. 23.
149 *prope med.* expresse decernitur omnia in ea statuta favorabilia censeri.

150 At non omnibus conductoribus concedit bulla, praedictam praelationem, sed tantum inquilinis domorum, ut in ejus §. 9. et requirit propterea rem esse conductam ad habitandum saltem de die, prout consuevit fieri in apothecis, et in quibusdam magazenis Rot. *decis.* 184. *n.* 15. *part.* 1. *rec.* et dum loquitur de inquilino non extenditur ad subinquilinum, quatenus non fuerit effectus inquilinus, ut in casu Rot. *decis.* 386. *num.* 1. coram Merlino, et notavit Ursellus *concl.* 62. *num.* 29. et latius de his dictum est supra *in cap.* 20. *num.* 78. *et seqq.*

Dubitari tamen potest, an stante statuto, quod conductor praeferatur in emptione, et venditione, sit etiam praeferendus in emptione, et venditione ad vitam, et negativam te-
151 nuisse Geiar. et Boer. refert Tiraq. *de retr. lign. glos.* 14. *num.* 89. ubi tamen ipse relinquit cogitandum, sed in terminis dictae constitutionis gregorianae Rote coram Millino *decis.* 446. *n.* 4. *et plurib. seqq.* tenuit contrarium, ex quo etiam venditio ad vitam est propria venditio, et ad Tiraquell. respondet, quod illa constitutio concedebat retractum consanguineis, ne res exiret de familia, et ideo in ea aderat specialis ratio credendi, quod *non* comprehenderet venditionem
152 ad vitam, dum res est per mortem emptoris in familiam rediturn, unde concluditur, quod in praedicto dubio recurrendum sit ad verba statuti, et perscrutanda mens statuentium, ut facit ibi Rota *num.* 8. *et seq.*

Decimo, hic quaeri posset de praelatione in venditione fructuum rei locatae, an competat locatori, sed de hac quaestione dicam infra *in cap.* 33. *de fructibus ad fin.*

Undecimo pariter quaeri hic posset de praelatione in nova locatione, an conductori praecedenti competat, sed de hoc dictum est *in cap.* 20. *an teneatur quis locare, vel locando aliquem praeferre.*

Duodecimo videndum, an locatio inducat aditionem hae-
153 reditatis, videlicet si quis haeres scriptus, vel legitimus ab intestato, locat aliquam rem haereditariam, utrum per illum actum locationis dicatur eum adivisse haereditatem, itaut amplius ab ea abstinere, seu illam repudiare non valeat, et quaestio est valde controversa, et dubitabilis, in qua opinionem affirmativam amplexus est Bart. *in l. gerit* 87. *n.* 21. *post med. ff. de acquir. haered.* ut alii magis communiter, ut signanter Alex. *cons.* 32. *num.* 1. *vers. similiter locando lib.* 3. *et cons.* 126. *num.* 4. *lib.* 7. Corn. *cons.* 103. *n.* 4. *et seq. lib.* 2. Jason. *cons.* 112. *n.* 2. *vers. nam* d. Joannes *lib.* 4. Mant. *de conject. ult. vol. lib.* 10. *tit.* 12. *n.* 11. Gregor. *decis.* 98. *num.* 2. Buratt. *decis.* 207. *num.* 7. Rot. *in recent. decis.* 495. *num.* 20. *part.* 1. *recent.* quae quidem opinio habere videtur pro se textum expressum *in* §. *fin. instit. tit. de haered. qualit. et differ.* ibi, *pro haerede se gerere quis videtur si rebus haereditariis tamquam haeres utatur, vel vendendo res haereditarias, vel praedia colendo, locandove etc.*

154 Verum his non obstantibus negativam potius pro regula tenendam esse censeo, quia actus locationis vere aequivocus est potest enim fieri alia de causa, quam aditionis haereditatis, et alio titulo, quam dominii puta potest fieri ratione custodiae, seu administrationis, ut prospiciatur haeredi, vel substituto, ut damnum non patiatur ex eo quod res dislocata remaneat, ut est textus expressus *in l. pro haerede* 20. *in fin. princ. ff. de acquir. haered.* ibi, *proinde, et si fundos, aut aedes locavit, vel fulsit, vel quid aliud fecit, non hoc animo quasi pro haerede gereret, sed, et dum ei, qui substitutus est, vel ab intestato haeres exstiturus est prospicit, ut res tempore perituras distraxit in ea causa est, ut pro haerede non gesserit, quia non hoc animo fuerit*, unde patet, quod
locatio haereditatis aditionem per necesse non concludit, dum 155
non est actus, qui citra jus, et nomen haeredis fieri non possit, prout requiritur Bald. *cons.* 224. *vers. si autem est actus lib.* 2. Gratian. *discept.* 706. *num.* 34. Cavaler. *decis.* 33. *num.* 1. Cels. *decis.* 129. *num.* 1. Rot. *in rec. decis.* 77. *num.* 10. *part.* 13. et hanc opinionem, quod locatio de se non concludat regulariter aditionem, tenuit etiam Castr. *in l. pro haerede* 20. *n.* 4. *ff. de acquir. haered.* et Rot. coram Cavaler. *decis.* 431. *num.* 1. *et seq. et decis.* 452. *num.* 1. *et seq.*

Nec obstat *text. in dicto* §. *fin. instit. de haered. qualit. et diff.* quia loquitur in casu, quo quis locet tamquam haeres, ut patet ex ejus verbis supra relatis ibi, *si rebus haereditariis tanquam haeres utatur*, quod et observavit Rot. coram Cavaler. *d. decis.* 431. *num.* 8. et eodem modo responderi potest *ad d. decis.* 495. *part.* 1. *recent.* et alias in eadem causa emanatas coram Verospio, quia fundatae sunt in dictionibus illis *suam domum*, et sic quod Plinius locaverit tamquam haeres, prout declaravit Rota in eadem causa coram Cavaler. *d. decis.* 431. *num.* 3. *vers. nec putabant obstare*; ubi recessit a praedictis decisionibus coram Verospio, et dixit, non obstare praedictum fundamentum earum, quia fuit consideratum illam expressionem non fuisse factam a locatore, sed a conductore in cujus potestate non erat facere locatorem haeredem, quam *decis.* 431. postea comprobavit Rot. coram eodem Cavaler. *decis.* 452.

Poterit igitur retineri pro regula, quod locatio non impor- 156
tet aditionem haereditatis, quae tamen regula limitanda erit, ut procedat in locatione ad breve tempus, non autem in locatione ad tempus longum, ex quo in locatione ad breve tempus tantum procedit dicta ratio, quod tribui possit administrationi, juxta tradita *in cap.* 4. *locatio, an sit alienatio.*

Secundo eadem regula limitanda erit, ut non procedat, 157
ubi locatio facta sit tanquam ab haerede, seu de re tamquam sua, quia tunc importat aditionem juxta *d.* §. *fin. instit. de haered. qualit. et diff.* et Rot. *in dicta decis.* 495. *n.* 2. *vers. cum praesertim part.* 1. *recent.* et non sufficeret, quod facta
esset locatio de re tamquam sua, si facta esset ab habente 158
alium titulum nuncupandi rem suam praeter haereditarium, et satis esset habere rei usumfructum, ut censuit Rot. coram Buratt. *dict. decis.* 207. *num.* 9. quia etiam usufructuarius
dicitur dominus, et appellatione domini continetur *l. in ven-* 159
ditione, ff. de bon. auct. Jud. possid. glos. in rubr. cod. de usufr. cum aliis ibi late adductis. Non tamen satis esset lo-
cantem habere creditum cum haereditate, quia hoc sufficit ad 160
excludendam aditionem retinentis rem haereditariam, non autem locantis illam, vel alio modo super ea cum alio contrahentis Bart. *in dicta l. gerit* 87. *num.* 21. *ff. de acquir. haeredit.* Alexand. *cons.* 126. *num.* 1. *in fin. lib.* 7. Rot. *dict. decis.* 495. *num.* 4. *part.* 1. *recentior.* quatenus tamen non
sit res, quam creditor retineret in pignus sive judiciale, sive 161
conventionale, quia eam non solum potest, sed debet quandoque locare, ut dictum est *cap.* 7. *de procur.* et *alii prope fin.* et ideo ex tali locatione non posset argui aditio, nisi verba eam aperte importent.

Tertio limitari poterit eadem regula, ut non procedat, ubi 162
agitur de haereditate paterna, quia licet locatio non importet
per necesse aditionem, tamen facit inditium, quod quamvis 163
absolute loquendo non sufficiat, tamen in filiis secus videtur dicendum, ex quo in eis concurrit alia praesumptio ex dicto Apost. *ad galat. cap.* 4. *si filius ergo haeres*, de quo dicto
meminit gloss. *in l.* 1. *c. si minor ab haered. se abst.* quae 164
quidem praesumptio pariter de per se non sufficit, quando ab ipso filio non allegatur, sed a tertio Natt. *cons.* 488. *n.* 11. Surd. *cons.* 359. *num.* 17. Merlin. *decis.* 857. *num.* 9. Cels. *decis.* 129. *num.* 2. sed coadjuvat d. conjecturam, et coadjuvatur ab ea, itaut simul junctae sufficere possint, ut firmatur per Menoch. *praesumpt.* 101. *num.* 72. *vers. respondeo primo, et* 73. *lib.* 4. et Carocc. qui alios etiam adducit *de locat. tit. de verb. sign. quaest.* 10. *num.* 14. agitur enim
de arguendo voluntatem, et probandum animum, in quo, 165
quae singula de se non possunt, juncta juvant Bald. *cons.* 198. *num.* 5. *vers. is quae lib.* 1. Surd. *cons.* 1. *num.* 54. Rot. *decis.* 223. *num.* 13. *part.* 10. *recent.*

Quarto limitari poterit ubicumque concurrat aliquis alius 166
actus, seu conjectura, quae valeat movere animum judicis

prudentis ad credendum, quod non alio titulo locaverit, quam haereditario, idque eadem ratione, mox dicta, sive sit actus acquisitivus, sive translativus, sive possessivus, sive expressio verbalis, sive denique quodcumque aliud testimonium voluntatis, quia hoc sufficit, ut post Bald. *cons.* 124. *num.* 1 *lib.* 2. *et cons.* 263. *in princip. lib.* 1. Rota coram Coccin. *decis.* 2197. *num.* 30. *et* 31.

167 Et attenditur etiam non factum, quod videlicet debitum, quod locans habebat cum defuncto non solverit Natt. *cons.* 74 *num.* 10. Menoch. *praesumpt.* 101. *num.* 88. ubi de magis communi Fachin. *contr. lib.* 6. *cap.* 51. Magon. *decis. flor.* 148. *num.* 11. ubi de magis communi Gregor. *decis.* 421. *num.* 7. licet hoc de se non sufficiat, juxta aliam opinionem, de qua Cyriac. *contr.* 244. *num.* 69. *et seq.* Rota coram Cavaler. *decis.* 504. *num.* 6. ubi de veriori, nam potest sufficere una cum locatione, praesertim si effluxit tempus considerabile, nam ubi retinuit per decennium valent de se sufficere Natt. *d. cons.* 74. num. 11. Menoch. *dict. praesumpt.* 101. *num.* 92. Magon. *d. decis.* 148. *num.* 11. *post med.* Gregor. *d. decis.* 421. *num.* 7. *ad fin.* Mantic. *de conject. lib.* 12. 168 *tit.* 13. *num.* 13. *in* 3. *casu*, faciliusque admittitur pro adita haereditas *non* damnosa, quam damnosa Caet. de Grass. *decis.* 11. *num.* 8. *de testam.* Gregor. *decis.* 460. *num.* 15. *et* 169 *seq.* et quando actus sunt adhuc dubii, compellitur haeres declarare quo animo fuerit, ejusque dicto statur Castren. *in l. pro haerede* 20. *num.* 4. *ad med. ff. de acquir. haeredit.* Mantic. *de conject. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 24. Rota coram Cavaler. *decis.* 452. *num.* 1. *prope fin. et* 2.

170 Quinto limitari etiam poterit, ut procedat, quatenus vere potuerit locatio fieri alia de causa, quam dominii ex aditione ad locantem provenientis, alias enim, si non posset assignari alia causa locandi, cessaret ratio conclusionis, et sufficero, quod nulla adesset necessitas locandi ad hoc, ut locatio importet aditionem sensit Menoch. *d. praesumpt.* 101. *num.* 76. *lib.* 4. et post eum Caroc. *d. tit. de verb. signif. quaest.* 10. *num.* 14. *vers. secus in extraneo.*

171 Advertendum tamen, quod in casibus, in quibus locatio importat aditionem, hoc procedit in valente libere contrahere secus autem in non valente contrahere sine certis solemni- 172 tatibus, ut pluribus adductis tradit Caroc. *d. quaest.* 10. *num.* 14. *ad fin.* et est conclusio communis, et vera, quod in aditione haereditatis requirantur solemnitates requisitae per statutum in contractibus minorum, et mulierum, ut probant late Vegg. *cons.* 39. *per tot.* Gabr. *cons.* 20. *num.* 47. *lib.* 2. Caball. *cons.* 75. *num.* 4. *lib.* 1. Pic. *ad statut. urb. glos.* 7. *num.* 108. ubi de magis communi Jos. Ludov. *decis. Lucen.* 45. *per tot.* Rota coram Merlino *decis* 857. *n.* 7. quidquid in contrarium dicant aliqui, et signanter Morent. *in l. is potest num.* 201. *vers. contrarium tamen*, ubi de communi, *ff. de acquir. haered.*

173 Quod, et ampliatur procedere etiamsi adhibitae fuissent solemnitates in ipso contractu locationis, quia non propterea possent trahi ad alium effectum validandi aditionem haereditatis, de quo, nec judex, nec alii solemnizantes cogitaverat. at plenissime firmavit Rota coram Merlino *decis.* 288. *n.* 6. *et seqq.* non possunt enim actus trahi ultra scientiam, et intentionem agentium, *l. non omnis, ff. si cert. petat.* Beron. *cons.* 67. *num.* 31. *lib.* 1. Paris. *cons.* 100. *n.* 23. *part.* 1. Duran. *decis.* 83. *num.* 16.

Decimo tertio videndum, an locatio, et conductio auferat 174 fidem testi, et eum minus idoneum reddat, scis enim testem semper praesumi idoneum, quamdiu contrarium non probetur *l.* 1. *in fin. princ. ff. de testib.* Seraph. *decis.* 1279. *n.* 2. Gregor. *decis.* 351. *num.* 1. modo quis praetendit probare testem esse minus idoneum, ex quo sit conductor, vel locator 175 partis eum inducentis, quaeritur, an praetensio sit juridica, et regulariter loquendo, respondetur affirmative, auctoritate glos. *in* §. *pater, ver, in ea re instit. tit. de testam ordinan.* quam alii sequuntur, itaut sit communis conclusio, ut patet ex congestis per Mascar. *de probat. conclus.* 320. *num.* 1. Farinac. *de testib quaest.* 55. *num.* 213. ubi plures de communi opinione testantes, et ultra eos hanc esse communem opinionem, et communiter servatam testatur etiam Caroc. *de locat. et cond. tit. de probat. quaest.* 1. *num.* 1. 176 *et* 2. et idem esse e contra de locatore, quod videlicet non sit idoneus testis in causa conductoris, tradit ibidem Caroc. *quaest.* 2. sed non allegat ad hoc nisi Felin. *in cons.* 51. et vide dicere 56. *sub num.* 3. *vers. testis autem*, ubi in casu suo dicit, testem repelli, ex quo teneretur conductori actione ex locato, et sic movetur, quia testis erat interessatus.

Pacioni

Limitatur autem varie per doctores praefata conclusio. 177 Dicunt enim primo, quod glossa praefata loquitur in colono, et sic in conductore praediorum rusticorum, et quod non procedit in inquilino domus Alex de Nevo *cons.* 71. *num.* 2. quem sequitur Farinac. *dicta quaest.* 55. *num.* 222.

Secundo dicunt, quod cum opinio glossae sit contra re- 178 gulam per quam quilibet praesumitur idoneus testis, intelligi debet de colono proprio sumpto, et sic de conductore pro mercede in pecunia, non de colono partiario Saliçet. *in l. quoniam liberi prope fin. vers. ex praedictis patet, c. de testib.* Alex. *cons.* 57. *n.* 17. *lib.* 7. Soccin. sen. *cons.* 228. *num.* 7. *lib.* 2. et aliis pluribus cumulatis Farinac. *dicta quaest.* 55. *num.* 219.

Tertio restringunt iterum, ut procedat in colono adscri- 179 ptitio, et mercenario, qui non potest ad sui libitum discedere Soccin. Jun. *cons.* 135. *num.* 6. *lib.* 2. et aliis adductis Mascard. *concl.* 320. num. 2. quod tamen non placet aliis quam pluribus, quos refert, et sequitur Farinac. *d. quaest.* 55. *num.* 215.

Quarto iterum restringunt, et fere destruant conclusionem, 180 dicentes, eam non procedere in colonis nostrorum temporum Jas. in addit. ad Posth. *in d.* §. *pater instit. de testam. in ult. addit.* quem sequuntur alii relati per Mascard. *d. concl.* 320. *num.* 4.

Quinto magis destruunt conclusionem dicendo, quod hodie 181 de consuetudine servatur contrarium, quod videlicet coloni ad testificandum admittantur, ita testatur una additio ad d. glos. *in* §. *pater instit. de testamentis*, cum aliis pluribus relatis per Farinac. *d. quaest.* 55. *num.* 217.

Alias plures limitationes sciens, referre omitto duabus rationibus, una quia videri possunt collectae per Mascard. *concl.* 320. Farin. *d. quaest.* 55. *num.* 223. *et seqq.* et latius per Caroc. *dict. tit. de probat. quaest.* 1. ubi usque ad quindecim earum enumerat. Alia ratio est quia haec quaestio vi- 182 detur melius terminari cum distinctione generali, quam mediantibus particularibus limitationibus. Distinctio autem generalis est, ut quatenus conductor possit dici mediante conductione familiaris, seu domesticus locatoris, tunc, sive sit colonus praedii rustici, sive inquilinus domus, sive partiarius, aut aliter conductor, semper procedit regula, quod non sit idoneus testis, quatenus autem non possit dici domesticus, seu familiaris, tunc qualiscumque conductor non repellitur a testificando, et ratio est, quia non reperitur jure cautum, quod conductor repellatur a testificando pro locatore, sed bene, quod repellantur domestici, et familiares *d.* §. *pater instit. de testam. l. etiam, c. de testib. cap. in literis* 24. *extra eod. et d. glos. in* §. *pater instit. de testam.* in tantum dicit conductorem repelli, in quantum eum enumerat inter domesticos, et sic applicat textum illum domesticos repellentem, unde secus est si non possit dici domesticus, seu familiaris, ut expresse se declarat in hoc alia *glos. in d. c. in literis.* 24. *in ver. de familia vers. sed illi quibus de* 183 *test.* ubi requirit, ut sit talis, ut dominus eis imperare possit ad hoc, ut in totum repellatur a testificando, quam glos. esse communiter a doctoribus approbatam, testatur Alex. *cons.* 58. *num.* 14. *lib.* 7. et patet ex plene congestis per Caroc. *dict. quaest.* 1. *num.* 3. Gratian. *disc.* 293. *num.* 4.

Et hinc infertur ad locatores operarum suarum, quod tam- 184 quam familiares, et quibus conductores imperare possunt, regulariter non sunt idonei testes pro eis, quia applicatur primum membrum dictae distinctionis, late Gabr. *de testib. concl.* 10. *per tot.* et Farinac. *d. quaest.* 55. *num.* 122. *et seqq.* penes quos videri etiam licebit declarationes, et limitationes hujus regulae.

Secundum autem membrum dictae distinctionis subdi- 185 stinguitur, ut tunc admittatur conductor in testem, cum ipse non habet interesse in re de qua deponit, alias secus, quia testes interessati repelluntur Bal. *in cap. cum nuncius* 15. *num.* 1. *in fin. de testib.* Farinac. *cons.* 230. *num.* 23. ubi, quod nec aliqualiter probant, nec judex arbitrio suo ei credere potest, et quod nec probent, si veritas aliter haberi non 186 possit Burat. *decis.* 458. *num.* 4. ut ita in colono distinguit Bossius *in sua praxi tit. de opposit. contr. test. num.* 104. *vers. et conclusio videtur*, vel ita intelligi debet quamvis, faciat conclusionem generalem, quod colonus sit idoneus testis, dummodo ex depositione commodum aliquod non sit percepturus, et cum eo concordet aliis adductis Mascard. *de probat. concl.* 320. *num.* 6. quia talis conclusio ita generalis non potest subsistere, ut sensit etiam Farinac. *dict. quaest.* 55. *num.* 225. sed tantum cum dicta restrictione ad casum,

quo conductor non sit talis, ut possit dici domesticus, et
sensit etiam Gratian. *disc.* 293. *num.* 5. *decis.* 349. *num.* 2.
post 2. *vol. cons.* Farin. quatenus tamen non sit interesse
mere secundarium, quia per illud non repelli colonos tradit
187 Bald. *cons.* 293. *num.* 9. *lib.* 3. et generaliter, quod pro-
pter interesse secundarium testis non repellatur Bursatt.
cons. 153. *num.* 24. Rot. Januen. *decis.* 38. *num.* 6. Put.
decis. 15. *num.* 1. *lib.* 3. *decis.* 144. *num.* 11. *part.* 4. *div.*
188 Caeterum, quos dictum est non repelli a testificando in-
telligitur, ut non repellatur in totum, sed adhuc qualitas
illa, quod sint conductores, quamvis non sint tales, ut vere,
et proprie familiares dici possint, minusque habeant inte-
resse in causa, adhuc minuit eorum fidem, et quia circa
quantitatem diminutionis non potest dari certa regula, id
remittitur judicis arbitrio glos. *in dict. cap. in litteris* 24.
in ver. de familia. Non potest autem dari certa regula, quia
potest esse major, et minor affectio conductoris, a qua regu-
lari debere majorem, et minorem probationem vult Farinac.
189 *de testib. quaest.* 55. *num.* 216. et potest esse majus, et mi-
nus interesse, quod pariter arbitratur a judice quantum suf-
190 ficiat in teste ad eum repellendum Rot. cor. Gregor. *decis.*
340. *num.* 9. unde si sit conductor rei minimae, vel agatur
de re minima, bene probabit Dec. *cons.* 100. *num.* 8. *vers.*
sexto contro personam, Mascard. *dict. concl.* 320. *num.* 8.
191 Farinac. *dict. quaest.* 55. *num.* 320. et potest etiam defectus
iste suppleri qualitate personae, si sit in dignitate, vel alias
valde honesta, Sard. *decis.* 231. *num.* 15. prout etiam sup-
192 pleri potest numero, si videlicet sint plures coloni idem de-
ponentes, quia probant, Alex. *cons.* 57. *num.* 13. *et seqq.*
lib. 7. Soccin. Jun. *cons.* 146. *num.* 14. *lib.* 1. Mascard.
concl. 320. *num.* 10. vel qualitate alterius testis, qui sit omni
193 exceptione major Socc. Jun. *cons.* 146. *num.* 12. *lib.* 1.
Gabr. *de testib. concl.* 10. *num.* 62. Farinac. *d. quaest.* 55.
194 *num.* 206. vel si essent approbati a partibus, ubi quia essent
testes instrumentarii Rot. *dec.* 821. n. 1. *part.* 3. *lib.* 1. *div.*
195 Decimoquarto quaeri posset, an locatio et conductio do-
mus existentis in parochia, tribuat jus praesentandi paro-
chum. Pone juspatronatus competit parochianis ex aliqua
consuetudine, juxta text. *in cap. quorumdam de elect.* an
si aliquis parochianus discedit a parochia, et locat domum
suam alteri, qui non erat parochianus, eveniente casu prae-
sentationis faciendae, vocari debeat ad praesentandum do-
minus domus alibi habitans, vel conductor. Haec quaestio
evenit Mediolani, ut refert Paul. de monte Pico in *l. Titia
cum testamento quaest.* 39. *ff. de leg.* 2. ubi dicit, aliquos
dixisse conductorem debere praesentare, sed ipsum tenuisse
contrarium, quia hoc juspatronatus sit apud locantem, et ideo
ipsum vocari debere. Sed Roc. de Cart. *in suo tractat. de
jurepatr. in ver. ipse vel is a quo, quaest.* 26. *in fin. vers.
sed suboritur*, dicit se credere in hoc puncto attendendos
esse terminos consuetudinis, quod utique clarum est, quando
juspatronatus competit ex consuetudine praescripta, et alere
patet, quid fuerit servatum in simili casu, et possunt evenire
casus valde diversi, ut videre est penes Lambertin. *de jure-
patr. lib.* 2. *part.* 2. *quaest.* 2. *art.* 10. ubi late quaestionem
discutit, *et num.* 4. *et seqq.* eam resolvit cum distinctione
quinque casuum, ad quem me remitto, quia licet formetur
praecipue ab eo quaestio ista praecise de conductore, ut su-
pra, tamen vere quando conductor praesentare debeat, iste
non est effectus conductionis, sed habitationis, ut patet ex
traditis per eumdem Lambertin. *ibid. num.* 5. *ad fin. et per
tot. artic.* et Viviano. *eod. tractat. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 17.

Unde ista non est propria materia hujus tractatus. Bene verum est, quod saepe contingit dubitari, an in locatione bonorum veniat etiam juspatronatus, puta locavi palatium, seu villam, aut castrum in quo habeo juspatronatus dubitari potest, an et istud veniat in locatione, et conductor debeat praesentare, non ego; sed de hoc dixi in *cap.* 23. loquendo *de dubiis, quae oriri possunt circa rem locatam* n. 91. *et seqq.*

De obligationibus locatoris erga conductorem.

SUMMARIUM.

1. Locator tenetur rem locatam tradere.
2. Locatore non tradente rem, conductor agit adversus eum ex conducto.
3. Actio ex conducto est personalis.
4. Traditio rei locatae per clausulam constituti, aut alia verbalis non sufficit, ut locator liberetur ab obligatione tradendi.
5. Locator non liberatur tradendo rem similem locatae.
6. Aliud pro alio invito creditore solvi non potest.
7. Lim. si absque dolo, vel culpa rem locatam tradere non potest, quia tunc liberatur tradendo similem.
8. Rem tradere nolens, an liberetur solvendo interesse controversum est in venditione.
9. In locatione verior opinio est negativa.
10. Interesse conductoris cui res non traditur, continente id quod pluris rem sublocassat, et omne aliud lucrum, quod ex usu rei esset facturus.
11. Locator ultra rei traditionem tenetur etiam praestare patientiam, ut conductor ea uti possit toto tempore locationis.
12. Ampl. et non solum tenetur patientiam praestare ex se, sed etiam diligentiam ne impediatur ab aliis re uti.
13. Et tenetur etiam removere omnia impedimenta toto tempore locationis.
14. Remedium reintegrandae et interdictum unde vi, an competat conductori expulso est magna quaestio.
15. Negativa est de jure verior, sed de stylo Rotae servatur contrarium.
16. Licet non competat interdictum unde vi, competit actio in factum, vel officium judicis.
17. Lim. non procedere dictum stylum si interim locatio expiravit.
18. Decl. posse adhuc conductorem restitui ad tantumdem tempus, ubi nulla posset considerari differentia.
19. Intellige declarationem si tempus erat certum.
20. Conductor expulsus debet reclamare, et contradicere.
21. Conductor expulsus a tertio potest agere contra locatorem, ut contra illum tertium agat, et eum restituat.
22. Conductori non datur manutentio adversus locatorem.
23. Decl. non dari manutentio in possessione, sed in detentatione, quam habet.
24. Intellige locatione adhuc durante.
25. Impedito conductore facto locatoris uti re locata, tenetur locator non solum reddere mercedes sed etiam omnia damna.
26. Decl. ut si factum locatoris sit justum, et justitia proveniat ex culpa conductoris, et tunc locator nullum patiebat damnum, neque lucrum.
27. Aut est justum absque culpa conductoris, et tenetur solum remittere mercedem nisi sit omnino voluntarium.
28. Aut factum locatoris est injustum, et tunc tenetur non solum ad remissionem mercedis, sed ad omnia damna.
29. Decl. hoc ultimum procedere si factum sit ordinatum ad impedimentum conductori praestandum, alias secus.
30. Impedito usu rei facto conductoris, ipse tenetur in integrum pensionem solvere.
31. Ampl. procedere etiamsi factum sit justum.
32. Lim. si facto conductoris dedit causam culpa locatoris.
33. Impedito usu rei facto tertii, si factum sit justum et locator potuit providere, et non providit tenebitur conductori ad totale interesse.
34. Si vero non potuit providere, tunc tenetur tantum ad remissionem mercedis.
35. Et remissio ista non requirit damnum ultra dimidiam, juxta veriorem opinionem.
36. Si factum tertii est injustum, et conductor non potest ei resistere, locator debet ei facere remissionem mercedis.
37. Et debet conductor denunciare impedimentum sibi illatum conductori, qui si potest resistere et non resistit tenetur ad omnia damna.
38. Inimici impedimentum licet sit proprie tertii, tamen in hoc proposito censetur datum ab eo, cujus est inimicus.
39. Nemo alterius odio praegravandus est.
40. Ampl. etiamsi inimicitia sit injusta.
41. Et procedit, tam si sit inimicus locatoris, quam si sit conductoris.
42. Impedimento proveniente ex casu fortuito si contingit ex parte locatoris, seu rei locatae, tenetur locator pensionem remittere.
43. Si contingit ex parte conductoris non est facienda ei remissio, sed totum solvere tenetur.
44. Principis factum reputatur casus fortuitus.
45. Est tamen debilius facto naturae, et casus quia princeps exorabilis est.
46. Impedimentum a principe praestitum conductori assimilatur potius praestito a tertio, quam a casu, ad effectum dignoscendi ad quid tenetur locator.
47. Principi injuste impedienti usum rei locatae tenetur conductor resistere.
48. Principi resistitur orando.
49. Subditorum partes sunt principi obedire.
50. Inobediens dici non potest, qui causas adducit non obediendi.
51. Jussio secunda expectari debet, quando mandatum videtur injustum.
52. Decl. procedere si adsit ratio non obediendi.
53. Jussio secunda est expectanda, quando praeceptum est contra legem nisi ei adsit derogatio.
54. Idem si sit contra publicam utilitatem.
55. Idem si adsit suspicio, quod literae sint falsae.
56. Et si actus non possit fieri sine peccato, et expectanda secunda jussio, etiamsi constet de certa scientia principis.
57. Praeceptis ministrorum, et judicum si appareant injuste, non parendum, sed appellandum, et ad superiorem recurrendum, et non recurrens dicitur in culpa.
58. Intellige si sint evidenter injusta, alias non recurrens excusatur.
59. Et sufficit notorium esse, quod diligentia fuisset superflua.
60. Sequestrum rei appositum, non impedit conductorem illa uti.
61. Sequestrum appositum fructibus infert impedimentum conductori.
62. Inhibitio facta conductori ne fructus percipiat, vel distrahat affert ei impedimentum.
63. Decl. ut si deductum sit in controversiam, an inhibitio teneat, vel non, non possit conductor interim retardare solutionem mercedis.
64. Secus si processum fuisset ad deputationem alterius exactoris, et ad mandatum de consignando.
65. Locator non potest incommodare rem locatam etiam in minimo ex causa voluntaria.
66. Et si velit incommodare potest conductor illi resistere.
67. Decl. procedere si tangat ipsam rem secus si incommodum ei proveniat in consequentiam, uti si extollat domum vicinam.
68. Lim. si obscurentur in totum lumina domus locatae.

CAPUT XXVIII.

Locator sine dubio tenetur in primis rem locatam tradere
1 *l. si quis domum* 9. *in princ. ff. locat.* et ibi, Bart. *num.* 1.
et si non tradat, potest conductor adversus eum agere ex
2 conducto, ut habetur in eadem *l.* quae quidem actio est per-
sonalis Rota cor. Cavaler. *decis.* 612. *num.* 2. ubi quod pro-
3 pterea non potest conductor agere contra singularem succes-
sorem in re ipsa, puta emptorem.

Et licet sufficiat clausula, *constituti*, ad possessionem
transferendam, et traditio verbalis in conspectu rei facta,
quando alius non possidet, ut dictum est in *cap. proxime
praecedenti num.* 31. *et sequen.* tamen si locator de facto
recuset actualem traditionem, vel impediat, aut eam prae-
4 stare non curet, tunc per clausulam, *constituti*, vel tradi-
tionem verbalem, non censetur adimplevisse, et suae obli-
gationi satisfecisse, et contra eum agi poterit, juxta veriorem
et magis communem opinionem, de qua testantur Alex.
cons. 28. *num.* 7. *lib.* 2. Dec. *cons.* 280. *num.* 4. Viv. *opin.*
1024. *num.* 2. et firmavit Rot. coram Celso *decis.* 290. *n.* 5.
qui licet loquantur in terminis emptionis, et venditionis,
tamen fortius procedunt in locatione, in qua nec sufficit
momentanea traditio, ut in venditione, prout infra dicam.

5 Et compelli potest tradere eam rem praecise, quam loca-
vit, itaut non liberetur tradendo similem, aliud enim pro
6 alio invito creditore solvi non potest *l.* 2. *§. mutui datio, ff.
si cert. pet. l. eum a quo, c. de solut.* Rot. cor. Mantic. *de-
cis.* 1. *num.* 6. nisi forte absque aliqua sua culpa tradere non
posset, nam si domum, vel fundum bona fide emptum, quis
7 mihi locaverit, isque sit absque dolo, culpave ejus evictus,
et dominus non patiatur me uti, tunc si locator paratus sit
praestare habitationem non minus commodam, aequissimum
est eum absolvi, juxta sententiam Pomponii, quam refert
Ulpian. *in l. si quis domum* 9. *in princ. ff. locat.*

8 An autem tradere volens rem, liberetur solvendo interesse
in venditione, opinio negativa videtur magis communiter
recepta, ut dicit Mandell. *cons.* 268. *num.* 2. et patet ex
Plot. *de in lit. jur. §.* 4. *num.* 54. Menoch. *cons.* 866. *n.* 2.
Surd. *cons.* 52. *num.* 17. Eugen. *cons.* 50. *num.* 19. *lib.* 1.
Viv. *opin.* 1024. *per tot.*

At contraria opinio, quam tuetur signanter Fachin. *contr.
lib.* 2. *cap.* 30. *vers. sed contrarium*, et secuta est Rot. co-
9 ram Seraph. *decis.* 787. *num.* 12. in locatione videtur verior,
nam si colonus tuus fundo frui a te, aut ab eo prohibeatur,
quem tu prohibere ne id faciat possis, tantum ei praestabis,
quanti ejus interfuerit frui, ut totidem verbis dicit text. in
l. si fundus 36. *§. nam, et si colonus, ff. locat.* et firmat
late Negus. *de pignor. part.* 2. *memb.* 1. *num.* 7. *et* 8. ubi
tamen. *num.* 9. dicit secus esse stante juramento Barbos. *in
cap. propter num.* 33. *de locat. et cond.* cum declarationi-
bus tamen, quas tradam *infra in cap.* 57. *de fine locationis
voluntario.*

In interesse autem venit id, quod pluris conductor rem
10 sublocasset *l. si tibi alienam.* 7. *ff. locat.* et omne aliud lu-
crum, quod ex usu rei esset facturus *d. l. si fundus, §. nam,
et si*, Verall. *decis.* 183. *num.* 4. *part.* 1. Altograd. *cons.*
21. *num.* 50. *et seq. lib.* 1. ubi, et quod interesse probari
potest hoc in casu mediante juramento in litem actori defe-
rendo, per text. *in l. videamus, §. qui vinum et l. si cui,
§. qui servum, ff. locat.* Alex. *cons.* 214. *num.* 1. *et* 2. *lib.*
7. et alios quos refert.

11 Ulterius, quia locatio est concessio ad usum, ut dictum
est *in cap.* 1. sequitur, ut locator teneatur ultra rei tradi-
tionem praestare etiam patientiam, ut conductor ea uti possit
toto tempore locationis Natt. *cons.* 360. *num.* 1. Surd. *cons.*
38. *num.* 18. Ossach. *decis.* 50. *num.* 16. et haec est una ex
differentiis, quae vertuntur inter contractum locationis, et
contractum venditionis, venditor enim tenetur ad actum
traditionis momentaneum, itaut eo expleto, amplius emptor
molestari nequeat, at secus est in locatore, qui cum sit obli-
gatus conductori, ut frui liceat, tenetur ad factum successi-
vum, et non liberatur nisi pro tempore, quo uti frui licet,
ut explicat Bart. *in l. si quis domum* 9. *num.* 1. *ff. locat.*
Ruin. *cons.* 77. *num.* 8. *lib.* 1. et dixi *in cap.* 2.

Et proinde non solum tenetur patientiam ex se praestare,
12 ut conductor uti frui possit, sed etiam tenetur praestare di-
ligentiam, et custodiam, ne impediatur ab aliis libere uti
Menoch. *cons.* 671. *num.* 3. Becc. *cons.* 233. *num.* 10. *post
princ.* Surd. *decis.* 326. *num.* 17. et conductorem defendere,
13 ac impedimenta quaecumque usum impedientia amovere,
Menoch. *cons.* 531. *num.* 8. Surd. *cons.* 38. *num.* 18. Rot.
decis. 559. *num.* 1. *part.* 3. *rec.* Idque non solum in prin-
cipio, sed toto tempore durantis locationis Calder. *cons.* 5.
post med. vers. sicut venditor tit. de locat. Laucell. Gall.
cons. 22. *num.* 6. Surd. *cons.* 445. *num.* 18. Becc. *cons* 45.
num. 19. Ossac. *decis.* 50. *num.* 10. Manent. *decis.* 38. *n.* 21.
et seqq. Rot. in Romana pensionis domus impress. penes
Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 1085. *num.* 3.

Et ideo si locator haec non praestat, nec agere potest pro
mercede, imo, et eum per solam exceptionem non adimple-
menti in hac parte, videlicet, quod non praestiterit patien-
tiam, vel non curaverit conductorem posse uti re, quam ei
locavit, repelli posse dicetur infra *in cap. particulari* de tali
exceptione, et poterit etiam a contractu recedere conductor,
ut pariter dicam in alio *cap. separato.*

Verum magna est quaestio, an conductori expulso compe- 14
tat interdictum unde vi, et remedium reintegrandae. et pro
affirmativa sunt Socc. Sen. *cons.* 17. *n.* 15. *lib.* 3. Gozzad.
cons. 99. *num.* 4. *vers. imo conductor.* Plot. *de in lite jur.
§.* 3. *n.* 3. et alios plene retalia per Cyriac. *contr.* 389. *n.* 39.
Giurb. *decis.* 12. *num.* 10. *et seqq.* ubi, sive expulsus sit a
domino, sive a tertio.

Contrariam tamen opinionem prae caeteris late firmat
Bertan. *cons.* 210. *n.* 1. *et per tot. lib.* 2. *part.* 1. Gratian.
discept. 174. *num.* 17. Menoch. *recup. rem.* 1. *num.* 62. *et
seq.* Put. *decis.* 165. *n.* 1. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 777. *n.* 3.
et seqq. et haec de jure videtur verior, quia habet pro se tex.
in l. 1. *§. dejicitur in fin. ff. de vi, et vi armat.* ubi expresse
habetur illum, qui possidet, sive naturaliter, sive civiliter
possideat dejici posse, et posse interdicto uti, non tamen si
colonus sit, textus autem, qui pro alia opinione allegantur
in l. colonus 12. *et in l. cum fundum* 18. *ff. eodem tit. de
vi, et vi armat.* apertissime loquuntur in casu, quo colonus
prius interverterit possessionem domini, et sic possidere sibi
coeperit, et ideo non obstant, ut bene advertit *gloss. in dict.
§. dejicitur in vers. si colonus.*

Rota tamen licet agnoscat hanc posteriorem de jure verio- 15
rem, tamen de stylo aliam servat, restituit enim ad statum,
ut dicit idem Seraphin. *d. decis.* 777. *num.* 6. et potest
dicta opinio conciliari cum stylo, dicendo non competere 16
conductori interdictum unde vi, sed actionem in factum, vel
officio judicis eum esse restituendum, ut sensit Bart. *in l.
rem, quae nobis* 15. *sub. n.* 1. *vers. quandoque ille, ff. de
acquir. possess.* Soccin. Sen. *cons.* 17. *num.* 15. *lib.* 3. et
alios plenissime cumulavit Cyriac. *contr.* 389. *num.* 40. *et
seqq* ubi, et quod tam dicta actio in factum potest dici in-
tentata, quam officium judicis imploratum per clausulam
omni meliori modo positam in fine petitionis factae a con-
ductore sic dejecto se restitui.

Praeterea dicta opinio negativa procedit in locationu or-
dinaria ad breve tempus, in ea enim conductor nullam pos-
sessionem habet, secus autem in locatione ad tempus lon-
gum, quia in ea conductor sibi ipsi naturaliter possidet, ut
dictum est in *cap.* 27. *num.* 30. et ultra ibi adductos Posth.
de manut. observ. 52. *n.* 20. et ideo competunt ei remedia
possessoria, ut sensit ibi Posth. et Fulgin. *de jur. emphyt.
de var. caducitat. quaest.* 10. *num.* 19. *prope fin.*

At difficultas est, ubi post dejectionem expiravit tem- 17
pus locationis, an possit amplius conductor restitui, et non
applicari amplius d. stylum Rotae de restituendo ad statum,
ex quo non adsit amplius aliquis status, ad quem restitui
possit habetur penes Seraph. *decis.* 777. *n.* 6. *et in recent.
decis.* 56. *n.* 2. *et* 3. *part.* 3. ubi adducuntur etiam ratio-
nes, et auctoritates in contrarium et subditur, quod eis
non obstantibus, placuit dominis dicta opinio, et quod
considerabant etiam quod restitutio ad tantum tempus, quan-
tum supererat tempore dejectionis non est practicabilis,
quia redditus in singulis annis non solent esse aequales, et
proinde, quas ex partibus haberet annos uberiores, locu-
pletaretur cum alterius jactura contra regulam *l. plane, ff.
de petit. haered.* et est doctrina Bart. in *l. si uno* 27. *§.
item cum quidam num.* 9. *vers. aut quis promisit. ff. locat.*
ubi de locatione operarum, quod si promissae ad certum tem-
pus, non possit promittens, qui fuit impeditus in illo, sup-
plere in alio, et conductore bonorum impedito uti pro cer-
tis annis, quod non possit retinere pro aliis, quia sunt diver-
si anni Vinc. de Franc. *decis.* 451. *prope fin.* Unde si ces-
saret prorsus ratio diversitatis, uti esse posset in locatione 18
domus ad habitandum, posset alicui placere contraria opi-
nio ex late deductis per Paris. *cons.* 105. *per tot. lib.* 3. si

19 tamen locatio fuisset ad tempus certum, et terminata per lapsum illius, secus vero si fuisset ad tempus incertum, ita ut ignoraretur quamdiu durasset, prout in simili de reintegratione usufructuarii distinguit Surd. *cons.* 166. *num.* 18. *vers. quia respondetur*, ubi ita conciliat text. *in l.* 3. §. *penult. ff. de vi, et vi armat. et in l. si plures in fin. ff. eodem.*

20 Debet tamen conductor expulsus reclamare, et contradicere, ne alias possit dici, eum non fuisse expulsum, sed sponte recessisse, juxta late tradita per Cyriac. *contr.* 514. *num.* 17. *et seqq.*

21 Praedicta procedunt praecipue si conductor sit expulsus ab ipso domino, at si expulsus sit a tertio, habet aliud remedium, scilicet agere potest contra locatorem, ut agat contra eum, qui se spoliavit, ut post Bart. *in l. Julianus*, §. *si venditor. ff. de act. empt.* dicentem esse notandum hunc novum modum agendi, nempe ago, ut agas tradit Gratian. *discept.* 174 *num.* 26. qui dominus poterit etiam ei cedere actionem spolii idem Gratian. ibi n. 28. ubi et quod liberetur cedendo, sed quatenus non requiratur pro recuperatione possessionis magna impensa, et alii congesti per Giorb. *dec.* 12. *num.* 8.

22 Controvertitur pariter an competat conductori manutentio adversus locatorem, et quoniam conductor ad breve tempus non possidet sibi, sed domino, sequitur, ut ei non competat manutentio, quae solum possessori conceditur, §. *retinendae instit. tit. de interdictis*, et late post alios firmant signanter Caball. *cons.* 98. *num.* 5. *et* 6. *lib.* 2. et Monoch. *retin. remed.* 3. *num.* 46.

23 At quia interdictum ex quo datur manutentio, non tam respicit propriam, et veram possessionem, quam statum illum rei tempore motae litis, aut paulo ante, inde sequitur, ut eo tuendus sit etiam, qui tantum detinet, ut dicit Cover. *practic. quaest. cap.* 17. *num.* 5. *ad fin. vers. sit sane*, et proinde danda erit manutentio conductori, etiam adversus dominum in illo statu detentionis quam habet Gratian. *discept.* 174. *num.* 25. Tomat. *decis.* 30. *num.* 15. Cavaler.
24 *decis.* 182. *num.* 2. Postli. *de manut. observ.* 52. *num.* 17.
intelligendo locatione adhuc durante, quia ea finita non detur amplius manutentio conductori, sed locatori, cum cesset status, et causa detentationis illius, juxta supra tradita, et dicam etiam *infr. in cap. fin.*

Quia tamen diversimode eveniunt impedimenta, et quandoque locator tenetur reficere conductori in usu rei impedito omnia damna, quae propter impedimentum passus est, quandoque tenetur solum remittere mercedem pro tempore, quo fuit impeditus, et quandoque, nec istam remissionem facere debet, distinguendi sunt quatuor casus, quorum primus est si impedimentum proveniat facto locatoris, secundus si facto conductoris, tertio si facto tertii, et quartus, si casu fortuito, prout post gloss. distinguit Bart. *in l. si uno* 17. §. *item cum quidam num.* 2. *vers. hoc praemisso, ff. locat.* et alii communiter sequuntur, ut testatur Pantzschm. *de locat. et conduct. quaest.* 13. *num.* 1.

25 Primo autem casu, ubi videlicet conductor impeditur facto locatoris, regula solet passim a doctoribus tradi, quod locator teneatur non solum mercedes remittere, sed ulterius etiam omnia damna reficere conductori Alex. *consil.* 84. *n.* 2. *lib.* 4. Menoch. qui alios cumulat *cons.* 246. *num.* 1. et *cons.* 620. *num.* 24. Gutier. de Gabell. *quaest.* 136. *n.* 6.

26 At videtur tutius procedi posse cum distinctione, quam facit Bart. *in d.* §. *item cum quidam num.* 2. videlicet, quod aut factum locatoris est justum, aut injustum, si justum, tunc aut ista justitia provenit ex culpa conductoris, puta, quia non vult solvere mercedem, vel male versatur in usu rei, quibus casibus juste potest expelli, ut dicam infra suis locis, et Bart. ubi supra tradit, quod si locator est ecclesia petit pensionem totius temporis, si privatus, eam petit pro rata, sed videtur indistincte dicendum, quod locator nullum damnum pati debeat ex tali expulsione culpa conductoris subsecuta, sed neque consequi lucrum, ac proinde si post expulsionem utatur re, vel eam locet alteri, tunc pensionem a primo consequi nequeat ex adducendis infra *cap.* 54. *a n.* 53. *usque ad fin.*

27 Aut factum locatoris, est justum absque culpa conductoris, videlicet si expellat conductorem lege permittente uti pro reparanda re locata, vel propter supervenientem necessitatem ea utendi, prout posse dicam suis locis, et tunc locator non potest petere mercedem, nisi pro rata temporis, quo conductor rei usum habuit, nec conductor aliud praetendere valet, quam remissionem ipsius mercedis pro reliquo Bart. *in d. l. si uno* 17. §. *item cum quidam n.* 2. *vers. si vero factum, ff. locat.* Camil. Medic. *cons.* 141. *n.* 2. Hodien. ad Surd. *decis.* 131. *num.* 4. quatenus tamen sit factum necessarium, alias enim si esset mere voluntarium, tunc licet posset dici aliquo modo justum, adhuc teneretur non solum remittere conductori mercedem pro tempore impedimenti, sed etiam ad omnia damna, uti in refectione domus locatae impedientis habitationem distinguit text. *in l. qui insulam.* 33. *in princ. ff. loc.* et aliis adductis Pantzschmen. *de locat. q.* 13. *n.* 8. factum enim etiam quoad ea sine culpa, quoad secum contrahentem habetur pro culpa, ut concludit Castrens. *in l. si merces*, §. *culpae, ff. locat.* et comprobat Bocc. *cons.* 233. *sub num.* 8.

Si autem factum locatoris sit injustum, tunc tenetur abso- 28
lute conductori, nedum ad remissionem mercedis, sed etiam ad totale interesse, *l. si fundus* 36 *vers. nam et si colonus, ff. locat.* et concordan. relat. Bart. *in d.* §. *item cum quidam num.* 2. *prope fin. vers.* si vero factum Pantzschman. *dict. quaest.* 13. *num.* 9. ubi quod haec conclusio vera est, et potest etiam optime rationibus defendi, quas ibi subdit. Ve- 29
rum modificatur, ut procedat quatenus factum illud locatoris injustum, per quod conductor uti impeditur, sit ordinatum ad tale impedimentum, uti quis conductorem expulsit, aut etiam antequam traderet dolo desiit possidere, aut omisit custodire, prout tenetur, et propter malam custodiam res fuit ablata, secus autem si factum locatoris injustum non sit ordinatum ad tale impedimentum, uti quia non sit circa ipsam rem, quia tunc non tenetur ad interesse, prout docet Castrens. *in dicta l. si fundus, num.* 3. *prope fin. vers. solum dico*, et aliis adductis comprobat Pantzschman. *d. quaest.* 13. *num.* 11.

Secundo casu, quando videlicet impedimentum in usu rei 30
provenit ex facto conductoris, tunc integram pensionem deberi indistincte tradit Bart. *in dicto* §. *item cum quidam n.* 2. *in fin.* et facto, imo culpae ipsius illud ascribitur, si propter inimicitias suas uti non possit *l. si merces* 28. §. *culpae, ff. locat.* et licet aliqui hoc etiam casu distinguant 31
inter factum justum, et injustum, prout dictum est de facto locatoris, tamen inter eos in hoc proposito non videtur par ratio, cum locator retineat dominium rei, et sic plus juris eam recuperandi, quam conductor illam dimittendi habeat, juxta opinionem, quam post alios tenuit Rota coram Buratto *decis.* 295. *num.* 9. quae tamen est valde controversa, ut patet ex relatis *in eadem decis.* et latius ibi per Add. et de ea dicam aliquid latius, ubi agam de fine locationis, an videlicet sicut locat. ob supervenientem necessitatem habitandi domum potest recedere a locatione, ita, et conductor ob supervenientem casum, quo habitare nequeat, possit recedere a conductione *cap.* 59.

Non tamen consideratur factum locatoris si praevenit, et 32
ei causam dedit culpa locatoris, ut si locator dederit causam sequestrationi, et conductor consenserit sequestro, adhuc poterit ipse conductor petere damna et interesse, juxta decis. Rot. coram Verall. 283. *part.* 1. quam etiam refert Caroc. *in tit. de remiss. merced. quaest.* 8. *num.* 144.

Tertio casu cum impedimentum provenit facto tertii, tunc 33
distinguendum inter factum justum, et injustum, si justum, et locator potuit ei providere, et non providit, tenebitur conductori ad totale interesse, *l. si quis domum*, §. *pen.* et *l. si*
merces, ff. locat. si vero non potuit providere, tunc tenetur 34
tantum ad remissionem mercedis pro rata temporis, quo conductor impeditur *d. l. si quis domum*, et *l. si fundus, ff. locat.* Bart. *in d. l. si uno*, §. *item cum quidam n.* 3. Surd. *decis.* 326. *num.* 16. Controvertitur autem, an hoc casu ad hoc, ut fieri debeat remissio mercedis, necesse sit conductorem damnificatum fuisse in dimidia, prout requiri dici solet in petenda remissione propter sterilitatem, de quo *cap.* 47.
et licet affirmativam teneant Bero. *cons.* 143. *num.* 13. *lib.* 35
1. Buratt. *cons.* 193. *num.* 27. et late Surd. *cons.* 34. tamen contrarium sentire videtur Bart. ubi supra dum indistincte dicit, faciendam esse remissionem Guidapap. *decis.* 630. et abis adductis Cotta *in memor. verb. conductor vers. quarto adde*, et haec videtur verior, ut dicam, ubi tractabitur de remissione mercedis *cap.* 50.

Si autem factum tertii est injustum, et conductor tenetur 36
ei resistere si potest *l. item quaeritur*, §. *exercitu, ff. locat.* et dictum est in *cap. seq.* ubi actum est, ad quae tenetur conductor circa rem conductam. Aut non potest resistere, et facienda ei remissio mercedis pro rata temporis Bart. *in d. l. si uno* 17. §. *item cum quidam num.* 3. *ff. locat.*

37 Quatenus autem ipse conductor resistere non possit debet
denunciare locatori, qui si potest resistere, et non resistit te-
nebitur ad interesse, alias si non potest resistere, tenetur so-
lum remittere mercedem *l. si in lege* 27. ⅋. *colonus l. si*
fundus 36 ⅋. *nam et si colonus*, *ff. locat.* Soc. Sen. *cons.*
156. *num* 8. *ad fin. et seq. lib.* 2. Natta *cons.* 261. *num*, 1.
R Jaud. *cons.* 69. *num.* 22. *et seqq. lib.* 4. Bardellon. *cons.*
75. *num.* 8.

Requiritur autem dicta denunciatio, ne aliss dicatur con-
ductor acquievisse, ut probat Joseph. Ludov. *decis. Perus.*
50. *num.* 9. *et seqq.* cum declarationibus tamen, et limita-
tionibus traditis *d. cap. seq. num* 19. *et seq.*

38 Advertendum tamen, quod factum ab inimico, licet sit in
se factum tertii, tamen, in hoc proposito reputatur factum
illius, in odium cujus processit sive locatoris, sive conducto-
ris, et ejus culpae tribuitur *l. si merces* 28. ⅋. *culpae*, *ff. lo-*
cat. Bart. *in d. l. si uno* ⅋. *item cum quidam num.* 3. *ff. lo-*
cat. adeo ut is ad damna alterius resarcienda teneatur, nemo
39 enim alterius odio praegravandus est, dicta *l. si quis.* ⅋. *legis*,
ff. de inoff testam. cap. *si episcopum* 16. *quaest.* 5. Pantz-
40 schman. *de locat. quaest.* 14. *n.* 58. unde deducitur, quod
procedat haec obligatio ad damna, etiam si inimicitia esset
injusta. sufficit enim quod alterius odio fuerit illata ad hoc.
ut alter non debeat illis praegravari Ruin. *cons.* 65. *num* 3.
in *fin. lib.* 1. Rimin. Jun. *cons.* 719. *num.* 8. et licet aliqui
41 velint hoc procedere in locatore, non autem in conductore.
reprobantur tamen a Ruin. *cons.* 85. *n.* 10. *lib.* 1. et latius
per Pantzschman. *dict. quaest.* 14. *num.* 61.

42 Quarto casu si impedimentum contingat ex casu fortuito,
aut casus contingit ex parte locatoris, seu rei locatae, quod
idem est, et non tenetur locator ad aliud, quam ad remissio-
43 nem mercedis pro rata, aut contingit ex parte conductoris,
et tenetur solvere totam mercedem Bart. *in d.* ⅋. *item cum*
quidam num. 3. ubi etiam reddit rationem diversitatis, quia
locator tenetur ad rem tradendam in specie, et ideo ejus in-
teritu liberatur, quod secus est in conductore, qui tenetur
ad pecuniam in genere, et ideo addit etiam limitationem re-
spectu conductoris. ut si, et ipse tenetur ad aliquid in specie.
per ejus interitum liberaretur, et licet Socein. *ibid.* dicat,
quod eminens ingenium Bartholi in hac ratione defecit, ta-
men eam defendit Pantzsch. *quaest.* 13. *n.* 33. dicens quod
si intentionem Bartholi recte introspexerimus non meruit
a Socino jure reprehendi, et de hoc casu multa videri possunt
in cap. 30 *de incendio.*

Controverti autem solet, an huic casui tribui debeat impe-
dimentum proveniens facto principis, et pro affirmativa fa-
44 cit, quod dicitur factum principis reputari casum fortuitum.
et quod pendet ad ejus voluntate inter impossibilis compu-
tari Cravet. *cons* 233. *num.* 2. Menoch. *cons.* 504. *num.* 50.
Gregor. *decis.* 371. *num.* 5.

At vero factum principis est debilius. quam factum natu-
rae, et casus, quia princeps exorabilis est, ut dicit Bald. *cons.*
45 395. *num.* 7. *ante med. vers. nec est fortius lib.* 2. unde
in hoc proposito assimilatur potius facto tertii, et cum ejus
regulis procedit, itaut si non sit omnino justum, et inexpu-
46 gnabile. non excusetur conductor, si non resistat, vel ubi resi-
stere nequeat, et moneat locatorem, ipse quoque non excu-
setur si non resistat. ut dictum est supra in tertio casu Ca-
47 stren. *cons.* 433. *col.* 3. *vers. praeterea posito lib.* 1. et aliis
adductis Bardellon. *cons.* 75. *num.* 11. et Rot. *decis.* 286.
num. 14. *part.* 11. *recent.* resistitur autem principi eum ex
48 orando, et faciendo diligentias de illum semovendo a propo-
sito, juxta tradita per Burat. *decis.* 110. *num.* 4. licet enim
subditorum partes sint obedire principi, tamen inobediens
49 dici non potest. qui causas legitimas illi adducit non obedien-
di, ut habetur in *cap. si quando de rescript.* et ibi notant
50 omnes, quos in hoc proposito refert Pantzschman. *de locat.*
quaest. 14. *num.* 34 *et* 40. ubi etiam refert. gloss. *in* ⅋. *de-*
inde competentes in versic. nuncians in auth. de mandatis
princ cujus verba sunt *et hoc est contra miseros proclatos.*
qui timent in tantum literas domini Papae, ut non audeant
reclamare. quod facere non debent, et addit etiam, quod
non per hoc deserviunt legi, sed immo serviunt, debet igi-
51 tur conductor reclamare, et adducere suas rationes, et expe-
ctare secundam jussionem, prout habetur in *dict.* ⅋. *deinde*
52 *competens in fin.* quando tamen adsunt rationes, alias enim
non debet executio mandatorum, praesertim Papae, differri
53 Geminian *in cap. statuimus num.* 4. *de offic. deleg. in* 6
debet autem secunda jussio expectari, quando praeceptum
est contra legem, etiam si adsit derogatoria, quia praesumi-

tur per importunitatem emanasse, quando non constat de
certa scientia Felin. *in cap. nonnulli num.* 9. *in princ. de* 54
rescript. Suar. *alleg.* 12. *num.* 49. *et seqq.* et idem est si sit
contra publicam utilitatem Rimin. Jun. *cons* 399. *num.* 84.
in princ. et debet etiam expectari, quando adest suspicio, 55
quod literae sint falsae Turrecrem. *in can. in memoriam n.*
10. *distinct.* 19. et multo magis, quando actus non posset 56
fieri sine peccato, tunc enim expectanda est secunda jussio,
etiamsi constet de certa scientia Suar. *alleg.* 12. *numero* 50.
circa med. vers. et adhuc si praecise constet.

Et haec facilius procedunt, si agatur de praeceptis mini- 57
strorum, aut judicum, vel aliorum superiorem habentium,
quia tunc appellari debet, ut ad superiorem recurri aliss
recurrere valens, et non recurrens dicitur in culpa Ruin.
cons. 15. *num.* 5. *lib.* 4. Cephal. *cons.* 304. *num.* 125. Old.
cons. 75. *num.* 12. Surd. *cons.* 8. *num.* 24. *et seq.* Cyriac.
contr. 167. *num.* 10. Ossach. *decis.* 12. *num* 9.

Intelligendo tamen semper si praecepta sint evidenter in- 58
justa, alias enim sufficit, quod sint dubia. ad hoc, ut condu-
ctor, seu locator excusetur a non quaesita revocatione, ut
tradit Lancellot. Gall. *cons.* 23. *num.* 15. *et* 18. a quo non
dissentit Rot. *decis.* 286. *num.* 15. *part.* 11. *recent.* prout
etiam sufficit notorium esse, quod diligentia fuisset super-
flua Lancellot. *de atten. cap.* 12. *ampliat.* 1. *numero* 68. 59
Lotter. *de benefic. lib.* 2. *capit.* 24. *num.* 24.

Si appositum sit a judice sequestrum, quaeritur, an dicatur
locator impeditus uti re, et competant ei remedia, de quibus
supra, et distinguendum est inter sequestrum appositum ipsi
rei, et appositum fructibus, si enim sequestrata ipsa res, et- 60
iam si possessio esset penes tertium, vel penes ac sequestra-
ta, non dicetur impeditus, quia sequestratio, vel avocatio
possessionis ad se per judicem facta, non privat possessorem
sua possessione, et multo minus colonum sua detentione,
si judex ulterius non procedat Menoch. *ut in rem.* 3. *num.*
86. *et seqq.* Boccat. *de interd. uti possidet. cap.* 2. *num.*
51. *et* 52. Rot. *decis.* 273. *num.* 1. *part.* 2. *et decis* 170. *n.*
8. *part.* 4. *divers.* cum aliis plenissime cumulatis per Posth.
de manut. obser. 60. *num.* 1. *ubi num. seqq. per tot.* habetur
plures declarationes, et limitationes hujus conclusionis, pe-
nes eum videndae.

Si autem sequestrati sint, fructus, tunc secus erit dicen-
dum, quia per talem sequestrationem impeditur usus liber 61
possessionis, et fructuum, qui debet esse conductori salvus,
impedit enim ipsos fructus sequestratos vendi posse Guido-
pap. *dec.* 210. *num.* 3. Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 4. *sub*
num. 43. et in specie, quod conductor dicatur impeditus per 62
tale sequestrum Menoch. *cons.* 246. *num.* 33. et idem dici
posset de inhibitione ne fructus percipiant, vel distrahat, nisi
forte deductum fuisset in controversiam, an teneret, vel ne, 63
quia tunc non valeret conductor interim, ac de ea discutitur
retardare solutionem pensionum, ut censuit Rota cor. Car-
dinali Mantic. *decis.* 233 *num.* 1. *vers. nec obstat*, *quod.* 64
At secus esset si processum fuisset ad deputationem alterius
exactoris, et ad mandatum de consignando, quia ex his suf-
ficienter constaret de impedimento, Rot. *decis.* 528. *num.* 2.
et 3. *ubi*, et quod quamvis adhuc non liqueret effectuatio
dd. decretorum per consummatam eorum executionem, adhuc
reputata fuerunt sufficientia ad inducendam praesumptio-
nem, quod possessor potuerit fructus percipere *par.* 3. *rec.*

Non potest autem locator incommodare rem locatam etiam 65
in modico ex causa voluntaria, et si velit incommodare, lici- 66
tum est conductori illi resistere *gloss. in l. habitatores* 3n.
verb. demoliri, *ff. locat.* ubi Castrens. *numero* 3. qui dicit
posse etiam conductorem petere interesse. At si non tangit 67
ipsam rem, sed ei incommodum veniat in consequentiam,
puta, quis extollat aliam domum vicinam. tunc etiam si con-
ductor, si scivisset tanti non conduxisset, adhuc facere potest,
dummodo lumina domus conductae non obscurentur in to-
tum Botta *cons.* 77. *num.* 5. Nam si obscurarentur in totum
extollere non posset Ang. *in l. si quis in fin. ff. de usufr.* 68
Padill. *in l. altius num.* 30. *c. de servit. et aq.* Marsil. *sin-*
gul. 134. *vers. secundo limita.*

Et praedictis, et praecipue ea ratione illa fundamentali,
quod locatio est concessio ad usum, et ideo teneatur locator
curare. quod conductor uti possit re locata, resultat etiam,
quod teneatur resarcire, et reficere illam, expensas neces-
sarias ad hoc faciendo, de quo dicam separatim *cap.* 34. ⅋.
1. *in princ.*

De conductore, quid facere possit, et debeat in re locata, et an, et quando teneatur de ejusdem rei periculo, et deterioratione.

SUMMARIUM

1. In locatione censetur tacite conventum, ut conductor bona fide utatur re conducta.
2. Conductor mala fide utens re locata cadit a contractu.
3. Conductore male fide utente locator petit omnia damna.
4. Locatore male fide utente competunt conductori plures actiones.
5. Locator intentata una actione contra conductorem male utente, non potest aliam experiri.
6. Contr. quod possit variare ab una actione ad aliam.
7. Decl. ut competentibus pluribus actionibus executivis, non intentata liceat variare.
8. Actio ad expellendum conductorem male utente est diversa ab actione pro damnis, et interesse.
9. Et facilius in una, quam in alia obtinetur.
10. Conductor non solum tenetur ad damna per ipsum illata rei, sed etiam ad ea, quae passus est inferri per alios.
11. Conductor tenetur rem custodire ne damnificetur.
12. Conductor si praevidere potest casum et reparare, et non facit, tenetur ad damna.
13. Lim. si ultra custodiam requiratur expensa, quia conductor ad eam non tenetur.
14. Ampl. ut conductor adeo teneatur custodire, ut debeat etiam resistere exercitui si potest.
15. Secus si non potest, vel prudentialiter non debet.
16. Decl. ut debeat conductor resistere facto tertii, si sit injustum secus si justum.
17. Decl. 2. locatorem dicentem non factam resistentiam debitam a conductore probare debere.
18. Decl. 3. ut si ipse locator monitus non se opposuit non possit de hoc redarguere conductorem.
19. Conductor periculum imminens rei denunciare debet locatori.
20. Conductor dicitur procurator domini ad denunciandum.
21. Lim. si non possit denunciare.
22. Et non potuisse dicitur ubi si denunciabat aliquod periculum sibi imminebat.
23. Vel si de repente evenit periculum, ita ut tempus non habuerit.
24. Intellige si praevidere non potuit.
25. Lim. 2. si dominus erat absens, quia excusatur a denunciatione secundum aliquos.
26. Contr. verius, quia tenetur denunciare conjunctis, et amicis.
27. Lim. 3. si locator non erat potens ad impediendum, vel verisimiliter non impediturus.
28. Lim. 4. si periculum erat notorium.
29. Lim. 5. si damnum provenit ex facto ipsius locatoris.
30. Damna reficere tenetur conductor multo magis si promisit custodire rem, et eam non deteriorare.
31. Ampl. ut stante tali promissione censeatur suscepisse curam ne damna fiant.
32. Conductor uti procurator ad certiorandum praesumitur dominum certiorasse.
33. Servitus, ut praescribatur in praedio requiritur scientia domini. Ampl. requiri scientiam certam, nec praesumptam sufficere, n. 37.
34. Praescriptionem servitutis probare volens debet facere articulum super scientia domini.
35. Decl. ut scientia conductoris sufficiat ad dictum effectum secundum aliquos.
36. Contr. est verius.
38. Praesumptio non potest deduci ex alia praesumptione.
39. Scientia probatur conjecturis.
40. Et ubi non sufficit scientia praesumpta, sufficit scientia probata conjecturis, et praesumptionibus.
41. Conductor tenetur de damnis a se provenientibus ejus dolo, vel culpa, non autem de casu fortuito.
42. Neque tenetur de provenientibus ejus culpa levissima.
43. Decl. hoc procedere in actione locati, secus in actione legis aquiliae.
44. Intellige, ut in l. aquilia veniat culpa levissima in committendo, non in omittendo.
45. Culpa levissima in faciendo aequiparatur levi, ac etiam latae in non faciendo.
46. Ampl. ut etiamsi conductor promiserit rem custodire adhuc non teneatur de culpa levissima.
47. Lim. si pro custodia mercedem acceperit, quia tunc tenetur, de levissima.
48. Lim. 2. si promisit adhibere diligentiam.
49. Lim. 3. si promisit quid facere in specie.
50. Lim. 4. si expresse promisit de culpa levissima, vel periculum in se suscepit.
51. Periculum in se suscipiens tenetur ad id quod subsequitur obligationi provenienti ex natura contractus.
52. Culpa qualibet cessante non tenetur conductor, etiamsi periculum in se susceperit.
53. Artifex suscipiens in se periculum gemmae insculpendae tenetur etiamsi periculum veniat potius vitio materiae quam ejus culpa.
54. Conductor promittens restituere columbariam columbis frequentem an teneatur de defectu eorum etiamsi adhibuerit omnem diligentiam.
55. Culpa in omittendo est non facere, quod fieri debet vel conventum est, et in committendo est facere quod fieri non debet
56. Et ubi quod factum, vel omissum est non fecissent, vel non omisissent solum diligentes tunc culpa reputatur levis.
57. Et quando illum non fecissent, vel omisissent diligentissimi tunc culpa est levissima.
58. Decl. non attendi diligentem, vel diligentissimos in genere, sed in specie professionis de qua agitur.
59. Intellige habito respectu ad exercitium, non ad personam.
60. Conductor, an teneatur adhibere diligentiam, quam adhibet diligentissimus paterfamilias.
61. Superlativus quandoque ponitur pro positivo.
62. Conductor non tenetur adhibere curam diligentissimam in re conducta.
63. Lim. si materia sit fragilis, et illam requirens.
64. Culpa non praesumitur, sed ab allegante probari debet.
65. Lim. in conductore, quia damnificata re locata praesumitur ejus culpa.
66. Decl. limitationem non procedere si appareat damnum provenisse a casu, qui potest sine culpa evenire.
67. Casus, qui possunt sine culpa evenire multi sunt, et quales relative.
68. Conductor non solum non potest inferre damnum in re, sed nec etiam in fructibus finita locatione colligendis.
69. Imo etiam in fructibus colligendis tempore locationis si est colonus partiarius.
70. Colonus curare debet fieri opera rustica suo tempore.
71. Cultura intempestiva deteriorem fundum facit.
72. Intempestiva cultura dicitur sive sit nimis propera, sive nimis sera.
73. Caedere vineas, volgo, *potare*, si omittatur resultat damnum.
74. Conductor non curans opera rustica debitis temporibus fieri, tenetur ad damna, et interesse.
75. Et debet curare, ut opera rustica fiant per peritos in arte.
76. In ultimo anno non potest inferre damnum fructibus sequentis anni.
77. Et non solum non potest fructus sequentis anni corrumpere, sed neque fundum ea frectare.
78. Sic non potest in fine anni colligere fructus acerbos.
79. Nec conductor gabellae potest ultimo anno eam minuere.
80. Damnum, quod sequitur tertio in consequentiam non impedit fieri actum ad propriam commoditatem principaliter directum.
81. Decl. procedere si actus ille fiat in re propria, secus si in aliena.
82. Conductor non potest in re omnia facere, quae facere potest dominus.
83. Conductor non potest ultimo anno relinquere plura capita vitium, ut inde majorem uvae quantitatem percipiat.
84. Et ubi fundus est solitus seminari in parte, et in parte quiescere, non potest ultimo anno seminare totum.
85. Neque potest ultimo anno restipulare.
86. Lim. si adsit consuetudo.
87. Consuetudo in dicto proposito probanda est in specie, quoad conductores.
88. Conductor non potest usum rei conductae alterare.
89. Sic in apotheca introducere aliud exercitium diversum a solito.
90. Avviamentum apothecae recipit aestimationem
91. Conductor tanto minus potest alterare usum rei si non constat de voluntate domini.
92. Conductor domus non potest in camera bona facere coquinam.
93. Conductor non potest rei formam, aut faciem mutare.
94. Ampl. ut emphyteuta per hanc mutationem incurrat caducitatem.
95. Decl. non posse alterari usum, nec mutari formam in damnum rei, secus si inde resultat major utilitas.
96. Emphyteuta potest reducere silvam ad pratum, vel campum aratorium.
97. Facilius, si ex conjecturis appareat de voluntate domini.
98. E contra vero si appareat contraria voluntas domini non potest conductor facere dictas mutationes etiamsi inde melior conditio domini fiat.

CAPUT XXIX.

Quia locatio est contractus bonae fidei, in quo conceditur res ad usum juxta praedicta supra *in cap.* 1. censetur tacite ita ea conventum cum conductore, ut bona fide utatur re con- 1
ducta, ut dicit Cyn. *in l. aede* 3. *num.* 1. *in fine, c. locat.* adeout si male utatur uti non servans conventa, cadat a con- 2
tractu, et possit a re expelli, ut sunt text. expressi *in d. l. aede* 3. *c. locat. et in cap. propter* 3. *§. verum eodem tit.* competuntque locatori alia remedia, de quibus hic infra aliquid dicendum erit, reservato loqui de praedicto expulsionis separatim suo loco, ubi videlicet tractabitur de fine locationis *cap.* 53.

Potest igitur locator petere refectionem omnium damno- 3
rum ex locato ex *l. aquilia ex l. duodecim tabularum*, et *interdicto, quod vi, aut clam*, ut habetur *in l. si merces* 28. *§. culpae, ff. locat.* et si conductor caecidit arbores, potest 4
locator agere etiam actione arborum furtim caesarum, ut ibidem additur, et eodem casu adversus conductores fisci dari actionem in quadruplum est text. *in l. in fraudem, §. fin. ff. de jur. fisc.* et de singulis his actionibus, seu remediis aliquid tradit Carocc. *sub tit. de necessit. usus quaest* 7. *num.* 32. *et pluribus seqq.*

Verum, quia omnes istae actiones ad eumdem finem ten- 5
dunt, ut scilicet locator damnorum refectionem consequatur, quatenus unam intentet, puta ex locato, officio judicis, qui ex locato judicis continetur, ut caeteras actiones locator omittat, ut praecise dicit text. *in d. l. si merces, §. culpa. ff. locat.* quod intelligi non effectum sortita expirat ibi gloss.
in verb. omittat, quam glossa propterea sentit licere locatori 6
post unam ex praedictis actionibus intentatam ante quam obtineat, variare, et aliam experiri, et quidem non nunquam praetor varietatem non repellit et consilium mutantem non

7 aspernatur, ut habetur *in l. non nunquam* 8. in *princ. ff. de collat. bon.* et quando plures actiones, quae competunt, sunt omnes executivae, non est dubium, quod una intentata potest variari, et ad aliam recurri, illa effectum non sortita, ex traditis per Ridolphin. in *praxi par.* 1. *cap.* 1. *num.* 115. *et seq.* Rot. *decis.* 163. *num.* 3. *et per tot.* post Zacch. *de oblig. comer.* et coram Duran. *decis.* 60. *num* 45. quae est etiam post Vivian. *de jur. patr. decis.* 94. *num.* 30. et in reliquis regula est, quod competentibus pluribus actionibus per electionem unius censeatur aliis renunciatum *leg. quod in haeredem, §. eligere, ff. de tributor*, quae tamen patitur plures limitationes, ut videri potest penes Gabr. *in tit. de action. conclus.* 2. *per tot.*

8 Non tamen ex eo, quod locator egerit ex hoc capite deteriorationes ad expulsionem conductoris, impeditur agere ad damna, et interesse, quia istae sunt duae actiones diversae, et quae non competunt ad idem, sed ad diversa, et ideo possunt simul intentari ex adductis per Gabr. *d. conclus.* 2. *n.* 15. expellens enim conductorem ex hoc capite nullum debet damnum pati, ut dicam, ubi tractabitur de hac expulsione *cap.* 53. *ad fin.*

9 Nec eadem facilitate obtineri potest in utraque ex praedictis actionibus, nam quando agitur ad expulsionem conductoris non sufficit quaelibet damnificatio, sed debet esse notabilis, quando autem agitur ad interesse sufficit quaelibet modica deterioratio, ut distinguit Castren. in auth. *qui rem in princ. c. de sacros. eccles.* Jas. *in cons.* 17. *num.* 2. *vers. et bene verum lib.* 1. Natt. *cons.* 477. *num.* 9. *vers. quod intelligendam*, Pacian. *cons.* 32. *num.* 56. Corbul. *de jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob rei deteriorat. n.* 25. *et* 26.

10 Et non solum tenetur conductor ad damna per ipsum rei illata, sed etiam ad ea, quae passus est per alios inferri, dicit enim text. *in l. videamus* 12. *§. si hoc in locatione ad fin. ff. locat. item prospicere debet conductor, ne aliquod rei jus, vel corpus deterius faciat, vel fieri patiatur*, ex quibus verbis legis datur etiam intelligi, quod tenetur conductor ea, quae damnum illatura sunt, prospicere, et ab eis cavere, prout etiam est text. *in l. item quaeritur* 14. *§. si fullo, ff. locat.*

11 Unde non solum debet conductor damna rei non inferre, sed etiam illam custodire, ne damnificetur ab aliis Borsatt. *cons.* 53. *num.* 13. Rot. *decis.* 241. *num.* 1. *part.* 2. *div.* Cyriac. *controv.* 61. *n.* 28.

12 Et ita tenetur custodire, ut quatenus possit praevidere casum, et reparare, et non faciat, dicatur in culpa, et teneatur damna reficere, uti in casu ruinae aedificii ob id, quod conductor non exoneravit tecta nive excessive subsecutae, late probat Cyriac. *contr.* 61. *num.* 24 *et seqq. usque ad finem*, et de conductore praevidente incendium Grat. *discept.* 354. *num.* 5. *et num.* 34. *et seqq.*

13 At ubi non sufficiat simplex custodia, sed ulterius requiratur expensa, non tenetur regulariter conductor eam facere, et postea repetere, ut admittit Cyriac. *d. contr.* 61. *n.* 29. *et* 30. simplex enim conductor non tenetur de suo expendere, ut dicam *in cap. de expen. etelioram.* 34. ubi etiam videri poterunt aliquae declarationes hujus conclusionis.

14 Respectu autem ejus, quod in se est, conductor adeo tenetur defendere, et custodire, ut quatenus possit teneatur etiam resistere exercitui damnum illaturo, juxta sententiam Labeonis, quam refert, et veram esse dicit Vulpian. *in l. item quaeritur* 14. *§. exercitu, ff. locat.* secus autem si non pos-
15 sit resistere, aut etiam prudentialiter non debeat, quia tunc non tenetur, et quamvis resistentiam non fecerit, non propterea pensiones solvere compelletur, ut late probat Lancell. Gall. *cons.* 23. *num.* 2. *et seqq.*

16 Tenetur tamen resistere facto tertii, si potest si factum sit injustum, nam alias si justum non tenetur conductor Bart. *in l. si uno* 17. *§. item cum quidam num.* 3. *versic. si vero factum, ff. locat.* cum aliis relatis per Lancell. Gall. *dict. cons.* 23. *num.* 19.

17 Et locator praetendens conductorem resistentiam debitam non fecisse, probare debebit, quia non praesumitur, ut firmat in specie Laz. Bottus *cons.* 96. *n.* 19. *et seqq.* et cessa-
18 bit etiam haec praetensio, ubi ipse locator monitus, resistere non est aggressus, maximo si probabiliter melius, ac facilius potuisset, tenetur enim, et ipse praesto esse, et defendere, et si non facit, non potest id, in quo, et ipse defecit alteri imputare Rota. *con.* 77. *numero* 8. *post med.* nec etiam obstat *lib.* 1. Lancell. Gall. *cons.* 23. *num.* 5. *ad fin. et seq.*

19 Necesse autem habet conductor hanc monitionem, seu denunciationem periculi imminentis, sive periculum a facto tertii, sive a casu fortuito praevideat proventurum facere in tempore, si potest, alias ipse tenetur ad damna. ut habetur *in l. item quaeritur* 14. *§. exercitu, ff. locat.* et dixit Rota *d. decis.* 241. *numero* 2. *part.* 2. *div.* et late Gratian. *disc.*
354. *num.* 5. *vers. et quatenus nollet et seqq.* ubi reddit ra- 20
tionem, quia conductor dicitur esse procurator domini ad denunciandum, cum enim ad eum pertineat custodire, satis custodit per denunciationem, quam facit domino, juxta doctrinam Bart. *in l. provinciali* 3. *§. si ego n.* 2. *ff. de nov. oper. nunciat.* quam sequitur Ruin. *cons.* 147. *n.* 17. *lib.* 1. Bim. *cons.* 123. *num.* 17. et quod teneatur denunciare periculum imminens. Cyriac. *contr.* 61. *num.* 34.

Excusabitur tamen conductor ab omissa denunciatione, si 21
denunciare non potuit, ut expresse dicit Ulpian. *in dict. l. item quaeritur, §. exercitu, ff. locat.* et non potuisse dici- 22
tur, ubi si denunciabat, aliquod periculum sibi imminebat, vel justum periculi timorem habebat Roman. *in l. si filiusfamilias, ff. de damn. infect.* Menoch. *cons.* 246. *num.* 31.
Gratian. *disc.* 354. *num.* 13. vel si damnum illatum fuit de 23
repente, et ex improviso, ita ut non habuerit tempus Boss. *in prax. tit. d. remiss. merced. conduct. num.* 52. *vers. et
ita etiam limito*, Gratian. *ibidem numero* 11. *et* 12. qua- 24
tenus tamen nec potuerit praevidere, prout praevidisset diligens paterfamilias, quia alias ejus culpae imputaretur non praevidisse Cravett. *cons.* 99. *num.* 4. Gratian. *d. disc.* 354. *num.* 34. *et seqq.* ubi late Surd. *decis.* 198. *n.* 16. *et seqq.*

Per absentiam quoque locatoris excusari conductorem ab 25
hac denunciatione, tenuit Boss. *d. tit. de remiss. merced. num.* 53. *ad fin.* Gamma *decis.* 73. *num.* 3. sed contrarium
verius esset censet Gratian. *d. disc.* 354. *num.* 14. quia te- 26
netur certiorare conjunctos, et amicos, prout docuit Bald. *in l.* 1. *§. pro tutelae ad fin. ff. de eo qui pro tut. vel curat.*

Excusabitur etiam conductor, si locator non fuisset potens 27
ad damna impedienda, vel verisimiliter ea non impedivisset, et sic denunciatio nihil profuisset Cravett. *cons.* 83. *num.* 5. Menoch. *cons.* 246. *num.* 27. Boss. *d. tit. de remiss. merced. num.* 52. *vers. orbitror tamen, et num.* 53. *vers. denun-
ciatione vero*, Gratian. *disc.* 354. *num.* 10. et quatenus da- 28
mna, seu pericula fuissent notoria, tunc pariter non esset necessaria eorum denunciatio Menoch. *cons.* 120. *num.* 15. *et cons.* 249. *num.* 39. Jos. Ludov. *concl.* 12. *col.* 4. *ad fin. vers. primus casus* Gratian. *d. disc.* 354. *num.* 27. Thesaur.
in add. ad dec. 108. ubi ita practicari, et ex hoc capite no- 29
torietatis excusabitur etiam a denunciatione conductor, si damnum proveniet ex facto ipsius locatoris, inde enim praesumitur ei plusquam notum Alex. *cons.* 127. *num.* 6. *lib.* 3. Menoch. *d. cons.* 120. *num.* 13. *et* 14. *et cons.* 246. *n.* 29. Jos. Ludovic. *in d. concl.* 12. *col.* 4. *ad fin. vers. secundus casus* Gratian. *disc.* 354. *num.* 28.

Multoque magis tenebitur ad damna praedicta si custodi- 30
re expresse promiserit, et non deteriorare, ut tradunt Borsat. *cons.* 53. *num.* 15. *et seqq.* Cyriac. *d. contr.* 229. *num.* 18. *et seq.* Rot. *decis. penul. num.* 12. coram Dunozet. Jun. et talis promissio quamvis intelligi posset de impediendis solum damnis quae viderit dari absque eo, quod ulterius cu-
rare debeat videre ne damna fiant, tamen interpretanda est, 31
ut hanc curam quoque susceperit conductor *l. in lege* 32. *ff. locat.* idque propter naturam, et qualitatem contractus, ut conductor teneatur rem custodire, ut supra dictum est, juxta quam interpretanda sunt verba promissionis praefatae, ut dicit glos. *ibi ver. caderet in fin.*

Ex praedicta obligatione conductoris dominum certiorandi 32
adeout dicatur procurator ad certiorandum, juxta tradita per Grat. *disc.* 354. *n.* 5. *vers. et quatenus, et seq.* cum aliis supra citatis, infertur, quod praesumatur certiorasse, quia procurator praesumitur certiorare dominum Rom. *cons.* 481. *n.* 7. *vers. sec.* quia Seraph. *d.* 1123. *n.* 4. *vers. tamen* Greg. *d.* 127. *n.* 4.

Hinc si requiratur scientia domini, puta quia praetendit
praescripsisse servitutem in praedio locato, ad quam prae- 33
scriptionem requiritur scientia domini, ex cumulatis per Gratian. *disc.* 681. *num.* 30. Surd. *decis.* 236. *num.* 16. Ro-
ta *decis.* 101. *numero* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* adeout detur 34
cautela, ut talis praetendens faciat articulum super scientia ejus, contra quem praescripsit, alias succumberet per Bart. *in l.* 2. *c. de servit. et aq.* quem refert Rimin. Jun. *cons.*
205. *num.* 40. *et* 41. Satis erit quod constet de scientia con- 35
ductoris, prout in specie voluit Marcobr. *cons.* 12. *num.* 33. et faciunt tradita per Costam *de fact. scient. inspect.* 41. *num.* 10. ubi pluribus cumulatis firmat, quod sufficit scientia officialium ad praescribendum contra dominum.

36 Verum contrariam opinionem in praedictis terminis prae-
scriptionis servitutis. probat Castrens. *cons.* 243. n. 2. *post*
princ. vers. non constat autem lib. 2. ubi dicit requiri scien-
tiam domini, ut scientiam, et patientiam conductoris non
nocere domino, et cum eo transit Trentac. *variar. lib.* 1. *tit.*
de servit. resol. 1. *num.* 3. *vers. et cum requiritur.* Et idem
etiam sensisse videtur Rota *in decis.* 101. *num.* 18. *part.* 4.
tom. 2. *rec.* ubi respondendo ad objectum, quod scientia ex
diuturnitate temporis, et multiplicitate actuum praesumatur,
dicit hanc praesumptionem cessare in casu suo, quia domi-
nus erat solitus locare, et numquam ad praedium accedere,
et eam sequitur Gratian. *discept.* 681. *num.* 32. Supponunt
itaque Rot. et Gratian. quod non sufficiat scientia conducto-
ris, prout tradit Castrens. et cum eo Trentac. et videtur ve-
rius, quia si de se consideretur dicta scientia conductoris,
utique non sufficit, cum conductor non valeat imponere ser-
vitutem praedio, et quoad praesumptionem, quod dominum
certioraverit, ultra quod conclusio patitur plures limitationes
relatas signanter per Add. ad Gregor. *decis.* 127. *num.* 11.
quando talis praesumptio applicaretur, non relevaret, quia
ex ea non convincitur scientia certa, sed tantum praesumpta
Seraph. *decis.* 123. num. 1. quae ad hoc, ut resultet prae-
37 judicium servitutis ad damnum domini non sufficit Giurba-
gnon. *cons.* 40. *num.* 24. *lib.* 2. Crescen. *decis.* 5. *de prae-*
sumpt. Rota *in rec. decis.* 507. *num.* 7. *et* 8. *part.* 1.
Quod et certius procederet si neque scientia conductorum
esset certa, sed praetenderetur deduci ex lapsu temporis, et
38 multiplicitate actuum, vel aliter praesumptive, quia hoc es-
set, vel deducere praesumptionem ex praesumptione, quod
non permittitur, ut advertit Giurgnon. *d. cons.* 40. *num.*
23. *ad fin. lib.* 2.
At e contra ubi constabat de scientia certa conductorum,
ex quo videlicet aperiebant ipsimet praescribenti aditum,
argui sufficienter scientiam domini sensit Grat. *disc.* 681.
num. 12. quod tamen ita simpliciter sumptum patitur diffi-
cultatem, quia est contra opinionem Castren. et Trentac. et
Rotae *in loc. suprac.* quam ipsemet Gratian. *in eadem disc.*
sequitur *sub numero* 32. sed bene verum est, quod si quae
alia conjectura, vel praesumptio concurrat, tunc probata re-
39 manebit scientia, quae probatur etiam conjecturis, ut dicit
Gratian. *d. n.* 12. et ita nocebit domino, licet scientia tan-
tum praesumpta ei non posset nocere, cum aliud sit scientia
40 praesumpta, aliud scientia praesumptionibus, et conjecturis
probata, et ubi illa non relevet, ista secus, Seraphin. *decis.*
1459. *num.* 3. *et* 4. Celsus *decis.* 152 *num.* 6.
41 Redeundo autem ad obligationem conductoris, ipse tene-
tur de damnis provenientibus ejus dolo, vel culpa lata, aut
saltem levi, non autem de provenientibus casu fortuito, uti
42 si pars domus ceciderit terraemotu *l. mortius domum* 61. *ff.*
locat. neque etiam de provenientibus ejus culpa tantum le-
vissima Roland. *cons.* 95. *num.* 14. *lib.* 2. Malvas. *cons.* 48.
num. 9. *et seq.* Gozad. *cons.* 16. *num.* 16. Sebast. Medic.
de fortuit. cas. part. 2. *quaest.* 7. *n.* 2. Mascard. *de probat*
concl. 467. *num* 7. Magon. *decis. Flor.* 111 *num.* 21. Jos.
Luc. *decis. Perus.* 25. *num.* 13. Surd. *decis.* 87. *num.* 7.
43 At hoc. quod conductor non teneatur ad damna subsecu-
ta ejus culpa levissima, procedit absolute, si locator agat a-
ctione locati, at si agat actione legis aquiliae, utraque enim
agere potest, ut dictum est supra, tunc contrarium est dicen-
dum, quia in l. aquilia, etiam levissima culpa continetur *l.*
in lege aquilia etiam 45. *in princ. ff. ad l. aquil.* et ita di-
stinguendo firmavit Rot. coram Gregor. *decis.* 528. *num.* 8.
44 *et* 9. quatenus tamen talis culpa levissima sit in committen-
do, nam de ea potest conveniri conductor lege aquilia, non
si tantum in omittendo, vel negligendo, ut dicit Bald. cons.
441. *num.* 1. *lib.* 1. cum aliis relatis per Roland. *cons.* 95.
num. 8. *et* 29. *et seq lib.* 2. et Cephal. cons. 362. *num.* 14.
et 35. Menoch *de arbitr. cas.* 390. *num.* 10. Cyriac *contr.*
234. *num.* 2. Unde dum dicimus conductorem non teneri de
levissima, intelligitur de levissima in omittendo Surd. *decis.*
87. *num.* 7. levissima enim in faciendo aequiparatur levi,
45 aut etiam latae in non faciendo, seu omittendo Jas. *in l. si*
mora n. 23. *ff. sol. matr.* Roland. *cons.* 95. *n.* 31. *lib.* 2. Eu-
gen. *cons.* 60. *n.* 64. *lib.* 2. Rot. *dec.* 493. *n.* 4. *par.* 1. *rec.*
Nec ulterius tenetur conductor si promiserit expresse
rem custodire, et potius melioratam, quam deterioratam resti-
46 tuere, quia adhuc intelligitur juxta naturam contractus, ut
teneatur de culpa levi non levissima, ut dixit Gozad. *cons.*
63. *numero* 19. quidquid in contrarium aliis relatis sentiat
Carocc. *tit. de incend. num.* 33. *et* 34. quia opinionem Go-
zad. canonizavit Rot. ut refert Farinac. *in prax. quaest.* 110.
num. 131. *et cons* 63. *num.* n. et ibi decisio Rotae 6. et co-
ram Bichio *decis.* 646. *num.* 10 et est generale, ut in con-
tractu locationis pacta intelligantur juxta naturam contractus
l. si uno 16. *in princ.* et *l. quaero* 56. *§. inter locatorem*, et
utrobique Bart. *ff. locat.*
Contraria tamen opinio, quam tenet signanter inter anti- 47
quos Salicet. *in l. in judicio n.* 2. *c. locat.* procedere posset
si conductor specialiter pro custodia mercedem accepisset,
quia tunc teneretur ad exactissimam diligentiam, alias ab-
sque tali speciali mercede pro custodia, teneretur tantum de
levi culpa, ut habetur *in l. qui mercedem* 45. *juncta gloss.*
ff. locat. et quod, licet obligatus custodiae teneatur de levis-
sima, ut firmatum est *in cap.* 12. *de locatione animalium*
num. 98. hoc intelligatur de eo, qui custodiam suscepit mer-
cede accepta, secus autem de eo, qui illam suscepit gratis
Jos. Ludov. *decis. Perus.* 10. *num.* 11. *et decis. Lucan. pa-*
riter 10. *num.* 6.
Prout etiam si promisit adhibere diligentiam, quia tunc 48
venit etiam levissima culpa Decian. *in tractat. crimin. par.*
2. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 24. praecipue in contractibus, in qui-
bus sui natura venit culpa levis Gabriel. *cons.* 169. *numero*
29. *lib.* 2. licet hoc non transeat sine magna difficultate, cum
intelligi possit de diligentia, qua solent uti homines diligen-
tes, non de ea, qua solent uti diligentissimi, quae est illa cu-
jus omissio est culpa levissima ex adductis infra *num.* 57. et
ita intelligendum esse sensit Rota cor. Bichio *decis.* 646. *n.*
10. *et* 11. at, si quid conductor facere promiserit in specie, 49
veniet, et tunc etiam culpa levissima in omittendo illud Cy-
riac. *contr.* 229. *num.* 17.
Et certius si expresse promiserit de culpa levissima, vel 50
etiam si susceperit in se periculum, quia et his casibus tene-
bitur, quamvis intervenerit sola levissima in omittendo Bald.
cons. 441. *in fin. lib* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 390. *num.*
9. *vers.* uno autem casu Bauden. *decis. Pisan.* 6. *num.* 40. 51
Dum enim conductor suscepit in se periculum, tenetur ad
id, quod immediate subsequitur obligationi, quae provenit,
ex natura contractus, et sic etiam de levissima in omittendo
Corn. cons. 128. *num.* 10. *et* 11. *lib.* 2.
At si nulla prorsus culpa, nec etiam levissima in omitten- 52
do considerari potest, tunc non tenebitur conductor etiamsi
periculum in se susceperit, ut habetur *in l. opus* 39 *ff. loc.*
et ibi gloss. *in verb. conductoris*, et Bart. *in sum.* prout et-
iam non tenebitur de casu mere fortuito absque ulla culpa
sua quamvis evenerit circa quid in specie promissum, ut
habetur *in leg. si quis fundum* 10. *§. si colonis ff. locat.*
Et quamvis si gemma includenda, vel insculpenda data 53
sit, eaque fracta sit materiae vitio, si artifex periculum in
se susceperit locati actio competat, quae alias non compete-
ret, ut habetur in *l. item quaerit. § si gemma ff locat.* ta-
men non inde infertur, quod etiam absque ulla prorsus cul-
pa teneatur conductor, qui periculum suscipit, quia in ar-
tifice insculpente, vel includente gemmam, si propter illud
opus fracta est, quamvis potius vitio materiae fracta sit,
quam ejus imperitia, tamen, quia non fracta est de per se,
considerari potest aliqualis culpa juxta *gloss. ibi in ver. nisi*
periculum ad quam se remittit alia *gloss. in dict. leg opus*
39. *verb. conductoris digestis eodem.*
Unde valde periculosa redditur opinio, quod, ut pactum 54
aliquid operetur, debeat intelligi etiam si evenerit sine cul-
pa conductoris de qua Cyriac. contr. 229. num. 31. ubi quod
conductor stante pacto de restituendo columbariam columbis
frequentem, teneatur ad damna, et interesse, etiam si pro-
baverit se diligentem in ea custodienda, itaut, absque ejus
culpa fuerit destituta, et late, ac erudite loquitur de columba-
ria ejusque utilitate.
Culpa autem in omittendo est non facere, quod fieri debet, 55
vel quod fieri consuetum est, aut quod alii fecissent, et e
contra culpa in committendo est facere, quod fieri non debet,
vel fieri consuetum non est, aut alii non fecissent *l. doli ma-*
li §. fin. ff. de novat. Cravett. cons. 79. num. 6. Surd. *decis.*
198. *num.* 16.
Et quando id quod fuit factum, vel omissum non potest 56
dici, quod fecissent, vel omisissent omnes alii sed tantum
personae diligentes, tunc culpa reputatur levis Bart. *in l.*
quod Nerva num. 26. *vers. ad primum dico ff. depos.* Gabr.
cons. 169. *n.* 31. *lib.* 1. Trentac. *in cons. impraes. post opin.*
Viv. 439. num. 10. Farin. *in prax. q.* 88. *n.* 9. Bardellon.
cons. 127. *num.* 19.
Unde, qui allegat hanc culpam debet praecise articulare,

et probare, quod factum, vel omissum non fecissent, aut omisissent personae diligentes, ut tradit Alex. *cons.* 74. *n.* 6. *lib.* 6.

57 Quando vero illud non fecissent, vel omisissent tantum diligentissimi, tunc illud facere, vel omittere dicitur culpa tantum levissima Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib. primo cap.* 6. *num.* 23. Bardellon. *consil.* 117. *num.* 18.

Nec sufficit, quod ita fecissent, vel non fecissent diligentes,
58 vel diligentissimi in genere, sed requiritur, quod ita fecissent, vel omisissent diligentes, vel diligentissimi ejusdem conditionis, et professionis secundum Bart. in *d. l. quod Nerva n.* 26. *vers. ad primum ff. depos. cum aliis suprac.* licet non desint, qui hanc qualitatem conditionis, et professionis ejusdem non requirant, sed simpliciter dicant culpam levem esse facere, vel omittere, quod fecissent, vel omisissent diligentes patres familias, ut advertit Menoch. *cons.* 148. *n.* 16.

Ejusdem tamen qualitatis, et professionis homines in hoc
59 proposito intelligi debent habito respectu ad exercitium non ad personam, ut explicat Menoch. *d. cons.* 148. *n.* 18. ubi quod propterea si agatur de probanda negligentia hebraei in custodiendis pellibus auratis non sit necesse probare de diligentibus hebraeis, sed sufficit de quibuscumque pelles custodientibus.

Dum igitur supra firmatum est conductorem non teneri de culpa levissima et levissimam culpam esse omittere ea quae diligentissimus pater familias non omisisset, inde deducitur
60 aperte conclusio, quod a conductore non desideratur ea diligentia, quam adhibet diligentissimus pater familiar, et tamen in contrarium est text. expres. *in ꝯ. qui pro usu instit. tit. de locat. et conduct.* dum dicit *qui pro usu, aut vestimentorum, aut argenti, aut jumenti mercedem, aut dedit aut promisit ab eo custodia, talis desideratur, qualem diligentissimus pater familias rebus suis adhibet* et consonat text. *in l. si merces* 28. *ꝯ. qui columnam ff. eodem.*

Verum his non obstantibus tenenda est conclusio, quae bene probatur ex praedictis, et etiam, quia cum locatio sit contractus, qui fit in gratiam utriusque, in eo non venit exa-
61 ctissima diligentia, ut probat text. *in leg. si ut certo ꝯ. nunc videndum ff. commod.* et ad jura praedicta contraria respondet *gloss. in utroque eorum in verb. diligentissimus*, quod ille superlativus, est loco positivi, et exponitur, idest diligens, et quidem, quod superlativum ponatur pro positivo in jure non est insolitum, ut testatur, et late juribus citat. ostendit Picchard. *in dict. ꝯ. qui pro usu numer.* 4. et 5. ubi quod propterea noviores omnes in eodem loco dictam solutionem gloss. admittunt, quodque ipse eam probat, et sequuntur alii plures quos referam infra cap. 31.

Praeter ea alio etiam modo respondet *gloss. in utroque ex dd. loc.* quod scilicet speciale sit in illis casibus de quibus loquuntur illa jura, propter qualitatem materiae conductionis requirentis diligentiam exactissimam, et hanc responsionem communiorem videri dicit Christ. Porc. *in add. ad gloss. in d. ꝯ. qui pro usu* sed potest etiam utraque responsio simul retineri, ita videlicet, ut ex prima resultet rema-
62 nere veram regulam in conductore non requiri curam diligentissimam, ex secunda vero limitationem ejusdem in casibus
63 in quibus agitur de materia fragili, et illam requirenti, prout sensit Picchard. *in d. ꝯ. qui pro usu num.* 6. *instit. de locat.* licet enim dd. jura videantur loqui de casibus particularibus, tamen illi casus stant pro exemplis, qui non restringunt jurium decisionem, itaut ad alios similes non extendantur, ut sensit *gloss. in d. ꝯ. qui columnam*, et aliis adductis Caroc. *tit. de culpa q.* 2. *num.* 11. *et* 12.

Dum autem conductor non teneatur nisi ad damna culpa sua causata, videbatur dicendum locatori praetendenti damnorum refectionem incumbere onus probandi culpam con-
64 ductoris, cum culpa non praesumatur, sed ab allegante probari debeat *gloss.* et *DD. in l. si quis ex argentariis ꝯ. penultim. digestis de eden.* Cravett. *consil.* 151. *num.* 11.

65 Verum quia conductor tenetur rem custodire, ne damnificetur, ut dictum est supra, eo ipso quod locator probat eam esse damnificatam habet intentionem satis fundatam, quod conductor illam non custodierit, itaut aliud probare nequeat, ut sensit Bursat. *cons.* 53. *n.* 13. et aliis adductis Rot. *decis* 241. *num.* 1. *p.* 2. *div.* Cyriac. *contr.* 229. *num.* 19. et 20.

66 At haec conclusio modificanda est ut procedat, quatenus non appareat damna provenire, a casu, qui potuit sine culpa evenire, tunc enim, non valet consequentia, res est damnificata, ergo conductor fuit in culpa, cum applicatur regula illa, non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, et quia praesumptio viget culpam non adesse, qui eam allegat probare debebit Bart. *in d. l. si quis ex argentariis ꝯ. penultim. in fin. ff. de eden.* Ruin. *cons.* 93. *num.* 7. *lib.* 5. Surd. *cons.* 454. *num.* 36. et hoc procedit in quacumque culpa, etiam in omittendo, nam, qui dicit casum evenisse per culpam comissam in omittendo aliquid, probare debet, quod si illud non fuisset omissum, casus non contigisset, si casus est ab illa omissione separatus, et potuit sine ea evenire, ut in specie contra conductorem dicit Bald. *consil.* 145. *num.* 3. *vers. ex his apparet lib.* 3. et sequitur Rot. coram Buratt. *decis.* 359. *num.* 13. et dictum est etiam in cap. 12. de locatione animalium.

Casus autem particulares, qui sine culpa, et qui ex cul- 67
pa eveniunt, multi sunt in jure expresse definiti, et signanter in *l. quis fundum* 10. *cum tribus seqq. ff. locat.* et passim eodem tit. et per scribentes, et non inutile esset eos in unum colligere; at quia esset nimis longa digressio, me remitto ad Sebast. Med. *in suo singulari tract. de casibus fortuit.*

Non tamen omittam aliqua specialiter de incendio loqui, quia est casus valde contingibilis, et controversus et quia ex dicendis de eo poterunt sumi etiam aliquae regulae aptae ad difinitionem aliorum casuum. Dicam autem de eo separatim in capite immediate sequenti.

Caeterum non solum tenetur conductor prospicere ne ipsa 68
res locata deterior fiat in proprietate, sed etiam respectu fructuum non quidem eorum qui colligi debent tempore durantis locationis, qui ad conductorem pertinent, et proinde si non colliguntur non resultat damnum locatori, sed eorum qui colligi debent locatione finita, nisi forte esset locatio impropria, in qua videlicet pro mercede non solveretur pecunia numerata, sed aliqua rata fructuum, quia tunc locator pateretur damnum etiam in fructibus colligendis tempore duran-
tis locationis, quod propterea refici deberet Tob. Non. *cons.* 69
58. *num.* 17. Corbul. *de jur. emphit. tit. de caus. privat. ob. rec. deteriorationem num.* 27. *ad fin.*

Unde colonus ante omnia curare debet, ut opera rustica, 70
suo quoque tempore fiant, ne intempestiva cultura deterio-
rem fundum faciat, ut dicit text. *in l. si merces* 28. *ꝯ. con-* 71
ductor. ff. locat.

Et intempestiva dicitur, sive nimis propera, sive nimis 72
sera, ut explicat ibi *gloss. in verb. intempestiva*, attendique debet loci consuetudo adhoc dignoscendum, an bene, et tempestive coluerit, ut docet Bartol. ibidem, et quod si colonus non faciat opera rustica suo tempore tenetur ad interesse, dicit expresse ibidem Castren.

Et quidem, si verbi gratia, conductor vineae omiserit eam 73
caedere, seu ut vulgo dicitur, *potare*, vinea siccatur, aut saltem valde deterioratur, itaut resultet damnum, etiam locatori, quod propterea refici Bald. *in auth. qui rem num.* 3.
post med. c. de sacros. eccles. Trentacinq. *variar. lib.* 3. 74
tit. de locat. et conduct. resol. 4. *num.* 10. *ad med.* et aliis adductis Cyriac. *controvers.* 229. *num* 18. et quod conductor ad tempus, quidquid sit in emphyteuta, et conductore perpetuo, nunquam a praestatione damnorum, et interesse excusetur, quoties res conducta arbitrio boni viri non fuerit usus, nec curaverit ut opera rustica bene, et suis debitis temporibus prestarentur, dixit Rota coram Dunoz. Jun. *decis. penult. num.* 11.

Et debet etiam curare colonus, ut opera rustica fiant, per 75
peritos in arte, unde si faciat cultivari arbores, vel vineas, aut arare terram per ineruditos in cultura, et per hoc praedia sint effecta deteriora, tenebitur domino, quia ei imputatur, cur miserit imperitos, ut dicit Bart. per illum text. *in l.* 1. *c. de mancip. et colon. patrim. lib.* 12. *et sequitur* Jas. *in ꝯ. fuerat* numero 8. *de action.* Caroc. *de locat. tit. de subloc. quaest.* 1. *in fin.*

Sic non potest conductor, in ultimo anno suae conductio- 76
nis damnum inferre fructibus sequentis anni, alias debitur adversus eum actio, ex locato, pro refectione damni ut est text. *in l. ut haec distinctio* 38. *ꝯ. cum fundum ff. locat.* ubi habetur, quod cum fundum communem haberemus inter nos, convenit, ut alternis annis certo pretio eumdem conductum haberemus, si tu eum annus tuus esset, consulto fructus sequentis anni corrupisti, agam tecum duabus actionibus, una ex conducto, alia ex locato, locati enim judicio mea pars propria, conducti autem actione, tua dumtaxat propria in judicium veniet.

Et non solum non licet conductori fructus anni sequentis 77
corrumpere, ut dicit d. text. sed nec alio modo fundum in

praejudicium domini, seu subsequentis conductoris exfru-
ctare ex identitate rationis, ut docet ibi Bart.
78 Unde non poterit conductor in fine locationis colligere
fructus acerbos, qui, si expectaretur, quod essent maturi,
colligi deberent finita locatione Jas. in *l. si quis nec causam*
§. res pignori num. 2. ff. si cert. pet. Joseph. Ludov. *dec.*
Perus. 62. *num.* 1. *et seq.* ubi *num.* 4. quod ita eos colli-
gens poterit etiam conveniri condictione furtiva, et certi
condictione generali.
79 Sic nec conductor gabellae poterit ultimo anno eam mi-
nuere, et sic allicere cives, ut sibi de rebus provideant pro
anno sequenti. puta conductor gabellae salis, vel macinae,
seu molendinorum non potest in fine anni, eam minuere,
quia alias subditi scientes se tunc minus soluturos, emant,
aut molere faciunt pro toto anno futuro, et sic exfructatur
gabella pro anno illo in locatione non comprehenso, quod
non permittitur, ut docet Salicet. in *dict. l. haec distinctio*
§. cum fundum versic. istum casum ff. locati Jas. *in l. si*
quis nec causam §. rem pignori num. 2. ad finem digestis
si cert. petat. Vinc. de Franch. *dec.* 96. *per tot.* ubi Adden.
alios concordantes referunt, et ultra eos Hodiern. ad Surd.
decis. 131. *num.* 13. Cohell. ad bolla boni *regim. cap.* 46.
num. 42. ubi refert resolutum fuisse in camera.
Et licet contrarium tenuerit Ruin. *cons.* 74. *num.* 14. *et*
seq. lib. 1. ea praecipua ratione, quia conductor faciat dictam
diminutionem gabellae ad sui commodum, et utilitatem, non
autem ad faciendum damnum domino, vel conductori, et
Ruinum referat, et sequatur Menoch. *praesumpt.* 29. *nu-*
mero 16. *lib.* 6. tamen prior opinio, non solum est ma-
gis recepta, sed etiam verior, dum pro ea militat dicta *l. et*
haec distinctio 38. *§. cum fundum ff. locat.* et ratio, quae
80 consideratur in contrarium, quod quis possit facere aliquid,
ex quo resultat damnum tertio, si illud non faciat adhoc, ut
81 damnum illud tertio sequatur, sed ut inde utilitas sibi re-
sultet, procedit tantum, quando facit illud in re propria. non
autem, si ut in proposito faciat illud in re aliena Menoch
consil. 43. *num.* 17. *vers. licebit ergo* Riminald. Junior.
82 *cons.* 498. numero 27. et non valet argumentum, hoc potest
facere dominus in re propria, ergo, et potest conductor in re
conducta Surd. *decis.* 131. *num.* 11.
83 Sic non potest conductor ultimo anno relinquere plura
capita, vitem in vinea, ut inde percipiat majorem quantita-
tem uvae, quia inde resultat, quod anno sequenti minorem
quantitatem faciat, quod est praejudiciale domino Castren.
in d. l. et haec distinctio §. cum fundum ff. locat. Jas. *in*
l. si quis nec causam §. res pignori num. 2. *ff. si cert. pe-*
tat. Vinc. de Franch. *decis.* 96. *numero* 1. Joseph. Ludov.
decis. Perus. 62. *num.* 1.
84 Et quatenus fundus solitus sit seminari in parte, et in
parte quiescere, non potest conductor ultimo anno seminare
totum Vinc. de Franchis *decis.* 96. *num.* 1. Surd. *dec.* 131.
num. 6. prout etiam non potest ultimo anno restipulare, seu,
ut vulgo dicitur, restivighare, nempe iterum serere in prae-
85 diis, quae superiori anno sata fuerunt Mart. *vot.* 149. *num.*
2. *et seq.* Surd. *d. dec.* 131. *num.* 6. *et seq.* Joseph Ludov.
86 *dec. Perus.* 62. *num.* 1. *et late seqq.* nisi forte adesset con-
suetudo in contrarium, quae tamen non praesumitur, sed
probanda est, et in individuo tam quoad locatores, quam
87 quoad conductores, nam alias si probaretur in genere, vel
quoad dominos, non relevaret, ut late firmant Ludov. *dict.*
decis. 62. *num.* 7. *et seq.* et Surd. *d. decis.* 131. *num.* 3. *et*
8. *et seqq.*
88 Et non solum nequit conductor damnum inferre rei, aut
fructibus, sed nec usum, cui erat destinata res alterare De-
cian. *cons.* 19. *num.* 5. *lib.* 4. Cyriac. *contr.* 234. *numero* 8
89 unde apothecam, in qua solitum erat vendi pannos ad reta-
glium, non poterit conductor convertere ad usum circulo-
rum, seu cartulorum Ang. *in l. si ususfructus* 16. *§. item*
si domus. et Florian. ibidem. seu *in l. aequissimum* 17. *§.*
item si domus, num. 3. *ff. de usufruct.* potest enim esse a-
potheca, quae habeat concursum, seu, ut dicitur, avviamen-
90 tum, quod per mutationem exercitii perditur in damnum
domini, illud enim avviamentum recipit aestimationem, et
pretium auget, ut dicit Gratian. *discept.* 547. *numero* 17.
Coccin. *decis.* 459. *num.* 1. Rot. *decis.* 540. *num.* 7. *par.* 2.
recent. et in una Romana divisionis 28. novembris 1653. §
alterum coram reverendiss. D. meo Bevilaqua nunc urbis
gubernatore.
91 Quod, et facilius erit dicendum, si ex signis, et circum-
stantiis appareat intentionem domini non fuisse, ut in illum
usum diversum verteretur, ut ponderat Cyriac. *controv.* 234.
num. 8. *et* 9. ubi etiam addit, quod licet testes in casu suo
dicerent, apothecas non consuevisse fabricari pro uno solo
exercitio, sed secundum occasiones ad omnia, adaptari, hoc
non est indistincte verum. Et utile erit id apparere, quia
alias si sublocatio sit facta, et impugnetur ex eo, quod sit
alteratus usus in praejudicium domini, hoc erit probandum,
ut dicam infra cap. 30.
Sic non potest conductor in camera bona domus condu- 92
ctae, coquinam facere, quia hoc pariter esset alterare usum
in damnum rei, ut tradit Randen. *resolut.* 30. *num.* 11.
Neque potest conductor rei formam, aut faciem mutare 93
Decian. *resp.* 19. *num.* 5. *vol.* 4. Cyriac. *contr.* 234. *n.* 8.
adeo, ut etiam emphyteuta per hanc mutationem caducita- 94
tem incurrat, ut firmat Corbul. *tit. de caus. privat. ob mu-*
tat. rei form. num. 1. *et* 2.
Verum haec de alteratione usus, vel formae rei conductae, 95
quod non permittatur conductori, intelligi debent, ut propo-
nant, quando ex tali alteratione damnum rei inferatur, alias
si resultet potius utilitas, tunc alteratio est permissa, adeout
conductor expensas in ea factas quamvis expulsus repetat,
ad text. in *l. colonus ff. locat.* quem ad hoc bene expendit
Garz. *de expen. et meliorat. cap.* 14. *num.* 11. *ad med.*
Unde emphyteutam posse reducere silvam ad pratum seu 96
campum aratorium absque metu caducitatis, ubi major ex
eo utilitas percipiatur tradunt Ludovic. Bologniu. *cons.* 67.
num. 8. et Bertran. *cons.* 255. *in tertio dubio lib.* 1. et post
eos Corbul. *de caus. privat. ob mutat. rei form. num.* 4.
Quod, et facilius procedet si ex conjecturis apparebit, id 97
conductori fuisse permissum de voluntate locatoris, ut pon-
deravit in casu suo, Menoch. *consil.* 13. *signanter num.* 13.
ad med. in respons. ad primum objectum.
Et e contra si appareat de contraria voluntate domini, 98
tunc non potest conductor tales mutationes facere, etiam si
inde melior conditio domini fiat, ut post Jason. *in l.* 1. *num.*
99. *cod. de jur. emphit.* et alios dixit Rot. *dec.* 37. *num.*
28. *et* 29. *par.* 2. *divers.* ubi etiam numeris sequentibus, ex
quibus, talis voluntas appareret in casu illo, habetur. Ad-
eout conductor denunciatus a locatore ne faciat melioramen-
ta, si adhuc ea faciat, expensas non repetit, ut dicam inf. *in*
cap. 34. *de expen. et melior. in quarta inspect.*

De incendio rei locatae, an, et quando conductor
teneatur reficere locatori damna ab eo caussata.

SUMMARIUM.

1. Incendia plerumque fiunt culpa inhabitantium.
2. Dictio *plerumque* regulam designat.
   Contr. tamen vide n. 8.
3. Incendium, praesumitur culpa inhabitantium.
   Contrarium, quod reputetur casus fortuitus
4. Culpae appellatione venit levis, non autem levissima.
5. Conductor tenetur reficere damna ab incendio provenientia.
6. Contrarium est verius, et n. 13.
9. Incendium potest pluribus modis intervenire, et signanter vi divi-
   na, uti per fulmen, malitia hominis, et negligentia, seu culpa inha-
   bitantium.
10. Amplia, ut etiamsi conductor promiserit habere ignem innocen-
    tem, adhuc non teneatur de casu fortuito.
11. Incendium quando praesumendum est culpa inhabitantium intelli-
    gendum de levissima.
12. Et levissima in omittendo.
13. Culpae mentio potest referri ad levissimam.
14. Et ad levissimam referri debet, dum ita fert subjecta materia.
16. Conductor tenetur de incendio, si locator probet ejus culpa eve-
    nisse.
17. Incendium evenisse culpa conductoris, ut probetur constare debet
    a qua parte ortum habuerit.
18. Culpa probari debet certi hominis adhoc, ut pro ea possit con-
    demnari ad damna.
19 Lim. quando unus tantum conductor pater familias adest, quia tunc
   non est probandum ejus culpa evenisse incendium.
20. De culpa famuli non tenetur dominus nisi famulus committat culpam
    in ea re cui, fuit in specie propositus.
21. Socer non tenetur de culpa nurus.
22. Incendio eveniente culpa famuli coquinae propositi non tenetur
    dominus conductor.
23. Limita concurrente etiam aliqua culpa domini.
24. Et statur arbitrio judicis, quae culpa sufficiat.
25 Famulos improbos, eligens est in culpa, et tenetur.
26. Declara si sint improbi in officio cui fuerunt propositi.
27. Ruinere in domo pueros, senes, u diversae aetatis homines, et
    mulieres culpae non ascribitur.
28. Relinquere adolescentes non deligentes ibi versatur periculum in
    iis potest esse culpa.
29. Inducere in domum personas alterantes ejus usum ex quo oriatur
    incendium, est culposum.

30. Conductor, qui sublocavit fabro ferrario apothecam non aptam ejus exercitio orienta incendia tenetur.
31. Probatio a qua parte ortum habuerit incendium in casu, quo facienda sit debet esse concludens.
32. Statue tamen conjectura.
33. Ignis a qua persona provenit statur indiciis.
34. Et sumuntur indicia ab iis quae incendium praecesserunt, et quae in ipso incendio observata sunt, et postea subsecuta.
35. Et ubi agitur civiliter sufficiunt duae conjecturae.
36. Fama facit conjecturam ad dictum effectum.
37. Fuga illius, qui incendiare dicitur conjecturam praebet.
38. Ignis praesumitur habuisse ortum ab ea parte in qua primo visus fuit.
39. Et ubi non probatur a qua persona ortum habuerit, imputatur habitantibus in ea parte, in qua ortum habuit.
40. Si visus ab initio in parte non habitata, cessat praesumptio contra habitantes.
41. Probatio unde ortum habuerit ignis potest fieri per testes.
42. Lim. si testes sunt suspecti, vel deponant ad sui exonerationem.
43. Testes non probantes, concludenter praebent judicium.
44. Indicia in hac materia aliis indiciis repelluntur.
45. Conductor non censetur fuisse negligens, nec in culpa si incendium consumpsit etiam res suas.
46. Decl. hoc non relevare si negligentia probetur.
47. Conductor non excusatur ex eo, quod fecerit illud, quod factum fuit a domino.
48. Negligentiae praesumptio in conductore cessat ex probatione se eam diligentiam in rebus suis, et alienis.
49. Declara ut si adsint indicia negligentiae respectu incendii, tunc non sufficiat probatio diligentiae in genere.
50. Ignem retinere in domo permissum est, et ideo probatio, quod ab eo ortum habuerit incendium, non concludit culpam conductoris.
51. Lim. si ignis sit immoderatus.
52. Decl. non dici immoderatum si factum major solito, ex justa causa.
53. Retinere in domu res faciliores ad comburendum non est culpa.
54. Lim. si in specie conventum de aliqua re non retinenda, et fuerit retenta.
55. Sic ubi adesset pactum non retinendi ignem, et retinuerit, tenebitur de incendio.
56. Secus si pactum sit de retinendo igne innocente, quia non tenetur de incendio ex casu mere fortuito.
57. Sic ubi aliquid vitae fecisset conductor adversus admonitionem, et protestationem locatoris orto inde incendio dicetur in culpa et teneretur.
58. Lim. 2. si res facilis ad comburendum fuerit prope ignem retenta.
59. Sic contra, si ignis factus prope rem aptam ad comburendum.
60. Lucernam accensam relinquere prope cubile non est culpa sufficiens, ut tenetur quis de incendio.
61. Canis conductor incendens, qui aufugiendo eruperit incendium domus, dicitur in culpa, et tenetur nisi sit cautus, vel furiosus.
62. Incendium causatum vi ventorum tribuitur casui.
63. Decl. non procedere si post ventum ortum, conductor si exposuerit ignem.

CAPUT XXX.

In hac controversia, an conductor teneatur reficere damnum
incendii, quod res conducta passa sit, de qua loquendum
esse specialiter dictum est in praecedenti cap. pro affirmativa
adduci solet text. *in l. 3. ff. de offic. praefect. vigil.* in
1 illis verbis, *quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium* ex quibus ponderando, quod illa dictio *plerumque*
2 regulam designat, ut tradit post alios Eugen. *cons.* 60. *num.*
24. *lib.* 2. constitui videtur posse regula, quod incendium
3 praesumatur culpa inhabitantium, prout sensit Bart. *in l. si
quis ex argentariis § an nec haeredi num.* 6. *ff. de eden.*
Alex. de Nev. *cons.* 87. *n.* 1. Mascard. *conclus.* 467. *num.* 5.
et conclus. 892. *num.* 1. *et seq.* Farin. *quaest.* 110. *num.* 41.
4 Et quia culpae appellatione venit levis, non autem levissima, ut probat text. *in § fin. instit. tit. ex de societ.* Bart. *in
l. in venditione § si quis fructus n.* 6. *ff. de bon. auctor.
judic. possidit.* cum aliis adductis per Barbos. *appellat.* 64.
numer. 1. dum ex textu dicente, incendia plerumque culpa
fieri inhabitantium desumitur praesumptio, quod evenerit
in re conducta culpa conductoris, intelligi debet de culpa levi,
ut censuit Bald. *cons.* 148. *num. secundo vers. sed quia incendium*, et Signorol. *in cons. ibi subsequenti* 149. *num.* 1.
vers. in dubio autem lib. 1. Aretin. *in § praeterea institut.
tit. quib. mod. re contrahit. oblig. num.* 3. ubi reprehendit
gloss. ibi, quod contrarium dicat absque lege, et ratione
Fachin. *contr. jur. lib.* 1. *cap.* 87. *vers. sed non videtur.*
5 Posito autem, quod incendium praesumatur evenisse, culpa
levi conductoris inhabitantis, quia supradictum est, eum de
tali culpa teneri, aperte sequitur, quod reficere debeat damna inde rei provenientia, prout tenuerunt Bald. et Signor.
in praefat. consil. Angel. cons. 197. Grat *cons.* 46 *lib.*
2. Mart. Angus. *cons.* 184. *lib.* 1. Eugen. *cons.* 60. *lib.* 2.
Flamin. de Rub. *cons.* 21. *num.* 128. *et seq.* ubi de magis
com. et veriori, *et n.* 185. *et seq.* Capic. Latr. *cons.* 135. *lib.*
3 Grammat. *decis.* 3.
6 Verum, his non obstantibus, regula videtur constituenda
in contrarium, quod videlicet conductor non teneatur ad damna incendii, quia incendium reputatur casus fortuitus, ut 7
probat text. *in tit. instit. quib. mod. re contrahit oblig. §.
item is, cui vers. et is quidem ibi si quolibet casu fortuito
amiserit, veluti incendio, et in l. in rebus* 18. *in princip.
ff. commodat.* Roland. *cons.* 95. *num.* 18. *lib.* 2. Rota cor.
Gregor. *decis.* 528. *num.* 1. *et in rec. dec.* 248. *n.* 1. *part.*
5. et ideo non praesumendam evenisse culpa inhabitantium.
Et licet plerumque eorum culpa fieri incendia dicatur in 8
dicta *l.* 3. § 1. *ff. de offic. praef. vig.* tamen opinio, quod
illa dictio *plerumque* importet regulam, non est tuta, nam
eam potius designare regulam esse in contrarium tradunt
Rip. *in l. ex facto num.* 65. *ff. ad Treb.* Barbos. *dict.* 162.
num. 5. et in specie in *dict. l.* 3. § 1. Magon. *decis. Flor.*
111. *num.* 51. *ad med.*
Et quidem incendium potest sex modis intervenire, ut 9
late eos referens tradit Eugen. *cons.* 60. *num.* 40. *et seqq.
lib.* 2. vel saltem tribus, ut dicit, Bald. *cons.* 77. *numero* 4.
lib. 3. primo videlicet vi divina, uti per fulmen, secundo
malitia hominis ignem submittentis, et tertio negligentia, et
culpa inhabitantium, et dum ita clarum est posse evenire
absque ulla culpa inhabitantium, non videtur culpa praesumenda, juxta regulam, quod culpa non praesumitur, quando casus potest sine culpa accidere, de qua in *cap. praeced.
numero* 66.
Et hoc posito, quod incendium praesumi debeat evenisse
absque ulla culpa inhabitantium, clare sequitur, conductorem de eo non teneri, ut in fortioribus, quod etiam si con- 10
ductor expresse promiserit habere ignem innocentem, adhuc
fortuito casu praestante causam incendii, non teneatur est
text. in *l. quis* 10. *§. si colonis ff. locat.*
Sed quando praesumi debeat incendium regulariter eve- 11
nisse culpa inhabitantium, praesumendum est evenire culpa
levissima, ut tradunt Gozzad. *cons.* 63. *numero* 16. Roland.
cons. 95. *num.* 15. *et* 28. *vers.* 4. ubi de communi *lib.* 2.
Gabr. *cons.* 195. *num.* 1. *vers. quorum opinio lib.* 1. Seb.
Med. *de fortuit. casib. part.* 2. *quaest.* 7. *num.* 2. Mascard.
de prob. concl. 467. *num.* 6. *et concl.* 892. *num.* 8. Joseph
Ludov. *decis. Perus.* 25. *num.* 25. ubi de comm. Rauden.
decis. Pisan. 6. *num.* 37. Magon. *dec. Florent.* 111. *n.* 20.
Et levissima in omittendo, non autem in committendo Go- 12
zad. *dict. cons.* 63. *in fine.* Gabr. *cons.* 159. *num.* 2. *et* 3.
lib. 1. Sebast. Medic. *de cas. fortuit. part.* 2. *quaest.* 7. *n.*
3. Mascard. *conclus.* 892. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. cas.*
390. *num.* 10. Joseph Ludovis. *decis. Perus.* 25. *num.* 23.
Magon. *decis. Flor.* 111. *num.* 52. ubi, quod licet aliqui
velint contrarium, tamen eorum opinio non est recepta, *et
num.* 56. Ambrosin. *decis. Perus.* 48. *num.* 33. ubi quod
haec est communis contra Bald.
Nec obstat, quod dicebatur mentionem culpae in *dict. l.*
3. § 1. *ff. de offic. praef. vig.* referendum ad culpam levem,
quia dum alia jura supracitata tribuunt incendium casui fortuito, ut minus, quam fieri potest ab eis discordet *d. l.* 3.
quae illud tribuit culpae inhabitantium, intelligi debet de
dicta culpa levissima, prout mentio culpae intelligi potest,
ut in *l. quaesitum § cum quoque ff. de praecar. et in §.* 13
suspectus il 1. *instit. tit. de suspect. tut.* Decian. *tract. criminal. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 22. Farin. *quaest.* 88. *n.* 14
96. et intelligi debet dum ita fert subjecta materia Bart. *in
l. in venditione §. si quis fructus num.* 8. *ff. de bon. auctor.
jud. possid.* Barbos. *appellat.* 64. *num.* 3.
Et dum incendium praesumitur, vel casu fortuito, vel cul- 15
pa levissima in omittendo evenisse, aperte sequitur, juxta
supra tradita in cap. praecedenti conductorem ad reficienda
ejus damna conveniri non posse, neque actione locati, neque actione legis aquiliae, et signanter tradit Gozadin. *dict.
cons.* 63. *in fin.* et magis communiter teneat alii, ut videre
est penes Roland. *cons.* 95. *numero* 14. *lib.* 2. Malvas. *cons.*
48. *num* 9. *et seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 390. *numero* 9.
Sebast. Medic. *de casib. fortuit. dict. quaest* 7. *numero* 2.
Masc. *conclus.* 467. *num* 7. Rauden. *decis. Pisan.* 6. *num.*
37. *vers. ob quam levissimam* Felic. *de societ. cap.* 21. *n.*
48 Jos. Ludov. *decis. Perus.* 25. *num.* 13. Magon. *decis.
Florent.* 111. *num.* 21. Sard. *decis.* 87. *num.* 7. Rot. coram
Gregor. *decis.* 528. *num.* 1. *et* 2.
Dixi autem constituendam esse regulam, conductorem de
incendio non teneri, sed si locator probet ejus culpa incen- 16
dium evenisse levi in omittendo, vel levissima in committendo, tunc a tali regula recedendum erit, et multo magis si
culpa fuerit lata, nam de his conductor tenetur *l. contractus*

24. *ff. de reg. jur.* Surd. *decis.* 131. *numero* 10. *cum aliis supracit.*

17 Ad convincendam autem culpam, quin, ut dictum est supra, incendium potest pluribus modis evenire, et absque; culpa inhabitantium, probandum erit, ubi, et quomodo ortum habuerit, maxime si plures inhabitent, quia tunc nisi probetur, ubi ortum habuerit, praesumi nequit culpa alicujus Gabr. *cons.* 159. *num.* 8. *lib.* 1.

18 Probanda enim est culpa certi hominis adhoc, ut condemnari possit propter eam ad damna, et interesse Jason. *in leg. si argentariis* §. *praetor ait num.* 31. *post med. ff. de eden.* Anan. *cons.* 71. *numero* 2. *et seqq.* Roland. *cons.* 95. *num.* 9. *lib.* 2. Gabr. *cons.* 159. *numero* 6. *et* 7. *et* 30. *lib.* 1. Gaill. *observat.* 21. *num.* 4. *lib.* 2. Berlic. *concl.* 25. *n.* 84. *lib.* 4. Magon. *dec. Flor.* 111. *num.* 31. *et seq.* Ambros. *dec. Perus.* 48. *num.* 24. ubi de crebriori.

19 Licet quando adesset unus tantum conductor paterfamilias, cessaret dicta necessitas probandi, an ab ipsomet, vel aliquo ex suis familiaribus, et a quo ortum habuerit et satis esset probare culpam inhabitantium in genere, quae ei imputatur Salic. *inter cons. crimin. diversor. in parvis cons.* 31. *num.* 2. *vers. verumtamen lib.* 1. Alex. de Nev. *consil.* 87. *num.* 3. *ad med.* Jason. *in leg. domos* 58. *n.* 10. *vers. sed adverte ff. delegat.* 1. Calcan. *consil.* 40. *ad fin.* Flamin. de Rub. *consil.* 11. *num.* 159. Angel. *de malefic. ver. incendiario numero* 10. Fachin. *controvers.* 87. *versic. respondeo, lib.* 1.

20 Sed si probaretur incendium evenisse culpa famuli, adhuc de ea non tenetur dominus, nisi famulus commisisset culpam in re illa, cui fuerat in specie praepositus Roland. *consil.* 95. *num.* 12. *lib.* 2. Farin. *cons.* 63. *num.* 1. ubi decis. Rotae in Romana incendii num. 4. Malvas. *cons.* 48. *numero* 16. *ad med.* Mascard. *conclus.* 993. *num.* 5. ubi de communi
21 Magon. *decis. Florentin.* 111. *numero* 32. *et* 36. et idem esset de culpa alterius de familia, uti de culpa nurus, nam, quod pro ea non teneatur socer probat Anan. *dict. cons.* 71.
22 *post num* 2. quem refert, et sequitur Magon. *d. num.* 32. et non teneri conductorem de culpa famuli, quem coquinae praeposuerat Ambrosin. *d. decis.* 48. *num.* 25.

23 Quatenus tamen non adsit etiam aliqua culpa domini, nam tunc teneretur Menoch. *cons.* 394. *n.* 19. Cyriac. *contr.* 234. *num.* 5. uti si jussisset aliquid fieri, ex quo ortum fuisset incendium Eugen. *cons.* 60. *num.* 65. *et seqq.* ubi *num.* 68.
24 quod statur arbitrio judicis, quae culpa sufficiat *lib.* 2. ve-
25 luti si elegisset improbos famulos, quia tunc teneretur Malvas. *cons.* 48. *num.* 16. si tamen sint improbi in officio, cui fuerunt praepositi, et non alias, ut probat Rota in Romana
26 incendii penes Farinacci *cons.* 63. *num.* 5. ubi, quod alias dominus non tenetur, etiamsi famulus dolo incendit.

27 Nec culpae patris familias conductoris ascribetur, quod retinuerit in domo pueros, et senes, ac diversae aetatis homines, et mulieres, quia hoc consuetum est penes quoslibet etiam diligentes Bolognin. *in addit. ad* Anan. *cons.* 71. *num.*
28 5. *vers. capio primam*, licet possit etiam dari culpa sufficiens arbitrio judicis in relinquendo adolescentes, non diligentes, ubi versatur periculum ignis Bald. *cons.* 442. *in fin. lib.* 3. Menoch. *de arbitr. cons.* 390. *num.* 17.

29 Ascriberetur tamen culpae conductoris si induceret in domum alias personas, quae alterarent usum ejus, et inde ortum haberet incendium, Gratian. *cons.* 46. *n.* 16. *et seq. lib.* 2. Borgnin. *decis.* 44. *num.* 53. *par.* 1. et exemplum sit, si
30 sublocaverit fabro ferrario apothecam non destinatam, nec aptam ejus exercitio, et in ea fecerit fucinam, ex cujus continuo igne ardenti, ortum sit incendium quia ipse conductor primus, qui ita sublocavit erit in culpa, et tenebitur de incendio, ut late probat Cyriac. *contr.* 234. *n.* 5. *vers. quod autem, et seqq.*

At casu quo in domo sint plures ab uno non inducti, et non appareat quis caussam dederit incendio, itunt facienda
31 sit dicta probatio a qua parte illud ortum habuerit ad convincendam certi hominis culpam, necesse est eam esse concludentem, nam sufficit habilitas, et aptitudo, quod aliunde ortum habere potuerit ad hoc, ut quis condemnari nequeat Gabr. *cons.* 159. *num.* 8. *vers. satis est lib.* 1. sed in hoc
32 statur conjectoria, quibus concurrentibus, non attenditur dicta possibilitas in contrarium, ut declarat Rota cor. Gregor.
33 *dec.* 448. *num.* 4. *post med. vers. non facit*, prout etiam a qua persona processerit probatur indiciis, et conjectoria Bardellon. *cons.* 117. *nu.* 6. Rota cor. Comit. *decis.* 28. *num.* 2. et coram Gregor. *decis.* 427. *num.* 1. et ibi Adden.

Et sumuntur indicia ab iis, quae incendium praecesserunt, 34
et quae in ipso incendio observata sunt, et postea subsecuta, Rot. cor. Comit. *d. decis.* 28. *num.* 4.

Et ubi non agitur criminaliter ad poenam, sed civiliter ad 35
damna, sufficiunt duae conjecturae Flamin. de Rub. *consil.* 11. *num.* 111. *et* 112. Bardellon. *consil.* 117 *num.* 7.

Conjecturamque facit fama Bardellon. *d. cons.* 117. *num.* 36
9. ubi validissimam, Rot. coram Comitul. *decis.* 28. *num.* 8. *et* 9. ubi etiam si ortum habuerit e domo acturi vicini.

Fuga quoque illius, qui incendisse dicitur, conjecturam 37
praebet Bardell. *d. cons.* 117. *n.* 10.

Circa probationem autem partis a qua originem habuerit, 38
attenditur praecipue, ubi ignis primo visus fuerit, quia praesumitur, ibi ortum habuisse Alex. *cons.* 50. *n.* 3. *ad fin. lib.* 1. Flam. de Rub. *cons.* 11. *n.* 163. Gregor. *dec.* 427. *n.* 2. *et dec.* 448. *n.* 1. *et seqq.*

Et quando non probatur a qua persona, sed scitur, ubi 39
ortum habuit, imputatur habitantibus ibi Bardellon. *cons.* 117. *num.* 3. et si visus fuit ignis ab initio in parte domus
non habitatae, cessat omnis culpa, et praesumptio contra habi- 40
tantes, et praesumitur potius casus mere fortuitus, et ictus fulguris, ut firmavit Bursatt. *cons.* 59. *numero* 20. *et seq.* quem sequitur Magon. *decis. Flor.* 111. *num.* 49.

Poteritque dicta probatio fieri sine dubio per testes, qua- 41
tenus tamen non sint interessati, aut alias deponentes ad sui
exonerationem, quia tunc non est adhibenda eis fides Calcan. 42
cons. 66. *n.* 13. post princip. possunt tamen, qui non probant concludenter, praebere indicium, prout de deponenti-
bus de credulitate Gregor. *decis.* 427. *num.* 5. in hoc enim 43
quanta fides adhibenda sit testibus, standum arbitrio judicis, Calcan. *dict. cons.* 66. *num.* 14.

Poterit etiam conductor adversus indicia contra se allata, 44
alia indicia contraria apponere. Magon. *d. decis.* 111. *num.* 27. puta, quod etiam res suae fuerint combustae, inde enim arguitur, quod non ita neglexerit, ut voluerit sua comburi
Bursat. *cons.* 59. *num.* 20. et hinc non teneri dominum pro 45
famulo, cujus culpa incendium ortum habuerit comprobavit Ambros. *decis. Perus.* 48. *num.* 27. *vers. necnon.*

At licet inde sumatur indicium ejus diligentiae tamen si 46
convincatur negligens, non propterea poterit excusari, ex eo quod neglexerit etiam res suas, quia quoad res suas potest facere quod vult, at in re conducta tenetur facere, quod fecisset alius diligens prout eadem ratione, nec excusatur, ex quo id quod fecit ipse in re conducta, fecerit etiam locator
in domo propria, ut animadvertit Rot. coram Gregor. *decis.* 47
528. *num.* 16. post Bald. *cons.* 148. *in fin. lib.* 2. *et cons. seq. in princ.*

Prout cessabit praesumptio negligentiae, si probabit con- 48
ductor se diligentem in rebus suis, et alienis; et maxime in spectantibus ad usum domus Cepol. *cons. crim.* 69. *num.* 5. Gramat. *decis.* 3. *num.* 13. et ibi Danza *num.* 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 390. *num.* 18. Joseph. Ludov. *decis. Perus.* 25. *num.* 21. Magon. *decis. Florent.* 111. *num.* 27. *et seqq.*

Sed quando adessent indicia contraria respectu ipsius in- 49
cendii, tunc ista probatio diligentiae in genere non sufficeret, sed probari deberet ad ea repellenda diligentia in specie circa custodiam ignis, et de tempore incendii, ut declarat Alex. de Nev. *cons.* 87. *num.* 7. quem sequitur Farin. *dicta quaest.* 110. *n.* 85. et in simili Cyriac. *contr.* 229. *n.* 23.

Seclusis autem aliis probationibus culpae ex eo solo, quod 50
incendium ortum habuerit ab igne per conductorem domi retentum, non convincitur ejus culpa, quia ignem retinere in domo licitum est Roland. *consil.* 95. *numero* 16. *lib.* 2.
quatenus tamen non sit immoderatus, quod tribus modis 51
contingere potest, scilicet re, loco, et tempore Anan. *cons.* 71. *num.* 2. Magon. *decis. Flor.* 111. *num.* 37. et 38. ubi ipsos tres modos bene explicat Ambros. *dec. Perus.* 48. *num.* 22. quatenus enim sit immoderatus, et propterea causet incendium, de eo tenebitur conductor, quia est culpa in committendo, ut post Salic. *in l. quae fortuitis n.* 7. *vers. circa quod attende c. de pign. act.* et post alios advertit Magon. *d. decis. Flor.* 111. *num.* 37.

Si tamen factus fuerit ignis major solito ex justa causa, 52
puta nuptiarum, et per eum incalescant arculae, et trabem accendant excusatur conductor, ex traditis per Gabr. *consil.* 159. *num.* 24. *et* 29. *lib.* 1.

Sic retinere in domo res faciliores ad comburendum, pu- 53
ta foenum, non est culpa, ex qua resultet, ut conductor teneatur de incendio Alex. de Nev. *cons.* 88. *n.* 7. Farin. *in prax. quaest.* 110. *n.* 60. Adden. ad Gregor. *dec.* 528. *n.* 17.

54 Quatenus tamen expresse non fuerit conventum de aliquo re non retinenda, et contra conventionem illa fuerit retento, et causaverit incendium, quia tunc culpa esset clara, ut teneretur conductor, ut de conventione non retinendi fuerit est text. *in l. videamus* 12. *§. fin. ff locat.* et tradunt Mascard. *de prob. concl.* 892. *num.* 13. Fariu. *dict. quaest.* 110. *num.* 59.

55 Sic, ubi adesset pactum expressum, quod conductor ignem non retineret, si retinuit, tenebitur de incendio ab eo causato, quamvis ex casu mere fortuito, ut est text. express. *in l. videamus* 12. *§. si hoc ff. locat.*

56 Non tamen idem est, si pactum sit retinendi ignem innocentem, etenim pacto isto stante, non tenetur conductor de incendio ex casu mere fortuito, ut habetur *in eodem §. si hoc.*

57 Sic, ubi locator protestatus fuisset, vel conductorem admonuisset, ne aliquid faceret, et ipse protestatione, et admonitione spreta illud fecisset, et inde ortum esset incendium, clara esset ejus culpa, et teneretur, ut probat Eugen. *cons.* 60. *n.* 32. *et seqq. lib.* 2. et de conductore furni retinente super eum fascinas adversus protestationem locatoris Thor. *in comp. decis. p.* 3. *ver. incendium successum fol.* 546. et talis protestatio, seu admonitio praecedens probari etiam posset testibus singularibus Eugen. *cons.* 60. *numero* 52. *vers. nec ista culpa lib.* 2.

58 Erit etiam in culpa conductor si res facilis ad comburendum, fuerit ab eo retenta prope ignem Bolognin. in addit.
59 ad Anan. *cons.* 71. *num.* 5. *ad fin.* prout e contra si ignis ipse factus fuisset prope rem aptam ad comburendum, aut appensa lucerna accensa prope lignum, aut stuppam, quia dici culpam in committendo probat Eugen. *cons.* 60. *num.* 56. *et seqq. lib.* 2. et de quotidiana delatione ignis per scalam ligneam recondentem sub se carbonem Bardellon. *cons.* 117. *n.* 19. et de retentione ignis, ubi tabulatum sit remotum, et sub eo sint stipulae, et foenum Surd. *decis.* 198. *n.* 12. *vers. quarto fuit.*

60 Non tamen reputabitur sufficiens culpa sola incauta omissio lucernae accensae prope cubile, ut tradunt Anan. *cons.* 71. *num.* 3. *vers. praeterea* Jason. *cons.* 116. *n.* 1. *vers. et licet aliqui lib.* 1. Gabriel. *cons.* 159. *num.* 34. *ante med. lib.* 1.

61 Erit bene culpa sufficiens adhoc, ut quis teneatur ad damna, si incenderit caudam canis, qui aufugiendo causaverit incendium domos, nisi esset infans furiosus, aut similis, qui incendidit, ut post Soccin. tradit Farinacc. *quaest.* 110. *n.* 77. Danza ad Grammat. *decis.* 3. *num.* 18.

62 Si vero, ut saepe contigit, incendium causatum fuerit vi ventorum, si scilicet per casum ventorum, ignis plus solito exarsit, et incendium causavit, non erit imputandum culpae conductoris, sed ipsi casui, secundum Bald. *in cons.* 442. *n.* 2. *ad med. lib.* 3. Magon. *decis. Flor.* 111. *num.* 50. quod
63 tamen procedit, si ventus flare coepit post ignem mora solito, aut alias absque ulla culpa accensum, secus autem si conductor ignem vento jam orto exposuerit, quia tunc hoc ejus culpae ascribetur Joseph Ludov. *decis. Perus.* 25. num. 21. Rota in Rom. incendii *post primum vol. cons. Farinac. decis.* 19.

De operis locati vitio, et periculo, et cujus damno cedat.

SUMMARIUM.

1. Operis periculum casu fortuito eveniens spectat ad dominum, secus autem si dolo, aut culpa conductoris, et num. 9.
2. Decl. procedere in locatione operis, non autem in locatione operarum.
3. Amplia etiamsi operae locatae, sint ad faciendum opus.
4. Et non attenditur an solutio mercedis fuerit destinata unica vice, vel diurna, sed solum an operarius susceperit opus in se.
5. Nec dicitur suscepisse opus adhuc effectum et suscepit illud facere, juxta modellum cum pacto quod alias expelli posset.
6. Decl. 2. non procedere in illis operibus quae propter eorum excellentiam non locantur.
7. Operis conductor tenetur de omni periculo ejusdem operis vitio accidente.
8. Opus conducens implicite promittit diligentiam, ac se sufficienter peritum asserit.
9. Operis periculum vitio soli eveniens cedit domino damnum.
10. Secus si adsit pactum contrarium.
11. Imperitia culpae ascribitur conductori operis.
12. Declar. non propterea esse necessariam perfectam scientiam.
13. Opus non potest dici vitiosum ex eo, quod non sit ad artis excellentiam.
14. Opus ut non possit dici vitiosum sufficit tanti valere quanti fuit pro mercede promissum.
15. Operis conductor non tenetur praestare diligentiam exactissimam.
16. Superlativum ponitur pro positivo.
17. Limita, ubi opus requirit diligentiam exactissimam.
18. Limita 2. si conventum quod opus approbari, seu mensurari debeat.
19. Conventio quod opus approbari, vel mensurari debeat operator omne periculum pertinere ad conductorem, excepto casu fortuito.
20. Et semper usquequo fuerit opus mensuratum, vel approbatum.
21. Hoc tamen non procedit si locator erat in mora mensurandi vel approbandi.
22. Et periculum casu fortuito accidens ante approbationem non spectabat ad dominum si opus erat tale, ut approbari non posset.
23. Operis periculum, ubi pertinet ad conductorem intelligitur si evenit tam opere perfecto, quam antea.
24. Actio redhibitoria, quo habet locum in locatione operis.
25. Operis conductor si opus sit vitiosum tenetur illud emendare, alias tenetur ad omnia damna.
26. Sutores facientes vestes defectuosas tenentur restituere earum valorem.
27. Statutum, quod recipiens opus ab artifice non possit post aliquod tempus reclamare, non procedit si artifex blandis verbis acquiescat recipientem.
28. Caput magister tenetur etiam de culpa aliorum, quorum opera usus est.
29. Artifices si plures simul opus fecerunt tenentur aequaliter de vitio.
30. Vestimentis fulloni datis ad poliendum furto subtractis, tenetur fullo ad omnia damna.

CAPUT XXXI.

Quamvis ea quae dicta sunt in duobus praecedentibus capitulis de periculo rei locatae, ut plurimum applicari possint etiam periculo operis, ut ibidem etiam in aliquibus tactum est, adhuc non inutile reputavi hic specialiter de isto aliquid loqui ad majorem dilucidationem dubiorum, quae circa illud oriri possunt, sicut igitur de rei periculo dictum est, quod si eveniat casu, seu ut dicitur, vi majore, cui resisti non potest, spectat ad locatorem rei dominum, si autem culpa conductoris eveniat ad ipsum pertineat *in cap.* 29. *n.* 41. *et in cap.* 30.
num. 6. *et* 10. ac fere per tot. ita dicendum est de periculo 1
operis ut est text. in *l. marit.* 61. *et ibi gloss. in princ. et Bart. ac alii ff. locat.*

Recordari autem oportet, quod locatio operis, differt a locatione operarum, quia in ista operarius est locator, cum praestet operas suas arbitrio conductoris, in locatione vero operis, operarius est conductor, quia opus faciendum a loca-
tore recipit, et in eo arbitrio suo operatur, ut explicatum 2
est in cap. 1. et in prima, nempe in locatione operarum, non applicatur quaestio haec de operis periculo, quia opus non venit in locatione, et operarius de eo nullam curam suscipit, sed solum operas suas praestat, quas proinde si praestare neglexerit; vel non potuerit, potest conductor petere remissionem mercedis pro eis promissae, juxta late dicenda in cap. 50. et nullo modo agendum de opere non locatio nec aliter in contractum deducto Paris. *cons.* 37. *num.* 13. *in fin. lib.* 1. Viscont. *in suis conclusionib. verb. locator* D.
Laufranc. Zach. *de salar. quaest.* 55. *num.* 11. licet operae 3
sint conductae ad faciendum aliquod opus, quia dum opus non fit arbitrio operarii, sed domini, iste potest singulo die operarios, et opus ipsum reprobare, et corrigere, ac proinde dum non reprobat censetur approbare, et sibi imputare debet omne vitium ejusdem operis, et pati omne periculum Ubald. *de duob. fratrib. part.* 8. *numero* 38. *vers. die aut constructor* Cost. *de ratione ratae quaest.* 127. *numero* 7. Novar. *de gravamin. vassallor. part.* 3. *gravam.* 28. *n.* 11. D. Laufranc. Zach. *dict. quaest.* 55. *num.* 12.

At animadvertendum est non attendi ad hoc constitutio- 4
nem mercedis, at ejus solutionis destinationem si facienda sit unica vice, vel qualibet die, sed solum an operarius opus in se susceperit, et an arbitrio suo, vel potius domini illud efficiendum esset, ut est text. *in l. ea lege* 53. *ad fin. ff locat.* cujus verba praecisa sunt *non enim quidquam interest utrum uno pretio opus, an in singulas operas certa pecunia locaretur, si modo universitas consummationis ad conductorem pertinuit, poterit itaque ex locato cum eo agi, qui vitiosum opus fecerit, nisi ideo in operas singulas merces constituta erit, ut arbitrio domini opus efficeretur, tunc enim nihil conductor praestare domino de bonitate operis videtur.*

Et ex praefatis verbis legis aperte etiam deducitur, nec 5
sufficere operarium suscipere opus faciendum, nisi simul consummatio ejusdem operis ad ipsum pertineat. onde in casu, quo faber susceperat construere domum, ac sese obligaverat eam aedificare juxta modellum, ac ordinem praescribendum ab architecto cum pacto, quod in eventu in quem deficeret in fabricando modis, et forma permissis, dominus illum expel-

lem valeret, ac aliorum opera uti, et opus perficere, licet do-
mos fuerit vitiosa non propterea condemnandum esse fabrum
ad damna dum non probabatur eum transgressum fuisse or-
dinem, et expulsum, fuit in sacra rota decisum in una roma-
na fabricae 16. mart. 1597. cor. Pamphilio.

6 Sic quoqon non applicatur quaestio haec in nis operibus
quae propter eorum excellentiam in contractum locationis,
et conductionis, non deducitur, sed praestantur in gratiam
requirentis tantum, et si quid earum occasione recipitur,
non est merces, sed honorarium, quia in his cessat ratio,
quae consideratur in conductore, ut sibi ipsi imputare debet,
qui minus idoneum elegit, ut est text. *in l. 1. ff. si men-
sor. fals. mod. dixer.* qui licet loquatur tantum de agri-
mensore, tamen procedit etiam in aliis, in quibus eadem, vel
major ratio militat, justa tradita in *cap* 15. *n.* 68. *et seqq.*

7 In terminis autem locati, et conducti operis es eo, quod di-
ctum est conductorem teneri de periculo proveniente culpa
sua, videtur posse deduci regulam, quod ubicumque peri-
culum contingat ex vitio operis, ipse conductor teneatur,
quia opus non potest esse vitiosum, nisi malitia, aut saltem
negligentia, vel imperitia operarii interveniente, et sic sem-
8 per intervenit culpa ejusdem, quia conducens opus pro cer-
ta mercede, implicite promittit adhibere diligentiam necessa-
riam circa illud, necnon etiam implicite asserit se sufficienter
peritum, unde dum in aliquo ex his deficit, remanet dece-
ptus locator ejus culpa, ut explicant Castren. *in l. si merces*
28. *§. qui columnam ff. locat.* Aretin. *in §. fin. num.* 3. *in-
stit. eodem tit.* Cagnol. *in l. contractus num.* 45. *ff. de reg.
jur.* Caroc. *de locat. tit. de culpa quaest.* 2. *num.* 9. Bor-
9 guin. *decis.* 26. *num.* 15. *par.* 1. Quod secus est si periculum
accidat vitio soli, vel alterius rei, in qua opus factum sit, aut
alio casu mero fortuito, quia tunc periculum spectat ad do-
minum, ut est text. *in l. fin. versic imo si soli ff. locat.* cum
concordantibus ibi relatis *per glos. in verbo operis vitio.*
10 Nisi forte aliud actum esset inter contrahentes, quia tunc illud
attenditur, ut habetur *in l. fin. in princ. ff. ad l. Rhod. de
jact. et in l. item quaeritur §. si gemma ff. locat.* maxime
cum vix dari possit, ut conductor operis periculum in se
suscipiens, non sit in aliqua culpa periculi evenientis, licet
etiam vitio rei eveniat, ut dictum est *in cap.* 29. *num.* 53.

11 Et quidem nulli dubium conductori operis etiam solam
imperitiam culpae ascribi, sunt enim text. clari *in l. si quis
fundum* 10. *§. Celsus ff. locat.* et *§. imperitia inst. tit. ad l.
12 aquiliam.* At non propterea necessaria est scientia perfecta,
et summa, sed sufficit conductorem esse talem, quales vulgo pe-
riti dicuntur, ut habetur *in l. sciendum tamen* 19. *§. illud
sciendum ff. de aedilit. edict.* unde infertur vitiosum non
13 posse dici opus ex eo, quod non sit omnino perfectum, omni-
busque numeris absolutum ad artis excellentiam, sed sufficit
esse tale, prout vulgaribus peritis fieri solet, ut notatur in eo-
dem *§. illud sciendum*, prout etiam sufficit tanti valere,
14 quantum fuit pro mercede promissum Oost. *de controct.
disput.* 10. *sect. septima num.* 281. Dom. Lanfranc. Zacch.
de salar. quaest. 55. *num.* 13.

15 Sic et quoad diligentiam, quam dictum est censeri impli-
cite promissam in conductione operis, non opus est condu-
ctorem eam praestare exactissimam, quam diligentissimus
praestitisset, quia hujus defectus est tantum culpa levissima,
ut dictum est in *cap.* 29 *numero* 57 de qua conductor non
teneatur ut *in eodem cap. num.* 42.

Neque obstat, quod imo in his terminis contrarium viden-
tur dicendum per text. *in l. si merces* 28. *§. qui columnam
ff. locat.* dum ibi explicatur culpa conductoris operis his
verbis *culpa autem abest si omnia facta sunt, quae diligen-
16 tissimus quisque observaturus fuisset.* Etenim superlativum
illud *diligentissimus* ponitur ibi pro positivo, et intelligitur,
idest, diligens, ut explicat ibi gloss. et tradunt Grat. *cons.*
9. *num* 53. *lib.* 2. Honded. *cons.* 90. *num.* 35. *et* 36. *lib.* 2.
Valenzuel. *cons.* 173. *n.* 24. et plene Rot. cor. Bichio *dec.*
646. *nu.* 9. ubi etiam de communiori opinione testatur, et
in terminis locationis rei, eodem superlativo utitur etiam *text.
in §. qui pro usu instit. tit. de locat. et cond.* et ibi pariter
accipitur pro positivo, juxta gloss. *in eodem ver. diligentis-
simus*, et alios. ac signanter Pichard. *ibid. num.* 4. *et* 5. et
dictum est in *d. cap.* 29. *num.* 61.

17 Limitatur tamen conclusio ista, ut non procedat, ubi opus
locatum diligentiam exactissimam requirerat, quia tunc de ea
intelligi debet dicta praesumpta promissio, in conductione
operis existens, et praefata verba *l. in d. §. qui columnam*
accipienda sunt in proprio significatu, etiam quoad illud
superlativum diligentissimus, ut ex Porc. et Pichar. *in d. §.
qui pro usu instit. tit. de locat. et conduct. n.* 4. dictum est
in cap. 29. *n.* 62.

Prout etiam secundo loco limitetur d. conclusio, ubi in 18
locatione operis fuerit conventum, quod approbari, vel
mensurari deberet, tunc enim omne periculum ante approbationem,
seu mensurationem accidens in opere, cedit damno
operarii conductoris, excepto tantum periculo vi majore, id-
est esso mere fortuito, cui nullo modo, nec a diligentissimis
provideri, nec a fortissimis resisti potest, contingente *l. opus* 19
39. *vers. si tamen ff. loc.* et sic etiam si acciderit culpa le-
vissima, et adhoc proficit dicta pactio, ut docet *glos. ibi in
ver. conductoris*, et tradunt Costa *de ratione ratae q.* 127.
n. 8. Novar. *de grav. Vassall. par.* 3. *grav.* 28. *num.* 12.

Et semper spectat in dicto casu periculum ad conductorem, 20
usque quo opus fuerit approbatum, vel mensuratum *dicta l.
opus* 39. *in princ. et l. fin. juncta gloss. in ver. probares
ff. locat.*

At hoc non procedit si per locatorem stetisset quominus 21
approbaretur, vel mensuraretur, quia tunc a die quo fuerit
constitutus in mora, periculum ad eum pertinebit, prout ha-
betur in eadem *l. opus.*

Id vero, quod dictum est periculum operis vi majore ac- 22
cidens ante approbationem ad locatorem pertinere, declaratur,
ut procedat si opus esset talis qualitatis, ut approbari potuis-
set, alias enim si fuisset tale, ut non potuisset approbari pe-
riculum quomodocumque, et quandocumque accidens, sem-
per ad conductorem pertinere debebit *l. si prius* 40. *ff. locat.*
Cost. *de ratione rat. q.* 127. *n.* 9. Novar. *de grav. vassall.
grav.* 28. *ad fin. p.* 3. etiamsi opus ruat, non vitio operis,
sed casu fortuito, ut post Castr. *in d. l. opus col.* 2. *ver.
interdum contingit.* late probat Paris. *cons.* 37. *n.* 9. *et seq.
lib.* 1.

Et ubi periculum operis pertinet ad conductorem, id pro- 23
cedit non solum si periculum accidat opere jam perfecto, sed
etiam ante, si eveniat in parte ejus tantum facta *l. maritus*
61. *ff. locat.*

Non tamen poterit is, qui locavit opus propter ejus vitium
petere rescissionem contractus actione redhibitoria per aedi-
litium edictum concessa, quia talis actio non habet locum in 24
isto contractu locationis, et conductionis ut est text. *in l. sciendum
est* 63. *ff. de aedilit. edict.* et in terminis locationis
operis tradit D. Lanfr. Zacch. *de salar. quaest.* 55. *n.* 14.
et dicam aliquid latius alibi.

At tenebitur conductor vitium illud reparare, et emenda- 25
re, et quatenus emendari omnino non valeat, tunc conde-
mnari poterit ad omnia damna locatori reficienda, ut probat
Paris. *cons.* 37. *n.* 5. *et seq. lib.* 1. et aliis adductis Grass.
de effect. cleric. in praelud. num. 122. D. Lanfranc. *dict.
quaest.* 55. *num.* 12. ubi, et quod neque salarium praeten-
dere poterit.

Et hoc saepe accidit in praxi, ut suscipiens facere opus,
illud sive per imperitiam, sive per negligentiam faciat vitio-
sum, et condemnetur propterea ad omnia damna, ut de su- 26
toribus facientibus vestes defectuosas condemnatis reficere
damna dominis, nempe restituere earum valorem, testantur
Benintend. *decis.* 9. Borgnin. *decis.* 26. *part.* 1. et Giurb.
observ. 9.

Et quoniam aliquibus in locis adest constitutio quod reci-
pientes opus non possit post aliquod tempus reclamare, et
artifices blandis verbis inducunt dominos opera recipere, 27
quamvis vitiosa, asserentes, quod vitium infra paucos dies
non apparebit amplius, et interim transit tempus constitu-
tionis, seu statuti, talis artificum ars non suffragatur, si do-
minus ab initio conquestus est, quia inde constituuntur in
mala fide, quae impedit praescriptionem statutariam, ut pro-
bat Benintend. *d. dec.* 9. *n.* 2. *et seq.* et Giurb. *d. observ.*
9. *num.* 10. *vers. nec lapsus temporis et sequ.*

At ubi agitur de opere de cujus vitio teneantur operarii
si opus vitiosum sit, in quo plures operarii adhibiti fuerint,
et quaeratur quis de vitio operis teneatur, quatenus adsit a-
liquis capomagister, qui alios ad opus posuerit, clarum est 28
illum solum teneri, etiam de culpa aliorum, quos ipse po-
suit *l. si merces* 28. *§. qui columnam*, et ibi Bald. et Ca-
stren. *ff. locat.* si vero non adsit talis capomagister, tunc si
omnes operarii erant aeque periti, et aeque principales in
opere, omnes pro rata tenebuntur, si vero erant aliqui tan-
tum, qui peritos se dixeruet, et opus facere susceperunt, tunc 29
isti soli tenebuntur, licet etiam aliqui alii fuerint tamquam
coadjutores dietim conducti, Cost. *de ratione rat. quaest.*

127. *num.* 7. Novar. *de gravam. vassall. grav.* 28. *num.* 11.
30 *part.* 3.

Potest etiam evenire periculum in re, in qua operae erant faciendae penes conductorem existente, puta si vestimenta a fullone polienda fuerint furto subtracta, et hoc casu dominus agere debet contra furem sumptibus fullonis, at si agere non potest contra furem, aget contra ipsum fullonem cessis ei actionibus contra furem, unde semper tenetur fullo ad omnia damna *l. cum in plures* 62. §. *vestimenta ff. locat.*

De sublocatione, et assumptione socii in conductione.

SUMMARIUM.

1. Conductor potest alteri sublocare.
2. Ampl. procedere non solum in conductore rei, sed etiam in conductore personae, seu personarum.
3. Lim. si aliter fuit conventum inter partes.
4. Stante pacto de non sublocando, sine consensu domini non potest dominus sine causa consensum denegare.
5. Et si deneget supplet judex compellendo consentire, vel declarando consensum haberi pro praestito.
6. Decl. procedere ubi sublocatio est de jure, vel consuetudine permissa.
7. Alias si sublocatio sit de jure prohibita, itaut facultas necessario deduci debeat ex pacto, tunc dominus tenetur consentire tantum si pactum sit affirmativum, vel per duplicem negativam conceptum.
8. Decl. 2. ut non teneatur dominus consentire ubi adest justa causa denegandi consensum, uti si ejus jus efficiatur deterior.
9. Lim. secunda ut possit sublocari ad breve tempus tantum.
10. Decl. ut conductor sublocans ad longum tempus non cadat a jure suo.
11. Secus in emphyteuta.
12. Feudatarii licet non possint de jure sublocare ad longum tempus, tamen, de consuetudine conceduntur in emphyteusim, et excusantur a caducitate.
13. Lim. 3. ut possit sublocare tantum personae aeque idoneae.
14. Lim. 4. ut non possit fieri sublocatio, nisi ad eumdem usum.
15. Declara procedere tam in sublocatione rei, quam in sublocatione personae.
16. Decl. 2. ut qui dicit sublocationem factam ad alium usum vel esse praejudicialem probare debeat.
17. Limi 5. ut facultas sublocandi non prosit uni ex pluribus qui simul conduxerunt.
18. Declar. non procedere si aliis conductoribus nihil intersit.
19. Lim. 6. ut facultas sublocandi competat ipsi conductori, non autem alteri interesse habenti, uti fidejussori.
20. Conductor potest sibi assumere socium in conductione, tam ante, quam post contractum.
21. Et potest unus ex conductoribus assumere sibi socium in parte sua, qui non sit socius aliorum.
22. Et ista assumptio in socium non est proprie sublocatio.
23. Ista assumptio in socium non transit ad haeredes, sublocatio vero transit.
24. Amplia ut neque transeat, in locatione vectigalium.
25. Decl. ut licet non transeat ad haeredes, tamen debeant haeredes participare de lucris provenientibus ex antea gestis.
26. Intellige declarationem, ut haeredes socii locationis existentes de tempore contractus, possit praetendere omne lucrum ipsius locationis, secus autem haeredes socii postea admissi.
27. Pactum de non sublocando non impedit conductori socium sibi assumere
28. Sublocatio fit per modum locationis, ac etiam per modum substitutionis in locum suum.
29. Jura conductionis cedi possunt, et cessionarius efficitur conductor.
30. Decl. non effici conductorem cessionarium, si facta simplex cessio participationis lucrorum.
31. Sublocare potest conductor nedum totam rem, sed etiam partem.
32. Lim. si pars sit de illis rebus quae non possunt locari nisi cum universitate bonorum.
33. Locator potest sublocare partem uni, et partem alteri.
34. Decl. procedere ubi locatio est de jure permissa, secus si fiat ex licentia a domino concessa.
35. Licentia sublocandi si fit ex mera gratia debet stricte interpretari, secus si necessario concessa.
36. Sublocare, et socium assumere potest conductor, etiam inscio locatore
37. Declar. procedere si conductor non praetendat se liberatum.
38. Decl. ut deficiente consensu domini, subconductor, vel in socium assumptus, non est conductor.
39. Ampl. declarationem procedere tam ad sui praejudicium quam etiam domini.
40. Statutum de conductore, non procedit in subconductore.
41. Ampl. etiamsi statutum loquatur de conductoribus qui contractui non intervenerint.
42. Statutum loquens de locatore non procedit in conductore.
43. Contrarium si sit favorabile, et late interpretandum vel appareat aliter sensisse statuentes.
44. Subconductoris bona non obligantur primo locatori.
45. Lim. quo ad invecta, et illata, in fundum.
46. Decl. limitationem intelligi tantum pro illa rate pro qua se obligavit ad favorem primi conductoris.
47. Ampl. ut si in nihilo se obligaverit cesset omnino hypotheca invectorum.
48. Intellige ut non sint obligata pro pensionibus, secus pro deterioratione.
49. Statutum quod sub conductores teneantur dominis, intelligitur pro rata temporis, et fructuum perceptorum.
50. Subconductor tenetur in subsidium domino, si primus conductor solvendo non sit.
51. Et dominus qui ita eum pulsat tenetur praestare cautionem de liberando eum, a molestationibus primi conductoris.
52. Subconductor obligatus primo conductori conveniri poterit a locatore si primus conductor ei obligaverit omnia jura praesentia, et futura.
53. Et si utraque obligatio esset executiva possit conveniri executive.
54. Dominus, ut possit convenire subconductorem debet praestare consensum sublocationi.
55. Ampl. sufficere consensum praestitum ab initio.
56. Et sufficit etiam locatio facta pro se, et suis, nisi possit intelligi de praesentibus tantum.
57. Subconductor liberatur solvendo primo conductori etiamsi anticipate solvat.
58. Lim. si promiserit solvere domino, vel habeat sequestrum.
59. Ampl. ut non sufficiat dominum consensisse sublocationi.
60. Dominus consentiendo sublocationi, non liberat primum conductorem.
61. Ampl. etiamsi coeperit exigere a subconductore.
62. Ampl. 2. ut non sufficiat primo conductori cedere domino omnes actiones contra secundum.
63. Decl. procedere in simplici sublocatione, secus si conductor cum consensu domini omnia sua jura cesserit alteri, vel alium posuerit in locum suum.
64. Emphyteusi ad certam lineam concessa, si emphyteuta vendiderit, vel alium suo loco posuerit de consensu domini non attenditur amplius ejus linea, sed acquirentis.
65. Ampl. non solum si processerit per viam conductionis, sed etiam per viam sublocationis.

CAPUT XXXII.

Regula juris generalis, et clara est, conductorem posse
alteri rem sublocare, dicit enim imperator *in l. nemo* 6. *c.* 1
locat. nemo prohibetur, rem, quam conduxit fruendam,
alii locare, et licet textus iste loquatur de conductore rei 2
tantum, tamen regula procedit etiam in conductore personae,
seu operarum, ut possit eas sublocare, glos. *in l.* 3. *vers. et*
si liber homo, ff. de usufr. legat. Gratian. *disceptat.* 185.
num. 38. D. Lanfranc. Zacch. *de salar. q.* 40. *num.* 2.

Verum haec regula, prout aliae, patitur suas limitationes, 3
quarum una habetur expressa *d. l. nemo*, ut non procedat, si
aliter fuerit conventum inter partes.

At si adsit pactum de non sublocando sine consensu do- 4
mini, non poterit dominus sine causa consensum denegare,
ut dixit Rot. *in decis.* 565. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* et si eum
deneget, supplebit judex, quia dum sublocatio est permissa
a jure, et nullum ex ea potest domino inferri praejudicium, 5
intrat regula, quod tibi non nocet, et alteri prodest, dene-
gari non debet, at si denegetur fit injuria, et judex potest
eum compellere, vel supplere declarando consensum haberi
pro praestito Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 8. *num.* 11.
Rot. *decis.* 280. *num.* 4 *part.* 1. *recent.* Mantic. *decis.* 238.
num. 9.

Et his duobus concurrentibus, quod agatur de sublocatio- 6
ne secundum dispositionem juris, et naturam contractus o-
mnino permissa, et quod nullum ex ea inferri possit praeju-
dicium domino, tenebitur dominus consentire quocumque
modo conceptum sit pactum, videlicet, sive affirmative, sive
negative, ex quo non indiget conductor deducere facultatem
alienandi ex pacto quocumque modo cesset ista necessitas,
nempe, sive ex quo permittatur de jure secluso pacto, sive
de consuetudine, sive etiam ex natura, et qualitate contra-
ctus, ex quo scilicet sit concessio libera, talem facultatem
sublocandi aperte de se continens, juxta late tradita per
Surd. *consil.* 382. *n.* 7. *et decis.* 220. *n.* 49. *et seqq.* Franc.
de Pont. *cons.* 2. *num.* 1. *et seqq. num.* 11. et alios plene
cumulatos in Romana, seu Albanen. Vineae 20. junii 1670.
§. *verum hujusmodi objecto, et seq.* coram R. D. Albergato,
quae est post Torr. *de pact. futur. success. decis.* 81.

At si agatur de sublocatione de jure prohibita, et cui non 7
assistat consuetudo, nec qualitas contractus, tunc quia neces-
se habet conductor deducere facultatem alienandi cum con-
sensu ex pacto, tunc omnino attendi debet forma pacti, et
inspici, an sit conceptum affirmative, videlicet, quod possit
cum consensu, vel etiam cum duplici negativa, videlicet non
possit nisi cum consensu, nam talis duplex negativa resolvi-
tur in affirmativam, quod cum ro possit, ut tradit Gratian.
disc. 416. *num.* 4. et Rota coram eminentiss. Otthobono *de-*
cis. 265. *num.* 50. *et seqq.* alias autem si conceptum omnino
negative, quod non possit absque consensu, tunc non potest
ex eo deduci facultas alienandi, et dum conductor aliunde
eam non habet, nullam facit ei locator injuriam consensum
denegando, et sic suppleri non potest a judice Mancin. *dec.*
2. *n.* 40. et late Rot. coram Bichio *decis.* 483. *n.* 17. *et seqq.*

8 Sicut etiam juste denegatur, et a judice suppleri nequit, et si suppleat de facto nihil agit, ubi adest justa causa eam denegandi, prout adesse dicitur, ubi jus domini efficitur deterius per introductionem alterius coloni, vel inquilini Jas. *in l. fin. num.* 92. *et seqq. c. de jur. emphyt.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 134. Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 22. *tit.* 28. *n.* 2. *et* 3. et his aliisque adductis Rot. coram Merlino *dec.* 356. *numero* 5.

9 Altera limitatio est, ut facultas sublocandi procedat in sublocatione ad modicum tempus, nam si fieret ad longum tempus, esset alienatio, quam conductor etiam si sit ad longum tempus, facere valide nequit *l.* 2. *c. de rei dom. vel temp.* Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 2. *n.* 56. *in fin.* Grat. *discept.* 378. *num.* 31. et de emphyteuta, quod non possit locare ad longum tempus, Ales. *cons.* 165. *n.* 2. *lib.* 2. *et consil.* 119. *num.* 7. *lib.* 3. Jas. *in l. fin. num.* 112. *c. de jur. emphyt.* et in specie *de dict. l. nemo.* quod restringatur ad sublocationem modici temporis, per quam nec utile dominium, nec possessio transfertur Caldas. *de jur. emph. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 39. et de feudatario, quod possit sine dubio locare ad modicum tempus, secus autem ad longum sine consensu domini tradit Clar. *in §. feudum quaest.* 33. *num.* 1.

10 Verum licet conductor non valeat facere hanc sublocationem ad longum tempus, non propterea si eam faciat, praetendi poteat, quod incurrat caducitatem, prout esse magis communem opinionem relatis etiam contrariis dixi *cap.* 3. *num.*
11 50. licet secus sit in emphyteuta, ut ibi, et tradit etiam Corhul. *de cons. priv. ab alienat. amplint.* 48. num. 1. et idem est in feudatario licet de consuetudine generali soleant feu-
12 datarii concedere prata, et alias terras incultas in emphyteusim absque consensu domini, et per ipsam consuetudinem exensetur a caducitate, ut post alios tradit Clar. *in d. quaest.* 33. *num.* 4.

13 Limitatur etiam praefata potestas sublocandi, ut procedat quatenus fiat aeque idoneo, ut tradit gloss. *in d. l. nemo c. locat.* et ibid. Bald. et alii communiter, ut per Carocc. *tit. de sublocat. quaest.* 1. *num.* 4. quamvis enim primus conductor. licet sublocaverit, remaneat obligatus domino, ut infra dicam, adhuc potest considerari ai praejudicialis sublocatio minus idoneo, signanter in hypotheca invectorum, et illatorum in praedium conductum.

14 Prout etiam limitatur, ut procedat, quatenus sublocatio fiat ad eumdem usum, ad quem locatio prima facta fuit, ut tradit dicta gloss. *in l. nemo.* et ibi Bald. et alii, Carocc. *de locat. et conduct. tit. de sublocat. quaest.* 1. *num.* 4. *et per tot.* Gratian. *discept.* 547. *num.* 52. et haec est limitatio satis practicabilis in apothecis, de quibus in specie firmat Cyriac. *contr.* 234. num. 12. et apothecam ad usum mercaturae, et pannorum, non potuisse sublocari ad usum pizzicariae, quamvis esset in platea, in qua solebant omnes aliae apothecae ad usum pizzicariae locari, judicatum refert Carocc. *d. quaest.* 4. *num.* 9.

Et ratio est, quia ubi apotheca locatur ad alium usum, seu pro exercenda in ea arte diversa, deterioratur ejus qualitas, quia amittit avviamentum artis illius prioris. idest concursum personarum ad illam, quod est considerabile, ut alibi dixit nempe *in cap.* 29. *num.* 88. *et seq.* unde potest tradi regula generalis, quod sublocatio fieri nequeat ubi prae-
15 judicium adest domini seu primi locatoris, quae procedit, sive agatur de sublocatione rei, juxta praedicta, sive etiam agatur de sublocatione personae, sive operarum, quae pariter fieri nequit nisi ad usum personae conductae convenientem, ut probat D. Lanfranc. Zacch. de Salario *quaest.* 40. *num.* 5. *et seqq.* ubi et ita, ut si plures artes noverit, illam tantum exercere teneatur, in qua plurimum pollet, et generaliter istam sublocationem operarum non permitti, cum damno operarii docuit Bald. *in l. liberti n.* 14. *ff. de operis libert.* Grat. *discept.* 185. num. 3. *vers. dummodo*, D. Lanfranc. ibid. *num.* 4.

16 Qui autem dicit, sublocationem non potuisse fieri ex praedicto capite, quod sit praejudicialis, vel quod non sit ad eumdem usum, vel non aeque idoneo facta, ipse probare debebit, ut tradit Carocc. *d. tit. de sublocat. quaest.* 2. *per tot.* et ratio est patens, quia sublocans habet regulam pro se, quod sublocare valeat, quae generaliter traditur *in d. l. nemo eod. locat.* et ideo dicitur habere intentionem fundatam in ea, quousque dominus, qui allegat limitationem concludenter probet se esse in casu illius, Dec. *in l.* 1. *num.* 8. *ff. de reg. jur.* Alexand. *cons.* 79. *numero* 5. *lib.* 5. Rot. *decis.* 663. *n.* 1. *part.* 4. *recent.* et coram Gregor. *dec.* 201. *n.* 3.

Non habet etiam facultatem liberam sublocandi ille, qui 17
simul cum aliis rem conduxit, quia cum contractu dicatur inter eos societas, non potest unus personam extraneam in illam introducere, et ideo ei sublocare non potest Ripa *in cons.* 15. num. 11. *tit. de obligat.* Morot. *cons.* 93. num. 11. *et per tot.* ubi fortius vult, quod si sublocet, cadat a jure, et etiam si adsit pactum redimendi a subconductore, et redimat, non possit reverti ad societatem, sed ibi aderat etiam pactum expressum de non sublocando alteri, qui de ipsa societate non esset.

Verum formatur haec quaestio in scholaribus si unus recedit, an possit cameram suam alteri locare, in qua glos. dicit, quod non *instit. tit. de locat. §. fin.* et sequitur Caroc. *tit. de sublocatione quaest.* 6 *num.* 2. ubi de veriori, sed quod hoc procedat, quatenus sociorum intersit, quia non subsistere sublocationem, ex quo non sit aeque idoneus substitutus,
alias si non intersit, possit, non ut sit socius, ad comeden- 18
dum, sed ad habitandum post Nic. de Matar. censuit Bald. *in dict. l. nemo* 6. *vers. quid de scholaribus c. locat.*

Praeterea dicta facultas est ipsius conductoris, non autem 19
alterius etiam in conductione aliquod interesse habentis, uti de fidejussore conductoris, quod sublocare non possit, et sublocando nihil dicatur agere, probavit Menoch. *cons.* 146. *n.* 36. *et seq.*

Potest etiam conductor assumere sibi socium in conductio- 20
ne, sive post contractam locationem ex adductis per Cost. ad Martam *claus.* 216. *part.* 1. sive ante ineundo societatem super futura conductione *decis.* 640. *num.* 10. *part.* 1. *rec.* et utrumque modum admisit ea eadem Rot. coram eminentissimo Otthobono *decis.* 40. *num.* 32.

Et potest etiam unus ex pluribus conductoribus socium 21
sibi in parte sua assumere ad lucrum, et damnum, qui non erit socius aliorum, illis non consentientibus, neque ejus assumptio illis praejudicabit, *l. qui admittitur ff. pro soc.* et ibi Bald. *num.* 1. Gratian. *discept.* 547. *num.* 34. *et seq. et num.* 43. Rot. in Roman. participationis 16. decembr. 1616. in princ. coram Ubaldo, *quae hodie est inter ejus impress. dec.* 370. sed respectu assumentis, erit verus socius, et participabit de effectibus locationis, eoque magis si alius conductor taceat, et non reclamet, tunc enim certius valet assumptio ab uno facta *l. Sabinus ait ff. com. divid.* Gratian. *discept.* 547. *num.* 44. Rot. in d. Rom. participationis §. secundo quod coram Ubaldo *decis.* 370.

Sed ista assumptio in socium non est proprie sublocatio, 22
sed differt ab illa, Rot. coram emin. Otthobon. *decis.* 40. *n.* 28. ubi aliae plures decisiones referuntur, et differt signanter in eo, quod ista non transit ad haeredes assumpti, prout
regulare est de societate, illa vero transit, prout regulare est 23
de locatione ex relatis per Mart. *claus.* 216. *num.* 2. Rot. coram Ubald. *decis.* 311. *num.* 5.

Et licet, quoad hoc secus sit in societate vectigalium, quae transit ad haeredes ex adductis per Gratian. *discept.* 276. *n.*
10. *et seqq.* tamen ultra, quod debent concurrere quaedam 24
requisita, de quibus Grat. ibi, id non procedit in socio assumpto post conductionem, cujus respectu non adest societas vectigalium, quae ad haeredes transeat, ut declaravit idem Gratian. *discept.* 547. *num.* 57. *et* 58. et Rot. cor. Ubald. *decis.* 213. *num.* 12.

At licet talis societas, et participatio non transeat ad hae- 25
redes ad eam admissi, tamen non propterea praetendi potest, quod ipsi haeredes excludi debeant a participatione omnium lucrorum provenientium ex antea gestis, et acquisitis, aut alias ex rebus communibus quamvis post mortem socii perceptis *l. actione §. si rem l. verum §. in haeredem ff. pro soc.* cum aliis adductis per Gratian. *discept.* 276. *n.* 41. *et seqq. et disc.* 547. *n.* 60.

Sed adhuc adest diversitas inter socium locationis, qui ade- 26
rat de tempore contractus, et socium postea admissum, quia haeredes primi, possunt praetendere omnia lucra ipsius locationis, tamquam provenientia ex re communi, et ex facto sui auctoris, secus autem est de haeredibus secundi, quatenus non fuerit ei communicata pars conductionis, sed solum admissus ad participandum lucris ut declaravit Rota coram Ubald. *d. decis.* 213. *n.* 16. et sequitur Gratian. *discept.* 547. *n.* 62.

Ex eo vero, quod dictum est hanc assumptionem in socium 27
conductionis non esse sublocationem, aperte sequitur, quod pactum de non sublocando, ei non obstabit. et quod propterea valebit eo non obstante, prout aliis adductis tradit Marta *de claus. part.* 1. *claus.* 216. *num.* 1.

28 Fit autem sublocatio ac dum per modum locationis, con-
stituta videlicet certa mercede per subconductorem solvenda
sublocanti, ut in terminis rei fiscalis est text. *in l. moschis*
47. § *Aemilius ff. de jur. fisc.* sed etiam per viam subloca-
tionis, et substitutionis, itaut convincatur esse sublocationem
et non participationem seu admissionem in socium, si condu-
ctor posuerit in locum, suum aliam personam cum cessione
omnium suorum jurium, et ut volgo dicitur *al bene, e male,*
ut dicit Grat. *discept.* 547. *n.* 53. et Rot. cor. Ubald. *dec.* 311.
n. 10. *et* 11. clarum est enim jura conductionis posse cedi, et
29 sic mediante cessione posse, qui eam reportat conductorem effi-
ci Rot. Jan. *dec.* 14. *n.* 25. *a l fin.* cum aliis adductis per Grat.
et Rota cor. Ubald. ubi proxime quae decisio fuit confirmata
in eadem causa Rom. participationis 16. decemb. 1616.
coram Ubaldo et denuo 1. martii 1619. cor. eodem et haec
ultima est *in recent. decis.* 87. *part.* 4. *tom.* 2. et prima est
inter illas ipsius Ubaldi *decis.* 370.

30 Advertendum tamen quid cessum fuerit, nam si facta fue-
rit simplex cessio participationis, censetur cessa participatio
lucrorum, non autem ipsius juris conductionis, ut post Dec.
in l. si pascenda num. 13. *vers. sed hic res principalis* c.
de pact. declaravit Rot. in illa Romana participationis cor.
Bubalo, quae est impressa per Marches. *de comm. part.* 1.
fol. 772. *num.* 4.

31 Potest etiam conductor sublocare ac dum totam rem, sed
etiam ejus partem tantum, secluso pacto contrario Gratian.
discept. 547. *num.* 51. ubi pluribus adductis firmat proce-
dere etiam in conductionibus vectigalium Rot. cor. Ubald.
decis. 311. *num.* 13. dummodo tamen ea pars non sit de il-
lis rebus, quae non possunt locari nisi cum universitate bo-
32 norum, ut declarat Caroc. *de locat. tit. de sublocat. quaest.*
5. *num.* 4. prout est juspatronatus, ut dicit *cap.*

33 Et partem uni, partemque alteri, et sic pluribus paulatim
locare potest conductor, ut est text. *in l. moschis* 47. §. *Ae-
milius ff. de jur. fisc.*

34 At haec procedunt in sublocatione, de jure permissa, quae
propterea late interpretanda, at secus est, ubi agitur de pro-
hibita uti est sublocatio ad longum tempus in emphyteuta,
aut alio ad longum tempus conductore, quia si reportaverit
a domino licentiam sublocandi, talis licentia ex gratis con-
cessa, est restringenda ad proprietatem verborum, Decian.
cons. 83. *num.* 3. *lib.* 2. Caldas. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.*
15. *num.* 10. adeo ut debeat sublocare totum non partem et
uni non pluribus, ut late probat Corbul. *de jur. emph. tit.
de caus. privat. ob alienat. ampl.* 3. *per tot.* ubi quod de-
bet alienare totam rem, *ampl.* 5. *per tot.* ubi quod debeat
sublocare uni tantum non pluribus, Rosentall. *de feud. cap.*
9. *conclus.* 33. *num.* 9. *et seqq.* Scrad. *eodem tit. part.* 8,
cap. 4. *num.* 15. et alii relati per Bardellon. *cons.* 35. *n.* 24.

35 Unde est etiam generaliter advertendum circa intellectum
hujus licentiae, quod quatenus sit ex mera gratia concedenda-
tis, tunc servanda sit scrupulositas, in interpretatione verbo-
rum illius, si vero non sit ex mera gratia, sed dominus tene-
batur eam ex justitia concedere, tunc secus sit, et ad omnem
modum, quo dominus poterat sive de jure sive de consue-
tudine compelli eam concedere, extendatur, ut bene decla-
rat Surd. *de alim. tit.* 9. *quaest.* 31. *num.* 38. *ad med. et
seq. et decis.* 220. *num.* 56. *ad med.*

36 Potest quoque conductor sublocare nedum inscio, sed et-
iam invito locatore, dum lex ei bene facultatem sublocandi
aperte permittit, quae propterea non potest ipsi a locatore
auferri Rot. Jenens. *decis.* 14. *num.* 25 *prope fin.* Mancat.
decis. 39, *num.* 1. et idem est de assumptione socii, vel ad-
missione alicujus ad participandum ex relatis per Rot. cor.
eminentissimo Otthobono *decis.* 40. *num.* 32. quatenus ta-
men primus conductor non praetendat se liberare per subloca-
37 cationem, vel in socium assumptionem, sed remaneat obli-
gatus, itaut domini conditio non fiat deterior ut declarat Rot.
coram Ubald. *decis.* 311. *num.* 16. *et seq.* Gratian. *discept.*
547. *num.* 46.

38 Verum si fiat sine consensu domini sublocatio, vel admis-
sio in socium, is cui facta fuit sublocatio, vel assumptus fuit,
non poterit dici conductor, nec nomine conductoris venire
Rot. Januen. *d. decis.* 14. *num.* 56. *vers. nec obstat.* et non
39 solum ad sui commodum, sed nec etiam in sui praejudicium
et commodum domini, qui propterea non potest praetendere
eum sibi teneri, aut ejus bona sibi obligata esse, ut est text.
in l. si in lege 27. §. *si colonus ff. loc.* ubi habetur manere
tantum pignoratos fructus rei, non autem bona subcondu-
ctoris Gomez. *variar. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 12. Novar. *quae-*

Pacioni

st. 64. *num.* 3. et plenissime Roginell. *pract. quaest.* 33. *n.*
19. *et seq.* Rot. coram eminentiss. Otthobono *dec.* 40. *n.* 33.

Unde stante statuto de conductore, vel socio loquente, 40
prout adest Romae statutum agriculturae *cap.* 39. quod om-
nes socii cujuscumque exercitii teneantur domino insolidum,
tale statutum non procedit in assumptis post contractum ab-
sque domini assensu, prout declaravit Rota *in decis.* 200.
num. 13. *ad fin.* post Statil. Pacif. de Salvian. quae est etiam
impressa per Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 767. et co-
ram eminentiss. Otthobono *d. decis.* 40. *n.* 39. et quod ubi
loquitur simpliciter de conductore, non procedat in subcon-
ductore Roginell. *pract. q.* 33. *n.* 20.

Quod ampliatur, etiam si statutum dicat, dictam obliga- 41
tionem locum habere debere, quamvis non omnes contractui
intervenerint, quia intelligi potest si non intervenerint per
se ipsos, sed procurator, vel consocius stipulavit pro eis, et
ideo tanquam exorbitans, non debet extendi ad alios postea
assumptos, de quibus locator non cogitavit *d. decis.* 200.
num. 15.

Eademque ratione si statutum loquatur de locatore, non 42
procedit in conductore sublocante, ut tradit Raoden. *re-
sol.* 27. *n.* 1. et quamvis quoad hoc, contrarium senserit
Roginell. *pract. quaest.* 33. *num.* 25. ejus opinio potest 43
procedere in aliquo statuto favorabili, et late interpretando,
vel in quo ista sensisse statuentes deprehendetur ex verbis.

At quod dictum est bona sub conductoris non obligari 44
primo locatori per text. express. *in l. si in lege* 27. §. *si co-
lonus ff. loc.* limitatur, ut non procedat quoad invecta, et
illata in fundum locatum, quia illa sunt hypothecata etiam 45
ad favorem primi locatoris, quod videtur mirabile Mant. *de
tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 24. *et seqq.* ubi reddit rationes
admirationis, et conclusionis, et traduut plures relati per
Novar. *quaest. for.* 64. *num.* 3. *part.* 1. et Merlin. *de pign.
lib.* 2. *q.* 67. *n.* 21. *et seqq.* sed limitatio intelligitur, ut 46
procedat tantum pro illa rata pensionis, pro qua ipse se
obligavit ad favorem primi conductoris sibi sublocantis, ut
est text. express. *in solutum* 11. §. *soluta, vers. plane in
eam, ff. de pignor. act.* adeo ut si ad nihil se obligasset, 47
sed gratis inhabitasset, in nihilo essent ejus bona invecta,
et illata hypothecae obnoxia, ut est text. express. *in l. Pom-
ponius* 6. *in princ. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth.
tac. contrahat.* et tradunt Jas. *in* §, *item Serviana n.* 34.
inst. de act. Negus. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *n.* 135.
et alii relati per Statil. Pacif. de Salv. *insp.* 3. *cap.* 5.
num. 10. intelligendo tamen pro solutione pensionum, non 48
autem pro deteriorationibus praedii locati, quia pro eis re-
maneat obligatus, ut post Negus. *d. membr.* 4. *num.* 137. *et
seq.* late explicat Merlin. *de pignor. lib.* 2. *q.* 67. *num.* 31.
et 32. et stante statuto, quod subconductores teneantur do- 49
minis, intelligi debet pro rata temporis, et fructuum per
eos perceptorum, ut fuit conclusum in una Rom. affictus Ca-
salis *relat. in decis.* 200. *n.* 10. post Statil. Pacif.

Item potest conveniri subconductor in subsidium, si pri- 50
mus conductor non sit solvendo, ut tradunt Bertac. de Ga-
bell. *part.* 2. *q.* 12. *num.* 26. Caroc. *d. tit. de sublocatione
q.* 11. Novar. *d. quaest. for.* 64. *num.* 4. *ad med.* Mancat.
decis. 39. *num.* 9. et si subconductor conventus a domino 51
timeat posse molestari a primo conductore, cum quo ipse
contraxit, compellitur dominus dare cautionem, quod non
molestabitur, prout practicari passim, et ita utrique succurri
testatur Caroc. *d. q.* 11. *ad fin.*

Prout etiam poterit agere dominus contra subconducto- 52
rem, si primus conductor ei obligaverit omnia sua bona, et
jura praesentia, et futura, quia comprehenderetur etiam jus cre-
diti per ipsum quaesitum contra subconductorem, ut tradit
in specie Alciat. *cons.* 60. *n.* 1. *lib.* 8. et est regulare, quod
creditor agere possit contra debitorem sui debitoris Cyriac.
contr. 338. *num.* 7. *et seqq.* ubi etiam sine cessione Adden.
ad Buratt. *decis.* 793. *n.* 5. Cavel. *decis.* 149. *num.* 4. et 53
si uterque habeat vim executivam, agere poterit executive,
juxta stylum, de quo testatur Salust. Tiber. in *prax. lib.* 2.
cap. 12. *n.* 16. et Zacch. *de obl. cam. q.* 5. *n.* 30. et Rot.
decis. 7. *n.* 1. *post eumd. Zacch.*

Ut autem possit absolute conveniri subconductor, detur 54
cautela domino, ut consensum praestet simili admissioni in
socium, vel sublocationi ad effectum assequendi actionem
contra admissum, vel subconductorem Jas. *in l.* 2. *n.* 10. *c.
de jur. emphyt.* quem refert, et sequitur Rot. coram emi-
nentis. Otthob. *d. decis.* 40. *num.* 34.

Sufficeret tamen etiam consensus praestitus ab initio, uti 55

si facta fuisset locatio alicui pro se, et personis nominandis ad hoc, ut postea nominatus esset vere conductor absque novo consensu Rot. *decis.* 208. *num.* 6. *part.* 4. *rec. et in*
56 *d. decis.* 40. *num.* 6. ubi idem intelligit si pro se, et sociis, quod tamen interpretari potest de sociis praesentibus, prout interpretatur Ruin. *cons.* 90. *n.* 9. *lib.* 1. nec dissentit Rot. *in d. decis.* 208. *n.* 6. unde ponderanda erunt verba instrumenti, et indaganda mens contrahentium.
57 Liberatur vero subconductor, nec aliquo modo molestari potest a domino, quamvis ejus consensum pro subconductione habuerit, si solvat primo conductori, cum quo contraxit, etiam si talem solutionem anticipate, videlicet antequam venerit dies ei praestitus, fecerit Gomes *var. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 12. Ruginell. *pract. q.* 33. *num.* 9. *et seqq. per tot.* Novar. *variar. q.* 64. *n.* 3. *vers. adhuc tamen part.* 1. Manent. *decis.* 39. *num.* 6.
58 At hoc sine dubio non procedet, si primo locatori solvere promiserit, vel ad ejus instantiam factum sibi fuerit sequestrum, prout de utroque tradit Ruginell. *d. q.* 33. *n.* 16. et 18.
59 Licet enim dominus consenserit eum fieri subconductorem rei suae, et propterea acquisierit actionem contra eum, non ideo fecit eum conductorem suum, itaut non remanserit in medio primus conductor, cui debeat pensionem, prout, et ipse primus non obstante sublocatione, cum consensu domini facta remanet conductor, et ipsi domino obligatus, ut plene firmant Novar. *quaest. Foren.* 64. *num.* 1. *et seqq.* et Manent. *decis.* 39. *num.* 1. *et seqq.*
60 Et ratio principalis est, quia dum conductor poterat alienare, sine consensu, vel dominus tenebatur consentire, inde sequitur, ut consentiendo sibi non praejudicaverit in actione quaesita contra ipsum primum conductorem Bart. *in l. latius ad fin. ff. de administr. tut. et in leg. si cum dotem num.* 7. *ff. solut. matrim.* Alex. *cons.* 131. *num.* 4. *lib.* 7. Tiraq. *de retract. consang.* § 1. *glos.* 9. *n.* 149.
61 Et non liberatur primus conductor, etiam si locator coeperit exigere a subconductore, et ab eo aliquos terminos receperit, ut definitum refert Faber. *in suo cod. lib.* 4. *tit.* 42. *definit.* 28.
62 Nec suffragatur conductori ad hunc effectum se liberandi, quod paratus sit cedere omnes actiones adversus subconductorem Ubald. *de duob. fratr. q.* 10. *princ. sub n.* 1. *ad fin.* et aliis adductis Novar. *d. q.* 64. *num.* 4. et Manent. *d. decis.* 39. *num.* 5.
63 At haec intelligenda sunt, ut procedant quando conductor simpliciter sublocavit, itaut remanserint ei reliquiae conductionis, secus autem si cesserit penitus alteri omnia jura sua, vel vendiderit, aut alias eum in locum suum posuerit, quia tunc, accedente domini consensu, ipse remanet liberatus, ut firmant Gratian. *discept.* 719. *n.* 3. Mastrill. *decis.* 55. *per tot.* Rot. coram Merlino *decis.* 356. *n.* 3. *et* 4. unde est, quod emphyteuta hoc modo vendens, seu cedens,
64 non habetur amplius in consideratione, adeo ut si emphyteusis sit ad certam lineam, seu generationem, non consideretur linea, seu generatio ipsius, sed consideretur linea, emptoris Petr. Barbos. *in l. ususfructus* 58. *n.* 29. *vers. unde consuluit ff. solut. matr.* Rosentall. *de feud. cap.* 9. *concl.* 39. *n.* 1. *et seq.* Surd. *cons.* 353. *n.* 19. *ad med. et seq.* Cyriac. *contr.* 14. *n.* 21. Rot. *decis.* 388. *n.* 9. *et* 10.
65 *part.* 12. *rec.* idque verum est quidem si emphyteuta processerit per viam venditionis, sed etiam si processerit per viam sublocationis, seu subemphyteuticationis, quatenus ei nullae reliquiae remanserint, ut late firmatur *in decis.* 182. *num.* 5. *et seqq. part.* 6. *recent.*

De fructibus rei locatae, eorum dominio, et hypotheca.

SUMMARIUM.

1. Fructus fundo cohaerentes sunt pars fundi.
2. Dominium fructuum fundo cohaerentium est domini fundi, non autem conductoris.
3. Decl. procedere in conductore ad modicum tempus.
4. Decl. 2. procedere tam in fructibus naturalibus, quam in industrialibus a conductore satis.
5. Decl. 3. ut conductor non dominium, nec etiam hypothecam habeat fructuum pendentium.
6. Et si dominus non permittat conductori fructus percipere competit ei tantum actio personalis.
7. Conductor aequiparatur fructuum emptori, et num. 44.
8. Emptor fructuum non habet actionem realem, sed tantum personalem contra dominum, ut eos sibi det.
9. Dominium fructuum acquiritur conductori mediante eorum perceptione a domino permissa.
10. Dominium fructuum potest locator sibi reservare.
11. Fructus dicuntur percepti per conductorem cum sunt a solo separati.
12. Decl. procedere si separati sint bona fide.
13. Fructus a conductore percepti non comprehenduntur in obligatione generali omnium bonorum etiam futurorum facta a domino qui locavit.
14. Limitatur tamen pluribus modis.
15. Fructus a conductore percepti remanent hypothecati domino pro mercede.
16. Ampl. etiamsi conductor bona sublocaverit.
17. Ampl. 2. etiamsi dominus perceptionem ignoraverit.
18. Ampl. 3. hypothecam procedere tam in fructibus naturalibus, quam in industrialibus.
19. Locator rei dominus potest impedire conductori fructuum pendentium perceptionem, ac perceptorum transportationem, seu alienationem.
20. Fructus, quorum dominus hypothecam sibi reservavit, seu eos alienari prohibuit, si conductor clam asportaverit competit domino furti actio.
21. Secus reservatione pignoris cessante.
22. Dominus praedii potest facere praeceptum colono partiario ne fructus colligat sine ejus praesentia.
23. Colono partiario colligente fructus spreto praecepto, vel statuto vocandi dominum, competit adversus eum juramentum in litem.
24. Juramento in litem, ut locus sit, requiritur dolus ex parte ejus, contra quem defertur, et difficultas probationis ex parte ejus, cui defertur ex dolo ille causata.
25. Colonus partiarius cessante prohibitione, potest omnes fructus ad domum suam asportare.
26. Furto commisso in fructibus rei locatae, furti actio non solum competit domino, sed etiam colono.
27. Decl. colonum habere actionem furti, non autem actionem furtivam.
28. Decl. 2. conductorem habere actionem in totum, colonum vero partiarium habere tantum pro sua rata.
29. Decl. 3. quod dictum est colonum non habere actionem furtivam, non procedere, si sit conductor ad longum tempus.
30. Fructus dicuntur consumpti a conductore si eos miscuit cum aliis.
31. Hypotheca, quam dominus habet in fructibus extinguitur si conductor eos consumpserit.
32. Secus per solam asportationem extra fundum.
33. Hypotheca, quam habet dominus in fructibus extinguitur si colonus eos alienet.
34. Nec valet locator praetendere, quod sub ea cadat pretium, vel res cum eo empta.
35. Lim. si conductor non sit solvendo.
36. Pretium in subsidium succedit loco rei etiam in particularibus.
37. Locatae rei dominus pro credito pensionum habet praelationem in fructibus adversus omnes creditores, etiam anteriores, et hypothecarios.
38. Ampl. procedere non solum in pendentibus, sed etiam in perceptis, in manibus conductoris adhuc existentibus.
39. Lim. ut dicta praelatio non procedat pro credito annorum futurorum.
40. Hypotheca a lege inducta in re aliqua certa, semper intelligitur cum praelatione adversus alios etiam anteriores secundum aliquos.
41. Fructus rei locatae quousque pendent sunt liberi ab obligationibus conductoris.
42. Dominium fructuum rei locatae, quod est penes dominum in ipso actu quo percipiuntur a conductore, transfunditur in hypothecam.
43. Venditor reservans sibi hypothecam in re vendita praefertur in ea omnibus creditoribus emptoris.
45. Ampl. ut sufficiat creditorem non habuisse fidem de pretio.
46. Praelatio, quam habet dominus in fructibus rei locatae, ampliatur, ut procedat etiamsi habuerit fidem de mercede.
47. Ampliatur 2. dicta praelatio, ut procedat etiam adversus habentes anteriorem hypothecam generalem expressam.
48. Ampl. 3. ut procedat in praelationem in concursu cum aliis privilegiatis anterioribus.
49. Creditor ex causa seminis habet praelationem in fructibus ex eo ortis.
50. Et aliqui tenent praeferri domino, qui fundum locavit in quo semen satum fuit.
51. Contrarium tamen est verius.
52. Fructus non jure seminis, sed jure soli percipiuntur.
53. Ampl. ut dominus fundi locati praeferatur etiamsi creditor seminis convenerit fructus sibi obligatos fore cum praelatione omnibus aliis.
54. Melioramentorum causa creditor praefertur aliis creditoribus anterioribus.
55. Decl. procedere ad metam necessitatis meliorandi.
56. Decl. 2. procedere si pecuniae datae sint in causam melioramentorum, ac actualiter in eam versae.
57. Seminis causa creditor aequiparatur creditori ex causa melioramentorum.
58. Dominus fundi locati praefertur in fructibus pro credito mercedis creditori ex causa melioramentorum.
59. Dotis hypotheca praefertur creditoribus tacitam hypothecam habentibus.
60. Dotes mulieribus salvas esse reipublicae interest.
61. Dotis hypotheca in re empta praefertur ei, qui credidit ad eam emendam etiam anteriori.
62. Dominus fundi locati pro credito mercedis praefertur in fructibus hypothecae dotali.
Ampl. etiamsi dos sit anterior n. 66.
63. Hypotheca dotalis non praefertur hypothecae anteriori privilegium praelationis habenti etiam tacite.
64. Creditor pecuniae datae ad emendam rem non habet privilegium praelationis in ea illa, sed tantum in actione personali.

65. Lim. si pecunia sit pupilli, aut similis personae privilegiatae.
67. Domino fundi utile est, quando locat, reservare sibi expressam hypothecam in fructibus ad tollendas dubietates circa praelationem in concursu cum aliis privilegiatis, et praecipue cum dote, et ad alios effectus.
68. Dominus fundi habet praelationem in venditione fructuum facta a conductore.
69. Contrarium.
70. Decl. primam procedere pro pretio ab aliis oblato.

CAPUT XXXIII.

1 Fructus, quousque fundo cohaerent sunt pars fundi, *leg.*
fructus pendentes 45. *ff. de rei vindic.* et ideo fundi sunt
2 dicit text. *l. si servus* 63. *§. locavi, ff. de furt.* unde datur
intelligi, quod eorum dominium sit penes fundi dominum
non autem penes conductorem Bursatt. *cons.* 71. *n.* 26. Pe-
regrin. *cons.* 80. *n.* 2. *in princ. lib.* 3. loquendo tamen de
3 conductore, ad modicum tempus, quia conductor ad longum
tempus habet dominium utile fundi, ut late dictum est sup.
in cap. 27. *de effectib. locat. post princ.* et ideo eodem modo,
et fructuum Bart. *in l. si apes* 26. *§. item constat* n. 1. *ff.*
de furt.

4 Et hoc procedit, nedum in fructibus naturalibus, sed etiam
in industrialibus a conductore satis, quia fructus non jure
seminis, sed jure soli percipiuntur, itaut, qui scit fundum es-
se alienum, prout scit conductor, nullo modo suos faciat quo
quomodo sati fuerint, ut habetur *in l. qui scit* 25. *in princ.*
vers. nec refert ff. de usur.

5 Et non solum conductor, non habet dominium fructuum
pendentium, sed nec hypothecam, aut aliud jus reale, ut
reprobato Osasc. *decis.* 82. n. 8. *et* 9. qui contrarium sense-
rat Rota *decis.* 187. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* et si locator non
6 permittat ei illos percipere, agere poterit tantum actione per-
sonali contra eum ad illos consequendos ex conducto, si sit
contractus vera, et proprie locatio, et pro socio si fuerit colo-
nus partiarius, ut tradunt Jas. *in l. cum filio familias num.*
181. *ff. de legat.* 1. et ibidem Soccin. Jun. *num.* 74. Rom.
cons. 309. *num.* 3. Paitell. *annot.* 54. n. 32. *et seq.* Rot.
decis. 187. *n.* 2. *et seqq. part.* 1. *rec.* Sperell. *qui alios*
cumulat decis. 43. *n.* 15.

7 Comprobaturque eadem opinio, quia conductor non habet
in fructibus majus jus, quam habeat emptor fructuum, sed
ei aequiparatur, ut post Imol. in Clem. 1. *num.* 25. *de reb.*
8 *eccl. non alienan.* tradit Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 14. n.
32. *ad med.* sed emptor fructuum non habet jus in re, nec
actionem realem ad eos consequendos, sed tantum actionem
personalem contra venditorem, ut eos sibi det Bart. *in l. co-*
dicilli 91. *§. instituto num.* 4. *ff. de leg.* 2. Mantic. *de tacit.*
lib. 5. *tit.* 10. *n.* 33. Cancer. *d. cap.* 14. n. 34. ubi secus esse
dicit in emptore ususfructus.

9 At permittente domino conductorem fructus percipere tunc
ipse eorum dominium acquirit per ipsam perceptionem Pe-
regr. *consil.* 80. *num.* 2. *lib.* 3. et quia voluntate domini acce-
pit, et sic videtur suos facere, ut dicit text. *in d. l. si servus*
10 63. *§. locavi ff. de furt.* potest dominus nolle eum acquirere
dominium, et sibi ipsi illud reservare, usque, qua sit de mer-
cede satisfactus, ut dixit Rot. *decis.* 350. *num.* 7. *et seq.*
part. 11. *rec.*

11 Ad hoc autem, ut percepti dicantur, satis est foenum, aut
spicam esse caesam, aut uvam ademptam, vel oleam excus-
sam, quamvis nondum tritum frumentum, aut oleum factum,
12 vel vindemia coacta sit, *l. si usufructuarius* 13. *ff. quib.*
mod. usufr. amitt. Rot. coram Put. *decis.* 305. *num.* 1. *lib.* 2.
Quatenus tamen bona fide a solo separati sint, alias enim
secus esset dicendum ex traditis per Put. ibi, et *in decis.* 6.
sub tit. de fructib. et per Lancellott. *de attent. p.* 3. *cap.*
31. *num.* 97. *et seq.*

13 Et adeo per perceptionem conductoris fiunt ipsius, et desi-
nunt esse locatoris, ut si ipse locatur omnia sua bona obligasset
etiam futura, non tamen venirent tales fructus, de re quam
locavit, a conductore percepti, ut plenissime firmat Surd.
decis. 97. *num.* 2. *vers. hebraeum tamen, et seqq. per tot.*
videndus tamen circa illam decisionem Hodier. *in addit. ad*
14 *eamdem*, et per eum citati, quia non transit sine aliqua dif-
ficultate, et quatenus sit vera, patitur plures limitationes, et
signanter unam, ut non procedat in fructibus naturalibus,
et alteram, ut non procedat in fructibus de tempore obliga-
tionis natis, ut tradit ipsemet Surd. *in fine ejusdem*, et ter-
tiam, ut neque procedat in fructibus tantum satis a condu-
ctore, et nondum a solo separatis, ut eam limitat Manent.
decis. 34. *num.* 28. *et seqq.* licet re vera ipse de re satis aperte,
loquatur de perceptis, non autem de satis tantum a condu-
ctore, ut supponit Manent.

At licet fructus per perceptionem conductoris transeant 15
in ejus dominium, ut dictum est, remanent tamen taciti
hypothecati locatori pro credito mercedis, etiamsi expresse
non fuerit conventum, ut habetur *in l. praediis* 7. *ff. in*
quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contrahat. itaut causa
dominii, quae erat penes dominum, juris auctoritate trans-
fundatur in causam pignoris, ut dicit Peregr. *cons.* 80. *n.* 2.
ante med. lib. 3. quae etiamsi conductor bona alteri sublo- 16
cet, salva remanet eidem domino, ut est text. *in l. si in lege*
27. *§. si colonus ff. locat.*

Et licet ad praefatam hypothecam inducendam requiri 17
scientiam domini, quod fuerint percepti, prout requiritur
ad inducendam hypothecam in invectis in fundum senserit,
Negusan. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 147. tamen,
quia praefata jura talem scientiam non requirunt, nec eadem
ratio militat inducendi hypothecam in rebus invectis, quae
nunquam fuerunt in dominio locatoris, et in fructibus quo-
rum ipse erat dominus, verius videtur eam non requiri, ut
sensit Jas. *in l. item, quia n.* 15. *ff. de pact.* Menoch. *adipisc.*
remed. 4. num. 114. *et seq.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15.
n. 25. *et* 26. Gratian. *disceptat.* 25. *num.* 9. Merlin. *de pi-*
gnor. lib. 2. *quaest.* 67. *num.* 64. *et seq.*

Nec restringenda videtur haec hypotheca ad fructus natu- 18
rales tantum, prout eam restringi debere censuit Jas. *in d. l.*
item quia in princip. sub num. 20. quia dum locator habet
dominium, tam in naturalibus, quam in industrialibus, dum
adhuc pendent, et ejus dominium postea per perceptionem
conductoris transfunditur legis auctoritate in causam pignoris,
seu hypothecam, ut dictum est, utique hoc procedet in utris-
que, prout reprobato Jasone, tamquam in manifestum erro-
rem lapso tenent Negus. *de pignor. part.* 2. *memb.* 4. *num.*
148. et Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 27. et late
etiam firmat Menoch. *adipisc. remed.* 3. *num.* 117. *et seqq.*

Poterit igitur locator de mercede non satisfactus, non so- 19
lum impedire conductori perceptionem fructuum, adhuc
pendentium ratione dominii, sed etiam eorum transportatio-
nem, seu distractionem, postquam illos perceperit inhibere,
ut docet Bald. *in l. aedem n.* 2. *vers. post tamen dominus*
c. locat. Jas. *in d. l. item quia n.* 15. *et num.* 17. *vers. et*
dicit, ff. de pact. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 25.
verb. unde dominus.

Et satis etiam inhibitum si expresse convenerit locator, fru- 20
ctus pro mercede sibi pignoratos esse debere, adeo, videtur ut
stante tali conventione, si conductor illos clam asportaverit,
competat adversus eum actio furti, et si eos pendentes ven-
diderit, et emptor eos asportaverit, adhuc ipsi fructus in cau-
sam furtivam incidant, ut est text. *in l. servus communis* 63.
§. locavi tibi, ff. de furt. Staiban. Jun. *res.* 147. *n.* 38. quod
secus est cessante dicta reservatione pignoris, seu hypothecae 21
Grat. *disc.* 25. n. 56. *et seq.*

Et respectu coloni partiarii, qui videlicet colit fundum pro
certa rata fructuum, quia domini interest scire quantitatem 22
praecisam eorum, poterit ipse dominus fundi facere ei praece-
ptum, ne illos sine ejus praesentia colligat, vel facere eos de-
scribere in agro Plot. *de in lit. jur.* *§.* 4. *n.* 11. et si colonus 23
eos colligat spreto praecepto, vel statuto, aut etiam consuetu-
dine vocandi dominum, dabitur adversus eum juramentum
in litem ad probandam eorum quantitatem, ut firmat ibidem
Plot. n. 13. *et seq.* quem sequitur Cyriac. *controv.* 89. *num.*
6. licet videatur velle dari absolute juramentum praedictum
adversus colonum colligentem fructus non vocato domino,
quod non transit sine difficultate, si eos collegerit bona fide,
quia duo requiruntur ad hoc, ut sit locus dicto juramento,
nempe dolus ex parte ejus contra quem defertur, et difficultas 24
probationis ex parte ejus cui defertur ex dolo illo causata Bart.
in leg. in actionibus, num. 22. *ff. de in lit. jur.* Purpurat.
consil. 369. *num.* 44. *et seqq.* Cocciu. *decis.* 131. *num.* 1.
Rojas *decis.* 55. *n.* 3. in *rec. decis.* 44. *num.* 16. *part.* 9.

Et cessante dicta inhibitione, vel expressa conventione, non 25
solum colonus nummis colens, et per consequens omnes fru-
ctus assequi debens, excusabitur asportando eos ad domum
suam, sed etiam partiarius, qui assequi debet tantum eorum
certam quotam, licet asportet omnes ad domum suam, non cen-
sebitur propterea dolo facere, ut furtum committere, quia
non animo furandi, sed juris sui conservandi censeri debet
asportasse Fab. *in §. furtum est*, *n.* 1. *instit. tit. de oblig.*
quae ex delicto nascuntur et ibid. etiam Aug. Aret. *num.* 5.

vers. ex quo infertur, Farinac. *q.* 174. *n.* 26. Muta *decis.*
44. *num.* 24.
26 Et in proposito furti si committator in fructibus, non so-
lum dominus, sed etiam colonus furti agere poterit, ut est
text. *in l. si apes* 26. ♃. *item constat. ff. de furt.* et licet iste
text. loquatur expresse de colono, qui nummis colit, et pro-
pterea videatur secus esse dicendum in partiario, et in isto
procedere text. *in l. cum in plures* 62. ♃. *messem ff. locati*,
in quo habetur condictionem furtivam competere domino,
et colonum agere posse cum domino, ut agat, prout sensit
gloss. *in dict.* ♃. *messem in ver. condicere*, tamen verius est,
quod etiam ipse ♃. *messem*, loquitur de conductore nummis
colente, non autem de partiario, ut patet ex quo dicit: *et
ut id faciat colonum ex conducto cum domino acturum*,
haec enim actio ex conducto datur colono nummis colenti,
qui est proprie conductor, non autem partiario, ut dictum
est supra, et in proposito advertit Bart. *in dict. l. si apes* ♃.
item constat, *ante num* 1. unde verior distinctio, qua con-
cilientur dictae leges, est, quae deducitur ex verbis claris ea-
27 rum, ut videlicet *l. cum plures*, ♃. *messem ff. locat.* loqua-
tur, et procedat in condictione furtiva, non enim potest co-
lonus, sive nummis colens, sive partiarius sit, condicere fru-
28 ctus ipsos, ex quo non habet dominium, nec aliquod aliud
jus reale in eis, *et l. si apes* ♃. *item constat*, *ff. de furtis*
procedat in actione furtiva, quae competit colono pro inte-
resse, quod habet, ut fructus salvi sint, itaut, haec sola sit
differentia inter eos, quod cum partiarius assequi debeat tan-
tum medietatem, et ideo ad eam restrictum sit ejus interes-
se, pro ea tantum agere valebit, alter vero in totum, ut ex-
plicat Bartol. *in d. l. si apes* 26. ♃. *item constat*, *ff. de fur-
tis*, et etiam *in d. l. cum in plures* 62. ♃. *messem ff. locati*,
et sequitur Cephal. *in cons.* 181. *numero* 18. et quod non
possit fieri distinctio inter utrumque colonum, comprobatur
ex alio textu indistincte loquente *in l. fullo* 84. *vers. frugi-
bus ex fundo subreptis*. *ff. de furtis*, *ibi frugibus ex fundo
subreptis tam colonus. quam dominus furti agere possunt*,
quia utrique interest rem persequi.
29 Verum, quod dictum est colonum, non habere condictio-
nem furtivam, ex quo non habet dominium fructuum, limi-
tatur in conductore ad longum tempus, quia dominium uti-
le habet, ut dictum est supra in princ. hujus capit. et ideo
cessat *in* eo dicta ratio, per quam ista actio non competit
conductori, ut docet Bart. *in d.* ♃. *item constat num.* 1.
30 Et redeundo ad propositum, cessante prohibitione domi-
ni, conductor, non solum poterit fructus asportare ad do-
mum, sed etiam eos libere consumere, et consumpsisse dice-
tur ad hunc effectum, ut extinguatur hypotheca, si cum aliis
31 fructibus illos miscuerit, ut notant *in l. singularia* 15. *ff.
si cert. petat.* Fulgos. *num.* 6. Roman. *num.* 10. *vers. adde
quod hoc*, Jas. *num.* 13. Alciat. *num.* 24. Bolognett. *n.* 45.
vers. quare ego puto, Surd. *cons.* 4. *num.* 10. *post med.* et
volunt etiam aliqui, hanc hypothecam extingui per fructuum
32 asportationem extra fundum, sed asportatio sola a conductore
facta absque aliqua alienatione, vel commixtione, non potest
hoc operari ex traditis per Gratian. *discept.* 953. *n.* 9. *et* 10.
33 Potest etiam conductor cessante expressa hypotheca, vel
inhibitione locatoris fructus distrahere, et distrahendo bona
fide eos in tertium transmittere liberos a praedicta hypotheca
tacita locatoris, quae pariter per eorum alienationem extin-
guitur Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 9. Merlin. *de
pignor. lib.* 1. *quaest.* 13. *n.* 5. *et lib.* 2. *quaest.* 67. *n.* 69.
34 Nec praetendere valet locator, ut sub ea cadat pretium, vel
res cum eo empta, quia praedicta non est hypotheca univer-
salis, sed particularis, in qua pretium non succedit loco rei,
aut res loco pretii *l.* 1. et ibi Bart. *ff. de distract. pignor.*
cum aliis in proposito relatis per Mantic. *de tacit. lib.* 11.
tit. 15. *num.* 29. *seq.* Gratian. *discept.* 25. *num.* 10. *et seq.*
Novar. *pract. quaest.* 69. *num.* 2. *part.* 2. Merlin. *d. quaest.*
67. *num.* 99. Nisi forte conductor non esset solvendo, quia
35 tunc pretium succedit loco rei, et res loco pretii, prout suc-
36 cedere in subsidium etiam in particularibus tradunt Alex.
cons. 108. *num.* 10. *lib.* 5. Surd. *decis.* 306. *num.* 3. Buratt.
decis. 874. *num.* 2. et in his terminis Menoch. *adipisc. rem.*
3. *num* 122. Hodiern. ad Surd. *decis.* 97. *num.* 13.
37 Habet ulterius locator pro credito pensionum praelatio-
nem in fructibus rei suae omnibus creditoribus conductoris
etiam anterioribus, et hypothecam habentibus, idque non
solum in pendentibus, in quibus cum habeat dominium, si-
38 ve sint naturales, sive industriales, clarum est eum esse prae-
ferendum Bald. *in l. in rebus* 30. *num.* 3. *c. de jur. dot.* et
in his terminis Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 2003. sed etiam
in perceptis in manibus conductoris adhuc existentibus, ut
late firmat Peregr. *cons.* 80. *num.* 2. *et seqq. lib.* 3. et Gra-
tian. *discept.* 25. *num.* 9. *et per tot.* sensit etiam Caroc. *de
loc. tit. de cession. quaest.* 1. *seu de difformit. quaest.* 5. *n.*
3. Novar. *pract. quaest.* 69. *num.* 1. *part.* 2. et hanc esse
veriorem opinionem, et tenendam tradit Gait. *de credit.
cap.* 4. *num.* 1580. Rota coram Bichio *decis.* 500. *num.* 34.
et in Rom. dotis 16. jun. 1661. ♃. removetur quoque coram
card. Vicecomite, et in Rom. pecuniaria 18. junii 1663. ♃.
hinc secuti coram Verospio, quarum prima est *decis.* 521.
secunda est *dec.* 64. *in part.* 14. *rec.* quod in Hispania est
declaratum *per l.* 25. ♃. 4. *tit.* 21. *novae recompil.* itaut ces-
set, ibi omnis difficultas, ut tradit Felic. *de censib. tom.* 1. *lib.*
3. *cap.* 5. *n.* 13. *ad fin.* et in nostris partibus declarasse con-
suetud., et practicam univers., test. Peregr. *d. cons.* 80. *n.* 1.
Nec obstant, quae deducuntur in contrarium per Rotam
coram Ubaldo *decis.* 246. *num.* 13. *et plurib. seqq.* quia illa
decisio loquitur *in* casu, quo locator velit praelationem *in*
fructibus unius anni pro mercede aliorum annorum futuro-
rum, et in eo tantum procedit, ut advertit etiam Grat. *di-
scept.* 953. *num.* 19. *vers. minus obstat. et seq.* et Rot. *in d.* 39
decis. 64. *num.* 11. *part.* 14. *rec.* quae propterea est limita-
tio valde notabilis praedictae praelationis, ut non procedat
pro credito pensionum annorum post perceptionem fructuum
decurrendorum. Alias si dicta decisio loqueretur indistincte,
esset contra *mag.* com. et magis veram opinionem, cujus ra-
tio est, non solum, quia ubicumque favore creditoris lex in- 40
ducit in re aliqua certa tacitam hypothecam, illa regulariter
intelligitur cum praelatione adversus alios creditores etiam
anteriores, ut ostendit plura exempla percurrendo Peregr.
d. cons. 80. *num.* 3. *et* 4. *lib.* 3. quod non transit sine dif-
ficultate. ex traditis in specie contra Peregr. per Rotam cor.
Ubald. *d. decis.* 246. *et seqq.* sed ulterius, quia fructus na-
scuntur, et proveniunt a re propria locatoris, et cujus ratione
ipse creditor est, et quousque pendent, sunt pars ipsius rei, 41
et sub dominio ejusdem locatoris, ut dictum est, et ita liberi
ab obligationibus conductoris, Fab. *de error. pragmat. d.*
1. *error.* 1. *num.* 35. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 2006. et
licet quando conductor eos percipit, locator dominium amit-
tat, tamen in ipso actu formatur dicta ejus hypotheca, itaut
dominium in hypothecam transfundatur, ut dicit Peregrin. 42
d. cons. 80. *num.* 2. *lib.* 3. seu potius ipsi locatori remanet
dominium actu permanens in hypotheca, prout dicunt Gait.
de credito cap. 4. *num.* 1997 *et* 2003. et Gratian. *discept.*
25. *num.* 15. *vers. unde dominus*, Novar. *quaest.* 69. *num.*
4. *part.* 2. quapropter non datur tempus, quo possint aliae
hypothecae praevenire, et ponere pedes, ut ita dicam, ante
istam, quae propterea omnibus quocumque tempore contra-
ctis erit praeferenda, ut de se patet, et facit, quod idem dici- 43
tur de hypotheca reservata per venditorem in re vendita,
post alios per Gaill. *lib.* 2. *observat.* 15. *numero* 7. Guttier.
pract. quaest. lib. 5. *quaest.* 98. *num.* 7. *et seq.* Fontanell.
de pact. nupt. claus. 7. *glos.* 2. *part.* 8. *numero* 72. Niger.
de except. cap. 3. *in punct. num.* 60. Grivell. *decis.* 56. *n.*
4. assimilatur enim locatio venditioni fructuum, et condu-
ctor eorum emptori, ut dictum est supra ex Imol. et Cancer. 44
lib. 1. *cap.* 14. *numero* 32 *ad med.* Unde etiam dici potest
facilius admittendam esse dictam praelationem, quando ap-
pareret, locatorem non habuisse fidem de mercede, prout di-
citur de venditore, quod hoc sufficiat ad hoc, ut ei praelatio
competat Castr. *in l. procurator.* ♃. *si plures num.* 3. *ff. de* 45
tribut. act. Gaill. *observ.* 15. *num.* 4. *lib.* 2. Gait. *de credi-
to cap.* 4. *num.* 1217. quidquid sit e contra, si habita fides
de mercede, an propterea transeant fructus liberi in domi-
nium conductoris, de quo dubitat valde Gratian. *discept.* 46
953. *num.* 13. *et* 14. post Valasc. *de jur. emph. quaest.* 20.
num. 15. ex quo jura suprascitata hypothecam inducunt fa-
vore locatoris, non satisfacti de pensionibus indistincte, quod
secus est in venditore de quo dicitur, quod si habuit fidem
de pretio non praeferatur in re vendita, et sic in hac parte
non valet aequiparatio.
Et ex praedictis rationibus verior videtur opinio, quod 47
praelatio locatori competat etiam adversus habentes hypo-
thecam anteriorem generalem expressam, prout dicit Peregr.
in d. cons. 80. et sentiunt alii suprascitati, quidquid contra-
rium dixerit, Thesaur. *quaest.* 29. *num.* 8. *prope fin. lib.* 2.
quem sequitur Cancer. *variar. cap.* 14. *num.* 94. *part.* 1.
maxime cum Thesaur. simpliciter referat Cavalcan. *decis.*
27. *num.* 23. *part.* 2. quem non invenio hoc ibi dicere.

48 Prout etiam rationes praefatae convincunt hoc privilegium
praelationis competens locatori esse potentius aliis similibus
privilegiis, itaut, in concursu cum aliis privilegiatis etiam
anterioribus, locator regulariter sit praeferendus, prout sen-
tiunt praecitati, et signanter Gait. *de credit. cap.* 4. *numero*
1997. *et* 2009. *et in append. ad eumdem cap. num.* 122. de-
bet enim attendi causa crediti, quae in locatore est efficacior
respectu fructuum rei suae, quam possit esse alia quaecum-
que regulariter loquendo, ratio autem causae est potissima in
hoc proposito dandi potioritatem posteriori creditori Bart. *in
l. interdum* 5. *ante n.* 1. *ff. qui potior. in pign.*

49 Sunt tamen casus valde dubitabiles, et signanter si concur-
rat cum locatore creditor ex causa seminis, qui pariter habet
privilegium praelationis in fructibus ex eo natis Pract. Pa-
pien. *in act. hypothec. vers. sub eadem obligatione*, *n.* 12.
Pasc. *de potr. potest. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 65. Gait. *de cre-*
50 *dit. cap.* 4. *num.* 1557. Castill. *decis.* 10. *num.* 6. et tale,
ut habeat suos favores adversus privilegium locatoris, et si-
gnanter illud late tuetur. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 23.
num. 11. *et seqq.* et eamdem opinionem sequitur Nepit. *ad
consuet. Cotan. tit.* 35. *num.* 5. Merlin. *de pignor. lib.* 3.
quaest. 5. *n.* 47. *et seqq. usque ad* 59.

51 Contrarium vero, quod praeferri debeat locator consuluit
Dec. *resp.* 50. *per tot. lib.* 3. et tenuerunt etiam Ripol. *var.
cap.* 12. *n.* 68. *et seqq.* Pascal. *de potr. potest. p.* 4. *c.* 6. *n.*
66. Thesaur. *q.* 29. *n.* 10. *vers. limitatur tamen lib.* 2. Marin.
resol. 260. *n.* 5. *p.* 1. ita ut ista sit magis recepta opinio, ut
testatur Gait. *de credit. c.* 4. *n.* 2008. et attento, quod causa
utriusque praelationis esset illa eadem, quod res, pro qua
creditum est, fructus ipsos produxit, dum, et a solo, et a semi-
ne producuntur, videbatur prima facie dicendum, quod haec
duo privilegia essent aequalia, itaut intrare posset regula, qui
prior in tempore, et iste etiam videbatur sensus Deciani, qui
hanc controversiam primus ex professo discussit in praedicto
cons. 50. dum ideo dat praelationem locatori in casu illo, quia
erat anterior, ut advertit etiam Thesaur. *d. q.* 29. *n.* 3. *lib* 2.

52 At in sententiam pro locatore ire compellit text. *in l. qui
scit* 25. *ff. de usur. post princ.* in illis verbis. *quia omnis
fructus non jure seminis, sed jure soli percipitur. et infe-
rius in* §. *alieno ibi, quoniam in percipiendis fructibus ma-
gis corporis jus, ex quo percipiuntur, quam seminis, ex quo
oriuntur, inspicitur*, hinc enim patet, quod licet semen con-
currat ad producendum fructus, tamen magis, ac potentius
concurrit solum, et plus juris tribuit, et propterea dominus
soli, tamquam potentiorem causam, et plus juris habens
praeferendus erit, prout etiam bene ponderat Gait. *de cre-
dit. cap.* 4. *num.* 2008. *et in append. ad eumdem cap. num.*
122. quibus locis plene etiam objectis satisfacit.

53 Quod, et ampliari potest, ut procedat etiamsi, qui dedit
semen, seu in causam seminis credidit, expresse convenerit
fructus nascituros sibi specialiter obligatos fore cum praela-
tione omnibus aliis, quia ista conventio prodesse ei potest
adversus alios creditores, at non praejudicare locatori, cujus
fundus magis tribuit fructibus, quam semen ipsum, prout
distinguendo censuit Senat. Pedemontan. teste Thesaur. *d.
quaest.* 29. *n.* 10 *lib* 2.

54 Sic si cum locatore concurrat creditor ex causa melioramen-
torum, qui pariter habet privilegium, ut praeferatur aliis
55 creditoribus anterioribus, *l. Interdum* 5. *ff. qui potior. in pign.
hab.* ad in ram tamen necessitatis meliorandi, ut declarant Jas.
in l. creditor la prima, *quae est* 25. *in ord. n.* 3. *vers. tertio
limita. ff. si cert. petat.* Gration. *discept.* 25. *num.* 23. Pe-
56 regr. *de fideicomm. art.* 5. *num.* 34. *in fin.* Amat. *resol.* 3.
num. 63. et quatenus dederit pecunias expresse in eam cau-
sam, ac in eamdam actualiter versae fuerint Negus. *de pign.
part.* 5. *membr.* 2. *num.* 15. *post med. versic. et ista fal-
lentia*, Gratian. *discept.* 670. *num.* 6. Amat. *resol.* 3. *num.*
57 52. *et seq.* Ubald. *decis.* 176. *num.* 6. Idem videtur dicen-
dum, ac dictum est de creditore ex causa seminis, nam ne-
quiparantur iste creditor ex causa melioramentorum, et cre-
ditor ex causa seminis, per Decian. *d. cons.* 50. *lib.* 3. pro-
jectio namque seminis in agrum est melioratio necessaria ad
percipiendos fructus, prout est cultura, sine qua terra non
produceret, unde licet in isto privilegio considerari possit, quod
concessum sit, quia sine melioramentis fructus producti non
fuissent, itaut ejus ratio sit similis rationi privilegii locatoris,
ac proinde videatur pariter prima facie, quod locus esse pos-
sit regulae, qui prior in tempore, prout dictum est de credi-
58 tore ex causa seminis juxta sensum Decian. *d. cons.* 50. *n.*
3. *et* 4. *lib.* 3. tamen si supponimus melioratorem contraxis-
se cum conductore, ut necesse est ad hoc, ut detur iste con-
cursus cum locante, semper locans erit anterior, et qui sequi-
tur fidem conductoris in re locata semper debet supponere,
ipsum conductorem habere jus liberum in ea parte fructuum
tantummodo, quae excedit pensionem debitam locatori, et
ulterius fundus ipse est causa magis antiqua, et magis effi-
ciens fructuum, quam sint melioramenta, et ideo locator, qui
creditor est ex causa fundi, debet indistincte, et absolute
praeferri, prout indistincte loquendo eum praeferendum esse
dicit Rota coram Ubaldo *decis.* 176. *num.* 8.

At si concurrat cum locatore uxor conductoris cum hypo- 59
theca dotali, quae pariter habet privilegium notorium, ut
praeferatur etiam anterioribus tacitam hypothecam habenti-
bus, juxta vulgat. *l. assiduis cod. qui potior. in pign.* quo- 60
niam causa hujus privilegii dotalis est universalis, quia vide-
licet interest reipublicae dotes mulieribus salvas fore, ut ha-
betur *in l.* 1. *ff. solut. matrim.* videbatur dicendum illud
praevalere privilegio locatoris, prout senserunt in specie
Mozia *in empor. part.* 1. *tit.* 10. *quaest.* 3. *num.* 5. Felician.
de censibus tom. 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 14. Thesaur. *quaest.*
29. *lib.* 2. *ubi num.* 8. *post med.* refert ita fuisse judicatum,
penes quos alii.

Imo fortius causam dotis praeferri etiam locatori anterio-
ri, voluerunt aliqui, ut signanter expresse tradidit Felician.
d. num. 14. *ad fin.* et haec opinio comprobari potest, ex quo 61
habemus, quod si concurrat pro satisfactione in re aliqua
consequenda mulier dotis creditrix, et is, qui dedit pecuniam
ad emendam rem illam mulier praefertur tali creditori etiam
anteriori text. est expressus in authen. *quo jure, cod. qui
potior. in pign.* et in corpore unde sumitur, utrumque *in* §. *his
consequens ver. unde volumus auth. de aequalit. dot.* quod
est valde simile, quia sicut locator est creditor ex causa fun-
di, a quo proveniunt fructus, ita iste creditur habet suum
creditum ex causa pecuniae, a qua provenit res, in qua prae-
tenditur satisfactio.

At his non obstantibus defendi posse videtur, in omnibus 62
privilegium locatoris, etenim quatenus ipse sit anterior res
videtur satis clara, quin hypotheca dotalis non praefertur hy- 63
pothecae anteriori etiam tacitae, privilegium tamen praela-
tionis habenti, ut tradunt Bolognett. *in l.* 1. *num.* 205. *ff.
sol. matr.* et ibid. Pete. Barbos. *part.* 6. *num.* 1. *vers. con-
trarium nihil. et seqq* Molin. *de just. et jur. tit. de contr.
disp.* 438. *num.* 4. et 5. et in specie propter hanc rationem
Felicianum, ubi supra tamquam male loquentem reprehen-
dit Gait. *de credit. cap.* 4. *n.* 1999. et ad text. *in d. auth.
quo jure*, et in corpore unde sumitur, respondetur, quod 64
ille, qui dat pecuniam ad emendam rem, non habet hypo-
thecam in illa re, sed tantum privilegium praelationis in
actione personali, ut dicit ipse text. *in auth. quo jure*, nisi 65
tamen pecunia sit pupilli, vel alterius similis personae privi-
legiatae, in quibus peculiare est, ut assequantur tacitam hy-
pothecam in re empta cum praelatione, ut plene firmat Gra-
tian. *discept.* 955. *num.* 8. *et seqq.* et alii, quos cumulat Ho-
dierp. ad Surd. *decis.* 15. *num.* 52. *et seqq.* unde non potest,
ab eo inferri ad locatorem, cui hypothecam tacitam compete-
re non est dubium, ut supra dictum est.

Cessante autem anterioritate locatoris, adhuc vigere vi- 66
detur causa potioritatis ex quo ipse habet dominium perma-
nens in hypotheca cujus ratione, quibusque creditoribus con-
ductoris praeferri debet, ut latius supradictum est, et in spe-
cie adversus dotem eum tuetur Gait. *d. cap.* 4 *num.* 1997.
et in appendic. ad eumdem cap. num. 122. et quamvis ipse
Gait. *dict. cap.* 4. *num.* 1999. *et pluribus seqq.* late tradat
distinctionem, eamque reputet verissimam, et notandam
inter fructus naturales, et industriales, ac velit in naturali-
bus praeferri conductorem, secus autem in industrialibus,
quam etiam refert, et non impugnat. Merlin. *de pignor. lib.*
2. *quaest* 67. *num.* 68. et pro ea facit Surd. *dec.* 97. *prope
fin.* tamen videtur quidem vigere aliquam majorem rationem
praeferendi locatorem in fructibus mere naturalibus, ac cur
praeferri non debeat etiam in industrialibus, solida aliqua
ratio non apparet, dum, et isti ante perceptionem aeque, ac
naturales sunt sub dominio, et post perceptionem sub hypo-
theca illius, ex supra firmatis.

Verum cum negari non possit has praelationes adversus 67
alios privilegiatos, praesertim anteriores, et maxime adversus
dotem esse disputabiles, prout etiam admittit Gait. *d. cap.* 4.
num. 1999. optima cautela erit, ut dominus in actu locatio-
nis reservet sibi dominium fructuum, usquequo satisfactus
sit, prout eum facere posse dictum est ex Rot. *decis.* 351, *n.*

7. part. 11. recentior. vel saltem sibi reservet hypothecam expresse, quod pariter satis erit ad hoc: et magis clare praeferri debeat quibuscumque, ex late tradit per Gratian. *discept.* 953. *num. 4. et seqq.* et facit in simili adversus dotem, quod dicitur de dante pecuniam ad emendum rem, quod licet non praeferatur doti, juxta text. express. *in d. authent. quo jure, cod. l. qui potior. in pignor.* tamen hunc ei praefertur etiam anteriori, si in traditione pecuniae expresse convenerit rem emendam sibi hypothecatam fore Negus. *de pign. part.* 5. *membr.* 2. *num.* 27. *vers. sed est dubium*, Gratian. *disceptat.* 616. *num.* 4. ubi de navi, et *discept.* 670. *n.* 3. Aldan. ad Bratt. *dec.* 62. *num.* 9. ubi plures alios refert: et prodest etiam expressa reservatio hypothecae in fructibus pro mercede, quia ea stante si conductor illos clam asportaverit, vel pendentes vendiderit, emptorque asportaverit, competit locatori actio furti, quae alias non competeret, ut di-
68 ctum est supra.

In fructibus autem ad conductorem libere pertinentibus, puta post solutam mercedem perceptis, competere locatori aliud privilegium praelationis in casu, namque quo locator eos vendere velit, ut teneatur praeferre ipsum dominum, docuit Bart. *in l.* 1. *numero* 3. *cod. de metallar. lib.* 11. et ibidem alii communiter, et post eos Boer. *decis.* 107. *num.* 2. Borgnin. *decis.* 30. *n.* 97. *part.* 2. Jos. Ludovic. *decis. Perus.* 24. *ad fin.* Paschal. *de patr. potest. p.* 4. c. 6. *n.* 64. *ad fin.*

69 Contrarium tamen, quod locatori non competat talis praelatio in emptione fructuum, tenuit Rota coram Bichio *decis.* 500. *numero* 34. et licet non alleget nisi Peregrin. *cons.* 80. *lib.* 3. qui de ea non loquitur, sed tantum de praelatione in hypotheca, tamen ejus opinio defendi potest, uti in puncto juris verior; etenim regulariter nemo cogendus est uni potius, quam alteri vendere, *leg. dudum, cod. de contrahend. emption.* nec contrariam opinionem Bartholi probat ille text. *in l.* 1. *cod. de metallar. lib.* 11. cum specialis sit favore fisci et metallorum, ut sint penes principem, minusque text. *in leg. final. cod. de jur. emphyt.* quia ibi pariter est speciale in meliorationibus, et jure emphyteutico, ut praeferatur in eorum emptione dominus directus, unde non possunt trahi haec specialia ad fructus ex re perceptos omnino diversos, contra praedictam regulam juris, quod nemo sit cogendus potius uni vendere, quam alteri, prout etiam in specie ponderat Covar. *variar. lib.* 3 *cap.* 14. *num.* 6. *in princip. vers. caeterum quoad rem istam*, et ex his dicit opinionem Bart. esse omnino falsam, licet receptissima sit.

70 Quando autem dicta praelatio esset ex aequitate, vel consuetudine admittenda, intelligi deberet non pro pretio justo, ut vult Bart. ubi supra, et post alios Caroc. *de locat. tit. de libert. ad leg. invitus. cod. locat. quaest.* 2. sed pro eo pretio, quod conductor repetit ab aliis ut relatis pluribus tradit Covar. *dict. num* 6. *vers. secundo, etiamsi* ubi etiam quod hoc rejicit Bart. Borgnin. *d. decis.* 30. *num.* 97. *part.* 2.

De impensis, et melioramentis in re locata faciendis.

SUMMARIUM.

1. Impensae, et melioramenta quomodo definiantur, relative.
2. Impensarum sunt quatuor species, aliae necessariae, aliae utiles, aliae voluptuariae, aliae fructuum colligendorum causa.
3. Impensae necessariae sunt quae habent in se necessitatem impendendi,
4. Et quae si facta non sunt, res aut peritura, aut deterior futura sit.
5. Impensae necessariae sunt etiam ratione personae quae quando tenentur aes facere.
6. Impensae necessariae in re locata sunt illae quas exigit ipsa res, ne pereat, vel deterior fiat.
7. Impensa necessaria in domo est pro ea reficienda si minetur in toto vel in parte ruinam.
8. Idque sive agatur de domo urbana, sive de alia in praedio rustico.
9. Impensa necessaria est curatio servorum, et animalium.
10. Idem de propagatione vitium, et repositione arborum in locum demortuarum, et similibus.
11. Impensa necessaria non solum in reficiendo, sed etiam in faciendo esse potest.
12. Et non solum facta in re, sed etiam propter rem.
13. Impensae litium, et aliae pro rei defensione datarum, et similes, sunt expensae necessariae.
14. Impensae utiles sunt quae rem meliorem faciunt deteriorem esse non sinunt et num. seqq. usque ad 19. ubi d. definitio defenditur.
20. Impensae ut dicantur utiles requiritur, ut fuerint utiliter factae ab initio.
21. Impensa utilis est si navelletum in fundo fertum sit.
22. Impensa excedens necessitatem quandoque recidit in causam expensae utilis.
23. Impensa in propagatione vineae est necessaria, in nova autem plantatione est utilis.
24. Impensae in plantandis arboribus dicuntur utiles.
25. Contrarium tenent alii.
26. Decl. ut si probatum sit arbores augere fructus tunc procedat prima, et earum plantatio dicatur utilis.
27. Decl. 2. ut quandoque plantatio arborum sit impensa fructuum quaerendorum tantum facta, et num. 29. ubi et quando sit.
28. Impensae in educandis pueris dicuntur utiles.
29. Decl. procedere in erudiendis servis, secus in erudiendis liberis juxta eorum qualitatem quia sunt necessariae.
30. Impensae in eductione animalium sunt utiles.
31. Impensae in adjiciendo taberna domui est utilis.
32. Decl. hoc non esse perpetuum, quia quandoque est impensa necessaria.
33. Impensae utiles quae sint relative.
34. Impensae voluptuariae sunt quae speciem dumtaxat ornant non etiam fructus augent.
35. Vel quae aliquis facit ad utilitatem,
36. Impensae voluptuariae sunt viridaria, aquae salientes incrustationes, loricationes, et picturae.
37. Viridarii melioratio est impensa voluptuaria.
38. Pergulatae, muri viridarii, et furnellus pro lavandis pannis, sunt impensae voluptuariae.
39. Impensae voluptuariae in re venali sunt utiles in quantum augent pretium.
41. Impensae voluptuariae quas dominus erat facturus sunt utiles.
42. Viridarii melioratio quando erat destinatum est impensa utilis.
43. Picturae, et incrustationes in palatiis magnatum, est impensa utilis.
44. Domus magnae in rure aedificatio, est impensa voluptuaria.
45. Decl. ut si nulla esset domus, et expensae in ejus aedificatione non sit excessiva reputatur utilis.
46. Domus magnae aedificatio in civitate, dicitur impensa utilis.
47. Decl. non procedere si fiat additamentum domui a tertio, quod dominus non fecisset.
48. Impensa in aedificatione domus quandoque est utilis, et quandoque necessaria, et ideo stetur arbitrio judicis.
49. Impensae fructuum colligendorum causa eae sunt, quae ad perpetuam utilitatem rei non pertinent, sed ad fructus dumtaxat.
50. Impensae fructuum colligendorum causa sunt omnes, quae quaerendorum, augendorum, conservandorumque eorum gratia fiunt, et num. 51. et 52. ubi quae sint istae.
53. Impensae quae respiciunt utilitatem rei perpetuam non dicuntur quaerendorum fructuum causa, licet eam quoque respiciant.
54. Ampl. dummodo respiciant utilitatem rei ad decennium duraturam
55. Fossas facere, eas reficere, si brevi tempore sunt duraturae sunt impensae fructuum colligendorum causa, secus si sunt perpetuae.
56. Dishoscatio est impensa fructuum colligendorum causa.
57. Contr. tenent alii.
58. Decl. ut si ager erat colliturarari, et per negligentiam repletus fuerit dumis procedat prima, si vero erat nemus inutile procedat secunda.
60. Impensa in curatione servorum, et jumentorum, ex quibus utilitas percipitur, dicitur fructuum colligendorum causa.
61. Impensae in curandis aedificiis, ex quibus fructus detrahuntur, dicuntur fructuum colligendorum causa.

CAPUT XXXIV.

Quid, et quotuplices sint impensae.

PRINCIPIUM TITULI.

Impensarum, quas meliorationes, seu melioramenta appellamus, utilis est tractatus dicit Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *in princip.* verum, quia materia est satis diffusa, ne dicam confusa, procedendum est cum aliqua distinctione, et Primo inspiciendum, quid, et quotuplices sint impensae. Secundo, quas expensas teneatur facere locator, et quas conductor. Tertio de pactis circa expensas faciendas, seu repetendas, quomodo intelligi debeant. Quarto quas expensas repetat conductor, et qua actione, et quo tempore. Quinto de probatione, et liquidatione expensarum. Assumendo igitur primam inspectionem, quid sint impensae, et melioramenta in genere, notum est; et patebit ex definitione specierum, si tamen quis et de- 1
finitionem earum etiam in genere cupit, adeat Gars. *in suo tract. de expen. et melioram. c.* 1. *num.* 7. *et* 8. ubi conatur explanare, quod planum est.

Sunt autem impensarum quatuor species, quaedam enim 2
sunt necessariae, quaedam utiles, quaedam vero voluptuariae, ut dicit Ulpian. *in l.* 1. *in princip. ff. de impens. in reb. dot.* et de his tribus speciebus impensarum singulariter loquitur, Paul. *in l. impensae* 79. *ff. de verb. signif.* inter quas licet comprehendi possint etiam impensae, quae fiunt fructuum colligendorum causa, de quibus habetur praecipue *in l. si a patre* 39. §. *fin. ff. de petit. haered.* tamen pro quarta specie eas addit, signanter Gars. *de expens. c.* 2. *num.* 10. et eas etiam separatim considerant Boer. *decis.* 44. *n.* 6. *in fin. et seqq. usque ad* 12. Maresc. *var. cap.* 108. *et seqq. lib.* 2. et alii. unde, et nos ita eas considerabimus, quia in hac materia, locationis, et conductionis specialem habent considerationem, ut patebit ex discursu, et generaliter multum interesse inter istas, et alias impensas perpetuam utilitatem rei

concernentes definitur *in l. vel si vites 3. vers. nos genera-
liter. ff. de impens. in reb. dot. fact.*
3 Necessariae illae dicuntur, quae habent in se necessitatem
impendendi, caeterum si nulla fuit necessitas, alio jure ha-
bentur, inquit Ulpian. *in d. l. 1. §. necessariae. ff. de im-
pens. in reb. dotalib.* quae definitio declaratur a Paulo *in
d. l. impensae 79. ff. de verb. signif.* explicat enim, quando
dicantur habere in se necessitatem, dicendo *impensae neces-*
4 *sariae dicuntur, quae si factae non sunt, res aut peritura
aut deterior futura sit.*
5 Et ita dicuntur necessariae ratione rei, dicuntur enim et-
iam necessariae impensae ratione personae, videlicet, quan-
do quis tenetur eas facere, ut habetur *in leg. et in totum 4.*
et ibi notat *gloss. 1. ff. de impens. in reb. dot.* sive necessi-
tas ei imponatur a lege, sive a contractu, et de utraque lo-
quitur Bart. *in l. 1. §. necessariae numero 1. et 2.* et de hac
necessitate loquar, quando dicam, quas impensas tenetur
facere locator, et quas conductor, hic autem explicandum est
quae sint necessariae ratione rei.
6 Sunt igitur in primis necessariae impensae circa rem loca-
tam illae, quas exigit ipsa res ad hoc ne pereat, vel ne dete-
rior, et minus apta usui destinato fiat, seu quibus non factis
res imminuitur, ut dicit Ulpian. *in l. impensae 14. in pr.
ff. de impens. in reb. dot. fact.* et multo magis si peritura
sit absque eis, juxta *dict. l. impensae 79. ff. de verb. signif.*
cum concord. relatis per Garz. *de expens. cap. 13. num. 49.*
et Peregrin. *de fideicommiss. art. 50. numero 8. versic.
nam his.*
7 Exemplum autem est si domus in totum, vel pro parte mi-
netur ruinam, nam in ea restauranda, seu reficienda neces-
saria est impensa, *leg. 1. prope fin. vers. si aedificium ruens,
ff. de impens. in reb. dot.* Menoch *cons. 1254. num. 1.* Al-
tograd. *cons. 28. num. 57. vers. et quidem lib. 1.* Seraphin.
8 *decis.* 898. *num.* 5. et non solum si agatur de domo locata,
sed etiam si locatum sit praedium, in quo adsit domus pro
usu rustici, quia et impensae pro ea reficienda, seu restau-
randa necessariae sunt, Ales. *cons. 162. num. 1. lib. 7.* Rol.
cons. 28. num. 12. et seqq. Surd. *consil. 181. num. 18.* Cyriac.
controv. 83. num. 1. Gratian. *decis. 72. num. 4.* et de aedi-
ficiis pro repositione fructuum, et custodia animalium uti gra-
nario, stabulo, et focull, et similibus, Ruin. *consil. 157. num.
21. lib. 1.* Dunoz. Jun. *decis* 665. *num. 4.*
9 Idemque erit, si in curandis animalibus necessaria fuerit
impensa, prout inter necessarias impensas connumeratur, si
in valetudinem servorum impensum fuerit *in l. 2. ff. de im-*
10 *pens. in reb. dot. fact.* et de propagatione vitium, curatione
arborum, et repositione aliarum in locum demortuarum, et
oliveti dejecti restauratione. *l. 1 in fin. et l. vel si vites 3.
in princip. et l. impensae 14. ff eodem.* Peregr. *art. 50. num.*
8. et si aliquid quis praestiterit, ne stipulatio damni infecti
committeretur id inter necessarias quoque connumeratur *in
d. l. 1. in fin. ff. de impens. in reb. dot.*
11 At licet impensa necessaria communiter sit in reficiendo,
attamen, et in faciendo saepe numero occurrere potest, Gloss.
in l. 1. verb. factum sit, ff. de impens. Bart. *in l. in fundo
39. num. 5. in fin. ff de rei vindic.* et aliis congestis tradit
Peregr. *de fideicomm. art. 50. num. 6.* nam, et ubi pistrinum,
vel horreum necessario factum sit, in necessariis impensis ha-
bendum sit libro, prout refert Ulpian. *in l. 1. §. sed et si,
ff. de impens. in reb. dot. fact.* et de constructione seminarii;
idest loci, ubi frumentum ad seminandum reponitur pro uti-
litate fundi, quod sit necessaria impensa, idem dicit *in l. vel
si vites 3. ff. eodem.* Regula autem est in contrarium, ut
scilicet nova aedificatio sit impensa utilis non necessaria, imo
fortius hoc procedit etiam in reaedificatione domus collapsae,
Petr. Barb. *in l. divortio 8. §. fin. n. 32. vers. aliud exem-
plum. ff. sol. matr.* Pereg. *cons. 41. n. 14. lib. 1.* Sim. de Praet.
de interpr. ult. vol. lib. 3. dub. 5. n. 16. Bner. *dec. 441. n. 7.*
12 Et non solum impensae factae in ipsa re, sed etiam factae
propter rem, seu rei causa, necessariae saepe dicuntur, ut la-
te pluribus congestis tradit Peregr. *de fideicomm. art. 50.
num. 9.* quorum exempla sunt, in expensis litium pro defen-
sione rei, in lationes praecipuum pro salariis, subsidiis, et aliis,
13 decimarum solutio, refectio viarum, de quibus Roland. *cons.
83. num. 1. et seqq. lib. 4.* et late Peregr. *dict. art. 50. num.
9. et num. 16. et seqq.* et de refectione itineris est text. *in
l. impensae 14. ff. de impens. in reb. dot.* et de factis causa de-
fend. rem ab hostium incursione, Bald. *cons. 303. n. 1. lib. 1.*
14 Utiles autem impensae definiuntur a Fulcino, ut sint, quae
meliorem dotem faciant deteriorem non esse sinunt, ex qui-
bus redditus mulieri acquiratur, ut habetur *in leg. impensae
79. ff. de verbor. significat.*
Et licet verba illa, deteriorem non esse sinunt, prima facie 15
reprehendi posse videantur, ex quo conveniant potius expensis
necessariis, quas dictum est eas esse, quibus non factis res
deterior futura esset ex eadem *l. impensae 79. in princ.* ta-
men evitari potest reprehensio pluribus modis, et primo le-
gendo non deteriorem esse non sinant, prout habetur in Pan-
dectis Florent. ut sit sensus eas demum utilium impensarum
appellatione, venire, quae rem meliorem efficiant, non quae
deteriorem fieri non sinant, prout magis placet gloss. margin.
Secundo, quia definitio necessariarum vult, quod sufficiat 16
eas impedire deteriorationem futuram, dicit enim, *impensae
necessariae sunt, quae si factae non sint, res aut peritura,
aut deterior futura sit.* et sic sufficit verificari impedimen-
tum deteriorationis propter alternativam illam, aut, ut in de-
finitione utilium non adest talis alternativa, sed requiritur co-
pulative, ut melior fiat res, et deterior non esse sinatur, itaut
haec adsit differentia inter necessarias, et utiles, ut primae
conservent tantum, secundae conservent, et augeant simul,
quae est magna differentia, ut dicit Rebuff. *in d. l. impensae,
§. utiles. vers. ex quo texto collige.*
Tertio cessat objectum, quia dum text. in definitione uti- 17
lium, postquam dixit eas esse, quae meliorem dotem faciunt,
addit, deteriorem esse non sinunt, continuata est oratio, non
solum absque dictione alternativa, sed etiam absque copula,
intelligi debet, etiam continuatus sensus praecedens, quod
meliorem dotem faciant deteriorem esse non sinant, idest, ut
ita melior sit effecta res, ut nulla possit considerari deterioratio,
alias, si possit considerari simul cum melioratione admixta
aliqua deterioratio, non possit dici utilis, puta si melior facta
domus, quoad commodum habitantis, sed deterior, quoad lu-
crum, vel decorem, aut durationem. Rebuff. *in d. l. impensae,
§. utiles. vers. secundo dicitur. ff. de verb. signif.*
Quarto videtur etiam posse dici, quod si considerentur di- 18
ligenter verba posita in definitione necessariarum, ut sint,
quae si factae non sint res deterior futura esset, et verba po-
sita in definitione utilium, et sint, quae rem deteriorem esse
non sinant, habent utraque diversum sensum, prima enim
significant reparationem, seu impedimentum deteriorationis
futurae, et sic omnino certae, et imminentis, quae proinde
imponebat necessitatem, secunda vero non important, quod
impensae fuerint factae ex dicta necessitate, et possunt in-
telligi de reddentibus rem magis tutam, et de factis pro ma-
jori cautela, quae reputatur utilis, non autem necessaria.
Addit Fulcinus in dicta definitione utilium, ex quibus reddi- 19
tus mulieri acquiratur, quae pariter circumstantia requiritur,
copulative, ad hoc, ut impensae possint dici utiles cum prae-
dictis, quod meliorem dotem, seu rem aliam faciant, et dete-
riorem esse non sinant, ut tradit *in d. l. impensae, §. utiles*
Rebuff. *in princ. et vers. tertio requiritur.* ubi dicit, quod
propterea ipse respondit contra illum, qui plumbeum recepta-
culum in tecto apposuerit ad recipiendam aquam, et infunden-
dam in cisternam vicini non dici fuisse impensam utilem
domui, sed potius cisternae.
Addendum etiam videtur aliud requisitum, quod videlicet 20
impensae fuerint ab initio utiliter factae, adeo ut non sufficiat
absque requisito isto, quod res actualiter facta sit melior, di-
cit enim Ulpianus *in l. quod dicitur 5. in fin. ff. de impens.
in reb. dot.* utiles autem impensae sunt quas maritus utili-
ter facit, remque meliorem uxoris fecerit, et sic duo ista co-
pulative requirit, unde non sufficit scire, quid melioratum
sed etiam sciendum, quid impensum, quando agitur de repe-
titione melioramentorum, juxta communem opinionem, de
qua testatur Seraph. *decis.* 898. *num* 1. et dicam infra.
Exempla autem harum impensarum, quae dicuntur utiles 21
sunt, si novelletum in fundo factum sit, ut habetur *in l. veluti
6. ff. de impens. in reb. dot. fact.* vel in arbusti pastinatione,
ultra quam necesse sit ut dicit text. *in d. l. impensae de verb.* 22
signif. ex quo textu deducitur impensam, quae necessitatem
excedit quandoque in titulum utilis recidere, ut advertit
Peregr. *de fideicom. art. 50. num. 25.* et deducitur etiam,
quod licet Rot. coram Seraph. *decis.* 898. *num.* 4. dixerit
pastinationem referendam esse inter utiles, tamen intelligi
debet in dicto casu, quo sit ultra necessitatem, unde in vineis
quatenus agatur de sola propagatione in locum demortuarum, 23
impensa est necessaria, ut dictum est supra ex *l. vel si vites
3. in princ. ff. de impens. in reb. in dot. fact.* et tradit Lu-
dov. *decis. Perus. 24. num. 6.* Seraphin. *dec. 413. num. 4.*
secus autem si agatur de novae vineae plantatione, quia est

tantum utilis, *l. colonus* 63. *in princip. ff. locat.* Castr. *consil.* 270. *num.* 3. *ante med. lib.* 1. Peregrin. qui alios citat
d. art. 50. *num.* 261 *prope med.* Menoch. *consil.* 1254. *num.* 6.

24 Arborum autem plantatio, an sit impensa utilis, controversia est inter doctores, pro affirmativa enim stant post alios, Monoch. *recuper. remed.* 15 *num.* 527. et Joseph. Ludovic. *decis. Perus.* 24. *num.* 18. negativam vero opinionem
25 sequitur signanter Rota, ut relatis decisionibus antiquioribus testatur Duran. *decis.* 338. *numero* 6. et Rayas *decis.* 216. *num.* 8. et hujus opinionis ratio assignari potest quia licet arbores sint sui natura frugiferae, et sic utiles, tamen ultra quod sunt aliquae, quae fructum non ferunt, loquendo etiam de frugiferis, clarum est, quod earum plantatio affert praejudicium culturae agri, in quo plantantur, quod praejudicium potest esse tale, ut compenset utilitatem earum, ut probatum fuerat in casu *d. decis.* 338. coram Duran. et habetur *numero* 7. ea proinde non probatur impensa utilis, ex quo facta sit in plantandis arboribus, juxta vulgatam regu-
26 lam, non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse, et ideo necesse est probare, quod arbores fructus augeant, et tunc intrat alia opinio, quod earum plantatio repetenda sit impensa utilis, prout sensit eadem Rota *in decis.* 233. *num.*
27 16. *part.* 12. *recent.* praeterea quandoque arbores non respiciunt perpetuam utilitatem fundi, et tunc licet utiles sint, tamen potius fructuum quaerendorum causa, et inter illas meliorationes referendae, ut dicam infra, ubi loquar de eis.

28 Aliud exemplum impensae utilis est, si impensum in addiscendis pueris *d. l. impensae de verb. signif.* idest si servi artes fuerint edocti, ut dicitur *in l. veluti. ff. de impens. in reb. dot. fact.* nam si quis habeat onus educandi pueros
29 liberos, impensae in eis erudiendis, juxta ipsorum qualitatem sunt necessariae, ut habetur *in l. de bonis, §. non solum, ff. de carbon. edict.* et advertit Rebuff. *in dict. l. im-*
30 *pensae, §. utiles vers. nec refragatur*, et eadem ratione inter utiles reputari possent impensae factae in eruditione animalium, ut post Angel. *in l. sin autem, §. fin. ff. de rei vindic.* tradit Peregr. *dict. art.* 50. *num.* 25. *versic. item in docendis.*

31 Si in domo pistrinum, aut taberna fuerit adjecta, inter utiles impensas absolute connumerantur *in d. l. veluti, ff. de impens. in reb. dot.* at debet intelligi, quod plerumque in eis connumerentur, ut dicitur *in l. impensae* 79. *ff. de verb.*
32 *signif.* non autem semper, quia quandoque potest esse, quod sint necessariae, ut dictum est supra, et advertit Peregr. *art.* 50. *num.* 26. *ad fin.* prout etiam cacassara vinaam, dicitur impensa utilis Rot. *decis.* 356. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* et in Romana Vineae 12. junii 1622. coram Verospio.

33 Et sunt alia, quae longum esset omnia referre, si quis videre cupit, adeat feudistas *in cap.* 1. *§. si vassallus tit. hic finitur, et cap.* 1. *§. e contrario in tit. de investit. de re alien.* et Peregr. *cons.* 3. *a num.* 22. *ad* 32. *lib.* 3. ubi loquitur singulariter de pluribus.

34 Voluptuariae impensae sunt, quae speciem dumtaxat ornant, non etiam fructus augent dicit text. in *d. l. impensae* 79. *§. voluptuariae, ff. de verb. signif.* Duran. *decis.* 338. *num.* 4. seu quas facit aliquis ad voluptatem, et quae species
35 exornant, ut dicit text. *in l. voluptuariae* 7. *ff. de impens.*

Exempla autem harum sunt viridaria, aquae salientes, in-
36 crustationes, loricationes picturae, ut habetur *in d. l. impensae in fin. ff. de verb. signif.* unde meliorationes viridarii
37 reputari inter voluptuarias impensas, censuit Rot. cor. Du-
38 ran. *d. decis.* 338. *numero* 4. *et* 5. et de pergulatis, et mero viridarii, et fornello pro lavandis pannis, Rot. *decis.* 650. *n.* 4. *part.* 2. *recent.*

39 Verum animadvertendum, quod impensae istae voluptuariae, quandoque sunt utiles, *l. voluptuariae* 7. *vers. qua-*
40 *rum utiles*, ubi Gloss. *in verb. quarum in* 2. *lectura, ff. de impens. in reb. dot.* uti si res, in quibus factae fuerunt erant venales, seu prumercales, ut dicit text. *in l. quod si cas* 10.
41 *ff. de impens.* tunc enim in quantum augent pretium utiles sunt, *l. nisi si venalem* 30. *et leg. in fundo* 39. *ff. de rei vindic.* et si dominus erat eas impensas facturus, et alius eas fecerit, tunc enim pariter reputantur ab eo utiliter factae, *d. leg. in fundo* 39. *in princ. vers. finge, et dominum, ff. de rei vindicat.* Peregr. *art.* 50. *num* 54. *vers. hujusmodi.*

42 Hinc est, quod si locus sit destinatus viridario, tunc spallerias facere, et similia, quae in viridariis fiunt reputabitur impensa utilis, prout censuit Rot. cor. Seraphin. *decis.* 986. et declarat ibi Apostill. secus autem e contra si locus non erat destinatus pro viridario, nec delectabilem formam exhibeat, Rot. coram Bichio *dec.* 564. *n.* 19. et inde etiam est, quod
picturae, et incrustationes in palatiis magnatum reputantur 43
utiles, Grat. *discept.* 437. *n.* 3. *et* 4. Cyriac. *contr.* 261. *n.* 34. *d. Apostoll.* ad Seraph. *decis.* 986. *in fin.*

Domus autem magna in rure, et vulgo dicitur *per villeg-* 44
giare est voluptuaria, quia non auget fructus, Rot. *decis.* 630. *numero* 4. *in princip. part.* 2. *recent.* Maxime si ubi aderat domus paterna, ampla aedificia aedificata sint, ut habetur *in l. ex duobus fratribus, ff. de negot. gest.* vel domum ipsam ornaverit puta faciendo latericia, pavimenta, et lapideas fenestras, et similia. aut aderat domus sufficiens, et aucta fuerit ad solam majorem commoditatem, quia haec ad voluptatem pertinere, tradit Garz. *de expens. cap.* 5. *numero* 9. *prope fin.* ubi quod non semel in senatu illo hujusmodi aedificia voluptuaria judicata sunt, et itidem de incru-
stationibus dixit Rot. coram Merlin. *decis.* 546. *num.* 43. At 45
ubi nulla adesset domus, ejus aedificatio simplex esset utilis, Barbos. *in l. divortio, §. fin. part.* 2. *num.* 76. *ff. sol. matrim.* et ubi constet, quod sine ea coloni non poterant habitare, et commode praedia colere, reputabitur necessaria, Roland. *cons.* 28. *num.* 12. *lib.* 1. Cartar. qui alios plene congerit *decis.* Rot. Jeunen. 72. *numero* 4. Magon. *decis. Luc.* 81. *num.* 25. nisi sit expensa excessiva a solito, quia tunc repetetur inutilis, ex traditis per Bellon. Jun. *cons.* 76. *n.*
62. *ad fin. et seqq.* secus autem in civitate, quia ibi amplum 46
aedificium dicitur impensa utilis, Petrus Barbos. *d. par.* 1. *num.* 76. At si aderat sufficiens aedificium, et auctum fuerit
a non domino, et dominus additamentum illud non fecisset, 47
nec domum illam habebat venalem, tunc non repetatur utilis impensa ad ejus gravamen. Castr. *in leg. ex duobus, ff. de neg. gest.* Curt. Jun. *consil* 165. *num.* 14. *versic. praeterea*, Peregrin. *art.* 50. *prope fin. sub vers. idem si augerent*, Rot. coram Bichio *decis.* 199. *num.* 9.

Caeterum, quia ex circumstantiis domus, quae uno in lo- 48
co erit necessaria, in alio erit tantum utilis, in alio mere voluptuaria, et sic de quampluribus aliis impensis, hinc est, ut necesse sit relinqui, plerumque judicis arbitrio definire inter quas impensa sit referenda, Rosentol. *de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 103. *et* 104. Altograd. *cons.* 28. *num.* 68. *lib.* 2. et statur etiam relationi peritorum, Rot. cor. Bichio *decis.* 199. *num.* 27. *et in recent. dec.* 317. *n.* 17. *part.* 11.

Fructuum denique colligendorum causa expensae sunt 49
illae, quae ad perpetuam utilitatem rei non pertinent, sed ad fructus dumtaxat, sive praesentis anni, sive futuros, *l. vel*
si vites 3 *vers. nos generaliter, ff. de impens. in reb. dot.* 50
fact. et sunt omnes, quae quaerendorum, augendorum, conservandorumque eorum gratia fiunt, ut habetur *in l. si a patre* 39. *§. fin. de petit. haered.* et latius tradit Garz. *de expens. cap.* 1. *sub num.* 12.

Quae autem fiunt quaerendorum, et colligendorum fru- 51
ctuum causa sunt in arando, serendoque agro, *leg. divortio* 8. *§. impendia, ff. sol. matr.* Item corrigendo, occando, metendo, stritorando, putando, vindemiando, et similia, Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 22.

Conservandorum vero fructuum causa sunt expensae in 52
quaerendo domum ad pensionem, ubi fructus stare possint in conducendo vegetes, et granaria in solvendis operariis, qui vina permutent, segetes, et frumentum de loco ad locum transportent, pulverem, et vermes corrodentes detrahant, et ejiciant, et similes. Angel. *in l. si a domino, §. fructus n.* 2. *ff. de petit. haered.* Petra *de fideicommiss. quaest.* 15. *num.* 240. *vers.* 5. Peregrin. *d. art.* 50. *num.* 22.

Sunt autem quaedam impensae, quae respiciunt quidem 53
causam fructuum quaerendorum, sed sunt etiam ad rei utilitatem, circa quas advertendum erit. An respiciant utilitatem rei perpetuam, quia tunc desinunt dici quaerendorum fructuum causa, *d. l. vel si vites* 3. *vers. nos generaliter*,
ff. de impens. in reb. dot. fact. et perpetua utilitas ad hunc 54
effectum non intelligenda stricte, et proprie, sed dummodo sit duratura ad decennium, ut docet Gloss. *in eadem l. vel si vites ver. vel ad eam*, Natt. *cons.* 256. *numero* 2. Rimin. Jun. *cons.* 411. *num.* 25. ubi alios antiquiores allegat, et notat Jos. Ludov. *decis. Perus.* 26. *num.* 10. dicentem non vidisse ob aliquo factum.

Hinc foveas fodere, seu reficere quando sunt brevi tempo- 55
re duraturae reputantur causa fructuum colligendorum, quia est cultura, *leg.* 1. *§. de eo, ff. de aqua pluv. arcen.* secus autem si respiciant perpetuam utilitatem, ut post Bart. *in l. impensae* 14. *ff. de impens. in reb. dot. fact.* quem alii se-

qauntur relati per Rolan. *cons.* 28. *num.* 24. *lib.* 1. et Menoch. *de arbitr. in addit. ad cas.* 258. *num.* 26.

56 Sic in disboscatione controverti solet, an sit fructuum colligendorum causa, et pro affirmativa facit, quod disboscatio sit quoddam praeambulum ad culturam agri, quae respicit perceptionem fructuum, et ideo ipsam quoque quaerendorum fructuum causa factam dici debere, censuit Castrens. *cons.* 270. *num.* 3. *vers. tertio principaliter lib.* 2. at eum
57 sequitur Negusan. *de pignor. part.* 5. *membr.* 4. *num.* 11. *in fin.* Contrariam vero opinionem tenuit Ruin. *cons.* 135. *num.* 14. ubi quod opinio Castr. cum supportatione est falsa *lib.* 3. et eum secuti sunt Rim. Jun. *consil.* 411. *num.* 17.
58 Roland. *cons.* 28. *n.* 23. *lib.* 1. At istae quoque opiniones ita contrariae conciliantur cum distinctione, quod si impensa sit parva, et duratura ad tempus breve, puta si ager solitus arari, per negligentiam praecedentis coloni repletus sit dumis, et sentibus, reputetur gratia quaerendorum fructuum applicatur enim, quod sit praeambulum ad culturam, ut dicit Castren. si autem sit impensa magna, et tendens ad perpetuam utilitatem, uti si ager erat namus inutile, et avulsis radicitus arboribus radactus sit actus, ut perpetuo coli valeat, secus sit dicendum, ut late ostendit Menoch. *de arbitr. in addit. ad cas.* 258. *num.* 24. *et seqq.*

59 Arborum quoque plantatio respicit utramque causam, et fructuum, et meliorationis rei, et tunc soloe perceptionis fructuum, causa tribuitur cum sunt arbores per se infructiferae, sed culturae inserviunt, ut sunt populos, et ornus, secundum Castrens. *cons.* 276. *numero* 3. *vers. de expensa vero facta lib.* 2. quem sequitur Rolan. *cons.* 28. *num.* 16. *lib.* 1. et aliis pluribus relatis, Menoch. *de arbitr. in addit. ad cas.* 258. *num.* 27. At haec opinio non transit sine magna difficultate, nam Castrensem reprehendit Ruinus *cons.* 14. *n.* 3. *lib.* 1. de quo etiam meminit Roland. *d. cons.* 28. *num.* 16. quia dum istae arbores durant ultra tempus locationis, impensa dicitur magna, et utilitatem rei respiciens, quod firmat etiam ex communi Garz. *de expens. cap.* 14. *n.* 17. *post med. et dicam infra in* 4. *inspect.* Et ideo tunc admittenda tantum erit contraria opinio Castrens. cum utilitas earum non est duratura ultra tempus locationis, Rot. *decis.* 650. *num.* 5. *part.* 5. *recent.* cum aliis adductis per Fulgin. *de jur. emphyt. tit. deelioram. quaest.* 2. *n.* 45.

60 Impensae quoque in servo curando dicuntur fructuum quaerendorum causa, si ex eo fructus aliqui percipiantur, ut habetur *in leg. divortio* 8. ?. *impendia, ff. sol. matrim.* et idem poterit dici de impensis in curandis animalibus, ut argumentatur post alios Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 25. *vers. item in docendis*, quatenus tamen non sit curatio necessaria, de qua sup.

61 Ac etiam, quod in tutelam aedificiorum, ex quibus fructus detrahitur impenditur inter easdem impensas fructuum percipiendorum causa factas pariter reputari habetur in eadem *l. divortio*, ?. *impendia, ff. sol. matrim.*

Quas impensas, et melioramenta teneatur facere locator, et quas conductor.

SUMMARIUM.

1. Impensae necessariae sunt faciendae a locatore, et num. 12.
2. Ampl. non solum quoad necessaria in reficiendo, sed etiam in faciendo.
3. Ampl. 2. etiam ad necessaria circa instrumenta, quae in locatione veniunt.
4. Puteum reficere, et purgere tenetur locator.
5. Ostia, et fenestrae reaptere tenetur locator.
6. Decl. procedere in solitis, et necessariis, secus si ad commodiorem usum fiant.
7. Vitreae fenestres facere non tenetur locator.
8. Secus si eduet de tempora locationis, quia tradendea.
9. Operae suas locans tenetur eas praestare suis sumptibus.
10. Et tenetur etiam praestare instrumenta necessaria.
11. Et si eadem instrumenta rumpentur, tenetur ea de suo reficere.
13. Ampl. 3. conclusionem principalem, et expensae necessariae sint reficiendae a locatore etiam in locatione ad longum tempus pro mercede fructibus correspondenta facta.
14. Secus si pensio sit modica.
15. Et si gratis habitet.
16. Intellige si impensa non excedat pensionem, quae verisimiliter taxari possit.
17. Hebraei urbis licet ex constitutione apostolica non possent e domibus expelli, abhos non tenentur facere expensas necessarias in eis, sed domini.
18. Hebraei urbis possunt facere in domibus omnia melioramenta pro eorum usu, et commoditate.
19. Conductor si devastet, vel destruat rem tenetur eam restaurare suis sumptibus.
20. Usufructuarius damno imminenti occurrere tenetur, et illud suis impensis reparare, si periculum sit in mora.
21. Impensas necessarias tenetur facere conductor ad reparandum damnum imminens, ubi periculum est in mora.
22. Praecipue si habeat in manibus mercedem locatori debitam.
23. Et si eccompsit onus reficiendi.
24. Mandatum assumptum non explens dicitur in culpa, et tenetur ad damna.
25. Viam prope domum locatam tenetur reficere.
26. Et si locator non reficiat, reficit conductor, et imputat in mercedem.
27. Et pactum contrarium est exorbitans.
28. Litium expensas pro defensione rei locatae tenetur facere dominus.
29. Collectae impositae ratione rei solvendae sunt a locatore.
30. Decl. procedere in impositis personae pro rebus, secus in impositis fructibus tantum.
31. Collectae imponi possunt conductoribus ad longum tempus ratione utilis dominii.
32. Pro collectis potest conductor compelli solvere de fructibus, et se relevare a domino.
33. Decl. procedere pro rata fructuum qui domino ab eo debentur.
34. Tributa solvuntur ratione rei, et sequuntur fructus.
35. Tributa solvenda sunt a conductore fructus percipiente, et num. 37.
36. Contrarium.
38. Decl. et si tributum solvendum sit in fructibus procedat prima, si in pecunia secunda.
39. Intellige si locatio non sit pro modica pensione, quia tunc tenetur semper conductor.
40. Decimae debentur de fructibus, et solvendae a locatore, et conductore pro rata eorum.
41. Et ubi locatio est pro parole, solvendae totaliter a conductore.
42. Gabella transitus animalis ad cecteram locati solvenda a locatore et eam servit.
43. Secus si solvendum sit quid amplius pro onera.
44. Item secus stante contraria voluntate partium.
45. Impensae utiles, et voluptuariae neque a locatore, neque a conductore sunt faciendae.
46. Impensae fructuum colligendorum causa debent fieri a conductore.
47. Decl. ut quae respiciunt solum fructus sui temporis, tenetur facere tantum conductor si velit illos colligere ea vero, quae ex quorum omissione resultat damnum domino possit etiam compelli.
48. Fossata, quae fiunt in agris locatis si fiant quolibet anno, vel sunt duratura tantum pro tempore locationis facienda sunt a conductore, secus si ulterius sunt duratura.
49. Cultura fundi facienda a conductore.
50. Fossata si fuerint in locatione considerata tamquam pars rei, tunc reficienda sunt a conductore.
51. Fossata si durant ad decennium, et sunt necessaria, refici debent a locatore, si vero sunt tantum utilia, et tanto tempore non durent, potest conductor repetere solum expensas pro rata temporis quo locatio non durat.

CAPUT XXXIV. ?. I.

Deveniendo nunc ad secundam inspectionem, quasnam ex praedictis impensis teneatur facere locator, et quas conductor, reassumendo primas, nempe necessarias, ad eas faciendas teneri locatorem convincitur ea ratione, quia ipse curare debet conductorem, uti posse re locata toto tempore durantis locationis, ut dictum est in *cap. praecedenti num.* . . . unde si domus locata minetur ruinam, tenebitur eam reficere, ut est text. *in l. ex conducto* 16. *in princip.* et ibi Gloss. *in verb. reficitur, ff. locat.* Paris. *consil.* 40. *num.* 2. *lib.* 1. Natt. *cons.* 449. *num.* 9. Marius. Antonin. *lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 14. 1

Et non solum tenetur locator ad expensas necessarias in reficiendo, sed etiam in faciendo, quatenus videlicet ad usum, ad quem locata fuit res, aliquid deficiat, uti si retinenda esset grex. in praedio locato, et deficere stabulum, quod compelli possit locator illud praestare, habetur *in d. l. ex conducto* 16. *ff. locat.* 2

Et quia in locatione non solum venit ipsa res locata, sed etiam veniunt instrumenta necessaria ad usum, ad quem ipsa res locata fuit, juxta tradita *in cap.* 23. *de intellect. seu interpret. locat. n.* 76. inde sequitur, ut etiam teneatur locator ad impensas necessarias pro refectione eorumdem instrumentorum, ut est text. *in l. sed addes* 21. ?. *illud nobis, ff. locat.* et idem est de aliis rebus in locatione comprehensis, et in specie, quod teneatur ad reficiendum, seu purgandum puteum, Guidop. *decis.* 444. *num.* 3. Roland *cons.* 83. *num.* 4. *lib.* 4. Cyriac. *contr.* 61. *num.* 28. *et seqq.* et idem esse etiam de funibus, et aliis pro hauriranda aqua necessariis. docuit Castr. *in l. ex conducto num.* 2. *ff. locat.* prout etiam, quod teneatur reaptare ostia, et fenestras nimium corruptas, est text. *in l. si merces* 28. ?. *si vicino in fin. ff. locat.* et tradunt de his, et similibus, Natt. *cons.* 449. *num.* 9. Cyriac. *contr.* 61. *num.* 29. Garz. *de expens. cap.* 14. *num.* 15. *ad med.* intelligendo tamen de solitis, aut alias necessariis, si enim conductor velit aptare fenestram gratia 3 4 5 6

Pacioni

commodioris usus, non tenebitur locator, Bald. in *l. si quis*
mihi 16. *ad fin. ff. mandat.* ubi si velit fenestram ad stu-
dium, Carpan. *ad statut. Mediol. cap.* 400. n. 214. *tom.* 2.
et hinc est, quod si conductor velit fenestras vitreas, tenea-
tur eas facere de suo, quia sunt gratia commodioris usus, non
7 necessariae, Niger. *de except. cap.* 8. ℥. 15. *n.* 4. *prope fin.*
licet secus sit, ubi adsint tempore locationis, quia tunc de-
8 bent tradi tamquam in ea comprehensae, prout venire in
venditione, decidit late Surd. *decis.* 134 *per tot.*
9 Hinc etiam est, quod locans operas suas debet illas prae-
stare suis sumptibus, quatenus consuetudo, vel aliae circum-
stantiae aliud non ferant, juxta doctrinam Bart. *in l. si non*
sortem 26. ℥. *libertus num.* 32. *ff. de condit. indeb.* quam
alii sequuntur. ut testatur ibi Jas. numero 28. *vers. juxta*
10 *hanc* et docuit etiam Bald. in *leg. quoniam* 10. *in fin. c. de*
testib. et debet etiam talis locator portare omnia instrumen-
ta necessaria ad operas, quas locavit praestandas, et si non
11 habet, potest cogi ad ea emendum, Bald. *in l.* 1. *c. de ver-*
bor. signif. Jas. *in dict.* ℥. *libertus* numero 30 et quatenus
talia instrumenta rumpantur, tenetur ipse de suo illa refice-
re, non autem conductor, ut est text. *in leg.* 2. ℥. *si conser-*
vatis, vers. nam et si faber, ff. ad leg. rhod. de jactu gloss.
in l. quoniam in. *verbo sumptus*, et ibi etiam Bald. *in fin.*
cod. de testibus, quidquid contrarium senserit Carocc. *de*
locat. titul. de melioramentis quaest. 4. *numero* 16. et non
obstante, quod text. *in dict.* ℥ *si conservatis* dicat, quod si
faber incudem, aut malleum fregit, non imputetur ei, qui
locavit opus, quia intelligitur non imputari conductori ope-
rarum ejus, ut explicat ibi Gloss. *in verbo locavit*, et intel-
ligunt Gloss. et Bald. *in dict. leg. quoniam*, et comprobatur
ex quo text. non dicit ei, qui locavit operas, sed ei, qui lo-
cavit opus, hinc enim sequitur, ut non possit intelligi de
fabro, quia faber non locat opus, sed illud conducit, licet
quandoque locet operas, ut declaratum est *in cap* 1.
Nec adversus praedicta apponatur, quod etiam conductor
teneatur rem custodire, et conservare, ut eam in eodem sta-
tu, quo recepit, restituere valeat, ut dictum est *in cap.* 29.
quia id intelligitur absque sui praejudicio, non enim pro-
12 pterea, quod res usu forte deterioretur, debet ipse ab usu,
ad quem locata fuit abstinere, vel quatenus absq; sua cul-
pa sit deteriorata eam reficere, et mediantibus expensis con-
servare, quia hoc onus a legibus supracitatis locatori expres-
se injungitur, et proinde non pertinet ad conductorem,
Natt. *consil.* 449. *num.* 9. *et seqq.* Cyriac. *controv.* 61. *num.*
29. et 30. Caroc. *de locat. tit. de melioramentis quaest.* 4.
num. 13.
13 Quod, et ampliatur procedere non solum in locatione ad
modicum tempus, sed etiam in locatione ad tempus longum,
quatenus talis locatio sit pro mercede correspondente fructi-
bus rei locatae, Ruin. *cons.* 77. *num.* 6. et 7. *lib.* 1. Ro-
land. *cons.* 79. *num.* 13. *vers.* 4. *lib.* 4 Thesaur. *decis.* 20.
num. 7. quia per illius constitutionem videtur conductor om-
nem impensam rei conservationem respicientem a se abjecis-
14 se, ut dicit Garz. *de expens. cap.* 14. num. 15. *post med.*
vers. denique semper, quod secus esset, si pensio esset mo-
dica, ut sensit ipse Garz. et est distinctio communis, ut dicit
15 Valasc. *de jur. emphyt. q.* 29. *num.* 26. *ad fin.* Burgnia. *de-*
cis. 44. *num.* 55. ubi idem tenet si gratis habitet, quod et
sequitur aliis adductis, Carpan. *ad stat. Mediol. tom.* 2. *cap.*
16 400. *num.* 197. ubi tamen declarat procedere, quatenus ex-
pensa non excedat pensionem, quae verisimiliter taxari pos-
set in tempus, quo habet inhabitare.
17 Hinc cum praetenderetur contra hebraeos urbis, qui ex
constitutione Clem. VIII. ex domibus conductis expelli non
possunt ac propterea habent jus quoddam inquilinatus, quod
vocant gazagà. quod ipsis incumberet onus reficiendi domos
quasi per illud jus essent potius emphyteutae, quam con-
ductores, Rota in una Romana domorum 2. martii 1663. co-
ram Verospio consideravit, quod ipsi non solvunt quid mo-
dicum, sed annuam pensionem redditibus correspondentem,
et propterea reputari debent veri conductores, ac proinde
quamvis propter praefatam constitutionem sint conductores
ad longum tempus, adhuc non debent arctari ad necessarias
restaurationes, sed domini praefatas pensiones recipientes il-
las facere debent, ut latius patet ex praefata decisione, quae
hodie habetur impressa *decis.* 38. *num.* 2. *et seqq. par.* 14.
recent. et confirmata fuit per aliam, quae est *decis.* 89. *ea-*
dem par.
18 Possunt tamen hebraei ex dicta constit. facere in eisdem
domibus omnia melioramenta pro eorum usu, et commodita-
to, nec eorum ratione valent domini augere pensiones, nisi
refectis sumptibus ad eorum proportionem, ut refert Gra-
tian. *discept.* 842. num. 21. sed licet non possunt compelli
domini domorum ipsos sumptus eis reficere, id intelligitur de
melioramentis ad voluptatem seu majorem commoditatem
factis, non de omnino necessariis *d. decis.* 38. *num.* 7. *par.*
14. *recent.*
Si tamen ipse conductor devastat, aut destruat, tunc ip- 19
semet absolute tenebitur ad expensas restaurationi necessarias,
adeo ut etiam ejus haeres ad illas condemnari valeat, ut habe-
tur *in l. cum conductorem* 29. *c. locat.*
Debet etiam conductor periculum imminentis ruinae a
se praevisum denunciare locatori, hoc enim est onus custo-
diae ab eo debitae, et si omittet denunciare, dicitur non cu-
stodire, et ad damna tenetur Bart. *in l. provinciali* 3. ℥. *si*
ego num. 2. *ff. de nov. oper. nunc.* Cyriac. *controv.* 61. *num.*
34. Garz. *de expens. cap.* 14. *num.* 29. cum aliis adductis
supra *in cap.* 29. *de conductore, quid possit in re locat.* ubi
etiam videnda sunt declarationes hujus conclusionis.
Et quatenus periculum sit in mora, tenetur etiam conductor 20
de suo expendere ad damnum imminens reparandum, prout
de usu fructuario tradit Castrens. *in l. eum ad quem* 7. *cod.* 21
de usufructu. et habitat. et aliis adductis Bonius *consil.* 123,
num. 17. et in specie de conductore Cyriac. *contr.* 61. *n.* 33.
Eoque certius si habeat in manibus mercedem locatori de-
bitam, quia tunc expendere debet de ea, et sic non applica- 22
tur, quod dicitur, ipsum non debere expendere de suo, et
repetere Cyriac. *dict. contr.* 61 *num.* 31. dicens colligi ex
text. *in l. aediles.*, *vers. quicumque autem mercede*, *ff. de*
via pub.
Prout etiam tenetur conductor de suo expendere ad ob- 23
viandum imminenti periculo, si monitus a locatore, ut provi-
deret, respondisset, se facturum, quatenus expensae sibi bo-
nificarentur, et locator se eas bonificaturum promisisset, tunc
enim quatenus mandatum assumptum non expleret, dicere-
tur in culpa, et ad damna subsecuta, et interesse teneretur, 24
leg. si procuratorem 8. ℥. *mandati*, *ff. mandati*, cum con-
cordant. relati per Cyriac. *d. contr.* 61. *num.* 31.
Ad eas quoque expensas necessarias, quas dictum est fieri 25
extra rem ipsius causa, tenetur quoque locator, et in specie
tenetur ad expensas viae prope domum locatam, existentem, ut
est text. *in l. aediles*, ℥. *construat autem*, *ff. de via publ.* et
tradit Castren. *in l. ex conducto num.* 3. *ff. locat.* et domi- 26
no non construente, construit conductor, et computat dispen-
dium in mercedem, ut dicit text. *in d. leg. aediles*, ℥. *con-*
struat autem, *vers. quicumque*, itaut conductor aliter non
teneatur, quam expensis pensionis. Bart. *in leg. aediles nu-*
mero 2. per illum text. in *vers. quicumque autem*, *ff. de via*
publica, Natt. *cons.* 449. *num.* 10. Cyriac. *contr.* 61, num. 27
31. et pactum contrarium esset exorbitans, et ideo stricte in-
telligendum de illis tantum, quae sunt prope rem locatam,
ut censuit Rota in una Rom. Horti 26. januarii 1632. ℥. *fin.*
coram Motmanno.
Sic expensas litium pro rei defensione facere debet domi- 28
nus, et quatenus eas faciat conductor, ipse dominus debebit
illas refundere quia istae impensae litium pro impedienda
amissione rei per evictionem, sunt eodem modo necessariae,
ac impensae in restauratione parietas ad impediendam amis-
sionem domus per ruinam, et ideo eodem modo faciendae
sunt a domino, Garz. *de expens. et melior. cap.* 14. *num.*
27. Borr. *decis.* 44. *num.* 15.
Et ideo est de collectis, quae ratione rei locatae impo- 29
nuntur a communitate, seu aliis superioribus, quia et ad eas
tenetur locator non autem conductor, Ferrett. *consil.* 199.
n. 5. Cancer. *var. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 200. Ciarlin. *contr.*
209. *num.* 28. *vers. ideo sicut*, et *num.* 37. ubi de veriori,
et respondet contrariis, quod tamen procedit si agatur de 30
collectis impositis personae pro rebus, quia si imponerentur
collecta tantum ipsis fructibus, secus esset dicendum, ut di-
stinguendo docet Bart. *in l.* 1. *post med. cod. de annon.*
lib. 10. Soccin. Sen. *cons.* 119. *num.* 2. *lib.* 1. Jas. *cons.*
109. *dub.* 3. *lib.* 1. Castr. *cons.* 442. *num.* 2. *lib.* 1. Pet. de
Raven. *sing. ult.* Corsert. *sing.* 163. sic ubi imponitur ali-
qua collecta pro fructuum conservatione. teneri conductorem
Avendan. *de execut. mand. reg. par.* 2. *cap.* 10. *n.* 25. et
consonant tradita supra *in c.* 27. *de effect. locat. q.* 7. ubi e-
tiam, quod ubi agitur de conductoribus ad longum tempus
habentibus utile dominium, possunt ratione illius collectari, 31
quod procedit, quatenus non solvant pensionem correspon-
dentem fructibus, sed quid minimum, ea tradita per Fulgin.

de jur. emphyt. tit. de melior. quaest. 10. *num.* 13. et alios supracitat.

32 Posset tamen etiam compelli conductor solvere collectam a locatore debitam, seu ei auferri fructus, cedendo illi actiones, ut valeat se revalere de eo, quod solvit contra dominium, ut dictum est de refectione viae, ut post Speculat. *tit. de cens.* § 2. *n.* 10. et Castren. *in l. si pendentes*, § 1. *ff. de usufr.* tradit Cancer. *dict. cap.* 6. *num.* 200. *prope med.* 33 *vers. censeo tamen*, ubi etiam declarat hoc intelligendum, usque ad concurrentem quantitatem fructuum, quos ipse soluturus esset locatori, et non amplius, quia tunc ipse gravaretur, et quod ita ipse consulit, et denique in hac materia attenditur consuetudo, Cravett. *cons.* 145. *num* 21. *ad med.*

34 In tributis tamen, et oneribus mere realibus major difficultas est, quia cum ipsa sequantur fructus, et ratione rei, non personae debeantur, *l. imperatores* 7. *in princ. ff. de* 35 *publican.* solvenda esse a conductore fructus percipiente sentiunt. Plat. *in l.* 1. *n.* 2. *ad fin. c. de annon. et tribut. lib* 10. Roman. *in l. imperatores*, *ff. de publican.* Castrens. *cons.* 442. *ad fin. lib.* 1. Jas. *cons.* 109. *ad fin. lib.* 1. Franc. Marc. *decis.* 472. *n.* 10. *et* 14. et hanc opinionem, ubi agitur de conductore percipiente omnes fructus, et de tributis, quae sunt onera realia, non autem de collectis, et non adest consuetudo, quae obviet, tenet etiam, et de plano procedere sentit Valasc. *de jur. emphyt. q.* 17. *num.* 27.

36 At in contrarium facit eadem praefata ratio, quod tributa debeantur propter rem, et fructus rei, nam quoad rem clarum est eam esse locatoris, non conductoris, et quoad fructus, licet conductor illos percipiat tamen eos percipit pro domino, et si sibi retinet, eos solvit in mercede locationis, adeo ut dicatur uti nomine locatoris, ut habetur *in leg. non utitur. ff. de usufr.* ibi, *si nec ipse utatur*, nec nomine *ejus alius, puta, qui emit, vel qui conduxit*, itaut potius ipse dominus, quam conductor fructus habere intelligatur, *l. quia ff. de usufr.* ibi, *qui pretio utitur non minus habere intelligitur, quam qui principaliter re utitur, fruitur*, et quidem dominus habet fructus conversos in pecuniam, possibile est enim omnes res in pecunia converti. *l. fin. cod. de constit. pec.* ex quibus prima opinio, non solum visa est dura, Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. *n.* 72. *in decima ampl. cod. de bon. matern* sed etiam contra juris manifesta principia, Garz. *de expens. cap.* 14. *num.* 18. *post princip.*

37 Pro prima tamen opinione multum urgere videtur text. *l. si sine* 33. § *Lucius*, *ff. de admin. tut.* ubi supponitur, quod in civitate adesset consuetudo, quod domini praediorum non conductores onera annonarum, et contributionum sustinerent. Et quod juxta eam tutor solverit, et tamen dubitatur, an in redditione rationis ei opponi possit, quod non recte tales impensas fecerit. Unde argui aperte videtur, talem solutionem non esse conformem dispositioni juris, nam alias si esset de jure, quod dominus solveret, dum concurrebat etiam consuetudo, nulla prorsus adfuisset ratio dubitandi, et responsa juris consultorum non debent, ita restringi ad casus indubitabiles, Rot. *decis.* 533. *num.* 19. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

38 Posset forte pro conciliatione dici, quod quatenus tributum solvatur in pecunia, tunc procedat secunda opinio, quod solvendum sit a domino, qui fructus praedii in pecuniam versos recipit, quatenus autem solvatur in ipsis fructibus, qui ex praedio percipiuntur, et retinentur a conductore, ab ipso praestari debeat, non autem a domino, qui tales fructus non habet, quos praestet, idque quatenus agatur de tributis notoriis, quae conductor verisimiliter non ignoraverit, alias enim posset petere relevationem a domino, qui debuisset illa ipsi notificare, et in hoc sensu crederem procedere posse opinionem, Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 72. *in decima ampl. vers. tertio in eadem cod. de bon. mater. fol. mihi* 187. *ad fin.* quidquid contra eum dicat Garz. *de expens. dict. cap.* 14. *num.* 19. *vers. praeterea*, quia haec opinio comprobatur ex mox dicendis de decimis.

39 Nec distinguendum videtur inter locationem ad modicum tempus, et locationem ad longum, nisi quatenus in tali locatione ad longum tempus, pensio constituta esset modica, quia tunc facilius admitti posset, quod omnia tributa ipse conductor solveret, ut dictum est supra in alio proposito, et in isto admittit Garz. *de expens. cap.* 14. *n.* 19. *prope fin.* Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melioram. quaest.* 10. *num.* 8. *et n.* 12. *et* 13. si autem adsit consuetudo nulli dubium, quod servanda erit *d. l. si sine* 33. § *Lucius*, *ff. de admin. tut.*

40 Decimae vero quoniam debentur de fructibus, adeo ut eodem modo colonus de parte eorum, quae sibi remanet ratione culturae, ac dominus de portione, quam percipit ratione terrae eas reddere sine diminutione teneatur, ut est text. *in cap. tuo nobis prope fin. vers. et cum de cunctis, de decim.* 41 hinc est, quod in locatione propria, de qua loquimur, ubi videlicet conductor solvit mercedem in pecunia, et percipit omnes fructus, ad ipsum spectat earum solutio totalis, ut docet ibi Abb. *num.* 14. *ante med. vers. aut dominus locavit*, ubi quod cum hoc sit onus fructuum, videtur locatorem illos transtulisse cum onere suo, et quod non est verum dicere, locatorem recipere pensionem liberam a decimis, quin imo eas solvit, cum pro minori pensione censeatur locasse ratione oneris earum, Monet. *de decim. cap.* 7. *quaest.* 1. *num.* 40. ubi dicit, quod licet Abb. *ubi sup.* dicat Gloss. ibi tenere contrariam, tamen tenet istam, si bene perpendatur, Rot. *decis.* 458. *num.* 17. *part.* 5. *recent.*

Quaeri etiam potest in locatione animalium ad vecturam de portorio, sive passagio, seu gabella transitus, puta si omne animal transiens per pontem solvere debeat aliquid, an 42 talem solutionem facere debeat conductor, sive locator, et in hoc distinguendum est, ut si locator de tempore contractus scivit animal, sive etiam currum locatum transire debere per pontem illum, ibique portorium solvi, ipse teneatur, alias secus, ut est text. clarus *in l. cum in plures* 62. § *vehiculum conduxi*, *ff. locati*, si autem, quid plus solvatur pro curru onusto, quam pro vacuo, illud plus, quod solvitur ratione oneris, quod est conductoris, sine dubio solvendum erit 43 a conductore, prout advertit Gloss. *ibid. in verb. rheda*, *et in verb. debere.*

Haec autem omnia procedunt seclusa voluntate contraria 44 partium, ei enim cedere debent regulae juris, cum maxime spectari debeat in locatione, quid inter utramque partem convenit, ut monet jurisconsult. *in l. ea lege* 53. *in princ. vers. responde*, *ff. locat.*

Utiles autem impensas in re locata, neque locator, neque 45 conductor facere tenetur, et multo minus voluptuarias, ut de se patet, secluso pacto, de quo dicam infra.

Quae autem fructuum colligendum causa sunt, fieri debent 46 a conductore, Castrens. *in l. domor in fin. vers. sed adhuc oppono*, *ff. de leg.* 1. Boer. *decis.* 44. *num.* 13. et aliis adductis Menoch. *cons.* 64. *numero* 17. *et in tract. de arbitr. judic. cas.* 215. *num.* 3. *et seqq.*

Et licet omittere dictas impensas videatur resultare in da- 47 mnum ipsius tantum, ex quo ipse percipere debet fructus rei locatae, indeque dici posse eum teneri ad illas tantum causative, quatenus videlicet fructus percipere velit, non autem compelli a locatore, tamen hoc procedit quoad illas, quae meram tantum perceptionem fructuum sui temporis respiciunt, at quia sunt quaedam, ex quorum omissione resultat damnum rei, seu etiam fructuum diminutio in annis futuris, in quibus forte non durat amplius locatio, prout est amputatio capitum vitium, seu, uti vulgo dicitur, *potare*, ad eas faciendas poterit compelli pro suo interesse a locatore, Bald. *in auth. qui rem num.* 3. *post med. c. de sacros. eccles.* Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de locat. et cond. resol.* 4. *num.* 10. *ad med.* cum aliis adduct. sup. *in cap* 29. *de conductore, quid possit in re locat. etc. a num.* 73. quae non repeto.

Et quoniam de aliquibus uti habentibus admixtam utilitatem rei dubitari potest, an dici possint fructuum colligendorum causa, ut signanter de fossatis, quae fiunt in agris, dictum est supra, in eis cadit etiam quaestio, an sint faciendae a conductore, vel potius a locatore, et de ea habuit consulere, Bart. ut ipse refert. *in l. impensae* 14. *ff. de impens. in reb. dot. fact.* ubi eam examinat arguendo hinc inde, et concludit, quod primo inspiciatur consuetudo regionis, quia ea, quae de consuetudine regionis sunt, veniunt in contractu, si vero non apparet de consuetudine, ut tunc, aut expensae respiciunt utilitatem perpetuam, vel longioris temporis, quam duret locatio, et non pertinent ad conductorem, si vero sunt expensae, quae quolibet anno sunt faciendae, puta in purgandis, vel faciendis fossatis, quae quolibet anno fiunt, vel purgentur, et tunc debent fieri a conductore, ut probatur *in l. illa*, et per alia jura per ipsum adducta, et licet haec doctrina Bart. in ea parte, ubi dicit impensas, quae concernunt utilitatem rei tantum pro tempore, quo durat locatio, faciendas esse a conductore impugnetur a Garz. *in tract. de expens. et melioram. cap.* 14. *num.* 15. ubi dicit reprobari 48 opinionem Bart. ex distinctione, quam firmat inter conductorem, et emphyteutam ut respectu istius, nempe emphyteu-

tüe, bene procedat, ut teneator expendere etiam pro conser-
vatione rei pro tempore durantis emphyteusis, secùs autem
respectù conductoris, nam si res conducta in parte corruat
absque culpa ipsius, non solum non tenetur ipse reficere, sed
remittitur pensio pro parte. Tamen non recedendum vide-
tur ab opinione Bart. in terminis fossatorum, quae reficiuntur
quolibet anno, vel etiam si reficiuntur quolibet biennio,
vel triennio, et pro tanto tempore duret locatio, quia ista re-
fectio fossatorum, et aggerum similium respicit potius per-
ceptionem fructuum, et ad eam tendit, quam ad rei loca-
tae conservationem, cum sit quaedam species, seu pars cul-
turae, ad quam tenetur conductor, ut considerat Bart. quem
49 sequontor Alex. *in l. divortio, §. impendia n. 3. ff. sol.*
matr. et Ruin. *cons.* 157. *num.* 21. *lib.* 1. Rolan. *cons.* 28.
num. 24. *lib.* 1. Menoch *cons.* 64. *n.* 17. *ad fin. et de arbi-*
tr. in *addit. ad cas.* 258. *n.* 16. opinio tamen Garziae pos-
set habere locum, ubi ageretur de ipsa re locata reficienda,
50 et procedere etiam in fossatis, ubi ex verbis locationis di-
gnosceretur illa quoque fuisse tanquam res, seu rei quali-
tas considerata, et in contractum deducta, itaut applicari pos-
set ratio illa per eum adducta, quod si res locata in parte de-
ficiat, teneatur locator eam restituere, non conductor, quae
in ac vers est ea sopradictis.

51 Praeterea reminiscendum, quod similes impensae tunc
dicuntur non esse ad solam perceptionem fructuum, sed po-
tius respicere meliorationem rei, cum durant ad decemnium
juxta Gloss. *in l. vel si vites 3. ver. vel ad cam ff. de im-*
pens. in reb. dot. fact. et alios supracit. et proinde quate-
nus fossata pro tanto tempore durent, et sint necessaria,
ad hoc ut conductor, uti possit agris locatis ad usum destina-
tum, teneatur locator absolute ea reficere, prout eum teneri
ad expensas necessarias dictum est, si vero non sunt necessa-
riae, sed tantum utiles, vel tanto tempore non durant. et non
teneatur locator, sed si velit conductor, debeat ipse reficere
ea, et in fine locationis repetere impensam pro rata tempo-
ris, quo adhuc duratura sunt, adeo ut si durant ad decen-
nium, et lapsum sit quinquennium, repetat medietatem ex-
pensarum, ut exemplificat in specie Boer. *d. decis.* 44. *n.*
13. *post med.* Menoch. *cons.* 64. *num.* 17. *prope fin.*

De pactis circa expensas faciendas in re locata.

SUMMARIUM.

1. Pacta circa expensas, et melioramenta rei locatae servanda sunt.
2. Et sufficit etiam tacita voluntas, quod conductor de suo melioret.
3. Locatione facta ad meliorandum debet conductor de suo meliorare.
4. Aream recipiens ad aedificandum domum, tenetur domum aedificare de suo.
5. Pacta quod conductor expendat de suo, et melioret, stricte intelligenda sunt.
6. Pactum quod conductor aedificium restauret, intelligitur pro prima vice tantum.
7. Et si iterum aedificium collabatur durante adhuc locatione, poterit conductor compellere locatorem, ut restauret non obstante dicto pacto.
8. Lim. si ex verbis appareat contraria voluntas, uti si dictum, quod conductor debeat reaptare, et manutenere, vel quid simile.
9. Intellige limitationem, ut non propterea teneatur conductor de casu valde insolito.
10. Lim. 2. ut si locata area ad aedificandum domum cum onere recipiendi in ea locatorem, si domus post quam est aedificata corruat, possit conductor compelli iterum aedificare.
11. Impensae, et melioramenta facta a conductore obligato meliorare, censentur facta in executione obligationis.
12. Emphyteusis est concessio ad meliorandum.
13. Emphyteuta non tenetur ad melioramenta magni valoris.
14. Quae melioramenta sint magna, vel parva ad hunc effectum relinquitur arbitrio judicis.
15. Pactum, quod emphyteuta debeat meliorare, non alterat naturam contractus, sed intelligitur de melioramentis parvis.
16. Pactum, quod melioramenta facta ab emphyteuta devolvantur ad dominum, intelligitur de parvis, et si facta sint magna operatur quoad partem eorum tantum.
17. Pactum, quod emphyteuta faciat certa melioramenta non tollit obligationem ejus provenientem ex juris dispositione.
18. Provisio hominis facit cessare provisionem legis.
19. Decl. procedere, si illa provisio legis sit ex jure particulari, et privilegio, secus si ex natura contractus.
20. Pactum, quod melioramenta facta ab emphyteuta, emphyteusi finita ire debeant ad dominum, non impedit eorum obligationem emphyteusi durante.
21. Et licet obligatio finita emphyteosi expiret, hoc intelligitur si emphyteusis resolvatur ex natura contractus.
22. Pactum, quod si emphyteuta alienet rem cum melioramentis devolvatur, non operatur devolutionem si facta alienatio melioramentorum tantum.
23. Dominus directus non potest juvari pactis circa melioramenta sibi favorabilibus, nisi contractum ex parte sua servet.
24. Et si agere vult vigore dictorum pactorum, debet adimplere contractum ex parte sua.

CAPUT XXXIV. §. II.

Quoad tertiam inspectionem de pacto circa melioramenta 1
clarum est illud servandum esse, ac posse conveniri, quod
locator faciat ea, ad quae de jure non tenetur, prout etiam,
quod conductor rem reficiat, vel restauret aut illam alio mo-
do melioret, Bald. *in leg. colonus* 63. *in* 2. *lect. num.* 1. *ff.*
locat. Carpan. *d. cap.* 400. *num.* 198. *et seqq.* Jos. Ludov.
decis. Perus. 14. *num.* 16. Imo etiam si expresse non sit 2
actum, ut conductor melioret de suo adhuc sufficit colligi
aliquo modo ita sensisse partes, Garz. *de expens. cap.* 14. *n.*
16. et exempla sunt si recepit titulo locationis ad meliorae- 3
dum, vel generaliter dictum sit, ut colonus melioret, sensit
Bald. *ubi supr.* et Gregor. Lop in *leg.* 24. *tit.* 8. *par.* 5.
ver. ea entonces, vel si aream recepit ad aedificandum do- 4
mum cum onere recipiendi in ea dominum euntem, et re-
deuntem, vel situm ad erigendum furnum, vel molam fru-
mentariam cum pacto coquendi panem, vel molendi frumen-
tum, ut ex eisdem tradit Garz. *d. cap.* 14. *num* 16.

At quoniam pacta praefata sunt contraria juris dispositio- 5
ni, debebunt stricte intelligi, et ad limites verborum, adeout
quanto minus fieri potest recedatur ab ipsa dispositione ju- 6
ris, et natura contractus, unde si locatum sit aedificium col-
lapsum cum pacto, quod conductor illud restauret, non so-
lum intelligitur pro unica vice tantum, juxta vulgatam re- 7
gulam *leg. boves, §. hoc sermone de verb. signific.* sed ul-
terius si postquam conductor semel restauravit aedificium,
iterum collabatur durante adhuc locatione, tenebitur locator
illud restaurare, prout de jure non obstante dicto pacto, quod
restauret conductor, ut docet Bald. *in l. licet* 8. *num.* 9. *c.*
locat. quem sequitur Dec. *cons.* 512. *n.* 9. et aliis pluribus
adductis Gabr. *de legib. conclus.* 2. *n.* 15. Caroc. *de locat.*
tit. de melioram. quaest. 4. *num.* 8.

Quod tamen intelligi debet procedere, nisi aliud ex verbo- 8
rum contextu, vel aliunde deprehendatur sensisse partes,
prout deprehenderetur, ubi dictum esset conductorem debere
reaptare, et manutenere, vel reaptare, et dimittere rem rea-
ptatam, Bald. *d. num.* 9. *ad fin.* Coroc. *d. quaest.* 4. num. 9.

Sed etiam si conductor promisisset reficere, et manute- 9
re, adhuc non teneretur de casu valde insolito, ut de condu-
ctore, qui promiserat manutenere molendinum molens, et eum
sic retradere, quod ubi flumen ob maximas pluvias mutave-
rit alveum, ita quod molendinum non posset amplius mole-
re, non teneatur conductor in tali casu adeo fortuito consu-
luit Fulgos. 193. et de alio, qui promiserat mundare, et pur-
gare omne nocumentum, quod accideret in flumine, et ripas
manutenere, et restituere clusam in bono puncto, et statu tem-
pore finitae locationis, suscipiendo in se omne periculum,
quod eveniente diluvio maximo destruente clusam, adeout
refectio requireret magnum impendium, non teneretur con-
ductor consuluit Bald. *cons.* 119. *lib.* 1. et utrumque consi-
lium refert, et sequitur Natt. *cons.* 449. *num.* 16. *et* 17.

Verum ubi locata sit area ad aedificandam domum cum 10
onere recipiendi in ea dominum locatorem euntem, et re-
deuntem, vel situs ad aedificandum furnum, vel molam fru-
mentariam cum onere coquendi panem, vel molendi frumen-
tum, quod si haec aedificia, postquam fuerint constructa
collabantur, poterit locator compellere conductorem, ut illa
restauret propter suum interesse, prout tradit Garz. *de ex-*
pens. et melioram. d. cap. 14. *sub num.* 16. allegans *leg.*
cum *debere colonum, ff. de servit. orb. praed.* et Jo. Andr.
quem dicit videndus, *in addit. ad specul. tit. de locat. §.*
postquam in addit. quae incipit, *habita vers. redeundo ad*
principalem.

Stante autem pacto, quod conductor meliorare debeat, si
melioravit, non poterit praetendere melioramenta, seu eorum 11
valorem in totum. vel in parte, quia praesumitur, quod in
executionem pacti melioraverit, ut firmavit Rota coram Du-
rano *decis.* 338. num. 10. *et seqq. et in recent. decis.* 69.
num. 1. *part.* 5. et ratio est quia actus in dubio censetur
factus in executionem praecedentis obligationis, Alex. *con*
sil. 25. *num.* 9. *et seqq. lib.* 1. Menoch *praesumpt.* 49. *et*
seqq. lib. 3.

At secus est in emphyteusi, quia licet in ea de natura 12
contractus sit, ut fiat melioratio; nam concedere in emphy-
teosim est concedere ad meliorandum, nomen enim em-
phyteseos graece, significat meliorationem, Gloss. *in §. a-*
deo instit. de locat. Fulgos. *cons.* 9. *ad fin.* tamen haec
obligatio meliorandi ex natura contractus emphyteutici non 13
extenditur ad melioramenta magni valoris, sed restringitur

ad impensam modicam, Barbos. *in l. divortio, ⁊. fin. par.* 1. *num.* 36. Gaia *de expens. cap.* 14. *n.* 12. ubi dicit, quod emphyteusis mistu est, et qui recipit in emphyteusim recipit ad inserendum, plantandum, et imboscandum, et quod propterea has meliorationes noo sibi conservat emphyteuta, secus vero majores, quae non veniunt nomine emphyteusis, Jos. Ludov. *dec.* 24. *n.* 20. Surd. *dec.* 300. *n.* 22. *vers. praetereo licet*, Cyriac. *contr.* 268. *n.* 21. et proinde si fecerit meliorationes magnas in fine emphyteusis eas retinet, deducta
14 illa parvo quantitate ad quam tenebatur, Rot. cor. Durano *d. decis.* 338. *num.* 24. *et seqq.* ubi et quod, quae sit parva ista quantitas relinquitur arbitrio judicis, et quod in casu illo dictum fuit, regulari debere, ut esset detrahenda decima pars circiter.

15 Et qoatenus in concessione emphyteusis, expresse sit dictum ad meliorandum non, propterea censeri debet recessum fuisse a dicta natura contractus, sed potius, quod partes voluerint se cum illa confirmare, itaut non obstante tali pacto si emphyteuta melioret, debeat melioramenta retinere, Rim. Jun. *cons.* 384. *num* 48. et idem est si emphyteuta se obligaverit relaxare rem potius melioratam, quam deterioratam, ut in casu Gratian. *discept.* 934. *num.* 10. *et seqq.* vel si expresse dictum, quod concedatur concessa ad meliorandum. Surd. *decis.* 300. *num.* 21. ubi etiam dicunt, quod istae sunt expressiones ejus, quod tacite inest in contractu emphyteusis, quae nihil operantur. Unde intelligendum pariter erit pactum de melioramentis modicis non de magnis, et ideo quatenus sint magna, non intelligetur de iis, Gratian. *ibid. num.* 12. vel operabitur in illa parva quantitate, ut dictum est esse de natura contractus, et tradit in terminis pacti, Cyriac. *discept.* 59. *num.* 52 *ad finem.*

Necessaria igitur est expressa conventio, quod domus, seu alia res emphyteutica devolvatur cum melioramentis, et tunc debentur domino tamquam pars pretii, Gratian. *disceptat.* 810. *num.* 8. *et dicta discept.* 934. *in fin.* imo fortius, dum volumus pactum intelligi juxta naturam contractus, adeout eum de natura contractus sit, ut emphyteuta faciat melioramenta modica, pactum, quoque meliorandi intelligatur pro modico summo, idem dicendum erit de pacto, quod melioramenta devolvantur ad dominum, ut videlicet intelligatur de
16 modicis, prout pariter supradictum est, modica tantum devolvi de natura contractus, vel pro parte modica tantum, si fuerint magna, adeout ad hoc, ut devolvantur omnia, necesse sit, ut exprimatur in pacto, ut sentiunt Gaomus *decis.* 75. *n.* 2. *vers. et quomquam.* Seraph. *decis.* 1496. *in fin.* et aliis adductis Cyriac. *discept.* 57. *num.* 21.

Ubi autem adsit pactum faciendi in specie talia meliora-
17 menta, si emphyteuta ultra ea, et alia fecerit, an respectu factorum, ultra pactum expressum, interet tacitum ea praedicta natura contractus emphyteutici, itaut emphyteosi finita debeatur etiam in eis illa modica quantitas domino libera absque obligatione reficiendi ejus valorem, videbatur dicen-
18 dum, quod non, quia expressum facit cessare tacitum, et provisio hominis provisionem legis, *l. et habet. ⁊. cum quis, ff. de praecar.* et *l. fin cod de pact convent.* sed contrarium firmavit Duran. *dict. decis.* 338. *num.* 29. ea ratione, quia tunc procederet objectum, si illa tacita obligatio proveniret
19 ex privilegio, aut alio jure speciali, et extraordinario, secus vero dum provenit ex natura rei, et a jure communi, tunc enim per provisionem hominis, non cessat provisio legis, sed utraque locum habet, Jas. *in leg.* 2. *num.* 143 *et seqq. cod. de jur. emphyt.* Negus. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 87. *vers. prima est.*

20 Notandum tamen in proposito praefati pacti in emphyteusi appositi, quod licet dicat melioramenta reverti debere ad dominum emphyteusi finita, non proinde impedit eorum obligationem emphyteusi durante Rot. *decis.* 294. *num.* 7 *par.*
21 1. *recent.* et licet emphyteusi finita expiret obligatio, et vadant melioramenta ad dominum rei libera ab hypotheca, tamen hoc procedit, quatenus emphyteusis resolvatur ex natura contractus, non autem si dominus alio titulo fundum acqui-
22 rat *d. decis.* 294. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* et quamvis imposita ad poena devolutionis, casu quo terrenum cum melioramentis alienari contigerit, adhuc poterit emphyteuta melioramenta ipsa alienare absque incursu poenae, ut censuit Rota in una Tusculana Salviani cor. Zarate *inter ejus impressas decis.* 59. *num.* 10. ea ratione, quia alienatio terreni simul cum melioramentis, prohibita videatur in praefatis verbis, non autem melioramentorum de per se, ut colligitur ex dictione, cum, quae copulat accessorio, *l.* 1. *et* 2. *ff. de pecul.* *cum al. in d. dec. olleg.* et quidem dum pactum exorbitat a dispositione juris, et est poenale non admittit latam interpretationem, sed restringendum est ad sonum verborum ex vulgatis.

Et multum advertendum, quod non poterit dominus juvari 23
pactis praefatis circa melioramenta sibi favorabilibus, ubi contractum ex parte sua non adimplevisset, *l. Julianus* 4. *⁊. offerri, ff. de act. empt.* et in terminis locationis, *l. quaero* 56. *⁊. inter locatorem, ff. locat.* et firmat in proposito Merlio. *decis.* 351. *num.* 4. et multo magis si contractum impu-
gnasset, et declarari nullum obtinuisset *decis.* 602. *num.* 4 24
part. 4. *tom.* 3. *recent.* adeout, ubi vult agere vigore dictorum pactorum, docere debeat de adimplemento contractus ex parte sua *decis.* 605. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* sufficit enim opponere de non adimplemento, Roland. *cons.* 69. *n.* 9. *lib.* 4. Marescott. *cap.* 88. *n.* 1. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 455. *num.* 4.

Quas impensas conductor repetere possit, et quomodo, et quando.

SUMMARIUM.

1. Impensae in re locata per conductorem factae repetuntur si sunt necessariae, vel utiles.
2. Ampl. non solum si locatio finiatur sui natura, sed etiam si conductor culpa sua expellatur.
3. Decl. ampliationem non procedere in emphyteuta, quia culpa sua expulsus non repetit melioramenta.
4. Idque sive emphyteusis sit privati, sive sit ecclesiae.
5. Et sive melioramenta sint parva, sive magna.
6. Et idem est in locatione ad longum tempus pro modica pensione facta.
7. Secus autem si pro pensione magna fructibus correspondente.
8. Et in emphyteusi si sit pro canone magno correspondente fructibus, quod non amittantur melioramenta ab emphyteuta expulso.
9. Et generaliter si culpa emphyteutae non cedat in damnum domini, per eum non amittuntur melioramenta.
10. Impensas parvas, non conductor praesertim ad longum tempus repetit secundum aliquos.
11. Contr. si locatio sit pro pensione magna.
12. Decl. ut si expresse erant necessariae, et respiciebant substantiam rei conductor eas repetat, licet parvas alias secus.
13. Non necessariae si non durant ultra locationem non repetuntur, secus necessariae.
14. Melioramenta per conductorem facta opera propria, vel suis animalibus, et curribus non repetuntur, secundum aliquos.
15. Contrarium verius.
16. Hanc, contraria opinio facilius procedit in laboribus implicatis pro collectione fructuum.
17. Prout etiam si conductor, erat solitus operari pro lucro.
18. Melioramenta in re locata facta a tertio intuitu conductoris per eum repetuntur.
19 Idem de factis ab subconductore vigore pacti cum primo conductore initi.
20. Conductor, qui conduxit ab usufructuario locatore mortuo expensas suas repetit.
21. Idem in eo, qui conduxit a possessore majoratus, vel alio bona restituere debente.
22. Doctores facultatem habent glossandi, et interpretandi, non autem destruendi leges.
23. *Text. in l. si quis domum, §. hic subjungi, ff locat.* explicatur.
24. Conductor, qui conduxit ab usufructuario, si usufructuarius locavit tamquam dominus expensas repetit.
25. Limitatio declarat in quibus terminis loquatur regula.
26. Impensae factae a conductore non attenditur an duraturae essent ad tempus destinatae locationis, sed ad tempus, quo locatio actualiter duravit.
27. Impensae voluptuariae, et ad proprium commodum per conductorem factae non repetuntur.
28. Usufructuarius simpliciter locans, censetur locasse tamquam dominus.
29. Ampl. ut conductor usufructuarii non repetat expensas etiamsi adsit fidejussor pro ejus securitate.
30. Lim. procedere si usufructuarius decedat, secus si cedat.
31. Impensas etiam utiles non repetit conductor si fecerit eas adeo excessivas, ut dominus illas solvere non possit.
32. Decl. ut excessivitas ad hunc effectum probanda sit ab allegante.
33. Et quando dicantur excessivae statur arbitrio judicis.
34. Et ubi locator eas facturus erat non attenditur excessivitas.
35. Et permittitur eodem casu excessivitatis conductori melioramenta abradere si ei sit utile, et rei, justa statum antiquum, non damnosum.
36. Vel datur eidem conductori retentio rei.
37. Altare unum non est discooperiendum, ut cooperiatur aliud.
38. Conductor, qui melioramenta excessiva fecit compellitur etiam solvere domino valorem rei, et illam sibi retinere.
39. Statur tamen arbitrio judicis ne ita expediat.
40. Impensae non repetuntur a conductore, quando dominus denuntiavit ei, ut illas non faceret.
41. Lim. si respiciant interesse reipublicae, prout in munitione castri, et similibus.
42 Impensae repetuntur a conductore, quando melioramenta facta sunt per diversam materiam, ut aedificando, quae dicuntur per applumbationem, secus si planando, quae dicuntur per ferruminationem.

43. Decl. ut non repetantur factae in plantanda per earum separationem a fundo, secus per repetitionem impensarum.
44. Decl. probandam esse plantationem fuisse utilem.
45. Impensarum pro repetitione datur conductori actio.
46. Actio ex conducto datur conductori pro omni eo quod sibi praestare debebat locator.
47. Pro repetitione expensarum potest conductor agere etiam certi condictione, et actione negotiorum gestorum.
48. Retentio facilius datur, quam actio.
49. Pro repetitione expensarum competit conductori retentio mercedis non solutae.
50. Et etiam ipsius rei melioratae.
51. Retentionis exceptio opponitur tam in petitorio, quam in possessorio.
52. Et non solum in processu, sed etiam in executione sententiae ad eam retardandam.
53. Etiamsi sententia lata sit ex celeri remedio l. si quis conductionis.
54. Et etiam post tres conformes.
55. Et ad retardandam executionem obligationis cameralis vel alterius executivae.
56. Et ad retardandam revocationem attentatorum
57. Et ad repellendos creditores anteriores rem hypothecatam habentes.
58. Hoc tamen procedit pro eata pro qua res pretiosior facta est.
59. Quod secus est respectu domini.
60. Ampl. ut conductor, qui melioravit possit repellere creditores hipothecarios in totum, solvendo eis eorum creditum, et sibi retinendo rem, secundum aliquos.
61. Contr. tamen est verius.
62. Decl. hoc contrarium non procedere nisi creditores velint solvere melioramenta.
63. Impensas, et melioramenta voluptuaria conductor non repetit nisi ea abradendo, et secus asportando si abradi possunt.
64. Melioramenta abradi non posse dicuntur si abrasa nullius sunt utilitatis abradenti.
65. Et parva utilitas pro nihilo reputatur.
66. Item abradi non possunt si deterioretur prior status rei.
67. Item abradi non possunt plantae, et alia melioramenta facta per ferruminationem.
68. Item abradi non possunt aedificia in civitate facta.
69. Impensae et melioramenta voluptuaria repetuntur, nec est locus abrasioni si fuerunt utilia, uti si dominus erat facturus, vel habebat rem venalem etc.
70. Abrasioni ubi locus est, ea potest fieri non solum ante rei restitutionem, sed etiam postea.
71. Potest tamen impediri abrasio per dominum mediante solutione valoris.
72. Ampl. procedere etiam stante pacto de abradendo.
73 Impensae fructuum percipiendorum causa factae a conductore non repetuntur, sed repetuntur factae a locatore.
74. Decl. non repeti per conductorem si factae tantum pro tempore durantis conductionis, secus si durent ultra eam.
75. Intellige declarationem si de tempore conductionis, eaedem impensae non aderant.
76. Melioramenta facta a conductore longi temporis in re stabili habentur pro stabili; facta a conductore ad modicum tempus sunt porum creditum.
77. Censos imponi potest super melioramentis factis a conductore longi temporis in re stabili.
78. Melioramenta facta a conductore brevis temporis cedunt solo, et impensa tantum repeti potest.
79. Melioramenta facta a feudatario in re feudali non efficiuntur feudalia.
80. Impensae factae per conductorem in re conducta repetuntur in fine locationis.
81. Decl. procedere in utilibus, non in necessariis, quia istae repeti possunt statim.
82. An dominus possit velle utiles statim restituere, et augere pensionem relative.

CAPUT XXXIV. § III.

Deveniendo ad quartam inspectionem, quas expensas con-
ductor repetat, et qua actione, et quo tempore, quoad neces-
1 sarias, quas dictum est, quod locator tenetur facere, si eas fe-
cerit conductor, clarum est, quod repetet, et idem est de uti-
libus, quia non debet locator locupletari cum ejus jactura, et
de utrisque, quod conductor eas repetat est text. expressus
in l. dominus 57. §. *in conducto*, *ff. locat*.

2 Quod, et ampliatur procedere non solum, ubi locatio fini-
tur sui natura, sed etiam ubi conductor culpa sua expellitur,
puta ob non solutam pensionem, adhuc enim praedictas ex-
pensas repetit, ut habetur *in l. colonus* 63. *in princip. ff.
locat.*

3 At contrarium procedit in emphyteusi, quia emphyteuta
melioramenta repetit tantum, ubi emphyteusis natura sua fi-
nitur, non autem si culpa sua emphyteuta expellatur *l*. 2. et
ibi Bald. *in* 2. *notab*. et Jas. *num*. 27 *cod. de jur. emphyt.*
Gozad. *cons*. 46. *n*. 9. Gratian. *discept*. 810. n. 7, Valasc.
4 *de jur. emphyt. quaest*. 25. *n*. 2. sive emphyteusis sit priva-
ti, sive ecclesiae Gar. *de expens*. *cap*. 6. n. 20. *prope finem*,
Joseph. Lud. *decis. Perus.* 117. *n*. 34. Fulgin. *de jur.
emphyt. tit. de melioram. quaest*. 1. *num*. 2.

Et licet hoc procedere tantum in melioramentis parvis de
natura contractus emphyteutici faciendis, non autem in ma-
gnis, tenent post alios Garz. *dict. cap*. 6. *num*. 22. et Vala- 5
sc. *dict. quaest*. 25. *num*. 3. tamen haec opinio videtur mul-
tum periculosa, tum quia si esset vera, destrueret dictam com-
munem distinctionem, quae fit in hac materia repetitionis
melioramentorum inter casum devolutionis ex natura contra-
ctus evenientis, et casum devolutionis evenientis culpa em-
phyteutae, cum etiam in primo casu melioramenta parva non
repetat, juxta tradita in praeced. §. *num*. 13. *ad fin. et seq.*
tum etiam, quia repugnare videntur verba text. *in d. l*. 2.
ibi, *nulla ei in posterum allegatione nomine meliorationis,
seu emphyteutimata*, ponderando dictionem illam, *nulla*, si-
ne cujus laesione non possunt excipi meliorationes magnae
prout etiam tenuerunt Bald. *in l. si duobus*, §. *emptor*, *c.
com. de legat*. Giudop. *decis*. 438. et alii quos refert, et se-
quitur Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melioram. quaest*. 1.
num. 10. *et* 11.

Eademque amissio, quae procedit in emphyteusi, sive o- 6
mnium, sive parvorum tantum melioramentorum, procedit
quoque in locatione ad longum tempus pro modica pensione
facta Castrens. *cons*. 270. *n* 3. *post med. vers. sed circa prae-
missa part*. 2. Petr. Barbos. *in l. divortio*, § *fin. in prima
part*. n. 70. *in princ. vers. et per contrarium. ff. sol. matr.*
Menoch. *recuper. rem*. 15. *num*. 151. *ad fin*. Niger. *de ex-
cept. cap*. 8. §. 14. n. 31. et est opinio adeo communis, ut
Valasc. *de jur. emphyt. qu*. 29. *num*. 25. dicat, quod licet
sibi non placeat, tamen non possumus has veterrimas opi-
niones, quantaecumque auctoritate convellere, et multo mi-
nus a foro abdicare.

E contra autem si locatio ad longum tempus sit pro pen- 7
sione magna fructibus correspondente, vel paulo minus, tunc
impensas conductor non amittet, quia talis locatio non assi-
milatur emphyteusi, nec cum ejus regulis gubernatur, ut
sentiunt omnes praecitati, et ultra eos Rot. coram Seraph. *de-
cis*. 546. n. 2. *et* 3. ubi n. 8 etiam si pensio sit diminuta 8
usque in sexta parte, et si sit emphyteusis, pro qua solvatur
canon magnus eodem modo correspondens fructibus, ipsa as-
sumet naturam locationis in hoc proposito, ut emphyteuta cul-
pa sua expulsus melioramenta non amittat, quia cessat ratio,
pro qua intrat amissio, quae est, quia in emphyteusi, quid
modicum solvitur Castrens. *in d. l. colonus num*. 4. *ff. locat.*
Marescot. *var. cap*. 110. *num*. 14. *lib*. 2. Seraph. *d. decis*. 546.
num. 2.

Quod, et tanto magis procedet, ubi conductoris culpa non 9
sit talis, quae cedat in aliquod damnum, seu praejudicium
domini, quia hoc casu, nec etiam emphyteuta amittit melio-
rationes, ut declaravit notabiliter Rot. *in d. decis*. 546. co-
ram Seraph. n. 4. et sequutus est Marescott. *d. cap*. 110. *num*.
15. et Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de melioram. quaest*. 1.
num. 6.

Declaratur autem conclusio, quod conductor repetat prae- 10
dictas expensas quatenus sint in quantitate magna, seu con-
siderabili, alias autem si sint parvae eas non repetat, prae-
sertim conductor ad longum tempus per relatos a Carpan. *ad
statut. Mediolan. tom*. 2. *cap*. 400. *num*. 187. Niger. *de ex-
cept. cap*. 8. §. 14. n. 37. et dixit Rot. *decis*. 130. *n*. 3. *part*.
4. *divers*.

At contrarium, quod etiam impensae modicae non sint fa- 11
ciendae de proprio a conductore etiam longi temporis, qua-
tenus pensionem correspondentem fructibus solvat dicit Gars.
de expens. et melioram. cap. 14. *n*. 15. *post med*. Niger.
post alios *de except. cap*. 8. §. 14. *num*. 14. *et* §. 15. *numer*.
15. et dixi supra in secunda inspectione, ubi alios adduxi. Et 12
distinguendum videtur quod si agatur de expensis omnino
necessariis, et rei ipsius substantiam indubitanter respicien-
tibus. quas omnino locator facere debebat, tunc eas condu-
ctor, qui pro eo illas fecit indistincte repetat ut dicit Castrens.
cons. 270. n. 4. *lib*. 2. Valasc. *de jur. emphyt. quaest*. 25.
n. 38. in *princip*. et dicam aliquid infra, si autem agatur de
utilibus, vel respicientibus etiam culturam, et fructuum per-
ceptionem, vel rei usum, et tunc eatenus repetantur, quate-
nus ultra tempus locationis durent, inde enim dicitur ad hunc
effectum impensa magna, alias enim si ultra dictum tempus
non duret, dicitur impensa parva, et non repetibilis Jos. Lud. 13
decis. Perus. 58. *num*. 7. Peregr. *de fideicom. art*. 50. *num*.
5. et est communis opinio, ut pluribus adductis testatur Garz.
de expens. cap. 14. n. 17. *post med. sub vers. atque etiam*,
et cum hac eadem distinctione inter necessarias impensas, ut
conductor eas indistincte repetat, etiamsi non durent ultra
tempus locationis, secus autem in aliis non necessariis transit
etiam Burgnin. *dec*. 44. *num*. 57. *ad fin. part*. 1. et sequitur

Caroe. *tit. de uxpens. num.* 48. et de impensis parvis respi-
cientibus tantum rei usum. non autem perpetuam ipsius uti-
litatem, quod repeti nequeant loquuntur Natt. *cons.* 449. *n.*
12. et Roland. *cons.* 28. *num.* 25. *lib.* 1. quos allegat dicta
Rotae *decis. in part.* 4. *divers.* quae propterea ad eosdem ter-
minos restringi debet, prout etiam ad eos se restringit Car-
pan. *in dict. cap.* 400. n. 187. et Molina *n.* 191. *et seq.* ubi
quod propterea expensa in plantatione salicum quamvis mo-
dica repetitur, et ea, quae fit in plantatione palorum anna-
lium non repetitur, de quo tamen si plures placeat videre,
adeatur Caroce. *tit. de uxpens.* n. 47. *et* 48. ubi eos citat.

Non dissimilis est alia declaratio, ut conductor repetat ea
14 melioramenta, quae fecit mediante impensa, non autem ea
quae opera propria. vel etiam suis animalibus, et curribus de
qua Rauden. *resol.* 29 *num* 36. et facit per ea text. *in l. do-
minus* 57. ₰. *ex conducto, ff. locat.* dum dicit, quod si in
conducto fundo conductor sua opera, aliquid necessario, vel
utiliter auxerit, ad recipiendum ea, quae impendit ex condu-
cto cum domino fundi experiri potest, et sic restringit repe-
titionem ad ea, quae impendit.

15 Verum in contrario sensu, quod videlicet repetat etiam
melioramenta opera sua facta est Menoch. *conr.* 1254. *num.*
7. *vers. et propterea.* et videtur verius per dictum, quod ips
etiam allegat imperatorum Theodosii, et Valentiniani *in l.
ult. c. de Alluvion. prope fin.* ibi, ne *doleant diligentes
operam suam agri dedisse culturae*, et quidem agrum me-
lioramus, ne dum si cum patrimonii jactura aliorum indu-
stria utimur, sed, et si labore, industria, et artificio propriu
Gilken. *de impens. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. et aliis ple-
nissime more suo congestis Giurb. *ad consuet.* Messan. *cap.*
15. *glos.* 8. *p.* 1. *num.* 1. textus autem *in d. l. dominus,* ₰.
in conducto, si bene consideretur, potest retorqueri, quia
dum expresse tribuit actionem, si conductor in fundo sua
opera, aliquid necessario, vel utiliter auxerit, probat potius
opinionem istam, et licet actionem restringere videatur ad
recipiendum ea, quae impendit, tamen satis dicitur impen-
16 disse, qui tempus, et labores proprios impendit. quod et fa-
cilius procedet in laboribus implicatis pro collectione fru-
ctuum, videlicet in colendo agrum, serendo, et similibus,
quia si colonus expellatur ante fructus perceptos, omnino ex
eis solvendi sunt, quia non sunt fructus agri, nisi, qui his
deductis supersunt, et ideo pro rata, quam capiunt tales la-
bores, non possunt licite a domino retineri. ut firmant Garx.
de expens. et melior. cap. 1. *num.* 14 et Marescot. *var. cap.*
17 108. *num.* 6. *et* 7. *lib.* 2. et in omnibus si conductor erat so-
litus operari pro lucro, adeout operas implicando in re loca-
ta illud amiserit, erit ei reficiendum, juxta tradita per Abb.
in cap. finem litibus num. 30. *de dol. et contum.* Jas. *in l.
properandum,* ₰. *sin autem alterutro, c. de judic.* Gratian.
disc. 33. *num.* 45. *et* 46.

18 Prout etiam repetere poterit conductor melioramenta ab
alio intuitu sui facta puta ab amico. a me enim factum dici-
tur, quod ab amico mei contemplatione factum fuit Menoch.
recuper. rem. 15. *num.* 509 *et* 510. Valasc. *de jure emphyt.
quaest.* 25. *n.* 10. *vers. quinto,* amplia Rosentall. *de feud.
cap.* 10. *concl.* 43. *num.* 42. Caroc. *de loc. tit. de expen. n.*
32. *et seq.* Giorb. *ad consuet.* Messan. *cap* 15. *gloss.* 8. *part.*
1. 12 idemque et facilius esset dicendum si conductor sublo-
casset cum pacto, quod subconductor melioraret, quia tunc
19 dici posset melioratio facta mediante impensa primi condu-
ctoris, ex quo tale pactum cecidisset in diminutionem mer-
cedis ex sublocatione sibi debitae Peregrin. *decis. Patav.* 64.
num. 6.

20 Limitatur autem notabiliter. quod dictum est, conducto-
rem expensas, quas fecit in meliorando rem conductam re-
petere posse in eo, qui conduxit ab *usufructuario*, is enim
si impendat eveniente postmodum morte usufructuarii,
expensas non repetit. neque a domino fundi, neque ab hae-
redibus locatoris, *l. si quis domum* 9. ₰. *hic subjungi, ff. lo-
cat.* ubi i. c. reddit rationem, quia hoc evenire posse prospi-
cere debuit rota coram Merlin. *decis.* 546. *num.* 44. Niger.
de except. cap. 8. ₰. 18. *num.* 22.

Idque per identitatem rationis procedere etiam in eo, qui
21 conduxit a possessore majoratus, vel primogeniturae, aut alias
gravato bona ipsa restituere sensit Molin. *de primog. lib.* 1.
cap. 21. *num.* 9 et alii quos refert Valasc.. *de jur. emphyt.
qu.* 25. *num.* 35. et in eo, qui conduxit a praelato, seu bene-
ficiato Barbos. *de episc. allegat.* 94. *num.* 11.

At limitatio praedicta videtur satis dura. quod videlicet
dominus locupletari debeat cum jactura conductoris melio-
rantis, ut advertit Valasc. *d. quaest.* 25. *num.* 35. ubi ulte-
rius progreditur, et impugnat rationem illam, quod condu-
ctor prospicere debuit locationem finiri, dicens eam non con-
cludere, ex quo etiam gravatus fideicommisso, et conductor
ad tempus, prospicere poterant eorum jus non duraturum,
quantum durare debebant melioramenta, et tamen ea repe-
tunt, et proinde censet melius sensisse illum senatum, qui
etiam dicto conductori usufructuarii de stylo, repetitionem
expensarum concedit, quam senserit Ulpian. *in d. l. si
quis domum.*

Verum dictum Valasci nimis audax videtur, doctores 22
enim potestatem habent glossandi, et interpretandi, non au-
tem refellendi, et destruendi leges, ut advertit Ansden. *ad
decis.* 460. *num.* 128. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* quare pro in-
terpretatione praefatae *leg. si quis domus.* ₰. *hic subjungi*,
animadvertendum, quod duae cadere possunt quaestiones in
dicto casu mortis usufructuarii locatoris, dum conductor fe-
cerat impensas in re locata, una super retentione rei melio-
ratae adversus proprietarium, et alia pro repetitione ipsarum
expensarum contra haeredes usufructuarii locatoris, quodque
in praefata *l. si quis domum,* ₰. *hic subjungit.* Ulpianus 23
non loquutor de prima, sed tantum de secunda, quo posito,
non est injusta resolutio, quod conductor non possit agere
contra haeredes usufructuarii, qui nullam utilitatem sentiunt
de impensis per ipsum conductorem factis, nec redargui po-
test ratio, quod sibi conductor imputare debeat, si hoc reme-
dium repetendi ab illis ei non detur, ex quo hoc prospicere
potuit, ut late tradit Garx. *de expens. et meliorum. cap.* 14.
num. 17 ubi, ita defendit decisionem Ulpiani, licet inve-
hat in compilatores digestorum vocando eos potius dilaniato-
res veterum jurisconsultorum.

Et quoniam si textus iste loquatur tantum de quaestione
conductoris cum haerede usufructuarii, non autem etiam de
alia cum proprietario, sensus est planus, et decisio est justis-
sima, cessantque omnes querelae, pro majori dilucidatione
hujus veritatis animadverto, quod nullum in eo de proprie-
tario verbum habetur, sed expresse loquitur de controversia
cum haerede usufructuarii, tam ante praefatam decisionem
videlicet in principio *d.* ₰. ibi, *haeredem ejus non teneri*,
quam etiam immediate post eam ibi, *quod tamen si non
quasi fructuarius ei locaverit. sed quasi fundi dominus te-
nebitur, decepit enim conductorem.*

Imo, et si bene advertatur textus dum dicit *idem quaerit
si sumptus fecit in fundum, quasi quinquennio fruitus*, an
*recipiat et ait non recepturum, quia hoc evenire posse pro-
spicere debuit*, ponit regulam, quod is, cui locavit usufru- 24
ctuarius non repetat expensas, quam regulam quodammodo
limitat in casu, quo non locaverit uti fructuarius, sed uti fundi
dominus, et dicit tunc teneri, quia decepit conductorem *glos.
ibi in verb. prospicere*, et alii adducti per Nigr. *de except.
cap.* 8. ₰. 18. *n.* 22. *vers. si conductio*, unde quia limitatio
indubitanter loquitur tantum de obligatione usufructuarii, 25
seu ejus haeredis, inde bene sumitur declaratio regulae, ut
pariter loquatur, conductorem non recepturum ab usufru-
ctuario locante, seu ejus haeredes, juxta tradita, per Bald.
cons. 401. *num.* 2. *vers. super.* 7. *lib.* 5. Roman. *cons.* 498.
n. 22. *ad med.* Cyriac. *contr.* 169 *num.* 34. Gregor. *decis.*
257. *num.* 6.

Praeterea ulterius progreditur Garxias *d. cap.* 14. *num.*
17. *post med. vers. atque etiam*, et dicit. quod data etiam
in praefatis verbis legis decidi conductorem non recepturum
impensas a proprietario, existimat loqui, ibi de expensis mo-
dicis, quas usufructuarius omnino facere tenebatur ex dispo-
sitione *l. hactenus, ff. de usufr.* idque probat nedum aucto-
ritate Fran. Conani, qui hoc idem sensit *lib.* 7. *comment. jur.
cap.* 11. *n.* 21. sed etiam ponderando, quod ibi locatio erat
ad quinquennium, et textus dicit, *sumptus fecit quasi quin-
quennio fruitus.* et sic loquitur de expensis duraturis tantum
pro tempore locationis, et sic modicis, ex quo expensae mo-
dicae dicuntur, quae non durant ultra tempus locationis ex
ibi citatis, et dictum est supra, sed haec ratio. patitur diffi- 26
cultatem, quia locatio destinata erat ad quinquennium, sed
actualiter non duravit, et sic dato, quod expensae essent pro
tempore. quo fuerat destinata, saltem erant ultra illud. quo
actualiter duravit locatio, quod attendi debet non destinatio
quae amplius effectum non habet ex congestis per Gratian. *di-
scept.* 126. *n.* 23 unde potius dici posset, quod textus di-
cens, *sumptus fecit in fundum, quasi quinquennio fruitus*,
loquatur de sumptibus voluptuariis, seu ad merum commo-
dum ipsius conductoris, quibus videlicet ipse fruitur, esset 27

per quinquennium, quae non repetuntur, ut post Bad. tradit,
nt comprobat *Jas.* in *l. 1. n. 27. c. de jur. emphyt* et aliis
pluribus adductis Marescott. *var. cap.* 109. *n.* 19 *lib.* 2.

Stante autem decisione Ulpiani, quod haeredes usufru-
ctuarii locantis non teneantur reficere expensas, nisi quatenus
ille locasset uti dominus, et quod procedat etiam in locante
rem restitutioni obnoxiam, oritur dubium si simpliciter lo-
cata res fuerit absque ulla expressione, quod esset libera,
vel quod esset restitutioni obnoxia, an censeatur locata tam-
quam a domino absoluto, itaut haeredes teneantur, et pro
negativa sumitur urgens argumentum ex verbis textus, ibi,
*quid tamen si non quasi usufructuarius, sed quasi fundi
dominus*, animadvertendo enim, quod Jurisc. addit illa ver-
ba, *sed quasi fundi dominus*, infertur non sufficere, quod
locaverit, non quasi usufructuarius, sed requiri ulterius, quod
locaverit quasi fundi dominus, et sic se expresserit talem, ad
hoc, ut verba praedicta non remaneant prorsus otiosa, prout
sumi debet interpretatio Gabr. *cons.* 16. *num.* 4. *lib.* 1.

28 At contrarium sentiunt *in dict.. l. si quis domum*, Bald.
in *lect. antiq. ad fin.* et Castrens. *n.* 6 et aliis adductis la-
tius probat Molin. de *primog. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 12. *vers.
sed quamvis ratio. et seqq.* ubi respondet etiam praefatis
verbis legis ibi, *sed quasi fundi dominus*, dicens jurisconsul-
tum, ibi supponere eum, qui simpliciter contrahit quasi fun-
di dominum contrahere, et hoc ibidem omnes scribentes ani-
madvertere testatur Scapuccin. *de sing. success. ampl.* 10.
num. 4. Surd. *decis.* 326. *num.* 48.

29 Ampliatur dicta decisio Ulpiani, ut haeredes usufructua-
rii locatoris, ac etiam fidejussores, non teneantur praefatas
expensas restituere, etiamsi se obligaverint generaliter pro
securitate conductoris, dummodo expresse dictum non sit,
de interesse locationis pro toto tempore convento Aug. Bar-
bos. *de episc. alleg.* 94. *n.* 14. et facit generalis conclusio,
quod promissio evictionis non comprehendit illam, quae ve-
nit ex lege, et natura rei, nisi sit specialiter in stipulationem
deducta Ruin. *cons.* 72. n. 5. *lib.* 5. Menoch. *cons.* 418. n.
20. *et seq.* Becc. cons. 24 *n.* 31. Rot. *decis.* 152. n. 4. *et* 251.
num. 1. *et seq. part.* 2. *divers.*

30 Procedit autem eadem decisio in terminis usufructuarii.
seu alterius similis locatoris decedentis, prout loquitur te-
xtus, secus autem est in terminis cedentis, vel voluntarie re-
nuntiantis, quia tunc ipse tenebitur impensas reficere Petr.
Barbos. *in l. si filio familias*, §. *fin. n.* 22. *ff. sol. matr.*
Gotiер. *canon. quaest. lib.* 1. *cap.* 36. *n.* 25. *et seq.* Aug.
Barbos. *de episc. alleg.* 49. *num.* 12.

31 Limitatur secundo, quod dictum est conductorem repete-
re impensas melioramentorum, ut non procedat si eas fecerit
adeo excessivas, ut dominus solvere illas non possit, et proin-
de rem ipsam dimittere compellatur text. *est in l. in fundo,
ff. de rei vindic. et in l. sed an ultra*, §. 1. *ff. de negot,
gest.* Marescot. *var. cap.* 109. *num.* 20. ubi de necessariis, *et
cap.* 110. *num.* 29. ubi de utilibus *lib.* 2. Bellon jun. *cons.*
76. *n.* 74. Fusar. *cons* 139. *n.*.13. et ratio est, quia tunc nec
necessario, nec utiliter factae videntur, ut post multos tradit
Menoch. *recuper. rem.* 15. *num.* 553. et sequitur Altugrad.
cons. 28. *n.* 65. *et* 66. *lib.* 1.

32 Verum, qui praetendit talem excessivitatem probare de-
bet, quia ea non praesumitur in impensis utilibus, et multo-
minus in necessariis Rosental. *de feud. cap.* 10. *conclus.* 43.
num. 102 Altogr. *cons.* 28. *num.* 68. *lib.* 1. et statur arbi-
33 trio judicis, quando dicatur excessus sufficiens, vel non, in-
specta qualitate rei, et personarum, Tiraq. *de retr.. convent.*
§. 7. *glos.* 1. *num.* 5. Marescott. *var. cap.* 109 *num.* 20. *ad
med. lib.* 2.

34 Et quatenus locator impensas illas erat facturus, tunc non
attenditur talis excessus. sed adhuc reficere eas debet, *d. l.
in fundo. ff. de rei vindic.* Pinell. *in l.* 2. *part.* 4. *cap.* 3
n. 5. *c. de rescind. vend.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 10
n. 17. Marescott. *cap.* 110. *n.* 30. *lib.* 2. uti si fuissent omnino
necessariae Boss. *in tit. de principe num.* 31. *col.* 1. *post med.*

35 At non propterea admitti debet, quod dominus locuple-
tetur cum jactura conductoris, et ideo conceditur conductori
hoc casu facultas eas meliorationes abradendi, quatenus ei
sit utile, at non damnosum rei, juxta ipsius statum antiqu-
um *d. l. infundo, ff. de rei vindic.* cum concordan. rel. per
Marescott. *d. cap.* 110. *n.* 31. *lib.* 2. vel si ita ejus indemni-
tati consuli nequeat, datur eidem conductori retentio Menoch.
qui plures refert, *adipisc. rem.* 15. *n.* 524. Maresc. *d. cap.*
36 110. *num.* 32. verum, quia dando hanc retentionem adversus
dominum solvere non valentem, privaretur ipse dominus re
sua, et hoc esset quodammodo discooperire, ut dicitur. unum
altare, ut cooperiatur aliud, quod fieri non debet, Cyriac.
contr. 295 *num.* 42. Altograd. *cons.* 34. *num.* 54. *lib.* 1. 37
Surd. *decis.* 86. *n.* 13. justa videtur praxis compellendi eum
qui melioramenta excessiva fecit ut domino solvat valorem
rei non melioratae, et ita illam sibi retineat, ut se obtinuis- 38
se per duas conformes refert, Peregrin. *de fideicom. art.* 50.
num. 33. *ad fin.* et sequitur Fusar. *cons.* 139. *num.* 13. et
aliis adductis Rot. *decis.* 318. *num.* 14. *part.* 9. *recent.* qua-
tenus tamen ita arbitretur ex circumstantiis judex expedire,
ejus enim arbitrio haec materia remittitur, ut prospiciat, ne
delicatus debitor, nec onerosus creditor laedatur, ut dicit text. 39
in *l. si servos de pignorat. act.* et aliis adductis Rot. *dec.*
420. *num.* 19. *part.* 9. *recent.*

Tertio limitatur dicta conclusio, ut detur conductori repe-
titio expensarum factarum in meliorando, in casu, quo do- 40
minus denuntiasset conductori, ne tales meliorationes, et
impensas faceret, idque propter temeritatem. si adhuc eas
facere voluerit Bald. *con.* 257. *num.* 3. *lib.* 1. Gabriel. *cons.*
157. *num.* 3. *lib.* 1. Marescot. *var. lib.* 2. *cap.* 110. *n.* 33.
ubi, quod hoc procedit tam in malae fidei possessore, quam
in bonae Rot. *decis.* 188. *num.* 29. *et seqq. par.* 9. *recent.*

Nisi forte impensae respicerent reipublicae interesse, prout
esset munitio castri ad necessariam ejus defensionem, vel 41
aliam similem causam, quia tunc possent fieri, et non obstante
protestatione. seu denuntiatione domini ne fierent, ab eo re-
peti, ut late firmat Soccin. Sen. *cons.* 26. *n.* 12. *et* 13. *lib.*
1. et sequitur Marescott. *var. cap.* 109. *num.* 13. *lib.* 2.

Quarto limitatur, ut procedat praedicta deductio impen-
sarum, cum per diversam materiam melioramenta facta sunt 42
uti si domus aedificata sit in fundo, vel quid simile, quae di-
citur melioratio per applumbationem, secus autem cum ex
eadem materia fiunt uti cum in fundo plantatur arbor, quae
ex ipso fundo sumit substantiam, et crescit, et dicitur per
ferruminationem. ut sensit Bart. *in l. infundo num.* 8. *ver-
sic. quandoque. ff. de rei vindic.* at haec opinio procedere 43
potest, ut non possint tales meliorationes detrahi, per earum
separationem a fundo, cum quo sunt unitae, ut dicam in-
fra. secus autem per repetitionem expensarum. quatenus
ante restitutionem petantur, ut per text. *in l. aut si an-
te, ff. de rei vindic.* declarat Menoch. rejiciens Bart. *re-
cuper. rem.* 15 *n.* 528. *et* 529. cum sequitur Marescott *var.
d. cap.* 110. *num.* 28. ubi hanc opinionem esse veriorem, et
magis receptam dicit Joseph. Lud. *decis. Perus.* 24. num.
18. ubi quod Bart. communiter reprehenditur circa hoc, et
quidquid sit in aliis terminis. in quibus videndus est Me-
noch. ubi supra et Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 51.
ubi in fine inquit existimare non recte reprehensum fuisse
Bart. et in terminis conductoris, qui inscio domino plantavit
vineam. quod repetat expensas est text. clarus *in l. colonus
ff. locat.* quem singularem appellat Tiraquell. *de retract.
convent* §. 7. *gloss* 1. *num.* 16. et post eum Menoch. *d. rem.*
15. *num* 529. verumtamen est, quod plantatio arborum non
praesumitur impensa utilis nisi probetur, ut dictum est su-
pra *in princ. hujus cap. num.* 25. ex sententia rotae, et proin- 44
de non satis erit conductori probare plantasse arbores, nisi
etiam probet illam plantationem fuisse utilem, prout etiam re-
gulariter probare debere volentem repetere impensas, quod
fuerint utiles dictum est supra hac inspectione *post princ.* et
ulterius probandum erit, utilitatem durare post locationem
finitam ad commodum domini, alias enim impensa reputabi-
tur fructuum colligendorum causa facta, ut dictum est *in
princip. hujus cap. prope finem*,

Dum autem, ut dictum est, potest conductor impensas in 45
meliorationibus necessariis, vel utilibus factas repetere, jure
merito sequitur, ut debeat ei ad hoc concedi actio, prout
aperte ei concessa reperitur *in l. dominus* 57. §. *in condu-
cto ad fin.* ibi, *experiri potest, ff. locat.* at quae sit ista
actio, hoc scrupulo non caret, quia mirifice variant, et se in-
volvunt scribentes, ut dicit Rosentall. *de feud. cap.* 10. *con-
clus.* 43. *num.* 112. verum quidquid sit in aliis melioratio-
nibus. quoad conductorem, dum ex lege locati, et conducti
habet jus faciendi expensas utiles, et necessarias, ac experiendi
pro earum repetitione. ut habetur *in d.* §. *in conducto* sequi 46
videtur, cum agere posse ex conducto, cum in hac actione
veniat quidquid locator sibi praestare debet Castrens. *cons.*
270. *num.* 3. *paulo post med. vers. sed colonus, qui expen-
dit part.* 2. Marescott. *varior. cap.* 113. *num.* 5. *lib.* 2. Ro-
sentall. *dict. conclus.* 43. *num.* 115.

Et ulterius posset etiam post rem restitutam agere in- 47

certi condictione, et actione negotiorum gestorum Rosentall.
d. conclus. 43. num. 113. et 114. Niger. de except. cap. 8. §.
14. num. 118.

At quoniam melius est semper inhaerere rei, quam actioni
48 utilius erit conductori, qui melioravit uti retentione, quae fa-
cilius datur, quam actio l. per retentionem. c. de usur. l.
Paulus, ff. de dol. mal. except. Gregor. decis. 425. num. 2.
49 et non solum retinere poterit mercedem non solutam, ut
expresse habetur in d. l. colonus 58. in princ. ff. locat. sed e-
tiam ipsam rem melioratam usquequo fuerit satisfactus De-
50 rium. cons. 58. num. 67. lib. u. Altograd. cons. 28. num. 60.
lib. 1. Menoch. praesumpt. 32. num. 10. lib 3. rota coram
Merlin. decis. 352. num. 2. et seqq. et in recent. decis. 151.
num. 2. part. u.

51 Poteritque haec exceptio retentionis opponi tam in pos-
sessorio, quam in petitorio Rosentall. de feud. cap. 10. con-
52 clus. 43. num. 120. et non solum in processu, sed etiam in
executione sententiae ad eam retardandam Roland. cons. u8
num u. vers. nihilominus. et seq. lib. 1. Tiraq de retract.
convent. ad fin. tit num. 14. Negusan. de pignor part. 5.
membr. 4 num. 10. Valasc. de jur. emphyt. quaest. 25. num.
u2. ante med. Benintend. decis. 77. num. 1. etiam si sen-
53 tentia lata sit in celeri remedio l. si quis conductionis, eod.
loc. ut tradit Pontanus de spol. l. 3. cap. 5. num. 137. quem
sequitur Caroc. tit. de expen. num. 15. et etiam post tres
54 conformes, et illarum executionem retardare Caroc. eodem
tit. num. 29. ubi quod ita in rota judicatum testatur Galle-
sio ad formam Cam. part. 4. quaest. 2. num. 12.

55 Et retardat eadem exceptio, etiam executionem obligatio-
nis cameralis, vel in forma guarentigiae, aut alterius execu-
tionem paratam habentis Bursatt. cons. 60. num. 32. Lan-
cell. de attent. part. 3. cap. 24. quaest. u9. num. 10. Caroc.
d. tit. de expen. num. 16. et 17. Prout etiam si practenda-
tur, et judicetur aliquem immissum fuisse attentare, si inte-
56 rim fecerit melioramenta, et opponat retentionem, retardat
etiam ipsam attentatorum revocationem, ut late probat Lan-
cel. d. quaest. 29. num. 5. et seq. et sequitur Caroc. d. tit.
57 expens. num 30. et per eamdem exceptionem non solum
dominus, sed etiam repelli valent creditores anteriores rem
ipsam hypotecatam habentes, ut est text. in l. Paulus 29. §.
domus. ff. de pignor. quidquid in contrarium sentire videa-
58 tur Giurb. decis. 63. num. 16. pro ea tamen rata, pro qua
pretiosior res facta est, ut dicit ibi jurisconsultus, quod no-
tandum, quia procedit solum respectu creditorum, non au-
tem respectu domini, et rationem differentiae reddit conci-
59 liando jura, quae videntur contraria Garz. de expens. cap.
18. num. 66. et seqq. ubi, et quod pro ceteris, quae non fe-
cerunt rem pretiosiorem quantumvis necessariae fuerint, non
datur adversus hypothecarios anteriores retentio, de quo ta-
men videnda erunt late tradita per Salgad. in Labirint. cre-
dit. part. 1. cap. 11. num. 56. et seqq. et rota coram Bich. de-
cis. 564. num. 12. et seqq.

60 Ulterius non solum poterit conductor, qui melioravit re-
pellere creditores agentes hypotecaria conditionaliter, quate-
nus videlicet sibi melioramenta non solvant, sed etiam po-
terit illos omnino repellere, solvendo eis valorem rei Negu-
sant. de pignor. part. 5. membr. 4. num. u1. Vinc. de Fran-
ch. decis 38. num. u. et ibi Ricc. ut Novar in princ. Viv.
opin. 496. ubi in fine dicit hunc esse opinionem communem
et practicatam. At hujus opinionis auctor dicitur Bart. in l.
2. c. de praed. Navic. lib. 11. prout ultra praecitatos dicit
Magnu. decis. Flor. 51. num. 1. ubi etiam eam celebram
et receptam dicit, sed penes me id non dicit Bart. sed solum
dicit, quod qui melioravit, non propterea debet solvere ma-
jorem pensionem, quod utique est quid penitus diversum,
ut per Covar. var. cap. 8. num. 3. vers. non obstat d. l. 2.
lib. 1. ubi tamen ita respondet ipsi legi, non autem Bartho-
lo, nam quo ad Bart. et ipse Covar. supponit dicere, quod
competat praefatum jus melioranti offerendi valorem rei,
prout supponunt alii communiter, et signanter etiam Alex.
ibi in prima additione, unde necesse est credere, quod hoc
dictum habeatur in aliis codicibus licet in meo deficiat.

61 At dicta opinio sive careat fundamento auctoritatis Bar-
tholi, sive non, certo non transit sine magna difficultate,
nullum enim habet juris fundamentum, cum illa l. u. aliud
dicat, ut advertit Covar. ubi supra, et est contra regulas
actionis hypotecariae, quae id operatur, ut res sibi restitua-
tur retinenda quousque de debito sibi satisfiat, unde merito
impugnatur ex professo per Covar. var. d. lib. 1. cap. 8. n.
3. a vers. primo etenim, ubi vers. quarto eamdem concludit,
eam quamvis communiter receptam, plane falsam, potius,
quam veram posse censeri, et idem tenet Garz. de expens.
cap. 18. num. 84. et Morot. de jur. offer. num. 8. prope
med. vers. a qua tamen, ubi concludit dictam opinionem
Bart. non esse sequendam, et testatur vidisse servari con-
trariam, quam etiam contrariam de jure veriorem credidit
Cyriac. contr. 194. num. 8. dum igitur habemus text. in d.
l. Paulus respondit 21. §. domus, ff. de pignor. dicentem
possessores non aliter cogendos creditoribus aedificium resti-
tuere, quam si sumptus in astructionem erogatos, quatenus
pretiosior res facta est, receperint, unde clare deducitur,
quod si sumptus recipiant, cogi possint restituere, verius vi-
detur dictam opinionem communem, quae dicitur originalis
Bartholi non posse subsistere nisi in casu quo creditores re- 62
stitutionem expensarum recusent, quo in casu illam etiam
admittunt Covar. var. dict. cap. 8. num. 3. ad finem vers.
quamobrem justius erit. et Cyriac. contr. 194. num. 9. vel
saltem, ubi adhuc praefatae communi opinioni stare placeat,
restringi poterit ad domos positas in civitate, et tribui privi-
legio ornantis civitatem aedificii, ut ei sufficiat solvere aesti-
mationem rei, ut sensit Bald. in dicta l. u. ante n. 1. vers. et
videtur speciale, c. de praed. et omnibus rebus navic. lib. 11.

Usque adhuc de melioramentis necessariis, vel utilibus,
quo autem ad voluptuaria, non potest conductor ea repetere, 63
seu deducere velle per modum aestimationis, sed quatenus
abradi possint potest ea abradere, et secum deferre l. pro vo-
luptuariis 9. ff. de impens. in reb. dot. et in terminis con-
ductoris Menoch. recuper. rem. 15. num. 556. Marescott. va-
riar. cap. 111. num. 2. lib. 2.

Abradi autem non posse dicuntur si quando sint abrasa
nullius esse possunt utilitatis conductori abradenti, et tunc 64
abradi nullo modo permittuntur, l. in fundo 39. vers. ne-
que malitiis, ubi textus exemplificat si tectorium, quod in-
duxeris, picturasque corradere velis nihil laturus, nisi ut
officias, ff. de rei vindic. et l. pro voluptuariis 9. ad fin. ff.
de impens. in reb. dot. et parva utilitas respectu valoris rei
pro nihilo reputabitur, puta si constructum magnum aedifi- 65
cium, quod dissolutum in lapides parvi esset pretii, quia non
permittenda dissolutio Rosentall. d. conclus. 43. num. 158.
ubi citat Isern. de feud. in §. si vassallus hic finitur lex n.
17. ubi fortius videtur velle, quod eo ipso, quod agitur de
aedificio lapideo, non sit locus abrasioni, et dicit eum a ne-
mine carpi.

Et idem est si per abrasionem deterioretur prior status rei 66
melioratae, tunc enim pariter abrasio non permittitur d. l.
in fundo, ff. de rei vindic. l. domum. 5. ad fin. c. eodem
tit. Scrader. de feud. d. sect. 2. post princ. vers. idem est,
Rosentall. d. conclus. 43. num. 107.

Praeterea abrasio non cadit in plantis, ex quo sunt me- 67
lioramenta facta per ferruminationem, quae non possunt sine
re subsistere Ruin. cons. 14. num. 3. vers. nec audiretur
dominus lib. 1. Roland. cons. 28. num. 27. ad finem lib. 2.
Valasc. de jur. emphyt. quaest. 25. num. 1. post princ.

Neque etiam permittitur abrasio in aedificiis in civitate 68
factis, ne civitas deturpetur ruinis. l. caetera §. 1. ff. de le-
gat. 1. l. u. c. de aedific. privat. Ruin. cons. 24. num. 10.
ad med. lib. 1. Valasc. de jur. emphyt. quaest. 25. num. 16.
post princ.

Sunt, ut casus, in quibus impensae, quae per se sunt vo- 69
luptariae ex accidenti fiunt utiles, ut dictum est supra in
princ. cap. prout si dominus eas facturus erat, tunc enim
utile fuit ipsi, quod alius illas faceret, et proinde non est lo-
cus abrasioni, sed earum solutioni d. l. in fundo 39. post
princ. vers. finge et dominum Marescott. variar. cap. 111.
num. 5. lib. 2. Scrader. de feud. part. princ. 9. partic. u.
sect. 7. num. 75.

Et idem est si dominus habebat rem venalem., quia tunc
si tales expensae augent pretium, sunt utiles, et restituendae
d. l. in fundo prope fin. vers. finge eam, ff. de rei vind.
Scrader. d. sect. 2. num. 75. et idem est si exornetur res,
quae locari solet, et propter ornamentum pluris locetur Al-
ciat. in, l. impensae 79. num. 9. ff. de verb. sign.

In casibus autem, in quibus locus est abrasioni, non so- 70
lum eam facere poterit conductor, antequam rem restituat
per viam retentionis, sed etiam postea quam ea restituerit,
non deductis expensis voluptuariis, agere poterit contra do-
minum, ut abradere, et tollere permittat, ut firmat late Scra-
der. de feud. part. 9. part. u. sect. u. num. 75. post med.
vers. quinimo si vassallus. et sequitur Scrader. eodem tit.
cap. 10. conclus. 43. num. 107.

71 Potest tamen dominus impedire abrasionem, sive per viam actionis, sive exceptionis petitam offerendo conductori valorem, ut sunt text. *in l. pro voluptuariis* 9. *ff. de imp. in reb dot. et in l. in fundo* 39. *ff. de rei vindic.* Scrader. *de feud. part. princ.* 9. *partic.* 2. *sect.* 2. *num.* 75. *vers. quinimo si vassallus*, quod et ampliatur procedere etiam si pacto esset conventum licitam fore conductori abrasionem, quia intelli-
72 gitur, prout de jure, et sic ubi dominus nolit solvere melioramentorum valorem Marsil. *sing.* 410. Maresc. *var. dicto cap.* 111. *num.* 3. quomodo autem facienda sit aestimatio horum melioramentorum, seu quomodo sint liquidanda dicam infra *in seq. inspect. prope fin.*

73 Quoad impensas fructuum percipiendorum causa factas, quia dictum est, quod spectant ad conductorem, inde est, quod si eas fecerit repetere non poterit, sed potius e contra, si eas fecerit locator repetat a conductore.

74 Verum hoc de plano procedit, quoad impensas pertinentes solum ad tempus locationis, et factas pro collectione fructuum ad conductorem spectantium, nam si durant ultra tempus locationis, et proficiunt pro collectione fructuum a domino facienda, erunt per ipsum reficiendae, quia tunc utiles ei sunt, ut dixi supra.

75 At hoc quoque intelligendum procedere quatenus conductor in principio locationis iisdem impensis fundum non receperit melioratum, quia tunc non posset eas repetere, debet enim in eodem statu fundum restituere, in quo illum recepit, ut dictum est *cap.* 29.

In casibus autem praedictis, in quibus conductor potest melioramenta detrahere dubitatur, an quatenus agatur de melioramentis factis in re stabili dicatur conductor habere creditum, vel rem stabilem, et est quaestio non inutilis, de qua Curt. jun. *cons.* 148. *num.* 3. *et seqq. usque ad* 8. ubi primo dicit ea venire nomine jurium, et actionum, et deinde addit, posse etiam comprehendi sub nomine bonorum immobilium, ex quo cum sint annexa fundo, pars fundi censeri possunt *l. fructus pendentes. ff. de rei vindic.* Peregr. *de*
76 *tem art.* 50. *num.* 84. tenet verius esse primum dictum ea ratione, quia melioramenta rei cedunt, sed melius videtur quaestionem componere cum distinctione, quod aut melioramenta facta sunt a conductore brevis temporis nullum dominium in re meliorata habentis, et tunc procedat prima opinio, quod melioramenta non sint nisi purum creditum, et nomine jurium veniant, aut vero facta sunt ab emphyteuta, vel conductore longi temporis dominium utile habentis, et tunc procedat secunda, quod sint stabilia, et appellatione stabilium veniant prout ad decisionem dubii an census attenta
77 constitutione Pii V. super forma creandi census aedita, expresse requirente illos imponi super re immobili de sui natura fructifera sustineri possent super melioramentis, magistraliter distinxit Rota coram Merlino *decis.* 546. *num.* 20. *et seqq fere per tot.* et ratio distinctionis est evidens, quia quando meliorans non habet aliquod dominium in re meliorata sed solummodo quamdam possessionem, seu simplicem detentationem, prout non habere conductorem ad breve tempus explicatum est supra *in cap.* 27. *de effectibus locatio-*
78 *nis num.* 3. melioramenta solo cedunt, itaut non possit dici eorum dominum retinere, sed solum jus repetendi expensas, quia tametsi excolendo aedificium, meliorem domini causam faciat, non tamen id jure suo facere potest, ut de usufructuario dicit text. *in l. usufructuarius* 51. *ff. de usufr.* et latissime exornat dicto *decis. Merlini num* 30 *et seqq.* at e contra ubi meliorans habet dominium, prout habere conductorem ad longum tempus dictum est in puncto *cap.* 27. *num.* 4. licet tale dominium sit tantum utile, et resolubile, melioramenta uti facta jure illius dominii sunt sua, adeout licet res meliorata sit emphyteutica, vel feudalis, non tamen propte-
79 rea etiam melioramenta emphyteotica, et feudalia efficiuntur sed remanent meliorantis libera, et haereditaria ex plenissime congestis per Garz. *de expens. cap.*6. num. 20. et Rot. *decis.* 349. *num.* 1. *part.* 2. *recentior.* et ideo sunt res stabiles, ut latissime comprobatur. *in dicta decis. Merlini* num. 22. *et seqq.*

80 Tempus denique repetendi expensas, et melioramenta, quoad conductorem esse illud, in quo finitur locatio plene firmant post alios Menoch. *in cons.* 64. *num.* 17. *prope fin.* Caroc. *de locat. et cond. tit. de melioram. quaest.* 2. *num.* 29. Borgnin. *decis.* 32. *num.* 12. *part.* 2. ubi alios plene congerit.

81 Verum licet praecitati DD. non distinguant inter expensas necessarias, et utiles imo signanter Borgninus expresse de utrisque idem statuat, tamen videtur dictam conclusionem requirere aliquam distinctionem, ut sentit Mascard. *conclus.* 1037. *num.* 19. *post med. vers. verum tamen*, et eam esse debere ut procedat quidem absolute in utilibus, secus autem in necessariis, et ratio diversitatis est, quia quoad utiles, fundamentum conductoris eas repetere volentis consistit in utilitate, quam afferunt domino, quae utilitas domini non incipit nisi finita locatione, et ideo eo tantum tempore fundatur intentio ipsius. At respectu necessariarum fundamentum conductoris eas repetentis, consistit in hoc, quod gessit negotium utile domino, de illo tempore, quo ipsas impensas fecit, quia nempe relevavit illum ab onere eas faciendi tunc temporis, prout eas facere tenebatur, unde statim repetere posse debet actione negotiorum gestorum, quae statim oritur ac negotium gestum est, nec curatur an utilitas usque ad finem conductionis duraverit, vel non. ad text. *in l. sed an ultro* 11. *§. si is autem. qui ff. de neg. gest.* et multo magis poterit mercedem retinere, ut firmat Maceraten. *variar. lib.* 1. *resol.* 13. *num.* 14. *et* 15. et ideo in necessariis dominus restituere debet quid impensum indistincte, ut dicit Castren. *cons.* 270. *num.* 4. *lib.* 2. Valasc. *de jur. emphyt. qu.* 25. *num.* 38 *in princ.* non autem facienda aestimatio meliorationis de tempore finitae conductionis, ut latius dicam infra in sequenti inspectione.

An autem possit dominus velle expensas utiles statim restituere, et augere proportionabiliter mercedem non video expresse tactum, sed posset responderi negative, quoad conductorem ad longum tempus, et affirmative, quoad conductorem ad breve ex dicendis infra *in cap.* 51. *de augumento pensionis num.* 14. *et seqq.*

De probatione, et liquidatione melioramentorum.

SUMMARIUM.

1. Impensae et melioramenta, non praesumuntur sed probari debent.
2. Et ad effectum, ut repeti possint per conductorem probandum, quod fuerint necessariae, vel utiles.
3. Et quod ipse eas fecerit, vel alius cujus sit successor.
4. Etiamsi constet factas fuisse durante locatione.
5. Et in successore singulari requiritur cessio jurium ad effectum agendi, secus ad effectum retinendi, et excipiendi.
6. Probationes melioramentorum eodem modo faciendae sunt ab agente pro eorum repetitione, ac ab excipiente de eis.
7. Reus in sua exceptione est actor et illam probare debet.
8. Melioramenta repetens sufficit, quod probet cui solutio, seu ex pacto sicuti initio ab alio facta fuisse.
9. Melioramentorum probatio alia est in genere, quod facta fuerint melioramenta, alia in specie, quod facta fuerint talia et tanta.
10. Melioramenta repetens jure actionis debet ea probare in specie, repetens autem per viam exceptionis sufficiens in genere.
11. Et tamen excipienti de melioramentis praefiniendus a judice terminus ad ea liquidandum.
12. Et si non liquidet in eo non impeditur agenti immissio data cautione de reficiendo quando fuerint liquidata.
13. Intellige dictae cautioni locum esse si dubitas sit in facto, secus si in jure.
14. Intellige 2. ut possit fieri immissio absque dicta praefixione termini, si constaret melioramenta esse talia, ut infra brevem terminum liquidari non possent.
15. Melioramentorum creditor si finita locatione retineat rem, imputat fructus in suum creditum melioramentorum.
16. Et per praedictam imputationem redditur illiquidum creditum, et non potest impedire immissionem.
17. Melioramenta, ut liquidentur probandum, quid impensum, et quid melioratum.
Ad probandum, quid impensum aestimari debent operae, et materiae impensae.
18. Et ad probandum, quid melioratum probandus status rei antiquus, et status praesens.
19. Lim. ut dicta probatio non sit necessaria quando conductor repetit expensas in re conducta necessarias.
20. Melioramenta necessaria a conductore facta etiamsi pereant repetuntur.
21. Et attenditur solum, quid impensum etiamsi sit deteriorata quando sunt necessaria pro conservatione rei secus si pro fructibus.
22. In melioramentis utilibus a conductore factis proceditur, quod probandum sit, quid impensum, et quid melioratum.
23. Lim. secundum aliques, ut in locatione ad longum tempus attendatur solum tempus praesens.
24. Sed contrarium tenent alii.
25 Conciliantur dictae opiniones, ut attendatur, quod minus est, sed aestimetur tam quid melioratum quam etiam quid valeant impensae, solum tempore praesenti attento.
26. In melioramentorum aestimatione habetur consideratio deteriorationis per lapsum temporis.
27 Aedificia in aestimatione melioramentorum non sunt consideranda tamquam rudera e solo separata.
28. Secus si sint tantum voluptuaria.
29. Melioramenta alia dicuntur rustica alia urbana, et quae.
30. Aedificia omnia dicuntur melioramenta urbana.
31. In melioramentis urbanis aliqui volunt non attendi, quid impensum, et quid melioratum, sed solum valor temporis praesentis.

32. Sed verius est attendi valorem melioramentorum de tempore praesenti in urbanis, in rusticis vero de tempore quo facta fuerunt, sed si minus impensum, quam melioratum semper id deberi, quod minus est.
33. Melioramentorum probatio in genere debet esse plena et concludens.
34. Probatio autem in specie, uti respiciens quantitatem crediti sufficit levior.
35. Debet tamen esse legitima.
36. Et quae sit legitima statur arbitrio judicis.
37. Et potest judex ex suo officio valorem melioramentorum statuere.
38. Et solent judices in concursu probationum mediam viam eligere.
39. Aestimatio et valor rei non percipitur sensu corporis, sed judicio, et intellectu.
40. Testes deponere debent tantum de iis, quae percipiuntur. sensu corporis.
41. Valor probari potest per testes.
42. Procedit si sint periti valoris, alias secus.
43. Melioramentorum valor, ut probetur per testes requiritur, ut sint Architecti.
44. Et qualitas ista, ut sint architecti probanda est, nec sufficit eos dicere se peritos.
45. Testes etiam periti qui melioramenta fecerunt non sunt idonei ad probandum eorum valorem.
46. Valor melioramentorum non probatur per testes, si simpliciter de eo deponant, secus si reddant bonam rationem.
47. Valor, et quantitas melioramentorum probatur etiam per conjecturas.
48. Et attenditur solitum dispendendi.
49. Et arguitur etiam a quantitate fructuum calculando ad rationem quinque pro centenario.
50. Et statur juramento mel orantis.
51. Decl. procedere tantum si agatur de parva quantitate.
52. Alias si quantitas sit magna requiritur, ut cum juramento concurrant conjecturae.
53. Libro creditoris quandoque statur ad probandam quantitatem melioramentorum.
54. Declara procedere in parvis non in magnis.
55. Impensae quae dicantur parvae statur arbitrio Judicis.
56. Paulatim factae dicuntur parvae etiamsi simul junctae faciant magnam quantitatem.
57. Libro creditoris statur etiam magis ubi concurrit magna verisimilitudo.

CAPUT XXXIV. §. IV.

Deveniendo denique ad quintam, et ultimam inspectionem probationis, et liquidationis melioramentorum eam divido in duas partes, in quarum prima dicendum erit, quid probandum, in secunda vero quomodo probandum sit.

Et quoad primum, necesse est, ut deducere, seu repetere
1 volens melioramenta, probet in primis illa facta fecisse, quia
facta non praesumuntur, sed probari debent Cephal. *cons.* 213. *num.* 3. Caroc. *tit. de expens. quaest.* 2. *num.* 1. Rot. *decis.* 398. num. 4. *part.* 1. *divers.*

Et quia, ut supra dictum est, expensae solum necessariae, vel utiles repetuntur, et voluptuariarum datur tantum abla-
2 tio volenti eas repetere, non sufficit probare expensas fuisse factas, sed necesse etiam est ei probare qualitatem necessitatis, vel utilitatis, in qua consistit fundamentum suae intentionis Soccin. jun. *cons.* 67. *num.* 3. *lib.* 1. Marescott. qui alios adducit *variar. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 26.

Praeterea; quia conductor agit de repetendis impensis fa-
3 ctis in re aliena tanquam factis a se, probare etiam hoc debebit, quod ipse eas fecerit, vel saltem alius, cujus ipse sit successor universalis vel singularis, ut tradit Castren. *cons.* 270 *num.* 4. *par.* 2. Bursatt. *cons.* 330. *num.* 96. Honded. *cons.* 85. *num.* 41. *lib.* 1. Menoch. *recuper. rem.* 15. *num.* 567.

Et quamvis, ubi constet melioramenta fuisse facta pouquam conductor rem detinebat intrare praesumptionem,
4 quod ab eo fuerint facta, voluerunt aliqui, et in specie in feudalibus Rosentall. *cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 46. tamen quia potuit eam ipse dominus, vel alius ejus intuitu rem meliorare praesumptio praefata non sufficit, ut sentiunt alii praecitati, et est opinio magis vera secundum Gratian. *discept.* 193. *num.* 1. nisi forte contraria tenenda sit in modicis, ut sensit Giurb. *ad consuetud.* Messan. *cap.* 15. *gloss.* 8. *num.* 26.

Et licet sufficiat conductorem repetere volentem meliora-
5 menta esse successorem ejus, quem constat illa fecisse, etiam singularem ex praecitatis, requiritur tamen, quod talis successor singularis reportaverit jurium cessionem, alias nisi ipsa, nihil eum acquirere dicit Gratian. *d. discept.* 193. *num.* 2. sed vere non acquirit actionem pro repetitione melioramentorum post restitutionem rei melioratae, secus autem si adhuc possideat rem, vel mercedem non solverit, et velit retinere; ut declarat Rosentall. *dict. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 47. ad effectum enim ut possit quis agere necessaria est jurium cessio, secus autem, ut possit excipere, et retinere, Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 29. *num.* 5. *et seqq.* Cancer. *part.* 2. *cap.* 6. *num.* 41. *vers. item limita.* Coccin. *decis.* 359. *n.* 1. Ottoboo. *decis.* 129. *num.* 15. *et decis.* 242. *num.* 10. Beniutend. *decis.* 50. *per tot. in recent. decis.* 528. *num.*
3. *part* 2. licet quoad alias probationes praedictas in nihilo 6
relevetur excipiens de melioramentis. sed eas eodem modo facere debent, ac si esset actor, ut firmat in specie Roland. *cons.* 28. *num.* 32. *lib.* 1. reus enim in sua exceptione est
actor, et plene, ac concludenter illam probare debet Put. *de-* 7
cis. 396. *num.* 1. *lib.* 2. Mantic. *decis.* 274. *num.* 4. Rot. *decis.* 75. *num.* 1. *part.* 1. *divers.*

Satis tamen esset etiam ad effectum repetitionis ostendere quod licet impensae factae fuerint ab alio, tamen illa eas fe-
cerit intuitu sui, sive ex pacto convento secum, puta in su- 8
blocatione, sive etiam alia ratione, uti amicitiae, impensas enim ita ab alio factas, reputari factas ab ipso conductore, cujus intuitu factae sunt, jam supra in praecedenti inspectione probatum est ex Menoch. *recuper. rem.* 15. *num.* 509. *et seq.* et pluribus aliis ibi adductis.

Et haec probatio melioramentorum, alia est in genere, 9
quod facta fuerint melioramenta, alia in specie, quod facta fuerint talia melioramenta, et quae dicitur in genere necessaria est, tam conductori, qui agit ad repetitionem eorum, 10
quam ei, qui de illis tantum excipit, et retinere contendit. At alia probatio melioramentorum, quae dicitur in specie, et non respicit substantiam, sed quantitatem. requiritur quidem ad effectum agendi, et ea consequendi, quia liquidatio quantitatis crediti, semper est necessaria ad effectum illud consequendi Bald. *cons.* 165. *vers. et sic in sententiam lib.* 5. Cravett. *con.* 164. *num.* 2. Ridolph. *in praxi part.* 1. *cap.* 6. *num.* 26. *vers. non facta autem,* Rota *decis.* 143. *num.* 7. *part.* 6. *recent.* At quoad effectum intentionis non est necessaria, sed sola probatione melioramentorum in genere potest per conductorem retinere volentem repelli locator agens Giurb. *decis.* 63. *num.* 11. *vers. vel quod sint liquidi,* Rot. *decis.* 215. *num.* 1. *part.* 4. *divers. et decis.* 151. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* et in d. Romana de Thesauri coram Sacrato penes Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 1088. *num.* 2. et in Romana Salvinni coram Manzanedo penes Marches *part.* 2. *fol.* 469. *num.* 8.

Verum tamen est, quod praefigendus est terminus condu- 11
ctori retinere volenti ad melioramenta liquidandum, ut habetur in dicta Romana de Thesauris coram Sacrato penes Marches. *part.* 1. *fol.* 1087. *num.* 2. ut *in decis.* 151. *num.* 5. ubi quod saepe servavit Rot. *part.* 2. *recent.* Put. *decis.* 461. *ad fin. lib.* 2. ubi quod dixerunt DD. praefigendum esse alium terminum ad liquidandum extra curiam, ea quo praefixus in curia esset nimis brevis Argel. *de legit contradict. qu.* 13. *art.* 8. *num.* 92. Bich. *decis.* 179. *num* . 7. et 8.

Et si infra terminum praefixum ea non liquidet. datur im- 12
missio creditori, vel domino eam petenti, data prius per eum cautione de reficiendis melioramentis, quando fuerint liquidata. Garz. *de expens. cap.* 6. *num.* 19. Valasc. *de jure emphit. quaest.* 25. *num.* 23. Rub. *in sing. part.* 1. *fol* 131, in Annot. ad Accorambon. *decis.* 8. Cavaler. *decis.* 54. *num.* 1. Rot. post Statil. de Salvinn. *decis.* 77. *num.* 6. *et decis.* 140.
num. 5. ubi tamen dubietas consistat in facto, quia si consi- 13
steret in jure non esset locus dictae cautioni, nec conductor posset compelli illam recipere Corn. *cons.* 262. *ad fin. lib.* 4. Negusan. *de pignor. part.* 5. *memb.* 3. *part.* 2. *num.* 5. ut bene distinguendo declarat Beninteud. *decis. Bonon.* 77. *num.* 10.

Et posset etiam absque praefixione termini ad liquidan- 14
dum dari immissio cum dicta cautione, si constaret melioramenta esse talia, et tanta, ut infra brevem terminum liquidari non valerent Caroc. *tit. de expens. num.* 22. *et seqq.* ubi etiam alias addit declarationes.

Advertendumque est, quod si finita sit locatio. et condu- 15
ctor retineat rem, et fructus percipiat. debet eos compensare cum suo credito melioramentorum, cum illos sibi retinere non valeat, *l. fructus* 33. *in fin. ff. de rei vindicat.* et tradit in specie Castren. *cons.* 270. *ad fin. vers. illud autem notandum part.* 2. unde ex hac sola perceptione fructuum sa-
tis illiquida redderetur quantitas expensarum restituenda- 16
rum, quae alias esset certa, adeo ut impedire non valeat immissionem quatenus in tempore praefixo non liquidetur, juxta tradita *in decis.* 115. *n* 6. post Posth. *de subhast. et decis.* 433. *num.* 4. *part.* 2. *et decis.* 165. *num.* 47. *et decis.* 306. *num.* 45. *et* 46. *part.* 7. *recent.*

Pro liquidatione autem quantitatis melioramentorum, duo
17 probaude sont regulariter, unum videlicet, quid impensum,
et aliud, quid melioratum, aliquando enim augeter valor rui
plusquam sit espeosa, et tunc dicitur plus melioratom, quam
uapeosum, et aliquando augeter minus, et tunc dicitur plus
impeosum, quam melioratum, et sic saepe differunt, quid
impensum, et quid melioratem, et necesse est probare utrum-
que quia restituere debens, habet electionem restituendi,
quod minus est, scilicet, sive impensam si ea minor est, sive
quod melioratum est, si magis impensum *text. est* in *l.* in
fundo 39. *ff. de rei vindic.* latu Laderch. *cons.* 144. *num.* 1.
et per tot. Fachin. *cons.* 50. *num.* 6. *lib.* 3. Seraph. *decis.*
898. *num.* 1. ubi de com. *in recent. decis.* 650. *num.* 2. ubi
quod tritum est in hac materia *part.* 2.

Ad probaodum autum primum, animadvertendum omni-
no videtur nomine ejus, quod impensum est non venire hic
solam quantitatem pecuniae erogatae, sed potius materias, et
operas impensas, repetuntur enim etiam melioramenta facta
opere conductoris, juxta veriorem opinionem de qua *in ʔ.*
praeced. hujus cap. sub num. 15. et ideo ipsae operae, et
materiae aestimari debent Peregrin. *de fideicom. art.* 50.
num. 72. et dicam infra *num.* 25. *et seq.* ubi, et quomodo
facienda sit aestimatio.

18 Et ad probandum secundum, videlicet quid melioratem,
probari debet status rei antiquos, nempe, quid valeret res
ante facta melioramenta, et status praesens, idest, quid valeat
nunc, ad hoc, ut dignoscatur, quid illi primevo statui, et
valori accesserit Boss. *in praxi tit. de principe num.* 21. *col.*
4. *illius num. ad med.* Seraph. *decis.* 898. *num.* 6. Merlin.
decis. 118. *num.* 14. Bich. *decis.* 129. *num.* 22.

19 At quidquid sit in aliis meliorantibus, quoad conductorem
loquendo de melioramentis factis in ipsa re, procedendum vi
detur cum distinctione necessariorum, utilium, et voluptua-
riorum, et respectu necessariorum videtur, quod quatenus
respiciont conservationem rei, non autem productionem, vel
conservationem fructuum, necesse habeat conductor solum-
modo probare quid impensum ubi utiliter, ut bona fide im-
penderit, absque eo, quod quaeratur ulterius, quia ut di
ctum est supra, illas expensas tenebatur facere locator, ut
propterea ipse debet illas reficere indistincte, et dicit Ca
streu. *in cons.* 270. *num.* 4. *lib.* 2. Ruin. Jun. *cons.* 800. *n.*
8. *et seq.* Posth. *resol. civ.* 44. *num.* 28. *et seq.* Molin. *de*
contract. disp. 463. *num.* 8. *prope fin. vers. excipit,* Barz.
decis. 23. *num.* 16. et dixit Rota in Forolivien, Salviari in
qua ego scribebam, et obtinui 12. Junii 1675. *ʔ. fin.* cor.
R. P. D. Roodaniuo, licet loquatur in aliis terminis, nempe
emptoris adversus creditores agentes hypothecaria. in quibus
terminis res patitur majorem difficultatem signanter per te-
xt. *in l. Paulus respondit* 21. *ʔ. domos, ff. de pignor.* ubi
aperte videtur decidi contrarium, ut ulterius in emptore me-
lioramenta sunt propria, et ideo si deteriorantur ejus damno
cedere debet deterioratio, et sic non potest repetere, quid
impendit, ut de haerede per fideicommissum gravato
est text. *in l. domus.* 61. *ff. delegat.* 1. sed quidquid sit in
praedictis terminis in quibus videndus est etiam text. *in l.*
cum postulassem 44. *ʔ. fin.* et ibi glos. *in vers. tribuendum est*
20 *ff. de damn. inf.* nec non allegati supra *in ʔ. praeced. num.*
59. in terminis nostris, etiamsi melioramenta postquam fa-
cta sunt, in parte, vel in totum pereant, adhuc impensae in
eis factae, sunt integraliter reficendae Castr. *cons.* 475. *num.*
1. *part.* 1. Tiraquell. *de retract. convent. ʔ. 7. gloss.* 2. *n.*
10. Menoch. *recuper. remed.* 15. *num.* 511. et idem ait si
perierit ipsa res, ut ipsimet Tiraq. et Menoch. ibidem fir-
mant, ultra eos Caroc. *tit. de expens. num.* 35. *et* 36. Jos.
Ludov. *decis. Perus.* 58. *num.* 21.

21 Et licet contrarium, quod videlicet conductor deducat ex-
pensas necessarias subducto tempore, quo interim eas est
sentiat Perege. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 5. *et num.* 76.
prope fin. sub vers. in istis tamen, ejus opinio potest proce-
dere in necessariis pro majori perceptione fructuum, ut di-
ctum est supra de refectione fossatorum, et similium, at in
necessariis pro conservatione rei ad usum, ad quem fuit loca-
ta, urget contra eum ratio, quod dum spectabat ad locatorem
eas facere, ut supra firmatum fuit, inde sequitur, ut conve-
niri possit a conductore pro illarum restitutione actione ne-
gotiorum gestorum Rot. Jan. *dec.* 6. *n.* 7. et in proposito sen-
sit Gabr. *cons.* 168. *n.* 111. *prope fin. lib.* 1. in qua optime
venit, quod utiliter impensum, nulla habita ratione de eventu
tu subsequuto, adeo ut *si quis insulam fulserit, vel servum*
aegrum curaverit, etiam *si insula exusta sit, vel servus ob-*
ierit, aget negotiorum gestorum actione, ut dicit praecise
text. *in l. sed an ultro* 11. *ʔ. is autem qui ff. de neg. gest.*

Respectu vero utilium, quia locator ea facere non teneba- 22
tur, conductor volens eas repetere, fundatur solum in eo
quod utiliter impenderit pro locatore, et ideo necesse habet,
probare non solum quid fuerit impensum, sed etiam, quid
de tempore restitutionis res quae restituitur propter illam
impensam plus valeat Petr. Barbos. *in l. divortio* 8. *ʔ. fin.*
part. 1. *num.* 93. *vers. sed his non obstantibus*, Rimin. Jun.
cons. 411. *num.* 61. Sim. de Praet. *de interpret. ult. vol.*
lib. 3. *dub.* 5. *solut.* 4u. *num.* 20. *fol.* 360. Molin. *de pri-*
mog. lib. 1. *cap.* 26. *num.* 13.

Quod de plano procedit in terminis conductoris ad breve 23
tempus, aliorumque, qui sunt tantum possessores bonae fi-
dei, ut ubi agitur de conductore ad longum tempus, vel alio
habente dominium, licet tantum utile, et resolubile, quod at-
tendi solum debeat valor melioramentorum de tempore resti-
tutionis, tradunt signanter Ruin. *cons.* 14. *num.* 4. *lib.* 1.
Rimin. Jun. *cons.* 411. *num.* 51. *et seq.* Morot. *latu cons.*
31. *num.* 15. *vers. quid tenendum*, ubi in fin. de communi
testatur Roland. *cons.* 28. n. 18. *lib.* 1. Mangil. *de imput. qu.*
136. *n.* 40. Menoch. *praesumpt.* 32. *n.* 7. ubi in fin. de mag.
com. Valasc. *de jur emphyt. quaest.* 25. n. 28. ubi de magis
communis Rota *decis.* 186. *per tot. part.* 2. *divers.* Fulgin.
de jur. emphyt. titul. de melioram. quaest. 7. n. 8. *et* 11.

Sed contrarium, quod etiam in terminis conductoris ad 24
longum tempus, vel alterius habentis dominium resolubile,
restituenda sint melioramenta juxta idquod minus est, sive
impensa, sive melioratio Castren. *cons.* 270. *num.* 3. *vers.*
sed ius contrarium part. 2. Riminald. Jun. *cons.* 411. *num.*
39. *et toto seq.* ubi *num.* 51. rejcit contrar. *et num.* 85.
vers. postremo, ait quod longe plures hanc voluerunt opi-
nionem Petra *de fideicom. quaest.* 15. *num.* 271. *vers. con-*
trarium. et seqq. ubi *num.* 273. *ad fin.* ab hac non recedeo-
dum, quia usu forensi recepta est Tiraquell. *de retract.*
convent. ʔ. 7. glos. 1. *num.* 8. Maizar. *in epit. fideicom.*
quaest. 65. *vers. sed circa praedictam*, ubi quod ipse ita
judicavit in Rota Florentina cum dd. coadjutoribus, nemine
dissentiente Scrader. *de feud. part.* 9. *princ. part.* 2. *sect.*
2. *n.* 10. *vers. in hoc tamen contrarium*, Jos. Ludov. *de-*
cis. Perus. 58. *num.* 15. Pen. *decis.* 1082. *num.* 4. *et* 6 Rot.
decis. 318. *num.* 16. *et* 17. ubi quod contraria opinio Rui-
ni convincitur erronea *part.* 6. *recent.* et penes Bich. *decis.*
199. *num.* 13. *et* 14.

Verum istae duae opiniones, quae adeo contrariae inter se
videntur, conciliari possunt, adeout verum sit, quod restitui 25
debeat, quod minus est, aut impensum. aut melioratum, ju-
xta secundam, ac etiam attendi debeat solum valor de tempo-
re restitutionis, juxta primam, intelligendo videlicet, ut ae-
stimari debeat de tempore restitutionis bonorum, nedum
quid melioratum, quod non habet difficultatem, sed etiam
quae sit impensa, non enim nomine impensae intelligi de-
bet simplex exbursatio pecuniae, sed operae, et materiae in
meliorando impensae, ut dictum est supra. *num.* 17. *vers.*
ad probandum, quae quidem operae, et materiae recipiunt
variationem in aestimatione a tempore, nedum, ex quo, de
tempore, quo melioratum fuit potuerunt valere minus, vel
plus, ex aliquo accidenti, puta propter guerram, sed etiam,
quia solo lapsu temporis senescunt. et vilescunt, et ideo be-
ne etiam in eis cadit dubitatio, quod tempus attendi debeat,
et applicatur propterea dicta prima conclusio, quod attendi
debeat tempus restitutionis rei, et in specie, quod attendi
debeat variatio aestimationis procedens ex eo, quod melior-
menta insenuerint, est text. *clar. in l. domos* 61. ibi, *sum-* 26
ptuum rationibus deductis, et aedificiorum aetatibus exa-
minatis ff. deleg. 1. ubi Bartholus tradit, quod si factum ae-
dificium, quod tempore restitutionis non sit duraturum, nisi
quinque annis, aestimatur quanti nunc valet, et variationem
impensarum propter guerram considerant, alii. quibus cu-
mulatis ita firmat Perègr. *de fideic. art.* 50. *num.* 70. *et* 72.
ubi ad finem rejicit confundentes hanc materiam, non distin-
guendo augumentum pretii in fundo ab augumento, quod
contingit in pretiis rerum expositarum in melioramentis,
prout distingui debet et eum sequitur Menoc. *de orb. in*
add. ad eos. 258. *num.* 63.

Non tamen in hac aestimatione considerari debebunt mate- 27
riae separatim, puta si aestimari debet aedificium, non con-
siderari debent tabulae refisae, et saxa disiecta, sed muri. et
pavimenta consistentia in melioramentis utilibus Clar. *in ʔ.*
feudum quaest. 88. *num.* 2. Garz. *de expens. cap.* 24. *num.*

5. *prope fin.* Marescott. *variar. cap.* 114. *num.* 2. *lib.* 3. Bondeo. *colluct.* 35. *num.* 33. Et ita in casu, quo debebant refici melioramenta emphyteutae, qui domum construxerat, et valde ultra impensam melioraverat, dicebam, eligente domino reficere quid impensum, aestimari debere valorem murorum, et aliarum partium integralium domus, prout erant de illo tempore, scilicet, earum aetatibus examinatis, juxta *dict. l. domos* 61. *ff. de leg.* 1. non autem juxta actualem impensam, seu valorem de tempore, quo fuit domus constructa, et judex non dissentiebat.

28 Quo autem ad melioramenta voluptuaria, ad quae reficienda conductori non teneri locatorem dictum est supra in praecedenti inspectione, nisi quatenus velit ad impediendum, quod conductor ea abradat, supposito, quod velit ea reficere, idest solvere, habet pariter facultatem, vel solvendi, quod impensum in eis fuit, vel eorum valorem, aestimando illa, non prout sunt consistentia, et solo affixa, sed uti rudera a solo abrasa, ut sunt jura aperta, quoad primum, quod possit facienti melioramenta voluptuaria impediri abrasio eorum per solutionem impensae in eis factae *in l. pro voluptuariis* 9. *ff. de impens. in reb. dot.* ibi *nam si vult habere rem mulier, reddere ea, quae impensa sunt marito debet, aut si non vult pati, debet tollentem:* et quoad secundum, quod possit solvere valorem aestimando ea tamquam rudera a solo separata *in l. in fundo* 39. *ff. de rei vindic.* ibi, *constituimus vero, ut si paratus sit dominus tantum dare, quantum habiturus esset possessor his rebus ablatis si fiat potestas*, et tradit. aliis pluribus adductis Marescott. *variar. resol. cap.* 114. *num.* 1 *lib.* 2.

Et licet haec aestimatio melioramentorum tamquam ruderum, a solo separatorum, videatur dura aliquibus relatis per Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 25. *num* 16. tamen eorum difficultas procedere potest in aliis melioramentis, non in istis voluptuariis, de quibus agimus, prout distinguit Bero. *in cap.* 1. *num.* 36. *de in integr. restit.* quem refert, et sequitur Valasc. *dicto num.* 16. *prope fin.* et ratio est clare, quia nempe dum quoad ista conductor non potest illa aliter praetendere, quam per abrasionem *d. l. pro voluptuariis. ff. de impens. in reb. dot. fact.* Marescott. *variar. cap.* 111. *numero* 2. *lib.* 1. in plus sua non interest, quod locator illa retineat, quam in quantum aestimantur abrasa, ut post Bald. in *§. si vassallus tit. hic finitur lex in usib. feudor. tradit.* Ruin. *cons.* 24. *num.* 10. *lib.* 1.

29 Volunt etiam aliqui, quod fieri debeat distinctio inter melioramenta rustica, et urbana, seu quae fiunt per ferruminationem, uti sunt plantationes vinearum, et arborum, et similia, et quae fiunt per applumbationem, ut sunt aedificia *l. in rem actio, §. item quaecumque*, et ibi glos. *in ver. mate-*
30 *riam. ff. de rei vindic.* quae aedificia omnia dicuntur urbana, quamvis facta sint in villa, *§.* 1. *instit. de servit. urb. praed.* Coccin. *decis.* 2135. *num.* 7. *et decis.* 2165. *num.* 1. *et* 2. ubi etiam vascam, et cisternam esse inter melioramenta urbana *et num.* 5. Ursill ad Afflict. *dec.* 87. *num.* 3. *ad med.* Mangil. *de evict. quaest.* 153. *num.* 22. Barz. *decis Bonon.* 23.
31 *num.* 16. *vers. et id quod dictum est*, et circa prima, nempe rustica volunt attendi, quid impensum, et quid melioratum, et refici, quod minus est, circa vero secunda, nempe urbana, solum attendi tempus restitutionis, adeout, nec curandum, an magis impensum, et minus melioratum, vel e contra, velle videantur, ut aliis plenissime cumulatis distinxisse videtur Tomat. *decis. Maceratens.* 59. *num.* 60. *et seqq. et* 64. et Coccin. *d. decis.* 2135. *num.* 5. *et seqq. et decis.* 2165. *numero* 2. *et seqq.* signanter *numero* 10. saltem ubi qui dicta melioramenta fecit erat dominus dominio resolubili, in quibus terminis loquuntur praeciti, et apertius etiam Rota coram Royas *dec.* 182. *n.* 8. *et* 9. et in una Romana melioramentorum 28. junii 1675. *§. nihilominus*, coram reverendiss. Albergato Decano in qua expresse fuit dictum, recedi a regula text. *in l. fundo* 39. *ff. de rei vindic.* ut refici debeat, quod minus est, aut impensum, aut melioratum, quando agitur de praedio urbano meliorato e domino utili, ex quo tunc non quod impensum, sed valor praesentis temporis attendi debet.

Ego tamen scribendo in dicta causa Romana melioramentorum contra praefatam decisionem, dicebam, quod sunt duae
32 quaestiones omnino distinctae, et separatae, una quoniam tempore considerari debeat valor impensarum, et ejus, quod melioratum est, accipiendo expensas non in sola pecunia, sed in materia, et labore, seu operibus in meliorando expensis, ut supra fuit declaratum *sub num.* 25. alia si valor expensarum differat a valore ejus, quod melioratum est, quae nam summa reficienda sit, et quoad primam, optime procedit distinctio inter rustica, et urbana, nam rustica uti, ut plurimum consistentia in plantationibus vinearum, et arborum, considerari debent de tempore, quo fuerunt facta, cum non possit haberi ratio incrementi valoris eorum favore meliorantis, dum illud procedit ab ipso fundo potius, quam ab ejus industria, ut aliis relatis tradunt Ursill. *ad Afflict. decis.* 87. *num.* 3. *post med. vers. circa praefato tamen*, Carpan. *ad statut. Mediol. lib.* 1. *cap.* 417. *num.* 748. *et* 753. ubi plures alios citat Barz. *decis. Bonon.* 23. *numero* 16. *post med.* ut quod si plantata sit vinea facienda sit aestimatio plantularum praeviarum, ceterique labores compensandi sint in fructibus perceptis, dicit Felin. *cons.* 42. *num.* 9. et posset etiam dici, labores circa vineam, aliasque plantationes pertinere ad culturam, quae non est reficienda, a contra vero aedificia cum insenescant, et minuatur eorum valor, aestimari debent de tempore restitutionis consideratis eorum aetatibus, ut dicit text. *in l. domo* 61. *ff. de legat.* 1. at secus est quoad secundam quaestionem nam in ea tam in rusticis, quam in urbanis, attenditur semper, quod minus est, cum in utrisque militet eadem ratio, esset enim absurdum dicere, quod si habens domum in platea civitatis restitutioni obnoxiam adaperiat solum duas portas ingredientes in duas mansiones forte inutiles, et sic efficiat duas apothecas, impensis solis scutis quinquaginta, et apothecas illas locet, et pro pensione ratione loci recipiat scuta centum annua, ex qua mercede dicatur meliorata domus melioramento aestimabili in scutis duobus mille, debeat ei refici summa ista, nulla habita ratione, quod impensa fuerit solum scutorum quinquaginta, et idem esset e contra si maximam fecisset impensam, et parum meliorasset, et ideo etiam in utrisque procedit regula, quod attendi debeat, quod minus est, aeque, ac in rusticis Barz. *decis.* 23. *num.* 16. *vers. et id quod dictum est*, idque indistincte e quocumque melioramenta facta sint, prout aliis pluribus relatis sensit Gabr. *cons.* 168. *num.* 111. *circa med. lib.* 1. et saepissime tenuit Rot. ut coram Bich. *decis.* 199. *num.* 13. *et* 15. *vers. quod vero melioratum*, ut coram Arguell. *decis.* 26. *num.* 58. *et* 61. *et in recent. decis.* 650. *num.* 2. *et* 4. *vers. nam quo ad domum part.* 2. *decis.* 318. *num.* 16. *et* 17. *et* 20. *part* 9. *et decis.* 119. *num.* 1. *et* 2. *part.* 15. et post Merlin. *de pign. decis.* 138. *n.* 22. *versic. nec magis, et num.* 26. *vers. et tunc*, et post Torre *de pact. futur. success. decis.* 178. *num.* 13. *prope fin. et* 14.

Et licet reproposita eadem causa Romana melioramentorum cor. eodem reverend. Albergato 23. januarii 1667. Rota steterit in decisis, tamen generaliter loquendo, distinctio praedicta videtur vera ex supra traditis, quibus decisio non satisfacit. Quidquid tamen sit dicendum in casu illo in quo agitur de pacto, quod si emphyteuta melioramenta alicui loco pio persolvenda gravaverit, liceat domino facta solutione de ipsis melioramentis domum pro se retinere, quod pactum Rota censuit in ultima decisione praefata, nihil aliud tribuere, quam praelationem domino, ita ut solvere debeat, quod solveret alius emptor, et sic nullam habendam rationem ejus, quod impensum, prout haberi non deberet cum emptore, circa quod non debeo hic aperire meum sensum dum lis adhuc pendet.

Descendendo nunc ad secundam partem dictae ultimae inspectionis, in qua dicendum est quomodo facienda sit probatio melioramentorum. In primis repetenda est distinctio probationis melioramentorum in genere a probatione eorum in specie, de qua dictum est supra hac eadem inspectione in 1. *part. num.* 10. *et seqq.* ubi dictum est secundam necessariam esse ad effectum agendi, non autem ad effectum excipiendi, et retinendi, prout ad utrumque effectum necessaria est prima.

Requiritur autem probatio melioramentorum in genere plena, et concludens, quia respicit substantiam crediti, quae debet esse certa, adeout si aliquid contra illam opponatur nec actio, nec retentio competat creditori Gratian. *disc.* 734. *num.* 13. Surd. *d.* 46. *in fin. ver. et super ejus quoque substantia*, et ibi Hodierne *num.* 3 Rota coram Cavaler. *d.* 539. *num.* 5. *et* 6. *et in recent. d.* 433. *n.* 2. *part.* 2. et in proposito melioramentorum sensit eadem Rota cor. Cavaler. *decis.* 52. *num.* 2. *in fin. et seq. et in una Romana de Thesauris coram Sacrato penes Marches. de commiss. par.* 1. *fol.* 1088. *n.* 2. *et* 3. 33

Quo vero ad aliam probationem in specie, ex quo non respicit substantiam crediti, sed potius ejus quantitatem tantum, regula est, quod ubi constat de substantia debiti ad 34

probandam quantitatem, et qualitatem, sufficiant leviores
probationes, Dec. *cons.* 537. *n.* 12. Surd. *cons.* 94. *n.* 28.
Burat. *decis.* 722. *n.* 5.

35 Verum tamen est, quod licet ad probandam quantitatem,
et qualitatem melioramentorum, ubi constat de eorum sub-
stantia in genere, probationes faciliores et leviores admitti
possint, tamen tales probationes debent esse legitimae, ut
dicit Menoch. *consil.* 23. *num.* 25. *ad med.*

36 Quae autem dicatur probatio sufficiens est arbitrarium ju-
dici, Dec. *cons.* 495. *num.* 8. Soccin. Jun. *cons.* 32. *num.* 11.
lib. 2. Menoch. *de arbitr. casu* 90. Rota *decis.* 723. *n.* 8.
par. 4. *tom* 3. *rec.*

Quod si verum est in omni materia, multo facilius admitti
debet in ista probatione quantitatis melioramentorum, in
qua statuenda, jura expresse deferunt arbitrio judicis, ut ha-
betur *in l. in fundo* 39. *in pr. ff. de rei vindic.* in illis ver-
bis *bonus judex varie ex personis, causisque constituet*, re-
latis ad hoc firmandum per Arias de Mesa *variar. lib.* 1.
cap. 49. *numero* 29. et per Rotam *in decis.* 2. *n.* 35. *part.*
11. *rec.*

37 Unde est, quod poterit etiam judex ex officio suo valorem
praedictum statuere juxta doctrinam Bart. *in l. si quid ex
Pamphila num.* 3. *ff. de legat.* 2. quam alii sequuntur re-
lati per Rot. coram Cocciuo *decis.* 1374. *num.* 3. idque non
solum per rei evidentiam subjiciendo eam oculis suis ac de
melioramentis se informando, ut per text. *in l. si ruptione
ff. finium regund.* tradit Mascard. *de probat. conclus.* 1037.
num. 18. et Caroc. *de locat. tit. de melior. quaest.* 2. *num.*
41. sed etiam aliquibus probationibus factis, eisque non ple-
nis, vel variis existentibus, ut sensit Rota coram Coccin.
d. decis. 1374. *n.* 2. et coram Merlin. *d. decis.* 695. *num.*
6. et dicam infra de casu discordiae peritorum in hoc eodem
§. *in fine.*

38 Solent vero judices in concursu probationum, seu indicio-
rum de diversis pretiis mediam viam eligere Alex. *cons.* 64
num. 9. *lib.* 2. Surd. *cons.* 452. *num.* 68. *et* 74. Rot. *in d.
decis.* 2. *num.* 34. *ad fin. part.* 11. *rec.* et cor. Bich. *decis.*
474. *num.* 3.

Potest autem primo loco dubitari, an legitima sit probatio
melioramentorum in specie, idest eorum quantitatis et valo-
39 ris, si fiat per testes, et ratio dubitandi est, quia est necessa-
ria eorum aestimatio, quae aestimatio non percipitur sensu
corporis, sed potius judicio intellectus Ang. Aret. *in §. si
quis agens num.* 3. *instit. de action.* Rota coram Penia *decis.*
40 479. *num.* 11. et testes deponere debent de iis tantum, quae
cadunt sub sensu corporis, alias si excedant, et deponant de
judicio suo probationem non faciunt Seraphin. *decis.* 847
num. 2. Cocciu. *decis.* 1882. *num.* 10. *et* 11. Rot. *in recent.
decis.* 34. *num.* 7. *et* 8. *part.* 11. *rec.*

41 At his non obstantibus, testes admitti ad probandum va-
lorem, tradunt DD. et signanter Lupus *in l.* 2. *cod. de
pactis int. emptor. et vend. comment.* 2. §. 2. *num.* 120.
Masc. *de probat. concl.* 657. *num.* 1. et in terminis proba-
tionis valoris melioramentorum *conl.* 1037. *nu.* 13. et sen-
tiunt alii infra citandi.

42 Videtur tamen retinenda regula, quod non probent, sed li-
mitanda ubi sint testes periti valoris, prout eam limitari ge-
neraliter docet Bart. *in prooem. ff. in princ. sub num.* 8. et
concordia ad eumdem Bart. *in l.* 1. *in princ. ff. de ventre
inspiciendo* Jas. *in rubr. ff. de jur. jur. num.* 4. et hinc est
43 quod ad hanc probationem valoris melioramentorum, requiri
testes de eo deponentes esse architectos sentit Specul *in tit.
de fructibus*, et *interesse circa fin.* et sequutus est Aretin.
cons. 83. *col. penult.* et latius firmavit Curtius Junior. *cons.*
165. *num.* 20. Caroc. *de locat. tit. de melioram. q.* 2. *num.*
33. et habet haec opinio text. *in §. quia vero* Auth. *de non
alien. cum glos. ibi in verbo mecanici*, et licet possit per
discursum dici, quod ille textus loquatur in bonis ecclesiasti-
cis, in quibus jura cautius procedunt, ut advertit Caroc. *d.
quaest.* 2. *n.* 36. *et seq.* tamen alii etiam ad hoc propositum
illum allegant.

44 Et qualitas ista testium, eos videlicet esse architectos pro-
banda est, et non statur eorum dicto, quatenus asserant se
peritos, neque sufficit eos esse magistros murarios, sed re-
quiritur major peritia, quae adest in architectis, ut volunt
praecitati, et ultra eos comprobat etiam Mascard. *d. concl.*
1037. *n.* 14. *et* 15.

45 Praeterea, quando testes essent sufficienter periti, adhuc
non essent admittendi, si ipsimet melioramenta construxissent,
quatenus enim non agatur de probandu simplici facto constru-
ctionis sed etiam de valore rei per ipsos constructae, dicuntur
testes interessati, ex quo laus, vel opprobrium posset ipsis
resultare ex majore, vel minori operarum suarum valore, et
bonitate, ut advertit Curt. Jun. *d. cons.* 165. *num.* 21. et
sequitur Menoch. *cons.* 23. *num.* 25. *vers. quo circa respon-
dit*, et aliis adductis Mascard. *dict. concl.* 1037. *num.* 16.
Caroc. *de locat. et cond. tit. de melior. q.* 2. *n.* 35.

Praeterea regula praedicta, quod testis deponens de judicio
suo super re, quae non cadit sub sensu corporis, non probet,
limitatur, ut non procedat ubi testis reddit bonam ratio- 46
nem, seu causam scientiae Salic. *in l. testium num.* 11. *c. de
testib.* Jas. *in rubr. de jur. jur. num.* 6. *vers.* 4. *limita*
Seraph. *decis.* 550. *num.* 3. et ideo non probari in specie va-
lorem melioramentorum, *ubi* testes deponant simpliciter de
judicio suo dicit Curtius Jun. *cons.* 165. *num.* 17. Menoch.
cons. 1111. *num.* 12. *et seqq.* at secus est dicendum ubi red-
dant bonam rationem ex adductis per Grat. *discept.* 461. *sub
n.* 24. et quoniam de hac probatione valoris per testes dixi
plura supra *in c.* 19. *de probatione laesionis*, ulterius non
prosequor.

Ultra praedictam probationem per testes quoniam, ut di- 47
ctum est agitur de probatione quantitatis non substantiae,
sequitur, ut standum etiam sit conjecturis Dec. *d. cons.* 537.
num. 12. Menoch. *cons.* 457. *num.* 76. Bellon. Jun. *cons.*
43. *num.* 9. Idque tanto magis si per lapsum temporis, vel
aliter probatio reddita sit difficilior, prout in casu suo consi-
deravit Rot. cor. Merlino *d.* 695. *n.* 5.

Et hinc est, quod in hac materia valoris, et quantitatis 48
melioramentorum admittenda videatur probatio ex solito, et
communi consuetudine impendenti in illis, ut dixit Rota co-
ram Merlino *d. decis.* 695. *num.* 3. *ad fin.* prout in simili
fit in probatione fructuum ex tradit. per Angel. *cons.* 127.
num. 2. Cocciu. *decis.* 439. *n.* 2. *et decis.* 283. *num.* 1.
part. 1. *rec.*

Et deducitur argumentum ex quantitate fructuum, qui 49
percipiuntur, calculando videlicet ad rationem quinque pro
centenario, juxta praesumptionem legalem, vel ad aliam sum-
mam, quam notum esset in regione percipi ex stabilibus,
demendoque ex tota summa valorem rei melioratae, quod
argumentum post Peregr. *cons.* 76. *sub num.* 10. *lib.* 4. ap-
probavit Rot. cor. Bich. *dec.* 564. *sub num.* 9.

Et stari etiam juramento ipsius conductoris meliorantis 50
circa hanc probationem solius quantitatis firmat Caroc. *de
locat. et cond. tit. de melior. quaest.* 2. *num.* 42. et ultra
ibi congestos, quod stetur juramento creditoris circa solam
quantitatem lata Ossch. *decis.* 96. *num.* 4. et *per tot.* Grat.
discept. 948. *num.* 28. et Joseph Ludov. *decis. Perus.* 100.
num. 7. *et* 8. Ridolphin. *in praxi part.* 2. *cap.* 4. *n.* 155.
Durao. *decis.* 90. *num.* 10. Otthobon. *decis.* 199. *num.* 10.

Verum hoc non videtur omnino indistincte admittendum, 51
sed solummodo quando agitur de parva quantitate, ut docet
Bart. *post glos. in l. admonendi num.* 52. *vers. item dicit
ubi adden.* alios concordantes referunt *ff. de jur. jur.* Boer.
decis. 44. *num.* 25. *post med. vers. quoniam judex* Joseph
Ludov. *decis. Perus.* 100. *num.* 4. ubi quod haec opinio est
magis vera, et majoribus fulcita auctoritatibus.

Alias enim, ad hoc ut admitti possit juramentum ubi quan- 52
titas est considerabilis, necesse est, ut concurrant saltem ali-
quae conjecturae Alex. *cons.* 69. *num.* 6. *lib.* 2. Boer. *dec.*
243. *in fin.* Vivius *decis.* 108. *sub num.* 2. Seraph. *de jur.
privil.* 36. *num.* 2. *et seqq.* Rota *decis.* 746. *n.* 5. *et seqq.
part.* 1. *divers.*

Praeterea ad probandam solam quantitatem admittitur 53
quandoque liber ipsius creditoris, et illi statur, ut dicitur
in decis. 437. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* et facilius, si sit de-
tentus a ministro, ut in casu *decis.* 362. *n.* 7. *par.* 1. *rec.*

At etiam hoc intelligendum est in expensis parvis tantum, 54
non etiam in magnis, ex cumulat. per Genuam *de script. priv.
tit. de lib. tutor. n.* 7. Rot. coram Gregor. *dec.* 475. *n.* 1. *et
ibi adden.*

Quae autem dicantur impensae magnae, et quae parvae, 55
arbitrari debet judex attenta qualitate rei, et personarum
Guttier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 158. *adden.* ad Gre-
gor. *decis.* 475. *num.* 11. et nun ex eo quod expensae omnes 56
simul consideratae faciunt quantitatem relevantem, dicuntur
ad hunc effectum expensae magnae, sed si paulatim factae
reputantur parvae Adden. ad Gregor. *d. decis.* 475. *num.*
11. *vers. et procedit* Rota *decis.* 283. *sub n.* 3. *part.* 1. *rec.*

Alias si quantitas est magna, non standum soli libro, nisi 57
quatenus concurrat maxima verisimilitudo, qua concurrente

ei adhibetur fides etiam in magis, ut post alios relatos dixit Rota coram Gregor. *d. dec.* 475. *n.* 5. vel ulterius conductor super ipsa re juramentum praestet, Corn. *cons.* 318. *in fin. lib.* 4. Sord. *decis.* 199. *n.* 5.

De peritorum electione, ac eorum relatione quomodo facienda, et quam probationem faciant.

SUMMARIUM.

1. Peritorum electio est subsidiaria quatenus deficient omnes aliae probationes.
2. Melioramenta haec probantur per relationem peritorum.
3. Ampl. etiamsi sint pauciores quam testes.
4. Peritorum electio est necessaria, et de ea constare debet.
5. Nec sufficit ad eam probandum, quod quilibet peritus se electum enunciet.
6. Probatur tamen electio per duos testes.
7. Ad electionem peritorum proceditur executive, et summatim.
8. Et etiam in die feriata.
9. Peritorum electio licet de jure possit fieri a solo judice, tamen de consuetudine fit a partibus mediante judice.
10. Et in discordia, vel contumacia partium fit a judice.
11. Et quando judex velit eligere peritos, debet monere partes ad interessendum, seu illas citare.
12. Et praedictis non servatis electio est nulla, et relatio non probat.
13. Electio peritorum ab uno facta non nocet aliis.
14. Ampl. et nec ab eo causam habentibus.
15. Secus si sit cessionarius ejus, qui elegit exceptione facta post electionem
16. Defectus electionis ad videndum eligi peritos sanatur per subsequentem intimationem electionis, vel aliam scientiam.
17. Periti debent esse saltem duo.
18. Stylus est, ut quaelibet pars suum eligat, et una deficiente supplet judex.
19. Lim. si utraque pars in unu consentiat, quia illi statur.
20. Et sufficit tacitus consensus per non contradictionem.
21. Decl. tamen non sufficere unam partem consentire electioni factae ab alia, quia censetur consentire, ut eligat peritum suum, et quando secus.
22. Lim. 2. si unus tantum reperiatur peritus in loco.
23. Decl. limitationem non procedere in materiis gravibus, quia debent peti a locis viciniis.
24. Contrarium tenent aliqui.
25. Prima procedit si materia vere est gravis, et possunt haberi periti in loco non valde distanti.
26. Lim. 3. si agatur de re parvi valoris, et facilis aestimationis.
27. Lim. 4. si unus peritus sit valde excellens, et plurimae integritatis.
28. Lim. 5. si sit deputatus a publico.
29. Decl. praefatas limitationes procedere si electus, sit vere peritus.
30. Periti eligendi debent esse vere tales, ac personae honestae.
31. Periti ad probandum valorem melioramentorum, non sufficit, quod sint muratores, et aliqualiter intelligentes, sed probandum, quod sint architecti.
32. Periti debent praestare juramentum de bene, et fideliter aestimando
33. Decl. procedere in electis a judice, secus in electis a partibus.
34. Intellige in electis sponte secus si mandante judice.
35. Periti debent accedere ad locum ubi res est aestimanda, et citandae sunt partes ad interessendum aestimationi.
36. Secus si citatio fuerit partibus remissa.
37. Citatio ad interessendum aestimationi per peritos faciendae debet esse pro hora certa.
38. Citatio ad comparendum coram judice non est necesse quod sit hora certa, quia intelligitur pro hora audientiae, secus est in citatione pro actu extrajudiciali.
39. Citationis ad interessendum defectus vitiat relationem peritorum judicialiter electorum, secus autem electorum extrajudicialiter, quos partes informarunt.
40. Periti debent procedere per se ipsos, nec possunt subdelegare.
41. Lim. quoad nudum ministerium, puta mensurationem.
42. Aestimari debet res simul non per partes.
43. Decl. procedere ubi agitur de unico corpore, secus si rebus distinctis.
44. Domus pretiosae quomodo aestimentur.
45. Relatio peritorum debet esse aperta, et clara.
46. Periti non tenentur reddere rationem in sua relatione.
47. Decl. procedere quando judicium periti consistit in mera operatione intellectus, secus si consistat in facto cadente sub sensu corporis
48. Periti debent servare formam in depositionem sibi praescriptam.
49. Peritorum relationi statur, etiam si referant de credulitate.
50. Decl. procedere in eis quae certo sciri non possunt.
51. Peritorum in relatione facienda requiritur citatio partis ad videndum referre, vel ad dicendum contra relationem.
52. Contr. tenent alii.
53. Decl. ut non sit necessaria citatio praedicta si pars fuit citata ad videndum, seu electioni interfuit.
54. Idem si periti fuerunt ab ipsis partibus electi, seu de eorum consenso.
55. Idem si interfuerunt aestimationi, vel ad interessendum citatae fuerunt.
56. Periti debent referre cum juramento in actis, seu relationem scriptam cum juramento producere.
57. Decl. procedere si non jurarunt in susceptione officii, et juramentum erat necessarium.
58. Periti si sint duo, et unus tantum referat non attenditur relatio.
59. Possunt tamen uterque de per se separatim referre.
60. Intellige quando sunt duo periti electi unus pro parte, secus si sint electi ab utraque.
61. Periti referre possunt etiam in die feriata.
62. Relationi peritorum standum est.
63. A relatione peritorum datur appellatio.
64. Ampl. dari etiam ei, qui peritum approbavit.
65. Ampl. 2. etiam ei, qui promisit relationi stare, si non dixit, et cuicumque aestimationi.
66. Si a relatione peritorum appellatum est, est deveniendum ad electionem peritorum.
67. Decl. ut a relatione peritorum liceat appellare una vice tantum.
68. Lim. declarationem si utraque pars appellet
69. Appellans a relatione periti in aliqua parte taxative censetur approbare in alia.
70. Peritis discrepantibus eligendus est tertius.
71. Periti ut eligi debeant aliter probandum sit ab initio est arbitrarium judicis.
72. Judex potest se extrajudicialiter informare, et valorem arbitrari.
73. Secus si viam electionis peritorum elegerit, quia eis discordantibus tenetur tertium eligere, nec potest eligere, se ipsum.
74. Tertii periti electio facienda a partibus, et eis discordantibus a judice.
75. Tertio perito omnino standum est.
76. Lim. si ejus aestimatio sit nulla.
77. Item si fuisset nulla aestimatio prima nisi fuisset nullitas remissa.
78. Electio peritorum secunda facta propter discordiam inter primos, si non subsistit discordia, est nulla.
79. Ampl. etiamsi partes promiserint ei stare.
80. Peritorum duae electiones tantum faciendae super eodem dubio, secus si adsint plura dubia.
81. Relationi tertii periti non standum est si appareat erronea.
82. Et sufficit error in una parte.
83. Tertio perito tunc standum est cum concordat cum aliquo ex primis, secus si ab omnibus discordet.
84. Contr. quod adhuc ei standum sit.
85. Decl. ut tunc stetur cum possit concordari cum aliquo per regulam, quod in summa majori continetur minor, et num. 86. et seqq. usque ad 90. ubi quando habet locum dicta regula, vel non.
90. Decl. 2. ut discordante tertio cum aliis duobus peritis conserventur omnes summae, et deinde dividatur in tribus partibus.
91. Decl. 3. standum tertio discordanti si primi non retulerunt in actis secundum aliquos, secus e contra.
92. Decl. 4. ut si tertius peritus discordans ab aliis sit electus ex dispositione legis, vel statuti, vel judice agente, tunc ei standum, secus si voluntarie.
93. Decl. 5. ut excedente tertio perito in summa non sit standum majori summae primorum si ab ea utraque pars reclamavit, secus e contra.
94. Declarationes praefatae singulae possunt habere locum in diversis casibus.
95. Judex potest habere fidem uni ex peritis discordantibus.
96. Judici permissum est corrigere relationes peritorum.
97. Judicis arbitrio multum deferunt jura in aestimatione melioramentorum.

CAPUT XXXV. §. V.

Licet ad judicium peritorum non soleat recurri nisi in sub- 1
sidium quando aliae probationes omnino deficiunt, ut habetur. *in decis.* 253. *num.* 20. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* ubi aliae decisiones allegantur, et *decis.* 53. *numero* 7. *post Posth. de manut.* tamen saepissime ad eam recursus habetur, praesertim ad liquidanda melioramenta, ideo de eis hic aliqua magis practicabilia separatim, ac breviter perstringere, non inutile erit.

Probari igitur etiam poterit quantitas melioramentorum 2
per peritos, et hunc modum probandi melioramenta per relationem peritorum esse legitimum dicit Rota *decis.* 356. *n.* 3. *part.* 2. *rec.* et ei standum esse firmatur etiam coram Cavaler. *decis.* 86. *num.* 1. et in concursu cum probatione per testes cum peritis non concordantes, praefertur ista probatio per peritos Honded. *cons.* 31. *num.* 46. *lib.* 1. Seraph. *decis.*
665. *num.* 7. Rota *in rec. decis.* 457. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 3
2. et coram Bich. *decis.* 199. *num.* 3. etiamsi periti sint numero pauciores, quam testes Alex. *cons.* 148. *n.* 1. *lib.* 2. Grat. *discept.* 600. *numero* 23. *et seq.* Rota Bonon. *diver. decis.* 22. *numero* 11.

Quoniam autem haec est magis frequens, praxis probandi valorem, et inservit etiam ad probandam justitiam, vel injustitiam mercedis, et convincendam laesionem, de ea dixi jam aliquid *in cap.* 19. *num.* 66. *et seq.* ac ibi signanter tetigi difficultatem, quae vertitur in probando per peritos valore, et statu de tempore praecedenti, quae difficultas est saepissimo contingibilis etiam in hoc proposito melioramentorum, cum probandus sit quandoque necessario status praecedens rei, ut dictum est supra, ac proinde in ea ad ibi dicta recurrendum erit, et quoniam, ibi circa hanc praxim me retuli ad dicenda hic, ideo breviter aliquid de ea annotandum erit, et primo, quod debent esse periti electi, et de electione constare debet,
alias eorum relatio non probat Ridolph. *in praxi par.* 1. c. 8. 4
n. 128. Burat. *dec.* 14. *n.* 22. Duran. *dec.* 142. *n.* 4. *in rec. decis.* 515. *n.* 14. *par.* 1. et non constabit sufficienter de ele-

5 ctione, ex eo quod quilibet peritus se electum enuntiet, quia
tali enuntiativae non statur, ut dicit Rota coram Seraph. dec.
554. num. 1. ex tradit. per DD. in cap. quoniam contra de
probat. et Gabr. de sentent. concl. 4. num. 3. et videtur ve-
rius, licet contrarium in eisdem terminis senserit Rota dec.
289. num. 3. par. 4. rec. quia nunquam standum dicto unius
et secus esset, ubi dici posset adesse duos testes contestes su-
6 per ipsa electione, ut in casu Ruin. per Rot. ibi allegati in
cons. 65. num. 7. lib. 5. et est de mente Bart. in l. ne in ar-
bitriis num. 5. ad med. cod. de recept. arbitr.
7 Proceditur tamen executive, et summatim ad talem cle-
ctionem Menoch. adipisc. rem. 5. n. 160. et seqq. et pos-
8 sunt recipi etiam die feriata, et admitti etiam ad juramentum
praestandum, ut post Aretin. tradit Gratian. discept. 235.
numero 33. et sequitur Post. de manuten. observ. 101. nu-
mero 14.
9 Electio autem licet de rigore juris possit fieri a solo judice,
tamen de consuetudine fit a partibus mandante judice, ut
tradit Cagnol. in l. 2. num. 259. cod. de rescind. vendit. et
10 talis consuetudo servanda est Gratian. discept. 229. num. 21.
at quatenus partes discordent, vel sint contumaces, tunc ele-
ctio fit a judice Pinel. in l. 2. c. de rescind. vendit. par. 3.
cap. ult. num. 4. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. n. 99.
et seq. Menoch. adipisc. rem. 5. n. 163. Aldosin. cons. 18
n. 8. Cyriac. contr. 395. n. 22. et seq Rota decis 24. n. 6.
post Posth. de subhastat.
11 Et quando judex vult ipse devenire ad electionem debet
monere partes ad interessendum, seu illas citare ad videndum
eligi peritos Jas. in §. quaedam num. 79. inst. tit. de action.
et ibid. Aretin. col. fin. Cagnol. in l. 2. num. 260. c. de re-
scind. vendit. Rota decis. 515. num. 14. vers. adeo ut part.
1. rec.
12 Praedictisque non servatis electio facta est nulla, et vitiat
relationem, ita ut non probet, ut sentiunt praecitati, et tra-
dit expresse Surd. cons. 452. n. 36. et 37.
13 Debetque fieri ab ipsismet partibus collitigantibus, alias
facta a tertia partibus non nocet, ut dixit Rota in una Roma-
na pretii Fiani coram Lancellotto impressa penes Marches.
par. 2. fol. 236. num. 3. vers. quod non fuerunt, et e con-
14 tra electio facta a partibus non nocet tertio non citato, etiam
habenti causam ab eis, et interessato, puta cessionario Surd.
d. cons. 452. sub num. 27. et seq. Gratian. discept. 228. n.
15 1. et seq. nisi forte cessio sit facta post electionem, in quibus
terminis procedit contraria opinio, quod electio, et relatio
periti nocest successori, de qua Monach. decis. Bonon. 55. n.
9. et seq.
16 Sanari tamen posset defectus citationis praecedentis per
intimationem electionis subsequentem, vel aliter inductam
judicialiter scientiam in parte, vel alio interesse habente, et
non reclamante, ut tradit, et in praxi receptum, dicit Cosar.
variar. lib. 2. c. 13. num. 5. in 6. conclusione, et sufficeret
comparitio habentis interesse coram perito ad solidandam ejus
relationem Add. ad Buratt. qui alios refert dec. 70. num. 13
vers. secus si is.
17 Debent autem periti eligi saltem duo, si reperiantur Pinel
in l. 2. c. de rescind. vendit. par. 3. cap. ult. num. 5. Me-
noch. cons. 284. n. 26. et adipisc. rem. 5. num. 162. Scan.
18 decis. Bonon. 12. n. 71. et stylus curiae est, ut quaelibet
pars suum eligat, et si una pars sit negligens in electione sui
periti, illum eligat judex, ut dictum est, et in his terminis
tradit Ridolph. in praxi part. 1. cap. 8. num. 115 et dixit
Rota dec. 81. num. 3. in fin. et 4. post Zacch. de oblig. com.
19 nisi forte utraque pars in eodem consentiat, et concordet,
quia tunc ille unus sufficit Dec. in cap. proposuisti n. 41. de
probat. Mascard. concl. 1169. n. 29. Gratian. disc. 235. n. 71.
20 etiamsi tacite tantum consentiant non contradicendo Pacian.
de probat. lib. 1. cap. 47. n. 42. et seq. at hoc non est in-
21 telligendum, ut statim ac una pars suum eligit, et alia non
contradicit, censeatur illum approbare, quia censetur appro-
bare, ut sit peritus eligentis tantum, non etiam suus, nisi for-
te judex, qui, ea non eligente, debet juxta stylum praedi-
ctum eligere illum ab alia parte electum, et ipse eligat, et
ea pars quae non elegit hoc sciat, et taceat.
22 Ubi autem non reperirentur plures periti, tunc unius et-
iam soli electio sufficeret Menoch. adipisc. rem. 5. num. 162.
ad med. Mascard. conclus. 653. n. 14. Pacian. de probat. lib.
1. cap. 47. num. 35. et seq. ubi de communi opinione testa-
tur.
23 Sed hoc non facile admittitur in rebus valde arduis, et gra-
vibus, quia in eis si non reperiantur in loco judicii, debent
peti a locis vicinis Abb. in cap. proposuisti num. 5. de prob.
Soccin. reg. 16. vers. 3.
Et licet contrarium teneant alii, et signanter Dec. in d. cap. 24
proposuisti n. 22. vers. sed tamen, et 23. de prob. Pacian.
de probat. lib. 1. cap. 47. num. 36. vers. non est tamen, ubi
vere materia sit gravis, prima est verior, ut dicit Mandos. ad
Roman. cons. 20. in ver. dictum, et saltem, ubi alii periti
haberi possunt in loco non valde distanti, non erit ab ea re- 25
cedendum, ut inquit, et late probat Gratian. discep. 235. n.
57. et 60. et seqq.
Sunt etiam alii plures casus, in quibus non est necesse, 26
quod periti sint plures, ut signanter si ageretur de meliora-
mentis parvae summae, seu facilis aestimationis Abb. in cap.
proposuisti num. 6. de probat. Soccin. reg. 16. vers. primo
fallit Gratian. discept. 235. num. 66. item si unus sit valde 27
excellens, qui peritia, et integritate plurimum valeat, quia,
tunc ille sufficit Dec. in cap. proposuisti nu. 26. vers. si ta-
men, esset de prob. et aliis adductis Menoch. adipisc. rem. 28
5. n. 162. vers. vel etiam quando item si unus sit deputatus
a publico, quia, et tunc illi statur Dec. in dict. cap propo-
suisti num. 28. Menoc. adipisc. rem. 5. n. 162. ante fin. Ma-
scard. concl. 653. num. 13. Pacian. de probat lib. 1. cap. 47.
num. 29. et seqq. Gratian. dict. disc. 235. num. 67. sed isti,
et similes casus declarandi erunt, ut procedant, ubi talis ele- 29
ctus sit vere peritus, ac etiam persona honesta, et bonis mo-
ribus imbuta, alias enim semper esset nimis durum, ut uni
tantum imperitu, et improbo standum esset, ut adserit Grat.
discept. 235. num. 48. et seqq. et generaliter, quod eligi de- 30
beant, qui sint periti, ac etiam personae honestae late Pacian.
de probat. lib. 1. cap. 47. num. 125. et seq. et num. 151.
vers. et praedicta Mascard. concl. 653. num. 7. et quod ad 31
probandum valorem melioramentorum non sufficiat eos esse
muratores, et aliqualiter intelligentes, sed probandum, quod
sint architecti, et ingegniarii Specul. in tit. de fructibus, et
inter. §. viso circa fin. Aretin. cons. 83. num. 11. circa med.
vers. praeterea licet Curt. jun. cons. 165. num. 16. Caroc. de
de loc. tit. de melioramen. q. 2. n. 33. et seq. Rot. cor. Celso
dec. 246. n. 9.
Debent autem periti electi juramentum praestare de bene, 32
et fideliter aestimando, secundum Aretin. in §. quaedam n.
78. instit. de action. Surd. cons. 452. numero 42. et sensit
Rota in Rom. pretii Fiani coram Lancellotto penes Marche-
san. part. 2. fol. 236. n. 3. et apertius coram Merlin. decis.
39. num. 6.
At hoc procedit, ubi eligantur a judice, secus autem si eli- 33
gantur a partibus, quia tunc tamquam ab eis approbati, non
tenentur juramentum praedictum praestare Grat. disc. 874.
num. 35. et disc. 929. num. 17. Post. de manuten. observ.
101. num. 13. Cresc. dec. 2. num. 1. de arbitris. quod ni-
mirum procedit de plano, si eligantur sponte a partibus, puta 34
in contractu, aut alias, secus autem si de mandato judicis,
quia, et tunc eos debere jurare sentiunt Bart. in l. Theopom-
pus. 14. num. 8. ff. de dote praelegata. Felin. in cap. pro-
posuisti num. 9. vers. fallit 2. de probat. quod eo magis pro-
cedet, ubi unus a qualibet parte diversus electus est, quia
tunc neuter eorum est ab utraque parte approbatus, prout
requiri sentiunt praecitati DD. dum solunt, quod propter
talem approbationem jurare non tenentur, et de electis a ju-
dice ipso de consensu partium, quod jurare debeant, tenet
Mascard. de probat. concl. 1174. num. 51.
Deinde debent periti accedere ad locum ubi sunt meliora- 35
menta, vel alia res aestimanda, et citandae sunt partes ad in-
teressendum aestimationi Cagnol. in l. 2. num. 261. c. de
rescind. vendit. Aldobrand. cons. 59. num. 6. lib. 1. Gabr.
cons. 168. num. 102. lib. 1. Gratian. disc. 874. num. 33. et
seqq. Barz. decis. 22. num. 36. Buratt. decis. 70. num. 4.
ubi rejicit opinionem Bald. qui in cons. 4. l. 3. videtur sen-
tire talem citationem non esse necessariam in aestimatione
Adden. ad Greg. decis. 545. n. 12. nisi forte talis necessitas 36
citandi fuisset a partibus in peritorum electione remissa, prout
potest remitti, ut firmat Cyriac. contr. 261. num. 17. Grat.
disc. 929. num. 15.
Et talis citatio debet esse pro hora certa, ut firmat Ridol- 37
ph. dict. cap. 8. num. 130. et dixit Rota coram Duran. de-
cis. 542. n. 5. licet enim in citatione ad comparendum co- 38
ram judice non requiratur hora secundum aliquos, quia in-
telligitur hora audientiae, secus est in citatione, quae fit ad
interessendum actui extra judicium faciendo, tunc enim ne-
mo dubitat horam requiri, ut dicit Alexso. cons. 33. num.
9. vers. et licet lib. 6. formulam autem hujus citationis, si

39 quis cupiat, adeat Posth. de manut. observ. 101. num. 8. et
omissio talis citationis vitiat aestimationem peritorum, etiam
a partibus judicialiter electorum Rota decis. 554. num 2.
vers. procedit part. 2. recent. Covar. var. lib. 2. c. 13. num.
8. ad fin. quod tamen secus est, ubi periti electi sunt a parti-
bus concorditer in negotio extrajudiciali, in quo necesse fuit
quod eos informarerint, quia tunc ubi fuerunt instructi de
negotio, non opus est alia citatione, ut declarat Cyriac. con-
trov. 261. num. 19. et 20. ubi advertit in his terminis non
dissentire Rota in praedict. decision. 554. parte 2. recen-
tior.

40 Et debent periti inspicere, et procedere per se ipsos, non
autem alios subeligere, seu subdelegare, nisi ad aliquod nu-
dum ministerium, puta electus ad aestimandum, poterit al-
41 teri demandare mensurationem Post. de manut. obs. 101. n.
8. ad fin. in novis, Rot. post Zacch. de obl. cam. dec. 155.
num. 5. et in rec. dec. 526. num. 3. p. 4.

42 Debent etiam periti rem aestimare totam simul non per
partes l. Mevius 53. § fin ff. fam. ercisc. Marescott. variar. c.
114. num. 12. lib. 2. Surd. decis. 155. num. 5. quod tamen
procedit, ubi agitur de unica re, vel unico corpore, secus au-
tem si aestimandae sint plures res inter se distinctae, quia
43 tunc separatim aestimandae singulae de per se, ad text. in l.
fin. §. praeterea c. de jur. dot. et aliis plene adducit. Rota
coram Dunoz. jun. dec. 921. n. 1. et seq. et dec. 944. n. 1. et
seqq. et in domibus pretiosis, quae fructus non reddunt vel
44 eos reddunt minores justo valore debent aestimare considerata
materie, et forma, ac ulterius ejusmodi domus communiter
vendi soleant Gabr. con. 168. num. 114. ver. quando vero,
et seq lib. 1. et late monet Marescot. variar. lib. 2. cap. 114.
num. 12. et seqq. ubi arguit Natt. cons. 322. num. 4. dum
videtur valla, quod in tali aestimatione non habeatur ratio
quanti domus communiter emi, et vendi posset.

45 Et debet peritus dare relationem certam, et claram, alias
potest officio judicis compelli, ut illam declaret Felin. in cap.
proposuisti num. 6. vers. et sis cautus de prob. Pacian. de
prob. lib. 1. cap. 47. num. 157. et aliis adductis Rot. coram
Dunoz. jon. d. 921. num. 2. et 3.

46 Non tamen tenetur peritus reddere rationem in sua rela-
tione, et peritia, cur ita senserit Dec. in cap. proposuisti n.
33. de probat. Menoch. adipisc. rem. 5. num. 166. Grat.
disc. 228. num. 23. Boral. decis. 790. n. 4. licet alii con-
trarium sentiant, ut Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. num.
65. et seq. Scain. decis. 12. num 74. intelligendo tamen, ut
tunc procedat conclusio, quando judicium periti consistit in
47 mera operatione intellectus, non autem quando consistit in
discussione facti cadentis sub sensu corporeo. ut post, Bart.
in l. de aetate num. 10. ff. de minor. Felin. in cap. propo-
suisti num 6. vers. et sis cautus de probat. et alios declaravit
48 Rota coram Dunoz. jun. decis. 921. num. 30. ubi ut quod
non dicitur exigi causam aestimationis, cum petitur, quod
compleat, et perficiat suam relationem aperiendo veritatem
valoris singulorum corporum. Caeterum servare debent pe-
riti omnino formam in deputatione sibi praescriptam, aliàs
nulliter procedunt, Rota decis. 759. num. 2. in fin. par. 3.
rec.

49 Et valet relatio, eique statur etiamsi periti de credulitate
sua referant Pinel. in l. 2. c. de rescind. vendit. part. 3. cap.
ult. num. 5. ad fin. quatenus, tamen non agatur de eis, quae
50 certo sciri possunt, puta mensura, et similibus, quia in eis
debent testari de veritate, non de credulitate, ut post alios
plenissime relatos distinguendo tradit Pacian. de probat. lib.
1. cap. 47. n. 19. et est distinctio Bald. in primo constitu-
tione ff. num. 16. vers. sed dubitatur, ubi loquendo de ju-
ramento per peritum praestando, dicit, quod si tractatur de
eis, quorum notitia certa haberi potest, debet esse juramen-
tum veritatis, si autem de eis, de quibus non potest haberi
notitia certa, sed tantum opinata, tunc jurare debet de cre-
dulitate, idem Bald. in l. hac aedictali §. is illud. num. 4.
c. de secund. nupt. ubi quod jurant de veritate in illis,
quae possunt oculata fide videri, in aliis, de credulitate Anan
in cap. significasti 18. num. 13. versic. dubitatur autem de
homicid. Dec. in cap proposuisti num. 52. de probat. Schen-
ck. de probat. num. 26. prope fin. vers. praeterea, Tiraq. de
praescript. glos. 8. vers. et hoc quidem verum, Covar. var.
lib. 2. cap. 13 num. 4. vers. quarta conclusio.

51 An autem requiratur citatio partis in ipsa relatione facien-
da, videlicet ad videndum referre peritos, vel ad dicendum
contra relationem, sunt variae opiniones, nam pro affirmati-
va stat Dec. cons. 416. num. 21. vers. et dato, et plures re-

Pacioni

fert Scacc. de judic. lib. 2. cap. 8. num. 372. Gratian. di-
scept 874. num. 38. et sensisse videtur Rota coram Gregor.
decis. 545. num. 9. et coram Buratt. decis. 458. num. 6.

Contrarium vero, quod talis citatio non sit necessaria te- 52
nent Romen. cons. 61. num. 1. ad med vers. item nec re-
quiri, Aretin. in §. quaedam actiones num. 12. ad med. in-
st. de act. Gabr. de tacit. conclus. 1. num. 418 Asin. in
praxi §. 7. lim. 107. Mont. tract. de finibus cap. 32. de fi-
nib. num. 5. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. num. 151.
Menoch. adipisc. rem. 5. num. 165. et alii plures.

At veritas est, quod ubi pars fuit semel citata ad videndum 53
eligi peritum, seu alias electioni interfuit, tunc necessaria
non sit alia citatio in relatione ipsa, ut docet Bart. in l. Teo-
pompus num. 11. ff. de dot. praeleg. Felin. in cap. judican-
te num. 1. post princ. de praescript. Covar. variar. lib. 2.
cap. 13. num. 5. in 8. conclus. Nellus de concordan. gl. n.
323. Rota coram Coccino decis. 1633. num. 5. et seqq. et i-
dem est, si, ut alii dicunt, periti fuerunt ab ipsis partibus e- 54
lecti, seu de earum consensu Scacc. de judic. lib. 2. cap. 8.
num. 373. vers. tertio respondetur, Farin. cons. 70. num.
16. post med. Mascard. de prob. concl. 653. num. 2. Mo-
nach. decis. Bonon. 10. num. 2. vel si partes interfuerunt
aestimationi per eosdem factae, vel ad interessendum citatae
fuerunt, quia, et hoc sufficit absque alia citatione ad viden- 55
dum referre, Gratian. disceptat. 875. num. 37. et seq. Pos-
thum. de manutent. observat 101. num. 11. Boer. decis. 283.
num. 35. et late Rota coram Buratt. decis. 70. n. 2. et 3.

Et debent periti referre cum juramento in actis, seu rela- 56
tionem in scriptis factam cum juramento reproducere, Albe-
ric. in l. hac edictali num. 3. c. de secund. nupt. Salust.
in praxi lib. 2. cap. 43. num 2. ad fin. Post. de manut. o-
bserv. 101. num. 12. et sensit Rota decis. 630. num. 4. part.
2. rec. quod tamen intelligo nisi juraverint ab initio in su-
sceptione officii, de quo dictum est supra, non enim multi- 57
plicanda sunt juramenta, nec aliquem video, qui hoc dicat,
quod reiterari debeat juramentum et ubi dictum est supra
juramentum, non requiri loquendo in susceptione officii,
nec requiritur istud in relatione facienda, et in specie de
isto, quod non requiratur, ubi peritus est electus ab utraque
parte Gratian. discept. 875. num. 35. Post. d. observ. 101.
num. 13.

Ubi autem sunt electi duo debet uterque referre, alias si 58
unus solus referat, relatio est nulla, et non attendenda Ri-
dolph. in praxi part. 1. cap. 8. num 159. Rota coram Greg.
decis. 545. num. 8. et possunt, sive simul, sive etiam uter- 59
que de per se separatim referre, ut post Ang. tradit Menoc.
adipisc. rem. 5. num. 165. ver. nec adhibenda, quod pro-
cedit absque difficultate, quando sunt duo periti electi unus 60
pro parte, juxta dictam praxim, nam ubi essent plures ele-
cti simul ab utraque parte, contrarium esset dicendum, ut
per text. in l. si in tres, et l. seq. ff. de arbitr. tradit Surd.
cons. 452. num. 4. ver. tertio eodem, ubi etiam, quod con-
stare debet eos collocutos fuisse, ut negotium simul contu-
lisse.

Relatio vero non est necesse, quod fiat in die juridica sed 61
potest fieri etiam in die feriata, prout dictum est de ipsa ele-
ctione peritorum, Dec in cap. proposuisti n. 55. de probat.
Jas. in cons. 200. ad fin. vers. 2. dicitur lib. 2. Pacian. de
probat. lib. 1. cap. 47. num 59. Menoch. adipisc. rem. 5. n.
166. vers. poterit quoque Marescott. variar. lib. 2. cap 7.
num 3. et 4. Posth. de manuten. observ. 101. num. 14.

Relationi autem peritorum electorum, ut supra, si concor- 62
dent, standum est, quia generale est, ut stari debeat peritis
in arte late Bert. cons. civ. 1. num. 57. et 9. Post. de manu
obser. 101. n. 14. post med. Rot. decis. 526. num. 5. part.
4. rec. maxime si non fuerit ab ea appellatum Rot. coram 63
Bich. decis. 564. num. 8. et coram Celso decis 366. num.
7. licitum est enim ab ea appellare etiam ei, qui peritum ap-
probavit, quia approbans peritum, dicitur approbare perso-
nam, non relationem Menoch. cons. 343. num. 28. Covar. 64
variar. lib. 2. cap. 13. num. 1. vers. item et illud Grat. di-
scept. 263. num. 22. et etiam ei qui relationi stare promisit, 65
si non promisit stare cuicumque aestimationi, ut post Bald.
in l. tale pactum §. provocavit num. 5. de pact. dixit Rota
coram Seraph. decis 513. num. 4. in qua decis. sub. num.
2. fuit dictum non relevare, quod non fuerit appellatum in
tempore, quia judex potest quandocumque admittere alium
ad aestimandum, et ubi appellatum, relationi non standum
est, sed deveniendum ad electionem peritorum Afflict. qui 66
alios antiquiores adducit decis. 188 num. 4. Marcb. de com-

54

miss. part 1. *fol.* 1010. *num.* 114. Garzia *de expens. cap.*
24. *num.* 22. *ad fin.* ubi de ponderatore publico Rim. jon.
cons. 335. *num.* 2. ubi maxime stante laesione Andreol. *con-
tr.* 108. *num.* 6. ubi de veriori Seraph. *decis.* 513. *num.* 2.
sed hoc intelligitur, ut liceat appellare una vice tantum Se-
67 raph. *decis.* 1494. *num.* 2. non enim dandus processus in in-
finitum, ut post alios tradunt Gratian. *disceptat.* 600. *num.*
30. Ferentill. ad Burat. *decis.* 70. *ad fin.* Andreol. *contr.*
128. *num.* 7. Rota in Romana pretii Fiani coram Lancellot-
to penes Marchesan. *par.* 2. *fol.* 236. *num.* 5. *vers. neque
obstare*, nisi forte utraque pars appellet, quia tunc admitten-
68 da esset appellatio etiam ultra primam vicem, et in casu,
quo sit prohibita, ut est Bononiae per constitutionem Justi-
nianam Monach. *decis. Bonon.* 55. *num.* 26. Seraph. *dict.
decis.* 1494. *num.* 2.

69 Si quis autem a relatione periti appellet in aliqua parte
tantum taxative, tunc reliquis in ea contentis consentire vi-
detur, ut dixit Rota coram Bichio *decis.* 291. *num.* 6. *per
text. in l. ab eo cod. quomo. et quando judic. cap. sollici-
tudinem de appellat.* Rota *decis.* 380. *num.* 9. *part.* 1. *re-
cent.*

70 Si vero periti discordent, tunc eis non standum, sed de-
veniendum est ad electionem tertii Bald. *in l. hac edictali
num.* 3. et ibidem Salic. *num.* 10. *cod. de secundis nupt.*
Menoch. *cons.* 343. *num.* 29. Gabr. *cons.* 168. *num.* 107.
71 *vers. arbitratoribus igitur lib.* 1. Rota *decis.* 612. *num.* 1.
par. 1. *rec.* adeo *ut*, licet ab initio arbitrarium sit judici, an
eligi debeant periti, vel aliter probandus sit valor Purpur.
cons. 356. *num.* 4. Seraphin. *decis.* 1494. *num.* 6. et quod
72 possit se extrajudicialiter informare de valore, et arbitrari
Cancer. *variar. cap.* 8. *num.* 24 *et* 25. ubi, et ita practicari
part. 2. et generaliter, ubi judicio, et scientia sua potest
causam terminare, non teneatur peritos eligere Bald. in *l.* 2.
num. 55. *c. de rescind. vend.* Gratian. *disc.* 228. *num.* 17.
et pleno ex professo firmat Rota, *decis.* 52. *num.* 4. *et seqq.
par.* 7. *rec.* ubi etiam firmat e contra quod in eis, quae pro
suo judicio distinguere nequit, teneatur peritos eligere *num.*
73 3. *et* 9. *et seq.* tamen ubi viam electionis peritorum adeptus
est, et primi duo discordarunt, non potest et ipsum in ter-
tium eligere, juxta *decis.* Rot. coram Merlino *decis* 678. *per
tot. et signanter num.* 6. *et seqq.* et facit Gratian. *discep.*
228. *num.* 29. *et seq.* licet in contrarium faciat Joseph. Lu-
dovio. *decis. Perus.* 28. *num.* 21.

74 Et ejus electio quoque facienda, uti dictum de primis, vi-
delicet a partibus, et in earum discordia, vel contumacia a
judice, Felin. *in cap. proposuisti num.* 6 et Dec. *num.* 39.
de probat. et al. adduct. Addeo. ad Burat. *decis.* 70. *num.*
24. Merlin. *decis.* 678. *num.* 2. seclusa autem contumacia,
vel discordia partium. non potest judex ex se tertium peri-
tum eligere Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 117.
Grat. *discept.* 228. *num.* 6. *et seq.* et *num.* 19. *et seqq.* ubi
vult hoc praecipue procedere, ubi convenit primos a partibus
exigi, quidquid sit e contra de jure, et haec tamquam secun-
75 da electio, debet etiam esse ultima, ne detur processus in in-
finitum, ut dictum est, unde tertio perito omnino standum
erit *l. item, si unus.* § *fin. ubi glos. in verbo auctoritati ff.
de recept. arbitr.* Socein. Sen. *cons.* 54. *sub num.* 2. *lib* 2.
Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 132. Caval. *decis.*
484. *num.* [illegible]

76 Verum hoc non procedet, si secunda aestimatio esset nulla;
tunc enim deveniendum esset ad aliam aestimationem novam
quia id quod nullum est, caret omni effectu, ut dixit Seraph.
decis. 513. *num.* 5. Ridolphin. *in praxi part.* 1. *cap.* 8. *n.*
127 unde idem esset si fuisset nulla prima, quia non esset
computanda, nisi forte pars, eam servaverit, ut taceverit, ac ad
77 ulteriora processerit, videlicet ad electionem tertii ex capite di-
scordiae inter primos, nulla facta mentione nullitatis electio-
nis illorum, quia censeretur tunc nullitas remissa, et non
posset propterea amplius allegari, ut plenissime firmat Barz.
decis. 22. *num.* 25. *ad med. et seq.*

78 At e contra si non subsistat discordia inter primos propter
quam fuerit facta electio secunda, tunc talis secunda electio
erit nulla, uti fundamento carens. Surd. *cons.* 452. *num.* 41.
vers. de tali autem discordia, *et numer.* 49. *vers. Ginami
vero.*

79 Imo fortius si discordantibus primis duobus, ante tamen re-
lationem factam, deventum fuerit ad electionem tertii, et
partes promiserint illi stare, adhuc si postea primi illi duo
concordent, et referant, eis standum erit, non tertio, quia
per electionem tertii non desinunt esse periti etiam primi,
sed potius defecit electio tertii deficiente discordia primorum
in qua ipsa electio secunda fundata est, nec relevat promissio
de stando ipsi tertio, quia intelligitur prout de jure, quate-
nus videlicet primi discordent, ut praecise respondit Bald.
cons. 97. *num.* 2. *lib.* 5. et sequitur Grat. *disc.* 228. *n.* 9.

Praeterea, quod dicitur non esse faciendam aliam electio- 80
nem ultra secundam, indistincte non est accipiendum, sed
tantum quatenus utraque relatio sit super eodem dubio, ut
dixit Rota in Rom. pretii Castri Fiani coram Lancelloto pe-
nes Marches. *part.* 2. *fol.* 236. *num.* 5. *vers. neque obstare*,
et Ridolphin. *in praxi par.* 1. *c.* 8. *num.* 123. Grat. *discep.*
600. *num.* 31.

Prout etiam deveniendum quoque erit ad aliam electio- 81
nem, si relatio secundo electi appareat erronea, quia tunc ei
non standum Bart. *in l.* 2. *num* 1. *vers. an hoc sit verum, et
num.* 4. *vers. quaero quid in computatione c. de jur. fisc.
lib.* 10. Ridolphin. *in d. c.* 8. *num.* 126. Burat. *decis.* 56.
num. 7. Rota *in rec. decis.* 554. *num.* 4. *in fin. part.* 2. et
sufficit probari errorem in aliqua parte, ad hoc ut ei tollatur 82
fides in totum Castrens. *cons.* 301. *n.* 4 *lib.* 1. Rot. *d. decis.*
554. *num.* 4. *part.* 2. *rec.* et coram Bich. *decis.* 596. *num.*
10. qui enim erravit in uno, potuit et in reliquis errare, late
Greg. *decis.* 79. *num.* 2. *et ibi Adden.*

Tunc autem exclusis praedictis standum est absolute rela- 83
tioni tertii periti, quando ipse cum aliquo ex primis concor-
davit, et ubi discordavit ab omnibus, tunc variae sunt opi-
niones, et ipsamet Rota variasse videtur, quod enim tunc
nulli standum, sed deveniendum sit ad electionem alterius,
tradit Menoch. *cons.* 343. *num.* 29. Gabr. *cons.* 168. *num.*
106. *lib.* 1. Rot. *decis.* 554. *num.* 3. *part.* 2. *rec. quae est*
Burat. *decis.* 56. *num* 5. *ubi etiam Adden. num.* 7. *et seq.*

Contrariam vero opinionem, quod tertio etiam discordan- 84
ti ab aliis standum sit probat glos. *in l. item si unus* §. *fin.
vers. auctoritati ff. de recept. arbitr.* et ibi Bart. *num.* 3.
vers. dicit tamen, et Bald. *in fin. ver. in glos.* Gabr. *de ar-
bitr. conclus.* 1. *num.* 3. *ad fin.* Rot. coram Cavaler. *decis.*
484. *num.* 1. *et in rec. decis.* 294. *num.* 2. *part.* 1. quae lo-
quitur in specie de peritis electis ad aestimanda melioramen-
ta, et est coram Ubaldo Seniore *decis.* 3. *num.* 2. *decis.* 101.
num. 3. *part.* 4. *et decis.* 26. *num.* 20. *part.* 10. *rec.*

Pro conciliatione harum opinionum sunt aliae opiniones 85
pariter variae, primo enim volunt aliqui discordiam ipsam
tertii periti ab aliis, vel nullam, vel irrelevantem reddere,
cum regula illa, quod in summa majori continetur minor *l.*
11. §. *si stipulanti ff. de verb. obl. l. inter pares in fin.* et ibi
Imol. et Alex. *num.* 10. *ff. de re jud.* et dixi de ea plura
supra *in cap.* 19. *num.* 118. *et seqq.* loquendo de testibus
discordantibus, quae tamen advertendum est non applicari
totaliter peritis, quia inter testes, et peritos, militat in pro-
posito ista diversa ratio, ut dicit Salic. *in l. hac edictali n.*
10. *c. de secund. nupt.* dicunt enim cum praedicta regula,
si tertius aestimavit minoris, quod concordet alius cum ipso in
summa illa, si vero aestimavit pluris, quod concordet ipse cum
alio in summa minori. et sic semper illi summae minori stan-
dum esse Surd. *cons.* 452. *num.* 58. *vers. demus tamen* Coc-
cin. *decis.* 136. *num.* 2. Dunoz. Jun. *decis.* 177 *num* 1. Bich.
decis. 291. *num.* 8. *in rec. decis.* 356. *num.* 4. *part.* 2. *et
decis.* 26. *num.* 19. *part.* 10.

At contrarium, quod in peritis dicta regula, quod in sum- 86
ma majori continetur minor, non procedat, nec dici pos-
sint concordare in minori tenent Salic. *in l. hac edictali n.*
10. *c. de secund. nupt.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 47.
num. 60. *et seq.* Monac. *dec. Lucen.* 1. *num.* 4. *et seq.* Gra-
tian. *decis. Marck.* 32. *num.* 16. *et seq.*

Circa quas opiniones fingo, quod tres periti unus aestima- 87
rent viginti, alius viginti quinque, alius triginta, et quate-
nus tertius fuerit ille, qui aestimavit viginti, videtur adhae-
rendum ultimae opinioni, quod ipsi tertio standum non sit,
quia uterque ex primis illum redarguit; et quia si licuit uni
ex partibus reclamare ab aestimatione in vigintiquinque,
multo magis ei licere debet reclamare ab aestimatione in vi-
ginti, et in his terminis loquitur signanter Gratian. et firmat
tertio non esse standum *d. decis Marchiae* 32. *n.* 15. *et seq.*

Si vero tertius peritus fuit ille, qui aestimavit viginti
quinque, vel fuit ille, qui aestimavit triginta, numquam mi- 88
litant praefatae rationes contra primam opinionem, quod ei
standum sit, ut patent consideranti, sed utroque casu con-
cordia, juxta dictam opinionem, cadit in viginti quinque, et
sic in media via, quae in hac discordia peritorum amplecti
debet, ut post Salic. *in l.* 2. *num.* 28. *et seqq. c. de rescind*,

vendit. Alex. *cons.* 64. *num.* 9. *lib.* 2. Surd. *cons.* 452. *num.* 74. et alios allegatos dixit in primo casu, videlicet ubi tertius medium tenueret Rota in una Rom. consignationis sequestri 22. maji 1620. coram Pamphilio, et in secundo, ubi videlicet tertius peritus omnes alios excesserat in perusina executionis 20. februarii 1617. coram Remboldo quae hodie habetur inter ejus impresses *decis.* 113. *num.* 2.

89 Verum quia potest esse, quod in his duobus casibus, et praecipue in ultimo circumstantiae facti aliud suadeant, uti si relatio tertii periti esset nimis excessiva, et proinde de erroneitate, vel aliter auspecta, hinc sequitur, ut relinqui debeat aliquid in hoc proposito judicis arbitrio prout censuit Rot. in citata perusina executionis cor. Remboldo.

90 Secundo volunt alii, quod in praefata discordia omnium trium peritorum coacerventur omnes summae ab eis relatae, et deinde summa ex eis conflata dividatur in tres partes, quodque una capiatur pro justo valore, et haec fuit opinio Salic. *in l. hac edictali num.* 10. *post med. c. de secund. nupt.* quam sequuti sunt Cotta *in memoriali in vers. aestimatores* Strecca *de assecuratoribus glos. ult. num.* 8. *in fin.* et alii, et licet eadem opinio non placuerit Alciato tamen late defenditur a Rininald. jun. *cons.* 335. *num.* 15 *et seq.* et a Gratian. *in decis. March.* 32. *num.* 6. *et num.* 12. *et seqq.* ubi dicit non esse tutum ab ea recedere.

91 Tertio dicunt alii, quod aut primi periti stante discordia non retulerunt in actis, et tunc standum sit tertio, qui legitime retulerit, aut vero illi servatis servandis retulerunt, et tunc tertius cum uno ex eis concordare debeat, alias ipsi standum non sit Card. Zaberel. *in cap. suspicionis sub num.* 5. *de offic. deleg.* ubi dicit notandum, et vidisse de facto, prout eum refert, aliisque concordantibus adductis sequitur Surd. *cons.* 452. *num.* 64. *prope fin.* Gratian. *disc.* 228. *num.* 12 *et seqq.* et referunt etiam Add. ad Burat. *decis.* 56 *num.* 8. *ad fin.* et Ridolphin. *in praxi par.* 1. *cap.* 8. *num.* 135.

92 Quarto dicunt alii, quod aut tertius peritus fuit assumptus ex dispositione legis, vel statuti, vel judice cogente, et tunc standum sit relationi ipsius, ne detur processus in infinitum *d. l. item si unus §. fin. ubi glos. in vers. auctoritati in fin. ff. de recept. arbitr.* aut vero tertius peritus fuit electus de voluntate, et consensu partium, et tunc si ille discordat ab aliis duobus nulli sit standum Gabr. *de arbitr. conclus.* 1. *num.* 4. Surd. *cons.* 452. *num.* 60. Gratian. *discept.* 228. *n.* 10. Ridolphin. *in praxi dict. cap.* 8. *num.* 136. ubi dicit hanc videri meliorem distinctionem, quam sit proxima praecedens., sed tamen postea ab ea recedit in casu periti electi, a partibus cum alia distinctione penes eum videnda Adden. ad Burat. *d. dec.* 56. *num.* 8. Rot. cor. Peutingerin *dec.* 231. *num.* 4. *et* 5.

93 Quinto in casu, quo tertius peritus excesserat summam relatam ab aliis, opinionem, quod non standum sit summae majori relatae ab uno ex primis peritis procedere posse, quatenus etiam is, qui elegerat peritum illum primum reclamaret, secus autem si contentus esset stare illi summae dixit Rot. in dict. Rom. consignationis sequestri 22. maji 1620. *in §. nec obstat*, quod coram Pamphilio.

94 Haec tam magna varietas opinionum tribui debet non tam difficultati puncti juris, quam etiam maximae diversitati casuum, qui possunt contingere in facto, in quorum uno potest procedere una opinio quae non procedet in alio, ut tetigi supra de prima, unde necessarium videtur relinquere arbitrio judicis, quid magis expediat, ac justitiae, et aequitati conveniat in casu contingenti, potest enim ipse sequi opinionem unius ex peritis discordantibus qui sit fide dignior, vel

95 meliorem rationem afferat, ut censuit Pinel. *in l.* 2. *p.* 3. *n.* 4. *ad fin. c. de resc. vend. argum. l. si plures ff. de accusat. et per glos. quam dicit notabilem in l. cum quid ff. si certum petatur*, et eidem permissum est relationes ipsas peritorum corrigere delendo, vel supplendo, si injustas, vel improbas cognoverit, ut sensit Bart. *in l. arbitro* 9. *num.* 4.

96 *vers. in omnibus istis casibus ff. qui satisd. cogan.* et ibidem Bald. *num.* 10. Alber. *num.* 2. Natta *cons.* 489. *num.* 5. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 113. *num.* 25. *et* 26. et aliis pluribus relatis dixit Rota coram Merlin. *decis.* 678. *n.* 4. *et* 5. et quod possit judex ex causa non adhibere fidem relationi periti dicit etiam post Alexand. Scaynus *decis. Bonon.* 12. *num.* 73. *in fin.* quod si in quolibet materia procedit, prout indistincte loquuntur praecitatae auctoritates, multo magis dicendum est in materia aestimationis melioramentorum, cum specialiter in ea ineunda jus multum tribuat judicis arbitrio *l. in fundo* 39. *in princip. ff. de rei vindic.* et aliis adductis dixi supra in hac secunda parte ultimae inspectionis in princ.

De mercede in locatione conventa, quis eam solvere teneatur, et de non conventa quando debeatur.

SUMMARIUM.

1. Nemo cogendus aliena debita solvere.
2. Ampl. ut compellens solvere debita aliena puniatur in quadruplum.
3. Ampl. 2. ut si quis coeperit solvere, non propterea tenetur prosequi.
4. Habitans domum ab alio conductam simul cum conductore, non tenetur solvere pensionem domino.
5. Condicere non possunt pecuniae ab eo, qui non solvit, licet ei pecunia profuerit.
6. Lim. in subsidium si ille, qui pecuniam dedit non sit solvendo.
7. Habitans domum ab alio conductam tenetur domino in subsidium, si conductor non sit solvendo.
8. Decl. procedere si habitavit titulo lucrativo.
9. Habitans domum ab alio conductam si solvit pensionem conductori non potest molestari a domino.
10. Habitare titulo lucrativo non dicitur is, cui praestanda erant alimenta, et cum eis habitatio.
11. Pater tenetur praestare habitationem filio, et maritus uxori.
12. Lim. si pater, vel maritus sint pauperes, et praestare non possint.
13. Decl. ut qui hanc impotentiam allegat, eam probare debet.
14. Et dicta paupertas debet pertinere tempus de quo quaeritur.
15. Uxor, ut possit compelli solvere pensionem domus conductae a marito, probandum est non potuisse maritum eam solvere de tempore habitationis praestitae.
16. Pensionis solutio, quae exigitur ab eo, qui habitavit domum cum conductore restringitur ad ejus ratam.
17. Ampl. etiam in duobus simul conducentibus.
18. Lim. in eis personis, quae tenentur ad alimenta, et habitationem erga conductorem.
19. Uxor non potest compelli solvere pensionem domus conductae a marito, si nihil aliud habeat, quam suam dotem.
20. Lim. ut teneatur etiam usque ad medietatem dotis.
21. Decl. limitationem procedere si alia medietas sit sufficiens pro ejus alimentis.
22. Uxor obligans se simul cum marito censetur fidejussisse, et non tenetur, nisi constet ejus negotium fuisse gestum.
23. Et apparet gestum esse negotium mariti si cum eo tractatum semper fuit.
24. Nec ex eo, quod actum fuit de conductione domus in qua etiam ipsa mulier habitare deberet dici potest gestum negotium mulieris.
25. Vidua continuans habitare domum conductam a marito, tenetur solvere mercedem pro tempore, quo inhabitavit post mortem viri.
26. Lim. si inhabitaret cum haeredibus viri jure familiaritatis.
27 Lim. 2. ut finita locatione facta non censetur viduam reconduxisse.
28 Lim. 3. ut si inhabitet cum haeredibus viri teneatur erga dominum solum in subsidium.
29. Sublimita hanc ultimam limitationem, ut teneatur in subsidium tantum post annum luctus, si des non consistat in stabilibus.
30. Actus facti jure familiaritatis, sicut non prosunt, ita nec nocent.
31. Habitans jure familiaritatis cum domino, vel cum conductore non tenetur solvere pensionem.
32. Tutor habitans cum pupillis non tenetur solvere pensionem.
33. Ampl. in curatore, et quolibet alio administratore.
34. Decl. procedere quatenus expediat minori, ut administrans habitet.
35. Duobus conducentibus unam domum, unus non tenetur nisi pro sua rata, etiamsi solus habitet.
36. Ampl. etiam si alius discesserit ob jurgia habitantis.
37. Socius habitans domum communem non tenetur solvere pensionem alteri socio tangentem.
38. Ampl. ut etiam si conduxerit a consocio partem suam, et finito tempore locationis continuet habitare.
39. Contr. tenent alii, et num. 40. et 41. ubi de veriori, et num. 43.
42. Lim. si domus sit solita locari, quia tunc socius tenetur pensionem solvere.
44. Lim. 2. si socius percipiat commoditatem, vel aliam utilitatem, quae dividi possit, quia tunc tenetur dare partem suam consocio.
45. Lim. 3. si socius, qui re communi utitur contravenerit dominorum consensu, vel habitationem impediat.
46. Lim. 4. ut conclusio procedat quando domus commode dividi non potest alias secus.
47. Lim. 5. si socius habitans fuit provocatus ad divisionem, quia post quam fuit constitutus in mora tenetur solvere.
48. Ingrediens domum alienam, et habitans, si domus sit solita locari, et ipse solitus conducere, tenetur solvere pensionem.
49. Et agendum condictione sine causa ad id quanti is, qui inhabitavit esset domum conducturus.
50. Et sufficit domino, vel probare solitum locandi, et conducendi, vel quanti is, qui inhabitavit esset aliam domum conducturus.
51. Locatio, et conductio cum eo qui domum alterius inhabitavit arguitur ex conjecturis, et circumstantiis.
52. Actio praescriptis verbis datur ubicumque contracta locatio, et merces certa non sit constituta.
53. Merces locationis, ubi non est expresse constituta debetur quanti conductor conduxisset, non quanti locator locasset.
54. Lim. non procedere si is, qui rem retinuit teneatur ad fructus quos recipere potuisset.
55 Creditor retinens pignus, tenetur ad fructus, quos percipere potuisset.
56. Decl. procedere in pignore extrajudiciali, secus in judiciali, quia in eo non tenetur nisi de lata culpa.

57. Et ad convincendam culpam non sufficit probare, quod omiserit facere diligentias de reperiendo conductores, sed requiritur, quod constet locare potuisse, et noluisse.
58. Immissus in possessionem domus, et salvianum non tenetur imputare fructus in extinctionem sui creditoris, nisi constet, quod locaverit, vel potuerit locare, vel ipse inhabitaverit.
59. Salarium non conventum non debetur.
60. Ampl. ut nec debeatur pollicitatione incerta promissum.
61. Decl. ampliationem, ut non debeatur per viam actionis, secus autem officio judicis.
62. Lim. si constet eum cui operae praestitae fuerunt conductorum fuisse, et quaeti.
63. Lim. 2. si praestans operas, erat solitus locare, et recipiens erat solitus conducere.
64. Ampl. secundum aliquos, et sufficiat solitum unius.
65. Contr. et n. 66, ubi de mag. com. et tenenda.
66. Ampl. hoc contrarium, ut non sufficiat neque solitum praestantis, neque etiam recipientis
67. Lim. hanc ampliationem si cum solito operas recipientis concurrat aliqua conjectura, ex qua arguatur eum fuisse illas operas conductorem.
68. Lim. 2. si respectu operas praestantis, agatur de prima operarum praestatione.
69. Decl. quod dictum est requiri solitum praestantis, et recipientis operas, non procedere ubi adsit consuetudo regionis, quod salaria praestentur.
70. Et talis consuetudo adest Romae in curia gubernatoris, et quomodo ibi procedatur.
71. Et non solum sufficit consuetudo tribunalis, sed etiam civitatis solvendi salaria non conventa:
72. Et non solum totius civitatis, sed etiam particularum aliquarum personarum.
73. Et talis consuetudo adest Romae inter laniones, et fundacos.
74. Et adest etiam consuetudo praedicta, quo ad procuratores.
75. Et idem est quoad agentes, et sollicitatores.
76. Lim. etiam conclusio, quod salarium non conventum non debetur, ut procedat in famulis vilibus, secus in eis qui vocant honestioribus muneribus.
77. Decl. procedere in advocatis, et professoribus literarum.
78. Medicis quoque debetur salarium non conventum inter quos veniunt etiam obstetrices.
79. Idem est de philosophis.
80. Quid de librariis, notariis, et astrologoribus.
81. *L. 1. ff. de var. et extraord. cognit.* quomodo intelligatur.
82. Vicario episcopi salarium non conventum, non debetur.
83. Contr. et n. 84. ubi de veriori.
85. Vicario episcopi salarium non solutum ab episcopo antecessore cui inservivit, non tenetur solvere successor.
86. Successor in episcopatu tenetur ad debita necessaria antecessoris.
87. Episcopus non tenetur de jure vicarium deputare, et ideo debitum salarii vicario dandi est voluntarium.
88. Lim. in episcopatibus magnis.
89. Lim. quod dictum est vicario deberi salarium, etiam non conventum, ut non procedat si vicarius percipiet sufficientem mercedem ex utilitatibus vicariatus.
90. Procuratoribus non deberi salarium non conventum nisi probatis dictis requisitis de solito locandi, et conducendi tenent aliqui.
91. *Text. in l. qui procurationem 34. c. de decurion. lib.* 10. declaratur.
92. Procuratoris officium non est vile.
93. Maxime in procuratoribus ad judicia.
94. Et certius in procuratoribus curiae principis, et praecipue Romanae.
95. Procuratores Romanae curiae praeferendi sunt advocatis caeteris.
96. Procuratoribus ad judicia debetur salarium etiam non conventum. Contrarium statutum est in urbe *per reform. Pauli V. tit. de advocatis* § 13.
97. *Reform. Pauli V. sub tit. de advocat. et procurat. dict.* §. 13. declaratur ut non procedat si adsit recompensatio in genere.
98. Decl. 2. eadem constitutio, ut impediat petere salarium per viam actionis, secus implorando officium judicis.
99. Conclusio, quod salarium non conventum non debeatur limitatur aliis modis relative.
100. Et generaliter limitatur, ubi appareat contraria partium voluntas.
101. Salarium ubi regulariter debetur secus est si appareat ex circumstantiis partes aliter sensisse.
102. Merces an debeatur vel ne, est quaestio facti, scilicet an partes senserint eam deberi, vel non.
103. Decl. tamen non sufficere probare voluntatem unius partis.
104. Consanguineus praestans operas consanguineo, censetur intuitu consanguinitatis praestitisse, non consequendi mercedem.
105. Lim. si adsit solitum locandi, et conducendi operas.
106. Lim. 2. ut ubi consanguineus habet regulam pro se ad consequendam mercedem.
107. Sanguinis conjunctio sola non facit praesumere donationem.
108. Secus si aliae conjecturae concurrant.
109. Lim. in ascendentibus, et descendentibus, quia in eis praesumitur donatio.
110. Decl. limitationem non procedere stante magnitudine rei donatae.
111. Decl. 2. ut donatio praesumatur in alimentis, et omnibus ad ea pertinentibus, secus in aliis.
112. Filius administrans bona paterna patre vivente an possit eo mortuo aliquid praetendere ratione administrationis, est quaestio controversa, quae resolvitur ex circumstantiis.
113. Filius, qui negotiatus est tamquam patris minister, et multa lucratus non potest in divisione cum fratribus salarium petere.
114. Lim. urgentibus circumstantiis in contrarium arbitrio judicis.
115. Et possunt etiam circumstantiae esse tales, ut omnino salarium debeatur.
116. Filio magis debetur recompensatio si laboret pro matre quam pro patre.
117. Et multo magis si laboret pro vitrico, vel noverca.
118. Amicus praestans operas, vel unum rei amicu, non petit mercedem.
119. Inter amicos omnia sunt communia, etiam conjuges, et quomodo hoc intelligatur.
120. Ampl. etiam in filio amici.
121. Decl. procedere si propter amicitiam cum patre, gerat quis negotium filii, secus si gerat negotium ipsius patris, quod alio respectu sit etiam filii.
122. Decl. 2. non sufficere solam amicitiam ad arguendum, quod quis noluerit mercedem.
123. Et requiri, quod simul concurrant amicitia, causa pietatis, et modica impensa.
124. Vel amicitia, quae inducat affectum paternum, et causa pietatis.
125. Amicitia, ut censeatur remissa merces propter eam debet esse singularis
126. Et debet agi de summa modica.
127. Offerens se sponte ad serviendum censetur noluisse salarium.
128. Idem si pro servitio praestando sperabat consequi honores.
129. Idem si professor fuit ea multum obligatus illi, a quo officium recepit.
130. Idem si servitium praestitum fuit sub spe alicujus remunerationis liberalis.
131. Ampl. etiamsi in tali spe fallatur.
132. Salarium ubi non debetur promissio illius probanda est clara, non per verba aequivoca.
133. Secus e contra, ubi salarium est debitum, quia promissio aliter aequivoca de eo intelligitur.
134. Verba dubia tribuenda sunt potius titulo praeambulo aucto quam possibili.
135. Verba curialia non obligant.
136. Verba curialia non firmant deberi salarium nec contractum.
137. Quandoque tamen sunt mixta cum obligatione praecisa, et obligant.
138. Taciturnitas diuturna in petitione salarii arguit illud non deberi.
139. Sed haec de se sola non sufficit nisi concurrat tempus habile ad praescribendum.
140. Munera recepta ab inserviente quandoque succedunt loco salarii.
141. Ex muneribus arguitur potius diminutio salarii, quam quod non debeatur.
142. Decl. procedere si concurrant requisita, ut salarium peti possit.
143. Donatio dotis facta famulae, vel famulo pro ejus filia censetur saltem compensanda cum mercede.
144. Victus solus praestitus famulo quandoque est merces sufficiens.
145. Decl. procedere in famulis vilibus, secus autem in honestioribus.
146. Servitii, et officii qualitas attenditur ad dignoscendum an merces praestita sit sufficiens.
147. Juvenes apothecarum pro certo tempore inserviunt pro solo victu.
148. Salarium non debetur eis quibus conceduntur aliquae horae diei liberae, ut possint studiis operam dare.
149. Famuli scholarium qui volunt posse audire lectiones salarium non habent,
150. Salarium non debetur eis quorum officium lucrum sufficiens eis affert.
151. Famuli doctorum recipientes munera a clientibus, vel scholaribus sufficientia non habent salarium.
152. Vestimentum factum a cliente famulo doctoris praesumitur factum intuitu domini, et imputatur famulo, in salarium.
153. Conclusio, quod salarium non conventum, non debeatur declaratur per aliquos, ut procedat, quo ad famulos tantum si eis victum praestetur.
154. Operae leves, et non continuae non exposcunt mercedem, seu salarium.
155. Obligatio antidotalis in foro exteriori non est efficax, neque ad agendum, neque ad excipiendum.
156. Alimenta recipiens si servitia praestat facienda compensatio arbitrio judicis.
157. Lim. si sint servitia levia, et quae talia dicantur.
158. Contrarium servatur in praxi.
159. Et compensari in totum,
160. Contr. quod compensentur pro rata aequivalente.
161. Concorda, ut prima procedat si adsit parva disparitas valoris, secunda si magna.
162. Et quando adsit parva, vel magna disparitas statur arbitrio judicis.
163. Alimentandus tenetur operas suas praestare alimentanti.
164. Declar. procedere in alimentando ex dispositione juris, non in alimentando ex dispositione testatoris.
165. Limit. declarationem si testator reliquisset alimenta domi.
166. Famulus cui relicta sunt alimenta, ut stet cum haerede tenetur servire haeredi, ut serviebat testatori.
167. Alendus domi si aliqua de causa petat alimenta extra domum in eorum taxationem deduci debet valor operarum, quas praestare debent.
168. Et habetur ratio operarum etiam in impuberibus post septennium.
169. Secus autem in infantibus, et valde senibus,
170. Et idem est hodie in nobilibus.
171. Alimentandus non tenetur praestare operas nisi condecentes,
172. Salarium non debetur pro muneribus necessario assumendis.
173. Tutor non potest petere salarium
174. Limit. si ab initio antequam operas praestet petat a judice sibi quid certum constitui in quibusdam casibus,
175. Molestare dicitur conductor locatorem si ei mercedes non solvat,
176. Contrarium.
177. Declara primam procedere si agatur de prohibitione molestandi ipsi facta tamquam conductori.
178. Declara secundo, ut dicatur etiam molestare locatorem in usufructu si ultra non solutionem nolit dimittere rem locatam.

CAPUT XXXV.

Mercedem requiri in hoc contractu necessario, et debere
esse certam, et justam, alibi diximus, nunc dicendum de ejus
solutione, et quoniam materia est ampla, eam prosequar per
plura capita, assumendo autem in praesenti videre, quis te-
neatur solvere mercedem in locatione conventam, non est du-
bium teneri conductorem, sed dubitari potest de aliis, qui
licet non conduxerint, tamen de re conducta gavisi sunt, pu-
ta uxor, et filii conductoris, aliique, qui in domo per alium
conducta habitarunt, an compelli possint solvere illius pen-
sionem, et concludendum videtur negative, quoniam grave
1 est non solum legibus, sed etiam aequitati naturali contra-
rium pro alienis debitis alios molestari, ut sunt verba prae-
cisa text. *in l. un. cod. ut nul. Vicar.* relata etiam per Feli-
cian. *de cens. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. *vers. quinto*
2 *conducit*, adeo ut qui pro debito unius sua auctoritate gra-
vat alium, puniatur in quadruplum, et cadat jure suo auth.
sed omnino c. ne uxor. pro marito, etiamsi alius solvere
3 pro alio caeperit, nam gratuita solutio partis, non gravat in
solutione alterius partis debiti, ut est text. *in l. cum te* 4.
cod. eodem, tit. ne ux. pro marito. unde in specie de inha-
bitantibus domum simul cum ejus conductore, quod non te-
4 neantur solvere pensionem locatori, docent. Bald. *in l. con
tractus* 24. *cod. locati*, Dec. *in l. cum servum in princ. ff.
si cert. petat*. Maneut. *decis.* 49. *num.* 6.
5 Verum, quia licet non possim condicere pecuniam ab eo,
cui non solvi, licet illi pecunia profuerit, ut dicit text. *in l.
si his solis* 49. *ff de condict. indeb.* tamen secus est in sub-
sidium, quatenus videlicet ille, cui pecuniam dedi non sit
6 solvendo, ut docet ibi glos. *in vers. proficit*, ubi enim pecu-
nia mea ad te pervenit, eam a te mihi reddi bonum, et ae-
quum est, dicit text. *in l. si me, et Titium* 32. *in fin. ff. si
cert. petat.* pari ratione sequitur, ut et qui domum meam
7 habuit, et habitavit in subsidium eo videlicet, qui conduxit
solvendo non existente conveniri possit ad mercedem, ut tra-
dunt Surd. *cons.* 420. *num.* 9. *et seqq.* Cerol. *commun. con-
tra com. quaest.* 727. *num.* 41. Costa *rem subsidiar.* 10. n.
3. Ripol. *variar. cap.* 10. *num.* 61. Novar. *quaest. foren.* 100.
per tot. part. 1. qui licet loquantur in specie de filiis, vel
uxore, quod teneantur in subsidium patre, vel marito, qui
domum conduxerit, solvendo non existente, tamen conclusio
applicari potest generaliter in quolibet, qui domum ab alio
conductam habitaverit, quia ratio praedictae conclusionis est
generalis, et militat in quolibet, ut de se patet, et tradit Gra-
tian. *discept.* 107. *num.* 5. et non est dubium, quod ubi mi-
litat eadem ratio, ibi et militare debeat eadem juris disposi-
tio Veral. *decis.* 177. *num.* 5. *part.* 1. Cassad. *decis.* 37. *n.*
2. *supr. reg. canc.*
8 Limitatur tamen praedicta actio subsidiaria, seu officium
judicis competens adversus eum, qui commodum sensit ex
re mea, ut procedat tantum, quatenus illud senserit titulo
lucrativo, et non aliter glos. *in dict. l. his solis vers. proficit
ff. de condict. indeb.* Bart. *in l. si me, et Titium* 32. *ff. si
cert. pet.* et ibi Dec. *num.* 1. Socin. *num.* 3. *in* 2. *limit.* Al-
ciat. *num.* 16. *vers. primus est* Rimin. *num.* 3.
9 Et inde infertur in proposito, quod quatenus is qui do-
mum ab alio conductam inhabitavit solvisset conductori,
non posset amplius molestari a domino prout dictum est de
sub conductore *in cap.* 32. de sublocatione, ubi fortius di-
ctum est procedere etiamsi solvisset anticipate ex Gomes. *va-
riar tom* 2. c. 3. *num.* 12. Ruginel. *practic. q.* 33. *num.* 9.
et seqq. per tot. et alios ibi citat.
10 Nec titulo lucrativo habitasse dicitur persona, cui condu-
ctor alimenta, et cum eis habitationem praestare tenebatur,
ut late probat Surd. *cons.* 420. *num.* 6. prout est uxor habi-
11 tans in domo conducta a marito, vel filius habitans in domo
conducta a patre, regulariter enim maritus tenetur praestare
alimenta uxori suae, et pater filio, et si quis dicat hanc regu-
12 lam non procedere, ubi maritus, vel pater est pauper, et ea
praestare non potest *l. penult. ff. de liberis agnosc.* Bart.
in auth. res quae num. 4. *c.* eo. *de legat.* bene quidem di-
cit, sed ipse probare debet paupertatem, et impotentiam, ut
13 firmat Surd. *in dict. cons.* 420. *num.* 7. *et seqq.* et quoniam
non ex eo, quod postea supervenire paupertas viri potest di-
14 ci, quod mulier receperit habitationem titulo lucrativo an-
tea, dum vir poterat de suo, et sic tenebatur ei locationem
praebere, hinc sequitur ut dicta probatio paupertatis percu-
15 tere debeat tempus, quo habitatio fuit praestita ad convin-
cendum, quod mulier fuerit relevata ab onere, quod ipsi mari-
incumbebat habitationem solvendi Grat. *discept.* 713. *num.*
10. *et seq.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 48. *num.* 6. *vers.
sed sane* Costa *remed. subsid.* 10. *n.* 5. *vers. primo patrem*
Rot. coram Royas *decis.* 215. *num.* 5.
At haec actio subsidiaria tamquam proveniens ex aequita- 16
te consistente in eo, quod non debeat quis cum jactura mea
retinere titulo lucrativo, quod ad eum ex re mea pervenit ju-
xta text. *in dict. l. si me, et Titium* 32. *in fin. ff. si cert.
pet.* manifeste est restringenda ad ratam, quae ad illum perve-
nit, nempe ad ratam suae habitationis, adeo ut prout habi-
taverit, ita et obligetur, et non ultra, ut dicitur *in l. item
quaeritur* 14. *in fin. ff. locat.* et facit Rot. *decis.* 200. n. 10.
post Statil. Pacificum de Salvian.
Quod et procedit in fortioribus terminis duorum simul 17
conducentium, nam licet olim justius visum fuerit posse lo-
catorem, quem vellet in solidum convenire, dummodo ei con-
tra alios actiones suas cedere non recusaret, ut habetur *in l.
cum apparebit* 50. *ff. locat.* tamen contrarium postea fuit
statutum ab imperatore in auth. *de duob. reis*, per quam
corrigitur *d. l. cum apparebit*, ut notat in ea glos. *vers. ju-
stius*, verum tamen est, quod si duo conductores in solidum
conductori sunt obligati, jus ei competens, quem velit conve-
niendi non est ablatum, ut dicit text. *in l. si divisa* 13. *c.
locat.* duo enim rei locationis in solidum esse possunt *l. item
quaeritur* 14. *§. exercitu in fine ff. eod.* sed necesse est, quod
expresse actum sit ut explicat glos. *in hoc ult. textu in vers.
esse possunt.*
Quandoque tamen ipse cohabitans conveniri potest etiam 18
pro rata habitationis illius, qui conduxit, si videlicet sit de illis
personis, quae alias conductore non valente se alere, tenentur
ei alimenta, et habitatione praebere, prout sunt filius erga
patrem, et uxor erga virum, et alii, tunc enim, et pro illa rata
lucrum fecit cohabitans ex domo conducta, ex quo relevatus
est ab onere aliam conducendi prout tenebatur, ut ei illam
praestaret. et sic eodem modo adstringi poterit eam solvere
Azor. *in l.* 61. *Tauri num.* 11. quem refert, et sequitur Co-
val. *commun. contra com. d. qu.* 727. *n.* 47. *ad med.* et faciunt
firmata per Rot. post Zacch. *de societ. offic. dec.* 57. *n.* 12.
At in uxore, quod dicitur eam teneri in subsidium loca-
tione facta marito limitatur, ut non procedat, ubi non habet 19
aliud quam suam dotem Costa *de ratione ratae q.* 126. n.
15. Rota *d. decis.* 215. *num.* 4. *ad med.* coram Royas pro-
ut praesumitur, quod aliud non habeat Thesaur. *decis.* 43.
num. 5. Dunoz. jon. *decis.* 823. *num.* 7. *in rec. dec.* 831. *n.*
2. *par.* 6. expedit enim reipublicae mulieres non remanere
indotatas *l.* 1. *ff. sol. matr.* sed hodie in nostris partibus pas-
sim admittitur non dici remanere indotatam mulierem, cui
remaneret salva dotis medietas, ideoque eam teneri salva me- 20
dietate dotis juxta *dec. Thesauri* 223. *num.* 13. Add. ad Greg.
decis. 302. *num.* 10. Gratian. *discept.* 724. *num.* 18 Amat.
dec. Murch. 62 *num.* 14. *et seq.* Rot. *decis.* 112. *num.* 6.
vers. in proposito par. 4. *div. dec.* 33. *num.* 5. post Cenc. sal- 21
tem si illa dimidia sit sufficiens pro ejus alimentis, alias e-
nim haec praxis non transit sine difficultate penes Cyrisc.
contr. 216. *num.* 21.
Et quod dicitur uxorem regulariter non teneri ad merce-
dem locationis factae viro, ampliatur, ut procedat etiamsi
ipsa simul cum eo in instrumento se obligaverit, quia quate- 22
nus non appareat, quod ejus negotium proprium ageretur,
vel in ejus utilitatem versum esse, censetur eam fidejussisse
pro viro, et juvatur Vellejano senatus cons. auth. *si quo
mulier. c. ad Vellejan.* Rolan. *cons.* 64. *num.* 6. *et* 7. *lib.*
1. Thesaur. *decis.* 223. *num.* 15. Grivell. *decis.* 20. *num.* 3.
et in terminis locationis, et conductionis, quod in tantum
valeat obligatio mulieris una cum viro facta, in quantum cum
ipsa muliere principaliter negotium sit gestum, secus si cum
viro, et ipsa quoque se obligaverit est text. *in l. si adverso-
rius.* 10. *c. ad Vellejan.* et negotium gestum dicitur cum vi- 23
ro, si cum eo tractatum semper fuit, et mulier solum ad instru-
mentum accessit, ut declarat ibi Castreus. et post eum Caroc.
in tit. quib. loc. licet. quaest. 3. *num.* 17. Rot. *decis.* 57. *n.*
10. post Zacch. *de societ. offic.* et si agatur de conductione
domus non ex eo quod ipsa quoque habitare debebat, dice- 24
tur ad eam negotium pertinere, quia cum maritus debeat u-
xorem alere, et sic ei habitationem praebere, negotium con-
ductionis domus pro communi habitatione dicitur ad eum
principaliter pertinere, ut pluribus adductis tradit Carpan.
ad stat. Mediol. par. 1. *c.* 254. *num.* 11. Mar. Medic. *decis.
Senen.* 20. *num.* 38. *et* 39. nisi forte maritus sit inops, quia
tunc secus esset dicendum ex supra citatis.

Haec quoad uxorem, quae domum conductam a viro inhabitat ipso viro vivente; sed quid ni continuet inhabitare ipso defuncto? Bald. *in l. contractus* 23. *cod. locati*, breviter dicit primo, quod non censetur tacite reconducere, et secundo dicit, quod tamen officio judicis tenebitur solvere competentem mercedem pro tempore, quo inhabitavit post mortem vi-
25 ri, et tertio loco ponit unam limitationem secundi dicti, ut non procedat si habitesset cum haeredibus viri jure familiaritatis, et omisso primo dicto, quod non est praesentis inspectionis, secundum cum sua limitatione, sequuntur Jas. *in* §. *actionum instit. tit. de action. num.* 166. *et in l.* in *sum-*
26 *ma* §. in *frumento ff. de condict. indeb.* Costa *de ratione rotae q.* 25. *et de remed. subsidiar. rem.* 16. in *illatione* n. 6. Manent. *decis.* 49. num. 6. Caroc. *de locat. tit. de matre num.* 1. *et* 2. ubi tamen refert Bald. dicere talem viduam teneri arbitrio boni viri, et addit esse casum omissum a Menoch. *de arbitr. Jud.* sed penes me Bald. non dicit quod teneatur arbitrio, sed officio judicis, quod est valde diversum.

Verum pro declaratione considerari possunt duo casus, u-
27 nus in quo non duret locatio facta viro, uti quia expiraverit ejus tempus, vel quia si non expiravit, deficiant haeredes, cum quibus continuare possit, et de isto proprie videtur loqui Bald. dum dicit viduam non censeri tacite reconducere sed teneri officio judicis ad mercedem, si enim duraret locatio, et adessent haeredes continuaretur cum eis ad text. *in* §. *fin. instit. de locat. et conduct.* ut dicam suo loco, et sic excluderetur tacita reconductio uxoris, et in isto casu poterit dominus petere directe officium Judicis adversus mulierem, quia non adest alius, qui ad mercedem conveniri possit, et aequum est compelli mulierem, quia alias locupletaretur cum jactura domini, qui amitteret fructus domus solitae locari, quos ipsa habitando percipere dicitur glos. *in l. si is qui bo-* 11. §. 1. *vers. habitandoque ff. de pignor.* Petr. de Ubal. *de duob. fratib. part.* 5. *cap.* 12. *ver. circa tertium.* Vinc. de Franc. *decis.* 160. *num.* 5. et faciunt alia supradicta.

Secundus est si duret locatio cum haeredibus viri, et in hoc quoque dicendum est eam teneri, sed tantum in subsi-
28 dium, quatenus ipsi haeredes, qui effecti sunt conductores non sint solvendo, et juxta alia supradicta de habitantibus domum per alium conductam, quae et huic casui applicantur, quoniam mortuo viro, non potest amplius mulier praetendere se non teneri ad mercedem, ex quo non habuerit habitationem titulo locativo, prout praetendere poterat constante matrimonio dum tenebatur vir ad illam sibi praestandam, et si dicatur, quod haeredes teneantur eam alere saltem
29 in anno luctus, et sic etiam ei praestare habitationem, respondet Costa *de ratione rotae dict. qu.* 25. *num.* 4. quod tunc tenetur vidua ad mercedem, cum dos consistit in specie inaestimata, quae statim revertitur ad ipsam soluto matrimonio absque traditione, et sic in effectu videtur limitare praefatam conclusionem, quod teneatur vidua ad pensionem ut procedat quatenus haeredes non teneantur ei praestare alimenta, et cum eis habitationem, prout non teneantur etiam in anno luctus ubi dos consistit in stabilibus, ut ultra per eum citatos tradit etiam Corn. *cons.* 129. *num.* 2. *lib.* 1. et est bona limitatio, quae comprobatur ex dictis supra.

Et huic casui applicatur propria etiam dicta limitatio, quam originaliter det ipse Bald. *in dict. l. contractus* 23. *c. loca-*
30 *ti*, et sequuntur omnes alii supra citati, videlicet, ut non teneatur vidua, quando habitavit jure familiaritatis, cujus ratio est, quia actus exerciti jure familiaritatis, sicut non prosunt, cum non tribuant possessionem, ita nec obsunt, dicit Costa *de ratione rotae d. quaest.* 25. *num.* 6. sed magis pla-
31 cet dicere, quod sit, quia dum stat in domo jure familiaritatis, potius dicitur detineri ab haeredibus viri, quam detinere domum, ut ait Bart. *in l. et habet* 15. §. *hospites num.* 2. *ff. de Precar.* et Castren. in *l. qui jure familiaritatis* 41. in *in fin. ff. de aquir possess.* Milanen. *decis* 3. *num.* 21. *lib.* 2.

Si autem vidua sit relicta tutrix filiorum, et habitat cum eis, tunc non poterunt filii dicere volumus pensionem, quia habitasti in domo nostra, et idem est in quolibet alio
32 tutore, nam cum tenetur instruere pupillum bonis moribus necesse habet morari secum, ut docuit Bald. *in l.* 1. §. *sed*
33 *si munus* num. 3. *ff. de tutel. et rat. distrah.* quem sequitur Caroc. in *d. tit. de matre q.* 1. *num.* 3. licet citet eum *in* §. *si pupillus*, et idem est etiam in curatore, et quolibet alio administratore in aliqua domo minoris, vel domini habitante ut non teneatur ad pensionem, quatenus tamen ce-
34 dat minori, vel domino cujus bona administrat, ut in ea domo habitet, alias secus, Guttier. *de tutel p.* 3. *cap.* 1 n. 169. ubi quod ita resolvit. D. Castill. in *suo tract. de tertias* in 9. *par. vers. tambien.*

Si duo simul domum conducant, vel aliam rem, regulariter loquendo obligantur quilibet pro sua rata tantum, seclusis circumstantiis, de quibus dictum est supra *in c.* 26. unde unus non potest conveniri pro rata alterius, et hoc utroque socio inhabitante, sed dubitari forsan posset, an idem esset 35
dicendum in casu, quo unus discedat e domo conducta, et alius solus totam retineat, et habitet, sed idem esse, ut adhuc non teneatur, nisi pro sua rata docet Angel. *in l. duo fratres* 77. *num.* n. et ibidem Castrens. *num.* 5. Imol. et alii *ff. de acquir haered.* Caroc *de locat. tit. de re com.* num. 53.
idque etiamsi ille recesserit ob jurgia cum socio, vel inter fi- 36
lios suos, et filios socii, ut post Port. *in* §. *item quaeritur instit. de locat. et conduct.* tradit Manent. *decis.* 49. *sub n.* 16. *et* 17. ubi quod ipse ita respondit de facto.

Deveniendo autem ad mercedem non conventam, ubi u- 37
nus ex sociis rem communem habitat, non tenetur eam solvere alteri socio pro parte illi tangente, ut tradunt communiter DD. *in l. duo fratres* 77. *ff. de acquir. haered.* signanter Bald. *post med* Ang. *num.* 2. Castrensis *num.* 4. Imol. et Aretin. *prope med.* et firmant etiam Riminal. jun. *cons.* 170. *num.* 27. Surd. *cons.* 260. n. 20. Grand. *Theor.* 2. *num.* 1. Gomes. *var. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 14. *post. med. vers. si vero talis.* Felic. *de societ. cap.* 28. num. 63. Vinc. de Franch. *decis.* 160. *num.* 2. Peregr. *decis. Patav.* 153. *num.* 8. Mohed. *decis* 13. *num.* 1. *de locat. et cond.*

Dubitatur tamen si unus ex sociis conduxisset partem con- 38
socii, ac deinde finito tempore locationis continuasset habitare eodem modo, an eo causa debeat solvere annuam pensionem, ex quo fuerit renovata tacite locatio juxta text. *in l. item quaeritur* 14. §. *qui impleto ff. locat.* pro negativa facit, quia tacita relocatio inducitur in dicta leg. ad evitandam praesumptionem delicti, nequis videlicet censeatur, uti vel re alterius absque aliquo titulo, quae ratio cessat in socio, quia ipse dum utitur re, quam habet communem cum alio pro indiviso, utitur jure suo, ut dicunt supracitati DD. ac proinde cessante ratione legis praesumentis tacitam relocationem cessare etiam debet talis praesumptio, prout docuit Soccin. Sen. *in l. servi electione* §. *Labeo num.* 3. *ff. de leg.* 1. Ripa in *l. quo minus num.* 141. *in fin ff. de fluminib.* Gail. *obser.* 2. *num.* 4. *tit. de pignorat.* Gomes. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 14. *ad fin.* Caroc. *de loc. et cond. tit. de re communi num.* 49. Mascard. *de probat. concl.* 990. *num.* 20.

Verum contrariam sententiam tenuerunt alii, et signan- 39
ter Petrus de Ubald. *in tract. de duob. fratr. part.* 5. *num.* 11. *vers. circa primum* Roneligal. *de duob reis in l. eadem* 9. *in princ. num.* 127 Menoch. *praes.* 85. *num.* 15. *lib.* 3. Caroc. *tit. de renovat. locat. q.* 18 *num.* 4. *et seqq.* Martius Medic. *dec. Senen.* 98. *num.* 4.

Et haec secunda videtur verior, etenim non subsistit, quod 40
ratio *dict. l. item quaeritur* §. *qui impleto* sit illa, ut evitetur praesumptio delicti, ut censuit Soccin. cum aliis supracitatis pro prima opinione, vera etenim ratio est, quia non praesumitur mutata voluntas contrahentium, qui nullum indicium mutationis dederunt, ut deducitur ex illis verbis text. *hoc enim ipso, quod tacuerunt consensisse videntur.* prout animadvertit Alciat. *praesumpt.* 17. *reg.* 2. *num.* 2. Menoch. *dict. praesumpt.* 85. *num.* 4. *et num.* 15. ubi dicit considerationem Socini non esse veram Martius Medic. *dict. decis.* 98. n. 4. et hanc opinionem esse veriorem testatur Caroc. qui prius contrarium tenuerat *d. q.* 18. *num.* 6. ut dicam etiam infra in *c.* 63. *declarat.* 10.

Comprobaretur autem satis evidanter animus consocii con- 41
tinuandi tacite locationem post tempus praefixum in locatione expressa, ubi eo elapso aliquam solutionem fecisset pro terminis postea decursis, et proinde non posset amplius recusare ejusdem solutionis continuationem pro toto tempore, quo inhabitasset, Martha *voto* 103. *num.* 4. Martius Medic. *dict. decis.* 98. *num.* 6 *vers. insuper omnem, et seqq.* ubi quod per hanc circumstantiam sublata remansit omnis difficultas in casu suo.

Praeterea dicta conclusio, quod socius inhabitans domum 42
communem non teneatur ad pensionem solvendam consocio pro parte sua, limitatur, ut non procedat quando domus erat solita locari Mohed. *decis.* 13. *num.* 1. *tit. de locat.* Felic. *de societ. dict. cap.* 28. *num.* 66. Martius Medic. *d. decis.* 98. *num.* 5.

Et per hanc limitationem comprobatur quoque dicta opi- 43

nio, quod socius teneatur solvere pensionem etiam pro tem-
pore, quo habitavit ultra dictam suam conductionem expres-
sam, ex quo ipsemet conducendo effecerit rem solitam locari,
ut advertunt Felic. et Mar. Medici *in locis mox citat.* ve-
rum animadvertendum, quod argumentum procederet si so-
cius conduxisset, postquam res erat communis, et secus esset,
si conduxisset ante, ut declaravit Rota in *dicta decis. Mo-
hed.* 13. *sub tit. de locat. num.* 1. *vers. est decisum.*, et se-
44 quitur Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 9.

Secundo eadem conclusio limitatur, ut procedat in socio
habitante, vel etiam percipiente aliam commoditatem, quae
consistat in utilitate intrinseca, et inseparabili a persona,
ita ut non possit dividi, et alteri sua pars dari, secus autem
si socius utatur tota re, et percipiat fructus, vel aliam utili-
tatem quae consistat in re extrinseca, quae possit dividi, tunc
enim tenatur dare partem suam consocio ad text *in l. si quis
putans* §. 1. *et ibi DD. ff. commun. divid. et in l. si commu-
nes aedes ff. de negot. gest.* et bene distinguendo declarat Go-
mes. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 14. *post med. ver. item ad-
de pro complemento*, et aliis adductis Costa *de ratn q.* 55. *n.* 4.

45 Tertio limitatur, ut non procedat si socius, qui re commu-
ni utitur controvertat dominium consocio, vel alias impediet
ei usum rei, aut habitationem domus communis, nam hoc ca-
su non poterit denegare illi solutionem pensionis, aut fru-
ctuum pro parte ei tangente Fontan. *de pact. napt. claus.* 4.
glos. 9. *p.* 2. *num.* 9. Vinc. de Franc. *decis.* 160. *num.* 2.
Cavaler. *decis.* 531. *num.* 2.

46 Quarto limitatur eadem conclusio, ut procedat, quando res
illa qua utitur unus ex sociis, est indivisibilis, seu saltem
commode dividi non potest, alias secus, ut ex Decio *in l. si
sociar in fin. ff. si cert. pet.* et Ronchegal. *in l.* 9. *n.* 126. *ff.
de duobus reis* tradit. Caroc. *in tit. de re communi num.* 21.
et sequitur Mart. Medic. *d. decis.* 98. *num.* 5. ubi etiam ad-
dit probandum esse a socio totam domum inhabitante, et pen-
sionem solvere recusante se esse in his terminis, videlicet do-
mum non pati divisionem, cum hoc sit suae intentionis fun-
damentum.

47 Quinto limitatur, ut non procedat, postquam iste socius
fuit provocatus ad divisionem, ex tunc enim ratione morae,
in qua fuit constitutus tenebitur ad damna, et sic ad propor-
tionabilem pensionem. ut ex notatis per Roman. *cons.* 168
num. 4. et Granut. *Theor.* 2. *sub num.* 6. tradit Caroc. *in
dict. tit. de re commun. n.* 25. *et seqq.* Fontanel. *d. claus.*
4. *glos.* 9. *par.* 2. *num.* 8.

48 Seclusa autem societate si quis ingressus fuerit domum
alterius, et eo sciente, et patiente inhabitaverit, an licet mer-
ces non fuerit constituta, adhuc debeatur, quasi fuerit tacite
conventa, vel potius censeatur eum inhabitasse jure familia-
ritatis, et sic non teneatur aliquid solvere, juxta superius di-
cta, est quaestio, quam movet, et non resolvit Aretin. *in l.
qui jure familiaritatis in fin. ff. de acqu. posses.* At eam
cum distinctione resolvit Jo. Andr. *in addit.* ad Specul. *tit.
de locat.* §. *postquam vers. porro sicut ex conducto sub n.*
16. videlicet, ut quatenus adsit solitum locandi, et condu-
cendi merces debeatur *per l. si tibi poliendo* 24. *ff. de prae-
script. verb.* quatenus vero tale solitum non adsit, tunc ea
non debeatur *per l. utrum* 48. *ff. de donat. inter vir. et uxor.*
et alia jura ibi adducta, quam distinctionem Jo. Andr. re-
fert etiam Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 6. sed ea relata,
immediate addit doctrinam Bart. *in l. in summa* 65. §. *et sic
ff. de condict. indeb.* ubi dicit, quod si nulla pensio sit con-
49 stituta, agendum est condictione sine causa ad id quanti is,
qui inhabitavit esset domum conducturus, ita ut Mantica sen-
tiat per hanc Bartholi doctrinam cessare, Jo. Andreae distinctio-
nem. At videtur eam prorsus non cessare, sed compati cum
ipsa doctrina Bartholi, ita ut dominus utraque juvari valeat
in suo casu, sive enim probet solitum locandi, et conducen-
di, et assequi poterit, juxta dictum Joan. Andreae, sive pro-
bet tantum, quod adversarius fuisset aliam domum condu-
50 cturus, et quanti, et pariter assequi poterit, juxta dictum
Bart. et si dicatur quod ergo saltem non erit verum aliud
membrum distinctionis Jo. Andreae, in quo dicit, quod ubi
non probatur solitum locandi, et conducendi, inquilinus non
teneatur, respondetur dictum illud restringendum esse ad ca-
sum de quo ipse loquitur. videlicet ubi quis intraverit do-
mum consanguinei, vel amici propter casum incendii domus
propriae, in quo argui potest, quod habitaverit jure familia-
ritatis, et dominum ita permittendo gessisse officium consan-
guinei, vel amici, et argui ex eo, quod domum locare solitus
51 non erat, statur enim conjecturis, et circumstantiis, juxta te-
xtum quem allegat *in l. utrum* 48. *ff. de don. inter vir. et
ux.* et his cessantibus restringendum est etiam ejus dictum,
ut procedat, ubi non appareat, quod inquilinus conduxisset
aliam domum, et quanti conduxisset, at his concurrentibus
non potest negari domino condictio indebiti, vel sine causa
pro eadem summa, juxta doctrinam Bart. quia de condictio-
ne indebiti sunt text. clari eam competere *in l. si non sor-
tem* 26. §. *libertus post med.* ibi *posse condici. quanti ope-
ras esset conducturus, et in dict l. in summa* 65. §. *in fru-
mento* ibi *sic habitatione data pecuniam condicam, non
quidem quanti locare potui, sed quanti tu conducturus fuis-
ses ff. de condict. indeb.* et viget ratio, quia in eo pro quo in-
quilinus aliam domum conduxisset, dicitur locupletatus cum
jactura domini, et ideo tenetur dicta actione, ut notat glos.
in dict. l. in summa in vers. fuisses, et de condictione sine
causa bene probat text. quem Bart. *allegat in l.* 1. *ff. de
condict. sine caus.* et ideo ab ejus doctrina non recedendum
quam sequuntur Jas. *in* §. *actionum num.* 165. *instit. de
action.* ubi monet non agendum actione ex locato, sed con-
dictione sine causa, Dec. *cons.* 62. *num.* 2. *prope fin. ver. et
ita patet* Alex. *cons.* 181. *num.* 1. *lib.* 2. Natta *cons.* 53. *n.*
1. Rim. jun. *con.* 407. *n.* 1. Manent. *decis.* 49. *num.* 2.

At ubi constat de solito locandi, et conducendi, tunc ar-
guitur, quod partes voluerint solitum continuare, et sic de-
sumitur tacita locatio, et proinde in tali casu datur actio di-
versa a praedictis. videlicet datur actio ex locato, et condu- 52
cto, seu potius praescriptis verbis, prout hanc actionem prae-
scriptis verbis dari ubicumque est contracta locatio, et mer-
ces certa non est constituta, est text. quem allegat Jo. Andr.
ubi supra *in l. si tibi poliendo ff. de praescript. verb.*

Quantitas autem mercedis in praedictis casibus erit non 53
quanti dominus locasset praedium, vel mercenarios operas,
sed quantum conductor conduxisset, ut de utroque sunt ver-
ba text. supra relata nempe de mercenario *in l. si non sor-
tem.* §. *libertus*, et de domino praedii *in l. in summa ff. de
condict. indeb.* ubi Bart. *in* §. *in frumento vers. sic est* et
Bald. *in fin.* aliique relati per Surd. *decis.* 270. *num.* 2. *et
dixi supra c.* 17. *prope fin.* at hoc non procedit, si is qui
domum inhabitavit tenetur ad fructus, quos percipere potuit, 54
prout est casu, si eam retineret pro pignore, quia tunc non
tenetur tantum ad fructus perceptos, sed etiam ad eos quos
percipere potuit, ut est text. *in l.* 2. *cod. de pignor. act.* et
tradunt Lup. *de usur. coment.* 3. *num.* 136. Merlin. *de pi- 55
gnor. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 45. *num.* 5. quia tunc tenetur locare
Malvas. *cons.* 66. *num.* 15. et sic ad fructus, quos si ipse,
vel dominus locasset ab alio percepisset, ut late firmavit
Surd. *decis.* 270. *num.* 6. et *seqq.* per tot ubi in fine inquit
quod ex ibi traditis patet, quod sanans recte censuit, notata
per Bart. *in d.* §. *in frumento* non intelligi quando debentur
fructus percipiendi. Animadvertendum tamen id quod di- 56
ctum est de retinente pro pignore, intelligi de pignore extra-
judiciali, qui tenetur praestare diligentiam in percipiendis
fructibus rei pignoratae, Surd. *d. decis.* 270. *num.* 7. *ad fin.*
et quod sola negligentia ei noceat glos. *in d. l.* 2 *c. de pignor.
act.* at secus est in pignore judiciali, quia in eo non tenetur
cum omissio non sit lata culpa, sed levis Negus. *de pignor.
part.* 5. *memb.* 5. *num.* 5 Monach. *decis.* 58. *num.* 13. adeo
ut ad convincendam ejus latam culpam non sufficiat, quod 57
omiserit facere diligentias de reperiendo conductores sed
requiratur, quod constet eam locare potuisse, et noluisse, ut
fuit etiam distinguendo dictum a Rota in una anconitana bo-
norum 26. jun. 1619. coram Pirovano, ubi quod propterea
immissus ex salviano in possessionem domus, non tenetur com- 58
mutare fructus in extinctionem sui crediti nisi probetur, quod
fuerit locata, vel potuerit eam locare, vel quod eam ipsemet
inhabitaverit, cum domus non sit sui natura fructifera ac
proinde in ea non intret ex sola possessione praesumptio,
quod fructus perceperit.

Haec tamen quaestio, an debeatur merces non conven-
ta saepius accidit in mercede operarum, seu salario, quia
saepius praestantur operae absque conventione, quam res,
et ideo illam reassumendo, dicam praecipue de casu magis
contingenti, sed dicta applicari poterunt utrique, quia in u-
troque. ut plurimum viget eadem ratio; in salario igitur con-
clusio communis est, quod ubi non est conventum non debea- 59
tur late Bott. *cons.* 43. *per tot.* Seraph. *dec.* 65. *nu.* 1. Rot.
dec. 559. *n.* 1. *par.* 1. *div.* et alii infra cit.

Quae conclusio ampliatur procedere etiam ubi incerta pol- 60
licitatione promissum sit, quia adhuc peti non poterit *l. qui
mutuum* §. *salarium ff. mand. l. salarium c. eod.* Cyriac.

61 *contr.* 503. *num.* 11. licet hoc intelligi quoad agendum per
viam actionis, non autem tollere officium judicis declaraverit
Rot. *decis.* 348. *n.* 24. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*
62 Limitatur autem dicta conclusio. Primo ut non procedat,
ubi constat eum, cui operae fuerunt praestitae, conducturum,
et quanti conducturus fuisset, quia tunc peti posse condictio-
ne indebiti, quanti illas conducturus fuisset, est text. clar.
supra relatos *in dicta l. si non sortem §. libertus, ff. de
condict. indeb.* cujus verba praecisa ad hoc supra retuli, et
applicatur dicta doctrina Bart. per alios, ut supra, recepta.
63 Secundo loco limitatur eadem conclusio, ut pariter non
procedat, ubi constat praestantem operas solitum esse locare,
ac eum cui fuerunt praestitae, solitum esse illas conducere,
ut plene antiquioribus relatis firmat Menoc. *cons.* 570. *num.*
6. *et* 8. ubi dicit, quod praesumitur hoc casu tacite promis-
sum salarium Gabr. *cons.* 170. *num.* 20. *lib.* 1. Seraph. *dec.*
74. *n.* 2. *et decis.* 1322. *num.* 1. Mantic. *decis.* 261. *num.* 1.
et huic limitationi applicatur doctrina Jo. Andreae, de qua
supra.
64 Controvertitur autem, an sufficiat unum ex praedictis, vi-
delicet, vel dominum solitum esse conducere, vel mercena-
rium solitum esse locare operas suas, et sufficere sentiunt
Menoch. *d. cons.* 570. *n.* 6. Venturin. *cons.* 33. *num.* 8. Rot.
65 Jannen. *decis.* 115. *n.* 4. *ad fin. et seq.* contrarium vero,
quod imo de utroque copulative constare debeat, tenent Sim.
de Praet. *cons.* 53. *n.* 2. Grat. *disc.* 257. *n.* 2. D. Lanfranch.
Zacc. *de salar. quaest.* 68. *n.* 28. *et seq.* ubi late respondet
contrar. et saepe censuit Rot. ut testatur Penia *dec.* 528 *n.*
7. *vers. neque sufficit*, et patet ex Put. *dec.* 1. *in princ. lib.*
3. *et dec.* 428. *n.* 1. *part.* 4. *rec.*
66 Et huic secundae, ut magis communi, et a Rota approba-
tae adhaerendum erit, et non sufficere solitum unius, tam
procedit ubi solitum probatur ex parte operas praestantis
tantum, quam etiam ubi probatur ex parte eas recipientis
tantum, secundum D. Lanfranch. *dict. quaest.* 68. *num.* 30.
67 *vers. neque salvari*, at in hoc secundo casu si concurreret
aliqua circumstantia, ex qua juncto ipso solito, dominum
fuisse illas operas conducturum, satis convinceretur arbitrio
judicis, cui multum tribuendum in hoc proposito praesertim
favore pauperis, ut dicit Granut. *Theorem.* 12. num. 15.
prope fin. negari non posset eum solvere debere quanti fuis-
set conducturus, applicaretur enim prima limitatio et do-
ctrina Bart. supradicta.
68 Verum stando in rigore, quod requiratur utrumque soli-
tum domini conducendi similes operas, et salarium praestandi
operas praestantis, seu servientis eas locandi, hoc cessabit, ubi
agetur de prima operarum praestatione, quia ejus respectu im-
possibilis est probatio soliti, et ideo erunt sufficientes aliae
conjecturae voluntatis illas praestentis, mercedem, seu sala-
rium assequendi, ut dixit Rota in Rom. mercedis cor. Sacrato
impress. per Marchesan. *part.* 1. *fol.* 1196. *il* 2. (animad-
vertendum enim quod post primum *fol.* 1200. denuo incipit
numerare a 1191.) et habetur etiam eadem *decis. in rec.
decis.* 88. *part.* 3.
69 Sed quoad famulos hodie practicatur, ut etiam praedictis
non probatis taxetur eis salarium, quod verisimiliter potuit
lucrari ab alio, quando adest consuetudo regionis ut salaria
praestentur, ut dicit Rebuff. *ad const. Gall. tom.* 2. *tit. de
fam. sal. gl.* 3. et licet hoc dictum Rebuffi procedat tantum,
ut ipse loquitur, ubi adest consuetudo regionis, et secus sit
de jure, prout declaravit Rot. *in decis.* 559. *vers. non obstat,
quod dicit part.* 1. *div.* et post eam D. Lanfranch. Zacc. *d.*
70 *q.* 68. *num.* 31. tamen talis consuetudo, et observantia, ut
plurimum non deest, et etiam hic Romae in curia reveren-
dissimi gubernatoris reperitur adesse, prout de ea testatur
quoque Granut. *Theorem.* 12. *n.* 15. *post med.* ubi quod
ipse eam practicari vidit, quodque illa curia adeo cum rigore
in hujusmodi causis mercedum procedit, ut citatos nullate-
nus audiat nisi facto actuali, et per verbum sonans deposito
e decim scutis petitis infra, et a decem supra praestita fide-
jussione in forma depositi, ut practicis est notissimum.
71 Et non solum sufficit consuetudo tribunalis, sed etiam
consuetudo in civitate solvendi salaria non conventa Alex.
cons. 109. *num.* 12. *lib.* 6. et alii, quos refert, et sequitur
D. Lanfr. Zacch. *dict. quaest.* 68. *numero* 45. quibus addo
Rot *decis.* 816. *num.* 3. *vers. vel quod par.* 4. *div. et decis.*
238. *num.* 7. *par.* 1. *in recent.* Et non solum universalis
72 totius civitatis, sed etiam particularis alicujus generis perso-
narum, quae magis attenditur inter illas, quam generalis in-
ter caeteras contraria, ut in urbe est consuetudo inter La-
niones D. Lanfr. *dict. quaest.* 68. *num.* 46. et inter fun- 73
dacos solvendi suis juvenibus Rot. in dict. Rom. mercedis
coram Sacrato penes Marches. *part.* 1. *fol.* 1196. *il* 2. *num.*
4. ubi tamen aliae circumstantiae concurrebant. Et quoad 74
procuratores causarum, quod eis solvatur salarium Rot. *dec.*
238. *num.* 1. *et* 2. *par.* 1. *et dec.* 329. *n.* 1. *vers. tamen hoc
casu par.* 3. *rec.* et dicam aliquid latius infra, et idem est 75
de agentibus, et sollicitatoribus causarum, viget enim etiam
quoad eos praedicta consuetudo, ut plenissime firmat Cava-
ler. *decis.* 400. *num.* 2.
Praeterea dicta conclusio, quod salarium non conventum 76
non debeatur limitatur, ut procedat tantum in famulis vili-
bus, secus autem in eis, qui vacant honestioribus muneribus,
istis enim absolute debetur salarium etiam dictis requisitis,
soliti videlicet locandi, et conducendi, non probatis Gratian.
disc. 257. *n.* 4, Thomat. *decis.* 14. *num.* 40. Seraph. *decis.*
74. *n.* 2. *et decis.* 849. n. 3.
Verum haec limitatio fundatur *in l.* 1. *ff. de var. et ex-* 77
traord. cognit. quae loquitur de advocatis, et professoribus
literarum, et ideo ad istos erit restringenda, ut tradunt. Alex.
cons. 109. *num.* 2. *lib.* 6. Natta *cons.* 376. *num.* 2. Put. *de-
cis.* 45. *in addit. ad fin. lib.* 2. eoque magis, quod continet
taxativam, ibi *sed praeceptoribus tantum studiorum libera-
lium.*
Medicorum quoque eadem causa est, quae professorum, 78
dicit text. *in dict. l.* 1. ubi et explicat qui medici dicantur,
et inter eos obstetrices comprehendi declarat, et dicit eorum
causam justiorem, cum ipsi salutis hominum, illi studiorum
curam agant.
De philosophis quoque, et aliis in eodem textu aperte ha- 79
betur definitio, at circa librarios, notarios, et calculatores va-
riant lecturae, illae enim vulgatae editionis expresse habent,
quod nequaquam extra ordinem jus dicere eis praeses debe- 80
bit, et eum eis tranat ibi Bart. et post alios Becc. *cons.* 27.
num. 9. et contrarium habetur in Florentina, et ideo eum
ad contrarium sentiunt Soccin. Sen. *cons.* 196. *num.* 1. *lib.*
1. Gypt. *in add. ad decis. Bonon.* 56. *vers. et quod etiam*,
Rot. coram Seraph. *decis.* 74. *num.* 3. ubi quod Bart. qui
contrarium sensit, vitio exemplaris corrupti erravit.
Volunt tamen alii, quod regula illa, ubi militat ratio legis, 81
ibi et lex militare debet, procedat etiam in praedicta *leg.* 1.
ff. de var. et extraord. cognit. et ideo eam extendi ad alias
personas similes expressis, Seraph. *decis.* 74. *num.* 3. *vers.
nec obstat*, Coccin. *decis.* 1805. *num.* 1. unde sunt plures 82
controversiae, et signanter valde controversum est in vicario
episcopi, an ei debeatur salarium non conventum, negativam
enim opinionem tenuerunt Alex. *in cons.* 109. *lib.* 6. Dec.
cons. 163. *in fin.* et alii adducti per Valenzuel. *cons.* 179. *n.*
62. et sensit Rot. cor. Put. *decis.* 45. *in princ. l.* 2. *et dec.*
1. *lib.* 3. *et cor. Paen. dec.* 528. *num.* 6. *et seq.*
Contrariam vero affirmativam sequuntur, ut plurimum 83
canonistae, et signanter Card. *in clem. statutum, quaest.* 7.
vers. in contrarium de electione, ubi etiam Anchar. *num.* 3.
et Imol. *num.* 13. *et* 27. et alii quos referunt, et sequuntur
Granut. *theor.* 12. *num.* 2. *vers. de jure vero canonico*, et
Gratian. *discept.* 257. *num.* 8. *Add. ad decis. Bonon.* 56.
vers. vicario, et tenuit Rot. coram Seraph. *decis* 74. *num.*
1. *et decis.* 849. *num.* 2.
Retenta autem hac postrema opinione, quae propter di- 84
ctam identitatem rationis, quae militat in vicario, ac in aliis
enumeratis *in dicta l.* 1. *ff. de var. et extraord. cognit.*
videtur de jure verior, prout etiam censet D. Lanfranc. Zac-
ch. *de salar. quaest.* 90. *num.* 3. *vers. attamen contrarium*,
non inde inferri potest, quod quatenus salarium non fuerit 85
solutum ab episcopo, cui vicarius servivit, peti valeat ab ejus
successore in episcopatu, licet enim successor teneatur ad 86
debita necessaria antecessoris, hoc debitum salarii, quatenus
non possit dici voluntarium, ex eo quod salarium de jure
vicario non debeatur, tamen voluntarium est ex eo, quod epi-
scopus non tenetur vicarium deputare, ut consideravit Rot. 87
coram Put. *d. dec.* 45. *num.* 1. *et seq.* et coram Seraph. *d.
decis.* 74. *num.* 6.
Quod tamen erit verum regulariter, at secus in quibusdam 88
episcopatibus magnis, et numerosis, in quibus cum de neces-
sitate teneantur episcopi vicarium constituere, debitum sala-
rii reputabitur necessarium, et ideo a successore peti poterit
Flores de Mena *var. quaest. lib.* 1. *quaest.* 8. *num.* 4. *et seq.*
Grat. *discep.* 94. *num.* 37. D. Lanfranc. *dict. quaest.* 90.
num. 13.
Et quod dictum est vicario salarium non conventum deberi, 89

moderandum erit, ut procedat quatenus officium vicariatus
non sit de se adeo utile, ut aequam mercedem, vicarius inde
assequatur, tunc enim aliam mercedem, seu salarium petere
non valeret Flor. de Mena *dict. quaest.* 8. *num.* 6. *et seqq.*
Gratian. *dict. disc.* 257. *num.* 14. *et seqq.* Sbroz. *de offic.
vicar. quaest.* 55. *n.* 6. D. Lanfranc. *d. q.* 90. *num.* 15.
90 Et eadem controversia est in procuratore uedum ad nego-
tia, sed etiam ad lites, quia probare eum debere dicta requi-
sita, alias et salarium non conventum non deberi, firmat Natta
cons. 376. *num.* 7. et sensit Ruta coram Seraph. *decis.* 1322.
num. 1.
91 Verum ratio qua movetur Natta, quod procuratoris officium
sit vile, et ideo non procedat in eo, quod dicatur de advocato,
licet probetur per text. secundum unam lecturam in *l. si quis*
92 *procurationem* 34. *c. de decur. lib.* 10. tamen secundum
aliam lecturam hoc non probat ille text. quia non dicitur ibi
vilitatem, sed utilitatem, prout habetur in meo cod. et ita le-
gunt plures, et in eis Alciat. ut refert Tiraquel. *de nobilit.
cap.* 30. *num.* 1. et ulterius ille text. loquitur de procurato-
93 ribus negotiorum, non de procuratoribus judiciorum, ut no-
uet ibi Bart. *num.* 2. at in hoc ambiguus non est, ut dicit
94 Tiraq. *ubi supra.* Et certe omnis praetensio vilitatis cessat
in exercentibus officium procuratoris in aliqua curia princi-
pis, et praecipue in ista Romana. in eis enim non procedunt
ibi, ac alibi tradita de officio procuratoris. quod sit vile, et
possit exerceri ab infamibus. prout non procedere docet Bald.
in l. sed etsi milites, §. *sed et ignominia. ff. de excusat.
tut.* et *in l.* 1. §. *ait praetor. il* 2. *num.* 4. *ff. de postulan-
do,* Aug. Aretin. *in* §. *eas vero exceptiones n.* 2. *ad med.
instit. de exceptian.* Covar. *practic. cap.* 19. *num.* 7. Niger
de execut. rei judic. cap. 14. §. 1. *num.* 55. *et* 56. et qui-
95 dem in hac curia Romana sunt tales procuratores, qui oedum
aequandi, sed praeferendi sunt advocatis ceteris, ut dicunt
Mandos. *ad reg. cancel.* 4. *quaest* 8. *sub num.* 7. et Gra-
tian. *disceptat.* 57. *numero* 38. Cohel. *ad bull. bon. regim.
cap.* 34. *art.* 1. *num.* 59. sunt enim ut plurimum I. V. do-
ctores, et honoribus vacant, ut consideravit Rot. cor. Coccin.
decis. 1805. *in princ.*
96 Unde redeundo ad propositum, debet, et ipsis statui sala-
rium quamvis non conventum, et absque eo quod teneantur
probare solitum locandi, et conducendi, ad text. *in d. l.* 1.
ff. de vor. et extraord. cognit. qui quamvis loquatur de ad-
vocatis, et non de procuratoribus, tamen debet etiam de eis
ex identitate rationis intelligi, ut dicit Rot. coram Coccin.
decis. 1805. *num.* 1. et ita servatur de consuetudine in curia
Romana, ut dictum est supra. ubi citavi decisiones eam refe-
rentes quibus addo *decis.* 367. *num.* 28. *part.* 9. *rec.*
97 Imo licet adsit reformatio Pauli V. statuens sub *tit. de
advoc. et procurat.* §. 13. quod procuratores et sollicitatores
quarumcumque causarum salarium non conventum petere
nequeant, tamen ea dupliciter fuit per Sacr. Rot. declarata,
primo ut non requirat conventionem specialem tanti salarii,
sed sufficiat generaliter fuisse promissam recognitionem *dec.*
98 348. *n.* 21. *et* 22. *part.* 4. *tom.* 2. *et dec.* 367. *n.* 31. *par.* 9.
recent. et seclusa etiam qualibet promissione, secundo loco
fuit declarata, ut prohibeat agi pro consecutione salarii actione
ex locato, secus autem implorari pro eo consequendo officium
judicis in Romana salarii coram Rembolda relat. per Addea.
ad Burat. *dec.* 174. *num.* 18. *d. dec.* 367. *num.* 26. *par.* 9.
rec. et in Romana pecuniaria 13. junii 1663. §. *hinc urgere*
coram Verospio, *quae est decis.* 84. *num.* 4. *par.* 14. *rec.*
99 Et patitur etiam dicta conclusio, quod salarium non con-
ventum non debeatur, plures alias declarationes, ut dicit D.
Lanfranc. Zacch. *d. q.* 68. *n.* 32. ubi etiam *n. seqq.* non-
100 nullas easmet adducit, sed generaliter declarari potest, ut
non procedat, ubi ex circumstantiis, et conjecturis depre-
henditur aliud sensisse partes, ut docent Salic. *in l. adver-
sus n.* 2. *vers. aut dubitatur c. mandat.* Aug. Aretin. *in* §.
fin. num. 1. *ad med. instit. eod. tit.* Natta *cons.* 376. *num.* 1.
et in hoc fundantur etiam limitationes superius adductae, ideo
enim debetur salarium non conventum, ubi constat de so-
lito servientis locandi operas suas pro salario, et de solito do-
mini eas eodem modo conducendi, vel ubi constat de con-
suetudine regionis, seu civitatis, quia censetur partes cum
solito, vel consuetudine se conformare voluisse.
101 Et attenditur etiam hoc e contra ad excludendam praeten-
sionem salarii, itaut, ubi regulariter loquendo salarium esset
debitum, si ex circumstantiis arguatur partes aliter sensisse
tunc non debeatur Rot. coram Serap. *dec.* 849. *num.* 4.
102 Nec restringenda est conclusio ad solam mercedem operarum
alteri praestitarum, sive salarium, sed intelligi debet gene-
raliter de mercede cujuscumque rei, cujus usus alteri fuerit
concessus, vel tacite permissus itaut ista sit potius quaestio
facti, quid videlicet actum, vel intellectum fuerit, definienda
per conjecturas, quam sit quaestio juris, ut dicit text. *in d.
l. utrum* 48. *ff. de donation. inter vir. et uxor.* quem citat
etiam in hoc proposito. Jo. And. *in d. add.* ad Specul. *tit. de
locat.* §. *postquam ver. porro sicut ex conducto sub n.* 16.
Non tamen sufficeret probare voluntatem unius, sed pro- 103
banda utriusque ad hoc, ut recedatur a regula, vel conclusio-
ne generali, quod merces debeatur, vel non debeatur, non enim
in eo, quod ex duorum consensu agitur, unius tantum cogitatio
sed utriusque consensus spectari debet *leg. non solum ff. de
action. et obligat.* Bald. *cons.* 118. *ad fin. vers. praeterea
semper lib.* 3. Castrens. *cons,* 190. *num.* 3. *lib,* 2. et in his
terminis, quod non relevet intentio solius praestantis operas
Rot. coram Mantic. *decis.* 266. *num.* 7. et de intentione illas
recipientis mercedem non solvendi, quod pariter sola non
sufficiat *decis.* 129. *num.* 2 *post med. par.* 4. *div.*
Pro conjectura autem intentionis, quod non debeatur mer- 104
ces, solet considerari consanguinitas praestantis operas, vel u-
sum alterius rei erga recipientem, censetur enim potius prae-
stitisse intuitu consanguinitatis, quam consequendi merce-
dem. dum de ea non fecit conventionem Cant. *cons.* 305. *n.*
22. Franc. Costa *cons.* 90. *num.* 26. Rot. *decis.* 428. *num.*
4. *p.* 4. *rec.*
Verum animadvertendum hanc conjecturam non operari, 105
ubi adest solitum locandi, et conducendi, ut in mercede do-
mus censuit Jo. Andr. *in dict. add.* ad Specul. *in tit. de lo-
cat.* § *postquam ver. porro sicut ex conducto,* et in merce-
de operarum Seraph. *decis.* 1322 *num.* 1. et idem dici po-
test generaliter, ubi petens mercedem habet regulam pro se, 106
quod debeatur, quia sola consanguinitas non sufficit ad eum
excludendum Rot. coram Cavaler. *decis.* 400. *num.* 2. *vers.
nec patnverunt, et in rec. dec.* 285. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 2.
recent. sed bene si concurrant aliae conjecturae, prout dici-
mus, quod sola conjunctio sanguinis non facit praesumere 107
donationem. Bart. *l. quae dotis num.* 12. *ff. de solut.* Hond.
cons. 39. *num.* 39. *lib.* 2. Rot. cor. Cavaler. *decis.* 603. *n.* 5.
secus autem si aliae conjecturae concurrant Surd. *cons.* 534.
num. 40. *ad fin. et seq.* Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 19. *n.*
9. *vers. et in hoc casu. et tit.* 22. *num.* 7. *vers et si res,*
Rot. *decis.* 69. *num.* 22. *part* 7. *rec.*
Consideranda tamen erit qualitas conjunctionis, et qualitas 108
servitii, seu alterius rei praestitae, nam quod dictum est do-
nationem ex consanguinitate non praesumi limitari solet in
ascendentibus erga descendentes Ruin. *cons.* 162 *num.* 13. *et* 109
seq lib. 5. Cravet. *cons.* 164. *num.* 5. *et* 6. Rot. *decis.* 262.
num. 7. *par.* 1. *div.* et coram Cavaler. *decis.* 636. *num.* 2. 110
nisi tamen adsit rei traditae magnitudo, quia per eam exclu-
di potest haec praesumptio etiam in ascendente Menoc. *de
arb. cas.* 8. *num.* 5. *et* 11. *et seqq.* Caboll. *cons.* 121. *num.*
31 *lib.* 2. et quatenus sit res quae cadat sub generalitate ali- 111
mentorum, ut esse habitationem alibi dixi, facilius argui po-
terit voluntas non assequendi mercedem, nam quod mater ea
quae tradit, vel expendit in alimenta filii repetere non pos-
sit, licet secus sit in eis, quae expendit circa res filii, est
text. *in l. alimenta* 6. *c. de negoc. gest.* et ibi notant Alex. et
Salic. et tradunt Ruin. *cons.* 1. *n.* 23. *ver. sed istis breviter
lib.* 3. Surd. *de alim. tit* 6. *q.* 8. *num.* 83. *et seq.* Fontanel.
de pact. nupt. claus. 6. *glos.* 2. *part.* 3. *num.* 13.
Et ita ex circumstantiis facti resolvi poterit etiam ea quae- 112
stio an filius, qui administravit bona paterna maxime patre
vivente, possit eo defuncto praetendere aliquid plusquam alii
sui fratres in divisione eorum bonorum ratione mercedis ad-
ministrationis, in qua affirmativam tenuit Fulgos. *in l. illud
num.* 3. *c. de collat.* et licet dicat, quod via in practica obti-
neri posset, et se vidisse judicari contrarium, tamen eum
sequitur, et maxime commendat Gomez. *ad l.* 29. *Tauri n.*
29. et dicit ejus opinionem videri aequam, et justam, et quod
ipse ita practicaret. Contrarium vero opinionem tenuit Jas. *in
l. illud num.* 8. et ejus opinio verior videtur Bacca. *de de-
cim, tut. vir. hispan. proestan. cap.* 2. *num.* 3. et de filio qui 113
negotiatus est tamquam minister patris de ejus mandato, et
multa lucratus est, quod patri lucratus sit. et assequi nequeat
salarium, aut recompensam in divisione haereditatis pater-
nae tenuit Angel. *cons.* 85. *n.* 2. *vers. in contrarium,* et mo-
vetur tum quia mandatum solet esse gratuitum, tum etiam,
quia filius ex debito reverentiae paternae adstringitur assu-
mere ejus negotia, et eum sequitur Natta *cons.* 376. *num.* 5.

Granut. *Theor.* 12. *num.* 6. Menoch. *de arbit. casu* 512. *n.*
10. qui casns Angeli est fortior antecedenti, prout advertit
114 Jas. *in dict. l. illud num.* 8. *od med. c. de collat.* unde re-
gulariter non erit ab ista recedendnm, sed urgentibus cir-
cnmstantiis in contrarium poterit judex aliqnid arbitrari pro
filio, licet tali arbitrio raro, et parcissime, uti debeat, secun-
dum Baccam. *de decim. tut. in dict. c.* 2 *num.* 9. *et seqq.*
quem refert, et io terminis juris com. ab eo non recedere vi-
detur Guttier. *de jurom. par.* 1. c. 5. *num.* 7. licet postea
teneat absoluta opinionem Jas. qood nihil debeatur per le-
ges hispanas ibi adductas.

115 Imo poterunt etiaoi adesse circumstantiae tales, ex qui-
bus absolute debebitur salarium praedicto filio, uti si pater uon
indigebat ejus opera ad sui sostentationem, et ulterius filio
expresse, vel tacite protestatus sit velle ab eo recompensam
sui laboris Navar. *in monual. cop.* 17. *num.* 144. *et* 148.
quem sequitur Guttier *d. c.* 5. *num.* 8.

116 Facilius tamen debebitur recompensa filio laboraoti pro
matre, ea qno ipsa non habet eam io potestate, et ideo non
snut adeo debitae ejus operae matri, ac patri, ut post Jo. Fabrum
tenet Guttier. *ibid. num.* 12. et multo facilius, si operas prae-
117 stiterit quis vitrico, vel ooverrae, quia his servire non tenen-
tur filii, ut consideravit Valasc. *cons.* 32. *num.* 2.

118 Et quae dicta sunt de consanguinitate dicuntur etiam de
amicitia, nam et amicus censetur praestitisse operas, vel con-
cessisse nsum rei propriae gratis, non autem pro assequenda
mercede Ales. *cons.* 109. *num.* 4. *lib.* 6. Crot. *cons.* 305. *n*
1. Natta *cons.* 377. *num.* 1. *vers. respondeo quod*, Tiraq. *in
tract. de pen. temperan. caus.* 22. *num.* 78. sunt enim ioter
119 amicos communia omnia, adeout nec coojnges quidem exci-
piantur, ut est text. expressus, qoi videtur mirabilis *in cap. di-
lectissimis* 12. *quoest.* 1. qnod tamen adsit intelligi respectu
usus carnis, referendum enim est tantum qnoad usum obse-
quii, et dilectioois, ut monet ibi glos. *in vers. et conjuges.*

120 Quod, et ampliatnr in filio amici, oam, et ei praesumitor
amiens patris praestitisse operas, vel alias res potius animo
dunandi, qnam assequendi mercedem, et idem est e contra
de filio amici, erga amicum patris Bart. *in l.* 2. *num.* 4. *ff.
de negot. gest.* Menoc. *cons.* 603. *num.* 21. Caroc. *de locot.
et conduct. tit. de fruct. et lit. expen. num.* 42. quod tamen
121 iotelligendum quatenus propter amicitiam cum patre gerat
quis negotium filii, secus si gerat oegotinm ipsius patris, quod
alio respectu sit etiam filii, quia tunc videtur contemplatione
patris gerere, quod ipsum patrem tangit, non etiam, quod
tangit filinm, et debetur ab eo merces, ut declarat Castren.
in l. is qui 46. *ad med. vers. tu dic. melius ff. de negoe.
gest.*

122 Verum sicut supra dictum est, non sufficere solam consan-
guinitatem ad arguendum mercedem non fuisse volitam, ita
dicendum est de amicitia imo, et multo magis secundum Rot.
decis. 286. *n.* 5. *p.* 4. *to.* 2. *rec.* et fortius etiam in filio a-
123 mici qnatenns simul non concurrant amicitia, causa pietatis,
et modica impensa Mascard. *concl.* 554. *num.* 57. Menoc. *de
arbitr. cas.* 88. *num.* 61. *post med.* Caroc. *d. tit. de fruct.
et lit. expen. num.* 44. *vers. hoc autem*, vel nisi fit amicitia,
124 quae inducat affectum paternum, et concurrat causa pietatis,
ex relatis per Surd. *de alim. tit.* 6. *q.* 21. *num.* 7. *vers. in-
tellige*, licet ipse subdat non bene percipere distinctionem,
quam faciunt inter amicitiam et affectum paternalem, nam
facile percipi potest distinctio inter amicitiam simplicem, et
amicitiam dictum affectum inducentem.

125 Et attendenda quoque erit qualitas amicitiae, et servitutis
seu rei praestitae, debet enim esse amicitia singularis, et per
prius contracta, ut docet Salyc. *in l. adversus n.* 1. *ver. aut
dubitatur c. mandati*, et Aretin. *in §. fin. num.* 2. *paulo
post princ. instit. eod. tit.* et levis non sufficit Mantica *de
tac. lib.* 13. *tit.* 20. *n.* 2. *et* 3. Surd *de alim. tit.* 6. *quoest.*
21. *num.* 5. *et seq.* et debet agi de summa modica, alias ubi
ageretur de mercede magna, conjectura amicitiae non rele-
126 varet Surd. *d. quoest.* 21. *num.* 10 *et seq.* Menoch. *d. cas.*
88. *num.* 61. *ad med. et seq.* Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.*
20. *num.* 5. *in fin.*

127 Conjectura etiam sumitur pro exclusione debiti mercedis
ex eo, qnod constet eum, qui operas praestitit, sponte se ob-
tulisse, ut firmat Franc. Costa *cons.* 90. *num.* 27. *et seqq.*
Monter. *decis.* 14. *num.* 28. et ex qno ex ipsis operibus, seu
128 servitio praestando sperabat conseqni honorem, quasi creda-
tur, quod ex ea causa potius, quam ex causa lucri motus fue-
rit, idem Monter. *ibi num.* 30. idemque erit si qui officium
129 gessit, professus fuerit se multum obligatum domino a quo
illud recepit, ut ponderavit Rot. coram Seraph. *decis.* 849.
num. 4. *ad med. et in decis.* 120. *num.* 9 *part.* 4. *divers.*

Sic si appareat servitium praestitum fuisse sub spe alicujus 130
remunerationis liberalis potius quam pro salario, hoc non po-
terit peti, ut censuit Rot. coram Seraph. *decis.* 65. *num.* 2.
vers. et ex testibus, ubi quod Romae hoc est frequentissimum
et fallacissimum; nec ex quo qnis in tali spe fallitur agere
poterit Franc. Costa *cons.* 90. *num.* 40. Menoch. *de arbitr.* 131
casu 514. *num.* 17. Rot. coram Mantic. *decis.* 266. *num.* 6.
et 7.

Sic e contra, ubi qnis haberet regulam contrariam, puta non 132
deberi salarium non consensum, si vellet probare conven-
tionem, non sufficeret testes de ea deponentes referre verba,
quae intelligi possent de aliqua remuneratione, sed debent
concludere de obligatione mercedis praecisa, ne sit probatio
aequivoca, quae non sofficit Rot. *decis.* 428. *num.* 7. *par.* 4.
rec. ubi censuit propterea non sufficere verba, *che li darà
sodisfazione*, nec *che li darà quello che vuole*, quod secus 133
esset ubi concurrerent requisita, vel alias petens salarium ha-
beret regulam pro se, et intentionem fundatam, tunc enim
licet verba promissionis essent in se aequivoca, et non magis
importantia salarium, quam liberalem remunerationem, re-
ferenda essent potius ad promissionem salarii, juxta tradita
per Menoc. *cons.* 570. *num.* 9. *vers. nec obstat*, ubi famulo
petente salarium dominus respoonderat, quod non curaret hoc,
sed expectaret suam liberalitatem, et ratio differentiae est
quia quando verba sunt directa in personam solitam locare 134
operas suas, et concurrit titulus praeambulus promittendi sa-
larium potius quam remunerationem liberalem, illi titulo po-
tius tribuenda sunt quam alteri possibili prout ex glos. et
Bart. *in l. cum quid num.* 11. *ff. si cert. pet.* et aliis relat.
per Surd. *cons.* 24. *num* 3. *et* 4. dixit Rot. *in decis.* 448.
num. 16. *et* 17. *part.* 4 *tom.* 2. *rec.*

In verbis quoque non poterit fieri fundamentum, si sint 135
mere curialia, quia notum est, qnod non obligant, *cap. cum
venisset de restit.* Decian. *resp.* 103. *num.* 23. *lib.* 2. et sic
nec prolata a domino firmant deberi salarium, nec a famulo
importent illud non deberi Seraph. *in decis.* 1322. *num.* 2. 136
in rec. dec. 238. *num.* 3. *par.* 1. *et decis* 348. *num.* 18. *par.*
4. *to.* 2. prout etiam si unus remittat arbitrio sui voluntati
alterius, poterit ille interpretari modo suo, et arbitrari extra
terminos justi, qnia intelligitur de arbitrio boni viri, puta si
serviens dicat se remittere ad illud, qnod dominus voluerit,
dicta decis. 238. *num.* 3. *par.* 1. *rec.* possunt tamen quan-
doque verba continere praecisam obligationem mercedis ju- 137
stae, et esse curialia respectu liberalis recognitionis seu ali-
cujus honorarii pinguis, et tunc distingui poterunt, et agi va-
lebit ad mercedem justam, non ad honorarium illud pingue *d.
decis.* 348. *num.* 19. *part.* 4. *tom* 2. *recent.*

Non solum autem ponderantur in hoc proposito verba, sed 138
etiam e contra ponderatur taciturnitas, videlicet si quis ope-
ras, vel rem praestitit diu tacuit, et mercedem non petiit.
Inde enim arguitur voluntas eam non assequendi Rot. *decis*
559. *prope fin. vers. et ex quo toto sexennio part.* 1. *divers.*
Seraph. *decis.* 849. *num.* 4. *vers sed quod maxime* Mant.
decis. 266. *num.* 5. et haec quoque non est conjectura de se
sufficiens, ubi tempus non sit habile ad praescribendum Se- 139
raph. *decis.* 1322. *num.* 4. Caval. *dec.* 400. *num.* 4. *et* 5.

Ponderatur quoque si is, qui operas, vel alias res praesti- 140
tit, aliquid e contra recepit, accedunt enim quandoque mu-
nera loco salarii, ut ex Angel *in l. si non sortem §. libertus
num.* 18. *ff. de condict. indeb.* dixit Rot. in Rom. mercedis
4. maji 1607. *in princ.* coram Pamphilio, quae decisio est im-
pressa per Marchesan. *de commiss. par.* 1. *fol.* 1197. il 1. et
licet ex donativis argui potius ad diminutionem salarii, quam 141
quod non debeatur dixerit Rot. coram Cavaler. *dec.* 400. *n.*
6. *vers. demum*, tamen hoc procedere potest, ubi concur-
runt requisita, ut peti possit salarium, et donativa subsecuta 142
fuerunt, censentur enim data animo compensandi, prout e-
tiam si dominus donet famulae, vel famulo pro ejus filia do- 143
tem, qnod praesumitur animo compensandi cum mercede,
non autem libere donandi decisum refert Cabedo *dec.* 117.
et sequitur Fontanel. *de pact. nupt. clous.* 5. *glos.* 1. *part.*
3. *num.* 4. alias in dubio bene potest sumi conjectura, quod
qui ea recipere solitus erat, vel illa sperabat voluerit eorum
intuitu servitia praestare, et illis esse contentus absque alia
mercede, quod et multo magis urgebit si quid certum rece-
pturus erat, ut casus saepe contingit in famulis recipientibus 144
quotidianum victum, est enim saepe victus merces satis ae-
qua pro servitute praestita ab illum recipiente. Thomas. *in*

decis. 14. *num.* 39. si consideretur qualitas servientis, et servitii praestiti prout considerari debet, nam simplex, verbi gratia, pedisequa, debet esse contenta victu, et vestitu, dum non fecit conventionem de majori salario Dec. *cons.* 132. *in*
145 *fin.* Granut. *theor.* 12. *num* 11: Idemque etiam est de aliis famulis vilibus, secus autem de honestioribus Scraph. *decis.* 74. *et decis.* 849. *utrobique num.* 2 Rot. Bonon. *decis.* 56. *in add. vers. haec tamen regula* Tomat. *decis.* 14. *num.*
146 40. et attenditur etiam qualitas officii, et laborum adeout qui servivit pro certa portione panis, et vini, ante adeptum aliud officium non debet as post illa contentus esse, sed potest petere salarium dari solitum suis antecessoribus in officio illo, ut firmatur *in decis.* 354. *num.* 4. *part.* 1. *rec.* et pra-
147 cticatur etiam in juvenibus apothecorum, ut pro certo tempore serviant pro solo victu, attento, quod ab initio sunt ignari artis, et postmodum ubi operae, quas praestant per exercitium incrementum accepere, itaut majori mercede sint dignae, sic salarium agetur, et praestari debet Caroc. *de locat. tit. de matre q.* 2 *num* 2. etiam non conventum stante consuetudine, ut in Rom. mercedis coram Sacrato *impressa* per Marchesan. *part.* 1. *fol.* 1196. *il* 2. *num* 5.
148 Sunt, et aliqui, qui inserviunt sine mercede, dummodo concedantur eis horae aliquae diei liberae, quibus possint studiis operam dare Navar. *cons.* 2. num. 6 *de loc. et cond.*
149 Menoc. *de arbit cas.* 515. *num.* 4. *vers. aliqui etiam* quod vulgare est in famulis scolarium qui volunt commoditatem audiendi lectiones Rebuff. *de privil. scolar. privil.* 167 ubi declarat Grat. *decis. March.* 53. in *addit. num.* 7.
150 Aliquibus etiam non debetur a dominis, quibus serviunt, aliqua merces, quia officium, cui praeficiuntur lucrum sufficiens eis affert, prout sunt jurisconsultorum cancellarii, qui responsorum exempla tradenda consultoribus conscribunt, de
151 quibus Menoch. *de arbitr. cas.* 515. num. 4. *ad fin.* et idem est de aliis eorumdem famulis recipientibus a clientibus, vel
152 scolaribus dominorum sufficientia munera, et enim si famulus induatur a cliente doctoris, ejus domini praesumitur inductus intuitu ipsius domini, et famulo in salarium imputatur, ut docet Alber. *in l. uxori ad fin. ff. de auro, et argento legato.*
153 Tanti autem fit ista circumstantia, quod serviens aliquid recipiat, et signanter famulus victum, et vestitum, ut sint qui velint conclusionem, quod salarium non conventum non debeatur procedere solum circumstantia ista concurrente Thomat. post alios *decis.* 14. *num.* 38. quodque alias evitari non possit dispositio juris divini in evangelio *Lucae cap.* 10. ibi, *dignus est enim operarius mercede sua. et Math. cap.* 20. ibi, *voca operarios, et redde illis mercedem.* ita D. Lanfranc. Zacch. *de salar. quaest.* 68. *num.* 32. et 35.
154 Non autem omnes operae praestitae exposcunt mercedem, vel saltem non pro omnibus agi potest in judicio, si enim leves sint, rejiciuntur, imo quod ubi non sit probatus assiduus famulatus, et formalis, sed tantum praestatio quorumdam servitiorum ex eis, non oritur obligatio neque civilis, neque naturalis, et solum pariunt obligationem antidotalem, quae
155 in foro exteriori non est efficax, neque ad agendum, neque ad excipiendum firmat Leoncill. *decis. Ferrar.* 37. num. 15 *vers. quod adhuc magis.*
156 Verum quoad effectum excipiendi, casus evenit saepe in sis qui fuerunt aliti, et dum alimenta ab ipsis repetuntur excipiunt de servitiis praestitis in quo totum negotium conferendum esse in arbitrium judicis, decrevit senatus lusitanus, ut refert
157 Gamm. *decis.* 216. *num.* 1. ubi quod quatenus servitia sint levia qualia reputantur in muliere gallinas, et ova observare, triticum ad farinam conficiendam mundare, centaculum in agro laborantibus mittere, hidriolam aquae e vicino fonte in casam rusticam deferre, et similia potius oblectamenti, et vitandi ocii causa facta, quam ad usum, vel compulsionem ali-
158 mentantis praestita videntur, et ideo non compensanda. Verum in praxi servari contra illam decisionem, et compensari servitia cum alimentis dicit ibi Add. et idem etiam sensit ipse Gamma *decisionis illius compilator ad fin. vers. ego consideratis*, et huic opinioni videtur adhaerendum, quia in hoc magis communiter concordant DD. ex infrascitandis, sed major controversia est an facienda sit compensatio in totum etiamsi servitia non aequent valorem alimentorum, vel po-
159 tius in partem aequivalentem, nam aliqui volunt, quod haec compensatio non sit intelligenda secundum propriam naturam compensationis, scilicet, ut videri debeat quanta fuerit impensa alimentorum, et quantus valor operarum, et compensari usque ad concurrentem quantitatem, et ab inde supra peti possit; sed intelligi simpliciter hinc inde in totum compensatum, quasi actum censeatur tacite, quod unus impensas, alius operas praestet, absque eo, quod aliquid peti hinc inde valeat, ut post alios, quos referunt Bursat. *cons.* 83. *num.* 11. Marcsbr. *cons.* 110. *num.* 72. *et seq.* Borgnio. *dec.* 8. *num* 68. *ad med. part.* 3. et videtur fuisse de mente Bald. *in l. si paterno* 15. *n.* 3. *vers. vel dic. c. de negoc. gest.* ubi de vitrico praestante alimenta, dicit quod si recepit aliqua servitia, non repetit, secus si nulla. Contrarium vero, quod 160
facienda sit tantum compensatio pro rata valoris servitiorum sensit Aretin. *cons.* 40. *in fin.* Surd. *de alim. tit.* 6. *qu.* 11. *num.* 33. *vers. contra tamen*, Gamm. *dict. decis.* 216. *prope fin.* Rot. *decis.* 149. *num.* 12. *part.* 11. *r. cent.*
Verum conciliari possunt istae contrariae sententiae, ut 161
prima procedat, ubi excessus est parvus, ita ut fere dubitari possit an adsit vel ne, secus vero si adsit excessus evidens, quia non posset fieri compensatio, in totum, et quatenus deficiant aliae conjecturae non arguenda erit illius pluris donatio, et ideo peti poterit, ut habetur *in l. ex annuo* 16. *ff. de donat. inter virum, et uxor.* et tradunt Corn. *cons.* 265. *n.* 3. *prope fin. lib.* 1. Menoch. *cons.* 771. *num.* 16. et sensit etiam Marcsbr. *d. cons.* 110. *n.* 77. et Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 35. *post med.*
Quando autem adsit dicta parva disparitas, vel concurrant 162
aliae conjecturae sufficientes, vel *non*, certa regula dari non potest, et ideo remittendum erit arbitrio judicis, ut ex Alex. *cons.* 109. num. 2. *lib.* 6. et aliis decrevit Senatus Lusitanus penes Gamm. *decis.* 216. *num.* 1. et Rot. Bonon. penes Monach. *dec.* 17. *num.* 17.
Verum si quis sit alimentandus ex obligatione, et alimen- 163
tatus domi operas suas in ea praestet alimentanti, non poterit earum mercedem praetendere, quia alimentandus tenetur operas praestare alimentanti *cap. de lapsis in fin.* 16. *quaest.* 6. *l. fin.* § *sane il* 2. *in fin. ff. de his qui ad eccles. confug.* non enim debet stare in domo alimentandus sicut corpus mortuum, ut dicit Bald. *in l.* 1. *num.* 7. *c. de legibus*, et refert Surd. *de alim. tit.* 4. *quaest.* 29. *num.* 1. saltem quate- 164
nus debeantur alimenta ex juris dispositione, non autem ex dispositione testatoris, quia tunc secus esset, ut tradunt DD. *in l. divortio in princ.* ubi Jas. num. 24. *ff. sol. matr.* Alex. *cons.* 100. *num.* 5. *lib.* 1. et alii relati per Barsat. *cons.* 210. num. 11. et latius per Giurb. ad consuet. Messan. *cap.* 7. *glos.* 13. *p.* 2. *num.* 41. nisi forte testator reliquisset alimen- 165
ta in domo, quia tunc censetur contemplatus favor haeredis, ut habeat servitia alendi, ut distinguendo tradit Decian. *cons.* 90. num. 17. *lib.* 5. Trentacinq. *variar. lib.* 2. *tit. de alim. resol.* 1. *num.* 25. et quod ubi quis relinquit famulo alimen- 166
ta, ut stet cum haerede, quod talis famulus modo quo serviebat testatori debeat servire haeredi, docuit Alberic *in l.* 2. *n.* 1. *c. de legat.*
Unde est, quod si alendus nolit habitare cum alere deben- 167
te, et locus sit praestationi alimentorum extra domum, in taxatione eorum deduci debeat valor operarum quas praestare deberet alendus Castren. *cons.* 425. *num.* 3. *lib.* 2. Roland. *cons.* 84. *num.* 14. *lib.* 3. et alii adducti per Mart. Medic. *decis.* 89. *num.* 49.
Et haec ratio operarum habetur etiam in impuberi aetate 168
post septennium Aretin. *cons.* 48. *num.* 7. licet contrarium senserit Monach. *decis. Bonon.* 17. num. 16. *post med.* ubi de puellis, quarum una erat annorum sex, alia annorum novem, quo autem ad existentes in infantili, non dubitandum 169
eorum operas non considerari ea tradit. per Bursat. *cons.* 85. *num.* 11. *vers. et licet*, et idem est de valde sene, vel aliter operas praestare non valente, ut dixit Rot. in una forolivien alimentorum 20. novembris 1630. § *verum utraque* coram Veropsio horum enim operae nullae sunt ut habetur *in l. arboribus* 13. § *de illo. ff. de usufruct.* et dixi in *cap.* 15. n. 5. ut hodie idem evenit in omnibus nobilibus quia eis non convenit operari Monach. *decis. Bonon.* 17. *num.* 16. Mart. Medic. *decis. Senen.* 89. *num.* 60. *et seq.* ubi respondet doctoribus, qui allegabantur in contrarium, dicens quod non applicantur modernis temporibus loquendo de operibus artifi- 170
cialibus mulierum senensium, et quoad obsequiales dicit, non fuisse habitam earum rationem, quia computanda quanti alimentans conducturus esset, qui eo casu non conduxisset, et est generale, ut alimentandus non teneatur praestare nisi operas 171
sibi condecentes Curt. Jun. *cons.* 148. *n.* 5. cum aliis late relatis per Giurb. ad consuet. Messan. *cap.* 7. *glos.* 13. *par.* 1. *n.* 41.
Sunt et officia quae quis necessario assumere debet, pro 172
quibus mercedem propterea petere nequit, ut de officio tu- 173

toris traditur *in l. a tutoribus, §. principalibus*, et *in l. qui*
174 *negotiationem in fin. ff. de administr. tut.* licet possint tutores ab initio antequam suas operas praestent, petere, ut a judice sibi constituatur certum salarium in quibusdam casibus, et cum declarationibus quae videri poterunt late penes Cyriac. *contr.* 503. et d. Laufranc. Zacch. *de salar. quaestion*, 87.

Sunt et operae, quae locari nequeunt, de quibus dixi supra *in cap.* 15. *de operibus. quae locari possunt, vel non* et latius ac melius quorum operarum peti possit merces, vel non, videri poterit penes d. Laufranc. Zacch. in saepe, sed numquam satis laudato ejus tractatu *de salario, seu operariorum mercede, part.* 2. *nempe quaest.* 50. *et seqq.*

175 Denique non omittam tangere quaestionem, an conductor mercedem non solvens dicatur molestare, quae disputari contingere poterit, si haeres prohibitus molestare usufructuarium sub poena, ab eo domum vel quid aliud conducat, et mercedem non solvat, in qua quaestione Ruin. *cons.* 48. *num.* 9. *lib.* 2. tenuit affirmativam, motus, quia conductor non solvens dicitur injuste detinere, ita ut auctoritate propria possit expelli glos. et Bart. *in l. edem c. loc. et dicam infra ca.* 55. et qui injuste detinet, dicitur injuriam inferre domino, seu alteri civilem possessionem habenti, et illum molestare Bart. *in l.* 1. *§. interdictum, ff. uti possidet glos. in l.* 1. *c. eodem.*

176 Verum hanc opinionem Ruini non esse juridicam, dicit Surd. *de alim. tit.* 9. *quaest.* 26. *num.* 53. *vers. hoc Ruini*, et adducit plures rationes, quae placent in praefato caso, quo haeres prohibitus sit molestare usufructuarium, et ab eo conducat, et non solvat, quia saltem non dicitur eum molestare in usufructu, et tamquam usufructuarium, nec tamquam haeres, sed tamquam conductor, ut bene considerat ipse Surdus
177 unde deduci potest ex sensu ejusdem, aliud esse dicendum, si quis prohibitus esset molestare tamquam locator.

178 Praeterea salvari potest opinio Ruini quando haeres uti pensiones non solvens jussus esset rem dimittere, et hoc negaret, quia tunc diceretur possessionem ipsius rei intervertere, et usufructuarium spoliare *l. conductores penult. c. locat. et dicam infra in cap. fin.* sic quan eum molestare, ut firmat idem Sord. *d. quaest.* 26. *num.* 56. *et* 56.

Cui recte solvatur merces locationis.

SUMMARIUM.

1. Solvens alteri de mandato idem est ac si solvisset mandanti.
2. Mandati fines sunt diligenter observandi.
3. Procuratori ad locandum recte solvitur merces locationis de more communi,
4. Recte solvitur ei cum quo fuit contractum.
5. Conductor recte solvit ei, qui sibi locavit.
6. Lim. si sit procurator ad locandum tantum.
7. Procuratori ad locandum tutius solvitur si ea qualitate ipsius cesset suspicio.
8. Ampl. recte solvi procuratori qui locavit etiamsi stipulatus fuerit mercedem nomine domini.
9. Procurator stipulans domino acquirit actionem, et obligationem licet cogi possit a domino eam sibi cedere.
10. Ampl. etiamsi verba stipulationis non sint directa in ipsum stipulantem, sed in dominum absentem, et pro eo stipulatus fuerit notarius.
11. Procuratori ad litem super pensione non recte solvitur pensio,
12. Lim. si procurator ad litem constitutus judicati agat,
13. Lim. 2. si procuratori ad litem data sit facultas exigendi.
14. Decl. requiri mandatum speciale ad exigendum.
15. Et non sufficit in mandato ad litem additam esse clausulam etc.
16. Clausula etc. extenditur ad ea, quae sunt de natura actus, non ad alia.
17. Et ad ea, quae desunt ad complementum orationis jam coeptae, non ad ea quorum saltem principium non est expressum.
18. Procuratori habenti mandatum falsum non recte solvitur.
19. Lim. si solvens habebat justam causam credendi eum procuratore.
20. Decl. limitationem secundum aliquos procedere in debitore speciei, secus in debitore quantitatis.
21. Sed declaratio procedit si solvens quantitatem habebat justam causam procuratori falso non credendi,
22. Justa causa credendi procuratori falso est si attulit ordinem cum caracteribus ita similibus illius creditoris, ut quilibet diligens solvisset.
23. Caracteres esse similes illis debitoris ei ei ostensi ipsemet decipitur, etiamsi ostendantur per fenestellas.
24. Contr. quod debet ei ostendi ordo integer.
25. Et quando recurrendum sit ad peritos.
26. Justa causa credendi procuratorem verum est, si publice se gerebat, ut talis.
27. Idem in gerente se pro tutore, cui recte ei solvatur.
28. Procuratori revocato recte solvitur ab ignorante revocationem.
29. Mandatum procurae verisimilius est in persona valde conjuncta uti filii, et fratris.
30. Mariti habent mandatum a lege in bonis dotalibus, et paraphernalibus tantum, sed de consuetudine omnia bona uxorum administrant.
31. Conjunctio sanguinis cum creditore sola, non sufficit ad hoc, ut conjuncto recte solvatur.
32. Conjunctus potest agere ad effectum deponendi.
33. Conjuncti habent mandatum a lege ad agendum, non ad exigendum:
34. Conjuncti admittuntur ad agendum cum promissione de rato.
35. Et quatenus non sufficiat promissio de rato admittuntur praestita cautione.
36. Conjuncti usque ad quem gradum admittantur ad agendum pro conjunctis, sunt variae opiniones,
37. Mandatum procurae probatur per conjecturas.
38. Decl. procedere in mandato ad litem non in mandato ad exigendum
39. Intellige declarationem, ut mandatum ad exigendum non probetur nisi per authenticas scripturas quando agitur de solutione facienda, secus si agatur de solutione jam facta sustinenda.
40. Conductor recte solvit mercedem ei qui sibi locavit etiamsi sit merus praedo.
41. Decl. procedere si dominus non sit persona privilegiata, ut miles, et ecclesia.
42. Praelato intruso recte solvitur.
43. Declara procedere si cum eo sit contractum alias requiritur justa causa credendi eum esse praelatum verum.
44. Ei cum quo contractum est recte solvitur, etiamsi sciatur eum non esse dominum.
45. Decl. recte solvi praedoni, qui locavit si merces consistat in pecunia, secus si in fructibus rei.
46. Procurator ad exigendum potest facere confessionem de recepto.
47. Habentes mandatum a lege, ut tutores, et praelati non possunt facere confessionem de recepto anticipatam.
48. Confessio de recepto non probat, veram solutionem praecipue contra eum qui confessionem non fecit.
49. Procuratori, et administratori non recte solvitur postquam debitor habet justam causam credendi dominum nolle eum amplius exigere.
50. Conductor recte solvit pensiones domino etiam postquam dominium in alium transtulerit.
51. Dominus post alienatam rem non potest gaudere pensionibus illius sed debet actiones ad exigendum cedere, vel illas exactas restituere.
52. Pensio locationis si sit annua censetur debita ratione fructuum, vel aliarum commoditatum totius anni computati a die constitutionis,
53. Etiamsi sit destinata in certis diebus, quia censetur facta destinatio pro commodiori solutione.
54. Pensio locationis regulatur ad instar pensionis ecclesiasticae.
55. Pensio in casu mutationis domini debetur ei cui spectaret perceptio fructuum, et pro rata pro qua spectaret.
56. Fructus rei venditae spectant ad emptorem etiamsi sint maturi et recollectioni proximi.
57. Separati vero a solo etiam in fundo adhuc existentes spectant ad venditorem.
58. Pensio rei venditae si debita pro fructibus tempore venditionis perceptis spectat ad venditorem, et pro percipiendis ad emptorem quamvis exacta sit.
59. Et si fructus percepti sint pro parte, pro ea parte debetur pensio venditori.
60. Et in rebus in quibus fructus percipiuntur diatim dividitur pensio pro rata temporis,
61. Et idem servatur pensione ecclesiastica.
62. Pensiones non exactas aliqui volunt reputari pro fructibus pendentibus.
63. In venditione facta a fisco attenditur an dies solutionis pensionis evenerit ad dignoscendum an spectet ad emptorem, vel ne.
64. Si ad emptorem transit jus exigendae debetur ei etiam pensio.
65. Venditor potest sibi reservare pensiones rei venditae quae regulariter ad emptorem spectarent, et e contra cedere eas quae sibi essent debitae.
66. Decl. requiri pactum clarum, nec sufficere clausulam cedens etc.
67. Minusque sufficere dictum esse *emptorem debere consequi omnia mobilia, et alia ad quae tenetur conductor.*
68. Sufficeret tamen expressum esse emptorem assequi debere pensiones, nec posset intelligi de fructibus tantum,
69. In restitutione fideicommissorum non veniunt fructus.
70. Nec veniunt pensiones bonorum locatorum.
72. Lim. in casibus in quibus dominium bonorum transit ipso jure in fideicommissarium.
73. Si fructus fideicommissi eveniente casu restitutionis sint percepti in parte, pro ea parte debetur pensio haeredibus gravatis.
74. Lim. secundum aliquos si locatio sit facta a testatore, ut tunc omnes pensiones inexactae ad fideicommissarium pertineant.
75. Decl. limitationem procedere in pensionibus seu aliis annuis redditibus, quae non debentur respectu fructuum, seu aliarum commoditatum rei fideicommissariae, non autem in pensione rei locatae.
76. Pensiones domorum, et similes provenientes ab usu rei licet sint fructus civiles, tamen de eis judicatur, ac de naturalibus.
77. In fideicommissis particularibus ac etiam in generalibus non veniunt accessiones, et augumenta, sed solum in universalibus
78. Fructus qui debentur ratione alicujus oneris, etiam pensio debetur ad eandem rationem, non autem ad rationem perceptionis fructuum.
79. Marito debetur pensio rei dotalis locatae propter onera matrimonii, et ideo pro rata temporis, quo illa sustinuit, et non attenditur perceptio fructuum.
80. Unus ex sociis recte agit pro tota pensione rei communis.
81. Ampl. etiam si minorem partem habeat in societate.
82. Ampl. 2. ut etiamsi dissoluta sit societas, debitor ignorans dissolutionem bene totum ei solvat,

83. Socius ex gens solem suam partem pensionis rei locatae compellitur eum consocio communicare.
84. Decl. certius procedere, ubi debitor effectus sit non solvendo, vel aliter consocius non valeat ab eo partem suam consequi.

CAPUT XXXVI.

Domino recte solvi mercedem non est dubiom regulariter
loquendo, et idem est si solvatur alteri de ejus ordine, vel
1 mandato, aut ejus procuratori ad exigendum constitoto, qui
enim solvit de mandato, perinde est ac si ipsi mandanti solvisset, *l. solutum* 11. *§. solutum*, *ff. de pign. act.* Surd. *cons.*
82. *num.* 2. Burst. *decis.* 2. *num.* 1.

Verum dobitari contingit an solutio mercedum recte fiat
procuratori, qui habeat tantum mandatum ad locandum. Et
pro negativa videtor text. expressus *in l.* 1. *§. igitur praepo-*
2 *sitio*, *ff. de exercit. act.* et facit ratio illa, quod fines mandati diligenter sunt servandi *l. diligenter ff. mandat.* unde
eam tenuerunt *in d. §. igitur praepositio*, Odofred. Rom.
sing. 23. *et cons.* 461. *n.* 1. *vers. quae quidem*, Curt. Juo.
ad Alex. *in l. rescriptum*, *§. fin. in verb. solvi*, *ff. de pact.*
Fabian. de Mont. *de empt. et vend. in* 3. *q. princ. q.* 16. *col.*
2. *vers. et est advertendum*, Paris. de *resignat. lib.* 7.
quaest 24. *num.* 60.

3 At his non obstantibos, contraria opinio videtur magis recepta, quia eam tenuerunt signanter Paris. *cons.* 122. *num.*
1. *lib.* 4. Stracca de Decoctor. *§. mandati. sub num.* 23. Alphan. *in rubr. c. de eden. post num.* 50. Ural. ad Afflict.
decis. 285. *num.* 19. Fachin. *lib.* 2. *controvers. cap.* 93. Pascal. de Petr. *potest. cap.* 2. *part.* 1. *num.* 18. Gratian. *discept.* 20. *num.* 32. Add. ad Gregor. *decis.* 139. *n.* 8. Vinc.
de Franc. *decis.* 699. *num.* 4. *et per tot.* Surd. *decis.* 229.
num. 8. Rota coram Seraph. *decis.* 548. *num.* 4.

4 Ratio autem praecipua hujus opinionis est, quia si recte
solvitur, eum quo fuit contractum, ut docuit Bart. *in l. eum
qui ita*, *§. qui sibi aut filio. vers. idem dico in procuratore
ff. de verb. oblig. et in l. filius familias pueiscendo*, *c. de
pact. per text. in l. quod servus*, *ff. depositi*, *et in l. si u-*
5 *nus*, *ff. de pact.* et in terminis conductoris, quod recte solvat ei, qui sibi locavit etiam non domino est text. *in l. si
urbano*, *ff. de condict. indeb.* de quo infra.

6 Et ad text. *in dict. l.* 1. *§. igitur praepositio*, *ff. de exerc.
act.* in quo fundatur prima opinio, respondetur, loqui de procuratore constituto ad locandum cum taxativa tantum, ibi
vel si ad locandum tantum. Et ideo nil mirum si non debet
ulterius progredi, et exigere mercedes. At ex eo non potest
argui idem quoque dicendom esse, ubi mandatum sit simpliciter ad locandum, absque illa taxativa.

Concludendom igitur, qood licet de juris rigore quaestio
sit disputabilis, tamen in praedictis terminis procuratoris habentis mandatum ad locandum simpliciter absqoe taxativa et
qui locavit secunda opinio pro validitate solutionis retinenda
est tamquam magis recepta et verior, idque maxime si ex
7 qualitate procuratoris cesset suspicio, ut ponderavit S. Consilium neapolitanum penes Vinc. de Franc. *in d. decis.* 699.
ad fin.

8 Quae secunda opinio sic retenta ampliari etiam potest, ut
procedat quamvis talis procurator expresse locaverit, et stipulatus fuerit mercedam nomine domini, ex quo enim dominus approbavit ejus personam ad locandum, censetur etiam
eam approbasse ad recipiendum mercedem locationis, ut firmat
Gratian. *disc.* 20. *n.* 33. et quamvis procurator stipuletur do-
9 mino, tamen stipulatio habet fundamentum in personam ipsius stipulatoris, et ei tribuit actionem, et obligationem, licet cogi possit a domino eam sibi cedere actione mandati, *l.
pen. c. ad exhibendum*, Imol. *in leg stipulatio isto*, *§. alteri
num.* 2. et ibidem Jas. *num.* 11. *ff. de verb. oblig.* Natt *cons.*
262. *num.* 12. cum aliis latissime traditis per Surd. *decis.*
229. *num.* 14. quibus addo Bellon. *Jun. cons.* 63. *num.* 6.
et Rot. coram Cavaler. *decis.* 345. *num* 2. *quae est etiam in
rec. decis.* 660. *p.* 3. et coram Ubaldo *decis.* 233. *num.* 1.

10 Et licet dubitari possit an hoc procedat etiamsi verba stipulationis non fuerint tantum directa in ipsum stipulantem,
sed etiam in dominum absentem, et pro eo stipulatus fuerit
notarius, et quandoque Rota tenuerit negativam, ut videre
est *in decis.* 172. *num.* 5. post Cenc. *de cens.* tamen de jure verior est contraria opinio, quod scilicet etiam in praedicto casu, idem sit, ut late probat Surd. *dict. decis.* 229. *n.*
17. *et seq.* et agnovit Rota, ac proinde a dicta decisione recessit, ut habetur *in decis.* 174. *num.* 7. post eumdem Cenc. *de
censib.*

Si autem quaeratur an idem sit in procuratore constitu- 11
to ad litem peragendam cum conductore super ipsa solutione
mercedis, respondendum est negative, quia hoc jure utimur
ut litis procuratori non recte solvatur, dicit text. *in l. hoc
jure* 86. *ff. de solut.* et dixit etiam Rot. cor. Gregor. *decis.*
139. *num.* 4. *et in recent. decis.* 492. *num.* 3. *props finem
part.* 1. quae est Ubaldi *decis.* 136. *num.* 3. ubi et quod propterea neque potest ei fieri oblatio, nec interpellatio ad recipiendum.

Et redditur ratio in ipso textu praefato: nam absurdum est,
cui judicati actio non datur, ei ante rem judicatam solvi pos- 12
se. Unde arguitur, quod ubi talis procurator ad litem constitutus judicati agit, possit etiam ei solvi, ut per glos. ibi *in
verb. judicati*, et casus est si creditor sit expensarum, et dominus solvendo non sit, tunc enim ei dari, ut ex judicatione
satisfiat est tex. *in l. actoris* 30. *ff. de procurat.*

At si ita datus sit, ut solvi ei possit, clarum est quod con- 13
ductor ei solvendo liberabitur, ut habetur in eadem. *l. hoc jure*
86. *in fin. ff. de sol.* verum requiri mandatum expressum sensit 14
ibi glos. *in figur. cas.* et quod requiratur mandatum speciale
ad exigendum, dixit Rota *in decis. relat.* per Add. ad Gregor. *decis.* 139. *num.* 7.

Unde non satis esset locatorem constituendo procuratorem
ad litem cum conductore, addidisse in mandato clausulam
etc. quia talis clausula potest operari quoad omnia necessaria 15
ad lites peragendas, non autem pro receptione pecuniarum,
ut dicitur *in dict. decis.* 492. *part.* 1. *recent.* quae est penes Ubald. Sen. *decis.* 136. ubi etiam redditur ratio, nam
in extensione clausulae praedictae, possunt venire ea quae 16
sunt de natura actus, non autem alia DD. *in l. Gallus*, *§.
idem credendum*, ubi Jas. *num.* 7. *de lib. et posth.* vel ea 17
quae desunt ad complementum orationis jam coeptae, non
autem ea quorum saltem principium non est expressum Castr. *cons.* 10. *num.* 5. *lib.* 1. quod et tradidit Cravet. *cons.*
34. *num.* 7. et Rot. Bonon. *div. decis.* 140. *num.* 18. *et seq.*

Caeterum non solum male solvitur procuratori nullum ha- 18
benti mandatum, sed etiam habenti mandatum falsum, et
solvens non liberatur, *l. falsus procurator*, et ibi Bald. *num.*
28. et Alber. *num.* 15. *c. de furt.* Rot. *decis.* 76. *num* 1. *post* 2. *vol. cons. Farin.*

At haec conclusio limitari solet, ut non procedat, ubi sol- 19
vens habuit justam causam credendi eum, cui solvebat verum
procuratorem esse Bart. *in l. procurator n.* 15 et ibidem Roman. *num.* 11. et Alex. *num.* 16. *ff. de condict. caus. dat*,
Alex. *cons.* 120. *num.* 7. *lib.* 5. Giurba, qui plenissime alios
coogerit *decis.* 79. num. 20. Rot. *decis.* 566. *num.* 2. *part.*
2. *et decis.* 162. *num.* 11. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. et dec.* 786.
num. 6. coram Dunoz. Jun.

Et licet aliqui declarent dictam limitationem procedere in 20
debitore speciei, quia sicut debitor certae speciei liberatur
interitu rei debitae, non interveniente dolo, vel culpa, ita et
traditione rei facta bona fide. *l. incendium*, *c. si cert. petat.*
secus quando debetur certa pecuniarum quantitas, ut distinguendo tradit Castren. *in l. si procuratori num.* 8. *ff. de
condict. ob caus.* Franc. Marc. *decis.* 844. *num.* 2. *et seqq.
part.* 1. Anton. de Amat. *resol.* 20. *num.* 15. *et seqq.* et secuta est Rot. *in dict. decis.* 76. *num.* 2. *et* 3. *post* 2. *vol.
cons. Farin.* Tamen haec declaratio videtur procedere quan- 21
do solvens, non habebat aliquam, et justam causam credendi
eum esse procuratorem, alias enim tali justa causa existente,
bene solvit etiam pecuniam, ut ex mente ejusdem Castren.
in l. qui hominum, *§. si nullo*, *ff. de solut.* declarat Mandel.
cons. 462. *n.* 3. ubi etiam Add. et sequitor aliis adductis
Grass. *in tract. de except. exceptione* 26. *num.* 83. et in his
terminis solutionis pecuniarum loquitor Rota in suprascitatis
decis. inter recent. et coram Dunoz. Jun.

Pro justa autem causa credendi aliquem procuratorem ad 22
hunc effectum solet ponderari, si attulerit ordinem manuscriptum cum characteribus ita similibus fieri solitis a creditore,
ut quilibet diligens solvisset, Amat. *d. resol.* 20. *num.* 12.
ubi propterea dat cautelam solventi vigore similis ordinis, ut 23
curet illum creditori ostendi per fenestellas, quia, si decipitur, solvens excusatur. Sed iste videtur nimius rigor contra 24
creditorem, et magis placet, quod debeat ei ostendi ordo integer. prout censuit S. Cons. neapolit. penes Vinc. de Franc.
dec. 304. ubi Addan. alios ejusdem opinionis referunt, vel
recurrendum ad comparationem litterarum, ut periti judicent
an solvens sit in culpa, quo casu tenetur ad iteratam solutionem secundum Ang. *in cons.* 370. *num.* 1. *ante med. ver.* 25
unde dicerem. et num. 2. *post. med. ver. concludo igitur*,

Paciani 57

ubi requirit falsitatem manifestam, et evidentem, quod ta-
men facilius admitti posset, si adesset falsificatio tantum in
parte, in quibus terminis loquitur Aug. secus si in totum, ut
advertit Scaccia *de camb.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 396. *et seq.* et
facilius etiam excusaretur solvens, si ordo non esset falsus,
sed male scriptus, et male ab eo intellectus, si apud omnes
interpretari potuisset, prout ipse illum interpretatus esset
Angel. *d. cons.* 370. *num.* 2. *vers. et sic dictum.*

26 Item pro justa causa credendi aliquem verum procurato-
rem solet adduci, quod faciens se talem, gereret negotia cre-
ditoris, et publice pro ejus exactore haberetur, ut *in d. dec.*
566. *num.* 2. *port.* 2. *recent.* quae est coram Ubald. *decis.*
214. *et in dicta decis.* 262. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 2. *recen-
tior.*

Quae etiam procedunt in habentibus mandatum a lege,
uti est tutor, nam si conductor pupilli ei solvat liberatur, *de-
cis.* 715. *num.* 1. *part.* 1. *div. et decis.* 714. *num.* 1. *part.*
27 3. *recent.* Et hoc procedit quamvis pecunias recipiens non
sit actualis et legitimus tutor, dummodo pro tutore se publi-
ce gerat, Soccin. Sen. *cons.* 153. *num.* 3. *et* 4. *lib.* 2. Rot.
decis. 89. *num.* 9. *port.* 1. *div. et decis.* 659. *num* 3. *part.*
2. *et decis.* 714. *num.* 1. *part.* 3. *recent.*

28 Justior autem causa credendi, et liberandi solventem erit, si
ille cui solvit, mandatum a lege, aut ab homine vere habuit, li-
cet fuerit revocatum, si ipse solvens revocationem ignorave-
rit, *l. fidejussor.* §. *si cum debitor*, *ff. mandat.* cum concor-
dant. relat. per Caseunt. *cons.* 9. *n.* 30. *et* 31. et latectiam
Giurb. *decis.* 79. *n.* 20. Rot. *dec.* 681. *n.* 2. *part.* 1. *recent.*

Et in omni casu coadjuvarent circumstantiae, et praeci-
29 pue qualitas personae exigentis, nam si faciens se procurato-
rem esset valde conjunctus locatori, uti si esset filius, vel fra-
ter, verisimilius esset mandatum, et facilius excusaretur cre-
dulitas conductoris ei solventis Abbas *cons.* 7. *num.* 4. *lib.*
2. Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 11. Rot. *decis.* 472. *n.*
8. *port.* 9. *recent.*

Quod, et facilius dicendum erit in marito, licet enim ejus
30 mandatum, quod a lege habet in rebus uxoris per text. *in l.
maritus* 21. *c. de proc.* restringatur ad bona dotalia et para-
phernalia, et non procedat in extradotalibus, ut tradunt Alex.
cons. 90. *num.* 5. *lib.* 2. Hond. *cons.* 66. *num.* 87. *lib.* 1. ta-
men de consuetudine hodie mariti solent omnia uxorum sua-
rum bona administrare, ut dixit Cravet. *cons.* 91. *num.* 7.
et post eum Rot. *decis.* 647. *num.* 7. *part.* 4. *et decis.* 529.
num. 8. *part.* 5. *recent.*

In his inquam personis sic conjunctis facilius admittitur
31 verisimilitudo mandati, et excusatio solventis, quatenus alia
concurrant, nam sola conjunctio clarum est, quod non suffi-
cit ad sustinendam solutionem, et reportandam liberationem
Bald. *in l. cum maritum num.* 1. *in fin. c. de procurat.* Soc-
cin. Jun. *cons.* 106. *n.* 33. *lib.* 2. Beitra. *cons.* 238. *n.* 1.
part. 1. *lib.* 1. Negusen. Jun. *cons* 46. *n.* 29. Ilasol. *cons.*
37. *num.* 38. *et seqq.* Cartar. *decis.* 30. *num.* 8. *et seqq.* li-
32 cet conjuncte persone possit agere ad effectum deponendi
Ripa *in cap. cum M. Ferrarien. num.* 6. *ante fin. de con-
stit.* et quod persona conjuncta possit agere pro conjuncta
33 cum cautione, licet non possit exigere, dicit etiam Beitran.
d. cons. 238. *num.* 1. *lib.* 1. *port.* 1. habeut enim conjuncti
34 mandatum a lege ad agendum, *l. sed et haec* 35. *ff. de proc.*
l. exigendi, *c. eodem*, et passim admittuntur dummodo pro-
mittant de rato Salicet. *in d. l. exigendi num.* 7. *vers. ve-
rum tamen*, Felin. *in cap. coram num.* 5. *de offic. deleg.*
Vestr. *in proxl lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. et qualcuus ex cir-
35 cumstantiis, et immodicitate summae videatur non sufficere
promissionem de rato, admittendi erunt ad agendum praesti-
ta fidejussione Natt. *cons.* 144. *num.* 11. si autem quaeratur
36 usque ad quem gradum conjunctionis hoc procedat, ut con-
junctus admittatur pro conjuncto, sunt variae opiniones; nam
Bart. *in d. l. sed et hae*, tenet quod usquequo vocantur ad
successionem, et sic usque ad decimum, et idem tenet etiam
Cassan. ad consuet. Burgun. *rubr.* 4. §. 5. *num.* 21. quod ve-
ro tantum usque ad quartum gradum et non ultra, tenet in
eadem, *l. sed et hae.*, Bald. *num.* 1. et alii cum quibus transit
sit Covar. *varior. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 5 *in prine.*

37 Et juvari etiam posset verisimilitudo mandati per conje-
cturas quia mandatum procurae etiam conjecturis convinci-
tur, et sufficienter probetur Cassad. *decis.* 3. *num.* 4. *de pro-
cur.* Seraph. *decis.* 1326. *n.* 2. Gregor. *decis.* 44. Royas. *dec.*
70. *num.* 2. *et seqq. per tot.* ubi ponderat see conjecturas.

38 Et quamvis praedicta quoque conclusio facilius procedat in
judicialibus ad sustinendas sententias, et alia acta cum pro-
curatoribus gesta, in quibus terminis loquuntur praecitatae
decis. et non ita facile admitti debeat, ubi agitur de manda-
to ad exigendum, cum istud non probari posse nisi per au-
tenticam scripturam, docuerit Bald. *in l. falsus. num.* 27.
c. de de furtis, cum quo transit, licet propter ejus auctori-
tatem, cum neminem contradicentem invenerit potius quam
propter ejus rationem Alex. *in l.* 1. *in fin. n.* 16. *vers. li-
mita tamen*, *c. de procur.* et sequitur etiam ibidem Jas. *n.*
9. Cremens. *sing.* 139. Rim. Sen. *cons.* 1. *num.* 28. Mantic.
de tacit. lib. 7. *tit.* 3. *num.* 26. *vers. hoc tamen*, Boer. *dec.*
281. *num.* 2. tamen haec opinio Baldi, quatenus sit vera, 39
procedit inter asserentem se procuratorem, et solvere deben-
tem, antequam facta sit solutio, ut nempe non possit iste com-
pelli solvere per dicentem se procuratorem ad exigendum, ni-
si doceat de mandato procurae per authenticam scripturam,
at secus est postquam facta est solutio ad eam sustinendam
contra creditorem, quia tunc mitius agendum, et admittenda
est non solum alia quaecumque legitima probatio, sed etiam
verisimilitudo, et justa causa credendi, juxta praecitatas au-
ctoritates, et prout declarando dictam doctrinam Baldi post
Bellencin. *de charitat. subsid. quaest.* 111. *num.* 11. *et per
tot.* late distinguit Gratian. *discept.* 505. *num.* 51. *et seqq.* 40

Solvitur etiam recte merces rei locatae ei qui locavit, e-
tiamsi non sit dominus, sed merus praedo, ut est text. *in l.
si urbana* 55. *ff. de condict. indeb.* Abb. *cons.* 16. *num.* 2.
ad med. part. 1. Alex. *cons.* 120. *num.* 7. *lib.* 5. imo ex lo-
catione praedonis non competit actio domino, ut notat Bart. 41
in dicta l. si urbana in princ. et verum esse si dominus
non sit persona privilegiata, ut ei acquiri possit ex con-
tractu alterius, qualis est miles, et ecclesia, dicit ibid. Ca-
stren. *num.* 4. Ang. *num.* 2. ubi idem de minore, et Jas. *n.*
13. et alii.

Hinc infertur, quod si solvatur praelato intruso bene solvi- 42
tur. ut post canonistas antiquos notat ibidem Castr. *num.* 5.
sed hoc indistincte procedit solum, ubi solvens ab eo condu-
xerit secus autem si conduxerit a praelato vero Bart. *ibid. n.*
4. Dec. *cons.* 407. *n.* 1. Ger. Spin. *cons.* 5. *n.* 11. Rota *dec.*
624. *n.* 11. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.* et videtur etiam clare haberi
in d. l. si urbana. vers. quod si vecturas, hoc enim casu, qui 43
conduxerit e praelato vero, in tantum bene solvit intruso, in
quantum habeat justam causam credendi eum esse praelatum
verum, uti quia habeat confirmationem superioris; licet, de
jure non subsistentem, vel diu possederit idem Bart. *ibidem
num.* 4. *vers. quod intellige*, cum quo transeunt communi-
ter DD. ut testatur Ruin. *cons.* 150. *num.* 7. *lib.* 1. et cum
eo Corbul. *de jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob non sol.
can. lim.* 24. Amic. *eodem tract. quaest.* 100. *ad fin.* Rot.
coram Burat. *decis.* 2. *num.* 3. *et seq.* ubi dummodo cesset
dolus, vel lata culpa, et ibi Adden.

Unde licet aliqui videantur velle requisi dictam justam
causam credendi praelatum verum indistincte, imo etiam lo-
quendo in terminis *d. l. si urbana*, et sic ubi facta ab eo sit
locatio relati per Castr. *in eadem. l. n.* 5. et latius per Can-
cer. *var. part.* 2. *cap.* 6. *num. mihi* 40. tamen hoc intelligi
debet cum praedicta distinctione, ut scilicet tunc sit necessa-
ria justa causa credendi eum cui solvitur esse praelatum ve-
rum, vel dominum cum ipse non locavit, ubi enim condu-
ctor cum eo contraxit absolute bene ei solvit, ut patet ex *d.
l. si urbana*, et facit communis conclusio, quod ei, cum quo
quis contraxit recte solvitur, etiamsi sciatur eum non esse do- 44
minum. et pecuniam ad eum non pertinere, quam pluribus
relatis, firmat Surd. *cons.* 150. *num.* 108. *et decis.* 229. *n.*
10. *et seq.* ubi praecise loquitur in terminis conductoris Ad-
den. ad Burat. *decis.* 2. *num.* 18. Adden. ad Gregor. *decis.*
511. *num.* 32. Rot. coram Cavaler. *decis.* 345. *num.* 2.

Ex eo tamen, quod text. *in d. l. si urbana*, loquitur ex-
presse de locatione praediorum urbanorum, oritur dubium,
an idem juris sit si praedo locet praedia rustica, et glos. ibi
in ver. Praedia, respondet idem esse, quatenus locatio sit in
pecunia, quae est vera locatio. Unde Bart. ibidem advertit 45
eam sentire aliud esse in colono partiario, et in hoc cum ea
transit reddendo rationem, quia hoc casu solverentur prae-
doni fructus, qui essent ipsius domini, prout dicitur in fine
ipsius legis, et quidem quosque fructus non sint e solo sepa-
rati, et percepti semper sunt ipsius domini non autem con-
ductoris, ut explicatum est *in cap.* 33. et ideo de illis nun-
quam bene solvit conductor ei qui non est dominus quamvis
ab eo conduxerit Rot. *decis.* 64. *num.* 4. *et* 5. *part.* 14. *re-
cent.*

Advertat tamen conductor quod praedicti non domini in 46

casibus praedictis eum liberabunt recipiendo actualem solu-
tionem, non autem faciendo ei simplicem confessionem de re-
cepto, et liberationem, quia etiam habens mandatum expres-
sum, et clarum ad exigendum, non potest hoc modo liberare
ad text. *in l. si unus.* 27. *ff. de pact. et in l. non abstulit* 4.
c. de novat. Aret. *cons.* 4. *num.* 3. ubi de communi; et ve-
rissima Capyc. *decis.* 16. *num.* 7. Gratian. *decis.* 20. *num.*
36. *et seq.* Rot *decis.* 528. *num.* 3. post Cenc. *de cens.* prae-
47 cipue si confessio sit mere voluntaria, ut de solutione anti-
cipata, quia nec per habentes mandatum a lege fieri valet, ut
de tutore habetur *in l. Lucius, ff. de admin. tutor.* et de prae-
lato Menoch. *cons.* 38. *num.* 37. et de utroque in his prae-
cisis terminis confessionis de receptis pensionibus rei locatae
firmat Scapuccin. *de sing. success ampliat.* 16. *sub n.* 5. et
ideo multo minus habentes tantum mandatum, putativum et
verisimile, seu falsum, aut tacitum ex eo quod secum contra-
ctum fuerit, ut tradit Surdus *decis.* 229. *n.* 32. *vers. quod
si forte, et* 33. ubi etiam Hostiens. *in princ.* et notandum
docet in servis, et filiisfamilias, cum quibus est contractum
Angel. *in d. l. si unus.* n. 3. nec poterit conductor, qui sim-
plicem confessionem de recepto reportavit juvari, dicendo se
48 actualiter solvisse, quia quatenus confessio de recepto saltem
de consuetudine probet veram solutionem id procedit solum
contra illum qui eam fecit, non contra alios Natta *cons.* 438.
n. 9. *vers. potest*, et aliter in his terminis Gratian. *decis.* 20.
n. 36. et declaravit Rot. coram Andrea. *decis.* 55. *n.* 4. *et* 5.

Caeterum dubitari saepissime solet de duratione facultatis
exigendi pensiones locationis, et licet sint prope infiniti ca-
sus, tamen perstringendo materiam in quantum fieri potest, ut
semper cordi est, distinguo inter eos, qui exigunt nomine a-
lieno, seu pro aliis, ut procuratores, et administratores, et eos
qui exigunt nomine proprio. Et quoad priores jus mentio-
num videtur non a potestate eorum, sed ab opinione, et bo-
na fide conductoris solventis, dum ut dictum est supra, recte
solvit etiam procuratori falso, dummodo habeat justam cau-
sam credendi eum procuratorem verum num. 19. et procu-
ratori actualiter revocato usque, quo sciet revocationem *n.*
28. At e contra non solum ubi scit mandatum fuisse revoca-
49 tum, seu administrationem terminasse, sed etiam ubi habet ju-
stam causam credendi dominum amplius nolle eos exigere,
debet abstinere. et amplius eis non solvere ad text. *in l. quod
servus* 11. ubi Bart. *in sum. ff. de pos.* Franc. Becc.
cons. 19. *num.* 5. *ad med.* Scacc. *de camb.* ₰. 2. *glos. num.*
35. Cavaler, *dec.* 345. *num* 1.

Quo autem ad secundos in primis firmari posset, quod de
rigore, et subtilitate juris quando ipsi locarunt, et sibi solvi
pensiones stipulati sunt acquisierant actionem, eamque sem-
per retineant donec illam specialiter cedant, aut aliter ea pri-
vati sint, et sic conductorem semper eis legitime solvere us-
quequo talem cessionem, vel privationem sciverit nec atten-
di, quod sciverit locatorem dominum non fuisse, vel domi-
nium amisisse, ut, si conduxerit a praedone, quod bene
ei solvet etiam sciens praedonem esse, et non posse verum
dominum exigere nisi fuerit de personis privilegiatis, qui-
bus actio quaeritur per alium, vel cessionem a praedone repor-
taverit, dictum est supra *num.* 40. *et* 41. Et de domino post
50 dominium in alium translatum, puta per venditionem est
text. *in l. Julianus* 14 ₰. *si fructibus, ff. de act. empt.* ibi
*sin locatus ager fuit pensiones utique ei cedent, qui loca-
verat.*

51 Verum quia non propterea debet dominus, qui rem alie-
navit post alienationem factam gaudere commodo illius per-
cipiendo pensiones, sed debet actiones cedere emptori, vel
etiam pensiones exactas illi restituere, ut declarant *in d.* ₰.
si fructibus, Bart. *in sum.* Castr. *numer.* 2. et alii Covar.
var. cap. 15. *numer.* 3. *in princ. lib.* 1. et dubitari solet
pro quo tempore, seu rata pensionum debeat talem
cessionem, vel restitutionem facere, aut que alii quam
plures casus, in quibus de hac pertinentia pensionis, seu ali-
cujus ejus termini, vel rate in occasione mutationis dominii
vel juris percipiendi fructus, dubitare contingit, ideo tran-
seundo ad istos, quia dubium cadere solet quando pensionis
52 solutio est constituta pro toto anno, vel simili tempore, et ac-
cidit mutatio dominii, vel juris percipiendi fructus intra
illud, praemittendum videtur, quod si pensio sit annua, sci-
licet constituta pro toto anno, censetur constituta, et debita
ratione omnium fructuum. seu aliarum commoditatum, quae
percipiuntur ex re locata in toto illo anno, pro quo conventa
est, qui annus computari solet a die constitutionis, nisi ali-
ter sit conventum, non secus ac in pensione ecclesiastice ex-
plicant Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 190. *vers. ete-
nim annuae.* Seraph. *decis.* 24. *in princ.* Penia *decis.* 703.
num. 3. Cavaler. *decis.* 129 *num.* 3. Coccin. *dec.* 327. *num.* 53
1. nec attenditur, quod fuerit destinata ejus solutio in una,
vel pluribus certis diebus. quia id fit gratia commodioris solu-
tionis, vel exactionis, et sic, quamvis destinata sit ante per-
ceptionem fructuum, vel aliarum commoditatum, non desi-
nit esse debita ratione illarum, sed tunc dicitur anticipata,
et si solvatur post, dicitur posticipata, ut in eisdem terminis
declarant Paris. *de resignat. part.* 1. *quaest.* 9. *num.* 52. Ca-
valer, *d. decis.* 129. *numer.* 2. Rot. post Vivian. *de jure
patr. decis.* 99. *n.* 1. qui quidem termini pensionis eccle-
siasticae applicantur etiam in proposito pensionis laicalis ex 54
locatione bonorum debita, quia est eadem ratio Gratian. *dec.*
20. *num.* 46.

Hoc posito sequitur, ut in praedictis casibus, pro decisione 55
dubii ad quem spectet aliquis terminus pensionis, videndum
sit ad quem pertinerent fructus quorum ratione ipsa pensio
debita est, et ab ipsa pertinentia fructuum resolvenda quae-
stio pertinentiae pensionis, prout in terminis mortis usufru-
ctuarii, quo casu ususfructus consolidatur cum proprietate, et
sic ad proprietarium transit jus percipiendi fructus, quod non sit
curandum non cessisse diem destinatae solutionis mercedis rei
locatae, sed dummodo ante diem mortis conductor perceperit
fructus illius anni a die locationis computati, pensio debeatur
haeredi ipsius usufructuarii, non autem proprietario, et qui
proprietarios, et usumfructum reperitur habere de tempore
quo evenit dies solutionis est text. expressus *in leg. defuncta*
64. *in princ. ff. de usufr.*

Et idem dicendum est in casu venditionis rei locatae, quia 56
militat eadem ratio cum et fructus rei venditae nondum per-
cepti spectent ad emptorem etiamsi maturi, et proximi se-
collectioni existant, *l. Julianus.* 14. ₰. *si fructus in princ.
ff. de act. empt.* non autem percepti, dummodo sint separati 57
a solo etiamsi in fundo adhuc existant, prout habetur. *in l.*
2. c. *de act. empt.* et ibi notat Bald. et Salic. et alii teste
Grato *cons.* 18. *num.* 22. *lib.* 1. et proinde si de tempore
quo facta fuit venditio fructus erant percepti, pensio eorum
ratione debita pertinebit ad venditorem, etiamsi nondum 58
cessaverit dies quo fuit destinata illius solutio, et e contra, si
non erant percepti, pertinebit ad emptorem licet jam cessis-
set dies destinatae solutionis, imo et si actualiter exacta fuis-
set per venditorem, deberet ei restitui Bart. *in l. fin.* ₰. *fin.
in fin. ff. de jur. fisc.* Covar. qui alios antiquiores refert. *va-
rior. cap.* 15. *num.* 3. *vers. sed hoc lib.* 1. Bertan. *claus.*
26. *glos.* 13. *num.* 9. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.*
35. ubi de communi Gratian. *discept.* 20. *num.* 46. Costa de
rata *quaest.* 129. *num.* 1. *et seq.*

Et quatenus fructus sint percepti pro parte, et pro parte 59
non, tunc debebitur pensio utrique pro rata eorumdem fru-
ctuum Alex. *cons.* 82. *num* 16. *in fine lib.* 2. et aliis addu-
ctis Peregr. *de jur. fisc. d. tit.* 4. *num.* 35. *vers. illud tamen*
et quatenus pensio sit divisa, uti si pro frumento debeant dari
tot corbes frumenti, et pro reliquis tanta pecunia, et tempo-
re venditionis sit perceptum solum frumentum, illi corbes
solum spectabunt ad venditorem Cuman. *consil.* 20. *ad fin.* 60
quatenus vero fructus, vel aliae commoditates quarum ratio-
ne solvitur pensio percipiuntur dietim, ut in hortis, et domi-
bus, et similibus, tunc pro rata temporis facienda erit divi-
sio pensionis Gratian. *disceptat.* 20. *n.* 45. Vinc. de Franc.
decis. 79. *per tot.* ubi de hospitio et domo, *et decis.* 160. *n.*
6. Peregr. *decis. patav.* 83. *num.* 9. et idem in pensione
ecclesiastica, quod ubi pars fructuum beneficii ante cessio-
nem, seu translationem pensionis percepta est, pro ea rate 61
debeatur transferenti pensio, aut etiam eo mortuo ejus hae-
redibus Caeciel. *de pension. qu.* 25. *num.* 2. *vers. superest
pulcher. artic. et seq.* Gigas *eod. tract. quaest.* 63. *num.* 3.
Houd.. *cons.* 85. *num.* 25. *lib.* 2. Patian. *cons.* 116. *n.* 14.
et seq. Et quatenus fructus beneficii percipiantur dietim,
quod debeat fieri divisio pensionis pro rata temporis Gabr.
cons. 191. *num.* 5. *lib.* 2. ubi exemplificat in fructibus hor-
torum, domorum, et pascuorum Mohedan. *decis.* 6. *prope fin.
vers. fuit dictum tit. de locat.* ubi dummodo fructus sint ta-
lis qualitatis quod locentur quotidie, licet solutio fiat certis
temporibus Houded. *dict. con.* 85. *num.* 27. Rot. *dec.* 680.
vers. pro hujus controversiae, et per tot. part. 4. *divers.*

Et ab hac opinione non est recedendum cum sit verior,
ut dicit Gratian. *d. discept.* 20. *numer.* 40. *vers. quia
verior*, ut patet ex quo habet pro fundamento text. expressum
in praedictis. *l. defuncto* 64. *in princ. ff. de usufr.* licet ali-

62 qui voluerint pensiones non exactas reputandas esse pro fru-
ctibus pendentibus, et spectare propterea absolute ad empto-
rem, ut signanter Roman. *cons.* 10. Mandel. *cons.* 138. *num.*
5. Ruden. *resol.* 30. *num.* 3.

63 Casus tamen est, quo absolute attenditur an evenerit dies
solutionis pensionis, et ubi non evenit ad emptorem spectat,
nempe venditione facta a fisco de qua est text. expressus *in*
l. fin. §. *fin. ff. de jur. fisc.* ubi Bart. rationem reddit, quia
emens e fisco tenetur stare colono, et sic jus coloniae, et loca-
tionis ad eum transit, ac proinde vult etiam, quod generali-
ter ubicumque idem est, quod scilicet ad emptorem transeat
64 jus coloniae, idem servandum sit quoad pensionem, ut sensit
etiam Peregr. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 35. *ad fin.*

65 Et quoniam non est dubium, quod aliter in actu vendi-
tionis conveniri potest, cum possit venditor sibi reservare
aliquam pensionem, quae de jure pertineret ad emptorem, vel
66 e contra aliquam cedere, quae sibi pertinere deberet, animad-
vertendum, quod requiruntur verba clara alias in dubio cen-
serentur partes se conformasse cum praedicta juris dispositione
et in specie, quod non sufficiat clausula *cedens etc.* ad hoc ut
venditor censeatur cessisse actionem personalem sibi compe-
tentem pro pensione debita ratione fructuum perceptorum
67 Costa de rata *quaest.* 129. *num.* 20. minusque sufficeret di-
ctum esse emptorem debere consequi omnia mobilia, et alia
ad quae tenetur conductor, quia dictio, *alia*, restringitur ad
similia, et sic non comprehendit pensionem secundum Surd.
68 *decis.* 265. *num.* 24. At si expressum esset debere emptorem
assequi pensiones, non posset intelligi de futuris tantum, et
sic ad debitas de jure ipsi emptori restringi, sed intelligi de-
beret de maturatis, et debitis ipsi venditori Surd. *d. decis.*
265. *num.* 22. *et seqq.* ubi allegat *l. insulam* 60. et ibi no-
tata per Bart. *ff. locat.* et addit rationem, quia omnia dis-
positio restringitur ad praesentia, non ad futura. Verum
quoad auctoritates, Bart. quidem notat per illum textum quod
pactum praedictum, deberi pensiones emptori, intelligitur
de debitis venditori, sed textus, juxta quem debet, et ipse
Bart. intelligi, loquitur in alia quaestione, videlicet, ubi
venditor pro certa pensione locasset, et conductor pro alia ma-
jore sublocasset, et decidit pactum intelligi de minori em-
ptori debita, et non de majori debita primo conductori.

Idem autem, quod dictum est in casu venditionis rei loca-
tae dicendum erit in aliis casibus non solum translationis do-
minii per viam contractus, sed etiam ex dispositione per ul-
timam voluntatem, ubicumque procedat eadem ratio perti-
69 nentiae fructuum pro quibus pensio solvitur, unde in fidei-
commissis, quoniam constat in eorum restitutione, fructus
70 perceptos non venire, ut dicit text. *in l. in fideicommissario*
18. *in princ. ff. ad trebell.* dicendum erit nec venire pen-
sionem pro eis debitam, ut firmat Alex. *cons.* 82. *num.* 16.
lib. 2. Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *num.* 96 ubi etiam
71 Censal. *vers.* 9. *sit assertio.* etiam si percepti sint post puri-
ficatum fideicommissum usquequo fideicommissarius petierit
illud sibi restitui, *l. mulier* 20 §. *si haeres, ff ad trebell*
Soccin. Sen. *cons.* 43. *num.* 5. *vol.* 3. Iutrighol. *de sub*
stit. cent. 3. *q.* 74. *num.* 32. Bardell *cons.* 25. *per tot.* exce-
72 ptis tamen casibus in quibus dominium transit ipso jure in fi-
deicommissarium absque gravati restitutione, quia tunc deben-
tur ei a die purificati fideicommissi Bart. *in d. l. in fideicom-*
missaria num. 4. Cephal. *cons.* 215. *num.* 48. *et seq* Me-
noch. *de arbitr. cas.* 256. *num.* 28. Crass. *in* §. *fideicom-*
missum quaest. 49. *num.* 5. Rauden. *decis.* 62. *num.* 65.
Surd. *decis.* 25. *num.* 19. ubi de communi Merlin. *dec.* 366.
num. 2. cum aliis declarationibus, quas sciens omitto, quia
non est mea materia, at ubi fructus, eveniente casu restitu-
73 tionis fideicommissi, fuerint percepti in parte etiam pensio
pro rata parte illi correspondente non debebitur fideicommis-
sario, sed haeredi gravati Alex. *d. cons.* 82. *num.* 16. *in fin.*
lib. 2, Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *num.* 97. ubi etiam
Censal. *vers.* 9. *sit assertio,* Fusar. *quaest.* 626. *num.* 71.
et 72.

74 Et licet aliqui limitent, si locatio facta sit a testatore, vo-
lentes tunc pensionem inexactam absolute pertinere ad fi-
deicommissarium ea ratione, quia haereditas ei sit restituenda,
prout est de tempore restitutionis faciendae, et sic una cum illa
actio pro consecutione pensionis, ut per Rot. *decis.* 458. n.
3. *et seqq* post Cenc. *de cens.* Idque praecipue, ubi res loca-
ta non reddit sua natura fructus, itaut tanto magis pensio
75 procedat a stipulatione testatoris. Tamen talis limitatio pro-
cedit quando agitur de pensionibus illis, seu aliis annuis prae-
stationibus, quae non debentur respectu fructuum, seu alia-
rum commoditatum, quae naturaliter ex re locata percipiun-
tur, prout essent census, et fructus locorum montium, usu-
rae, et poenae, aliaeque similes accessiones provenientes ex fa-
cto testatoris, non autem in solita pensione locationis praedi-
ctarum rerum, ut declarat Bero. *cons.* 133. n. 9. *lib.* 2. Pe-
regr. *de fideicom. art.* 49. *num.* 66. *post med. et num.* 68.
et 69. ubi idem in effectu tenet etiamsi agatur de pensione
domus, licet quadam sua ratione, quia scilicet sicut haeres
gravatus debet pro toto tempore quo possedit solvere onera
bonorum, ita sic pensiones passivas, ita etiam assequi debeat
activas. Et quod in pensione domus, quia commoditas pro-
pter quam solvitur percipitur dictim, debeat etiam pro rata
temporis fieri divisio illius inter haeredem, et gravatum la-
te Fusar. *de subsist. quaest.* 626. *num.* 73. Rot. coram Man-
tic. *decis.* 14. *num.* 16. sequendo declarationem factam a Ga-
br. *cons.* 191. *num,* 5. *et* 6. *lib.* 2. qui loquitur in proposito
pensionis ecclesiasticae, licet enim pensiones domorum, et si- 76
miles provenientes ab usu rei sint fructus civiles, tamen de
eis judicari solet ac de naturalibus, ut probat text. *in l. si*
navis, et ibi Bart. *in summa ff. de rei vindic.* et aliis addu-
ctis firmant Franc. a Ponte *cons.* 32. *num.* 3. Manent. *decis.*
34. *num.* 20.

Praeterea dicta limitatio procedit tantum in fideicommis- 77
so universali totius haereditatis, secus autem in particulari,
vel etiam generali, quia in his non veniunt accessiones, et
augumenta Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *cod. de usur.* Alex. *in l.*
grege legato num. 2. *ff. de legat.* 1. Mantic. *decis.* 14. *num.*
3. licet contrarium probare conetur Bero. *cons.* 133. num.
18. *lib.* 2.

Attenditur igitur perceptio fructuum ad dignoscendum an
et pro qua rata debeatur pensio in praedictis, et similibus
casibus, in quibus fructus, dummodo sint percepti, ad unum
pertineant, et quatenus non sint percepti spectant ad alium,
at si non sit ita, sed fructus alicui pertineant ratione alicujus 78
oneris sustinendi, et in quantum onus illud sustineat, tunc
eadem ratione, quia pensio debetur ratione fructuum, et
propter ipsos fructus, et sic eidem cui pertinent fructus, et
pro rata pertinentiae eorum, sequitur, ut non attendi debeat
perceptio, vel ne, et rata actualis perceptionis, sed an onus
illud sustinuerit, et rata temporis quo sustinuit, et juxta eam
illi debeatur rata pensionis rei locatae, prout debita esset ra-
ta fructuum illius, casus est in marito cui cum debeantur fru-
ctus rei dotalis pro sustentandis oneribus matrimonii, si ma-
trimonium dissolvatur in medio anni pro quo locata fuit res 79
debetur etiam ei medietas pensionis nulla habita ratione,
an advenerit dies solutionis, aut percepti fuerint fructus,
vel ne, ut est text. *express. in l. divortio* 8. *ff. sol.*
matr. et idem procedere in aliis casibus, ubi pensio debetur
pro certo onere subeundo tradunt Ferret. *cons* 372. *num.*
12. et Garzias *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 118.

Unus autem ex sociis bene totum exigit, ac judicialiter pe- 80
tit, *l. si unus* 28. *in princ. ff. de pact.* et ibi DD. et signan-
ter Ang. *num.* 5. ubi licet non paciscatur neque novet Bart.
in l. ex duobus num. 1. *ff. de duob. reis.* Roncbegal. *in l.*
eadem num. 50. *ff. eod. tit.* Roman. *cons.* 109. *in princ.* e- 81
tiamsi habeat minorem partem in societate, ut post alios tra-
dit Jos. Ludov *decis. lucen.* 25. *num.* 14. et etiamsi dissoluta 82
sit societas dummodo solvens probabiliter ignoret dissolutio-
nem, bene ei totum solvit Costa *de jur. et fact. ignor. cent.*
1. *dist.* 52. *num.* 12. Felic. *de societ. cap* 30. *n.* 55.

Imo expedit socio exigere totum, et non solam partem 83
suam, quia si exigit partem suam tantum, potest conveniri a
consocio, ut eam communicet, cum communio sit in quali-
bet parte, et non potuerit ipse ex se dividere, ut in bis ter-
minis exigentes medietatem pensionis rei communis loca-
tae probat Caroc. *de locat. tit. de re commun. numer.*
46. *et* 47. ubi quod vulgares dicerent non habui nisi portio-
nem meam tu exigas portionem tuam, nolo communicare, et
tamen vidit judicatum pro communicatione, nec sine juris
fundamento, dicit enim text. *in l. si quis putans* 6. §. *sive*
autem, ff. comm. divid sive autem locando fundum com-
munem, sive colendo, quid socius consecutus sit communi
dividundo judicio tenebitur.

Quod tamen certius procedit, ubi debitor effectus sit non 84
solvendo, vel aliter consocius non valeat ab eo partem suam
consequi, quia quod tunc possit ab alio socio, qui suam
obtinuit petere executionem, et non sit melior conditio
occupantis est text. *in l. verum* 64. §. *si cum tes. ff pro soc.*
et tradunt. Petr. de Ubald. *de duob. fratr. p.* 12. *num.* 3.
Planuc. *de invent. part* 5. *num.* 148. *vers. vel quando ex-*

sent socii ante fin. Costa de rata *quaest.* 99. *num.* 8. ubi videtur loqui in casu, quo socius propter inopiam propriam non potuerit incumbere exactioni Felic. *de societ. cap.* 30. *num.* 54. ut quod alias qualenus debitor communis sit solvendo, contrarium sit dicendum, tradunt. *glos. in l. si Titius* 63. *vers. non consecuturum, ff. pro soc.* et ibidem Odofred. *ad fin.* Carocc. *in decis* 109. *num.* 52. quod tamen non videtur placere Falgos. *in d. l. verum,* §. *si cum tres*, et de rigore juris placere non potest propter verba dictae *l. si quis putans*, supra relata, sed ex sola aequitate attentis facti circumstantiis.

De tempore solutionis mercedis rei locatae.

SUMMARIUM.

1. Solutio mercedis facienda est in fine locationis juxta veriorem opinionem.
2. Promissum in dubio censetur, quod minus est.
3. Minus solvere dicitur, qui tardius solvit.
4. Solutio mercedis quando facienda sit attenditur conventio partium.
5. Ampl. ut attendatur voluntas tacita, et conjecturata.
6. Et attenditur consuetudo.
7. Consuetudines diversae locorum referuntur.
8. Voluntas solvendi in certo tempore arguitur ex intentione contrahentium.
9. Et quandoque tempus appositum ex fructuum perceptione.
10. Rustici regulariter non habent quomodo solvant, nisi percipiant fructus.
11. Merces si solvi debet ex fructibus expectari debet tempus, quo fuerint percepti.
12. Ampl. etiamsi non sit dictum solvi debere ex fructibus fundi locati.
13. Consuetudo circa solutionem in pecunia numerata habet etiam locum si pensio sit in fructibus.
14. Decl. procedere si consuetudo fiat post perceptionem fructuum, non e contra.
15. Solutio mercedis facienda est in fine locationis etiamsi locatio sit ad plures annos.
16. Lim. si sit pro tempore tam longo, ut verisimile sit partes sensisse fieri in principio.
17. Lim. 2. si pensio sit distributa in singulos annos.
18. Stante pacto, quod solutio fiat de anno in annum intelligitur, quod solutio fiet in fine cujuslibet anni.
19. Tempus in dubio semper censetur adjectum gratia promissoris.
20. Ampl. sive sit positum in accusativo, sive in ablativo.
21. Stante pacto, quod solutio fiat de anno in annum intelligitur in fine ubi attenditur consuetudo contraria.
22. Merces regulariter solvenda in fine anni etiamsi tempus quo durare debeat locatio, sit dubium.
23. Solutio facienda pro una pensione domus, sive ex legato, sive ex pacto intelligitur in fine anni
24. Merces operarum, quo tempore solvenda sit Doctores faciunt multas distinctiones.
25. Salarium debitum ex dispositione legis solui debet in principio conditionis.
26. Decl. procedere si unica solutio facienda sit, secus si annua, quia debetur in principio cujusque anni.
27. Declar. 2. ut si agatur de salario necessario de jure praestando licet deductum est in pactum, adhuc debetur tamquam ex dispositione legis ad dictum effectum.
28. Salarium debitum pro honore, et scientia, uti doctoribus, et advocatis debetur in principio laboris.
29. Salarium debitum pro labore debetur regulariter in fine.
30. Lim. si adsit verisimilitudo, quod partes aliud senserint.
31. Et attenditur ad hoc qualitas personarum, et operis faciendae.
32. Mercenarii pauperes possunt petere partem mercedis in principio diei.
33. Mercedis solutio non differenda.
34. Conclusio, quod merces peti non possit nisi in fine locationis declaratur, ut procedat ad effectum assequendi solutionem non autem ad effectum eam assecurandi.
35. Decl. 2. ut non procedat in colono partiario, quia tenetur statim collectis fructibus.
36. Decl. 3. Ut non procedat si conductor deserat domum, vel fundum conductum, quia tunc potest peti statim.
37. Decl. 4. Ut non procedat si conductor sublocaverit, et totam mercedem a subconductore perceperit; quia tunc quoque potest compelli statim solvere
38. Debitores cito solvunt post tempus debitum.
39. Solutio anticipata incertissimilis.
40. Feliciter est nihil debere,
41. Debitum in diem potest solvi ante illius eventum.
42. Fideicommisso gravatus post mortem potest restituere ante.
43. Debitor potest solvere ante tempus ea ratione, quia tempus censetur appositum sui favore cui potest renuntiare.
44. Lim. si agatur de solutione annua, quia potest considerari praejudicium creditoris si anticipate pro pluribus annis solvatur.
45. Lim. 2. si agatur de debito in fructibus.
46. Frumentum vetus non ita aestimatur sicut novum.
47. Solvi non potest ante tempus praefixum si sit appositum favore creditoris.
48. Canon emphyteuticus solvi non potest anticipate.
49. Lim. pro tribus annis tantum.
50. Anticipate solvere conductori non expedit, quia a successore in re potest compelli iterum solvere.

Paciani

51. Successor in beneficio potest compellere conductorem bonorum, qui anticipate solvit antecessori, ut iterum solvat.
52. Ampl. procedere in successore per resignationem illius, qui exegit.
53. Resignatarius beneficii non habet causam a resignante, sed a papa.
54. Lim. ut non possit successor in Beneficio iterum exigere pensiones locationis anticipate solutas antecessori, si pecuniae erant necessariae vel versae in utilitatem ecclesiae.
55. Et necessitas ad hunc effectum attenditur etiam respectu personae rectoris.
56. Et quod rector expendit in sustentando se in studio, vel suscipiendo doctoratu dicitur in utilitatem ecclesiae expendisse.
57. Anticipatae solutiones factae antecessori suffragatur ad evitandam caducitatem, quae solutione non facta incursa esset tempore successoris.
58. Successores non habentes causam ab antecessore, possunt iterum exigere a conductore, qui anticipate solvit antecessori, qui plenum jus, et dominium non habebat.
59. Ampl. etiamsi tales successores teneantur stare locationi ab antecessore factae.
60. Successores habentes causam a locatore post factam locationem non possunt iterum exigere a conductore, qui anticipate solvit.
61. Antecessor, qui anticipate exegit pensiones rei locatae semper tenetur restituere successori, et ubi non sit solvendo tenetur conductor.
62. Debitor frumenti, et similium si constitutus in mora non solvat, tenetur ad interesse quanti plurimi frumentum venditum fuit a die morae.
63. Attendi tamen non debet valor tempore belli, vel pestis, aut alterius caristiae, quae parum durent, secundum aliquos.
64. Contr. stante mora.
65. Decl. primam procedere si debitor sit tantum in culpa, secus si etiam in dolo.
66. Contrarium.
67. Decl. 2. non sufficere pretium majus durasse per momentum temporis.
68. Lim. ut in frumento non attendatur valor quanti plurimi nisi usque ad triennium a die morae.
69. Frumentum ultra spatium triennii non durat.
70. Decl. dictam limitationem, ut non attendatur valor ultra triennium procedere si debitum frumentum in specie, secus si in genere, quia istud semper adest, et durat.
71. Intelligi si debitum in genere generalissimo, nec sufficere in genere subalterno.
72. Decl. 2. ut si constat frumentum in specie debitum, fuisse consumptum non posse ultra tempus consumptionis praetendi dictum interesse.
73. Debitor fructuum in specie eo ipso, quod consumpti sunt, desinit esse debitor eorum, et fit debitor valoris.
74. Decl. 3. restringi tempus in quo attendi debet valor quanti plurimi ad petitionem creditoris in certa summa, et non possit post eam attendi major valor.
75. Interesse quanti plurimi non debetur si debitor frumenti habebat aliquam justam causam controvertendi traditionem.
76. Item si absque ulla culpa habuisset difficultatem aliquam tradendi.
77. Item si locator frumentum receperit post tempus alia protestatione.
78. Interesse quanti plurimi debetur tantum favore creditoris, qui propterea potest petere semper frumentum si est debitum in genere, et si est debitum in specie, usque quo non appareat, vel praesumetur consumptum.
79. Interesse quanti plurimi ut debeatur requiritur debitorem esse constitutum in mora.
80. Mora incurritur per lapsum diei ad hunc effectum.
81. Decl. procedere in eo, qui contraxit et diem apposuit, non in herede.
82. Secus si constaret de scientia haeredis, vel dies venisset tempore defuncti.
83. Diei expressione cessante mora incurritur in fine locationis per diem tacitam.
84. Debet tamen dies esse omnino certa.
85. Morae, ut excusetur sufficit quaelibet causa etiam levicula.

CAPUT XXXVII.

Prosequendo loqui de mercede, quoad tempus ejus solutionis, si contracta sit locatio simpliciter pro certa mercede, et nullum sit expressum tempus, in quo merces solvi debeat, dubitari potest quando de jure sit facienda solutio, et maxime, quia adsunt quaedam leges, quae videntur probare, quod fieri debeat in principio locationis, et quaedam aliae, quae videntur velle, quod in medio ejusdem, et tandem aliquae, quod in fine, prout singulis distincte relatis tradit glos. *in l. c. de* 3. *vers. versato es, c. loc.* sed ultima opinio est tenenda, scilicet, quod solutio sit facienda in fine locationis, ut tenet dicta glos. et pluribus concordant relat. veriusque esse in puncto juris asserit Carocc. *de locat. et cond. tit. causae recusat. quaest.* 13. *num.* 5. et ultra eos Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 3. *et seqq.* Borgn. *decis.* 44. *num.* 75. *p.* 1. 1
et rationes sunt, quia ante finem locationis locator non potest dicere se adimplevisse ex parte sua praestando patientiam. ut conductor, uti possit re locata toto tempore locationis, prout praestare tenetur; ac etiam, quia in dubio, quod 2 3

minus est, promissum censetur, *l. semper in stipulationibus. ff. de reg. jur.* et sic debet intelligi promissa solutio in fine temporis, cum minus dicatur solvere, qui tardius solvit, *§.*
4 *plus autem instit. de act.* Gratian. *discept.* 8. o. 5. Cenc. *de cens. quaest.* 54. *num.* 7.

At ab hac regula receditur sine dubio si partes aliud convenerint, quia id in primis attendi debet, ut docet dicta glos. *in l.* 3. *ver. versotn es, c. locat.* et Mantic. *d. tit.* 6. *num.* 1. et est generale, ut in locatione semper id maxime spectare debeamus, quod inter partes conventum fuit, *l. ea lege* 53. *in princ. vers. in hujusmodi, ff. locat.*

5 Et non solum ubi adest pactum expressum, sed etiam ubi adest conjecturata, et praesumpta voluntas contrahentium ea attendi debebit, uti si adsit consuetudo solvendi in principio vel alio tempore, quia censentur partes in contractu locationis se cum ea conformare voluisse, ut dixi *in c.* 17. *et text. in*
6 *l. excepto* 18. *c. locat.* et in proposito, quod ubi cessat pactum, attendi debeat consuetudo regionis tradit d. glos. *in l. aede* 3. *c. locat.* et Mantic ubi supra, quod tamen intelligo quatenus non adsit diversa consuetudo, seu solitum ipsarum partium, quia istud prius attendi debet, quam consuetudo regionis prout in dicto *cap.* 17. cum aliis declarationibus explicatum fuit.

7 Consuetudines autem sunt in pluribus locis, et diversae, ut Bononiae adest consuetudo solvendi medietatem in festo omnium sanctorum, et aliam medietatem in Natali, ut dicit glos. *in l. diuturna* 33. *ff. de legib.* Romae autem, quidquid olim servaretur solvi totam pensionem kalendis julii finita locatione, ut praecipue ex Martiali *lib.* 12. *Epigram.* tradit Caroc. *d. tit. caus. recus. quaest.* 13. *n.* 5. *ad fin.* et addo text. ex quo id bene deducitur *in l. qui balneum* 9. *in princip. ff. qui pot. in pign.* hodie consuetudo est, ut solvatur de semestre in semestre anticipate, ut testatur Paulus de Roma *de eccles. pension. quaest.* 53. *num.* 9. ubi secus esse dicit quoad pensionem ecclesiasticam, quia solvitur de semestre in semestre posticipate, et de eadem consuetudine solvendi de semestre in semestre, non autem pro toto anno testatur etiam Rot. *decis.* 624. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* ubi propterea redarguit de inverisimili, et habente speciem falsitatis assertionem solutionis anticipatae pro toto anno.

8 Quandoque etiam arguitur voluntas partium solvendi in certo tempore ex insertione causae, ut dicit Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 12. per text. *in l. nec semel §. si in habi-*
9 *tatione, ff. quand. dies leg. ced.* et quandoque tempus intelligitur appositum ex fructuum perceptione, ut in locatione praedii rustici, in qua non censetur solvi debere mercedem nisi post perceptos fructus, praecipue si locatio fiat rustico, cum rustici regulariter non habeant quomodo solvant nisi per-
10 cipiant fructus, Caroc. *dict. tit. caus. recusat. quaest.* 13. *num.* 10. Mantic. *de tacit. dict. tit.* 6. *num.* 13. *post med.*

Quod et eo certius dicendum erit si merces constituta sit
11 in ipsismet fructibus, et ex eis solvenda, quia tunc per necesse expectari debebit tempus perceptionis, Mantic. *dict. tit.* 6. *num.* 13. et satis erit esse constitutam in fructibus ex fundo locato percipi consuetis absque eo, quod expressum sit, solvi debere ex illismet, qui ex fundo percipiuntur, quia hoc
12 facile subintelligitur, quatenus contextus verborum aliud non suadeat, Roman. *in l. cum quid num.* 13. *ff. si cert pet.*

Ex his infertur, quod conclusio illa quam ponit Caroc. *di-*
13 *ct. quaest.* 13. *num.* 9. quod scilicet consuetudo de solvendis pensionibus consistentibus in pecunia numerata extendatur, et habeat locum si pensio sit in fructibus, omisso quod Alberic. quem ipse allegat, et dicit loqui in terminis in loco in quo eum allegat, nempe in *l. de quibus num.* 51. *ff. de legib.*
14 in meo codice hoc non dicit, saltem sit restringenda, ut procedat quatenus consuetudo ferat solutionem fieri post perceptionem fructuum, non autem e contra.

15 Hinc licet dicta conclusio, quod solutio de jure, secluso pacto, et consuetudine, fieri debeat in fine locationis, procedat ne dum si locatio sit ad unicum annum, sed etiamsi sit ad plures, Salicet. *in dict. l.* 13. *num.* 7. *c. locat.* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 7. tamen quatenus esset pro valde
16 longo tempore, itaut omnis verisimilitudo esset, quod sensus fuerit solvi debere summam conventam in principio, non autem in fine, crederem a dicta opinione recedi posse, licet hoc valde disputet, et potius contrarium concludere videatur Cyn. *in dict. l. aede* 3. *n.* 6. *c. locat.* et sub dubio etiam eo relato relinquat. Caroc. *dict. tit. caus. recusat. quaest.* 13. *num.* 17. ubi dicit si facta ad centum annos locatio pro certa summa, et haec solvi debeat in fine quando haec erunt?

Id tamen, quod dictum est solvi debere in fine, etiamsi lo- 17
catio facta sit ad plures annos, limitatur communiter, ut non procedat, si pensio sit distributa in annos singulos, quia tunc solvenda erit in fine singulorum annorum rata expressa, Cin. *in dict. l. aede num.* 5. *prope finem*, et ibidem Salic. *num.* 3. et alii Mantic. *de tacit. d. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 7.

Verum cum hujus limitationis ratio assignetur, quia tunc tot sunt locationes quot anni, et proinde, solvenda ratam in fine cujuslibet anni, semper dicitur solutionem fieri in fine locationis, ut patet ex praecitatis, ideo recurrendum ad tradita in *cap.* 25. ubi quando locatio sit unica, vel plures.

At quatenus expresse dictum sit solvi debere de anno in
annum, dubitari non potest, quod intelligi debeat solutionem 18
esse faciendam in fine cujuslibet anni, tum quia praesumitur partes se conformare voluisse cum praedicta juris dispositione, quod solutio fiat in fine anni locationis, tum etiam, quia tempus in dubio semper censetur adjectum gratia promisso- 19
ris, *l. cum qui calendis* 41. *§. quoties ff. de verb. oblig. l. cum tempus* 17. *ff. de reg. jur.* Rot. coram eminentiss. Otthobono *decis.* 206. *num.* 18. nec obstat distinctio inter ca- 20
sum, quo tempus positum in accusativo, et casum, quo sit positum in ablativo, quam facit Bart. *in l. qui hoc anno* 42 *sub. num* 1. *ff. de verb. oblig.* quia talis distinctio reprobatur ibidem per Alex. et Castr. et alios communiter, ut testatur Magon. *decis. Lucen.* 69. *num.* 17.

Unde stante dicta conventione non posset amplius attendi
consuetudo solvendi anticipate, vel alia diversa, quia pactum 21
praevalet consuetudini juxta superius dicta, et licet pactum non exprimat, quod solutio fiat in fine anni, tamen sufficit quod sic de jure intelligatur, quod et maxime procederet si adesset statutum mandans fieri solutionem certis temporibus anni, et expresse dicens, ubi non esset conventum inter partes, quia satis conventum dicitur, si dictum solvi de anno in annum, ut cesset statutum, et suppleat jus commune volens fieri in fine anni, prout declaravit Rot. Lucen. penes Magon. *dict. decis.* 69. *n.* 16. *vers. ecce dicitur.*

Accedat quod in dubio, et regulariter pensio debet solvi
in fine anni, ut notat Bald. *in l. qui balneum* 9. *in princ.* 22
vers. 2. *nota.* ubi inquit, quod ibi videtur text. expressus *ff. qui pot. in pign. hab.* idque non solum si locatio sit expressa ad annum, sed etiamsi, et tempus, quo durare debeat sit dubium, quia in dubio ad annum intelligitur, ut probat Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 5. circa quod tamen me remitto ad alibi dicta suo loco.

Hinc tamen infertur, quod si quis promittat, vel testamen- 23
to relinquat alicui pensionem pro una domo, solutio sit ei facienda de anno in annum in fine cujuslibet anni, Bart. *in l. habitationis, ff. de usufr. legat.* Caroc. *dict. tit. caus. recusat. quaest.* 13. num. 6. Magon. *d. decis. Lucen.* 69. numer. 18.

Praedicta procedunt in locatione rerum; at si agatur de
locatione operarum, Bart. *in l.* 1. *§. divus num.* 16. *et seqq.* 24
ff. de var. et extraord. cognit. facit multas distinctiones, et novissime etiam late, et optime d. Lanfr. Zacch. *de salar. quaest.* 14. sed principales sunt, quod aut agitur de salario debito ex dispositione legis, aut agitur de debito ex dispositione hominis. Quo enim ad primum debetur in principio
conductionis operarum per illum text. quod intelligitur pro- 25
cedere quatenus constitutum sit unum tantum salarium. nam
si esset constitutum salarium annuum deberetur in initio cu- 26
juscumque anni, ut declarat, ibi Bart. *dict. num.* 16. *prope fin.* et quatenus agatur de salario praestando per communitatem suo officiali necessario ut praesidi, seu potestati, quam- 27
vis praestetur per conventionem, et capitula, adhuc, quia ista succedunt loco legis, seu tale salarium subrogatur loco salarii debiti ex dispositione legis; ideo debet sapere ejus naturam et eodem modo anticipate solvi, Alex. *in l. diem fundo* num. 6. et ibidem Cagnol. *num.* 126. *ff. de offic. Assessor.* et D. Lanfranc. *dict. quaest.* 14. *num.* 1.

Quo autem ad aliud quod debetur ex dispositione hominis, 28
distinguitur inter debitum pro labore, et debitum pro honore, et scientia, nam quoad istud ultimum, debetur in principio, non autem in fine laboris, Cagnol. qui alios allegat in *d. l. diem functo n.* 130. D. Lanfr. Zacch. *de salar. q.* 14. *n.* 11. *et late seqq.* ubi exemplificat in doctoribus conductis ad legendum, in advocatis, et aliis, Gratian. *dec. Marc.* 101. *num.* 20. *et seqq. et dec.* 201. *num.* 5. *et seqq.* et de advocatis, quod honoraria debeant eis anticipate praestari, est text. apertus in *l. qui operas* 41. *ff. locat.* et communiter servatur saltem in hac curia romana, ita ut raro accidat in ea,

quod advocati conqueri debeant de clientibus, prout conque-
ritur Lambert. *in suo tract. de jure potr. lib.* 1. *part.* 2.
quaest. 1. *art.* 28. *num.* 5. *in fin.* et latius Prato. *obser.* 55.
ad fin.
29 In aliis vero, qui conducuntur pro labore, regula est, quod
merces debeatur in fine laboris praestiti, sed statur verisimi-
litudini in contrarium, ut puta si esset talis, qui non posset
30 operas promissas exhibere, nisi pecunia sibi, promissa solvere-
retur, quia tunc videtur tacite actum, quod in initio solva-
tur, vel in singulos menses, et si adsit aliquod pactum, quod
indicet voluntatem solvendi in fine, attenditur quod est veri-
31 similius, prout praecise docet. Bart. *in dict. l.* 1. *num.* 16.
vers. quandoque debetur pecunia, Mantic. *lib.* 5. *tit.* 6. *num.*
15. ubi ex eodem Bart. *in l.* 2. *c. locat. sub num.* 2. dicit
inspiciendam esse conditionem personarum, quae locant o-
peras suas, et qualitatem operis, quod fieri debet, nam si ar-
tifex pauper promiserit facere palatium, dubium non est,
quin ei interim solvi debeat pecunia, d. Lanfran. Zacch *dict.
quaest.* 14. *num.* 2. *et* 3. et idem est etiam dicendum in e-
his operariis minores operes locantibus, quatenus eadem ve-
risimilitudo concurrat, adeout etiam ligonizzatores, et alii
pauperes, qui conducuntur dietim, quoniam laboribus si-
bi victum quaerunt, et locant operas suas, ut vivere
possint cum mercede, et venter non patitur dilationem
32 usque ad finem diei, mane aliquid pro victu petere possunt,
ut bene advertit idem Mantic. *dict. tit.* 6. *num.* 17. et gene-
raliter, quod operari pauperes possint anticipate partem mer-
cedis petere, Caroc. *de locat. tit. de ambasc. quaest.* 1. *nu-
mero* 14.
33 Caeterum in hac materia mercedis ipsa sacra pagina mo-
net ne differatur ejus solutio, dicit enim: *eadem die reddes
pretium laboris sui ante solis occasum*, Deuter cap. 24 v.
15. *et statim mercedem restitue, et merces mercenarii tui
apud te omnino non remaneat*, Tob. cap. 4. num. 15. et no-
tant etiam Marant. *in prax. part.* 4. *dist.* 9. *n.* 193. Scacc.
de appellat. quaest. 17. *lim.* 8. *num* 9. Feuzon. *ad statut.
urb. lib.* 1. *cap.* 95. *num.* 3. Viscontes *in concl. legal. in
verb. operarius post med. vers. et nota etiam.*
34 Ulterius dicta principalis conclusio, quod merces peti non
possit nisi in fine locationis, declaratur, ut procedat quoad
effectum consequendi actualem solutionem, non autem ad ef-
fectum illam assecurandi, potest enim agi anticipate ad hoc,
ut adveniente die absque alio judicio solvatur, ut firmatur
per Capell. Tolos. *decis.* 30. et sequitur Peguer. *decis.* 154.
ubi quod, quando sunt plures termini, utilis est praxis agere
pro praeteritis, et futuris, ne creditor necesse habeat, agere,
seu petere quolibet anno. Et comprobatur, quia admisso
quod debitum mercedis sit quasi debitum in diem finitae lo-
cationis, adhuc, licet pro debito in diem, ante diei adventum
agi non possit, *l. continuus* 137. *§. cum ita ver. non est
quod in diem. ff. de verb. oblig. l. cedere diem.* 213. *ff. de
verb. signif.* id intelligitur, ut non possit agi ad effectum,
ut nunc solvatur, secus autem, ut solvatur tempore advenien-
te, Dec. *in l.* 1. *num.* 29. *ff. si cert pet.* saltem ex aequitate
quam tribunalia sequuntur, uti de sac. cons. neapolitano te-
statur Afflict. *decis.* 279. *in fine*, et de senato pedemontano
Osase. *decis.* 130. *ad fin.* de Muntaneo Surd. *decis.* 120. *n.*
13. et de Rota *decis.* 112. *num.* 11. *et decis.* 211. *num.* 10.
et 11. *par.* 8. *rec.*
35 Secundo declaratur, ut procedat respectu veri conductoris
non autem coloni partiarii, nam iste non potest solvere ante
fructus recollectos, sed eis recollectis tenetur solvere illico.
Bal. *in l.* 3. *num.* 2. *c. locat.* Mantica *de tacit. lib.* 6. *tit.* 6.
num. 14. ubi nullam adesse in hoc dubitationem.
36 Tertio declaratur, ut non procedat, si conductor deserat
habitationem domus, vel culturam fundi conducti, quia tunc
non expectato tempore finitae locationis, potest conveniri sta-
tim, ut pensiones solvat, ad text. *in l. si in lege* 27. *§. si do-
mus*, et ubi glos. et Bart. *ff. locat.* et quod si conductor do-
mus. vel horrei non appareat per biennium, nec solvatur
pensio, possit etiam dominus petere aperiri per vim. et de-
scribi mobilia. est text. *in l. cum domini* 58. *ff. locat.*
37 Quarto declaratur, ut non procedat, si conductor fundum
sublocaverit, et totam pensionem a subconductore receperit,
quia tunc quoque poterit conveniri, ut solvat non expectato
fine conductionis suae, ut docet Bart. *in dict. §. Si domus
in fine*, et verius censet Caroc *de locat, tit. de sublocat.
quaest.* 10. *num.* 2.
Haec de solutione coacta, nunc aliquid de voluntaria, an sci-
licet possit conductor solvere ante tempus, quo de jure, vel
consuetudine aut ex pacto tenetur; nec dicatur, quod haec quae-
stio sit hodie prorsus superflua, quia debitores vix solvunt 38
post tempus debitum, prout etiam practicari de tempore suo
dixit Alex. *cons.* 210. *num.* 3. *ver. et quod illae literae, lib.*
7. et solutionem factam esse ante tempus inverisimile repu-
tavit Ang. *cons.* 127. *in fine.* Quia hoc est verissimum regu- 39
lariter, ut experientia docet, sed tamen sunt casus in quibus
debitor vult praevenire, sive quia id ei expediat propter ali-
quod interesse. sive etiam, quia sit nimis impatiens obligatio-
nis, et avidus illius felicitatis, quae provenit ex eo, quod ni-
hil debeatur juxta antiquum proverbium graecum, *Felix qui 40
nihil debet*, relatum in *annotat. ad dec.* 9. *num.* 156. *par.*
3. et alia ibidem tradita, et in annot. *ad decis.* 81. *num.*
147 *par.* 8. *recent.*
Regula igitur in hoc proposito est, quod debitum in diem 41
potest solvi per debitorem ante illius eventum, licet a credi-
tore non possit peti, *l. continuus* 137. *§. cum ita post med.
ver. nam. et quod, ff. de verb. oblig. l. quod in diem* 70. *ff.
de solut.* Rot. coram Mantic. *decis.* 4. *n.* 14. *et in rec. dec.*
374. *numer.* 39. *part.* 5. *rec.* et habemus in fideicommissis,
quod rogatus restituere post mortem, potest etiam, si velit, 42
restituere ante. *l. post. mortem* 12. *c. de fideicom.*
Verum, quia ratio hujus conclusionis est, quia tempus 43
censetur appositum favore debitoris, qui propterea si velit;
potest ei renunciare, *l. eum qui calendis* 41. *§. quoties ff.
de verb. oblig. l. cum tempus* 17. *ff. de regul. jur.* Mantic.
dict. decis. 4. *num.* 2. Otthobon. *decis.* 206. *num.* 18. inde
sequitur, ut non procedat, ubi tempus appositum est gratis
creditoris, vel utrinque, ut notatur in *l. qui Romae* 122. *in
princip. ff. de verb. oblig.* per Bald: *in princip.* et Castr. *n.*
3. Jas. *num.* 3. *ver. nota quinto*, Gratian. *disc.* 8. *num.* 8. *et
seqq. et disc.* 130. *num.* 8. Cenc. *de cens. q.* 84. *num.* 5.
In proposito autem si merces consistat in pecunia, dicen-
dum erit conductorem posse solvere ante tempus, quia non
adest ratio cur recedamus a dicta regula, quod censeatur ap-
positum tempus, seu data dilatio ad solvendum gratia debi-
toris. de qua etiam Bart. *in l. qui Romae* 122. *in princ. num.*
4 et Jas. *num.* 33. *ff. de verb. oblig.* Roman. *in l. stipula-
tio ista.* 33 *§. inter. certam num.* 8. *ff. eodem*, nisi forte
ageretur de locatione ad longum tempus, pro qua destinata
esset solutio annua, et conductor vellet solvere anticipate per 44
plures annos, quia posset tunc considerari praejudicium lo-
catoris, ex quo per continuatam solutionem singulis annis
factam, facilius probatur ejus dominium, vel quasi possessio
exigendi, qua ratione in creditore census, quod non possit com-
pelli recipere solutionem anticipatam tenuit Bene. Boe. *in
tract. de cens. art.* 7. *num.* 22. et eamdem opinionem am-
plexus est etiam Cenc. *eodem tract. quaest.* 84. *num.* 9.
At si agatur de mercede consistente in fructibus, certior 45
erit opinio, quod non possit adstringi locator illam ante tem-
pus debitum recipere, quia si, verbi gratia, sit in tot corbes
frumenti, notum est illius valorem cum tempore variari, et
ulterius si compelleretur locator illud anticipate recipere pos-
set gravari onere custodiae, ac etiam in eo quod dari ei pos-
set frumentum vetus, quod non ita aestimatur sicut novum,
ut dicit *Bal. in l. in annolibus* 22. *num.* 2. *c. de legat.* ubi 46
praedictis rationibus reprobat Bart. qui in *l. si cum praefi-
nitione* 20. *num.* 2. *ff. quand. dies leg. ced.* censuit, quod si
legatae sint duae corbes grani annuatim pro decem annis hae-
res possit solvere totum in primo anno, quia dilatio sit adje-
cta ejus favore tantum, et Bald. sequitur Alex. in addit ad
Bart. et Jas *in leg.* 2. *num.* 65. *c. de jur. emphyt.* ubi quod 47
dicta decisio Bar. non est vera, Gratian. *decis.* 8. *num.* 9.
Idemque est ubi agitur de canone empyteutico, quia cum
solvatur in recognitionem directi dominii, et sub poena ca- 48
ducitatis, expedit domino, ut solutio fiat suis temporibus de-
stinatis, et ideo non tenetur dominus eum recipere anticipa-
te per plures annos, Romae. *in l. stipulatio ista §. inter. cer-
tam num.* 11. ubi de communi *ff. de verb. oblig.* Gratian.
disc. 8. *num.* 9. Cenc. *de cens. quaest.* 84. *num* 6.
Limitatur tamen ista opinio quo ad canonem emphyteuti-
cum, ut non procedat quatenus emphyteuta velit solvere pro 49
tribus annis tantum, quia hoc ei permittitur secondum Bart.
in l. statu liberos condictioni, §. fin. ff. de stat. liber. per
text. *in l. placuit. c. de collat. fund. patrim. lib.* 11. quem
refert nec alibi in specie legisse dicit Jas. *in l.* 2. *num.* 65.
ver. 2. *limita, c. de jur. emph.*
Verum in casibus in quibus conductor solvere potest an- 50
ticipate, sive jure ipso, aut locatore permittente, ei expedit
abstinere, nam variata persona domini poterit iterum compel-

li solvere, nempe a soccessore singulari Ang. cons. 245. n.
7. Scapuc. de sign. successor. lim. ar. num. 5. Borgin Ca-
valeao. decis. 25. num. 4. par. 2. Surd. decis. 264. num. 28.
vers. non desunt circa med.

51 Quod procedit in conductore bonorum ecclesiae, quia si
solvat anticipate rectori ejusdem, et interim superveniat alius
rector, poterit ab eo compelli iterom solvere, Peregr. cons.
9. num. 14. lib. 3. Antoo. de Amat. resol 29. n. 1. etiamsi
rector succedens teneretur stare locationi, Scapuccio. de sign.
success. ampliat. 16. num. 5. obi, et maxime si de solutio-
ne non coostet, nisi per confessionem de recepto, quod ta-
ctum fuit in praedec. cap. Barbos. de potest. episc. alleg. 94.
52 numer. 5. idque procedit etiam in successore per resignatio-
nem illius, qui esegit, Peregr. ibid. Caroll. de Gras. de ex-
cept. except. 25. num. 103. ubi plurimos congerit, quidquid
soper hoc cogitandom crediderit Aut. de Amat. dict. resol.
53 29. num 2. quia etiam successor per resignationem non dici-
tur habere caosam a resignante, sed a papa, juxta commu-
nem opinionom, de qua testatur Paris. de resign. lib. 8.
quaest. 7. num. 92. Cassad. decis. 15. num. 1. de praeben.
Rot. in toletana beneficii coram Justo penes Marchesan. par.
2. in fol. 384. num. 2.

54 Limitatur tamen ista conclusio, si pecuniae exactae per
antecessorem erant necessariae, vel versae fuerint in utilita-
tem ecclesiae, Ferret. cons. 125. numer. 7. et necessitas non
55 solum consideratur in ecclesia ipsa, puta si minabatur rui-
nam et ad ejus restaurationem fuerunt acceptae, sed etiam in
persona rectoris, si aegrotabat, vel alia simili necessitate pre-
mebatur, Jas. cons. 222. per. tot. lib. 2. quatenus tamen ve-
re indigeret, et aliunde non posset sopplere, ut declarat Gra-
tian. disc. 94. num. 25. et seqq. et utilitas quoque conside-
56 ratur in persona rectoris si recepit anticipatas solutiones ad
se sustentandum in studio, vel gradum suscipiendum, cum
hae dicantur expensae utiles ecclesiae, cum quia in ejus utilita-
tem redundat habere rectorem doctum, et graduatum, ut
tradit Rebuff. in tract. de privil. scholar. privil. 26. quem
sequitur Barbos. de potest. episc. alleg. 94. num. 9. prout
etiam prodessent anticipatae solutiones factae antecessori ad
57 effectum evitandi caducitatem, quae si non solutum fuisset
incursa esset tempore successoris, Amat. dict resol. 29. n.
4. Gratian. disc. 8. num. 11. Surd. decis. 78. num. 8.

58 Et generaliter in quibuscumque non habentibus plenum
jus pleromque rei dominium, ut gravati fideicommisso, em-
phyteutae, et similes quod horum successores uti non haben-
59 tes causam ab illis, sed venientes jure proprio in re locata,
non tenentur stare solutioni pensionum anticipatae eis factae,
sed iterum exigere valeant, Host. in cap. fin. ne praelat. vic.
suas, eum aliis adduct. per Surd. dec. 326. num. 78. et 79
ubi etiam si tales successores teneantur stare locationi, et la-
tius Amat. d. resol. 29. num. 14. cum. plur. seqq.

60 At ubi agitur de successore, qui habeat causam a locatore
ipso post locationem, tunc anticipatas solutiones afficere istum
successorem tradit Amat. resol. 29. num. 7. ubi dicit istum
casum esse sine dubio, et exemplificat non solum in haerede
sed etiam in cessionario, et fisco succedente jure confiscatio-
nis, de quo idem etiam sensit Boss. in sua pract. tit debi-
tor. an delinquen. solv. poss. num. 9. at respectu cessiona-
rii in contrarium facit Surd. decis. 264. num. 28. vers. non
desunt etiam ad med. cui videtur adducere volentes, em-
ptorem eum pacto non expelli udi conductorem posse ab eo
exigere mercedes, et per ipsum ait Amat. eamdem resol. n.
9. ad fin. dum dicit fructus debentur domino, ergo fructus
debentur successori, et num. 11. ad med. dum dicit condu-
ctorem solventem pro fructibus futuris sibi imputare debere
si non consideravit casum evenire posse, quod nascerentur
translato dominio.

61 Tenetur tamen semper ipse antecessor, qui anticipate exe-
git, vel ejus haeres, quod pertinet ad successorem restituere,
et quatenus ipse non sit solvendo, tenetur conductor, qui si
non potest repetere sibi imputet, Aug. cons. 245. num. 7. ad
fin. Menoch. cons. 1134. num. 6. Gigas. de pension. quaest.
88. num 2. Amat. dict. resol. 29. num. 21. unde conductor
tenebitur saltem in subsidium, quatenus bona fide solverit,
Amat. resol. 29. num. 21.

Prout e contra quandoque nec etiam expedit conductori
satisfactionem locatoris differre; omisso enim, quod potest
expelli, de quo alibi suo loco, quatenus teneatur tradere vi-
62 num, vel frumentum, aut quid simile prout saepe solent con-
ductores agrorum, et constitutus in mora illud non tradat,
tenebitur ad interesse quanti plurimi interfuit conductori il-
lud non habere a die morae, usque ad diem solutionis, quod
interesse verificatur in majori pretio, quod eo interim id quod
debetur habuit, dum pro illo locator vendere potuisset, l. vi-
num., et ibi DD et praecipue Dec. num. 13. ff si cert pet.
Alex. in l. pretia rerum in fin. ad l. falcid. Cagnol. in l.
2. num. 751. c. de pact. int. empt. et vend. Seraph. decis.
1252. num. 1. Duran. decis. 346. num. 1. et 2.

Disputant tamen doctores an attendi debeat tempus belli, 63
vel pestis, aut alterius carestiae, quae parum duraverit et ne-
gativam etiam in debitore moroso tenent signanter Marsil. in
l. fin. num. 159. ff. de jurisdic. omn. jud. Imol. in l. pre-
tia rerum in fin. ff. ad l. falcid. Butigel. in l. vinum num.
19. ff. si cert. pet. Navizan. cons. 74. num. 8. et 9. Fanuc.
de momen. temp. cap. 31. num. 22.

Contrariam vero opinionem stante mora debitoris tuentur
Alciat. in l. vinum ver. vero cum datum, et ibidem Curt. n. 64
1. Rubeus. num. 77. Cagnol. num. 36. ff. si cert. pet. idem
Cagnol. in l. 2 num. 291. c. de rescind. vend. Pint. de io
lit. jur. §. 4. num. 70. et seq. Bellon. supputat. lib. 2. cap.
19. per tot. Munoz. de ratiocin. a. 17. num. 31. ubi etiam
morum modici temporis attendi, Rota Genuen. decis. 67. n.
5. Mastril. decis. 15. num. 9.

Conciliantur vero istae opiniones, ut prima procedat si de- 65
bitor sit tantum in culpa, secunda vero si sit etiam in dolo
per Rubeum. in dict. l. vinum n. 80. ad fin. sed contrarium
quod etiam in eo qui tantum sit constitutus in mora proce- 66
dat secunda, probat Munoz. dict. num. 31. ubi quod moro-
sus in jure aequiparatur furi, et de moroso simpliciter loqu-
untur omnes pro ea citati.

Admissa tamen secunda opinione tamquam magis commu-
ni, id quod tenent aliqui sufficere pretium majus, quod pe- 67
titur, durasse per momentum temporis, ut signanter Cagnol.
in d. l. vinum num. 36. optime reprobatur per Munoz. d. c.
27. num. 21. et seqq. ut sensit Dec. in d. l. vinum num. 4.
et Grat. disc. 42. num. 31. Afflict. decis. 316. num. 6. ubi
monet articulantem non se restringere ad tempus instanta-
neum.

Ulterius dicta conclusio, quod debitor frumenti constitu-
tus in mora illud tradendi quanti plurimi valuit a die morae, 68
limitatur ut procedat usque ad triennium, et non ultra, Mu-
noz. de ratiocin. c. 17. n. 7. et seq. Monac. dec. Bononien.
11. num. 47. Rot. coram Seraph. decis. 1252. num. 2. et co-
ram Dunoz. Iun. dec. 890. num. 7. vers. nec obstat.

Verum, quia vera, et principalis ratio hujus limitationis 69
in eo consistit, quod ultra tale spatium frumentum non durat
ut aliis adductis tradit Mandel. cons. 182. num. 27. et Rot.
dec. 433. num. 5. p. 2. rec. et sic non potest considerari mo-
ra in eo tradendo ultra illud, cum id, quod amplius non est
in rerum natura, amplius tradi non possit. Hinc declaratur 70
aliquod frumentum in specie, quia tunc applicaretur, illud
ultra triennium non durare, nec tradi posse, et sic illo ela-
pso cessare moram; et secus esse, ubi erat debitum frumen-
tum in genere, quia illud semper tradi potest, et per conse-
quens nunquam cessat mora, sed potius semper crescit, ideo-
que semper etiam attendi debet quanti plurimi valuerit pro
justificatione damni creditoris usque ad 30. annos. Natt. cons.
599. num. 4. et seqq. Cavalcan. de tutor. num. 233 ad fin.
vers. nec habet obstare, Amat. resol. 43. num. 52. Giurba
decis. 115 num. 3. ubi latissime Rot. decis. 346. num. 3.
et seqq. Coram Durano, et decis. 421. num. 11. et seq. p. 9.
rec.

Requiritur tamen ad hoc, ut intret ista declaratio, quod 71
sit debitum frumentum in genere generalissimo, nec sufficit
in genere subalterno, quia et hoc non durat, Amat. d. resol.
43. num. 52. ad med. Giurba dec. 116. num. 3. ad fin. ubi
declarat genus subalternum, dici quando continet plura in-
dividua, puta si dictum, frumentum talis indictionis. At in
locatione raro erit promissum in genere cum soleat exprimi,
de fundo locato, et non expressum, ita intelligi.

Praeterea ex dicta ratione sumi etiam potest alia declara- 72
tio, ut nempe si constat de actuali consumptione frumenti debiti
in specie tunc usque ad eam considerari possit dictum interes-
se, et non ultra, ut firmat Roder. de ann. reddit. lib. 1. q.
12. num. 29. Monac. decis. Bonon. 11. numer. 56. et plur.
seqq. ex enim ipso quod fructus in specie debiti consumpti 73
sunt, qui illos debebant desinit esse debitor fructuum, et in-
cipit debere valorem, seu pretium eorum, Argum. l. 1. c. de
distract. pignor. Bart. in l. divortio, §. ob donationes in fin.
ff. sol. matr. Soccin. Sen. cons. 82. num. 27. lib. 4.

Et restringitur etiam tempus in quo attendi debet quanti 74

plurimi a petitione certae summae facta a creditore nam tunc non attenditur, quod postea frumentum pluris valuerit, dum creditor ipsummet pretium constituerit, et se creditorem pecuniae fecerit, Amat. *resol.* 43. *num.* 50. *et seqq.* Mastril. *dec.* 16. *num.* 9. *post med. et seqq. usque ad finem,* Monac. *dec. Bonon.* 11. *numer.* 69. *et seqq.* quidquid in contrarium senserit Faber. *in c. lib. tit.* 34. *defin* 9.

75 Excusabitur autem ab hoc interesse quanti plurimi conductor, si habuerit aliquam justam causam controvertendi traditionem frumenti Nett. *cons.* 599 *num.* 1 *et seqq.* Cravet. *cons.* 837. *num.* 16. *post med. et seqq.* Plot *de in lit. jur.* §. 4. *num.* 71. *vers. undecimo,* Monoz. *de ratiocin. cap.* 17. *num.* 34. Gratian, *disc.* 42 *num.* 23. *et seqq.* Monac. *dec. Bonon.* 11. *num.* 81 et sufficeret rationes, et computo inter eum, et locatorem esse intricata Gratian. *d. disc.* 42. *num.* 23. *et seqq.* Seraph. *decis* 1252. *num.* 1. *od fin. vers. item quando,* Rot. *decis.* 241. *num.* 13. *par.* 9.

76 Prout etiam excusabitur, ubi absque culpa sua habuisset difficultatem aliquam solvendi, Plot. *de in litem jur. dict.* §. 4. *num.* 72. *vers. decimo quar.* Munoz. *de ratiocin. d. cap.* 17. *num.* 37. *et seqq.* ubi declarat procedere quatenus difficultas supervenerit, non si aderat tempore obligationis, et ipse sciebat.

77 Liberabitur etiam ab hoc interesse conductor, quoties locator frumentum receperit post tempus absque aliqua protestatione, vel cum protestatione, cui ipse conductor contradixerit, Dec. *in l. vinum num.* 4. *vers.* 2. *limitatur, et num.* 5. *ff. si cert. pet.* Plot. *in dict.* §. 4. *num.* 71. *vers.* 8. Munoz. *dict. cap.* 17. *num.* 32. et non posse tacari hoc interesse, dum non fuit in libello petitum, Monac. *dec. Bonon.* 11. *num.* 43. *et seqq.*

78 Imo, et ubi locator velit frumentum in casa, quo agatur de frumento in genere debito, semper poterit illud petere, et ubi ageretur de frumento in specie, usquequo non appareret vel praesumeretur consumptum, nec posset compelli, velebit recipere interesse, nam id quod dicitur deberi interesse ejus favorem respicit, et non debet in odium retorqueri, Bald. *in l. traditio in princ. c. de act. empt.* Surd. *cons.* 13. *numer.* 18. et bene explicat Giorba. *decis.* 114. *num.* 8.

Sunt etiam aliae quamplores declarationes praefatae conclusionis, quod debitor fructuum constitutus in mora illos tradendi teneatur ad interesse quanti plurimi, sed placuit referre tantum praedictas tamquam magis praeticabiles, et applicabiles conductori, qui alias capit, illas requirat a praectatis DD. materiam tractantibus, et praecipue Munoz. Escob. *de ratiocin. cap.* 17.

79 Verum quoniam ad hoc, ut peti valeat hoc interesse necesse est conductorem fuisse constitutum in mora, cum absque ea illud peti nequeat, Cravett. *cons.* 837. *numer.* 17. et sentiunt omnes suprocitati cum aliis plenissime congestis per

80 Giorb. *decis.* 114. *num.* 6. advertendum moram incurri per ipsum diei, quis consignari debeat quid, absque ejus consignatione, Hond. *cons.* 39. *num.* 8. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 586. *n.* 16. cum aliis plenissime cumulatis per Giurb. *dict. decis.* 114. *num.* 7. unde quatenus adsit in locatione expressa dies certa traditionis faciendae, nulla aderit difficultas, quod ea elapsa absque traditione intret dictum interesse, etiamsi conductor non fuerit interpellatus, quia dies ipsa interpellat, Baeer. *de moro par.* 2. *in princ.* Alex. *cons.* 99. *numer.* 7. *lib.* 4. Surd. *decis.* 57. *num.* 4.

81 Quatenus tamen agatur de ipso conductore, qui contraxit, et diem apposuit, nam in haerede secus esset, Gabriel. *de solut. concl.* 9. *num.* 24. Cravet. *cons.* 505. *num.* 5. ubi rel saltem restitui in integrum haeredem, Hond. *cons.* 50. *num.* 26. *lib.* 1 Becc. *cons.* 105. *num.* 23. Mancat. *cons.* 66. *num.*

82 8. nisi forte constaret de ipsius haeredis scientia, vel dies venisset tempore defuncti, ut utrumque probat Altograd. *cons.* 32. *num.* 9. *et* 10. *lib.* 1.

83 At dubitari potest cessante expressione certae diei, et quia dictum est solutionem mercedis faciendam esse in fine locationis, hinc videtur adesse diem tacitam ex natura contractus, seu juris dispositione, quod sufficit, Bart. *in l. si mora num.* 11. *ff. de verb. oblig.* ubi et Jas. *num.* 2. Hond. *cons.* 50 *num.* 6. *lib.* 1. Surd. *cons.* 157. *num.* 26. Mandel. *cons.* 48. *num.* 4. Boitilier. *de success. cap.* 1. *theor.* 32. *num.* 9. *ver. quod procedit,* Giurb. *decis.* 114. *numer.* 18. *ad med.* Et norissime in fortioribus, quod incurratur mora a recipiente mutuo frumentum per solum lapsum temporis, quo seri-similiter illo uti potuit, ad hunc effectum voluit Cuoc. *disc.*

84 77. *num.* 20. At hoc posset pati aliquam difficultatem, quia requiritur dies omnino certa, ad hoc, ut interpellet, et constituat in mora, ut tradunt Bart. *in l. ita stipulatus* 115. *n.* 43. *ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.* 2. *numer.* 5. *et* 6. Decian. *cons.* 102. *num.* 18. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 132. *numer.* 28. Cyriac. *controver.* 103. *num.* 20. Marescot. *var. cop.* 124. *n.* 41. *lib.* 2. Giurb. *decis.* 114. *num.* 19. Caes. de Grass. *dec.* 1. *num.* 17. *de fidejuss.* unde totius erit locatori interpellare, et petere saltem extrajudicialiter, quod sufficit ad constituendum in mora glos. *in l. qui Romae* 122 §. *cohaeredes, ver. testato. ff. de verbor. oblig.* Masard. *concl.* 1070. *num.* 14. Pen. *cons.* 14. *numer.* 7. *in rec. decis.* 38. *numer.* 4. *part.* 5.

Excusatur autem saepe mora, dum quaelibet causa etiam bestialis sufficiat, Cravet. *cons.* 448. *num.* 3. Hond. *cons.* 26. *num.* 23. *lib.* 2. Gratian. *disc.* 639. *num.* 16. Hinc est, quod sufficit aliqua causa controvertendi, vel difficoltas tradendi, ut dictum est supra, et sufficiunt aliae, de quibus dicam in seq. cap. 85

Pacioni

De loco in quo solvi debet merces locationis.

SUMMARIUM.

1. Solutio ubi fieri debeat standum est pacto.
2. Et, si conventum est alibi solvi, non potest debitor velle solvere in loco contractus.
3. Et attenditur etiam loci destinatio tacita.
4. Ex qualitate rei, vel mensuras in uno loco tantum existenti arguitur, ubi solvendum.
5. Idque etiamsi species sit debita actione personali.
6. Non tamen sufficit promissam esse speciem cum expressione loci, sed requiritur magis specialis expressio in eis, quae consistunt in pondere, numero, et mensura.
7. Si promissum vinum de Vicentia, non propterea censetur destinata solutio Vicentiae, nisi dictum de tali vegete.
8. Solutio ubi debitor, et creditor sunt diversi fori facienda est in domicilio debitoris.
9. Solutio mercedis rei stabilis facienda in loco ubi res existit.
10. Solutio mercedis operarum facienda in loco, ubi conventum est operas praestari.
11. Pensio ecclesiastica solvenda est in loco beneficii super quo imposita.
12. Ampl. etiamsi pensionarius sit cardinalis, qui debeat in civitate romana residere.
13. Decl. ut solutio, quae fit propter rem fieri debeat in civitate vel castro in cujus territorio res existit, non autem in ipsa re.
14. Debitor non tenetur portare rem debitam ad domum creditoris.
15. Lim. primo si aliter partes senserunt.
16. Ampl. procedere non solum stante pacto expresso, sed etiam tacita voluntas.
17. Ampl. 2. eamdem primam limitationem, ut si creditor postea mutaverit habitationem, ad eam quoque deferenda sit res debita.
18. Decl. procedere quatenus debitor nimium non gravetur.
19. Lim. 2. si debitum sit adeo modicum, ut quatenus creditor ire debeat ad domum debitoris sit potius ei damnosum quam utile.
20. Lim. 3 stante magna disparitate personarum, quia tunc debitor humilis ire debet ad domum creditoris qualificati.
21. Idem e contra si creditor sit humilis debet ire ad domum debitoris.
22. Intellige nisi obsequium ab uno debitum alteri potius importet eum abesse.
23. Lim. 4. si debitor coeperit deferre ad domum creditoris.
24. Ampl. sive jus recedendi dilationem competat ex privilegio particulari, sive competat ex dispositione juris civilis.
25. Lim. 5. si adsit solitum deferendi, sive particulare, sive generale.
26. Lim. 6 si ipse debitor coluit solvere in domo creditoris.
27. Debitor qui tenetur deferre rem debitam ad domum creditoris, tenetur deferre suis sumptibus.
28. Colonus partiarius tenetur tantum ad vecturas portionis dominicalis non autem ad gabellas.
29. Ampl. etiamsi expresse obligaverit se esportare suis sumptibus.
30. Debitor obligatus asportare ad domum creditoris tenetur asportare proprio periculo.
31. Debitor quantitatis in specie, vel respectu certae speciei per ejus interitum liberatur.
32. Lim. si esset in mora tradendi.
33. Decl. limitationem non procedere si res peritura fuisset etiam in manibus creditoris.
34. Debitor obligatus solvere in certo loco non potest dici in mora nisi probetur creditorem fuisse in loco illo promptum recipere.
35. Idque etiamsi non probetur debitorem fuisse ibi promptum solvere.
36. Ampl. non relevare creditorem habere procuratorem in loco, si procurator non ostendit mandatum debitoris.
37. Neque sufficeret existentia procuratoris si conventum solutionem fieri cui creditor ordinaverit, et non ostensus orde.
38. Debitor non potest dici in mora quando potest allegare ignorantiam loci ubi facienda esset solutio.
39. Ampl. etiamsi promissa esset solutio Bononiae, et ubique locorum.
40. Idem si dictum esset tradendum frumentum in tali castro in illo horreo ubi placuerit creditori.
41. Idem si dictum in tali, vel tali loco, et non facta fuerit electio per creditorem
42. In alternative loci ubi facienda est solutio electio est creditoris.
43. Decl. procedere, ut electio sit creditoris quatenus debitor non elegerit.
44. Debitor, et creditor si sunt ejusdem fori, et destinata sit dies certa

solutionis debitor debet interpellare creditorem ad recipiendum alias incurrit moram, absque eo, quod creditor ad eum vadat cum pace parato.
45. Ampl. ut sufficiat esistere in comitatu, seu districtu civitatis.
46. Secus si sint diversi fori, quia tunc debet creditor ire cum pecunia parato ad constituendum debitorem in mora.
47. Lim si in loco debitoris adsit procurator creditoris.
48. Loci solutionis destinato operatur ut debitor possit ibi convenire.
49. Ampl. etiamsi ibi tempore solutionis destinatae non reperiatur.
50. Locus destinatio ubi debitor conveniri debeat operatur, ut etiam ibi debeat solvere.
51. Et si dictum, quod possit ubique conveniri, potest compelli ubique solvere.
52. Secus si adsit certus locus destinatus solutioni.

CAPUT XXXVIII.

Si in contracto locationis conventum fuerit de loco in quo facienda sit solutio, clarum est talem conventionem esse ser- 1 vandam, ita ut conductor non possit compelli alibi solvere, neque volens valeat in alio loco solutionem facere, cum hoc sit regulare in omnibus obligationibus, *l. is qui certo loco* 2 10. *ff. de eo quod cert. loc.* quod est adeo verum, ut si celebratus sit contractus in uno loco, puta Romae, et destinata solutio in alio, non valeat debitor offerre solutionem Romae, *l. qui Romae* 122. *in princ. ff. de verb. oblig.*

3 Et attenditur etiam destinatio tacita, Scacc. *de camb.* § 2. 4 *glos.* 5. *num.* 195. quae deducitur signanter ex qualitate rerum solvendarum, vel mensurae, si enim uno in loco tantum reperiatur res solvenda, vel mensura adhibenda, ibi censetur destinata solutio, Bald. *cons.* 225. *n.* 1. *lib.* 3. Gratian. 5 *disc.* 579. *num* 25. Et quod species debita actione personali debeatur in loco ubi illa species reperitur, firmat Dec. *cons.* 6 566. *numer.* 2. *et seq.* signanter per text. clarum in *l. quod legatur* 38. *in princ. ff. de judic.* At circa ea, quae consistunt in pondere, numero, et mensura non satis est dictum fuisse de tali loco, vel civitate, sed requiritur magis specialis 7 expressio; Unde si promissum vinum de Vicentia non inde censetur destinata solutio Vicentiae, sed tantum si dictum de tali vegete, vel ex tali apotheca, ut est text. *in l. cum res.* 49. § *sed si id petatur. ff. de leg.* 1. et declarat Bart. *in l. item illa* 18. *in fine principii, ff. de const. pecun.* et Dec. *in l. vinum. num.* 12. *ff. si cert pet.*

8 Cessante autem pacto tacito, vel expresso, solet succedere regula, quod quatenus debitor, et creditor sint diversi fori, sufficiat debitorem esse solvere paratum in suo domicilio, Bald. *in l. acceptam* 19. *num* 22. *c. de usur.* Fulgos. *in l. item illa* 18. *ff. de const. pecun.* Roland. *cons.* 87. *n.* 14. *lib.* 1. Gratian. *disc.* 128. *num.* 1. Cenc. *de cens. q.* 86. *n.* 12. *et* 13.

9 Verum, quia merces locationis solvitur propter rem locatam, ideo quatenus agatur de re stabili, solutio facienda erit in loco ubi illa existit, *l. forma* 4. § *si vero quis, ff. de censib.* Bart. *in l. item illa* 18. *num.* 9. *ad fin. ff de const. pecun.* Rol. *dict. cons.* 87. *num.* 15. *lib* 1. neque habenda erit consideratio domicilii conductoris, vel locatoris, Cenc. *de cens. quaest.* 86. *num* 19.

10 Et quatenus etiam agatur, de mercede operarum, idem erit dicendum, quod scilicet solvi debeat in loco ubi conventum fuit operas praestari debere, ut supponunt Dom. Lanfr. Zacch. *de salar. quaest.* 46. *num.* 6. et Jo. Bapt. Thor. *in compend. decis. part.* 2. *ver. cambium salarii.*

11 Idemque procedit quoque in pensione ecclesiastica, nam cum solvatur ex causa beneficii, solvi debet in loco ipsius beneficii, si reservatione aliud non sit expressum, Gratian. *disc.* 94. *num.* 60. Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 233. Rot. *decis.* 688. *num.* 1. *et seqq. part.* 4. *divers.* quod am- 12 pliatur procedere etiamsi pensionarius sit cardinalis. qui debeat in curia romana residere, Scacc. *de camb.* § 2. *glos.* 5. *num.* 229. Rot. *in dict. decis.* 688. *num* 3. *part.* 4. *divers.* 13 Quae tamen civiliter intelligenda videntur, ut scilicet solvi debeat in loco, idest civitate, seu castro in cujus territorio res existit, non autem in ipso agro, vel nemore locato, maxime si agatur de solutione pecuniae.

Subtilius etiam quaeritur in hoc proposito, an conductor teneatur deferre mercedem ad domum locatoris; et aliqui confundunt hanc quaestionem cum praecedenti de loco, licet enim ista, cum sit de loco loci, differat in aliquibus ab ea, tamen in pluribus conveniunt, unde ne separatim de utraque loquendo necesse sit repetere dicta de una etiam in alia, praemissis praedictis, quae magis propria videntur primae de loco, loquar de secunda, a qua magis infertur ad primam, quam e contra.

In hac igitur quaestione generaliter loquendo, an debitor 14 teneatur portare ad domum creditoris rem debitam, regula est negativa, Duen. *reg.* 161. *in princ.* et talis regula procedit etiam in nostris terminis conductoris, quod non teneatur portare mercedem ad domum locatoris, ut dixit Rot. coram Coccino *decis.* 741. *num.* 1.

Limitatur tamen praedicta regula pluribus modis, et signanter primo loco, ut non procedat, si aliter partes senserint, 15 nam pactum, quod debitor deferat debitum ad domum creditoris est validum, et servandum Castrens. *cons.* 24. *num.* 2. Corbul. *de caus. privat. ob non solut. can. lim.* 15. *num.* 6. *prope fin. ver. nec etiam procederet,* et tradit Cenc. *de cens. quaest.* 86. *num.* 17. licet ibi postea valde disputet, an hoc procedat in contractu census praecipue attenta bulla S. M. Pii V. super censibus, qua prohibetur ne aliquod gravamen contra debitorem census adjiciatur.

Et haec limitatio potest ampliari, ut procedat nedum stante pacto expresso, sed etiam si adsit voluntas tacita contra- 16 hentium, prout in simili de solutione legati probat text. *in l. cum res* 49. *in princ. de legat.* 1. Sim de Petr. *de interp. ult. volunt. lib.* 4. *dub.* 11 *num.* 104. *et seq. fol.* 432. Gratian. *disc.* 128. *num.* 2.

Et stante dicta conventione si locator postea mutaverit do- 17 micilium, adhuc tenebitur conductor illam observare, et mercedem ad novam habitationem locatoris deferre ut docuit Bald. *in l. acceptam* 19. *n.* 41. *c. de usur.* ubi tamen cum 18 hac moderatione, quatenus scilicet non gravetur ultra quam prius, et idem forte si parum ultra gravetur, secus si nimis, quod totum arbitrio boni viri relinquendum esse ait, et eum refert, et sequitur Jas. *in l.* 2. *num.* 94. *c. de jur emphyt.* ad quem etiam se remittit Corbul. *de caus. priv. ob non sol. can. lim.* 15. *in ultimis verbis.* At contra praefatam moderationem Baldi facit Castrens. *cons.* 24. *num.* 2. *part.* 2. dum dicit intelligi debere dictam conventionem etiam de nova habitatione, non autem restringendam esse ad illam de tempore contractus tantum. quia cum id esset de jure pactum fuisset modicae utilitatis creditori, quod non est dicendum, sed Baldum sequitur Rot. Lucen. penes Magon. *decis.* 78. *num.* 19. imo videtur vel quod absolute ubi creditor mutat forum non teneatur debitor eum sequi, quia ex facto creditoris non debet in amplius teneri, quam ab initio esset obligatus, sed potest intelligi juxta dictam doctrinam Baldi, quam allegat.

Secundo limitatur praedicta regula, quod conductor non teneatur deferre mercedem ad domum locatoris, ut non pro- 19 cedat quatenus merces esset adeo modica, ut si ipse locator deberet ire ad domum conductoris, plus haberet incommodi, quam utilitatis, tunc enim conductor tenetur eam deferre, etiamsi sint diversi domicilii, Bald. *in d. l. acceptam numer.* 38. *c. de usur.* Jas. *in d. l.* 2. *n.* 92. *ad med. vers. istud etiam, c. de jur. emph.* Surd. *de alim. tit.* 4. *q.* 16. *num.* 11. Gratian. *disc.* 128. *num.* 3. Corbul. *de jur. emph. tit. de privat. ob non sol. can. lim.* 15. *num.* 6.

Tertio limitatur eadem conclusio propter magnam dispari- 20 tatem personarum, ubi enim debitor est humilis conditionis, et creditor qualificatus, etiamsi sint diversi fori, tenetur debitor ad domum creditoris deferre, ut in vassallo, et domino et de humili debitore doctoris, et similibus concludit Imol. *in cap. significante n.* 25. *ver. quid erit si debitor, de pignor.* Natta. *cons.* 513 *num.* 4. Duen. *regul.* 161. *lim.* 12. et his aliisque adductis late Gratian. *disc.* 128. *num.* 14. *et seqq.*

Et haec consideratio serviret etiam e contra ad arguendum, 21 quod si creditor esset ipse inferioris conditionis, et maxime si deberet obsequii, et reverentiae respectus, teneretur ipse ire ad domum debitoris. quia is, qui debet reverentiam alteri, sive si debitor, sive creditor, et sive sit ejusdem fori, sive non, debet ad domum alterius ire. Natt. *cons.* 513. *num.* 4. Maur. *de solut. cap.* 29. *num.* 19. Magon. *dec. lucen.* 78. *num.* 28.

Verum non moveret haec ratio, ubi obsequium debitum 22 solvere debenti, potius importaret creditorem ab eo abesse, quam quod ad illum accederet, uti in officiali per principem transmisso extra statum, quod propterea non debeat ad domum principis accedere pro recipiendo salario, bene consideravit D. Lanfr. Zacch. *de salar. dict. quaest.* 46. *num.* 10. *vers. ad tertium.*

Quarto limitatur, ut quamvis non teneretur conductor ab 23 initio mercedem ad domum locatoris deferre, tamen secus sit postquam deferre coeperit, tunc enim prosequi tenetur, ut probat text. *in l. si fideicommissum* 50. § *quoties*, ubi glos. *in verb. praescriptione, et l. seqq. ff. de judic.* Duen. *dict. reg.* 171. *lim.* 4. *in fin.* Et licet hanc limitationem declaran-

24 dam esse procedere, ubi jus recusandi dilationem competeret
ex privilegio particulari, secus autem si ex dispositione ju-
ris communis senserit Surd. *de aliment. tit.* 4. *quaest.* 16.
tamen contrarium etiam in hoc casu, quatenus agatur, de
eodem debito, verius esse censet Gratian. *disc.* 12. *num.* 11
et 12. ubi advertit, quod Surdus ibi, loquitur per modum
disputationis, et aliquid non firmat, imo dicit, quod difficile
esset in practica obtinere.

25 Quinto limitari posse videtur eadem conclusio, ut non pro-
cedat si adsit solitum aliorum conductorum deferendi simi-
lem mercedem ad domum locatoris, sive sit solitum particu-
lare conductorum ejusdem rei, sive generale rerum similium
quia locatio interpretatur a solito circa solutionem mercedis,
ad text. *in l. excepto* 18. *c. locat.* et late tradita in *cap*
17. et in proposito, quod ubi adest consuetudo, ipsa attende-
tur potius quam, quid juris Marcabr. *cons.* 87. *num.* 36. et
generaliter, quod debitor teneatur ire ad domum creditoris,
ubi ita fert consuetudo regionis Bart. *in l. suo victu num.* 1.
ff. de oper. liber. et aliis adductis Duena *reg.* 161. *num.* 9.

26 Sexto limitatur si ipsemet conductor velit solvere in domo
locatoris, puta quia magis ei expediat ex quo habitet in civi-
tate, in qua vilior sit res, quam solvere debet, vel habeat in
loco illo, ubi locator habitat, pecunias, vel quid simile, quia
potest etiam eo invito, Bald. *in dict. l. acceptam num.* 23. c.
de usur. Duen. *d. reg.* 161. *num.* 10.

Aliae quamplures sunt limitationes dictae regulae, et non-
nullae etiam applicabiles, sed videre eas licebit penes praeci-
tatos auctores, et signanter Duen. *dict. reg.* 161. ubi decem
et novem earum refert, placuit enim praedictas, uti magis
practicabiles hic ponere.

27 In praedictis autem casibus, et in aliis in quibus condu-
ctor tenetur deferre ad domum locatoris intelligitur, ut tenea-
tur deferre expensis propriis, prout, quod si teneatur solve-
re decem saccos frumenti, debeat ipse solvere vecturas, sen-
sit Bart. *in l item illa in princ. ad fin. ff. de const. pecun.*
et apertius Bald. *in dict. l. acceptam* 19. *num.* 42. ubi etiam
quod tenetur solvere gabellam, Jas. *in l.* 2. *num.* 67. *c. de
jur. emph.* et cambium necessarium pro transmissione sala-
rii debiti per principem officiali retento extra principatum,
quod solvendum sit ab ipso principe, decisum refert Thor. *in
suo compend. decis. par.* 2. *ver. cambium solarii*, et latissime
disputato articulo comprobat D. Lanfranc. Zacch. *de solario
quaest.* 46. *per tot.* ubi in fine asserit idem esse de impensis
vecturae, et gabellae, quod eodem modo debitor mercedis il-
las solvere tenebitur.

28 At colonus partiarius tenetur tantummodo ad vecturas por-
tionis dominicalis, non autem ad gabellas, Bald. *in dict. l.
acceptam num.* 42. Jas. *in l. fructus num.* 14. *ff. sol. matr.*

29 Etiamsi expresse se obligaverit asportare fructus ad domum
domini suis sumptibus, quia adhuc non tenetur solvere ga-
bellas, Marin. qui dicit ita decisum *variar. lib.* 1. *cap.* 259
num. 4. Et ad vecturas tenetur, quatenus non adsit consue-
tudo in contrarium, Marcabr. *cons.* 88. *in fine*, quod consi-
lium est valde notabile in hac materia, nam conventum fue-
rat in locatione conductorem debere dare quartam partem
frugum conductam ad navim ad ripam Padi existentem ante
rem praedictam omnibus suis sumptibus, periculis, et expen-
sis, et ultra etiam solvere certas summas locatori pro vectura
navis. Et quaerebatur quis teneretur navem invenire, et con-
ducere ad ripam existentem ante dictam rem; et auctor in
eo latissime more suo probat, tale onus pertinere ad locato-
rem, et utitur variis argumentis, quae inservire possunt pro
resolutione aliorum similium dubiorum.

30 Et non solum expensis propriis tenetur conductor defer-
re mercedes, sed etiam proprio periculo, hoc enim regulare
est in debitoribus obligatis portare ad domum creditoris, ut
teneatur portare proprio periculo, *l. fin.* et ibi Bald. *num.* 9.
c. de condit. infer. Gratian. *disc.* 128. *num.* 18. Cen. *de
cens. quaest.* 86. *num.* 11.

31 Verum in hoc proposito periculi quoniam conductor saepe
debet deferre frumentum, vel vinum, aut alios fructus fundi
locati, ideo advertendum, quod quatenus fructus illi pe-
rirent, conductor liberaretur, nam etiam debitor quantitatis,
si debeat quantitatem illam in specie, vel respectu certae
speciei, per ejus interitum liberatur, *l. electio* 26. *§. is quem
ff. de noxal.* Bart. *in l. quod te mihi* 5. *num.* 4. *ff. si cert.
pet.* Angel. *in l. cum. hi, §. vult. igitur num.* 5. *ff. de tran-
sact.* Gabr. *in tit. si certum pet. concl.* 1. *num.* 1. late, ac
optime Surd. *de alim. tit.* 4. *quaest.* 16. *num.* 18. *et seqq.
et cons.* 563. *num.* 10. *vers. secundum quoque*, Fontanel. *de
pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *par.* 1. *num.* 295. Et in spe-
cie de debitore frumenti, et olei ex certo fundo, quod licet
teneretur illa tradere in domo creditoris, in itinere adhuc si
perierunt propter dictam rationem sit liberatus, dixit Gratian.
discept. 128. *num.* 19.

At hoc intelligitur quatenus conductor non esset in mora 32
tradendi fructus illos, nam etiam debitor speciei non libera-
tur, si res pereat postquam ipse constitutus erat in mora il-
lam tradendi, ut sunt text. expressi *in l. cum res, §. vult. ff.
de legat.* 1. *et in l. si filio, § post divortium, ff. sol. matr.*
tunc enim perempta re incipit deberi pretium, ut dictum est
in c. *praeced. de tempore num.* 72. *et seq. §. praeterea*, ex
dicta nisi forte res illa perituea quoque fuisset, etiam in ma- 33
nibus locatoris, si ei tradita fuisset, ut tenent in *l. quod te ff.
si cert. pet.* Castren. Dec. Fulgos. et alii quos refert, et late
eorum opinionem comprobat Fachin. *contr. jur.* c. 71. *in
2. dub. ver. contrar. sententiam et seqq. usque ad fin. lib.*
2. et tangam infra in *cap.* 46. de remissione mercedis, ubi
loquar de casibus in quibus remissio fieri debeat.

Consideratur autem locus ad convincendam, vel excusan- 34
dam moram debitoris, quia si est appositus certus locus ne-
cesse est probare, quod creditor, vel ejus procurator in illo
de tempore praefixo extiterit promptus ad recipiendum, alias
debitor non potest dici constitutus in mora, *l. si arbiter. ca-
lendis. ff. de recept. arbitr.* et notatur in *l. item illa ff. de
constit pec.* per Bart. et alios relat. per Menoc. *cons.* 132. *n.*
13. Manent. *cons.* 66. *num.* 7. Baver. *de mora par.* 2. *num.*
8. Gabr. *de solut. concl.* 9. *n.* 19 Cen. *de cens. quaest.* 86.
num. 3. *et* 4. Afflict. *decis.* 316. *num.* 2. Mohedan. *dec.* 25.
tit. de locat.

Nec necesse habet conductor esse in loco illo, et protestari 35
se promptum esse ad solvendum, multoque minus necesse ha-
bet pecuniam debitam depositare, etiamsi edjecta esset poena
in casu non solutionis, Cravet. *cons* 648. *num.* 2. Menoch.
cons. 1153. *num.* 29. *et seqq.* Gomes. *decis.* 16. *lib.* 2. Put.
decis. 7. *lib.* 1. Cenc. *de cens. quaest.* 86. *num.* 6 *et seq.* ubi
tamen dicit utile esse quod debitor dictam protestationem
faciat, licet non necessarium, Rot. post eumdem Cenc. *dec.*
224. *n.* 3. propter quas auctoritates non est curandum quid
senserit in contrarium Rimin. Jun. *cons.* 171. *n.* 45. *et seq.*

Eoque certius si ille locus destinatae solutionis non sit lo-
cus solitae habitationis locatoris, ut ponderat Afflict. *decis.*
316. *num.* 2. nec relevaret, quod ibi haberet procuratorem 36
si talis procurator nunquam ostendisset suum mandatum con-
ductori, prout requiri firmat Afflict. *ibidem numer.* 3. *et* 4.
prout etiam non sufficeret existentia procuratoris in loco, si
dictum, quod conductor solvere deberet, cui ordinabit loca- 37
tor, et non probetur ordo, Rot. *decis.* 577. *num.* 1. *et* 2. *par.*
2. *recent.*

Et quatenus non fuerit destinatus certus locus in quo fa-
cienda esset solutio, adhuc excusatur debitor a mora ex quo 38
potest allegare ignorantiam loci, ubi deberet solvere, vel rem
debitam consignare, Adden. ad Felin. *in cap. licet heli nu.*
5. *de Simon.* Menoch. *cons.* 132. *num.* 11. Baver. *de mora
part.* 2. *num.* 7. *vers.* 12. *lim.* Et hoc procederet etiam, si
promissa foret solutio Bononiae, et ubique locorum, ut pro-
bat Gozad. *cons.* 66. *num.* 2. *et seq.* et ubi dictum esset fru-
mentum esse tradendum in loco castri S. Joannis, et in illa 39
domo, et super illo horreo ubi placuerit locatori, non esset
expressus locus sufficienter, Rolend. *cons* 57. *num.* 38. *vers.* 40
dicitur quoque lib. 1. necesse est enim exprimere locum spe-
cificum, seu locum loci, Bart. *in l. cum filius, §. fin. ff. de
verb. oblig.* Plot. *de in lit. jur. §.* 4. *num.* 26. Giurba. *dec.*
114. *num* 7. *prope fin.* prout etiam non satis esset dictum
fuisse in tali, vel tali loco, quia non facta electione loci de-
bitor non constituitur in mora, Hippol. de Marsil. *sing.* 523.
Ursil. ad Afflict. *decis.* 316. *num.* 4. Debet enim in alterna- 41
tiva loci eligere creditor, et intimare debitori, *l. non utique*
3. *in princ. ff. de eo, quod cert. loc.* Fab. de Ano, *cons.* 95.
num. 1. *lib.* 2. Gratian. *disc.* 42. *num.* 44. Rot. *decis.* 31. 42
num. 9. post Zacch. *de oblig. cam.* quod esse ipsi utile, quia
potest etiam eligere locum, ubi res sit carior, dicunt ibi Fab.
de Ann. et Gratian. *num.* 46. Sed in tantum potest eligere
creditor, ubi conveniat debitorem, in quantum debitor non
eligat, ubi solvat, ut est sensus dicta *l. non utique in* 43
princ. et posse debitorem etiam conventum in uno loco ante
litis contestationem, facere suam electionem alterius pro so-
lutione facienda, tradunt Marian. Socciu. *in cap. dilecti n.*
21. *ad med. vers. et adverte. quia de for. compet.* et Rip.
in cap. de quo vult Deo num. 69. *de judic.*

44 Verum hoc non procedit, ubi debitor, et creditor sunt ejos-
dem fori, et domicilii, et solotio propterea ibidem est facien-
da, quia tunc statuta die certa, debitor ad evitandam moram
debet interpellare creditorem ad recipiendum, nec sufficit,
quod creditor absque tali interpellatione non iverit cum sac-
co parato ad domum debitoris, Rolsod. *cons.* 87. *num.* 15.
et aliis plenissime relat. Giorb. *decis.* 114. *num.* 5. *ver.* *cum*
creditor, et debitor. et optime Rot. coram Dorsno *decision.*
346. *num.* 12. et qood sufficiat existere in comitatu, et di-
45 strictu civitatis ad hunc. affectum, Rot. *dec.* 252. *n.* 4. *div*, obi
do districtu urbis, secus si sint diversi fori, et debitor non te-
46 neatur ire ad domom creditoris, qoia tunc nisi vadat creditor
ad eum cum sacco parato, ipse excusatur a mora, oon obstan-
te existentis diei, Felio. *in cap. licet heli* num. 5. *vers.* 2.
limita de Simon. Peregr. *cons.* 86. *num.* 7. *et seqq. lib.* 3.
Baver. *de mora part.* 2. *numer.* 3. *vers. secundo tempora*,
Gabr. *de solut. concl.* 9. *num.* 18. Viv. *decis.* 442. *num.* 3.
47 et in his terminis procedit Grstiao. *disc.* 42. *num.* 20. Nisi
sciat condoctor, quod in loco sui domicilii adsit procurator
locatoris habens sufficiens mandatum ad recipiendom solu-
tionem, quia tunc debet solutionem offerre ipsi procuratori
non autem expectare, ut veniat locator, et aliss moram incur-
rit, Rim. Juo. *cons.* 546. *num.* 6. *et plur. seqq.* et eo relato
Cenc. *de cens. quaest.* 86. *num.* 16.

48 Operator etiam destinatio loci solutionis, ut conductor pos-
sit in loco illo conveniri, ut supponit aperta Text. *in l.* 1. *in*
princ. ff. de eo quod certo loc. et ibi notat glos. quod proce-
dit etiamsi alius ibi non sortiretur forom, Castren. *ibidem*
49 *num.* 3. et etiamsi ibi noo reperiator, quia dom promisit in
eo certo tempore solvere, et ibi non reperitur, praesumitur
abesse per dolum, et adhuc ibi conveniri potest, Jas. *in l. si*
convenerit 18. *num.* 42. *ff. de jurisd. omn. judic.* Dec. *in*
cap. 1. *num.* 164. *de judic.* Maran. *in praxi part.* 4. *dict.*
9. *num.* 115. Sim. de Petr. *cons.* 133. et aliis adductis tradit
Zecch. *de obl. cam. quaest.* 7. *n.* 20. com aliis plurimis decla-
rationibus circa quas oe divertam a materia solotioois pro
nunc me remitto ad Carleval *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2.
quaest. 4. *n.* 248. *et seqq.*

50 E contra qooque ex destinatione loci ubi conveniri debest
condoctor, seqoitur, ut etiam ibi solvere debeat, adeo *ut* si
51 dictom quod possit ubiqoe conveniri, possit etiam ubique
adstringi, ut solvat, oisi tamen expresse, vel tacite desti-
natus sit certus locos solutionis, prout si adsit obligatio ca-
meralis, qoae continet dictam facultatem conveoiandi debi-
torem ubique locorum, quod non propterea possit ubique
52 solvere, dom est in contractu destinatus locos certus, in quo
solvi debeat, tradit Zecch. *de obl. cam. quaest* 7. *num.* 9. et
Rot post eum *decis.* 78. *num.* 6.

De actione locati competente pro consecutione mercedis,
quomodo in ea procedatur, et an detur appellatio,
et de praelatione locatori competente.

SUMMARIUM.

1. Locator pro consecutione mercedis habet actionem, quae dicitur ex locato.
2. Actio ex locato, est actio civilis.
3. Et est actio personalis,
4. Et est actio ordinaria requirens libellum.
5. *Tex. in l. praeses* 17. *c. locat* quomodo intelligatur.
6. Pro consecutione mercedis aliqui tenent competere viam executivam.
7. Contrarium, quod non competat via executiva, sed solum denegetur appellatio.
8. Conductori pensiones solvere condemnato non denegatur terminus juris ad solvendum.
9. Terminus ad solvendum de jure negari non debet debitoribus quantumvis liquidis, et condemnatis.
10. Nec etiam debitori decernitur a papa per breve.
11. Et etiam stante statuto, quod debitor solvat illico omni dilatione, et contradictione cessante.
12. Termini ad solvendum quantitas est arbitraria judici.
13. Terminus ad solvendum longior datur debitori magnae sommae.
14. Terminus ad solvendum in curia datur ab auditore camerae triginta dierum;
15. Et sufficit illum suscipere absque eo, quod auditor camerae super illo interloquatur.
16. Et conceditur illum etiam condemnatis in aliis tribunalibus.
17. Et etiam si debitores ipsi termino instrumento obligationis specialiter renunciassent.
18. Terminus ad solvendum non datur obligato tradere aliquam rem in specie.
19 Secus si res sit absens, vel adsit aliquod aliud impedimentum.
20. Via executiva competit locatori contra res invectas, et illatas in praedium locatum.
21. Et competit si conductor se obligaverit solvere aliqua obligatione viam executivam praebente.
22. Clausula sine aliqua contradictione praevia renunciatione quarumque exceptionum, et juris et legum auxilio non operatur, quod competat via executiva, sed tollit tantum obligationem.
23. Clericorum obligatio in formam alicujus ritus, vel statuti laicalis dantis viam executivam non valet.
24. Via executiva competens adversus conductorem ex obligatione ejus expressa in locatione, non competit pro locatione tacite renovata.
25. In causa mercedum rei locatae procedendum breviter, et summarie.
26. In urbe adest statutum in cap. 121. quod in causis mercedum rei locatae procedatur breviter et summarie.
27. Et adest etiam aliud statutum cap. 88. quod in causis locationum quarumcumque, procedatur sine libello, et aliis solemnitatibus etiam substantialibus.
28 Clausulae *procedi de plano, sine strepitu, et figura judicii, sola facti veritate inspecta, et omni juris solemnitate omissa*, important facultatem procedendi via executiva.
29. Pro mercede operarum, seu salarii competunt diversae actiones.
30. Et competit etiam actio ex locato.
31. In causis mercedis operarum non detur appellatio.
32. Nec in causis alimentorum.
33. Merces seu salarium gaudet privilegiis alimentorum, si debitum sit pauperi.
34. Paupertas non est probanda, sed praesumitur.
35. Signatura in causis mercedis, seu salarii solet praescrivere executionem pro rata trium annorum, et in reliquis committere cum clausula *si quid exequendum.*
36. Pro mercede diurna datur via executiva.
37. Et in urbe ex statuto cap. 95. debitur ubi summa non excedit scuta decem non auditur, nisi facto deposito, et a scutis decem sursum, nisi dato fidejussore.
38. Intelligitur tamen ubi merces, vel salarium est diurnum, seu menstruum,
39. Merces debita procuratori ad lites non dicitur diurna, et continua.
40. Procuratores, et sollicitatores in urbe non possunt agere pro salario non conventa actione locati.
41. Sufficit tamen promissio sit facta mercedis in genere.
42. Appellatio suspensiva datur in actione locati ubi merces non est constituta in certa summa.
43. Decl. procedere si judex taxatus est, secus si constet de quantitate ex consuetudine.
44. Appellatio ubi intrat taxatio judicis datur etiamsi alias non daretur.
45. Signatura in causis mercedis diversimode rescribit, juxta diversitatem factorum.
46. Conductori datur appellatio si habuit sententiam favorabilem a qua appellavit locator.
47. Appellare si permissum est uni parti, debet permitti, et alteri.
48. Lex stante statuta appellationem prohibente.
49. Appellatio si sit prohibita intelligitur quatenus sententia sit valida, et justa.
50. Decl. procedere si nullitas sit clara, et injustitia notoria.
51. Praelatio quando competat pro credito pensionum rei locatae.
52. Obligatio, et hypotheca pro debitis in diem statim oritur, licet impediatur exactio usquequo dies occurrit.
53. Creditum pensionum rei locatae sumit anterioritatem a die locationis.
54. Decl. procedere quoad pensiones debitas vigore locationis expressae secus autem quo ad debitas pro tacite renovata.
Contrarium tamen, vide num 57.
55 Hypotheca tacita non retrotrahitur ad diem contractus.
56. Contrarium tenent alii.
57. Hypotheca tacita anterior praefertur expressae posteriori.
58. Relocatio vigore pacti, quod si non fiat disdicta censeatur facta relocatio, non est tacita, sed expressa.
59. Hypotheca conditionalis evenienta conditione, retrotrahitur ad diem contractus.

CAPUT XXXIX.

Quatenus condoctor sponte non solvat debitam mercedem, 1
potest locator eom conveoire coram jodice intentando actio-
nem, quae sibi de jure conceditur, et dicitur ex locato, de qua
in *l. si tibi habitationem* 5. *ff. locat. et in l. praeses*, c.
eod. et instit. tit. eodem in princ.

Quae actio ex locato est actio civilis, ut probatur in *l.* 1. 2
ff. de superficieb. et est actio personalis, ut de actione ex ven-
dito probatur *l.* 1. c. *de act. empt.* et inde bene arguitur ad 3
actiooem istam ex locato, ad Text. *in l.* 1. *ff. locat.* et io hoc
proposito Crisp. *in suis terminis actionum num.* 147.

Dubitatum autem fuit, an competat locatori pro pensio-
nibus via executiva, nam licet praedicta actio ex locato sit or-
dinaria requirens libellum, ut tradit Jas. *in §. actionum au-* 4
tem num. 158. *ad fin. et seq. instit de action.* et dixit Rot.
decis. 175. *n.* 2. post Zacch *de oblig. camor.* Fab. *in cod.*
lib. 4. *tit.* 42. *defin.* 57. tamen verba illa Text. *in l. prae-* 5
ses 17. *c. locat. praeses provinciae, quae ex locato deben-*
tur. solvi sine mora curabit, dederunt occasionem aliquibus 6
credendi, quod procedi deberet executive, et signanter Viv.
in suis commun. opinib. opin. 687. *num.* 27. ubi quod ita
vidit judicatom in causa fratris sui, Rota *decis.* 335. *num.*
3. *part.* 10. *recent.*

Verum illa verba *sine mora*, quae in dict. Text. existunt 7
non possunt operari, ut sit sublata necessitas cognoscendi, an
conductor sit debitor, illumque condemnandi, prout sublata est,
ubi competit via executiva, cum tunc debitor habeatur pro

condemnato, sed solum importare possunt, ut post condemnationem non sit permittenda dilatio, et sic cessare appellationem, ad text. in *l.* 1. *c. de sent. ex brevil. recit.* ibique glos. in *verb. mora*, et Bald. ubi in fine declarat dicta verba intelligi post sententiam, vel infra quatuor menses, vel infra decem dies, juxta text. *in l. si debitori. ff. de judic.* vel infra duos menses attento text. *in cap. potuit de locat.* vel arbitrio judicis, ad text. *instit. tit. de offic judic.* in *princ.* et ita in specie declarando verba praefata *legis proeses, cod. loc.* dixit Rot. in *dec.* 165. n. 5. post Zacch. *de oblig. camer. et in decis.* 526. *num.* 10. *vers. ad textum coram Bichio*, ubi plene examinatur articulus referendo hinc inde auctoritates, easque singulariter, et diligenter examinando.

8 Sensus itaque Rotae est, ut praedicta verba *sine mora*, nedum importare non valeant conductorem haberi debere pro condemnato, et sic teneri via executiva, sed nec etiam privandum esse dilatione illa, seu termino, qui de jure post condemnationem reis indulgetur, juxta dictum text. *in l. si debitori* 21. *ff. de judic.* sed solum tollere remedium appellationis.

9 Et quidem competens terminus ad solvendum omnibus debitoribus quantumvis liquidis, et condemnatis de jure denegari non debet, ut ultra dictam *l. si debitoris*, habetur in *l. debitorib.* 31. *ff. de re judic. in l.* 1. et 2. c. *de usur rei judic.* in *cap. quod ad consultationem* 15. *de sent. et re jud. cap. quaerenti* 26. *de offic. deleg.* et dixit Rot. *decis.* 376
10 *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Unde non est denegandus conductori, cum nec etiam ei qui declaratus sit debitor a papa per breve denegari debeat, ut censuit Rot. coram Puteo *decis.*
11 121. *num.* 1. *lib* 3. et etiamsi adsit statutum, dicens, quod illico omni dilatione, et contradictione cessante debitor solvat, ea ratione quia non est effectualiter debitor nisi decurso dicto tempore, quod condemnatis conceditur, ut habetur in eadem decis. coram Put. in fin.

12 Quantitas autem hujus temporis est arbitraria judici, qui potest illam coarctare, et prorogare, Alciat. *in l cedere diem num.* 6. *ff. de verb. sign.* Molin. *de contract. disp.* 538. n. 7. *vers. potest tamen*, Put. *dict. decis.* 121. *num.* 2. et 3.
13 *lib.* 3. ubi propter magnam summam debitam majus tempus arbitrari debet, juxta glos. *in l. Aemilius ff. de minor.*
14 Et in curia notorius est stylus auditoris camerae concedendi triginta dies debitoribus, qui stylus facit jus, itaut non sit
15 amplius necesse eum interloqui super illius concessione, sed sufficiat debitori illum terminum ad solvendum suscipere in actis ejusdem Rot. *decis.* 383. *num.* 1. *part.* 1 *et dec.* 376
16 *n.* 1. *et* 5. 1. *part.* 2. *recentior.*

Et talem terminum concedit auditor cam. etiam condemnatis in aliis tribunalibus, et judices condemnantes illo prudente non consequuntur, ut tradunt Scacc. *de appell. quaest.*
17 17. *lim.* 2. num. 32. Salust. Tiber. in *proxi lib* 1. *cap.* 28. *num.* 6. et etiamsi ipsi termino in instrumento obligationis fuisset a debitore specialiter renunciatum, adhuc illum suo arbitrio concedit Scacc. *ibidem numer.* 31. ubi et alia circa eumdem terminum auditoris cam. tradit. penes cum in casu occurrenti videnda.

18 Unum tamen non omittendum animadvertere, quod in locatione evenire facile potest, scilicet, quod si conventum fuerit dari pro mercede aliquam rem in specie, tunc terminus praefatus de jure non datur condemnato, glos. in *cap. quaerenti* 26. *verb. quadrimestre prope med. de offic. deleg.* Molin. *de contract. disp.* 538. *num.* 7. *vers. observa tamen*,
19 ubi tamen bene addit, quod quatenus res illa tradenda absens sit, vel aliquod aliud legitimum occurrat impedimentum, cur statim tradi non possit, praescribitur a judice aliquod tempus, quo tradi possit, aut aestimatio ejus, si omnino tradi non valeat, adhibente reo fidejussores per text. in §. 1. *instit. tit.*
20 *de offic. jud.* juncta glos. ibi.

Id tamen quod dictum est non competere viam executivam pro pensione rei locatae, limitatur respectu rerum invectarum, et illatarum in eam. quia in eis competit via executiva, ex traditis per Gratian. *discept.* 117. *num.* 1. *et seqq.* militat enim quoad ea diversa ratio, nam locator potest illa etiam propria auctoritate expulso conductore detinere, donec sibi satisfiat, et sic ad evitandum periculum si conductor se opponat, potest a judice petere assistentiam, ut declarat Rot. coram Bich. *decis.* 526. *n.* 18. *et. seq.* et dicam latius in *cap. sequenti de invectis, et illatis.*

21 Prout etiam sine dubio limitatur si conductor in instrumento, seu apoca locationis se adstrinxerit solvere aliqua obligatione etiam executivam praebente, prout cauti locatores curare ad evitandas fraudes, et tergiversationes conductorum solent, tunc enim non habet conductor de quo conqueratur, dum talem sibi legem dicere voluit, et potuit, et cui locatorem verisimile est non alia lege locaturum fuisse, ut dicit Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 57.

Non tamen satis esset eum promisisse pensionem sine ali- 22
qua contradictione praevia renunciatione cuicumque exceptioni, et juris, ac legum auxilio, quoniam istae clausulae tollunt appellationem, sed non operantur, quod competat via executiva, ut declararit Rota in una Lucana dotis 19. januarii 1629. coram Verili, et in terminis conductoris in *decis.* 175. *num.* 7. post Zacch. *de oblig. cam.* et coram Bichio *d. decis.* 526. *num.* 16. *et* 17.

Prout etiam non satis esset conductorem se obligare in for- 23
ma alicujus ritus, seu statuti etiam laicalis, dum ipse sit ecclesiasticus, licet enim etiam ecclesiastici possint per pactum renunciare viae ordinariae, et se submittere executivae, tamen non possunt se submittere statutis, et ritibus laicorum, quia ab eis sunt exempti per privilegium concessum toti ordini ecclesiastico, cui renunciare non possunt, *c. si diligenti et c. contingit de sent. excomm.* et in puncto Rota coram Bichio *dict. decis.* 526. *num.* 28. *et seq.* et latissime firmatum fuit in *dec.* 180. *n.* 12. *et plurib. seqq.* post. Zacch. *de oblig. cam.*

Nec quatenus conductor continuasset ultra tempus conven- 24
tum retinere rem, et sic tacite renovata esset locatio, pro pensionibus postea decursis tempore tacitae renovationis, operarentur clausulae executivae instrumenti ipsius locationis expressae, quia illae non censentur repetitae in tacita, ut in specie firmavit Rota Bononien. *decis.* 80. num. 26. et dicam in cap. 64. ubi agam de tacita relocatione.

Praeterea non omittendum advertere, quod licet judex non 25
debeat relaxare mandatum contra conductorem pro debito mercedis via executiva, tamen dum lex dicit eum curaturum solvi sine mora, *dict. l. proeses, c. loc.* videtur eum procedere debere saltem breviter, et summarie secundum Fenzon. *ad stat. urb. cap.* 121. *numer.* 10 et admittere videtur Rot. cor. Bichio *dict. decis.* 526. *num.* 24. *et* 25. quod in foro ca-
pitolino urbis sine difficultate procedit ita praecipiente sta- 26
tuto in cap. 121.

Imo in urbe adest aliud statutum nempe cap. 88. in quo 27
ordinatur in causis locationum quarumcumque, in quibus quaestio dominii, vel possessionis de jure referri non potest, et in specie pensionum domorum, praediorum, et responsionum vinearum procedi sine libello, litis contestatione, aut aliis solemnitatibus, seu ordinibus judiciorum etiam substantialibus, summarie, simpliciter, et de plano sine strepitu, et
figura judicii, sola facti veritate inspecta, et omni juris sole- 28
mnitate omissa, quae clausulae important facultatem procedendi executive, Bart. in *extravag. ad reprimandum in ver. figura in fine*, cum aliis plenissime cumulatis per Rot. *dec.* 170 *num.* 5. post. Zacch. *de oblig. cam.* et in puncto dicti statuti in *recent. dec.* 335. *num.* 4. *part* 10.

Pro mercede autem operarum, seu salario competunt a- 29
liae diversae actiones, de quibus late d. Lanfr. Zacch. in saepe laudato tractatu *de salario quaest.* 93. *per tot.* quas omitto referre, ex quo sunt extra materiam locationis, illa tamen omnino videtur addenda haec actio ex locato, quoniam ubi agatur de operibus, quae locari possint, de quibus dictum
est in cap. 15. eam competere clarum est ut tradunt Soccin 30
Sen. *cons.* 196. *prope fin. lib.* 2. Rot Januen, *decis.* 115. *n.* 2. et aliis adductis Venturin. *cons.* 32. *n.* 22. Add. ad Burat. *decis.* 174. *in fin.* Rota *decis.* 367. *numer.* 20. *part.* 9. *recent.*

Unde nec etiam in causis mercedum danda erit appellatio 31
prout regulariter eam non dari, ubi agitur de mercede locationis, supra dictum est, eoque magis, quod ut non detur, militant etiam aliae diversae rationes relatae per eumdem D. Lanfr. *in d. tract. quaest.* 107. et signanter, quod succedere solet loco alimentorum, seu pro alimentis inservire, et in causis alimentorum non datur appellatio suspensiva, ex ibi con-
gestis. num. 4. et tradit etiam Fenzon. *ad stat. urb. cap.* 32
91. *num.* 5. et Magon. *decis. flor.* 12. *num.* 11. Verum qua- 33
tenus necesse sit excludere appellationem ratione ista, quod merces operarum gaudeat privilegiis alimentorum, ex ea sequitur, ut conclusio non procedat, nisi ubi agitur de mercede debita pauperi, quae alimentorum loco succedit, Fenzon. *in d. cap.* 95. *num.* 7. Rot. *decis.* 764. *per tot. part.* 1. *div.* et in anconitana mercedis 20. nov, 1602. coram Sacrato. quae est impressa per Marchesan. *p.* 1. *fol.* 1199. *il* 1. *num.* 1. et

hanc distinctionem inter salariom debitum pauperi. vel non
fuisse semper approbatam a a. Rot. asserit d. Laufr. *d. quaest.*
107. *sub. num.* 6.
Non tamen necesse habet locator operarum ad effugiendam
appellationem ex hoc capite probare se pauperem, tum quia
34 ipse habet regulam pro se, ut non detur appellatio fundatam
etiam in sacra scriptura expresse mandante, mercedem operariorum non retineri, ut retuli in *cap.* 37. *de tempore, quo
solvi debeat merces*, et mox etiam referam, tum quia paupertas praesumitur, ex quo quilibet pauper, et nudus nascitur ut late probant Adden. *ad dec.* 617. *n.* 37. *et seq. part.*
4. *tom.* 3. *recent.* Giarb. *dec.* 18. *num.* 12. et in his terminis
Scacc. *de appell. q.* 17. *lim.* 8. *num.* 9.
Ulterius si evitari praetendatur appellatio in causa mercedis operarum ex quo succedat loco alimentorum, sequitur e-
35 tiam, ut tantummodo pro duobus, vel tribus annis ultimis
privilegium competere possit, cum si petatur merces pro ulteriori tempore decurso, talis petitio tamquam alimentorum omnino decursorum, subjaceat appellationi, unde signatura solet
praeservare executionem pro rata trium annorum tantum ad
summum, et in reliquis committere causam appellationis,
cum clausula *si quid exequendum*, quae illam suspendit Marchesan. *de commiss. part.* 1. *fol.* 1193. *num.* 26. D. Lanfr.
dict. quaest. 107. *n.* 14. Gratian. *decis. Marck* 53. *n.* 5.
Quare saepe magis expediet allegare, quod in actione ex locato non datur appellatio ex dicta *l. praeses. cod. locat.* cum
ei dictae limitationes non adaptentur, ut de se patet.
36 At quatenus agatur de mercede diurna, utique magis urgent, praevia executiva, et remotiore appellationis suspensivae, verba illa sacrae paginae: *eadem die reddes pretium
laboris sui ante solis occasum*, Deuter. cap. 24. n. 15. cum
concordantibus ponderatis per Marant. *in praxi p.* 4. *dist.*
9. *num.* 197. Scac. *de appellat. quaest.* 17. *lim.* 8. *num.* 9.
D. Laufr. *d. quaest.* 107. *num.* 2.
37 Unde non desunt curiae, quae in causa similis mercedis
procedunt executive, et statuta id praecipientia, et in urbe
adest *cap.* 95. *lib.* 1. in quo ordinatur, quod ubi summa non
excedit scuta decem, reus non audiatur nisi facto actuali deposito, a summa vero scutorum decem, usque ad quamcumque summam, non audiatur nisi dato fidejussore de judicatum solvendo. De appellatione vero nihil dicit, unde attendendum remanet jus commune, juxta quod appellatio non
datur in similibus causis, quoad effectum suspensivum, sed
quoad devolutivum, ut explicat ibi Fenzon. *num* 6. et servatur etiam in curia gubernatoris, ut in praedictis causis
mercedis non audiatur reus nisi facto eodem modo deposito,
vel data cautione in forma depositi, ut notant Marches. *de
commiss. part.* 1. *fol.* 1195. *num.* 57. et Ridolph. *in praxi
part.* 1. *cap.* 7. *numer.* 90. *vers. nec aliquis*, et dixi latius
cap. 35. num. 70.
38 At causae mercedis ad effectum faciendi depositum, illae
tantum intelliguntur in quibus agitur de diurna, vel menstrua mercede, sive salario, ut praecise declarat reformatio
tribunalium Pauli V. §. 11. n. 6. et notat Ridolphin. *dict.
cap.* 7. *num.* 92. unde talis non esset merces debita procura-
39 tori ad lites, quia vacat in feriis, et ideo ejus merces non dicitur continua, et diurna, nec in statuto de eis loquente comprehenditur secundum Riminald. Jun. *cons.* 315. *num.* 17.
vers. huic objecto.
In proposito tamen procuratorum, in praefata reformatione Pauli V. in tit de advocat. et procurat. §. 18. *e.* 13. habetur, quod neque ipsi procuratores, neque sollicitatores quo-
40 rumcumque causarum salarium non conventum petere valeant, ut intentare non possent actionem ex locato, et conducto, sed implorare debent officium judicis, quod numquam
censetur sublatum, ut in specie declarando ipsam reformationem, dixit Rota in una romana salarii 23. januarii 1626.
coram Remboldo, de qua meminit Add. ad Burat. *dec.* 174.
num. 18. et est impressa post Zacch. *de solar. decis.* 83. *et
in decis.* 367. *num.* 26. *et seqq. port.* 9. et in romana pecuniaria 13. junii 1663. §. hiec urgere coram Verospio, quae
est *decis.* 84. *num.* 3. *et seq. port.* 14. et dixi etiam cap.
35. num. 97. et 98.
41 Sufficit tamen ad hoc, ut non intret dicta constitutio, et
sic ut possint procuratores, et sollicitatores intentare actionem locati, quod merces fuerit promissa, etiam in genere,
absque expressione quantitatis, et justificari promissionem
per literas missivas. ut pariter declaravit Rot. *decis.* 348.
num. 21. *et* 22. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. et decis.* 367. *num.*
31. *part.* 9.

Verum non propterea evitare poterunt dari appellationem
etiam suspensivam, quia iste est casus in quo etiamsi actum 42
fuerit actione locati. et pro salario, datur appellatio suspensiva, si non fuit constituta merces in certa summa, itaut intret
taxatio judicis. prout servat signatura in urbe, teste Marchesan. *de commiss. part.* 1. *fol.* 1193. *num.* 24. *et* 25. *et num.*
55. ubi quod in mercede conventa, vel si constat de quantitate ex solito, rescribit *sine praejudicio*, alias, cum clausula 43
si quid exequendum et num. 59. ubi quod aliquando rescribit sine praejudicio, quoad certam summam tantum, et refert etiam Scacc. *de appell. quaest.* 17. *lim.* 8. *num.* 9. *vers.
et signatura.* Et ratio reddi potest, quia judex potuit grava- 44
re in quantitate taxanda, unde danda ex hoc capite appellatio; quamvis juxta regulas juris dari non deberet, prout videmus in taxatione expensarum litis, quae licet sit executio
rei judicatae, et potius interlocutoria quam definitiva, itaut
propterea non danda esset appellatio, Vestr. *in praxi lib.* 7.
cap 3. *num.* 10. *et* 11. tamen dicta ratione conceditur *Clem.
appellanti de appellat.* Bald. *cons.* 119. *num.* 8. *vers. haec
sententia lib.* 2. Rot. *decis.* 211, *num.* 4. *part.* 7. *recent.* 45
Diversitas autem modi rescribendi procedit a diversitate
factorum, ubi enim non expressa merces certa in conventione, quandoque ejus quantitas certa deducitur aliunde, puta
a solito. cum quo se confirmasse parte praesumuntur, ut dictum est alibi, et quatenus solitum sit certum, et clarum, eo
casu quoque signatura non solet suspendere executionem,
quatenus autem sit aliquo modo dubium, et tunc regulari
solet a qualitate dubietatis, si enim certum est dari saltem
usque ad tantam summam, itaut dubietas sit tantum ab illa
supra, solet rescribere sine praejudicio quoad illam summam
maxime pro pauperibus, si autem dubietas sit in tota, tunc
suspendit totaliter, nisi aliae circumstantiae diversimode suadeant, et cum hac distinctione accipienda videntur tradita
per Marchesan. et Scacc. *ubi supra*, et D. Laufr. *d. quaest.*
107. *num.* 13.
Alius casus est, in quo danda est appellatio conductori, si 46
ipse in prima instantia sententiam favorabilem reportasset, a
qua locator sive rei, sive operarum appellasset, et obtinuisset, ut firmat in specie D. Laufr. *ibid.* num. 15. nam in judiciis servanda est aequalitas, itaut si uni parti permissum 47
fuit appellare, permittendum sit, et alteri *cap. in judiciis
de reg. jur. in* 6. Rot. cor. Coccino *decis.* 78. *n.* 2. quod tamen non procederet, ubi adesset statutum expresse prohibens
conductori appellationem, quia tunc cum statutum semper, et 48
indistincte loquatur, numquam esset danda appellatio, ut dixit Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec.* 664. *n.* 2. *vers. quoniam placuit, et in rec. dec.* 354. *num.* 3. *et* 4. *p.* 9.
Committeret quoque signaturam causam appellationis etiam suspensivae sine dubio, ubi sententia laboraret aliquo 49
vitio nullitatis, vel injustitiae, quia ubi appellatio est expresse prohibita, semper intelligitur quatenus sententia sit valida, et justa, ex traditis per Rot, *decis.* 18. *num.* 1. *p.* 1. *et
decis.* 324. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* et in terminis causae mercedis, per D. Laufr. *dict. q.* 107. *num.* 18. *et* 19. requiritur 50
tamen nullitatem esse claram, et injustitiam esse notoriam,
quia alias inhaerendum esset regulae prohibitivae appellationis ex traditis per Ridolphin. *in praxi part.* 2. *cap.* 6. *n.*
167 Rot. *decis.* 780. *et decis.* 785. *in utraque num.* 1. cor.
Burat. *et in decis.* 9. *fere per tot*, post Posth. *de manut.*
Si autem in hac actione quaeratur, an competat aliqua 51
praelatio adversus alios creditores conductoris, in primis ea
competit in fructibus rei locatae, ut dictum est supra in *cap.*
33. praecipue *num.* 37. *et seqq.* secundo loco ea competit
quandoque in invectis, et illatis in praedium locatum, de quo
dicetur in *cap sequen. num,* 128 *et seq.* Tertio ea competit
ubi agitur de mercede operarum, in quibusdam casibus de
quibus dicam in *cap.* 41. *per tot.* in reliquis recurrendum
erit ad anterioritatem, juxta vulgat. regul. qui prior in tempore, prior in jure, et ubi locatio sit ad plures annos, clarum
videtur, quod licet pensio distributa sit in singulos annos,
adhuc non sumenda est anterioritas a die quo destinata est
solutio, seu pagbae, ut dicitur, maturatae, sed a die celebrati contractus, praesupposito, quod in ipso contractu adsit o- 52
bligatio, cum hypotheca suorum bonorum, quia in debitis in
diem statim oritur obligatio, et consequenter hypotheca, licet impediatur exactio ex quo nondum cessit dies, *l. cedere
diem cum ibi notat. ff. de verb. signif.* et in similibus terminis de obligatione pro usuris, quod anterioritatem sumat
a die contractus, non autem a die quo promissa solutio, est
text. celebris in *l. Lucius* 19. *ff qui potior. in pign. hab.*

53 et generaliter in annuis praestationibus, Rot. *decis.* 679. *n.* 8. *et* 9, *part.* 1. *div.* et praecise in his terminis pensionis rei locatae, Rot. coram Cavaler. *decis.* 342. *per tot.*

Et certe hoc non habet difficultatem in locatione expresse facta ad plures annos, quod hypotheca sumat initium a tempore contractus, et factae obligationis, quoad omnes annos
54 pro quibus fuit expresse conventum locationem durare, at ubi ultra eos locatio fuerit tacite continuata, seu renovata, juxta text. *in leg. item quaeritur*, §. *qui impleto*, *et leg. seq. ff. locat.* contrarium videtur dicendum, nam licet duret etiam obligatio pignorum, et hypothecae in ipsa locatione contractae, ut habetur in *dict* §. *qui impleto*, *l. legem in*
55 *fin. c. locat.* et tradit Bolognin. *cons*, 30. *num.* 34. tamen sicut ista est locatio tacita, ita etiam ejus hypotheca tacita quoque est, et hypotheca tacita non incipit a die contractus, sed solum a die quo effectualiter debetur, et sic a die quo conductor continuando uti, fit debitor, ut late probant Soccin. Sen. *cons.* 41. *num.* 16. *et seq. et num.* 22. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 851. *num.* 23. *et seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 46. *num.* 9. *vers. sed hoc sane*, quorum dicta multum
56 urgent, sed non transeunt sine difficultate, quia contrarium tenet adversus Soccinum ubi supra, Negus. *de pignor. part.* 5. *membr.* 1. *num.* 14. et adversus Mantic. Merlinus *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quaest.* 22. *numer.* 31. et firmare voluit
57 Rot. *decis.* 206. *num* 15. *part.* 10. *recent.* et pro ista contraria facit text. *in dict.* §. *qui impleto*, dum dicit *pignorum videtur durare obligatio*, si enim obligatio durat, non nascitur de novo, sed est illamet antiqua de tempore locationis contracta, et ideo ab eo debet praelationem sumere.

Et licet fortius, quod haec hypotheca competens pro tacita relocatione cedat expressae, etiam posteriori, nempe contractae in caepta jam tacita relocatione, tradat Caroc. *de locat. tit. de renov. locat. in declarationibus. declarat.* 12. *num.* 2. ubi quod ita vidit in facto allegatum, tamen ipse nihil allegat, et ratio quam adducit, quod expressa praeferatur
58 tacitae, quando tacita est prior in tempore, non est vera, quia tunc praefertur etiam expressae posteriori, Negus. *de pignor. part.* 5. *membr.* 2. *nu.* 9. *vers. quarto decimo amplia.* Merlin. *eod. tractat. lib.* 4. *tit.* 1. *quaest.* 7. *per tot.* Unde saltem a die tacitae relocationis, quo saltem incipit ipsa hypotheca tacita, incipit, et etiam ejus praelatio.

Propterea quando verum sit hanc hypothecam non incipere a die contractus, nec ab eo praelationem sumere, hoc videtur declarandum procedere, si relocatio sit omnino tacita, secus autem si sit in ipso contractu conventa, puta si dictum, quod non facta disdicta censeatur facta relocatio cum eadem mercede, aliisque pactis, quia tunc non agitur de hypotheca tacita, sed de expressa, et vigore contractus, et ideo ab eo sumere debet anterioritatem obligatio, juxta text. *in d. l. Lucius.* 19. *ff. qui potior. in pignor. hab.* etiamsi illa obligatio sit conditionalis, videlicet si continuetur absque di-
59 sdicta, quia etiam hypotheca conditionalis retrotrahitur, ut per text. *in l. qui balneum in princ. et in l. potior in princ. vers. videamus, ff. qui potior in pign. hab.* tradit in proposito Cavaler. *dict. decis.* 342. *n.* 1. *et* 2. et sub simili conditione videtur etiam contracta obligatio pro usuris, scilicet, si sors non restituatur, et tamen pro eis clarum est praelationem competere a die contractus *dicta l. Lucius, ff qui potior. in pign.* et hanc dictionem, inter obligationem, seu hypothecam omnino tacitam, et eam quae competit ex contractu, late firmavit Rot. *in dict. decis.* 206. *num.* 10. *et seqq. part.* 10. *recent.* quae est Puteing. *decis.* 331. ubi nec etiam erat expressa obligatio pro fructibus in instrumento, sed tacite ex eo educebatur.

De rebus invectis, et illatis in praedium conductum, quae actio, aliudve remedium adversus eas locatori competat.

SUMMARIUM

1. Invecta, et illata in praedium conductum remanent tacite hypothecata domino praedii.
2. Et haec est hypotheca generalis, et tacita legalis facto hominis interveniente.
3. Ad hoc ut inducatur dicta hypotheca requiritur eam inferri in praedium conductum animo, ut ibi permaneat, usque quo duret locatio.
4. Hypotheca invectarum in praedium conductum prodest locatori non solum pro credito pensionis, sed etiam si conductor deteriorasse praedium.
5. Ampl. ut possit etiam locator pro quocumque alio credito invecta, et illata retinere.
6. Decl. procedere si possideat.
7. Retentio non possidenti competere non potest.
8. Hypothecam habens potest se opponere creditori posteriori, et dicere velle retinere.
9. Decl. procedere pro ipso credito cum hypotheca, non autem cum alio sine hypotheca.
10. Invectae res dicuntur illae, quae dorso, et illatae illae quae manu in praedium sunt introductae.
11. Invecta, et illata in praedium urbanum remanent hypothecata domino, etiam ignoranti introductionem, secus autem in praedio rustico.
12. Invecta, et illata in praedium rusticum, ut remaneant hypothecata, aliqui volunt non sufficere scientiam, sed requiri pactum.
13. Contraria tamen opinio est magis communis, et n. 14. ubi quod est etiam carior, et n. 17.
15. Distinctionis una pars aliam declarat.
16. Legum decisiones non sunt trahendae ad casus indubitabiles.
18. In invectis, et illatis competit locatori actio serviana.
19. Serviana actio, et interdictum salvianum proditum fuit contra colonum,
20. Et competunt tam contra conductorem praedii rustici, quam contra conductorem praedii urbani.
21. Serviana actio differt ab interdicto Salviani, quia serviana sive ad res coloni, sive ad res inquilini datur directa. Salvianum vero ad res coloni directum, ad res vero inquilini, datur tantum utile.
22. Et quia serviana respicit rerum proprietatem, et qui eam intentat probare debet, debitorem habuisse earum dominium, Salvianum respicit possessionem, et sufficit probare debitorem illam habuisse.
23. Decl. ut intentans servianam non teneatur probare dominium plenum, sed sufficit quasi dominium.
24. Hypothecam praetendens ex eo quod fuerint bona invecta, et illata in praedium conductum, probare debet pactum illationis.
25. Et probare etiam debet quod illata fuerint cum animo, quod ibi permanerent usquequo duraret locatio.
26. Animus praedictus probatur praesumptione resultante ex qualitate rei solitae levari.
27. An res sint dictae qualitatis statur arbitrio judicis.
28. Actio serviana, et interdictum Salvianum possunt cumulari, et interdictum tentari.
29. Et pro utroque requiritur libellus,
30. Libelli pro actione serviana et pro Salviano formula relative.
31. Actio serviana an fuerit intentata, vel potius Salvianum, dignoscitur a libello et quomodo.
32. Actio serviana est hypothecaria, et continet petitorium, et Salvianum est possessorium.
33. Servianam intentans non potest obtinere in Salviano, quod est diversum.
34. Clausulae *deducens omne jus, etc. et petens justitiam administrari, etc.* in libellis apponi solitae faciunt censeri intentata omnia remedia competentia ultro expressa.
35. Via executiva competit locatori adversus bona invecta, et illata.
36. Invecta, et illata dicuntur esse pignori penes locatorem.
37. Pignus dicitur, quod ad creditorem transit, hypotheca cum non transit, nec possessio ad creditorem.
38. Invecta et illata in praedium locatum an possideantur a locatore est quaestio ardua.
39. Possessio ut acquiratur necessaria est scientia.
40. Invecta, et illata possunt a locatore pro sua securitate includi.
41. Et per talem inclusionem acquirit earum possessionem.
42. Et ex postea potest illa capere propria auctoritate.
43. Et potest illa retinere.
44. Et sufficit locatorem ea describere ad hoc ut dicantur inclusa.
45. Et practicatur dicta descriptio.
46. Decl. descriptionem, seu inclusionem non posse fieri semper, sed solum conductore mercedem non solvente.
47. Descriptio bonorum illatorum, seu bonorum inclusio praedicta, potest fieri per locatorem propria auctoritate,
48. Et hoc modo procedit, quod dicitur conductorem posse executive agere contra bona invecta, et illata, et ea propria auctoritate capere, semper illa prius describendo, et deinde capiendo.
49. An licet possit locator dicta bona capere sine judice, honestius tamen faciet cum judice.
50. Et potest petere associationem.
51. Associatio competit habenti facultatem capiendi propria auctoritate.
52. Associatio petita a locatore ad bona invecta, et illata, an concedi debeat sine partis citatione, sunt hinc inde opiniones.
53. Affirmativa non potest admitti si petatur non solum associatio, sed etiam licentia ingrediendi.
54. Nec ubicumque non petitur associatio ex mera urbanitate.
55. Nec ei non liqueat conductorem carere prorsus omni defensione.
56. Nec ubi locator omissa via extrajudiciali elegerit judiciariam.
57. Adversus bona invecta, et illata conceditur mandatum de associando, vel ad exhibendum, aut aliud opportunum via executiva.
58. Cessante vero d. descriptione locator intentare debet, vel servianam, vel salvianum, non autem executive agere.
59. Decl. ut non competat via executiva agendo, sed excipiendo adversus alium creditorem executive contra dicta bona agentem.
60. Hypotheca tacita invectorum et illatorum procedit etiam in invectis per solam patientiam.
61. Et in invectis per colonum respondentem, quid sartum in fructibus.
62. Non autem procedit in invectis per famulum in domum domini.
63. Invecta per subconductorem remanent hypothecata etiam primo locatori
64. *L. si in lege* 27. §. *si colonus, ff locat.* intellectus.
65. Minoris bona invecta, et illata in praedium ab eo conductum, an tacite remaneant hypothecata locatori, est magna controversia.
66. Qui tenent negativam opinionem referuntur.
67. Affirmativam, qui tenent referuntur.
68. Ratio praecipua opinionis affirmativae est, quia lex approbat conductionem a minore factam.

69. Ratio praedicta refellitur.
70. Bona ecclesiae generaliter hypothecari possunt absque beneplacito occasione exeptionis bonorum per eam factam.
71. Sed non propterea potest deveniri vigore dictae hypothecae ad distractionem bonorum sine beneplacito.
72. In re maxime dubia liberum est hominis judicium.
73. Maxime dum non agitur de consulendo, aut judicando.
74. Minoris bona invecta, et illata in praedium ab eo conductum sine decreto non remanent hypothecata.
75. Lex ubi vult inducere tacitam hypothecam in bonis minoris, id clare exprimit.
76. Minoris privilegium, quod ejus bona non obligentur sine decreto non procedit in mobilibus, quae servando servari non possunt.
77. Lim. dictam opinionem, quod minoris bona invecta, et illata non hypothecentur primo in mobilibus, quae servando servari non possunt.
78. Lim. 2. in minoribus, scholaribus, aliisque degentibus extra patriam suam sine curatore.
79. Lim. 3. ubi minor prudenter conducit.
80. Contr. quia in obligatione minoris requiritur utilitas, et decretum et num. 81.
82. Minoris bona si possideantur a locatore possunt ab eo retineri quousque sit satisfactus.
83. Retentio datur etiam pro credito sine hypotheca.
84. Bona ecclesiae difficilius alienantur, aut hypothecantur quam bona minoris.
85. Bona ecclesiae invecta, et illata in domum conductam non remanent tacite hypothecata.
86. Clericorum bona propria invecta et illata in praedium conductum remanent hypothecata.
87. Res aliena bona fide possessa si inferatur in praedium conductum remanet hypothecata.
88. Res aliena non potest obligari.
89. Decl. procedere in obligatione hominis, non in obligatione legis.
90. Hypotheca rei alienae invectae, et illatae prodest, ut conductor remanet salvianum, non autem serviarum.
91. Res aliena mala fide possessa si inferatur in praedium conductum non remanet hypothecata.
92. Amplia etiamsi dominus rei illationem ignoret secundum aliquos.
93. Contraria tamen opinio est magis communis, et num. 94. ubi quod est etiam verior.
95. Decl. dictam contrariam procedere si dominus non sit praesens illationi, vel quando sit, contradicat.
96. Lim. eamdem opinionem primo, ut non procedat si dominus sivit rem suam induci, et tacuit dolo, ut decipiretur locator.
97. Lim. 2. si dominus permisit induci res, ut permanerent in domo toto tempore locationis.
98. Lim. 3. si res locata sit pupilli, vel ecclesiae.
99. Lim. 4. si cum scientia, et taciturnitate concurrat, quod dominus rerum sit conjunctus conductori illas inducenti.
100. Maxime in bonis patris inductis in domum a filio de ejus assensu conductam.
101. Limitatur aliis modis dicta conclusio relative.
102. Hypotheca tacita invectorum, et illatorum non comprehendit illas res, quae non censentur comprehensae in obligatione generali expressa.
103. Obligatio generalis non comprehendit vestes, nec alia mobilia necessaria debitori.
104. Libri scholarium, et doctorum, arma militum, et breviarium clericorum sunt mobilia necessaria, et non cadunt sub hypotheca generali.
105. Contr. quo ad hypothecam invectorum, et illatorum.
106. Decl. secundam procedere tantum in casu quo non essent invecta alia bona, quam praelata.
107. Et debebit locator probare non fuisse invecta alia bona.
108. Instrumenta, et chirographa, et nomina debitorum non cadunt sub hypotheca invectorum, et illatorum.
109. Pecunia invecta in domum conductam praesidii causa cadit sub hypotheca, secus autem in pecuniis invecta ut quotidie expenderentur.
110. Boves aratorii, et instrumenta necessaria ad agriculturam non cadunt sub hypotheca invectorum, et illatorum.
111. Et generaliter potest in eis fieri executio.
112. Ampl. procedere tam in foro saeculari, quam in ecclesiastico.
113. Lim. secundum aliquos si non possit fieri executio in aliis bonis.
114. Contrarium tamen tenent alii.
115. Lim. 2. attenta consuetudine, quae in diversis locis adest, ut executio etiam in dictis bonis fiat.
116. Lim. 3. si mediante executione non impeditur agricultura, et n. 117. ubi quando, et quomodo hoc procedat.
118. Merces an cadant sub hypotheca invectorum, et illatorum, est quaestio controversa, et qui eam tractent.
119. Merces illatae in praedium rusticum non cadunt sub hypotheca.
120. Merces illatae in domum non ita conductam, ut in ea taberna exerceatur non cadunt sub dicta hypotheca.
121. Secus si illatae sint in praedium urbanum conductum ad effectum ibi retinendi merces.
122. Ampl. etiamsi sit simul ad habitandum.
123. Fructus praediorum propriorum conductoris in domum conductam invecti, tam ad usum proprium quam ad effectum vendendi cadunt sub hypotheca.
124. Invecta, et illata, etiamsi sint partim venalia, partim non cadunt sub hypotheca.
125. Venalia invecta, et illata cadunt sub hypotheca.
126. Conducta domo, seu alia mansione pro conservatione mercium, merces ibi conductae remanent hypothecatae pro pensione.
127. Et hypotheca ista est fortior hypotheca invectorum, et illatorum in domum conductam ad habitandum.
128. Et habet praelationem, quoad alios creditores in rebus conservatis.
129. Hypotheca competens locatori in invectis, et illatis habet praelationem secundum aliquos.
130. Contr. est magis receptum.
131. Creditor pro funere conductoris praefertur locatori in invectis, et illatis.
132. Ampl. praeferri etiam ei, qui locavit pro rebus ipsis conservandis.
133. Hypotheca in invectis, et illatis competit etiam contra tertium causam a conductore habentem.
134. Non tamen potest contra tertium intentari via executiva.
135. Decl. non posse intentari viam executivam contra tertium, si res non sunt amplius in domum conductam, secus autem e contra.
136. Lim. ut non transeat dicta hypotheca contra tertium in rebus venalibus.
137. Decl. limitationem non procedere si res venales fuerint e locatore modo quo supra inclusae.
138. Decl. 2. non procedere si ante alienationem fuisset judicium intentatum a locatore.
139. Decl. 3. extingui hypothecam venalium si venditae specialiter, secus si tota apotheca, vel totum negotium, aut aliqua ejus pars integralis.
140. Et ubi venditae specialiter merces si aliae emantur illi subrogatae remanent hypothecatae.
141. Pretium mercium venditarum succedit loco rei, et subjacet hypothecae cui subjacebant merces.
142. Hypotheca invectorum, et illatorum durat etiamsi inquilinus bona e domo extraxerit.
143. Intellige si fuerant illata in domum animo, ut ibi permanerent.
144. Ampl. ut possit locator agere contra conductorem, qui bona invecta extraxit, ut ea reportet.
145. Invecta in porticum domus remanent hypothecata locatori.
146. Porticus non est domus, sed ejus pars, et in locatione domus continetur.
147. Invecta in apothecam, horreum, stabulum, aream, vel curtim domus januatae remanent hypothecata.
148. Molendinum junctum domui, et in quo habitatur reputatur praedium urbanum, alias reputatur rusticum.
149. Invecta in molendinum conductum et in eo non habitetur, ut remaneant hypothecata requiritur scientia locatoris.
150. De furno judicatur idem ac de molendino.
151. Invecta in navim conductam remanent tacite hypothecata.
152. Navis aequiparatur praedio urbano.
153. Invecta in vehiculum conductum remanent hypothecata.
154. Vehiculum aequiparatur navi.
155. Hypotheca invectorum, et illatorum in navim, vel vehiculum conductum praefertur aliis.
156. Hypotheca tacita in invectis, et illatis non cessat ex eo quod locator de hypotheca expressa sibi prospexerit.
Lim. si expressa sit in ipsis invectis ad novandum tacitam n. 162.
157. Provisio hominis facit cessare provisionem legis.
158. Decl. procedere, quando provisio legis facta est in defectum provisionis hominis, secus si ex diverso fonte procedat.
159. Hypotheca in invectis, et illatis cessat si datur fidejussor pro solutione pensionis secundum aliquos.
160. Contrarium tamen probatur.
161. Decl. primam procedere si convention invecta pignori esse, donec satisfactum fuerit locatori, et postea locator receperit fidejussorem.
163. Hypotheca in invectis, et illatis remissa, non censetur propterea remissum jus executivum in eisdem competens.
164. Hypotheca in invectis, et illatis est privilegium personale locatoris, et non transit in singularem successorem.
165. Potest tamen cedi per cessionem specialem, juxta veriorem opinionem.

CAPUT XL.

Bona invecta, seu illata in praedium conductum remanent 1
locatori domino praedii tacite hypothecata, *l. item quia 4. ff. de pact. l. eo jure 4. ff. quib. mod. pign. vel hypot. tac. contr. l. certi juris 5. c. locat. et l. si non induetn 5. c. in quib. ca. pig. vel hypot. tac. contr. §. item serviana instit. tit. de action.* et haec est hypotheca generalis, et tacita lega- 2
lis facto hominis, scilicet ipsa illatione interveniente, ut docuit Jas. *in d. §. item serviano n. 76. ver. quaedam est.*

Non tamen statim ac quid introducitur in praedium con-
ductum, remanet indistincte hypothecatum, sed solum si in- 3
troducatur eo animo, ut ibi perpetuo permaneat., ut est text. *in l. debitor 32. ff. de pignorib.* scilicet quousque duret locatio, gloss. *in d. l. certi juris. verb. induxerit, cod. locat* Mascard. *de probat. concl.* 210. *num.* 20. Menoch. *de arbitr. cas.* 441. *num.* 4. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 32. Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 390. *numer.* 60. *part.* 2. Pacif. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 5. *num.* 17.

Et prodest haec hypotheca non solum pro credito pensio- 4
num, sed etiam, si conductor praedium deterioraverit, pro consecutione damni. *l. 2. ff. in quib. ca. pign. tac. contr.* Jas. *in l. item quia in princ. vers. his concurrentibus, ff. de pact.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit* 14 *num* 9. Caroc. *de loc. et conduct. tit. de invect. quaest.* 1 *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.* 210. *num.* 2. Pacif. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 5. *n.* 2

Imo, et prodest pro quocumque alio credito, quod locator 5
habeat contra conductorem, nam poterit pro eo dicta bona retinere, ut docuit Bart. *in l. solutum §. solutam ad fin. ff. de pig. act.* Ang. Aret. *in §. item serviana n.* 9. *ver. quaero an invecta et illata instit. tit. de action.* quam doctrinam licet

acriter impugnaverit Jas. *in l. item quia numer.* 1. *ver. imo talia invecta. ff. de pact.* tamen non propterea ab ea recedendum est, ut dicit, et bene probat Negus. *de pignor. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 129. et sequitur Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 12. *et.* 13.

6 Verum retenta ista opinione, quod competat retentio pro aliis creditis, animadvertendum videtur, quod ea procedere non potest, nisi eum supposito, quod locator bona ipsa possi-
7 deat, quia retentio non possidenti competere non potest, Vinc. de Franc. *decis.* 527. *num.* 11. Cavaler. *dec.* 429. *n.* 3. Gratian. *disc.* 700. *num.* 36. Rot. *decis.* 140. *numer.* 10. post Posth. *de manut. et decis.* 120. *num.* 34. *part* 9. *recent.* quidquid sit an si habens retentionem, a possessione ceciderit, possit eam recuperare, de quo Grat. *disc.* 269. *num.* 25.

8 Et licet pro credito pro quo competit hypotheca possit creditor in casu quo alius posterior velit bona in executionem capere, se opponere, et dicere vel retinere ratione suae hypothecae, ut voluit Bal. Nov. *de dot. part.* 7. *privil.* 20. et post
9 eum Natt. *cons.* 300. *num.* 2. tamen omissa discussione. an ista sit vera retentio, dum conceditur ratione hypothecae tantum, non potest praetendi ut ea competat pro credito hypothecam non habente. quia pro eo retentio non competit ratione hypothecae alterius crediti tantum. sed possessionis. Merlin. *de pignor. quaest.* 67. *num.* 11. *lib.* 2. et requiritur possessio pro credito cum hypotheca, ut competat retentio pro alio sine hypotheca, ut dicam in cap. 42. an autem, et quando locator dicatur dicta bona possidere, ita ut ratione possessionis possit ei competere vera retentio, pro quocomque cre-
10 dito. dicam inferius.

Dicuntur autem res invectae, seu inductae illae. quae dorso, et illatae illae. quae manu in praedium sunt introductae ut explicat glos. *in dicta l. si non inducta in ver. inducta.* ubi et Salic. *c. in quib. ca. pign. vel hypoth. tac. contr.* Negus. *de pignor. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 128. seu invectae, quae plaustro, vel equo inferuntur, ut rectius se opinari, dicit Menoch. *de arbitr. cas.* 441. *n.* 3.

11 Differt tamen in hoc proposito praedium urbanum a praedio rustico, nam in praedio urbano sufficit conductorem bona introduxisse, ad hoc, ut locatori quaeratur hypotheca, etiamsi locator introductionem illam ignoraverit, quod secus est in locatore praedii rustici, ut expresse distinguitur *in d. l. certi juris* 5. *c. locat.*

12 Imo DD. acriter disputant, an sufficiat locatori praedii rustici scientia, quod in illud conductor bona intulerit, vel etiam ulterius requiratur, quod expresse convenerit ea sibi hypothecata esse, et moderniores tenuerunt necessariam esse expressam conventionem, ut signanter Conan. *lib.* 4. *comment juris cap.* 16. *numer.* 6. Cuias. *in §. item serviana numer.* 5. *instit. de act.* Ugo Donel. *in comment. de pignor cap.* 6. *col.* 4. *vers. sequitur de praed. rust.* Carne *de loc. tit. de invect. quaest.* 3. *num.* 26. *et seqq.* Menoch. qui alios refert, et late, ac nervose opinionem istam rationibus comprobat, et a contrariis defendit in *tract. de adip posses. rem.* 3. *num.* 36. *et seqq. usque ad* 46. et habet ista opinio pro se praecipue text. *in § interdictum quoque instit. tit. de interdict.* cujus verba sunt. *Interdictum quoque. quod appellatur salvianum adipiscendae possessionis causa comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.*

13 Verum contraria opinio, quod sufficiat scientia introductionis est magis communis, eam enim tenuit glos. *in d. §. item serviana in verb. coloni instit. de act.* et ibidem Ang. Aret. *num.* 12. Jas. *num.* 29. Gomes. *num* 13. *et* 30. Zas. *num.* 13. Misinger. *num.* 12. item gloss. *in l. item quia* 4. *ver. in urbanis, ff. de pact.* ubi et Ang. *num.* 4 et Jas. *numer.* 14. Bart. *in l. si non inducta num* 3. *ver. aut non inducitur cod. in quib. ca. pign. tacit. cont.* Negus. *de pignor. memb.* 4. *part.* 2. *num.* 146. et aliis pluribus adductis Statil. Pacif. de Salv. *interd. insp.* 3. *cap* 5. *num.* 25. Franc. Marc. *decis.* 501. *num* 18. *p.* 1. et hanc esse magis receptam dicit ipse Menoch. pro contraria allegatus *d. remed.* 3. *num.* 34. et communem dicit Peregr. *cons.* 80. *num.* 13. *lib.* 3.

14 Et videtur istam contrariam esse quoque magis veram, probatur enim signanter per text. *in d. l certi juris* 5. *c. locat.* dicit namque, *ea quae voluntate dominorum coloni in fundum conductum induxerunt, pignoris jura dominis praediorum teneri, quando autem domus locatur, non est necessaria in rebus inductis, vel illatis scientia domini.* Unde datur intelligi in rusticis sufficere scientiam, et interpretandum esse verbum illud *voluntate* in textu existens; id est domino sciente, prout ita illud interpretatur gloss. ibi, et Bald. et alii, et post eos Peregr. *d. cons.* 80 *num.* 13. ponderando praecipue, quod text. distinguit inter praedia rustica et praedia urbana. et in secundo membro distinctionis aperte loquitur, et dicit non esse necessariam scientiam. Unde in-
fertur, quod oppositum sentit in primo, una enim pars dis- 15
tinctionis aliam declarat, Roman. *cons.* 231. num. 2. et ibi Adden. Caet. *cons.* 45 *nu.* 2. *et* 3. Menoch. *cons.* 122. *n.* 3. Socin. Jun. *cons.* 112. *n.* 15. *lib.* 1. Surd *cons.* 431. *n.* 50.

Et ulterius considerari etiam potest. quod quatenus text. praedictus intelligeretur. tunc bona inducta in praedium rusticum esse hypothecata domino cum hoc expresse actum fuisset, utique hoc esset ejusdem text. sensum trahere ad casum prorsus indubitabilem, cum nemo dubitare possit. quod si actum sit bona hypothecata esse debere, tunc hypotheca contra-
hatur, et ideo non videtur dicendum, quia decisiones legum 16
non sunt trahendae ad casus indubitabiles, ut dicit glosa. *in l. quod Labeo* 9. *ver. de eo, ff. de carb. edict.* Rot. *decis.* 533. *n.* 19 *part.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Et licet alia quoque opinio habeat sua fundamenta non om- 17
nino contemnenda, ut dictum est supra, et latius videre est penes ejus fautores ibi citatos, tamen ad text. *in §. interdictum quoque instit. tit. de interd.* supra relatum, respondetur verbum illud *pepigisset*, in eo existens, intelligi scilicet, tacite, prout illud explicat ibi glos. reliqua vero fundamenta omnia patiuntur congruas responsiones traditas praecipue per Statil. Pacif. de Salv. *insp.* 3. *cap.* 5. *num.* 26. *et late seq.* quas hic non repeto.

Stante autem dicta hypotheca competit locatori actio ser- 18
viana, ut habetur *in dict. §. item serviana instit. tit. de action.* ibi: *serviana autem experitur quis de rebus coloni. quae pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur.* Et competit etiam interdictum salvianum, ut habetur *in d. §. interdictum quoque instit. tit. de interd.* cujus verba supra fuerunt relata.

Et quamvis tam praefata actio serviana, quam interdictum 19
salvianum fuerit proditum contra colonum, ut loquuntur textus praefati, et proinde aliqui voluerint competere tantum adversus conductorem praedii rustici, qui proprie dicitur co- 20
lonus, non autem adversus conductorem praedii urbani, qui vocatur inquilinus, tamen verius est competere utrique propter identitatem rationis, ut de actione serviana docuit glos. *in d. §. item serviana in verb. coloni.* in primis verbis ibi: *sub audi, vel inquilini.* et Bald. *in d. l. certi juris* 5. *c. locat. in fin.* ubi deridet Petr. de Bellapert. qui contrarium tenuerat dicens. quod sub quibusdam ramusculis id somniavit Jas. *in d. §. item serviana n.* 23. et 24. ubi dicit rationes contrariae opinionis relatas per Jo: Fabrum ibi, et abundantius per Nicol. de Neap. qui circa hoc inaniter occupat unam columnam, et amplius, esse leves, et fragiles, et idem de salviano docuit Salic. *in d. l. certi juris num.* 9. et late post alios firmat Menoch. *in d. tract. de adipisc. posses. rem.* 3. *num.* 51. ubi examinato articulo dicit, hanc opinionem esse veriorem.

Serviana autem differt a salviano interdicto in duobus, quo- 21
rum primum est, quod serviana sive ad res coloni, sive etiam ad res inquilini datur directa, salvianum vero ad res coloni datur directum, ad res vero inquilini datur utile tantum, Bart. *in l fin ff. de Salv. interdict.* junctis notatis per eumdem *in l.* 1. *in princ. et in §.* 1. *ff. eod.* Negus. *de pignor. part.* 8. *memb.* 1. *num.* 8. *ver. serviana tamen.* Menoch. *de adipisc. poss. d. rem.* 3. *num.* 19. *et* 51.

Aliud est quod serviana respicit rerum proprietatem, et 22
qui eam intentat. probare debet debitorem habuisse rerum dominium, salvianum vero respicit tantum possessionem. et sufficit illud intentantem probare debitorem habuisse rerum possessionem, glos. *in d. §. item serviana, ver. quasi inst. de action.* Bart. *in l* 1. *in princ. ff. de Salv. interd.* Negus. *de pignor. d memb.* 1. *num.* 8. *post med. ver.* 2. *differunt.*

Non tamen necesse habet locator intentare volens servianam 23
probare dominium plenum conductoris sed sufficit quasi dominium. ita ut competeret ei quasi publiciana, nam quemadmodum praetor tueri debet conductorem per publicianam, ita et tueri etiam debet locatorem per servianam, ut expresse habetur *in l. si ab eo. ff. de pignor.*

Verum. quia haec hypotheca, ut inducatur necessarium 24
est factum illud hominis, illationis videlicet rei in praedium conductum patet. quod agere volens ex ea. factum praedictum probare debet, *l si non inducta, c. in quib. caus pig.*

toc. contr. et ibi Bart. et alii, quos refert Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 150.

25 Et quoniam, ut dictum est supra in principio, non sufficit illatio in praedium, nisi sit facta eo animo, ut ibi maneat usquequo duret locatio, necesse etiam erit probare talem a nimum, Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 150.

26 At haec probatio ultima sufficienter desumitur ex qualitate rei, ex quo videlicet sit de solitis ita induci, et in domo permanenti, uti sunt ea, quae inserviunt ad ejus ornatum, Negus *dict. num.* 50. ubi dicit quod hoc optime colligitur ex *l. debitor*, *ff. de pignor.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 32. *post med.* et standum erit arbitrio judicis, an

27 bona sint talis qualitatis. Negus. *ibid.* Menoch. *de arbit. cas.* 441. *num.* 6. Carpan. *ad stat. mediol. cap.* 390. *num.* 67. ubi addit, quod potest tamen in rebus in domo repertis fieri executio, etiam quod non essent ibi permansurae, sed hoc dicit ex mente Rebuff. *in tract. de liter. oblig. art.* 4. *glos.* 2. *num.* 23. ubi loquitur ad terminos constitutionis dicentis fieri posse executionem in bonis in domo existentibus.

28 Possunt autem, et actio serviana, et interdictum salvianum cumulari, et simul intentari, Castr. *in l. rem alienam num.* 10. *ff. de pign. act.* Menoch. *de adipisc. posses. dict. rem.* 3. *num.* 160. Statil de salvian. *insp.* 1. *cap.* 3. *num.* 77. *et seqq.* Rut. post Posth. *de subast. decis.* 83. *num.* 1.

29 Et pro intentanda actione praedicta requiritur libellus, prout etiam pro intentando remedio salviani, et formulae, liberorum quoad actionem servianam, habentur in glos. ma-

30 gna *in dict. ⁊. item serviana instit. tit. de act.* et ibidem post alios Jas. *sub num.* 125. refert formam traditam ab Ang. Aret. et dicit eam judicio suo peccare in duobus, eamque corrigit, et quoad interdictum salvianum formula traditur a Menoch. *d. rem* 3. *num.* 158.

31 Ex ipsoque libello judici porrecto dignoscitur, quid fuerit intentatum, nam si continet rem fuisse in bonis debitoris, dicitur intentata serviana, si continet rem a debitore fuisse possessam, dicitur intentatum salvianum, si vero continet utrumque, tunc dignoscitur facta praedicta cumulatio, et utrumque intentatum, Negus. *de pignor. fin. tract. num.* 26. Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 159. Scapucin. de Salvian. *lib.* 1. *quaest.* 30. *num.* 32. et ratio aperte deprehenditur ex supra dicta secunda differentia vertente inter servianam, et salvianum. Et est utilis animadversio, quia si intentata servia-

32 na, quae est hypothecaria, et continet petitorium, non videtur agens intentasse salvianum, quod est possessorium, nec

33 potest actor se eo remedio non intentato juvare, ut scribit. Peregr. *decis. patav.* 48. *num.* 17.

34 Verum solent hodie in libellis apponi clausulae salutares, *deducens omne jus, et petens justitiam ministrari, etc.* quibus stantibus censentur intentata omnia remedia competentia ultra expressa, Bolognin. *cons.* 79. *num.* 38. *lib.* 1. Cravet. *cons.* 201. *numer.* 45. ubi dicit clausulam, *jus, et justitiam ministrari*, habere vim herbae betonicae, quae ad omnia mala valet, Rot. quae alios adducit coram Dnnua. Sen. *dec.* 493. *num.* 4.

35 Praeterea competere etiam locatori adversus bona invecta et illata viam executivam, sensit Bart. *in l. creditores* 3. *n.* 24. *vers. sed contra praedicta, c. de pignor.* Rebuff. *de literis obligat. artic.* 6. *glos.* 3. *n.* 39. *et art.* 4. *glos.* 2. *num* 10. Asin. *de execut. cap* 21. *num.* 1. Gratian. qui eos refert. *disc.* 117. *num.* 1. Imo. et posse locatorem illa propria auctoritate capere, et retinere, sensit Coler. *de proces. exe cut. cap.* 2. *n.* 204. et Rot coram Bich. *decis.* 520 *n.* 18.

36 Et comprobari posse videbatur, quia lege dicunt dictas res pignori esse penes locatorem, ut videre est in *l. item quia* 4. *ff. de pact. et in l. eo jure* 4. *ff. quib. modis pignus vel hypot. tac. contr.* seu ab eo pignoris jure teneri, ut habetur in *l. certi juris* 5. *in fin. c. locat.* et in *l. si non inducta* 5. *c. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contr.* Hinc enim videbatur inferri conductorem earum rerum possessio-

37 nem habere, quis pignus dicimus, quod ad creditorem transit, hypothecam autem cum non transit, nec possessio ad creditorem, ut inquit Ulpian. *in l. si rem alienam* 9. *⁊. non tantum in fin. ff. de pignor. act.* et concordat text. *in l. plebs* 237. *in fin. ff. de verb. sign. et in d. ⁊. item serviana instit. de action.* qua possessione stante clare sequitur, ut possit res possessas de pacto executive capere ex infra citandis.

38 Verum, an locator dicatur, eo ipso quod conductor res intulit in praedium conductum, illas possidere, vel non, est quaestio ardua, in qua multa hinc inde adducuntur, ut dicit Jas. *in d. ⁊. item serviana numer.* 81. ubi subdit, quod eam aliter ibi non examinat, quia non confert ad propositum, sed opinionem communem esse, quod locator ante inclusionem earum rerum non dicatur illas possidere, nec vere nec ficte, prout concludit Bart. *in l. solutum. ⁊. solutam n.* 5. *ff. de pign. act.* cum aliis pluribus ibi per ipsum citatis. Et quidem dum istud pignus, seu hypotheca inducitur etiam in bonis invectis, et illatis ipso locatore ignorante, ut dicit text. *in dict. l. certi juris* 5. *c. locat.* inde sequitur non posse ei quaeri possessionem, quia ad possessionis acquisitionem 39 necessaria est scientia, *l.* 3. *⁊. Nervo ff. de acqui. poss.* qua ratione contrariam opinionem falsam esse asserit etiam Menoch. *adipisc. rem.* 3. *num.* 51. *vers. nec adversantur.*

Bene tamen verum est, quod potest locator bona praedicta 40 invecta, et illata pro sua majori cautela, et securitate includere, ad text. *in l. et differentia* 11. *ff. in quibus ca. pignus tac. contr.* Jas. *in dict. ⁊. item serviano num.* 77. et tali inclusione mediante acquiret eorum possessionem. Bart. 41 *in l. solutum. ⁊. solutam num* 5. *ff. de pign. act.* Bellon. *in ⁊. item serviona n.* 36. *in fin.* et ibid. Zas. *num.* 28. *vers. et quae potest*, Pacif. de Salv. *inspect.* 3. *cap* 5. *n.* 103. itaut 42 ex postea capere possit ea propria auctoritate, et post Fabr. et alios tradit Jas. *in dict. ⁊. item servion. num.* 79. et 80. et ita intelligi debet Coler. qui eum allegat *d. cap.* 2. *numer.* 204. et idem est de Rota, quae ipsum Coler. sequitur coram Bich. *d. decis.* 526. *num.* 18. et quod post inclusionem possit ea retinere. Gratat etiam post plures quos citat. Pacif. 43 de Salv. *insp.* 3. *cap.* 5. *num.* 107. *ubi num.* 108. relative, an possit retinere pro alio debito, de quo dictum est supra post principium hujus csp.

Pro inclusione autem ad effectum praedictum non est ne- 44 cesse, ut bona sub clavi ponantur, sed sufficit, quod locator ad domum accedat, et ea describat, seu describi coret. *l. cum domini* 58. *ff. locat.* Ang. *in l. utique* 33. *num.* 1. *ff. de damno infecto*, et alios adductis Jas. *in d. ⁊. item serviana n.* 31. *et num.* 78. *instit. tit. de act.* vel quod ea videat, et tangat, prout requirit Bart. *in l solutum.* 21. *⁊. solutam n.* 7. *ff. de pignor. act.* et ex eo Caroc. *de locat. tit. de invect. q.* 22. *num.* 11. Pacif. *d. cop.* 5. *n.* 104.

Unde practies, et cautela est, ut locator adeat suam domum 45 locatam, et ducat secum tabellionem, qui describat omnes res conductoris ibi repertas, itaut, si postea conductor non solvet pensionem, valeat ipse locator illas capere tamquam post descriptionem possessas, ut docuit Bal. *in d. l. cum domini* 58. *ff. locat* quem refert, et sequitor Gratian. *discept.* 117. *num.* 2. et Rot coram Bich. *dec* 526. *num.* 20.

At non semper potest dominus devenire ad dictam inclu- 46 sionem, seu etiam descriptio nem bonorum, sed tantum ubi conductor mercedem non solvit, ut voluit Bart. *in l. et differentia* 11. *ff. in quib. ca. pig. tac. contr.* et post eum Jas. *in d. ⁊. item serviana num.* 31. *inst. tit. de act.* et ultra *ll.* ad hoc citatas per Bart. ibi, pondero text. *in l. cum domino* 58. *ff. locat.* in quo habetur, quod si conductor domus. vel horrei per biennium non appareat, et pensio non solvatur, juste petit dominus aperiri domum, vel horreum, et describi mobilia in eis existentia.

Ubi vero locus erit inclusioni praedictae, poterit etiam fie- 47 ri per locatorem auctoritate propria absque ministerio judicis, Castr. *in l. inquilino* 33. *num.* 3. *ad fin. ff. de domn. infect.* Ang. *in d. l. utique* 33. *alios* 34. *ff. eod.* Caroc. *tit. de invect. q.* 24. *ver. an locator.* Unde hoc modo sustineri potest, quod conductor capere valeat propria auctoritate res 48 invectas, et illatas, scilicet faciendo prius illas describere, et deinde eas capiendo, dum, juxta praedicta, utrumque propria, auctoritate facere valet, et hoc modo competere jus executivum. sensit Bart. *in d. l. creditores* 3. *n.* 24. *vers. sed contra praedicta. c. de pign.*

Verum quamvis locator ad hos actus propria auctoritate de- 49 venire possit, tamen honestius erit, et tutius, ut ad ea deveniat mediante ministerio judicis, ne alias conducture resistente, oriantur scandala, ut monet post alios in his terminis Coler. *de processu execut. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 205. et Rot. cor. Bichiu. *decis.* 526. *num.* 19. licet enim, quid fieri possit sine judice, urbanius tamen fit cum judice, ut notandum dicit per illum text. Bart. *in d. l. creditores* 3. *cod. de pign. in* 1. *lect. num.* 4. et Cancer. *var. cap.* 7. *numer.* 209. *post med. part.* 3.

Et poterit petere associationem, quae sine dubio competit 50 ubicumque adest facultas capiendi propria auctoritate, Magon. *decis. Lucens.* 87. *num* 14. *et seqq.* Rot. coram Buta. *decis.* 887. *num.* 5 c. quod de hoc dubitari non possit, *dec.* 51

16. *num* 7. post Salgad. *in labyrint.* seu poterit petere, ut alii dicunt, meram assistentiam judicis, vel familiae, ad dictum effectum mitius agendi. et evitandi scandala, Cancer. *var. d, cap.* 7. *n°* 209. *part.* 3.

An autem ista associatio concedi debeat a judice, etiam
52 absque eo, quod citetur conductor, valde dubitari potest, nam quod ea concedi non possit sine citatione, docuit Bart. *in l. creditores in 2. lectura num.* 26. *vers. mihi autem videtur ff. de pign.* sed contrarium, ubi petitur vere ex urbanitate, tenent post plures in specie Cancer. *var. cap.* 19. *num.* 25. *p.* 3. Burz. *decis.* 49. *num.* 12. Rot. *decis.* 439. *num.* 16. *p.* 9. *rec.* cum aliis pluribus infra in cap. 54. in tertia ampliatione. Sed quidquid sit in puncto juris, in praxi videtur cau-
te agendum in admissione hujus secundae opinionis, quae
53 saltem rejicienda erit primo, ubi locator non petat simplicem associationem, sed etiam licentiam ingrediendi, Alexan. *cons.* 131. *num.* 4. *lib.* 4. Cotta *in memor. in ver. pacta executiva*
54 *ad fin.* Ursil. ad Afflict. *decis.* 326. *num.* 1. Secundo, ubicumque non petat associationem ex mera urbanitate, ut sen-
55 sit Surd. *cons.* 221. *num.* 4. Tertio, si non liqueat conductorem carere prorsus omni defensione, ut consuluit Cancer. prout ipse refert., dicens etiam hanc veriorem *cap.* 7. *numer.* 70. *versic. quamvis mihi p.* 2. Quarto, ubi locator omissa via
56 extrajudiciali, elegisset viam judiciariam, producendo instrumentum, et citando partem *d. decis.* 439. *n.* 16. *p.* 9. *rec.*

Concedendum tamen erit ei mandatum praedictum, vel e-
57 tiam mandatum ad exhibendum, aut aliud opportunum in via executiva, quae hoc modo, sive ad effectum illa describendi, sive post descriptionem ad effectum illa assequendi, competit Rebuff. *in const. regn. tit. de liter. obligat art.* 4. *glos* 2. *num.* 10. *et art.* 6. *glos.* 2. *n.* 39. Asin *de execut. cap.* 21. Gratian. *disc.* 117. *n.* 1. Rot. coram Bich. *dec.* 526. *num.* 18. *et seq.*

58 Quatenus vero non fuerit facta dicta descriptio, et eam nolit, vel non possit locator amplius facere, tunc necesse habebit intentari serviana, seu salvianum directum, si agitur de illatis in praedium rusticum, et utile, si de illatis in praedium urbanum, juxta superius tradita.

Unum tamen omnino notandum, quod praedicta procedunt
59 quatenus aliquis alius creditor conductoris non egerit contra eadem bona executive, quia tunc posset locator se opponere, et ratione suae hypothecae anterioris, vel potioris impedire executionem illius creditoris, et petere, ut liceat sibi illa retinere, etiam non praecedente inclusione, aut aliqua alia condemnatione locatoris. et ita poterit executive obtinere, ut post Bald. Nov. *in tract. de dote part.* 7. *princ. privil.* 24. optime tradit. Natt. *cons.* 300. *sub num.* 2. ubi dicit, quod licet hypotheca non habeat viam executivam in agendo, tamen secus est hoc modo excipiendo, quia facilius paratur exceptio quam actio *l. juris gentium, §. igitur nuda, ff. de pact.* cum concordan. ibi cit. et quod hoc operatur natura judicii executivi. et haec summaria cognitio non praejudicat in tali casu debitori, neque alii, *l. a divo Pio, §. sed illud.* et ibi Bald. Nov. *ff de re jud.*

Praesupposito autem, quod inducatur tacita hypotheca in bonis coloni, idest conductoris praedii rustici, ex eo solo, quod dominus sciverit in illud bona induci, prout dictum est supra, dubitatur etiam, an hoc procedat quoque in colono partiario, et multi tenuerunt *negativam*, ex quo iste non sit proprie conductor, sed potius socius, ut dictum est in *cap.* 5. *de colonis.* At contrarium tenuit gloss. *in d. §. item ser-*
60 *viana instit. de act. in vers. quis,* et ibid Ang. Aretin. *numer.* 13. Gomes. *num.* 9. *vers. sed. breviter.* Jas. *num.* 15. Mascard. *de probat. concl.* 210. *num.* 12. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 21. Caroc. *de locat tit. de invect. qu.* 1. *num.* 4. *et per tot.* et est magis recepta opinio, ac etiam verior. ut aliis plenissime cumulatis, ac satisfaciendo contrariis testatur Menoch. *adipisc. rem.* 3. *n.* 83. etenim text. *in d. l. certi juris* 5. *c. locat.* loquitur de colonis, et partiarius est vere, et proprie colonus, improprie autem socius. ut dictum est in d. cap. 5. et in proposito advertit quoque Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 87. et considerato etiam contractu hujus coloni, quod sit innominatus, inde quoque sequitur, quod regulari debeat cum regulis locationis, cui magis assimilatur ut pariter dictum est in d. cap. 5. et in hoc proposito probat Jas. *in d. §. item serviano inst. de act. num.* 16. *et* 17.

61 Et ex his sequitur, quod licet non defuerint volentes, quod neque habeat locum praefata hypotheca in eo, qui susceperit colere fundum pro annua responsione in certa specie, ut puta, promissis decem saccis frumenti quolibet anno, ut signanter videri potest penes Specul. *in tit. de locat. §. postquam ver. porro.* et Aemilium Ferret. *in l. item quia num.* 3. *ff. de pact.* Tamen facilius admitti debet opinio contraria, dum iste contractus, vel est locatio, vel saltem ab ea in nihilo propemodum differt, ut dictum fuit in praefato *cap.* 5. *de colonis*; et haec est etiam opinio communis, quam tenuit Bald. *in l. certi juris. num.* 7. *cod. loc.* Roman. *sing.* 233. *incipien. tu scis quod invecta* Jas. *in l. item quia num.* 2. *vers.* 3. *limita, ff. de pact.* Negus. *de pignor. memb.* 4. *part.* 2. *num.* 138. *vers.* 3. *amplia.* et late eam comprobat, ac contrariis respondet Menoch. *in dict. tract. de adipisc. poss. rem.* 3. *num.* 88. *et seqq. usque ad* 96. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num* 21. Caroc. *de locat. tit. de invect. quaest.* 2. 62
num 4. *et per tot.*

Quaeri etiam potest, an si famulus inducat bona sua in domum domini, ea incidant in tacitam hypothecam pro servitio ab eo praestando, et est quaestio quam tractat Bald. *in dict. l. certi juris num.* 9. *c. loc.* eamque resolvit negative, non tantum, quia famulus non dicatur conductor, sed locator operarum, quantum, quia non reperitur in jure cautum ut haec hypotheca inducatur nisi in conducentibus praedia, et eum sequitur Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *n.* 151. Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 145. Mantic. *dict. tit.* 15. *n.* 34. Sta- 63
til. de Salviao. *insp.* 3. *cap.* 5. *num.* 39.

Disputant etiam DD. an si conductor praedium sublocaverit, et qui subconduxit bona propria in illud intulerit, inducatur praedicta hypotheca, nedum ad favorem sublocantis sed etiam ad favorem domini, sed non est recedendum ab opinione affirmativa, quam tenui in *cap.* 32. *de sublocatione*, et ultra ibi citatos, eam esse communem fere omnium testa- 64
tur Menoch. *de adipisc. poss. rem.* 3. *num.* 97.

Nec huic opinioni adversatur text. *in l. si in lege* 27. *§. si colonus, ff locat.* cum ei satisfacit Bart. ibi, dicens, quod ideo in casu illius textus bona secundi conductoris non censentur tacite hypothecata primo locatori, ex quo expresse fuerant obligata secundo locatori, sed licet hanc responsionem communiter approbent alii, ob ea tamen tamquam nimis divinativa dissentit Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 98. ubi propterea aliam responsionem adducit, scilicet quod *d. §. colonus* loquatur in conductore praedii rustici, in quo ipse tenet non induci dictam hypothecam tacitam favore locantis, ut dictum est supra, et multo minus favore domini cum fit sublocatio a primo conductore, prout ipse latius prosequitur ibidem *n.* 99. Verum qui teneut opinionem contrariam scilicet etiam in rusticis induci tacitam hypothecam, dummodo dominus sciet bona esse in praedium invecta, seu illata, prout, et ego sensi supra, non possent approbare dictam Menoch. responsionem, et ideo crederem ad dictum text. posse responderi, quod loquitur generaliter non induci hypothecam in bonis subconductoris, at per alia jura limitatur, ut non procedat in invectis, et illatis in praedium subconductum, prout dixi in praefato *cap.* 32. *de sublocatione num.* 45. ubi etiam addidi limitationem, et declarationem hujus conclusionis, quas hic 65
non repeto.

Major utique quaestio est si conductor sit minor, an inducendo in praedium res absque solemnitatibus in obligatione bonorum minoris necessariis, censeantur, et illae tacite obligatae, sunt enim in ea quatuor diversae opiniones, quas cum suis fundamentis, late refert Menoch. *dict. rem.* 3. *adipisc.* *a num.* 66. *ad* 82. et Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *inspect.* 2. *per tot.* Et earum duae sunt communes, eaeque de directo contrariae, unam enim *negat*, altera vero affirmat, ut perstringendo materiam, tradit Statil. de Salviao. *inspect.* 2. *cap.* 5. *num.* 128. et Caroc. *de locat. tit. de invectis q.* 8. 66
num. 3.

Negativam autem tenuit gloss. *in l. item quia, vers. illato ff. de pactis,* et eam secutus est ibid. Bart. et alii, aut communem asserat Jas. *in dict. §. item serviana num.* 57. *in fin. inst. tit. de act.* et tenet etiam Sicard. *in l. certi juris num.* 11. *c. locat.* et denique post longam discussionem eam pariter sequitur Menoch. *dict. rem.* 3. *numer.* 82. et Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 12. *et seqq ubi n.* 18. *in fin.* inquit, hanc legendo, et consulendo, et judicando 67
amplectendam esse.

Contrariam vero opinionem, quod dicta hypotheca inducatur etiam in bonis minoris, tenuit Bald. *in. l. unic. §. et plenius num.* 2. *ver. extra sequitur, c. de rei uxor. act. et in l. certi juris* 5. *num.* 15. *c. loc.* et hanc esse communem contra Bart. dicit Jas. *in l. si constante n.* 210. *ff. sol. matr.* et idem etiam ibidem asserit Petr. Barbos. *numer.* 132. et

Curt. Jun. *cons.* 168. *numer.* 20. Statil. Pacif. *dict. cap.* 5. *num.* 129. Surd. *decis.* 287. *num.* 24. Gratian. *disc.* 27. *numer.* 44. *et* 45. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quaest.* 67. *num.* 84. *et seq.* penes quos alios habere poterit, qui numerum doctorum quaerit.

Ratio autem praecipua hujus opinionis in effectu est, quod
68 dum lex approbat antecedens, et causam hujus hypothecae, nempe contractum locationis factum minori, ex quo minor conducere potest, ut dictum etiam fuit in *cap.* 10. *de person. quae conduc. poss.* inde sequitur, ut approbare censeatur hypothecam ipsam, quae est quaedam consequentia, et effectus ipsius locationis, et ita consilio legis suppleatur, quod aetati deest, nec dicatur laedi minor, ubi ejus obligatio est legalis, ita post Nicol. de Mat. ratiocinatur Bald. *in dict. l. certi juris* 5. *n.* 15. *cod. locat.* et eum sequuntur alii relati per Surd. *de alim. tit. ult. quaest.* 44. *num.* 14. *et* 15. et Statil. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 5. *num.* 130. itaut in effectu tenentes istam opinionem, sentiunt, quod haec hypotheca tacita in bonis minoris inducatur in consequentiam actus ei permissi, ut brevius post alios dixit Negusan. *de pignorib. memb.* 4. *part.* 2. *num.* 154. *versic. tamen contraria*, unde ponderant validitatem contractus locationis, inferendo ab eo ad ipsam hypothecam, Statil. *dict. cap.* 5. *numer.* 149. ubi quod minor conduxerit domum sibi necessariam, Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 37. Joseph Ludov. *decis. Perus.* 65. *numer.* 14. *et seq. usque ad fin.* ubi quod judicavit fuisse inductam hypothecam, quia minor ille conduxerat domum alias conductam a patre suo, et ita prudenter se gesserat, nec laesus dici poterat, et cum eo transit Caroc. *de locat. tit. de invect. num.* 23. *et seqq.* ubi conatur respondere Simoncello opponenti, quod non sufficit utilitas minoris ad hoc, ut ejus bona obligentur.

69 At ratio ista penes me non stringit, quia ut dixi in *dict. cap.* 10. *de pers. quae conducere poss.* haec hypotheca non inducitur per ipsum contractum locationis, sed ita demum si interveniat factum minoris circa ipsam hypothecam, hoc est, si ultra ipsam conductionem etiam bona inferat, vel conducat in ipsum praedium conductum, ut docuit praecise Jas. *in* §. *item serviano n.* 76. *ver. quaedam est hypotheca instit. tit. de action.* et probat. text. *in l. potior* 11. §. *si colonus, ff. qui potior. in pign.* ubi fortius habetur quod etiamsi convenerit, quod invecta sint hypothecata, adhuc non ex conventione obligantur sed ex eo, quod invecta sunt.

Unde hypotheca ista non est effectus solius locationis, nec ejus consequens necessarium prout requiritur ad hoc, ut admissum censeatur, ex eo, quod admissum sit antecedens. Everard. *in loc.* 125. *a concussione antecedentis num.* 3. *in* 5. *limit.* Barbos. *axiom. jur.* 30. *numer.* 1. *ut* 3. quare licet valeat minor conducere sine decreto judicis, tamen non valet postea absque illo facere actum per quem inducatur obligatio suorum bonorum, cum tunc deveniat ad casum, a quo sine dicto decreto incipere non potest. et cessat ratio ob quam sine decreto potest conducere, quae ut consideratur in dict. cap. 10. est quia non alienat, nec obligat bona. Unde admissa va-
70 liditate locationis, non inde sequitur, ut possit deveniri ad ipsam hypothecam inducendam sine decreto ad hoc necessario ut de se patet, et faciunt tradita per Rot. coram Royas. *dec.* 261. *num.* 6. ubi iisdem rationibus firmat, quod dato bona ecclesiae generaliter hypothecari posse occasione emptionis aliorum bonorum absque beneplacito apostolico, non inde se-
71 quitur, ut vigore talis hypothecae, deveniri possit ad distractionem ipsorum bonorum, absque dicto beneplacito in alienationibus necessario ex Bero. *in ca. nulli num.* 14. *ver. animadvertendum tamen est, de reb. eccles. alien. vel non*, et Redoan. *eod. tit. q.* 2. *cap.* 6. *num.* 13. *verb. ubi etiam.*

Unde si in re maxime dubia liberum est hominis judicium,
72 prout dicit in proposito hujus quaest. Menoch. *de adipisc. dict. rem.* 3. *num.* 82. *ad fin.* quod facilius admitto, dum non
73 agitur de consulendo, aut judicando, adhaereo primae opinioni, hanc hypothecam in bonis minoris induci neganti. Et moveor praecipue, quia clarum est, quod bona minoris non
74 possunt obligari sine decreto judicis, *l. magis puto*, §. *si pupillus, ff. de reb. eor.* et sicut propterea in eis limitatur juris regula, quod per sola verba stipulantis, et promittentis inducatur hypotheca, ita etiam limitari debet regula ista, quod, hypotheca inducatur per illationem bonorum in praedium conductum, cum in utraque militet eadem ratio limitandi, ut non procedat in minore, ex quo minor reperitur in hoc specialiter privilegiatus, ut ejus bona non hypothecentur sine decreto judicis, juxta late tradita per Gabr. *cons.* 20. *num.* 6 *et seqq. lib.* 2 et Rot. *decis.* 177. *numer.* 11. *part.* 1. *et decis.* 385. *num.* 7. *part.* 2. *et decis.* 190. *n.* 3. *et* 4. *part.* 8. *recent.*

Quod eo certius dicendum, animadvertendo, quod quando 75
lex vult inducere in bonis minoris hypothecam tacitam, id clare exprimit, ut in *l.* 2. *ff. de reb. eorum*, ubi favore fisci inducit obligationem bonorum ab eo emptorum, et in *l.* 3. *ff eod.* ubi obligantur favore alterius minoris, ex cujus pecunia fuerunt empta; ut bene consideravit etiam Menoch. *d. rem.* 3. *n.* 8.

Verum, quia dictum privilegium, quod bona minoris non 76
obligentur sine decreto non procedit in eis mobilibus, quae servando servari non possunt, ad text. *in l. lex quae tutores* 22 *in princ. et vers. praecipimus itaque, c. de administr. tut.* Rimin. Jun. *in* §. 1 n 175. *inst. tit. quib. alien. lic vel non*, hinc dicta prima opinio, quod scilicet haec tacita hy- 77
potheca non inducatur in bonis minorum, limitari poterit, ut non procedat in praedictis bonis, quae servando servari non possunt, prout eam limitat Caroc. *de locat. tit. de invect. num.* 1. *et* 2. *et num.* 13. Mut. *ad consuet. senat panorm. cap.* 34. *num.* 13. *in fin.* dummodo tamen, si agatur de bonis pupillis, interveniat tutor illationi, et non alias gl. *in l. item quia* 4. *in ver. illam ad fin. de pact.* Caroc. ibidem.

Limitatur etiam eadem opinio, ut non procedat in schola- 78
ribus aliisque minoribus degentibus extra patriam suam absque curatore, quia isti si domum conducant, et in eam inferant mobilia, inducitur in eis hypotheca secundum Simoncell. *de decret. lib* 2. *tit.* 5. *num.* 21. quem sequitur Caroc. *de locat. tit. de invect. quaest.* 8. *num.* 14. et licet Simoncel. moveatur ex text. *in l. item filius familias*, §. *quod dicitur ff. ad sen cons. maced.* ubi habetur senatusconsultum cessare, si filius fam. in studio existens mutuo accipiat, quod non multum urget, quia casus est diversus, tamen ab hac limitatione difficile esset recedere, dum est recepta in praxi, ut testatur Jos. Lud. *decis. Perus* 76. *num* 16. ubi quod servatur perusiae, romae et ubique locorum, et ideo repetit Caroc. *d. q.* 8. *num.* 14. *vers. addo quod*, et in his casibus, verum videtur opinionem pro hypotheca esse magis aequam, prout eam asserit Castrens. *in l. item quia, ff. de pact.* et post eum, Negus. *de pignor. par.* 2. *memb.* 4. *num.* 154.

Alia quoque datur limitatio praedictae opinioni neganti 79
hypothecam induci, ut non procedat, ubi minor prudenter conduxit, itaut nulla possit considerari ejus laesio, ut signanter si conduxit domum condecentem suae conditioni, quam limitationem tenuerunt Bellaper. et alii antiquiores relati per Ias. *in d. l. item. quia num.* 20. *vers. ultimo fuit. ff. de pact.* et post eum Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 17. signanter Caroc *d. quaest.* 8. *numer.* 23. *et seqq.* ubi limitationem istam dividit in duas Statil. Pacif. de Salv. *insp.* 3. *cap.* 5. *num.* 129. Jos. Ludov. *decis. Perus.* 75. *num.* 14. *et seq. usque ad fin.*

At in puncto juris etiam ista limitatio patitur magnam dif- 80
ficultatem, non solum, quia non sequitur, minor bene, utiliter, et valide conduxit domum, ergo etiam bene, et utiliter intulit in eam res suas, ac illas hypothecarit, ut dictum est supra, sed etiam quia non sufficit minorem utiliter agere ad hoc, ut bona possit hypothecare, sed requiritur ulterius, ut interveniat decretum judicis, ut optime in proposito advertit Simoncel *de decret. lib.* 2. *tit* 5. *numer.* 17. haec enim duo copulative requiruntur, utilitas minoris, et decretum, ut per test. *in l.* 1. *in princ. et l. magis puto* §. *non passim in ff. de reb eorum*, aliosque concordantes, firmavit quoque Rot. cor. Merlin. *decis.* 535. *numer.* 29. quidquid se involvat quaerendo responsionem Caroc. ubi supra, cum nihil concludens adducat.

Neque obstat, quod cessante laesione minor non gaudeat 81
privilegio aetatis ad text. *in l. verum* §. *restituitur ff de minor.* quod fuit motivum Bellapert. quia relevaret si minor indigeret restitutione in integrum adversus inductam hypothecam, at secus est, ubi dicit eam non fuisse inductam, quia ad hoc non indiget laesione, sed satis est actum non fuisse factum cum decreto Salyc. *in d. l. certi juris num.* 4. *in fin.* Simoncel. *de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 17. *in fin.*

Pro alia limitatione etiam adducitur, quod si locator ha- 82
beat in manibus, seu possideat bona minoris, poterit illa retinere quousque sit satisfactus, ita Caroc. *d. tit. de invect. q.* 8. *num.* 28. et plenius firmat per Simoncell. *de decr. d. tit.* 5. *num.* 20. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *quaest.* 67. *num.* 87. sed ista non est proprie limitatio conclusionis; quod bona mi-

83 noris, non cadant sub hypothece, sed alis conclusio diversa,
quod detur eorum retentio, prout datur etiam pro credito si-
ue hypotheca, Adden ad Greg. *decis.* 254. *num.* 7. Surd.
decis. 46. *numer.* 9. Rot. in faveotina bonorum coram
Platto impressa per Marches. *de commiss. part.* 1. *fol.* 976.
num. 1.

Quod dictam est in bonis minoris non induci hypothecam
praedictam per illationem eorum in praedium conductum,
84 faciltos dicendum est in bonis ecclesian, cum difficilius ad-
mittatur ecclesiasticos illa alienare, aut obligare posse, unde
Bald. *in d. l. certi juris num.* 14. *c. locat.* ponit in utrisque
85 opinionem negativam, ac deinde eam impugnat et contrariam
sequitor respectu bonorum minoris tantum, et eom sequitur
Jas. *in* §. *item serviana. n.* 58. *inst. de act.* Carpan. *ad stat.*
86 *Mediol. cap.* 390. *num.* 65. *p.* 2. At secus est in bonis pro-
priis clericorum, quia cadunt sub hac hypotheca, et ejus vi-
gore poterit in eis fieri execulio, ut post Rebuff. *sub. tit. de
lit. obl. art.* 4. *glos.* 2. *numer.* 24 *et seqq.* tradit Pascal. *de
patr. potest. part.* 4. *cap.* 9. *num.* 69. *versic. omittendum.*

De rebus alienis quoque per conductorem in praedium in-
vectis dubitant DD. an subjaceant dictae hypothecae, et distin-
guere communiter solent inter eas quas bona fide possidet.
87 et eas quas possidet mala fide, et quoad primas quod cadant
sub hypoth ea docuit Bald. *in l. certi juris num.* 13. *c. lo-
cat.* per text. *in l. si ab eo ff. de pignor.* et cum eo simpli-
citer transit Jas. *in* §. *item serviana num.* 53. *post med.* ubi
idem dicit facere Ang. Arat. *ibi inst. de act.* Menoch *de a-
dipisc. rem* 3. *numer.* 108. ubi dicit quod licet Balduin, *in
coment de pignor. cap* 6. *col.* 3. *vers. quid igitur*, scribat
lucatori concedi retentionem contra conductorem dum e do-
mo effert, sed non tribui actionem adversus jam asportata, ta-
men ipse sequitur Baldum, sed non reddit aliquam rationem
neque aliam auctoritatem adducit Mascard. *de prob. concl.*
88 210. *num.* 15. Pacif. de Salv. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 47 Et vi-
debatur posse valde dubitari de d. opinione, quia res alie-
na non potest obligari, *l. rem alienam* 41. *ff. de pign. act.*
Negus. *de pign. p.* 2. *memb.* 3. *num* 52. Rot. cor. Coccin.
decis. 208. *num.* 10. sed sequendo communem opinionem,
89 potest respondari, quod hoc procedit in obligatione homi-
nis, non autem in obligatione legali, ut distinguendo late
firmavit Rot. *in dec.* 442. *num.* 16. *et seqq. p.* 6. *rec.* et in-
ter illas Cocc. 1452. *num.* 14. *et seqq.*

90 At hoc proderit locatori, quatenus intentet Salvianum qua
casu sufficit comprobare possessionem conductoris, secus autem
si intentet servianam, cum tune debeat probare ejusdomi-
niom, ut supra fuit dictum, vel quasi dominum, et utroque
caso ei proderit solum quoad effectum consequendi possessio-
nem ipsam, vel jus quod habebat locator, et non ultra, ut
patet ex *d. l. si ab eo.* 18. *ff. de pignor.* ibi *tuetur me per
servianam praetor. quemadmodum debitorem per publicia-
nam.* ut late post alios tradit Merlin. *de pig. lib.* 2. *quaest.*
2. *n.* 29. *et seq.*

91 Quo autem ad res quas condustor bona fide non possidet,
communis traditio est quod licet eos in praedium inducat.
non tamen propterea hypothecae subjiciantur Bald. *in d. l.
certi juris num.* 13 *c. locat.* Menoch. *adipisc. rem* 3. *num.*
109. Mascar. *de probat. concl.* 210. *num.* 15. Pacif. de Sal-
vian. *inspect.* 3. *cap.* 5. *num.* 48. *vers. si vero bona fide, et
seqq.* per penes quos alii.

92 At ista conclusio procedit sine difficultate, si rerum illata-
rum dominus illationem ignoraverit, si autem sciat, et non con-
tradicat, sunt variae opiniones, nam eo casu hypothecam in-
duci censuit *glos. in l. item quis vers. illata, ff. de pact. et
in l. certi juris in ver. nam ea quoque ad fin. cod. loc.* quam
sequontur alii quam plures antiquiores, quos refert, et se-
quitur Jas. *in* § *item serviana num.* 54. *et* 55. *inst. de act.*
et Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 152. ubi in fine,
dicit, hanc opinionem videri magis veram, et communiorem.
93 Verum contrariam opinionem secutus est Bald. *in d l.
certi juris numer* 13. *vers. sed quid, c. loc.* et alios plures
quos referunt, et sequuntur Mascard. *de probat. concl.* 210.
num. 15. *post. med. ver. alii sensere*, Pacif. de Salv. *insp.*
3. *cap.* 5. *num.* 54. *et seq* itaut haec sit vere magis commu-
nis, ut testatur post alios Menocc. *de adip. rem.* 3. *n.* 112.
ubi dicit Negus. ubi supra, falso scribere esse magis receptam
contrariam.
94 Et videtur etiam hanc esse magis veram, quia dum regu-
la est, quod quatenus conductor si possessor malae fidei, haec
hypotheca non inducatur, ut dictum est supra, sola scientia,
et patientia domini non valet contrarium operari, nam in
praejudicialibus sola scientia, et patientia non nocet, juxta
communem traditionem doctorum *in l quae dotis, ff. sol.
matr. et in l. procurator, ff. rem rat. hab.* ut in aliis locis
late relat. in proposito per Statil. *dict. cap.* 5. *num.* 159. ubi
pariter hac ratione movetur dicere hanc veriorem Rot. *dec.*
136. *num.* 5. *part.* 1. *div.*

Tutior tamen erit haec opinio si dominus non fuisset prae-
sens inductioni rerum in praedium conductum, vel si quan- 95
do scivisset, post illas inductas non tacuisset, nam videns res
suas dari in pignus, et tacens, videtur consentire, ex tradit.
per Rot. Januen. *decis.* 199. *num.* 1. et Gam. *dec.* 321.

Praeterea limitatur eadem opinio si dominus sciret rem
suam induci in praedium a conductore, et taceret aliqua ma- 96
chinatione vel dolo puta ut deciperetur locator in sua spe,
quod in illis rebus esset securus consequi, quod sibi debe-
ret conductor, tunc enim procedere inductionem hypothecae
in re aliena est text. *in l.* 2. *c. si alien. res pign.* et admisit
in proposito Bald. *in d. l certi juris num.* 13. *ad fin. c. loc.*
et secuti sunt alii, ut per Mascard. *d. concl.* 210. *num.* 15.
ad fin. vel si permisit induci eo animo, ut toto tempore lo-
cationis in domo manerent Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 12. ubi 97
tamen docet locatorem debere articulare, et probare hunc a-
nimum domini, ut toto conductionis tempore bona sua in do-
mo manerent ex Salyc. *in d. l. certi juris q.* 2. et Afflict.
dec. 184. *num.* 2.

Limitari etiam potest dicta opinio, si res locata sit pupilli
vel ecclesiae, quia horum favore sciens. et tacens, videtur 98
consentire, ut docuit Bart. *in l. quae dotis numer.* 23. *vers.
fallit, ff. sol matr.* et ibidem Jas. *num.* 81. Rom. *cons.* 311.
num. 3. Pacif. de Salv. *inspect.* 3. *cap.* 5. *num.* 62. *et* 63.
Carpio *de execut. text. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 32. Gratiau. *disc.*
980. *num.* 21.

Prout etiam limitari potest, ubi cum scientia, et tacitur-
nitate concurrat conjunctio, quod scilicet dominus rerum sit 99
ex conjunctis conductoris bona inducentis, nam hoc casu non
procedere conclusionem, quod tacens in praejudicialibus non
videatur consentire, probat text. ex *l. si servus ff. de donat
int. vir et uxor.* et docuit Bart. *in d. l. quae dotis num.* 22.
vers. fallit, et alii quos referunt, et sequuntur Menoch *cons.*
304. *num.* 30. et Hunded. *cons* 91. *num.* 44. *lib.* 1.

Quod certius procedit in bonis patris illatis in domum per
filium, quam ipse pater permisit conducere, et negotiarii, 100
ex hac enim permissione censetur etiam in necessarium
antecedens permisisse hypothecationem, Jas. *in d.* §. *item
serviana num.* 59. *inst. de action.* Carpan. *ad stat. Mediol.
cap.* 390. *n.* 64. *lib.* 2.

Aliae quamplures limitationes dictae conclusionis, quod 101
tacens non videatur consentire, videri poterunt signanter pe-
nes Statil. Pacif. de Salvian. *dict. inspect.* 3. *cap.* 5. *a nu.*
60. *ad* 83. sed ut plurimum non faciunt ad propositum vi-
dentis inferri res suas in domum ab alio conductam, de qua
nos et ipse etiam loquitur.

Coarctatur autem dicta hypotheca, ut non comprehendat
illas res, quae non censentur comprehensae in obligatione 102
generali expressa, quia dum est generalis tacita, non debet
plus operari quam expressa, *l. cum quidquid ff. si cert. pet.*
Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 33. Merlin. *de pignor.
lib.* 2. *q.* 67. *n.* 75.

Et hinc est, quod in vestibus, et aliis mobilibus omnino 103
necessariis conductori, opinio communis est, quod non ha-
beat locum haec hypotheca, quia obligatio generalis regulari-
ter ea non comprehendit *l. obligatione generali, ff. de pign.*
Ang. Aretin. *in* §. *item serviana num.* 1. *ad fin.* et ibid. Jas.
num. 6. Negus. *de pignor. part.* 2. *memb.* 4. *numer.* 51. *ver.
quinta limita.* Mascard. *de probat concl* 210. *num.* 18. Me-
noch. *de adipisc. rem.* 3. *n.* 139. Carpan. *ad stat. Mediol.
cap.* 390. *num* 70.

Et inter praedicta necessaria, reputantur libri scolarium, 104
et doctorum. arma militum, et breviarium clericorum, ut
scribit Jas. *in d.* §. *item serviana num.* 64. post Ang. Are-
tin. quem ipse refert idem dicere, sed de libris scolarium tan-
tum, et sub dubio Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *numer.*
22. Caroc. *de locat. tit. de invect. q.* 8. *num* 15.

Contrariam tamen opinionem in specie, quoad libros do- 105
ctorum, et scolarium post Rebuff. *in tit. de litt grat. art.* 4.
glos. 2. *n.* 37. *et seq.* sequitur Pascal. *de vir. patr. potest,
part.* 4. *cap.* 6. *num.* 69. *vers. et ab hujusmodi*, quod licet
regulariter in eis non possit fieri executio, tamen secus est
vigore dictae hypothecae ex speciali ejusdem privilegio.

Sed prima retinenda erit pro regula, secunda vero restrin- 106

Pacioni

genda ad casum in quo regulae ipsa limitatur, nempe si nulla aliae bona sint invectae quam praefata, quia tunc volunt doctores in eis quoque procedere inductionem hypothecae, Gomes. *in dict. ℨ. item serviana num.* 22. *ad fin.* Menoch. *dict. remed.* 3. num. 140 Mascard. *d. concl.* 210. *num.* 18. Carpan. *ad dictum. cap.* 390. *num.* 72. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *numer.* 33. Pacif. de Salvian. *inspect.* 3. *cap.* 5. *num.* 19.

107 Debebit tamen locator probare hanc negativam existentiae aliorum bonorum, ut demonstret se esse in casu limitationis, alias standum esset regulae contrariae. Cravet. *cons.* 112. *numer.* 5. et 6. Caroc. *de locat. tit. de invect. q.* 8. *num.* 18. *ad fin.*

108 Idemque est de instrumentis, chirographis, et nominibus debitorum, quia haec uti non invecta, et illata in praedium, ut ibi perpetuo permaneant, sed tantum donec exigantur, non cadunt sub ista hypotheca, ut firmant Mascard. *d. concl.* 210. *num.* 19. Menoch. *de adipisc. rem.* 3. *numer.* 143. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *numer.* 36 ubi auctoritate aliorum plurium rejicit Baldum, qui restrinxit hanc opinionem ad futura Pacif. de Salv. *insp.* 3. *cap.* 35. *num.* 41. ubi in fine dicit, quod contrarium tenuit, et male Zas. *in ℨ. item serviana n.* 18. *inst. de act.*

109 Quo autem ad pecuniam distinguendum est inter eam quam praedii causa qui retinet, et eam quam quis, ita retinet, ut quotidie expendat, et in usum vertat, quo enim ad istam secundam, quia non ita invecta est ut perpetuo ibi sit, prout requiritur ad hoc, ut inducatur haec hypotheca, inde sequitur, ut ipsa ei non subjaceat, ut tradunt Zas. *in ℨ. item serviana num.* 22. et ibidem Gomes. *num.* 20. Menoch. *de adipisc. rem.* 3. *num.* 135. plura ad comprobationem hujus sententiae adducit Mascard. *de probation. concl.* 210. *num.* 16. quo vero ad primam, quia loco suppellectilis habetur juxta *l. si chorus ℨ. his verbis, ff. de l. g.* 3. eodem modo cadit sub hypotheca, Mascard. *d. concl.* 210. *num.* 17. quatenus tamen sit illata in domum, secus autem si illata in praedium rusticum, quia non est verisimile, quod ibi illata fuerit dicto animo, ut ibi permanere perpetuo debeat, et ideo secus est dicendum, ut bene distinguit Menoch *adipisc. rem.* 3. *numer.* 134. et Stetil. de Salv. *insp.* 3. *c.* 5. *num.* 119. *et* 120.

110 Boves quoque aratorii, et alia instrumenta necessaria ad agriculturam propter publicam necessitatem agriculturae, in hanc hypothecam, non cadunt Gomes. *in ℨ. item serviana num.* 30. *post. mem. inst. de act.* Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 390. *num.* 76. *par.* 2. Caroc. *de locat. tit. de invect. q.* 20. *num.* 1. Pacif. de Salv. *insp.* 3. *cap* 5. *num.* 45.

111 Et quidem generale est, ut in executionem haec instrumenta gratia pignorum capi non valeant, ut sunt text. *express. in l. executores* 7. *et l. pignorum* 8. *c. quae res pign. cap. poss.* de quo late Menoch. *de arb.* 378. et Cirillo. *contr.*
112 112. ubi ampliat procedere tam in foro saeculari, quam in ecclesiastico, et tam in hypotheca tacita, quam etiam in expressa, et aliis modis de quibus penes eum et Menoch. et Caroc ubi supra, et alios infra citandos.

113 Controvertitur tamen valde, an hoc procedat etiam, ubi debitor aliud quam boves, et instrumenta praefata non habeat, et opinionem negativam, quod videlicet tunc conclusio non procedat, sed possit fieri in dictis bonis executio, tenuit glos. *in d. l. executores ver. aratorium*, et cum ea Ripa *in tract. de peste tit. de remed praeservat. num.* 221. Plot qui alios allegat *de in lit. jur. ℨ.* 40. *numer.* 11. *vers. fallit. in subsidium.*

114 Contrariam vero secutus est Cyn. *in dict. leg. executores num.* 4. ubi reputat eam veriorem Negusan. qui alios allegat *de pignor. part.* 2. *membr.* 3. *num.* 49. et latius contrariis respondendo eam tuetur Menoch. *de arbitr. cas.* 378. *num.* 10 *et seq.*

115 At controversiam istam, ut plurimum tollit consuetudo, nam quod *dict. ll.* hodie de consuetudine non servantur post Salic. asserit Negus. *dict. n.* 49. *in fin.* et Caroc. *de locat. tit. de invect. quaest.* 20 *num.* 18. *et* 19. ubi refert etiam Asin. *in praxi ℨ.* 31. *limit* 33. asserentem eas non servari in specie florentiae. sed in quibusdam locis eas punctualiter servari, in quibusdam vero non, dicit Bald. *in d. leg. pignorum.* et cum eo transit Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *n.* 34.

116 Praeterea, quia dicta prohibitio ne fiat executio in bobus, et aliis instrumentis aratoriis, ut facto ne ita impediatur agricultura, fallit quando capiuntur non loco pignoris, sed ut vendentur, vel dentur in solutum creditori, ut alia bona colantur, ut dicit Plot. *de in lit. jur. ℨ.* 40. *ad fin.*

Et licet videatur, quod ita fraus facile fieri posset dd. legibus, dum semper asserent creditores velle uti praefatis animalibus pro cultura. quod non est permittendum, ut contra Plotum considerat Menoch. *de arbitr. cas.* 378. *numer.* 14. tamen posse de facile bonum judicem occurrere huic fraudi obligando emptorem, vel creditorem ad hoc faciendum dicit Caroc. *de locat. tit. de invect. quaest.* 20. *num.* 14 et quidquid sit de ista cautela, quae forsan remanere posset frustratoria ex defectu personae, quae curam suscipere vellet observandi, an obligatio injuncta executioni demandetur. vel ne, videtur in proposito locationis saepe cessare suspicionem dictae fraudis in caso saepissime contingibili, quo videlicet locator praedii retinere velit boves, et alia in praedium ipsum illata, et ad ejusdem culturam necessaria hoc enim casu credibilius est, quod ita agriculturae inserviant, quam si asportentur a conductore, qui forte non habet aliud praedium, quod illis colat, et ideo facile admitti posset limitatio Ploti. prout etiam sensisse videtur in specie, Peregr. *cons.* 80. *num.* 14. *lib.* 3. licet ad hoc alleget tantum Rip. *in tract. de peste tit. de remed. praeservat. numer.* 221. ubi non loquitur favore locatoris, sed dicit, quod si rusticus habeat praedium proprium et in eo instrumenta, possint capi in executionem instrumenta una cum praedio, non autem de per se sola. 117

De mercibus pariter controversi juris quaestio est, an cadant sub hac tacita hypotheca, et si placeat alicui videre sectatores utriosque opinionis, adeat Caroc. *de loc. tit. de invect. q.* 25. ubi eos cumulat, et latius Pacif. de Salv. *insp.* 3. *cap.* 5. o *num.* 83. *ad fin.* quorum uterque affirmativam veriorem dicit, circa quod non laboro, quia placet distinctio casuum, quam facit Menoch. et secuti sunt Pacif. et Merlin. *in locis infra citandis.* 118

Primus est quando agitur de praedio rustico, tunc enim quia merces non possunt esse in illud illatae ad hoc, ut ibi perpetuo permaneant, prout requiritur ad inducendam istam hypothecam, ut dictum est supra in principio hujus capituli, inde sequitur, ut sub ea non cadant Menoch. *de adipisc. poss. remed.* 3. *num.* 125. Statil. Pacif. de Salvian. *interd. insp.* 3. *capit.* 5. *num.* 94. ubi plene firmat Merlin. *de pignor. lib.* 2. *q.* 46. *n.* 11. 119

Secundus casus est, cum quis conducit domum non eo animo, ut in ea tabernam faciat. sed quia est forte negotiator in eam invehit merces, illasque ibi distrahit, vel inde in alium locum transportat, et hoc pariter casu procedit opinio negativa propter eamdem rationem supra in praecedenti casu dictam Menoch *d. rem.* 3. *n.* 126. Pacif. *d. cap.* 5. *n.* 95. Merlin. *d. q.* 46. *n.* 12. 120

Tertius casus est, cum conductor, qui negotiationem exercet, praedium urbanum ad illum effectum conducit, ut in eo merces retineat seu reponat, et vendat, et tunc procedit alia opinio, quod scilicet merces in illud invectae, cadant sub hypotheca Menoch. *d. remed.* 3. *num.* 127. Pacif. *d. cap.* 5. *num.* 96. Merlin. *d. quaest.* 46. *num* 13. et habet hoc opinio text. clarum *in l.* 3. *ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrahatur*, ubi de horreo, diversorio, et area conductis, quod in eis illata, tacite sint hypothecata, in horreo enim, et area negotiationes exercebantur *l. quoties, ff. de pecul. l. cum in plures, ℨ. locator horrei, ff. loc* Connan. *in comment. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 7. et est horreum, quod hodie vulgo dicitur, magazenum, Alciat. *in l. non solum, ℨ. morte numer.* 58. *ff. de oper. nov. nuntiat.* Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 129. 121

Dicetur autem praedium conductum ad effectum praedictum, nedum si fuerit pro hoc mero servitio, prout sunt magazena, sed etiam si simul fuerit quoque pro habitatione conductoris, prout facere consueverunt mercatores, qui domus conducunt, in quibus continentur apothecae, et aliae mansiones, in quas merces invehunt, ut ubi eas vendant, et negotientur, ut declarat Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 127. 122

Quartus casus est, cum pater familias conducit domum pro sua habitatione, et in eam invehit fructus propriorum praediorum tam ad usum proprium, et familiae, quam etiam ad effectum vendendi, quod superest, et hoc quoque casu in his inducitur hypotheca, Menoch. *d. rem.* 3. *num.* 131. Pacif. *d. cap.* 5. *num.* 111. Merlin. *d. q.* 46. *num.* 17. 123

Unde patet nihil relevare, quod una cum venalibus rebus invectae sint etiam aliae non valens, tam in casu isto, quam in praecedenti, ut dicit Menoch ibid. *nu.* 130. *ad med. ver. quod fortius ex Gomes in ℨ. item serviana n.* 19. *vers. sed tamen inst. de action.* 124

Et quoniam contra opinionem retentam in his duobus ultimis casibus quod inducatur tacita hypotheca in venalibus 125

opponi posset, quod istae res, tanquam invectae, et illatae animo illas revendendi, non videantur ita illatae, ut perpetuo in domo permaneant, prout requiri ad hunc effectum saepe dictum est, ut sensit Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 35. respondere potest, quod verba illa *l. gis debitor, ff. de pign. ut perpetuo ibi sint*, in quibus fundatur dicta conclusio, non sunt accipienda in proprio, et stricto significato, cum nulla res dici valeat perpetuo esse posse, sed intelligi debent, ut ibi sint durante locatione, ut dictum est supra, in princ. hujus cap. imo sufficit esse ita illata, ut ibi sint, ut habetur *in l. praediis 7. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth.* quod intelligi potest durante indigentia earum rerum, juxta suam naturam, et qualitatem, vel ut sufficiat earum causa aedes con-
126 ductas fuisse, tunc enim in eas inducuntur, ut ibi sint, ut declarat Menoch. *d. rem.* 3. *n.* 131. post Conusn. *comment. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 8.
127 Imo hypotheca, quae competit pro mercede magazeni, seu alterius mansionis locatae, pro conservatione mercium, seu
128 aliarum rerum, est fortior aliis competente pro mercede domus locatae simpliciter ad habitandum, quia huic nullum reperitur concessum privilegium praelationis inter caeteras Rauden. *resol.* 30. *num.* 4. late Mart. Med. *decis. sen.* 20. *num.* 51. illa vero praefertur omnibus aliis etiam anterioribus, ut est text. *in l. hujus ff. qui pot. in pign.* et ratio hujus privilegii est, quia qui locat horreum, vel quid simile pro retinendis rebus, dat operam illarum conservationi, et ideo facit rem utilem etiam aliis concreditoribus, quia si bona debitoris non fuissent conservata, ipsi non possent in eis aliquod jus praetendere, et propterea non debent ejus satisfactionem impedire. Jas. in §. *item serviana* num. 60. *inst. de act.* Pacif. de Salviano *insp.* 3. *cap.* 5. *num.* 6. et bene distinguendo explicat Gratian. *discept.* 68. *num.* 4. *et disc.* 713. *num.* 1. *et* 2. et aliis adductis Merlin. *de pign. lib.* 2. *q.* 67. *n.* 46. *et* 47. Amat. *resol.* 5. *n.* 6.

Et licet eandem praelationem competere etiam locatori domus ad habitandum in invectis, et illatis propter identitatem
129 tem rationis firmare conatus fuerit signanter, Peregrin. *cons.* 80. num. 11. *lib.* 4. ad quem se remittit Pascal. *de patr. potest. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 67. *ad fin.* tamen a praedicta distinctione non erit recedendum cum sit receptior, ac etiam
130 de jure verior, ut patet ex adductis per praecitatos, et signanter Gratian. et monet post alios Gait. *de credito cap.* 4. *q.* 2. *n.* 1586.

Insistet tamen aliquis, dicens, creditor ex causa alimentorum habet praelationem inter alios, sed creditor ex causa habitationis est creditor ex causa alimentorum, quia in alimentis venit habitatio, *l. legatis* 6. *ff. de alim. et cib. leg.* ergo creditor ex causa habitationis, et sic locator domus, debet caeteris praeferri, prout in specie argumentatur Carleval. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *quaest.* 59. *num.* 19. ubi etiam testatur ita obtinuisse in regia curia pro domino domus, locatae contra creditores anteriores conductoris in rebus invectis, et illatis, et argumentum quatenus procedat, non infert tantummodo ad invecta, et illata, sed ad omnia bona conductoris, at penes me non est omnino tutum, et quoniam fit etiam favore famulorum praetendentium pro sua mercede eandem praelationem, ideo dicam aliquid de eo infra *cap. seqq. a num.* 36.

131 In specie autem hujus tacitae hypothecae in invectis praefertur creditor pro funere conductoris ut est text. *in l. et si* 14. §. *si colonus ff. de relig. et sumpt. fun.* Carpan. *ad stat. Mediolan. cap.* 390. *num.* 76. *part.* 2. et hypotheca dotis Gratian. *discept.* 713. *num.* 1. Mart. Med. *decis. sen.* 20. *n.*
132 6. quae videtur praeferenda etiam ubi locatio fuit pro ipsis rebus conservandis, dum praefertur competenti ex causa meliorationis rei, ut firmat ibid. Mart. Medic. et dixi *in cap.* 33. *de fructibus.*

Inde distinguitur hypotheca ista inducta in rebus venalibus,
133 bus, inducta ab in caeteris rebus, quod ista durat etiamsi res sint venditae, seu aliter in alium translatae, ita ut possint actiones ex ea orientes intentari etiam contra tertium, causam a conductore habentem, ut late rejecto Jas. contrarium sentiente firmat Negus. *de pign. p.* 2. *memb.* 4. *numer.* 131. *et seqq.* Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 11. et late etiam
134 Menoch. *de adipisc. d. rem.* 3. *num.* 55. *et seqq.* licet contra ipsum tertium non possit intentari judicium executivum nec uti facultate ingrediendi propria auctoritate, sed debeat locator intentare actionem hypothecariam, ut docet Bart. *in l. creditores* 3. *numer.* 24. *ver. sed contra praedicta c. de pignor.* ubi reddit rationem, quia illud jus executivum, quod locator habet, ut includantur res invectae, est limitatum, et restrictum certo loco, idest, ut includantur in domo, et ideo 135
si extrahantur, non potest exerceri, secus autem si venditae tantum sint, et traditae, et adhuc in domo sua existant, quia tunc poterit exerceri dictum jus includendi, ut dicit ipse Bart. ibi Negus. *d. memb.* 4. *numer.* 132. *post med.* Mut. *ad consuet. Panor. cap.* 34. *num.* 11. Gratian. *disc.* 117. *num* 12 *et seqq.*

Hypotheca vero inducta in rebus venalibus, quatenus il- 136
lae res vendantur, extinguitur, ita ut res ipsae transeant in emptorem liberae, Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *numer.* 130. *ad med.* Pacif. de Salv. *insp.* 3. *cap.* 5. *num.* 99. ubi alios plenissime cumulat.

Verum conclusio ista declaratur primo, ut procedat qua- 137
tenus merces non fuerint a locatore inclusae modo, quo supra fuit explicatum inclusionem a locatore fieri, quia tunc non possent alienari in praejudicium suae hypothecae Jas. *in* §. *item serviana sub. num.* 51. *instit. de action.* ubi et Zas. num. 28. et plene Pacif. *d. cap.* 5. *n.* 101. *et seq.*

Et idem erit si intentata fuisset jam actio hypothecaria, vel 138
alias judicium super ea motum foret, quia tunc pariter per earum distractionem non potest locatori in hypotheca praejudicium fieri, Stracc. *de mercat. tit. mandat. in fin.* num. 8. Negus. *de pignor. par.* 1. *memb.* 2. num. 13. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 180. *et seq.* Marescot. *var. cap.* 24. *num.* 10. *lib.* 1. Put. *decis.* 289. *ante med. ver. ita quod actio lib.* 2. *decis.* 181. *num.* 2. *part.* 4. *divers.*

Secundo declaratur, ut extinguatur hypotheca, et merces
transeant liberae quatenus vendantur specialiter, secus autem 139
si vendatur tota apotheca, seu totum negotium, aut aliqua ejus pars integralis, quia tunc hypotheca durat Manent. *cons.* 113. num. 9. *et seq.* Gait. *de credit. cap.* 4. *numer.* 180. *et seq.* Marescot. *var. cap.* 24. *num.* 2. *et seqq. lib.* 1. Put. *decis.* 282. *lib.* 2. Cavaler. *decis.* 259. *num.* 3. *et per tot.* Pacif. de Salvian. *insp.* 3. *cap.* 2. *num.* 191. *et seq.* Rot. *post cum decis.* 125. *num.* 3. *et seq. et decis.* 126. *num.* 5. *et dec.* 205. *num* 2. et post Roderic. *de privil. et concurs. credit. decis.* 4. *praesertim sub num.* 9. *et seq.*

Et quando merces venduntur specialiter, ita ut venditae 140
remaneant liberae, si conductor alias merces emat, et loco illarum eas subroget hypotheca continuatur, et durat in istis subrogatis, *l. cum tabernam, ff. de pignor.* Mandel. *cons.* 718. num. 3. Gratian. *disc.* 897. *num.* 16. Rot. *post Statil. dec.* 125. *num.* 1. ubi de magis communi et *dec.* 126. *num.* 3. ubi de veriori, magis communi et a Rot. recepta ac *in d. decis.* 4. *num* 9. *et seq.* post Rodriguez. prout etiamsi pretium non sit exactum, vel exactum adhuc existat, et illud ca- 141
dit in eandem hypothecam, nam apotheca, et negotium, in quo merces minutatim venduntur, est quid universale, in quo pretium succedit loco rei Bald. *in l. cum tabernam num.* 1. *post med. vers. et ex hoc sume argumentum ff. de pignor.* Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 2. *num.* 19. *ad fin.* Gait. *de credit. cap.* 4. *num* 189.

Ex hoc vero, ut dictum est, hypotheca haec tacita durat 142
etiamsi res invectae, et illatae fuerint venditae, aut aliter in alium translatae, infertur veram esse etiam opinionem, quod durat, etiamsi per ipsum inquilinum fuerint e domo conducta in alium locum asportatae, vigente semper eadem ratione, quod non potest facto conductoris tolli obligatio favore locatoris semel inducta, prout bene docuit Bald. *in l. certi juris num.* 12. *ver. quid si inquilinus c. locat.* quem sequitur Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num* 142. ubi dicit Baldum errasse allegando text. *in l. unde falsam, ff. de const. pec.* dum voluit allegare *l. utrum* §. *unde falsum eod. tit.* sed talis error in meo codice non adest, quia in eo legitur allegata, *l. utrum* §. *unde falsum.* Mascard. *de probat. concl.* 210. *num.* 9. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *lib.* 15. *num* 23. Pacif. de Salviano *insp.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. intelligendo tamen quatenus fuerint ab initio illata animo, ut ibi permanerent, 143
alias enim non incidissent in hypothecam, ut saepe dictum est, et ideo frustra quaereretur de ejus continuatione, ut advertit Negus. *sub. d. num.* 142. et posset etiam agi contra 144
conductorem, ut eas reportet in domum, ut post Robuff. tradit Grat. *disc.* 117. *num.* 14. per text. *in leg.* 1. *ff. de Salvian. interd.* et Cepol. *caut.* 81.

An autem ad inducendam istam hypothecam requiratur bona esse illata intra ipsam domum, vel sufficiat, quod sint illata in porticum, indecisum reliquit Bald. *in d. l. certi juris n.* 17. *ver. sed pone c. locat.* sed opinionem quod haec 145
illatio in porticum junctum domui sufficiat, tenet, et auctori-

tatibus comprobat Negus. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *n.*
146 139. ubi etiam reddit rationem, quia licet porticus non sit
proprie domus de per se, tamen est pars domus, et *in lo-
catione* domus continetur, et enim sequitur Menoch. *de adi-
pisc. remed.* 3. *num.* 146. *et seq.* Mascar. *de probat. concl.*
210. *num.* 5. Mantic. *de tac. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 5. Pacif.
de Sale. *insp.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. *et* 8. et idem est de illatis
in apothecam, horreum stabulum, aream, vel curtim domui
junctis, quia eiget eadem ratio, Negus. *d. memb.* 4 *numer.*
147 138. *ad. fin.* Mantic. *de tac. lib.* 11. *tit.* 15. *numer.* 3. *et*
4. ubi etiamsi stabulum sit separatum a domo, quod eide-
tur admittendum. quatenus serviat domui, et in locatione
domus accessorie fuerit comprehensum, juxta tradita suo loco.
148 Circa vero illata in molendinum conductum, quatenus
molendinum sit junctum domui, et in eo habitetur. quia
tunc reputatur praedium urbanum, Cepol. *de servit. urb.
praed. cap.* 11. *num.* 8. *et seq.* inducitur in eis hypotheca,
prout in illatis in domum, ut dicit Pacif. de Salr. *insp.* 3.
cap. 5. *num.* 123. quatenus autem non sit junctum domui,
nec in eo habitetur, quia tunc reputatur potius praedium ru-
sticum Cepoll. ubi supra, tunc ut inducatur hypotheca, ne-
cesse est locatorem scire bonorum illationem, ut dictum est
supra, quoad illata est in praediis rusticis, et in his terminis
149 procedit doctrina Baldi *in l. certi juris num.* 10. *vers. quid
in molendino c. locat.* ut declarat Pacif. de Sale. *d. cap.* 5.
n. 124. ubi cum hac distinctione conciliat Negus. *d memb.*
4. *num.* 144. cum Menoch. *d. remed.* 3. *num.* 152. qui vi-
dentur circa praedicta bona in molendinum illata dissidere
Mascard. *de probat. concl.* 210. *num.* 3.
Et haec quae dicuntur de illatis in molendinum, procedunt
150 etiam in illatis in furnum, quia idem de eo judicatur, ac de
molendino Bald. *in d. l. certi juris n.* 10. *in fin.* Pacif. de
Sale. *d. cap.* 5. *n.* 126.
151 In navi quoque, quae inferuntur, huic hypothecae pro mer-
cede navis conductae, subjiciuntur Bald. *in l. certi juris n.*
10. *c. locat.* ubi dicit navim aequiparari urbano non rustico
152 praedio, Negus. *de pignor. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 140. ubi
dicit, quod licet nesciat videre quomodo *l.* 1. *§. si quis de
navi ff. de vi, et vi armata*, quam allegat Bald. probet, ta-
153 men putat decisionem verissimam, et late eam comprobat
respondendo contrariis, et eum sequitur Mantic. *de tacit. lib.*
11. *tit.* 15. *num* 6. Mascard. *d. conclus.* 210. *num.* 4. Me-
noch. *adipisc. rem.* 3. *num.* 150. Pacif. de Salr. *insp.* 3. *cap.*
5. *num.* 4.
Et idem est de illatis in vehiculum conductum. nam navis
154 et vehiculum aequiparantur *l.* 1. *§. si quis de navi ff. de vi
arm.* Negus. *d. memb.* 4. *num.* 141. Mantic. *de tac. d. tit.*
15. *num.* 7.
Imo his duobus casibus, nempe sive agatur de mercede na-
155 vis, sive de mercede vehiculi, hypotheca in rebus illatis ha-
bet praelationem aliis. quamvis posterior sit, ut est text. ex-
press. *in l. hujus* 6. *ff. qui potior in pign.* ex quo tollitur
omnis difficultas circa ipsam inductionem hypothecae, ut no-
tandum dicit. Negus. *d. n.* 141.
Dubitant aliqui, an haec hypotheca cesset, si locator de a-
156 liqua alia speciali hypotheca expresse sibi prospexerit, et af-
firmativam tenuerunt *in d. l. certi juris, cod. locat.* Cyn.
Ang. Salyc. *nu.* 6. et alii qui pro ratione adducunt regulam
illam, quod provisio hominis, facit cessare provisionem legis
157 *l. fin.* et ibi Bald. *in princ. cod. de pact. conv.* contrariam o-
pinionem tenuit Bald *in d. l. certi juris num.* 17. *c. locat.*
ubi respondet dictam regulam locum habere quando provi-
sio legis est facta in defectum provisionis hominis. non autem
158 quando ex diverso fonte, et nova radice procedit lex, prout
in hoc casu propter factum inducentis res in domum, eamdem
opinionem relatis contrariis sequitur Negus. *de pignor part.*
2. *memb.* 4. *num.* 138. *ver. quarto amplia*, Marcar. *de prob.
concl.* 210. *num.* 2. Menoc. *de adipisc. rem.* 3 *numer.* 155.
Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 19 *et* 20. Pacific. de
Salrian. *inspect.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. Carpan. *ad stat. Me-
diol. cap.* 390. *num.* 57. post quos alii, unde patet hanc
tenendam tamquam magis communem, et magis veram, prout
etiam post alios monet Gratian. *disc.* 117. *num.* 11.
Verum, quod si datus sit fidejussor pro solutione pensio-
nis, cesset d. tacita hypotheca bonorum invectorum pro ea-
159 dem pensione inducta, censuit post alios Muta *ad consuet.
Panor. cap.* 34. *num.* 8. et Gratian *disc.* 117. *num.* 8. sed
dum tenemus opinionem, quod dicta hypotheca tacita non
cesset per aliam specialem expressam, idem quoque dicen-
160 dum videtur hoc casu dati fidejussoris, cum militet eadem
ratio, ut sensit Merlin. *de pign. lib* 2. *q.* 67. *numer.* 98. et
quidem in satisdatione non utimur Attilicini sententia, qui
putabat et satisdetur alieni certae pecuniae. recedere eum a
pignoribus dicit Vulpian. *in l. item liberaretur* 6. *in fin. ff.
quib. mod. pign. vel hypoth. solu.*
Nec obstat quod imo in specie hujus hypothecae in invec-
tis, et illatis eam cessare si datus sit fidejussor, adsit text. *in
l. penult. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* quia ibi con-
ductor convenerat invecta pignori esse, donec merces soluta.
aut satisfactum locatori esset, et Labeo dicit, quod dum dein- 161
de locator mercedis nomine fidejussorem accepit. satisfactum
ei videri existimat, et ideo illata pignori esse desiisse. Unde
patet eum moveri ita decidere ex pacto illo, quod invecta pi-
gnori esse deberent, donec esset satisfactum creditori, et ita
conciliari dictum textum cum alio *in d. l. item liberaretur*
in quo tale pactum non aderat. ut docet glos. *in d. l. penult.*
et latius Negus. *d. part.* 2 *memb.* 4. *num.* 91. *ver. nec ob-
stat text. cum duobus seqq.* ubi etiam removet objectum,
quod fieri posset dicendo. quod quatenus cessaret hypotheca
vigore pacti hoc intelligi deberet de hypotheca expressa, in
qua aderat pactum, et remaneret tacita, dum ea non cessat
per expressam. ut dictum est. et ideo non posset dicere ab-
solute J. C. prout dicit, illata pignori esse desiisse, inquit
enim ipse Negus. *quod in d. l. penult.* hypotheca tacita fuit 162
sublata per expressam, ex quo ibi provisio hominis de hypo-
theca expressa, fuit facta ad novandam provisionem legis
de tacita.
Advertendum tamen, quod quatenus etiam ex praedictis 163
cessaret in bonis invectis et illatis tacita hypotheca, non ta-
men propterea cessaret via, et jus executivum adversus eadem
bona, ut supra, competens, quia est quid diversum, et tam-
quam utilius non censetur remissum, Rebuff *de liter. oblig.
art.* 4. *gl.* 2. *num.* 10. Gratian. *disc.* 117. *num.* 9. Merlin.
de pign. d. q. 67. *n.* 99.
Denique non omittendum adnotare, quod haec hypotheca 164
est privilegium personale locatoris Carpan. *ad stat. Mediol.
cap.* 389. *num.* 4. *et cap.* 390. *num.* 103. et ideo non transit
in singularem successorem, puta cessionarium crediti Pacif.
de Salrian. *insp.* 3. *cap.* 2. *num.* 923. et latissime probat
Gratian. *disc.* 117. *numer.* 16. *et seq. usque ad fin.* Merlin.
de pignor. lib. 2. *quaest.* 67. *num.* 96. imo dicit Pacif. ibi
eam cedi non posse, sed verius videtur contrarium, saltem si 165
cessio ejus sit specialis, et expressa, ut sensit Gratian. ubi
supra, quia hoc hypothecae tacitae beneficium, quod conce-
ditur locatori, non tam personam ipsius respicit, quam ipsam
actionem pro mercede rei locatae, et ideo cum ea cedi posse
debet, juxta firmata per Olcam. *de cess. jur. tit.* 6. *quaest.*
2. *num.* 12. Rot. coram Gregor. *decis.* 456. *num.* 6. et ibi
Adden.

De hypotheca, et praelatione, an, et quando competat locatori operarum adversus alios creditores.

SUMMARIUM.

1. Hypotheca cum praelatione an competat pro mercede operarum, est magna controversia.
2. Hypothecam cum praelatione non competere regulariter pro mercede operarum probatur.
3. Hypotheca tacita ut inducatur, requiritur lex expressa, nec sufficit quod dicatur a doctoribus.
4. Hypotheca tacita inducta a lege in uno casu extenditur ad alios in quibus militat eadem ratio.
5. Ratio legis quando est expressa, tunc lex quamvis odiosa comprehendit omnes casus in quibus ipsa ratio militat.
6. Et ista non reputatur extensio legis, sed comprehensio in ea.
8. Impendens ad rem conservandam acquirit in ea hypothecam cum praelatione adversus alios creditores.
9. Idem procedit in eo qui credidit pro cibariis nautarum, et in mercedibus horreorum, ac vecturis, et similibus.
10. Idem in eo qui locavit operas suas pro curru ducendo, vel nave gubernanda, et similibus.
11. Idem in custode animalium, vel mobilium, vel fructuum.
12. Idem de curatore, et administratore.
13. Tutores, et curatores an pro eorum mercede habeant obligata bona pupilli vel minoris, est magna controversia.
14. Tutor datur personae
15. Decl. dari personae primario, secundario vero rebus.
16. Institores, et similes ministri negotii habent hypothecam pro sua mercede in rebus ejusdem negotii.
17. Artifices, et fabri habent hypothecam cum praelatione in rebus per eos factis, vel reparatis.
18. Advocati, et Procuratores, qui haereditatem defenderunt, habent pro sua mercede hypothecata bona haereditaria cum praelatione.
19. Decl. privilegium hypothecae, et praelationis competens pro mercede operarum intelligi pro mercede vere necessaria, et non ultra.
20. Decl. 2. non bene judicari ab eventu an operae praestitae fue-

rint necessarias, vel ne, sed sufficere quod prudenter fuerint ab initio praestitae.
21. Decl. 3. hypothecam competentem pro mercede in rebus constructis, seu reparatis praeferri etiam hypothecae expressae anteriori.
22. Et ideo in concursibus operarii non sunt compellendi dari cautionem de restituendo prioribus, et potioribus.
23. Lim. ut non praeferatur anteriori competenti pro dote.
24. Ampl. et etiamsi non appareat quae sit anterior praefertur dos.
25. Et etiamsi hypotheca favore locatoris operarum sit expressa.
26. Secus si additum sit pactum, quod nemini possit acquiri jus in praejudicium mutuantis.
27. Dotis hypotheca praefertur si anterior, vel aequalis, non autem si posterior.
28. Idque etiamsi hypotheca pro mercede anteriori, si tantum tacita.
29. Hypotheca pro mercede operarum in rebus refectis concurrit cum privilegio impensarum funeris.
30. Studiorum causa, aequiparatur causae dotis.
31. Studiorum causa non reperitur concessa tacita hypotheca,
32. Sed datur ex identitate rationis cum dote cui est concessa, et n. 35.
33. Civitates sine legibus, et legum magistris regi non possunt.
34. Studiorum privilegia competunt etiam pro salariis profitentium studia.
36. Famuli necessarii habent pro eorum mercede hypothecam cum praelatione.
Sed vide n. 39. 40. et 41.
37. Famulatus necessarius est pars alimentorum.
38. Creditori ex causa alimentorum an competat hypotheca cum praelatione, est quaestio controversa.
42. Pauperes, et miserabiles personae habent privilegium in urbe, et aliis creditoribus praeferuntur ex bulla Pii V. pro summa quinquaginta
43. Etiamsi sint creditores pro majori summa.
44. Et praedictum privilegium servari debet a quocumque judice ordinario.
48. Miles creditor stipendii sub expensis accipientis a principe pro se et aliis militibus praefertur in eo omnibus aliis creditoribus ipsius capuralis etiam anterioribus.

CAPUT XLI.

Vidimus in praecedentibus capitolis de hypotheca, et prae-
latione competente locatori bonorum, nunc videndum sequi-
1 tur an, et quando competant locatori operarum, in qua quae-
stione summa contentio est, ut dicit Add. ad Rodriq. *de
concurs. credit. p.* 1. *art.* 3. *num.* 47. juxta modernam im-
pressionem, negant enim aliqui eas dari, ut signanter Paris.
in *l.* 1. *num.* 218. *ff. sol. matr.* et ibidem Bolognet. *num.*
235. alii vero affirmant, quos referunt, et sequuntur Viscont.
in suis conclus. ver. operarius, prope fin. vers. et habet.
et latissime D. Laufr. Zach. *de salario quaest.* 94. *per. tot.*
2 Verum quidquid contendant alii, resolutive ac breviter,
juxta solitum, procedendo, videtur constituenda regula ne-
gative, quia non reperitur a lege talis hypotheca pro credi-
to mercedis constituta, et ideo non curandum, quid dicant
doctores, cum ipsi non habeant talem auctoritatem tacitam
3 hypothecam inducendi, sed necesse sit eam a lege expresse
concessam esse gloss. *in l.* 2. *§. fin. vers. privilegium ff. de
privil. cred.* et pluribus congestis firmant Castill *contror.
tom.* 4. *cap.* 61 *num.* 68. *ad fin. et seqq.* et Salgad. *in labyr.
par.* 1. *cap.* 10. *num.* 39.
4 Quia tamen reperiuntur plures tacitae hypothecae a lege
expresse diversis ex causis, et rationibus constitutae, etiam
cum privilegio praelationis, in casibus, in quibus dictae cau-
sae, vel rationes legis omnino militant, recedendum erit a
dicta regula, quia ubi militat eadem ratio, ibi et eadem ju-
ris dispositio militare debet, *l. non possunt ff. de legib. l.
his solis c. de revoc. donat.* Menoch. *de praesumpt lib.* 1.
quaest. 5. *num.* 8. Cassad. *super regul. decis.* 37. *num.* 2.
Verall. *decis.* 117. *num.* 5. *part.* 1. etiam si verba legis non
servirent, quia sufficit identitas rationis, et similitudo casu-
um ad hoc, ut censeantur in ipsa lege comprehensi, ut firmant
Cravet. *cons.* 190. *num.* 2. et Rot. *decis.* 537. *num.* 16. *par.*
1. *rec.* fortius quando ratio est expressa, quia tunc disposi-
5 tio quamvis odiosa, dicitur comprehendere omnes casus, in
quibus ipsa ratio militat, etiam deficientibus verbis, Alex.
cons. 171. *num.* 4. *vol.* 7. Paris. *cons* 69. *numer.* 6. *lib.* 4.
Hond. *cons* 4 *numer.* 26. *et seq. lib.* 1. Gregor. *decis.* 293.
num 14. nec ista reputatur extensio legis sed comprehensio
6 in ea glos. *in cap.* 1. *vers. Italiae de temp. ordin. in* 6. Pa-
ris. *qui communem dicit cons.* 16. *numer.* 24. *lib.* 3. Et in
7 specie de legibus inducentibus hypothecam, quod comprehen-
dant casus diversos ab expressis eamdem, vel similem ratio-
nem habentes, latissime articulo ex professo discusso probat
Acost. *de priv. credit, praelud.* 1. *n.* 14. *et seq. per tot.*
ubi etiam *n.* 20. citat concordantes.
8 Dum igitur habemus *l. interdum* 5. *ff. qui potior. in pi-
gn.* inducentem tacitam hypothecam cum praelatione adver-
sus alios creditores etiam anteriores ad favorem ejus, qui im-

pendit ad rem conservandam *et l. hujus.* ibidem immediate
sequentem, quae reddit dicti privilegii rationem, dicens *hu-
jus enim pecuniam salvam fecit totius pignoris causam*, ac
propterea illud expresse ampliat ad eum, qui credidit in ci-
baria nautarum; sine quibus navis salva pervenire non po- 9
terat, aut alias expensas fecit, ut res salvae fiant, nec non in
specie etiam ad mercedes horreorum, et vecturas jumento-
rum, utique negari non potest idem esse dicendum in simi-
libus mercedibus, ut puta si res asportatae fuerint per homi-
nes, vel homo circa ipsam asportationem operas suas locave- 10
rit, uti pro curru ducendo, vel navi gubernanda, nulla enim
ratio disparitatis assignari potest, cur tribui debeat dictum
privilegium vecturae jumentorum, et non praefatis mercedi-
bus operarum, ergo et in istis eamdem legem procedere di-
cendum est ex praedictis, et sic limitari dictam regulam su-
perius constitutam, quod hypotheca non competat: idemque
dicendum erit in omnibus aliis casibus, in quibus urgeat di-
cta ratio legis, scilicet ubicumque agatur de rebus conservatis
sive conservatae sint mediante pecunia, sive mediantibus o-
peribus, cum idem sit, prout etiam docuit Ripa. *in l.* 1. *num.*
3. *et seqq. ff. in quib. caus. pign.* et aliis adductis sequitur
Mart. Medic. *de Senen.* 19. *n.* 17.
Unde alius casus erit, si adhibitus fuerit custos, puta ani- 11
malium, vel mobilium aut fructuum, ejus enim opere salva-
ta dicetur res, quam custodivit, et proinde in ea dictam hy-
pothecam cum praelatione habebit pro credito suae mercedis,
ut post alios plures tradunt Caroc. *de loc. tit de difformit.
quaest.* 5. *num.* 4. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 1558. Mart.
Medic. *d. decis.* 19. *num.* 17. D. Laufr. Zach. *de salar. q.*
99. *num.* 19.
Eademque ratione idem dicendum erit de curatore, et ad- 12
ministratore, prout de curatore dato haereditati jacenti, latis-
sime probat Mart. Medic. *dict. decis.* 19. *per tot.* et genera-
liter de administratore, plenissime firmat Salg. in *labyr.
credit part.* 3. *cap.* 9. *numer.* 15. Merlin. *de pignor. lib.* 3.
quaest. 5. *num.* 30. ubi idem dicit de tutoribus, et curato-
ribus generaliter, prout etiam dicit D. Laufr. Zach. *de sa-
lar. q.* 99. *n.* 18.
Verum in tutoribus, et curatoribus pupilli, vel minoris, 13
res non transit ita de plano, sed imo est maxime dubia pe-
nes Mart Medic. ibid. *num.* 3. dubium enim ei faciunt late
tradita per Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 44. ubi latissime dis-
putat, an tutor habeat obligata bona pupilli, et post addu-
cta argumenta pro utraque opinione cum eorum solutioni-
bus, videtur tandem n. 60. inclinare in affirmativam, sed
dicit, quod in foro difficile esset pro ea obtinere propter au-
ctoritatem Alberici, qui *in l. pro officio c. de administr. tut.*
tenuit contrarium, quam contrariam tenuerunt etiam Rip.
in l. dubimus num. 13. *ff. de privil. credit.* Gutier. *de tu-
tel. part.* 2. *cap.* 16. *numer.* 20. et alii secundum eum. At
Surd. et alii non loquuntur de ista hypotheca cum praela-
tione, quae competit in re ad favorem ejus, qui vel pecunia
vel labore cooperatus est ad ipsius rei salvationem, juxta di-
cta *leg. hujus ff. qui potior in pign. hab.* sed loquuntur de
tutore, qui praestitit de suo alimenta pupillo, et quaerunt,
an pro repetitione, ipse habeat obligata bona pupilli, et su-
stinendo affirmativam, deducere conantur obligationem ex
quo e contra lex tribuat pupillis, ut habeant obligata bona
tutorum pro mala administratione. Unde posset forsan cessare
dubium dicti auctoris tamquam deductum ex quo dubie sit
alia quaestio prorsus diversa. Sed adhuc difficultas oriri potest
in proposito mercedis, et hypothecae de qua agimus, ex dictis
in praecedenti cap. et non solum ex quo tenuimus tacitam, hy-
pothecam quae inducitur a lege favore locatoris in invectis, et
illatis non procedere in bonis minorum, sed magis quoad
tutorum, quia non rei, sed personae tutor datur, ut dicit im- 14
perat. in *§. ad certum in fin. instit. qui test. tut. dar. pos.*
et proinde ejus operae non sunt in conservandis rebus, et
non applicatur ratio *d. l. interdum* 5. *et l. seqq. ff. qui po-
tior. in pignor. hab.* et si replicetur eum dari principaliter 15
personae, secundario vero rebus, ut not. gl. *in d. §. ad cer-
tum in ver. personae*, et patet ex *§. datus inst. de excusat.
tut.* id relevare potest, quo ad inducendam hypothecam, at
non quo ad dandam praelationem, prout videmus in invectis,
et illatis in domum locatam ad habitandum, quae licet secun-
dario inserviat etiam pro conservatione mobilium in ea in-
latorum, tamen non inde infertur, ut in eis locator praelatio-
nem habeat, prout eam habet, qui locavit domum prima-
rio, et principaliter pro rebus, juxta magis receptam opinio-
nem, de qua *in d. cap. praecedenti* n. 127.

Paciona

Si competet dicta hypothecs pro mercede iostitorum, et
16 similium ministrorum negotii in tabus ejusdem, dum et ipsi daut operam earum acquisitioni, et conservationi, Roderic. *de privil. credit. part. 1. art. 3. numer.* 59. *justo modern. impress. cum addit.* Acost. *eod. tit. reg.* 2. *ampl.* 2. *num.* 9. Gait. *de credit. cap.* 4. *in appendic. num.* 123. D. Laufranc. *d. quaest.* 99. *num.* 20. quod et applicatur exactori-
17 bus Carleval. *de judic. tom.* 2. *disp.* 32. *n.* 4.

Idemque est in artificibus, nam faber, qui reparavit domum, habere debebit dictam hypothecam cum praelatione in ea, sic autor in veste, scriptor in libro scripto, mareschal- cus in equo Aug. *in d. l. interdum num.* 2. *ff. qui potior in pign.* Gait. *de credit. cap.* 4. *in append. numer.* 32. cum aliis adductis per Merlin. *de pign. lib.* 3. *q.* 5. *num.* 25.

Et aliis similibus quamplurimis omissis, qui videri pote-
18 runt penes praecitatos, et signanter Gait. *de credit. d. cap.* 4. *a. num.* 1558. Merlin. *d. q.* 5. D. Lauft. *d. q* 99. etiam procuratores, et advocati, qui bona haereditaria defensarunt pro eorum mercedibus ipsam hypothecam, et praelationem habebunt, eadem ratione in ipsis militante, prout firmavit Rot. in rom. salarii coram Oradino transcripta per D. Laufr. *ibi sub. num.* 10. et prius impressa per Fenzon. *ad stat. urb. decis.* 70. et de ea etiam meminit Grattian. *disc.* 257. *num.* 26. qui idem firmat, ibi *sub n.* 17. et idem tradunt etiam Rodriq. *de praefer. credit. part.* 1. *art.* 3. *num.* 18. Barbos. *in cap. non licet* 11. *q.* 3. *num.* 6. Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 2016. Statil. *de salvian. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 683. *et seq.* Amat. *resol.* 3. *num.* 10.

19 Animadvertendum tamen generaliter est, quod dictum privilegium competit pro quantitate mercedis necessariae, secus autem si res operibus illis non indigebat, vel merceda domi no constituta fuerit ultra modum, seu quantitatem condecentem, non enim debet esse in arbitrio ipsius deputando, verbi gratia, custodem absque ulla prorsus necessitate, vel assignando ei mercedem valde excessivam, damnum inferre suis creditoribus anterioribus, ut scilicet per creditum mercedis custodis sic deputati, excludantur, et satisfieri non valeant, prout etiam idem privilegium concessum mutuantibus in rei refectionem, ad quantitatem necessariam pro ipsa refectione tantum, restringunt Jas. *in l. creditor, la* 1. *quae est in ordine* 25. *num.* 3. *vers.* 3. *limita ff. si cert pet.* Peregr. *de fideic. art.* 5. *numer.* 34. *in fin.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 23. et ibi Adden. *ver. denique in praesenti,* Gratian. *discept.* 25. *num.* 23. *et disc.* 670. *num.* 9. *verb. ubi etiam,* Amat. *resol.* 3. *num.* 63. et quod non consideretur praecise necessitas, sed refectio, ita ut in pristinum statum res restituatur, et nihil addi, vel minui possit formae antiquae, censuit Dec. *in l. creditor.* 25. *num.* 5. *ff. si cert. petat.*

20 Verum non bene judicabitur ab eventu operas praestitas non fuisse necessarias sed satis erit quod prudenter fuerint locatae, et conductae, unde merces debita procuratoribus, et advocatis, non fraudabitur dicto privilegio, ex eo quod lites per ipsos patrocinatae bonum exitum non habuerint, satis enim est, quod non expediret relinquere jura haereditatis, seu communi debitoris indefensa Gratian. *discept.* 257. *numer.* 32. et respondit Rota in praecitata decis. romana salarii coram Oradino prope finem, et in aliis pluribus relatis per D. Laufranch. Zacch. *d. q.* 99. *num.* 10.

21 Caeterum dicta hypotheca competens in rebus provenientibus, seu conservatis mediantibus operibus locatis, et conductis, praefertur etiam hypothecis expressis anterioribus, Decian. *cons.* 108. *num.* 23. *lib.* 2. Sanfelic. *decis.* 113. *numer.* 4. *post med.* et est verior opinio, quidquid alii contrarium senserint, ut dicit Thor. *in compend. decis. part.* 2. *ver. salarium debitum,* et inde est quod gaudentes hoc pri-
22 vilegio, quando eis in concursu aliorum creditorum mandatur cons-guari pecunia ex ipsa re retracta, non sunt compellendi praestare cautionem prioribus, et potioribus, dum in eis cessat causa ob quam talis cautio praestatur, Gratian. *discept.* 257 *num.* 31. et dictum fuit in praecitata romana salarii cor. Oradino.

23 Non tamen praefertur hypothecae anteriori competenti pro dote, etiamsi sit tantum tacita, juxta vulgat. *l. assiduis* non autem expressa, text. est *in auth. quo jure c qui potior in pign. hab.* et latius in eorpore, unde sumitur, nempe *in* §. *his consequens ver. unde volumus auth. de aequalitate dotis,* Morot. *cons.* 54. *num* 5. *et seq.* Negus. *de pignor. part.* 2. *memb.* 4. *n.* 19 Amat. *resol.* 3. *n* 27.

24 Imo non solum si hypotheca dotis sit anterior, quod est clarum, sed etiam ubi non constat de anterioritate, quia ipsa hypotheca dotis in concurso cum hypotheca competente pro melioramentis praefertur. Rot. *decis* 73. *num.* 8. *et* 9. coram Ubaldo *et decis.* 269. *num* 10. post Posth. *de manut.* et in specie quod hypotheca pro mercede laborantis ad conservandum non praefertur doti Gratian. *disc.* 257. *n.* 33.

Idque etiam ubi non solum adsit hypotheca tacita favore 25
locatoris, sed etiam adsit expressa, juxta plenissime traditam per Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 26. *num* 17. *et seqq* nisi forte ultra ipsam expressam hypothecam adsit etiam pactum expressum, quod nemini alteri possit quaeri jus in 26
praejudicium ipsius creditoris pro melioramentis, ex traditis per Merlin. *de pignor. lib.* 3 *q.* 31. *num.* 20 et Rota coram Burat. *decis.* 223. *num.* 3. *vers. quia visu fuit et seq.*

At haec praelatio hypothecae dotalis procedit, ubi est ante 27
rior, vel sequalis, at secus ubi est posterior, text. est *in d.* §. *his consequens auth. de aequalit. dot* cujus verba praecisa refert Mantic. *de tacit. lib* 11. *tit* 23. *num.* 10. et licet ipse ibi, ac etiam *d. tit.* 26. *numer* 18. ubi idem dicit, videatur loqui de habente anteriorem expressam, tamen ab 28
solute, et sic etiam de habente solum tacitam, idem sentit glos. *in d.* §. *his consequens, ver posterior,* et expresse, et latissime etiam probat Merlin. *de pign. lib.* 3 *quaest.* 31. *n.* 13. *et seq. ubi num.* 16. *vers. mihi certe,* reputat ab hac non r cedendum.

Item privilegium praefatum competens mercedi in prae- 29
dictis casibus concurrit cum privil gio impensarum funeris et ei aequiparatur, ut habetur. in praedicta romana salarii coram Oradino penes D. Laufr. Zacch. *d. quaest* 99 *n.* 10. et penes Fenzon. *ad stat. urbis decis.* 70.

Praeterea redeundo ad regulam, quod non competat pro mercede operarum hypotheca tacita, ex quo non reperiatur in jure expresse cautum, limitabitur etiam eodem modo propter similitudinem, et identitatem rationis. ex eo quod reperitur expresse concessa doti *in l. assiduis c. qui potior in pign. hab.* in mercede debita ex causa studiorum, uti in debita doctoribus legentibus, aliisque ludimagistris, nec non 30
judicibus, assessoribus advocatis, et similibus, causa enim studii aequiparatur causae dotis, ut sensit Bart. *in l.* 1. *in fin. num.* 31. *ff. sol. matrim.* et apertius ibidem Aug. *num.* 12. et Jas. *num.* 51. Alciat. *num.* 8. ubi quod in ea s quuntur istam opinionem Marian. Socin. *numer.* 278 ubi de communi optime Petr. Barbos. *in eadem. l in* 7. *part. numer.* 23. et aliis adductis Gratian. *discept.* 257 *num.* 17. *et seq* Pacif. de Salvian. *insp.* 3. *cap.* 4. *num.* 685. Acost. *de privil. credit. reg.* 2. *ampl.* 2. *n* 18. *et seq* Gait. *de credit. cap.* 4. *num.* 2016.

Nec obstat, quod in jure non reperiatur expresse cautum, 31
quod favore studii detur haec hypotheca, qua ratione contrariam opinionem sequuti sunt in praedicta *l.* 1. Paris. *numer.* 218. et Bologuet. *num.* 235. quia sufficit militare eamdem rationem, quae militat in dote, cui expresse concessa reperitur, ut sentiunt omnes alii, et comprobatur ex adductis su- 32
pra *in hoc cap. post princ.* prout sere militat, tatio enim privilegiorum dotis est, quia interest reipublicae, ut mulieres nubere possint, et civitates liberis hominibus repleantur, ut expresse habetur *in l.* 1 *ff sol. matr.* et non minus interest reipublicae repleri liberis hominibus, quam gubernari per homines doctos, et liberatos, ex eis quae habentur *in c. fin. de magistr. et in c. cum ex eo* 34. *de elect. in* 6. ut e- 33
nim corpora nostra sine mente, sic civitates sine legibus, et sic sine legum magistria regi non possunt, ut dixit *Cicero pro Cluentio* cujus verba praecisa in proposito refert Acost. *de privil. credit reg.* 2. *ampl* 2. *n.* 19.

Minusque obstat quod quatenus studium aequiparari possit doti, tamen aliud videatur dicendum in mercede, ex quo non habeat tot favores, quot habet studium *l.* 1. §. *divus ff. de var. et extraord cognit.* quia causa studii, dependet 34
ab his mercedibus, et salariis, ita ut favor eis tributus resultet in commodum studiorum, et in profectum, cum praesumantur melius, et diligentius docere professores. si exhibeantur eis meliora stipendia *l. medicos in fin. c. de profess. et med. lib.* 10. et ita in specie advertit Alciat. *praes.* 43. *reg.* 3. *numer.* 6. et Gratian. *d. discept.* 257. *num.* 22.

Et deinde licet ista opinio in puncto juris posset pati aliquam d fficultatem, tamen ab ea non recedendum, tamquam 35
communi opinione doctorum approbata, ut dicit Flores. de Men. *q.* 8. §. 1. *num.* 70. et eam sequuntur Gratian. *d. disc.* 257. *num.* 23. D. Laufr. Zacch. *de salar q.* 99. *numer* 6. Roderic. *de privil. credit. part.* 1. *art.* 3. *numer.* 44. *juxta*

moder. impress et ibidem Add. *num.* 48. ubi plures alios cumulat.

36 Ulterius non penitus absque ratione dictam primam regulam limitant aliqui in mercede famulorum necessariorum, limitatio enim probatur hoc pacto. Creditor ex causa alimentorum praefertur etiam creditoribus habentibus hypothecam anteriorem, ergo idem dicendum est de creditore pro mercede famulatus, quia praestatio famulatus necessarii, est praestatio partis alimentorum, ita argumentatur Felician. *de censibus. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 12. *vers.* 3. *per quam certam*, et latius Carleval. *de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *disp.* 29. *per tot.* D. Lanfr. Zacch. *de salar. d. q.* 99. *n.* 26. *et* 27.

37 Quod praestatio famulatus sit praestatio partis alimentorum videtur clarum, quia si supponimus eum necessarium prout saepissime necessarius est, utiq; sine eo is, cui praestatur, vivere, et alii nequit, et sic est pars alimentorum, ut animadvertit gl. *in auth. de non elig. sec. nub.* §. *illud quoque dudum, vers. onera*, et ibi Bart. *numer.* 3. cum aliis cumulatis per praecitatos, et signanter Carleval. *numer.* 14. *et seqq.*

38 Quod autem creditor ex causa alimentorum gaudeat dicto privilegio praelationis Felician. dicit per quam certum sed movetur solum auctoritate Deciani, et Burgnini, qui in locis citatis non asserunt expresse hanc conclusionem, prout animadvertit etiam Carleval *de judic. d. disp.* 29. *num.* 2.

39 At Carleval. ibidem conclusionem reassumit, et eam nervose comprobat septem distinctis mediis, et licet *sub. num.* 12. referat in quodam casu contingenti contrarium fuisse decisum, tamen addit, quod cum in decisione nihil fuerit responsum dictis rationibus, non est ex ea sumendum argumentum quia decisiones quae non satisfaciunt rationibus contrariis, non fiunt per intellectum, sed per voluntatem, seu ignorantiam, a quibus exemplar sumi non potest, sed summopere cavendum, nam oportet discernere decisionem ex rationum vi, et non eas sequi clausis oculis, ne caeci caecos ducant, et ambo in foveam inferni cadant, tam ducentes, quam sequentes; optimum monitum, et quam pluribus necessarium.

40 Verum licet quamplures ex dictis rationibus valde urgere videantur, omissa discussione singularum, quae longa esset, ex quo tale privilegium alimentis non reperitur expresse tributum a lege, minusque a doctoribus, qui de alimentis tractarunt, neque ab eis qui tractarunt de concursu creditorum ut dicit ipse Carleval *d. disp.* 29. *in princ.* inde satis inferri potest, illud non esse omnino tutum, prout esset necessarium, ad hoc ut ab eo argui posset ad creditum mercedis, unde de hoc argumento dubitari potest, prout de illo dubitavit imo aperte illud non admisit Roderic. *de priv. credit. part.* 1. *art.* 3. *num.* 23. *juxta antiq. impress. et num.* 55. *juxta modernum*, licet Carlev. et D. Lanfranc. ubi supra cum eitent pro opinione Feliciani, et sua.

41 Poterunt tamen in facti contingentia melius cogitari merita causae famulorum, nam pro eis militat vulgaris opinio, ac etiam militant aliae rationes deductae praesertim ex locis s. scripturae, ut videre est penes Felician. *d. cap.* 5. *numer.* 12. maxime, quia eamdem opinionem Feliciani sequi etiam videtur Salgad. *in labirint. credit. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 15. et Mart. Medic. qui alios plena manu congerit *in addit. ad decis. Senen.* 19. *n.* 2. ubi supposito hoc privilegio in famulis addit *n.* 3. quod tunc orta erat quaestio, an extendatur ad viros nobiles principibus inservientes, et quod cum ipse esset unus ex quinque judicibus delegatis, nullus adhuc allegabatur auctor in puncto. Et competere Salvianum pro salario famulorum. Pacif. de Salvian. *insp.* 3. *cap.* 4. *n.* 683.

Aliam limitationem dictae primae regulae tradit D. Lanfr. *d. q.* 99. *n.* 28. scilicet quando is, qui agit pro mercede, est pauper, et miserabilis, dicit enim ex privilegio concesso per san. mem. Pium V. in constitutione edita anno 1567. inter ejus bullas 27. et confirmata per aliam similem constitutionem a san. mem. Paulo V. inter impressas 72. habetur, quod hujusmodi creditores caeteris omnibus praeferantur.

Verum advertendum, quod b. Pius V. dictum privilegium
42 concedit tantum pro summa scutorum quinquaginta. nec illud tribuit causae mercedis; sed generaliter pauperibus, quatenus vere sint miserabiles, et Paulus V. in bulla 71. quae est reformatio tribunalium urbis *in* §. 11. *prope fin. numer.* 22. vult, et declarat eamdem constitutionem habere locum etiam cum dictae miserabiles personae sunt in majori summa creditrices ut nihilominus pro dicta summa scutorum quinquaginta dumtaxat, aliis etiam anterioribus in omni judicio, juxta dictam constitutionem, praeferantur.

Item advertendum, quod licet b. Pius injungat dictam praelationem auditori camerae, tamen postea mandat ita judicari per omnes judices, et ideo concedenda erit ab omnibus judicibus ordinariis, ut ex Cherubin. *in compen. bullar. ad dictam constitutionem b. Pii notavit.* Leoncill. *de privil. pauper. part.* 2. *privil.* 325. et post eos D. Lanfranc. *ubi supra.* 43

Addo casum notabilem, in quo pariter competit praelatio, videlicet, si caporalis, seu dux militum, convenerit sibi dari certum stipendium pro centum militibus, si aliquis ex eis non receperit portionem suam, sed in fine concurrat cum aliis creditoribus ejusdem ducis ad partem ejusdem stipendii, erit omnibus praeferendus, ut consuluit Ancar. *cons.* 378. cui subscripsit Benedictus de Plumbino, et movetur praecipue Ancar. quia debitum hujus militis est contractum super ipso stipendio, et quando debitum est contractum super re, quae petitur, ille, qui petit; est caeteris praeferendus, etiam privilegiatis, *l. si cum dote* §. *si mulier. ff. sol. matr.* Benedict. vero aliam rationem assignat, videlicet, quod dum caporalis convenit de illo stipendio tamquam caporalis, et magister nomine societatis suae, ex ejus pacto quaesita fuit obligatio, et actio ipsis de societate *l. item magistri* 14. *ff. de pact.* et ideo quilibet eorum potest petere portionem suam nemini affectam, seu obligatam pro debito particulari, et proprio ipsius Magistri *l. nemo ff. pro soc.* quas rationes dictorum insignium virorum volui referre, ut possit eorum doctrina aliis casibus crediti mercedis operarum locatarum, in quibus ipsae rationes militent, applicari. 44

De retentione an, et quando competat creditori mercedis.

S U M M A R I U M.

1. Retentio facilius datur quam actio.
2. Retentio regulariter non datur quando agitur de retentione unius rei pro debito alterius.
3. Retentio pro credito mercedis in pecunia non datur in alia re.
4. Retentio datur illi creditori cui competit hypotheca rerum, quas retinere intendit.
5. Retentio fructuum competit locatori pro mercede praediorum locatorum.
6. Retentio competit locatori operarum in rebus in quibus habet hypothecam.
7. Ampl. sufficere operas impendisse pro utilitate rei.
8. Scriptor potest retinere librum a se scriptum pro mercede non soluta, et n. 13.
9. Notarius potest retinere librum in quo scripsit instrumenta, et processum.
10. Procurator an possit retinere scripturas litis pro sua mercede est magna controversia, et negativa
11. Potest retinere pro expensis pro eis factis.
12. Et potest retinere scripturas quas ipsemet fecit, et idem de advocato.
14. Famuli possunt retinere res domini pro salario non soluto.
15. Ampl. posse etiam capere propria auctoritate.
16. Contrarium.
17. Decl. in prima procedat requiri plura copulative, et primo salarium esse omnino certum, tam in substantia, quam in quantitate.
18. Secundo, et famulus non possit aliter salarium consequi, saltem sine magno periculo, seu praejudicio.
19. Tertio, quod non adsit periculum scandali.
20. Quarto, quod res quam accipit sit propria domini debitoris.
21. Quinto, famulum teneri certiorare dominum, quod aliquid amplius sibi non debetur.
22. Sexto, non posse amplius ab ipso domino, seu ab ejus haerede, quid pro mercede recipere.
23. Retentio facilius datur si res devenerit ad manus creditoris aliquo modo licito, quam si temerario.
24. Pecunia potest teneri si licite venerit ad manus creditoris pecuniae.
25. Retentio est species compensationis, et quid a compensatione differat.
26. Creditor debet potius pecuniam, quam aliam rem diversam retinere.
27. Possidens pro uno credito cum hypotheca, potest retinere pro alio hypothecam non habente.
28. Invecta et illata in praedium conductum valent retineri etiam pro alio credito, quam pro mercede, si pro ea possideantur.
29. Possidens pro credito sine hypotheca non potest retinere pro alio.
30. Lim. si velit retinere pro credito dotis.
31. Idem pro mercede laborum in causa studii factorum.
32. Retentio pro credito, sine hypotheca datur tantum contra debitorem, non autem contra tertium.
33. Decl. procedere contra alium creditorem cum hypotheca.
34. Retentio, ubi competit potest retineri res magis valens, quam sit creditum
35. Decl. procedere si retineat sciente domino, et volente solvere, quod debet, alias secus.
36. Decl. 2. procedere contra creditorem, non autem contra alium creditorem, qui potest immitti in parte excedente.
37. Lim. si res retenta sit [illegible].

38. Lim. 2 si primas possidest ad effectum se satisfaciendi de fructibus.
39. Intellige si creditor valit familis, non si velit rem subhastari non amoto primo possidente.
40. Retentionem allegenti, non potest opponi, quod ejus creditum sit praescriptum.
41. Retentio est exceptio, non actio.
42. Retentio est exceptio favorabilis, et potest opponi etiamsi statutum tollat exceptiones.
43. Retentio potest opponi, etiam post latam sententiam.
44. Retentio potest opponi etiam post amissam possessionem vigore sententiae, si ab ea appellatum sit.
45. Sententia potest ferri cum clausula praeservativa retentionis, *quatenus competat*.
46. Retentionis exceptio, non impedit sententiam, sed ejus executionem.

CAPUT XLII.

1 Licet retentio facilius detur, quam petitio, et actio *lege per retentionem, c. de usur.* et ibi Gloss. *in vers. rato in fin.* Dec. *cons.* 298. *num.* 4. Cephal. *cons.* 573. *num.* 19. Cravet. *consil.* 148. *num.* 2. Surd. *cons.* 253. *num.* 22. Gregor. *dec.* 425. *num.* 2. Cavaler. *decis.* 646. *numer.* 5. tamen ea est
2 regulariter prohibita, quando agitur de retentione unius rei pro debito alterius Negus. *de pign. part.* 1. *membr.* 4. *numer.* 1. nam praetextu debiti restitutio comodati non probabiliter recusatur, dicit Imper. *in l. fin. c. commod.* cujus
3 verba praecisa etiam refert Garz. *de expen. cap.* 1. *num.* 16. *in princip.* Unde haec regula quoque constituenda videtur in proposito crediti mercedis, ut videlicet, dum est creditum in pecunia, pro eo non competat retentio alterius rei diversae, ut sensit etiam in specie Rot. *in decis.* 691. *sub. n.* 2. *part.* 1. *recent.*

4 Limitatur autem regula praedicta, ubi creditori, qui vult retinere, competit hypotheca, quae comprehendat id, quod retinere intendit, tunc enim licet id non sit proprie debitum tamen sufficit esse hypothecatum pro debiti consecutione, cum enim hypotheca sufficiat ad effectum agendi facilius, debet inservire ad effectum retinendi ex supracitatis in princ. et pluribus congestis, firmat Rolan. con. 17. *num.* 8. *lib.* 4. et Gratian. *discep.* 129. *num.* 33. *et seqq.*

5 Unde est, quod pro mercede praediorum locatorum competit retentio fructuum ex eis perceptorum, et rerum invectarum, et illatarum, ut dictum est in *cap.* 33. *de fruct. et in cap.* 40. *de invect. et illat.* et competet etiam locatori ope-
6 rarum in rebus, et casibus in quibus habet hypothecam, de quibus *in cap. praeced.*

7 Sufficit etiam, quod operae, vel res locatae inservierint pro rei utilitate, ut res illa retineri possit, Bart. *in l. si non sortem* 26. *§. si centum num.* 7. *ad fin. ff. de condict. indeb.* Cephal. *cons.* 762. *num.* 24. *et seqq.* Surd. *decis.* 50. *num* 1. et multo magis si pro rei necessitate, ad text. *in l. si necessarias, ff. de pignor. act.*

8 Exemplum traditur in scriptore, qui propterea librum sibi traditum ad scribendum pro sua mercede retinere valebit, prout voluit Gloss. *in l. si non sortem, §. si centum. vers. retinebit, ff. de cond. indeb.* et ibidem Bald. *in fin.* et Bart.
9 *num.* 8 et idem de notario. cui quis dederit librum membranarum, ut super eo scriberet omnia instrumenta suorum contractuum, dicit ibidem Aug. et idem voluit Castr. *n.* 6. et Alex. et Jas, et alii ut refert, et sequitur Surd. *d. decis.* 50. *num.* 2. et poterit etiam notarius actuarius retinere scripturas, et processum a se confectum, ut firmat Garz. *de expen. cap.* 1. *sub. num.* 16. et alii citati per Gratian. *discept.* 56. *n.* 15.

10 At in procuratore magna contentio est inter dd. an possit pro sua mercede retinere scripturas litis, pro affirmativa enim stant signanter Fulgos. *in l. ante litem numer.* 14. *ff de procur.* Guill. *lib.* 2. *obser.* 17. *num.* 5. Coler. *de process. execut. cap.* 2. *part.* 1. *num.* 47. et habet haec opinio etiam pro se, text. *in l. quae omnia* 25. *in fin. ff. de procurat.* ubi habetur, quod si procurator velit, uti aliqua retentione, non facile erit ab eo lis transferenda.

Verum licet Gratian. *in d. discept.* 56. *sub n.* 14. indifferenter, et indistincte loquatur de notario ac de procuratore, et advocato, tamen magna est in proposito differentia, nam notarius suos labores impendit in scribendo processu, et ideo illum retinere valet, juxta supradicta. quod secus est in procuratore et advocato, quia ipsi scripturas litis non confecerunt, sed solum cum eis causam defenderunt, et ideo cessat ratio praedicta, et obstat eis regula, quod una res pro debito alterius retineri non possit, Jas. *in d. l. si non sortem, §. si centum num.* 10. *ff. de cond. indeb.* Graest. ad Vestr. *in praxi lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 8. *ad fin.* et plenissime prae caeteris firmat Gratian. *discept.* 618. *n.* 1. *et seqq.* Rot. *decis.* 691. n. 2. *par.* 1. *recent.*

Nec obstat text. *in d. l. quae omnia, ff. de procurat.* quia 11
procedit pro credito expensarum in lite factarum, pro quo quia expensae, ut plurimum fiunt circa ipsas scripturas, bene competit earum retentio, Boer. *decis.* 15. n. 3. Gratian. *dict. disc.* 618. num. 6. Rot. *dict. decis.* 691. n. 1. *et decis.* 172. *num.* 3. *par.* 2. *recent.*

At secus est, quoad creditum mercedis, seu salarii. nisi for- 12
te vellet procurator, aut advocatus retinere scripturas per seipsum factas, quia tunc clarum est, quod posset, ut bene advertit D. Lanfr. Zacch. *de salar. d. q.* 96. *num* 17. ubi quod ita potest salvari dicta opinio Fulgosii, et aliorum, qui volunt competere advocatis retentionem scripturarum pro salario.

Et ex eisdem sequitur, ut etiam retentio competens nota- 13
riis, restringenda sit ad processus per eos confectos, et competens scriptori ad librum per eum scriptum, itaut non valeat exemplar, seu originale sibi traditum ad transcribendum retinere, ut distinguendo docuit Bart. *in d. l. si non sortem §. si centum, ff. de condict. indeb.* late Surd. *dec.* 50. *n.* 3. Rot. *d. dec.* 691. *n.* 3. *prope fin. par.* 1. *rec.*

Dubitari etiam potest de salario famulorum, an pro eo 14
competat retentio rerum domini, et affirmativam sequuntur Carnec. *de locat. sub tit. de necess. usus q.* 13. *num.* 10. et D. Lanfr. Zacch. *d. q.* 96. *num.* 11. sed nocentur solum auctoritate, Duen. *in reg.* 306. *lim.* 7. qui dicit, quod praescripto salario, adhuc famulus, si quid habeat domini in manibus, poterit retinere, non obstante praescriptione quae obstat actioni, non autem exceptioni. et sic videtur loqui in fortioribus, sed vere conclusionem. in qua allegatur. non firmat, potest enim, et debet intelligi. ut non obstet praescriptio retentioni in casibus, in quibus retentio competit, et sic opinio praedicta caret fundamento auctoritatis, nec satis tuta reddi potest ratione. quod famulis competat hypotheca, et propterea etiam retentio, juxta supra firmata, quia an vere talis hypotheca subsistat est valde dubitabile, ut diximus in *cap praeced. n.* 38. *et seq.*

Et quamvis adsint, qui videantur velle, quod non solum 15
liceat famulo sibi aliquid ad dominum spectans retinere sed etiam illud propria auctoritate capere, et furari, quod est quid magis, et sint in magno numero, ut videre est apud Carnec. *de loc. d. q.* 13. *sub tit. de necessit. usus. n.* 5. ubi dicit esse opinionem communem, et apud D. Lanfr. Zacch. *de salar. quaest* 68. *num.* 48 ubi eos late cumulat, et in duas classes distinguit, unam civilistarum, et aliam canonistarum, et theologorum.

Tamen admisso, quod talis subreptio non sit vere, et pro- 16
prie furtum, nec furti poenas mereatur, ex quo sit ad satisfaciendum se de suo credito, et sic non lucrifaciendi causa facta, prout requiritur de essentia furti *§ furtum il primo instit. de oblig. quae ex delic. nasc. l.* 1. *§. furtum. ff. de furtis*, Farinac. *q.* 165. *num.* 4. vel quia credere potuit sibi permissum, ut voluit Alex. *cons.* 135. *num.* 3. *vers. secunda ratio est lib.* 1. negari non potest ita surripientem delinquere, etiam delicto punibili, quia ubi copia judicis haberi potest, non debet, qui sibi jus dicere, et propria auctoritate aliquid alienum capere, ut admittit, imo firmat, ipse Alex. qui adduci solet pro antesignano dictae opinionis in *consil.* 135.
in 2. *et* 3. *dub. num.* 1. *ad med ver. et licet praedicta lib.* 17
1. quod cons. videtur esse etiam inter cons. Cepoll. *cons.* 26. *num.* 6. et ad hoc, ut *non* delinquat requiritur, ut concurrant copulative infrascriptae conditiones.

Primo est, quod creditum famuli sit omnino certum tam in substantia, quam in quantitate, alias enim ubi creditum tale *non* est, sed aliquam patitur dubietatem, non intrat retentio, Gratian. *discept.* 734. *num.* 13. Surd. *decis.* 46. *ad fin.* ubi et Hodiern. Cavaler. *decis.* 539. *numer.* 5. *et* 6. *in recent. decis*, 262. *num.* 1. *par.* 12. et in puncto Carnec. *d. q.* 13. *num.* 6. Molin. *de just. et jur. q.* 691. *post. princip. vers. prima, ut debitum tom.* 3. D. Lanfranc. *d. q.* 68. *numer.* 49.

Secunda est, ut non possit alia via per juridica remedia, seu 18
alia, salarium consequi, saltem sine magno periculo, seu praejudicio, quia si potest, non debet ad istud remedium occultae subtractionis recurrere, Cepoll. *d. cons.* 26. *n.* 9 Carnec. *d. q.* 13. *n.* 6. *et* 7. ubi hanc conditionem in duas distinguit Molin. *d. q.* 691. *ver secunda, ut* d. Lanfr. *d. q.* 68. *num.* 49.

19 Tertia quod non adsit periculum scandali. puta, quod do-
minus cognoscens subtractionem, eam publicet, et forsan al-
teri imputet, eumque injuatet moleste, Alex. *d. cons.* 135.
num. 1. *prope fin. lib.* 1. Caroc. *d. q.* 13. *num.* 9. Molin. *d.*
q. 691. *vers. tertia, ut ex tali.*
20 Quarta, ut res, quam accipit, sit propria domini debitoris,
non autem aliena, Navarr. *in manual cap.* 17. *numer.* 113.
vers. quarta. ut res. Molin. *d. q.* 691. *vers. quinta.* ut id D.
Laofr. *d. q.* 68. *num.* 51. *vers. quarto quod res,* facit Rot.
decis. 130. *num.* 7. post Zacch. *de oblig. comer.*
21 Quinta, quod curet reddere dominum certum. quod ali-
quid amplius non debeat sibi, ne maneat in eo peccato in
quantum crederet se teneri in conscientia, et adhuc nollet
solvere. vel ne satisfactionem agnito debito iterum euret, Mo-
lin. *d. q* 691. *vers. quarta,* ubi declarat ad hoc teneri ex de-
bito charitatis. in quantum sine periculo possit, non ex de-
bito justitiae, D. Lanfr. *d. q.* 68. *num.* 51. *vers. quinto,* vel
restituat damnum temporale, vel spirituale, quod ex tali
subtractione in aliquem redundaret, ut dicit Navar. *in man.*
d. cap. 17. *n.* 113.
22 Sexta, ut caveat ne postea ab ipso debitore, vel haerede,
aut aliter, quid iterum pro eodem credito recipiat, Navarr.
d. cap. 7. *num.* 113. *versic quinto,* et caveat Dom. Lanfr.
d. q. 68. *num* 51. *vers. sextum, et ultimum.*
23 Facilius autem admittetur haec retentio, si res devenerit
ad manus creditoris modo licito, non autem temerario, et il-
licito, prout in terminis creditoris mercedum consideravit
Mandel. *cons.* 351. *numer.* 26. ubi pecuniae devenerant ad
manus famuli occasione officii, quod gerebat, et *cons.* 452. *n.*
14. *et seqq.*
Prout etiam facilius admittetur retentio in pecunia, quam
24 in aliis rebus, imo pecunia in dicto casu quo licito modo de-
venerit ad manus creditoris mercedis, poterit absolute reti-
neri. quia non erit retentio alterius rei, quam debitae, dum
merces debeatur in pecunia, Gratian. *discept* 749. *numer.* 6.
ubi quod quatenus creditum sit liquidum, et pecuniae resti-
tutio non sit promissa cum juramento, intrat retentio, quia
fit compensatio, ut firmat Socc. Jun. *cons.* 147. *num.* 4. *lib.*
1. et latius Tiraq. *de retract. lignag.* §. 3. *gloss.* 3. *numer.*
25 2. *et seqq.* est enim retentio species compensationis. Abb. *in*
cap. 2. *ad. fin. vers. utrum admittatur indirecto de depos.*
Paris. *cons.* 100. *num* 34 *lib.* 3. Fabius de Ann. *cons.* 101.
num. 6. et quatenus differat a compensatione, quia compen-
satio est petitio, retentio autem. nolle dare Rot. coram Put.
decis 284. num. 2. *vers. cum differentia lib.* 2. facilius ad-
mittitur retentio, quam compensatio, Gloss. *in l grege.* §.
cum pignori in ver. compensatum, ff. de pignor. Cephal.
consil 658. *num.* 15. Grass. *de excep. cap.* 16. *numer.* 20.
Gratian. *discept.* 628. *num.* 31. Capyc. Latr. *dec.* 25. *n.* 24
par. 1.
26 Imo etiam, quando sit locus subtractioni, quod si potest
creditor accipere pecuniam, debeat eam potius. quam aliam
rem diversam accipere, docet Molin. *in d. quoest.* 691. *vers*
sexto, ut compensatio, ubi et quod ea deficiente, debet cape-
re rem usu consumptibilem. si potest.
Caeterum in rebus non solum competet retentio locatori,
quando ei competit hypotheca. seu quando res, vel operae
locatae inservierunt pro re, quam retinere intendit, ex su-
27 pradictis, sed etiam is cessantibus, ubi locator reperiatur pos-
sidere pro alio credito cum hypotheca, tunc enim bene com-
petit retentio pro alio credito sine hypotheca. *l. un. c. ob*
chirograph. pecun. Bart *in l. si non sortem* 26. §. *si centum*
num. 7. *ff. de cond. indeb.* plene Merlin. *de pignor. lib.* 2.
q. 67. *num.* 11. *vers. sed ratione,* et Rot. *dec.* 435. *num.* 1.
28 *part.* 14. *recent.* ubi alii plenissime cumulantur. Unde res
invectae, et illatae in praedium conductum. bene valent reti-
neri etiam pro alio credito, quam mercedis, hypotheca desti-
tuto, quatenus pro ipsa mercede locationis possideantur, ut
dixi *in c.* 40. *de invectis post princ.*
Secus autem e contra, si possideat pro alio credito, vel cau-
sa sine hypotheca, quia tunc non poterit retinere, prout in
29 casu, quo habeat rem commodatam, est text. express. *in l.*
fin. c. commod. et bene declarant Negus. *de pign. port.* 2.
membr. 4. *num* 129. *ad fin.* et Merlin. *eod tit. lib.* 2. *q.* 67.
num. 13.
30 Verum quia haec conclusio limitatur favore dotis. ut scili-
cet pro ea retineri possit etiam res, quae non sit obligata pro
aliquo debito. Bart. *in l. si filio familias, ff sol matrim*
Negusan. *de pignor. par.* 2. *membr.* 4. *num.* 130. Mantic. *de*
31 *tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *nu.* 13. idem forte erit dicendum pro
Pucioni

mercede laborum in causa studii factorum, cum gaudeat pri-
vilegiis dotis, ut dictum est *in cap. praeced.*
Et licet dicta retentio pro credito sine hypotheca videa- 32
tur restringenda, ut procedat contra debitorem tantum, non
etiam contra tertium, ex traditis signanter per Cenc. *de cens.*
q. 98. *num.* 92. *vers. verum enim vero, et vers. non obstat,*
et Rot. coram Bich. *decis.* 504. *num.* 16. tamen talis restri-
ctio procedere potest respectu tertii, puta alterius creditoris 33
cum hypotheca, non autem respectu alterius hypothecam pa-
riter non habentis, puta emptoris a debitore. ut late declara-
vit Rot. *in d. decis.* 435. *num.* 2. *et seqq. par.* 14. *recent.*
Et ubi retentio competit, poterit locator retinere rem ma- 34
joris valoris, quam sit ejus creditum, Bart. *in l. moschis* 47.
numer. 1. *vers. nam pro parvo. ff. de jur. fisc.* Imol. *cons.*
112. *num.* 8. Moliguat. *de retent quaest.* 137.
Verum hoc procedit, quando retineat palam debitore sciente 35
et solvere quod debet valente, alias ipse posset implorare of-
ficium judicis, ut compelleret debitorem, retenta sibi portio-
ne sufficienti, reliquum restituere, ut in terminis volentis re-
tinere magnam quantitatem mercium pro vectura. firmat De-
cian. *cons.* 108. *num.* 85. *lib.* 2. et plenius D. Lanfr. *d. q.*
96. *num.* 20.
Item procedit respectu creditoris, ut non possit rem neque 36
in parte recuperare, nisi soluto toto debito, secus autem
respectu alterius creditoris, quia poterit pro ea parte, quae
excedit creditum possidentis immitti Costa *de rat. q.* 58 *n.*
7. et late Rot. *decis.* 451. *num.* 9. *et seqq.* post Cenc. *de cens*
et secundam partem distinctionis probat text. *in l. eum qui,*
seu juxta aliam impressionem *in leg. quio debitore* 17. *ff. de*
distract. pig. dum dicit, *eum qui a debitore suo praedium o-*
bligavit eatenus tuendum quatenus ad priorem debitorem ex
pretio pecunia pervenit, inde enim bene deducitur, ut si va-
lor rei excedat summam illam, pro qua competit retentio,
possit pro eo excessu alius creditor immitti, ut ponderat Ro-
ta *in d. decis.* 451. *num* 1. *et seqq.* post Cenc. et coram Ca-
valer. *dec.* 653. *n* 4. *et* 5.
At haec facultas alteri creditori competens restringitur, ut 37
non procedat, si res sit indivisibilis, quia tunc creditor possi-
dens non potest privari parte, nisi privetur toto, neque si 38
creditor, cui competat retentio possideat ad effectum se satis-
faciendi de fructibus, quia tunc quoque immissio alterius
esset sibi praejudicialis, nam retinendo totum, percipit plu-
res fructus, et sic citius sibi satisfit, sed solum his cessantibus,
ut declaravit Rot. *decis.* 559. *num.* 5. *par.* 1. *recent.*
Intelligendo quatenus alius creditor velit immitti, secus au- 39
tem si velit facere rem retentam subhastari. eo cui competit
retentio, a possessione non amoto, et ad effectum illi prius
satisfaciendi de pretio, et deinde sibi, quia tunc ille non po-
test executionem, et subhastationem impedire. Gratian *di-*
scept. 941. *num* 3. *et seqq.* Fab. in *c. lib.* 5. *tit.* 7. *def.* 35.
num. 7. *et seqq.* ubi de aequissima Rot. *decis.* 181. *num.* 4.
par. 7. *recent.* et coram Zarat. *decis.* 91. *numer.* 7. *et seqq.*
dummodo retentio allegetur jure pignoris, et quousque reti-
nens satisfiat de suo credito, non autem jure dominii, ut de-
clarat Rot. *decis.* 171. *num.* 3. *post Posth de subhastat.*
Notandum autem, quod in casibus in quibus juxta praedi- 40
cta, vel alias competit retentio pro mercede, non obstabit lo-
catori, si allegetur praescriptio ejus crediti, quia adhuc dum
adversus eum agitur, potest excipere de ipso salario, et pro
eo retinere, nam quae sunt temporalia ad agendum sunt per-
petua ad excipiendum. *l. pure, §. fin. ff. de dol. mol. et met.*
except. l. licet ubi gloss. c. eod. et firmant in terminis nostris
Duen. *reg.* 306. *num.* 7. Caroc. *de locat. tit de necessit. u-*
sus quaest. 13. *numer.* 1. Dom Lanfr. *dict. quoest* 96. *nu-*
mer. 19.
Retentio enim est exceptio, non actio, aut petitio, et ideo 41
stante statuto, quod non possit locator agere, vel petere, ad-
huc poterit retinere, Dec. *cons.* 300. *numer.* 9. *in fine, et*
seqq. Capra *cons.* 19. *num.* 10. *et seqq.* Manent. *decis.* 36.
num. 10. *et seqq* Put. *decis.* 284. *in fin. lib.* 2.
Et est exceptio adeo favorabilis et privilegiata, ut etiamsi 42
statutum tollat exceptiones, adhuc non tollat retentionem,
Bald. *in l si traditio n.* 6. *ad fin. cod. de act. empt.* Bar- 43
bat. *consil.* 86. *num.* 20. *vers. et si dicat lib.* 3. Boer. *decis.*
43. *num.* 15. *et* 16. Manent. *decis.* 36. *num.* 14. Giurb. qui
alios refert *decis.* 60. *numer* 7.
Et potest haec exceptio opponi etiam post sententiam, in 44
qua quis condemnatus sit restituere, vel dimittere rem, aut
pecuniam solvere, Cravett. *cons.* 148. *num.* 2. *ad med.* Ce-
phal. *cons.* 573. *num.* 22. Surd. *consil.* 248. *num.* 15. Gra-
64

tian. *decis. March.* 179. *num.* 6. *et seqq.* Mentic. *dec.* 326. *num.* 1. ubi etiam in possessorio., *et decis.* 334. *num* 5. et
45 etiamsi amissa sit possessio vigore sententiae, si ab ea appellatum fuerit, Mantic. *decis.* 69. *num.* 3. *in fin et seqq.*

Imo potest etiam ferri sententia cum clausula praeservativa retentionis, quatenus competat Corn. *cons.* 147. *numer.* 18. *post princ. lib.* 2. ubi bene explicat, quod haec exceptio retentionis impedit executionem sententiae, non autem ipsam sententiam, Beniotend. *decis.* 77. *num.* 1. Rot. *decis.* 157. *per tot.* post Sistil. Pacif. de Salv. *interdict.* nisi tamen quaestio sit super paritate tituli, ut adsit alia incompatibilitas, ut in *decis.* 28. *num.* 12. *post Posth. de manut.*

De manutentione in quasi possessione exigendi mercedes rei locatae.

SUMMARIUM.

1. Manutentio in quasi possessione exigendi mercedem competit locatori bonorum.
2. Et idem est in mercede operarum, seu servitutis secundum aliquos.
3. Jurium incorporalium, quae non funduntur in corpore, non datur manutentio.
4. Possessoria judicia non dantur pro annuis praestationibus personalibus.
5. Decisiones in placentina donationis coram Gypsio, et Bich. 210. et 225. declarantur, et n. 8.
6. Decl. non dari quasi possessionem, et judicia possessoria in praestationibus personalibus de jure civili, secus autem de jure canonico.
7. Decl. 2. dari etiam de jure civili, si praestationes sint perpetuae,
8. Ampl. declarationem procedere etiam in praestationibus ad vitam, quae aequiparantur perpetuis.
9. Manutentio in quasi possessione exigendi mercedem non datur finita locatione.
10. Decl. procedere si constet evidenter locationem fuisse finitam, alias secus.
11. Manutentio datur etiam post latam sententiam terminationis locationis si appellatum.
12. Ampl. dari etiam in gradu restitutionis in integrum.
13. Decl. 2. dari manutentionem in quasi possessione exigendi pensiones etiam post finitam locationem si petatur pro terminis decursis ante.
14. Manutentio in quasi possessione exigendi pensiones rei locatae datur etiam pendente lite super nullitate locationis.
15. Ampl. quod si judicium nullitatis pendeat coram uno judice, possit peti manutentio ab alio absque vitio attentatorum.
16. Ampl. 2. etiamsi judex, coram quo pendet judicium inhibeat.
17. Contrarium verius.
18. Prima tamen servatur de facto si inhibitio sit tribunalis supremi.
19. Ampl. 3. dari etiam post latam sententiam super nullitate in gradu appellationis.
20. Ampl. 4. ut etiamsi sententia lata sit super reductione pensionis, possit dari manutentio in quasi possessione exigendi totam.
21. Et non solum datur in gradu appellationis, sed etiam in gradu restitutionis in integrum.
22. Et etiam absque appellatione si sententia sit nulla nullitate patenti.
23. Manutentio non potest retardari per simplices exceptiones nullitatis vel terminationis locationis.
24. Exceptiones respicientes judicium petitorium rejiciuntur e possessorio.
25. Exceptiones dubiae, et altiorem indaginem requirentes non admittuntur in judicio manutentionis.
26. Manutentio non datur ubi agitur de pensione amovibili ad nutum.
27. Manutentio datur tam pro mercede locationis expressae, quam tacitae usque ad revocationem consensus taciti.
28. Manutentio datur in quasi possessione pensionis amovibilis, si controvertatur amovibilitas.
29. Quasi possessio exigendi est concludenter probanda ad obtinendam manutentionem.
30. Manutentio requirit probationes in suo genere concludentes.
31. Non tamen omnino plenas, sed leviores, quam petitorium.
32. Testis etiam unicus, et minus idoneus probat in judicio manutentionis.
33. Exceptiones contra testes non admittuntur in judicio manutentionis.
34. Lim. si sint probatae, vel adsint contrarietates in dictis.
35. Testis unicus non sufficit in manutentione si ad sint conjecturae in contrarium.
36. Quasi possessio exigendi acquiritur per exactionem solutionum.
37. Ampl. sufficere unicam solutionem.
38. Ampl. 2. sufficere solutionem partis etiam minimae.
39. Lim. si solutum fuit cum animo agnoscendi debitum in parte tantum.
40. Locator tenetur probare solutionem fuisse factam pro mercede locationis ad obtinendam manutentionem,
41. Lim. si constet de locatione praecedenti, et non appareat alia causa solvendi.
42. Quasi possessio acquisita contra unam suffragatur contra ejus successorem etiam singularem.
43. Lim. si adsit suspicio fraudis per antecessorem in solvendo commissa.
44. Quasi possessio exigendi acquisita contra defunctum, prodest contra haeredem etiam cum beneficio inventarii,
45. Nec exceptio, quod bona non sufficient retardat manutentionem.
46. Contr. si constet haereditatem non esse solvendo, vel in continenti probari possit.
47. Potest tamen adhuc concedi manutentio, si ejus effectus dirigatur ad faciendam solutionem de bonis haereditariis,
48. Quasi possessio exigendi pensiones rei locatae a defuncto suffragatur contra haeredem, si haeres rem detineat.
49. Decl. procedere in haerede beneficiato.
50. Contrarium, quod etiamsi non sit beneficiatus.

CAPUT XLIII.

Vidimus in praecedenti capitulo de retentione rerum, nunc videndum de retentione quasi possessionis exigendi mercedes mediante manutentione judiciali, quae manutentio, quando agitur de locatione bonorum pro annua praestatione, praesupposito, quod locator sit in quasi possessione illam exigendi sine dubio ei competit, ut firmant in specie Bero cons. 119. *n.* 5. *lib.* 3. Papien. *in forma libell quoad fut. praestat. §. super solutione num.* 5. Posth. *de manut observ.* 10. *num.* 72. et firmavit Rot coram Carsler. *decis.* 228. *numer.* 3. *et* 4. et coram Burat. *decis.* 289. *num.* 10. ubi quod non adfuit dubium. 1

In praestatione autem pro mercede operarum, seu servitutis, et obsequiorum idem esse tradit D. Lanfr. Zacch. *de salar. q.* 95. num. 1. auctoritate rotae in placentina donationis 28. junii 1588. coram Gypsio, et in romana subcollectoriae 17. martii 1645. et 2. junii ejusdem anni coram Bichio, quae hodie sunt inter ejus impressas. *dec.* 210. *et decis.* 225. 2

Verum ista opinio non transit prorsus sine difficultate, quia quando jura incorporalia, prout est jus exigendi, non funduntur in corpore, non datur eorum quasi possessio, ut docet Bald. *in l. un. num.* 21. *vers. respondeo ad primum, c. uti possidet.* et ideo nullum judicium possessorium concedi potest pro annuis praestationibus personalibus, juxta communem opinionem, de qua plenissime aliis cumulatis testantur Mandel. *consil.* 174. *num.* 1. et Menoch. *recuper. rem.* 1. *num.* 87. *post med.* et ideo competere manutentionem in quasi possessione exigendi pensiones locationis domus. quia ejus solutio non est mere personalis, sed fit occasione rei dicit Rot. coram Buratt. *d. decis.* 289. *num.* 10. 3 4

Decisionibus autem supradictis per Dom. Lanfranc. citat. responderi posset, quod in placentina donationis coram Gypsio fuit resolutum non esse dandam manutentionem, et licet pro ratione adducatur solum, quod ille Diomedes non continuaverat servitium, cujus intuitu annua praestatio de qua agebatur, promissa fuerat, non inde infertur, quod denegari etiam non posset ex eo, quod ageretur de annua praestatione mere personali, et maxime, quod in fine decisionis dicitur: ex istis itaque, et aliis ab informantibus bene deductis resolverunt DD. ut dictum est, etc. et coram Bichio in dicta romana subcollectoriae non agebatur proprie de praestatione mere personali pro servitiis, sed de annua praestatione promissa a Filiberto intuitu emolumentorum officii sibi cessorum, quae ipse percipiebat, ut patet ex lectura praecipue *d. decis.* 225. *num.* 1. *et seqq.* 5

At animadvertendum dictam opinionem, quod praestationum personalium non detur quasi possessio, quae possit manuteneri esse, communem quidem apud legistas, sed contrariam communem esse apud canonistas, ut fatentur ipsi Mandell. et Menoch. *in loc. supracit.* et ultra eos tradit Bero. *cons.* 119. *num.* 5. *lib.* 3. et sequi etiam eamdem videntur Gratian. *discept.* 113. num. 13. Peregrin. *de fideicomm. art.* 46. *num.* 18. ubi dicit communem Osasc. *decis.* 99. *numer.* 18. *et seqq.* 6

Et haec contraria opinio saltem procedit, ubi agitur de praestatione perpetua, tunc enim eam admittunt etiam legistae Bald. *in d. l.* un. n. 21. *vers. dico autem sunt annua, c. uti possidet.* Peregr. *d. art* 46. *num.* 18. *ad fin. vers. reperi etiam.* Gratian. *d. discept.* 113. n. 62. 7

Et hac etiam ratione sustineri possent dictae decisiones, quatenus videretur eas supponere dari manutentionem in quasi possessione exigendi praestationes annuas personales, nam in utraque causa praetendebatur praestationes esse perpetuas, seu ad vitam, quod idem est, ut expresse firmatur in illa coram Bich 210. *n.* 13. *et* 14 quo casu manutentio datur, et ideo in prima necesse fuit ad excludendam manutentionem obstendere praestationem non fuisse simpliciter ad constitutam, sed cum tacita conditione, quod continuarentur servitia, quorum intuitu promissa fuerat. 8

Non tamen debitur manutentio, si appareat locationem ra- 9

pirasse, quia eam tunc cesset caussa quasi possessionis exi-
gendi, cessat etiam ipsa quasi possessio, juxta tradita per Rot.
in decis. 225. *numer.* 1. *vers. sicque cum cessaverit part.* 2.
recent. et firmant in terminis Posth. *de manut. obser.* 64.
num 14. et latius D. Lanfr. Zacch. *d. q.* 95. *num.* 3. *cum
dub. seqq.* et dixit Rot. *in dec.* 181. *n.* 9. *post dict. tract.
de manut.* et coram Bich. *decis.* 210. *n.* 10.

10 Sed haec conclusio patitur signanter duas declarationes,
quarum prima est, ut procedat quatenus constet evidenter
determinatione, alias enim si ea controversa esset, et altiorem
indaginem requireret, non deberet interim manutentio de-
negari locatori, Posth. *d. observ* 64. *n.* 14. *vers. si tamen,*
Rot. coram Andrea. *decis.* 75. *num.* 8. *et decis.* 81. *num.* 3.
et 4. et late coram Bich. *decis.* 210. *num.* 34 *et seqq.*

11 Imo etiamsi adesset sententia super terminatione locationis,
quae transitum fecisset in rem judicatam, si tamen commissa
esset causa restitutionis in integrum, adhuc danda esset ma-
12 nutentio, ut firmatur *in d. decis.* 210. coram Bich. *sub.* n. 33.
vers. tandem non obstat. quia adhuc dubitabilis esset finis
locationis, et manutentio datur etiam in gradu restitutionis
in integrum *dec.* 350. *in fine part.* 1. *diversor.* Gregor. *dec.*
81. *numer.* 6. *et decis.* 84. *num.* 5. post Posth. *de manut.*
ac in terminis in romana annuae praestationis 11. decembris
1672. §. conclusio enim coram Buratino, et faciunt, quae
mox dicam de praetensione, quod locatio sit nulla.

13 Altera declaratio est, quod poterit dari manutentio in quasi
possessione exigendi pensiones post terminatam locationem,
si petatur pro terminis, ante ipsius terminationem decur-
sis etiamsi decursi fuerint ante motam litem, ut firmatur
per Rotam coram Buratt. *decis.* 289. *numer.* 9. *et* 11. et se-
quitur Posth. *de manut. obser.* 64. *num.* 14. *vers. nisi pro
terminis.*

14 Sic etiamsi praetendatur locatio nulla, et introducta fuerit
lis super nullitate, adhuc dabitur manutentio in quasi pos-
sessione exigendi mercedes. Rebuff. *de constit.* Gall. *tom.* 2.
tit. de revis. contr. gloss. 4. *numer.* 7. Gottier. *de juram.
confirm. part.* 1. *cap.* 2. *num* 29. Mastrill. *dec.* 160. *num.*
19. Vinc. de Franc. *decis.* 373. *per tot.* Giurb. *decis.* 100.
num 11. Put. *dec.* 426. *num.* 1. *lib.* 3. Seraphin. *dec.* 958.
num. 1. *et seqq.*

15 Imo etiamsi pendeat judicium nullitatis coram uno judi-
ce, poterit peti manutentio ab alio absque vitio attentatorum,
Lancellott. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *lim.* 15. *num.* 8. Rot.
dec. 43. *n.* 5. *et* 6. post Zacch. *de oblig. cam.* ubi redditur
ratio, quia dum creditor pensionis est in quasi possessione
illam exigendi, secundo auditorem Cam. non dicitur atten-
tare, sed continuare suam possessionem *cap.* 1. ubi Abb.
num. 1. *et* 4. *ut lit. pendent. cum al. ibi citat.*

Difficultas est si judex, coram quo pendet judicium super
nullitate, inhibeat, an adhuc possit alius judex procedere su-
16 per manutentionem in quasi possessione exigendi, quod enim
non possit absque vitio attentatorum inhibitione non revoca-
ta, tuetur post alios plures Lancellott. *de attent. par.* 2. *cap.*
17. *num.* 65. Guttier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 1.
num. 22.

17 Contrarium vero probavit Anchar. *cons.* 234. *n.* 2. *vers.
contrarium et* 3. Parlador. *rerum quotidianor lib.* 2. §. *fin
par.* 5. *cap.* 11. *num.* 22. Ursil ad Afflict. *decis.* 30. *num.*
1. *et* 3. Rot. *decis.* 3. *de except.* in nov: Cartar. *decis.* 2. *n.*
9. Giurb. *decis.* 100. *num.* 7. et haec secunda videtur de ju-
18 re verior, quia dum causae sunt diversae, ut supradictum est,
non potest judex unius impedire alium, sed aliud obtinet de
facto, quando inhibitio est tribunalis supremi, volunt enim
haec tribunalia eorum inhibitiones timeri, sive sint justae,
sive injustae, et quod si praetendantur injustae, ad ea recur-
ratur pro revocatione, non autem quod alii judices, praeser-
tim inferiores, de viribus illarum cognoscant prout de Rota
dicit Lancellot. *d. cap* 17. *num* 6. ubi quod propterea ma-
gis intrepide dictam opinionem negativam firmare auserit,
et quod propterea inhibitio rotalis etiam in diverso casu sit
timenda, Penia *dec.* 893. *n.* 9. dummodo adsit qualis qualis
dubitatio comprehensionis, ut dicitur in una calagaritana
coram Seraphino impressa per Marches. *de commiss. par.* 2. *fol.*
478. *num.* 1. *in fin. decis.* 816 *num.* 2. *part.* 3. *recent.*

19 Et datur etiam manutentio lata sententia super nullitate
in gradu appellationis, Seraph. *decis.* 299. *num.* 1. *et seqq.*
20 Rot. post Cenc. *de censib. decis.* 234. *num.* 4. et idem est
si lata fuisset sententia super reductione pensionis ad minorem
quantitatem, quia adhuc appellatione pendente, alias posset
peti manutentio in quasi possessione exigendi integram sum-
mam, Rot. coram Cavaler *decis.* 228. *num* 4. et non solum
in gradu appellationis, sed etiam in gradu restitutionis in 21
integrum, Gregor. *decis.* 458. *num.* 8. *in recent.* 111. *num.*
8 *part.* 1. *decis.* 135. *in fin. et decis.* 244 *numer.* 3. *et* 4.
post Cenc. *de cens.* et absque eo quod fuerit appellatum, si 22
sententia esset nulla nullitate patenti, adhuc posset dari ma-
nutentio, Rot. coram Coccino *decis.* 1217. *num.* 6 *et* 7.

Et dum ex praedictis non valet impediri, nec retardari ma- 23
nutentio, ex eo, quod allegata fuerit nullitas, seu terminatio
locationis, et per sententiam approbata, inde sequitur, ut tan-
to minus poterit retardari per similes exceptiones, quatenus
simpliciter opponantur in ipso judicio super manutentione,
et non sint omnino clarae, et evidentes quia sunt exceptio-
nes respicientes petitorium, et altiorem indaginem requiren-
tes, ac propterea ad illud rejiciendae, Gratian. *discept.* 113.
num. 35. *et discept.* 208. *num.* 14. Verall. *dec.* 342. *par.* 2.
Merlin. *dec.* 310. *num.* 13.

At generaliter quaecumque exceptio respiciens petitorium 24
rejicitur ab hoc judicio possessorio, Giovagn. *cons.* 8. *n.* 112.
lib. 1. Rot. *decis.* 135. *in fin. et decis.* 685. *num.* 5. *part.*
1. *recent.* ubi quod fuit saepius resolutum, et patet ex infi-
nitis decisionibus, quas suo more cumulat, Post. *de manut.
obser* 42. *num.* 44. ubi tamen non est prorsus inutilis conge-
ries illa decisionum, quia pluries exprimit exceptiones, de
quibus loquuntur, et sic inde haberi potest, quae exceptio-
nes in specie reputatae fuerint a Rota respicere petitorium.

Idemque est generaliter de quacumque exceptione dubia, 25
et altiorem indaginem requirente, nam pariter non admit-
titur in hoc judicio manutentionis, quod est summariissimum
Gratian *discept.* 926. *num.* 27. Menoch. *retinend. remed.
ult. num.* 43. *prope med.* Rot. *decis.* 366. *num.* 6. *part.* 1.
recent. cum aliis plenissime cumulatis per Posth. *observ.* 42.
num. 67. *et* 68.

An autem admitti debeat in hoc judicio manutentionis ex-
ceptio non adimplementi, valde dubitari potest, sed dicam
infra *in cap. seqq.*

Non datur etiam manutentio, ubi agitur de pensione amo- 26
vibili ad nutum, ex traditis in simili per Adden. *ad decis.*
2. *in* 2. *par. addit. num.* 223. *et seqq par.* 3. *recent.* Gon-
zal. *ad reg. cancell. gloss.* 5. §. 6. *num.* 50. Rot. *dec.* 116.
num. 9 *et seqq par.* 9. *et decis.* 133. *num.* 3. *par.* 10. *re-
cent.* et in terminis mercedis locationis operarum, seu salarii,
D. Lanfranc. Zacch. *de salar. q.* 95. *num.* 3. *et* 6. et ratio
reddi potest, quia statim, ac denegatur merces, censetur fini-
ta locatio, post cujus finem non est amplius concedenda ma-
nutentio in quasi possessione exigendi mercedem, ut supra 27
dictum fuit. Unde si finita locatione expressa, continuatum
fuisset in tacita de die in diem, posset concedi manutentio
pro terminis decursis tam in tempore expresso, quam in con-
tinuato usque ad revocationem taciti consensus, et non am-
plius, quidquid dubitaverit de hoc Rot. *decis.* 181. *num.* 9.
et seqq. post Posth. *de manut.* nisi forte controverteretur a-
movibilitas, et daretur aliquis fumus contra eam, quia tunc 28
interim, ac de tali controversia cognosceretur, danda esset
manutentio possidenti, Tondut. *q. benef. cap.* 56. *num* 15.
lib. 1. Posth. *de manut. obser.* 52. *num.* 24.

Quasi possessio autem exigendi, quae est fundamentum 29
manutentionis probanda est a locatore concludenter, ad hunc
effectum obtinendi in ea manutentionem, ut dixit Rota in
Alexandrin. Pensionis coram Marcomontio, quae habetur pe-
nes Marchesan. *par.* 1. *fol.* 605. *nu.* 3. itaut si exhibeantur
instrumenta, requiratur ea esse in forma probanti *dec.* 681.
n. 3. *part.* 4. *divers.* Nec sufficit fides notarii de actu quasi
possessionem inducente, Rot. *decis.* 687. *numer.* 1. *part.* 1.
recent. et plene coram Merlin. *decis.* 137. *num.* 2. *et seqq.*
Nam etiam in hoc judicio manutentionis probationes de- 30
bent esse in suo genere concludentes, itaut inducant
animum judicis ad ita indubitate credendum, Soccin. Sen.
cons. 98. *num.* 8. *lib.* 4. Add. ad Buratt. *decis.* 375. *num.*
13. Ridolphin. *in praxi part.* 2. *cap.* 12. *num.* 106. Rot. co- 31
ram Andrea. *decis.* 106. *num.* 2. licet non requirantur omni-
no plenae, sed leviores sufficiant, quam in petitorio, Gregor
decis. 134. *num.* 5. *et decis.* 458. *num.* 7. Coccin *decis.* 31.
num. 4. itaut satis sit testis unicus, Cavaler. *decis.* 44. *num.*
3 Gregor. *decis.* 438. *num.* 2. ubi Add. *in rec. decis.* 511. 32
num. 8. *part.* 1. etiamsi sit minus idoneus, Add. ad Gregor.
decis. 437. Rot. in Bergomen. Cappellaniae *post* 2. *vol. cons.
Farinac. dec.* 233. *num* 2. in hoc enim judicio non admit-
tuntur exceptiones contra testes, Cocar. *pract. cap.* 17. *num.* 33
4. *vers. septimo est in eadem,* Seraphin. *decis.* 342. *ad fin.*

34 Cavaler. *decis.* 44. *num* 4. nisi forte oppositiones sint proba-
tae, sel adsint contrarietates in dictis Marchesan. *de commis.*
part. 1. *fol.* 590. *num.* 6. et Rot. in Bojsnen. pensionis. *ibid.*
impressa fol. 618. *num.* 5. ubi etiam *n.* 4. *in fin.* videtur
35 velle non sufficere unicum testem; quando adsunt conjectu-
rae in contrarium, quod et sensit Rot. *decis.* 74. *n.* 5. *part.*
7. *recent.*
36 Et quoniam quasi possessio acquiritur per exactionem.
probandae erant solutiones, ex traditis per Posth. *de manut.*
37 *obser.* 35. *num.* 1. imo unica solutio sufficit, et solius partis
mercedis conventae ad acquirendam quasi possessionem exi
gendi totam, Posth. *de manut. obser.* 18. *num.* 37. Rot. co-
ram Peuting. *decis.* 489. *num.* 10. et alibi saepius, ut dicit
38 Dunoz. Jun. *decis.* 888. *num.* 5. et sufficere partis minimae,
Rot. *decis.* 188. *num.* 4 post Posth. *de manut.* nisi tamen
39 appareret animus solventis agnoscendi debitum pro parte
tantum, quia talis animus attendi deberet, Gratian. *discept.*
426. *num.* 3. *et seqq.* Post. *de manut. obser.* 73. *num.* 170.
Add. ad Gregor. *decis.* 557. *num.* 11. *vers. procedit*, Rot.
decis. 547. *num.* 8. *part.* 1 *recent.*
Probare tamen debebit locator solutionem fuisse factam in
40 causam illam mercedis locationis, Mantic. *decis.* 99. *num.* 4.
et 5. ubi requiri etiam, quod testes super hoc reddant cau-
sam scientiae quamvis non interrogati *decis.* 717. *num.* 1.
41 *in fin. et numer.* 3. *et* 5. *part.* 2. *recent.* Sed hoc procedere
posset, quatenus non constaret de locatione, vel si ultra lo-
cationem adesset aliqua alia causa, cui solutio referri posset,
alias enim si appareret unica causa locationis, praesumeretur
ea ea facto solutio. Crasett. *cons.* 158. *num.* 13. Gregor. *de-*
cis. 62. *num.* 9. Baratt. *decis.* 9. *num.* 5.
42 Caeterum quasi possessio acquisita contra primum condu-
ctorem suffragatur locatori ad obtinendam manutentionem
contra alium ejus successorem etiam singularem, habentem
ab eo causam, ex traditis in simili de successore in fundo cen-
suato per Adden. ad Gregor. *decis.* 313. *num.* 6 *versic. sic*
etiam, et Cenc. *de censib.* *q.* 92. *num.* 25. et ratio est, quia
possessio metienda est ex parte actoris, itaut per mutationem
personae conductoris, rei conventi non tollatur ejus quasi pos-
sessio, juxta *dec.* Guidopap. 629. quam passim allegari solitam
dicit Pen. *decis.* 1258. *num.* 3. et quod Rota passim eam se-
quatur, dicit Adden. ad Gregor. *decis.* 313. *num.* 6. Nisi for-
43 te adesset suspicio. quod solutio ab antecessore esset facta in
fraudem, uti si facta esset post cessionem juris conductionis
vel post sublocationem, ut in simili de solutione pensionis ec-
clesiasticae facta a beneficiato post dimissum beneficium, di-
xit Rota in Jurana pensionis 8. febr, 1616. *vers. quo vero ad*
instrumentum coram Sacrato, et in dec. 318. *num.* 9. post
Posth. *de manutent.* ubi etiam admittit idem esse, si solutio
esset facta a moribundo.
44 Certius autem suffragabitur quasi possessio acquisita con-
tra conductorem defunctum adversus ejus haeredem, Pen. *de-*
cis. 1258. *num.* 3. *et decis.* 1268. *num.* 8. Gregor. *dec.* 313.
n. 3. et ibi Adden. *in recent. decis.* 254. *num.* 2. *part.* 8.
Idque etiamsi haeres adiverit haereditatem cum beneficio le-
gis, et inventarii, Rot. *decis.* 99. *num.* 11. *part.* 1. *diversor.*
decis. 231. *num.* 5. post Cenc. *de cens. et d. decis.* 254. *nu-*
45 *mer.* 3. *part.* 8. *recent.* Nec exceptio, quod bona non suffi-
ciant debet retardare judicium hoc super manutentione. Pen.
d. decis. 1268. *num* 8. *in recent. dict. decis.* 254. *num.* 6.
et seqq. part. 8. *et dec.* 277. *n.* 19. *part.* 9. et redditur ratio,
quia haereditas praesumitur opulenta, et ideo interim, ac
discutitur ejus substantia, non debet retardari manutentio
46 *decis.* 232. *num.* 20. post Cenc. *de cens.* et contraria opinio,
quam tenuit Venet. *de ann. praestat. part.* 1. *q.* 20. *numer.*
3. *et q.* 25. *num.* 11. *et seqq.* procedere potest, ubi constat,
quod haereditas non est solvendo, vel in continenti probari
potest, et datur fumus propter concursum aliorum creditorum
ut sensit Cenc. *de cens. q.* 92. *numer.* 20. et Rot. post eum
decis. 251. *n.* 7. semper tamen tuto poterit concedi manda-
47 tum de manutenendo, si ejus effectus dirigatur ad solutionem
faciendam de bonis haereditariis, ut *in decis.* 254. *num.* 3.
part. 8. *recent.* vel ex fructibus rei locatae, ut *in decis.* 99.
num. 11. *part.* 1. *divers.*
48 Verum, quod dictum est, quasi possessionem quaesitam,
contra defunctum, suffragari ad obtinendum mandatum de ma
nutenendo contra haeredem declaratur, ut procedat quatenus
haeres rem locatam detineat, Cenc. *de cens. q.* 92. *num.* 26.
et Rota post eum *decis.* 391. *num.* 2. *et seqq.* et post Posth.
de manut. decis 379. *num.* 2. *et in recent. decis.* 529. *num.*
6. *part.* 4.

Et licet hoc procedere in haerede cum beneficio inventa- 49
rii, secus autem in haerede sine beneficio, contra quem suffi-
cere aditionem absque possessione rei, velit Posth. *de manu-*
tent. observat. 56. *num.* 31. tamen nihil in comprobationem
hujus suae opinionis allegat, et in contrarium facit, quod ra-
tio dictae declarationis applicatur contra utrumque haere-
dem, est enim, quia hoc interdictum retinendae est conce- 50
ptum in rem. *l.* 1. *ad fin. ff. de interdict.* et quod dicitur
quasi possessionem transire passive in successores, intelligi-
tur de successoribus possessoribus rei, arg. *l. si mulier*, §.
qui possessionem, ff. de eo quod met. ca. ut bene adserit
Rot. *in decis.* 391. *num.* 2. *et seqq.* post Cenc. *de cens.*

De exceptione non adimplementi, an et quando competat conductori adversus locatorem agentem pro mercede.

SUMMARIUM.

1. Exceptio non adimplementi est valde favorabilis.
2. Exceptio non adimplementi non tollitur per statutum omnes exceptiones ejiciens.
3 Exceptio non adimplementi retardat etiam processum executivum.
4. Decl. procedere quatenus non adimplementum sit liquidum.
5. Sufficit tamen liquidum esse partem teneri ad id, quod dicitur non adimpletum.
6. Non adimpletum fuisse probatur per eolam allegationem, et numer. 75.
7. Locatori non sufficit probare adimplevisse ab initio, sed necesse est probare successivam praestationem patientiae secundum aliquos.
8. Adimplementum in obligationibus successivis necesse est, quod doceat.
9. At quo ad probationem satis est probare adimpletum ab initio, quia continuatio praesumitur.
10 Et conductor dicens non continuatum, probare debet, et interim solvere.
11. Implementum debet esse plenum alias defectus etiam in minimo parit exceptionem non adimplementi.
12. Ampl procedere sive defectus sit in stabilibus, sive in accidentalibus secundum aliquos.
13. Contrarium verius
14. Decl. tutius servari hoc contrarium relinquendo in manibus conductoris totam aequivalentem ei non adimplemento.
15. Locator promittens domum kal maij ei adsit praecedens. conductor qui illa die suscipiat terminum ad evacuandum, non dicitur adimplevisse.
16. Ad implementi defectus in tempore non est considerabilis si jus partis non est effectum deterius.
17. Exceptio non adimplementi, non obstat quotiescumque illam allegens non est damnum passus.
18. Dicens exceptionem de non adimplemento damnum passum non esse probare debet.
19. Petens liquidari quantitatem damni passi per non adimplementum auditur, et praefigitur damnum passo terminum ad liquidandum.
20. Et si actor offerat reficere damnum, quando erit liquidatum facilius obtinet executionem.
21. Conductori opponenti sibi non adimpletum in parte solet relinqui pars mercedis in ejus manibus, et reliquum compelli solvere.
22. Decl. procedere, ubi non adimplementum sit turbidum, et non valeat retardare viam executivam, secus si clarum, quia facienda defalcatio libera.
23. Ad implementum locatoris, ubi deficiat tantum in parte si conductor velit stare locationi diminuitur ei pars mercedis correspondens non adimplemento, secus si nolit stare, quia non tenetur.
24. Impedimentum etiam fortuitum excusat a poena, et a mora, sed non operatur, ut possit agi ex contractu ex quo locator ex parte sua non adimplevit, et n. 46
25 Exceptio non adimplementi an admittatur in judicio manutentionis est quaestio controversa.
26 Negativa tamen opinio videtur verior, num. 28. et seqq. et maxime num. 33.
27. Argumentum a contrario sensu non valet sumi in dictis doctorum.
28. Exceptio non adimplementi respicit petitorium judicium.
29. Exceptio non adimplementi non rejicitur a judicio petitorio, secus autem a possessorio.
30. Agens vigore contractus non potest obtinere, nisi doceat se adimplevisse contractum ex parte sua.
31. Manutentio fundatur in sola possessione non in contractu, et ideo non curatur de adimplemento contractus in ea.
34. Secus si petatur manutentio vigore clausulae constituti.
35. Exceptio non adimplementi retardat manutentionem locatoris ubi de constet de non adimplemento notorie.
36. Exceptio non adimplementi potest tacite remitti etiamsi promissio sit jurata,
37. Sed remissio non praesumitur, et clare probari debet.
38. Non adimplementum censetur remissum per conductorem, si per aliquod tempus absque aliqua protestatione usus est re, non tradita in totum a locatore, prout promiserat sunt hinc inde opiniones et num. 39.
40. Non adimplemento regulariter censetur renunciatum ex eo, quod is cui adimplendum erat aliquid ab alio adimplere debente recepit, secus si aliquid dederit, vel ex parte sua adimpleverit.
41 Terminum ad solvendum suscipiens censetur remisisse exceptionem non adimplementi.
42. Remissio exceptionis non adimplementi, quatenus fiat a conductore non nocet fidejussori ab eo praestito

43. Decl. procedere si conductor prius non adimplementum allegavit, et postea remisit.
44. Fidejussor potest, uti omnibus exceptionibus, quae competunt principali etiam ipso invito, et n. 47.
45 Lim. in exceptione non adimplementi, antequam principalis ea utatur.
46 Exceptio non adimplementi non allegata a defuncto non potest allegari ab ejus haerede, vel ab eo causam habentem.
47. Adimplere prius debet, qui prius agit.
48. Decl. procedere, nisi constet de voluntate partium, quod prius aliquid fiat.
49. Partes voluisse prius unum adimplere, deprehenditur ex ordine scripturae.
50 Item ex ordine intellectus.
51. Cautio de bene utendo, et fruendo praestanda est, postquam res tradita, non ante.

CAPUT XLIV.

Quoniam dictum est in praecedentibus capitulis de actionibus, et remediis competentibus locatori pro consecutione mercedis, sequitur dicendum de exceptionibus competentibus conductori. et quia *in c 28. de obligation. locatoris. et in cap. praec. de manutentione in quasi possessione exigendi competente locatori*, reservatum fuit particulariter loqui de exceptione non adimplementi, ideo nunc adimplendum est.
1 Nulla autem adest difficultas, quod si locator non adimpleverit ex parte sua contractum, haec exceptio poterit a conductore ei apponi, quando agit, est enim haec exceptio valde favorabilis, ut dicit. Cravet. *cons.* 151. *n.* 10. *vers adeout.*
2 et Rota coram Mantic *decis.* 1. *prope fin* adeo ut numquam censeatur adempta, etiamsi adesset statutum omnes exceptiones reijciens, Cravett. *d. cons.* 151. n. 10. Menoch. *consil.* 55. *num.* 3. Gratian. *discept.* 411. *num.* 10. Magon. *dec. Lucen.* 11. *num.* 3. Rot. *decis.* 74. *num.* 4. post Zacch *de oblig. camer.*

Non solum autem opponi poterit haec exceptio adversus
3 locatorem agentem actione locati via ordinaria, sed etiam, ubi vigore obligationis cameralis, vel guarantigiae, aut alia, procederet executive, quia etiam processus executivus hac exceptione retardatur, Turrett. *cons.* 74. *num.* 37. *et seq. lib.* 1. Merescott. *varior. cap.* 181. *num.* 92. *lib.* 2. Gratian. *discept* 411. *num.* 11. Mantic. *decis.* 238. *num.* 2. Rot. *decis.* 428. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

4 Et licet hoc procedere, quatenus non adimplementum sit liquidum, et clarum, et non patiatur aliquam difficultatem, aliter non retardari viam executivam, declarat Gratian, qui loquitur in terminis locationis *discept.* 989 *num.* 2. Mantic. *decis.* 221. *numer.* 3. *et seqq et num.* 7. Rota *decis.* 687. n. 2 *part.* 2. *recent.* tamen haec declaratio intelligi non de-
5 bet, ut necesse sit conductori probare evidenter, et apertissime non adimplementum, sed quod nulla adsit difficultas circa obligationem locatoris adimplendi id, quod conductor dicit non adimpletum. ut declarat Argel. *in tract. de acquir. possess. q.* 2. *art.* 7. *num.* 234. et non dissentit Zacch. *de oblig. camer. q.* 17. *num.* 89.

6 Et ratio est, quia quod locator non impleverit, satis dicitur probatum ex sola allegatione non implementi facta per conductorem, ut in terminis docet Bald. in *leg. ex conducto in princip. ff locat.* Bero *consil.* 144 *numer.* 1. *lib.* 1. Roland. *cons.* 69. num. 9. *lib.* 4.

7 Verum dubitari potest, an hoc procedat tam respectu implementi ab initio, quam etiam respectu successivae ejus durationis, itaut conductor uti valeat re locata per totum tempus conductionis, opinionem enim affirmativam bene probare videntur in specie, Ossasc. *decis.* 50. *n.* 8. Marescot. *var. cap.* 88. *num.* 5. *et* 6. *lib.* 1. Surd. *decis.* 326. *numer.* 17. *ad med.* Rot. in romana pensionis domus coram Pirovano impressa per Marches. *part.* 1. *fol.* 1085. *num.* 3. Et ratio reddi potest, quia obligatio locatoria non restringitur ad solam tradi-
8 tionem rei, prout obligatio venditoris, sed respicit tractum temporis successivum, quia locator curare debet, ut conductor uti, et frui possit re locata per totum tempus locationis, ut alibi dictum fuit, et ubi obligatio est successiva, et habet tractum temporis non sufficit ab initio adimplevisse, sed necessarium est adimplementum durare, Socc, Sen. *cons.* 133. *num.* 7. *lib.* 1. Surd. *cons.* 381. *num.* 19. D. Lanfr. Zacch. *de salar. quaest.* 95 *num.* 13. Rot. coram Celso. *decis.* 78. *num* 4.

9 Sed his non obstantibus contraria opinio videtur tenenda, quia verum est obligationem locatoris habere tractum successivum, itaut non satis sit eum tantum tradere rem locatam, sed debeat etiam praestare patientiam, et curare ut conductor, uti ea revaleat toto tempore locationis, juxta mox citatas auctoritates. Sed quoad dubium de quo quaeritur, an et cui incumbat onus probandi, si conductor excipiat de dicta patientia non praestita, videtur ipsum conductorem probare debere, quia dum semel habuit et possedit rem locatam, praesumitur continuasse, et sic implementum durasse, ut firmant Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 17. *vers. si tamen*, Menoch *praesumpt.* 86. *num.* 2. *et seqq. lib.* 3. Ripol. *var. cap.* 12. *num.* 301. Add. ad Greg. *decis.* 235. *numer.* 6. Rot. coram Cavaler. *decis.* 217. *num.* 4. *et seqq.* coram Duran. *decis.* 187. num. 2. *et in recent. decis.* 399. *numer* 1. *et* 2. *part.* 1. et interim, ac probet praetensum impedimentum, retardare non poterit solutionem mercedum, 10
maxime si obligatione camerali, aut alia executionem paratam habente reperiatur adstrictus. Rot. coram Cavaler. *d. decis.* 217. *num.* 5. et post. Zacch. *de oblig. camer. dec.* 11. *num.* 1. *et late seqq*

Et debet implementum locatoris esse totale, et in omnibus 11
promissis, alias defectus, etiam in minimo, parit dictam exceptionem, Natt. *cons.* 226. *num.* 2. Honded. *consil.* 86. n. 16. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 65. *num.* 6. Cyriac. *contr.* 129. *n.* 3. Rota *decis.* 192. *n.* 13. *part.* 5. *recent.* et coram Dunoz. Jun. *decis* 91. *num.* 4.

Idque procedere sive defectus sit in substantialibus, sive 12
in accidentalibus, tradunt Surd. *cons.* 52. *num.* 33. Cyriac. *contr.* 129. num. 3. et Rot. *d. decis.* 192. *num.* 13. *part.* 5.
recent. Verum communior videtur opinio, quod tunc defec- 13
tus in minimo pariat dictam exceptionem, cum laedit in substantia jus conductoris, et non alias, quam tenuit Menoch. *cons.* 35. *num.* 28. Mant. *de tacit. lib.* 3 *tit.* 16. *num.* 23. Add. ad Greg. *decis.* 261. *num.* 6. *vers. secundo*, Add. ad Buratt. *decis.* 571. *n.* 4. *vers. dummodo tamen*, Rot. *decis.*
35. *num.* 11. *part.* 7. *recent.* Et huic totius adhaereri pote- 14
rit cum cautela non compellendi conductorem ad solvendam pensionem integram, sed dimittendi in ejus manibus ratam aequivalentem damno. quod ex dicto non adimplemento minimo ei resultare potuerit, prout practicavit Rota coram Cavaler. *decis.* 217. *ad fin.*

Sic licet debeat etiam locator adimplere in tempore pro- 15
misso, adeout ubi promiserit dare domum vacuam kalen. maii, et praecedens conductor adveniente illa die susceperit terminum juris ad evacuandum, et per illum distulerit eam vacuam dimittere, non dici possit locatorem adimplevisse, quamvis ille terminus indulgeatur a lege, ut bis consuluit
Mandel. *cons.* 156. Tamen iste defectus adimplementi in 16
tempore *non* est considerabilis, quatenus conductoris jus interim non sit effectum deterius, ut ex Bald. *cons.* 127. *lib.* 1. *et aliis* dixit Rot. coram Durano *decis.* 270. *num.* 10.

Imo est generale, quod exceptio non adimplementi *non* 17
obstet, quoticumque is, qui eam allegat, non est damnum passus, Cravet; *consil.* 59. *num* 2. *post med.* Surd. *cons.* 101. *num.* 24 *et decis.* 265. *num.* 39. Add. ad Buratt. *dec.* 571. *num.* 5. Gregor. *decis.* 347. *num* 11. et ibi Adden,

Verum si locator hoc alleget, quod conductor ex illo de- 18
fectu non sit damnum passus, incumbit ei onus id probandi, quia haec est sua replicatio, in qua est actor, et probare debet Alex. *in l. fin. sub. num.* 25. *c de eden.* Seraph. *decis.* 356. *num.* 15. Gregor. *decis.* 535. *num.* 17. et in specie in casu quo quis locavit molendina, cum pacto, quod in eis essent quinque mulae, et opposito ei defectu unius, replicabat ex eo nullum resultasse damnum conductori, quod ipsi incumberet onus probandi, respondit Rot. coram Duran. *dec.* 187. *num.* 4. *et* 5.

Sed si non *neget* locator absolute damnum, sed dicat li- 19
quidandam esse damni quantitatem a conductore, solet Rota eum in hoc audire. et terminum praefigere conductori ad liquidandum, ut habetur *in decis* 618. *num.* 5. *part* 4. *rec.*
Unde in casu quo conductor opponat se non potuisse aliqua 20
rei locatae, parte uti poterit locator offerre solutionem interesse per eum passi, postquam fuerit plene liquidatum, et sic facilius obtinebit non retardari sibi solutionem mercedis,
Rot. coram Cavaler. *decis.* 217. *num* 6. in qua tamen de- 21
cisione *ad fin.* habetur, quod cum daretur magnus fumus damnosum, et non probaretur integre tradita res locata, domini concluserunt conductorem teneri solvere affictum, retenta aliqua portione, quae videretur sufficiens pro damnis arbitrio Rotae.

Quod tamen temperamentum relinquendi partem merce- 22
dum in manibus conductoris correspondentem damno per eum passo ob non implementum, servari poterit, ubi non im-

Pocioni

65

plemeotum sit turbidum, et non valens, juxta prae-
dicta retardare viam executivam, alias enim si sit cla-
rum, exceptio non obstat ad proportionem partis non
impletae, sed in totum, et non potest dici adimpletum
per illam dimissionem partis mercedis, quatenus dimit-
tatur per modum provisionis, et revocabiliter, ut plene fir-
mat Rot. *in decis.* 240. *numer.* 3. *et* 4. *per tot. part.* 2. *rec.*
et ideo necesse est taxare, quid vere importet illud non a-
dimplementum, et correspondentem summam libere dimitte-
re conductori, antequam aliquid solvere compellatur, ut sen-
tit ibidem Rota, et latius comprobat Gratian *discept.* 864. n.
23 10. *et seq.* et tunc facta tali dimissione libera, dicitur adim-
pletum a locatore per aequipollens, quod sufficit, ubi con-
ductor vult stare contractui, ut per Seraph. *decis.* 1243. *nu-
mer.* 1. *et seqq.* et probat aperte text. *in leg. si quis domum*
9. *ff. locat.* ubi si conductor urgeat pro traditione domus lo-
catae, quam locator tradere non possit. audiendus erit loca-
tor, si tradere velit aliam similem, at secus esset si conductor
nollet stare contractui, nisi quatenus adimpleretur praecise,
tunc enim non valeret adimpleri per aequipollens. ut dis-
tinguendo sentit Seraph. *d. dec.* 1243. *n.* 1. et Millin. *dec.*
116. *num.* 1. et procedunt tradita per Alex. *cons.* 119. *nu-
mer.* 3. *vers. ego ad hoc lib.* 1. et per Rot. *dec.* 1. *num.* 5.
coram Card. Montic.

24 Nec juvabitur locator allegando justum impedimentum,
quia impedimentum etiam fortuitum excusat a mora, et poe-
na, at non operatur, ut agi possit ex contractu propter illud
non impleto, Dec. *in l. cum proponas, la* 2. *num.* 4. c. *de
pact.* Abb. *in cap. sicut* 29. *num.* 6. et ibidem Butr. *num.*
10. *de jur. jur.* Natt. *consil.* 50. *num.* 7. Roland. *cons.* 69.
num. 12. *lib.* 4. Menoh. *consil.* 55. *num.* 5. Surd. *cons.* 186.
num. 21. Barz. *decis.* 17. *sub. num.* 1.

25 An autem, ubi locator intentaverit judicium manutentio-
nis in quasi possessione exigendi mercedes, possit repelli per
hanc exceptionem, sunt contrariae opiniones, nam affirmati-
vam tenet d. Laofr. Zacch. *de solor. q.* 95. *numer.* 8. *et* 9.
contrariam vero negativam tenet Thomat. *decis.* 7. *numer.*
24. et quod mirum est, uterque movetur auctoritate Gratia-
ni *disc.* 13. *num.* 18. qui dicit exceptionem praedictam non
admitti ad retardandam hanc manutentionem, quando fuit
facta diligentia, et idem repetit eum sequendo Posth. *de ma-
nut. obser.* 63. *numer.* 4. loquitur autem Gratianus de pro-
missione facti alieni, in qua diligentia excusat, juxta tradita
per Rota in romana palatii coram Bubalo, quae est 367. *par.*
26 4. *diver.* et alios per eum adductos. videtur enim adimpleta
promissio praedicta facti alieni per diligentias, quia talia pro-
missio resolvi solet in promissionem diligentiae adhibendi, ut
factum illud sequatur Cyriac. *contr.* 103. *num.* 59. *et seqq.*
Add. ad Greg. *decis.* 241. *n.* 8. Rot. cor. Buratt. *decis.* 64.
num. 1. unde tuto asserit Grat. quod ubi promittens fecit
diligentias, non possit ei opponi exceptio non adimplementi
in judicio manutentionis. At non propterea ex eo inferri po-
test, quod idem sit generaliter in exceptione non adimplemen-
ti cujusvis alterius promissionis, etiamsi non vigeat dicta ra-
tio diligentiarum, minusque argui potest, quod dum dicit non
obstare exceptionem factis diligentiis, ergo sentiat illam obs-
27 tare regulariter, ubi diligentiae factae non sint, quia hoc est
argumentum a contrario sensu. quod a dictis doctorum sumi
non valet, Everard. *in topic. legal. in loco a contrario sen
su num.* 41. *ad fin.* Lotter. *de benefic. lib.* 1. *q.* 35. *numer.*
28. *et* 29. Seraph. *decis.* 822. *in fin.* unde in doctrina Gra-
tiani non potest fieri fundamentum, neque pro affirmativa
neque pro negativa opinione, generaliter loquendo, et maxi-
me dum videmus eum pro utraque allegari a DD. supracitatis.

Deveniendo vero ad rationes pro affirmativa, videbatur fa-
cere. Primo, quod ut supradictum est, haec est exceptio fa-
vorabilis, quae numquam censetur rejecta ex adductis supra
num. 1. *et* 2. Secundo. quod admittitur etiam in judicio ex-
ecutivo reijciente omnes exceptiones altioris indaginis ex ad-
ductis supra *numer.* 3. Et tertio, quod non adimplementum
dicitur probatum per ejus allegationem a reo factam, ut dic-
tum fuit supra *nu.* 6. et sic constat etiam de malo jure acto-
ris, quo casu non datur ei manutentio, ex late traditis per
Posth *de manut. obser.* 40. *num.* 148. *et seqq.*

28 Sed vere istae rationes non urgent, non prima, quia haec
exceptio non adimplementi respicit petitorium, Gabr. *cons.*
51. *num.* 17. *vers. quia haec exceptio lib.* 1. et ideo a judi-
29 cio petitorio numquam debet censeri rejecta, secus autem a
possessorio manutentionis, in quo exceptiones petitorium res-
picientes non admittuntur, juxta firmata supra *in cap. praec.*

Non secunda, quod haec exceptio, admittatur in judicio ex- 30
ecutivo, et ratio differentiae est, quia in judicio executivo a-
gitur vigore contractus, et ideo agens, non potest obtinere,
nisi doceat se contractum adimplevisse ex parte sua, *l. Ju-
lianus* 14. *§. offerri ff. de act. empt.* Natt. *cons.* 256. *n.* 2.
Verall. *decis.* 230. *part.* 1. Seraph. *dec.* 673. *n.* 2. at quan-
do quis petit manuteneri secus est, quia fundamentum ma-
nutentionis est sola quasi possessio, et non curatur de titulo 31
possessionis, et sic de contractu an fuerit adimpletus, vel ne.
l. fin. c. de rei vindic. Decian. *cons.* 87. *numer.* 6. *et seqq.*
lib. 5. Seraph. *decis.* 717. *num.* 2. cum aliis plenissime cu-
mulatis per Posth. *de manut obser.* 40. num. 8.

Non tertia, quia haec exceptio concernit titulum, et sic res- 32
picit petitorium, et ideo non debet admitti in possessorio, ni-
si sit notoria ea notorietate, ut non possit contrarium proba-
ri in petitorio, et licet simplici negatione probetur inobser-
vantia promissorum, tamen non inducitur notorium, et qua-
tenus induceretur, esset multipliciter excusabile, ut bene
probat haec omnia, Gabr. *cons.* 51. *n.* 17. *vers. quia haec
exceptio, et seqq. lib.* 1.

Unde ego inclino in opinionem negativam, quod scilicet 33
dicta exceptio non adimplementi, non valeat retardare loca-
tori manutentionem in quasi possessione exigendi. motus ex
dicta ratione, quod concernat titulum, et respiciat petito-
rium, et ideo non sit admittenda in possessorio. Certius,
quia post haec scripta reperi eamdem opinionem fuisse reten-
tam a Rota. coram Gregor. *decis.* 362. *num.* 2. *in fin. et* 3.
ubi aliae decisiones allegantur, et admissam *in dec.* 601. *nu-
mer.* 29. *et seqq. par.* 5. *recent.* ubi dicitur contrarium pro-
cedere, si petatur manutentio vigore clausulae constituti ad- 34
jectae in contractu, quia tunc petitur manutentio vigore con-
tractus, et ideo non potest petens obtinere, eodem contractu
ex parte sua non adimpleto, prout supra dictum est ubi quis
agit via executiva.

Recedendum autem erit ab opinione praedicta, ubicum- 35
que aliunde constet de non adimplemento notorie, quia ap-
parebit etiam eodem modo de insubsistentia tituli, et non jure
actoris, ac proinde non poterit ei manutentio concedi juxta
late tradita per Posth. *d. obser.* 40. *num.* 147. *et seqq.* ubi
explicat quando dicatur apparere de non jure notorie ad hunc
effectum.

Controverti saepe solet, an conductor remiserit locatori non 36
adimplementum contractus, et non est dubium remitti posse
etiam tacite, et quamvis promissio sit jurata respectu ejus,
quod concernit remittentis favorem, ex late traditis per Felin.
in cap. 1. *num.* 6. *vers. unum est relatione dignum de jur.
jur.* Gratian. *discept.* 302. *num.* 25. *et* 26. Rot. *decis.* 577.
num. 10. *part.* 1. *recent.* sed remissio tamquam condonatio
habet praesumptionem contra se, et ideo ostendi debet ex- 37
pressa, vel convinci per actus eam necessario inferentes, alias
numquam praesumitur, plene Surd. *cons.* 369. *numer.* 30.
Mencat. *decis.* 38. *num.* 29. Rota in Romana pensionis do-
mus coram Pirovano impressa per Marches. *par.* 1. *fol.* 1086.
n. 4. *vers. quia fuit dictum*, et coram Duran. *dec.* 40n. *n.* 6.

Difficultas autem esse solet in dignoscendi quinam sint isti 38
actus, ex quibus remissio praefata convincatur, si enim, ut sae-
pe evenit, locator non tradiderit totam rem, puta totam domum
locatam, vel eam tradiderit non in totum aptam ad habitan-
dum, prout eam promiserat, et conductor eam receperit, et
per aliquod tempus absque aliqua protestatione persevera-
verit habitare, quod inde inferatur sufficienter ad remissio-
nem non adimplementi praefati, sensisse videtur Castr. in *l.
si merces*, *§. si vicino, ff locat.* et apertius Becc. *cons.* 45.
num. 4. *et* 5. Gratian. *discept.* 300. *n.* 20. Add. ad Buratt.
decis. 54. *in fine penes quos alii.*

Verum in casu contingenti, quo locator domus prius loca- 39
verat duas illius mansiones alteri, easque propterea vacuas
non tradiderat, sed novus conductor domus, eam hoc non
obstante receperat, et per annum, et ultra habitaverat, ac
deinde de non implemento opponebat, replicante locatore de
remissione non implementi propter praefatam receptionem,
et retentionem domus, Rota decisit inde non inferri necessa-
rio ad dictam remissionem, prout requiritur, juxta supradi-
cta et adduxit exemplum alterius actus: ex quo necessario fie-
ret dicta illatio si videlicet conductor domus aliquid exegisset
a conductore stantiarum, ut videre est in praefata rom. pen-
sionis domus cor. Pirovano impressa per Marches. *ubi sup.* ubi
etiam respondet doctrinae Castrensis *in d. §. si vicino*, et aliis
ibid. citatis in contrarium, observans eos loqui in diversis
terminis.

40 Censetur autem renunciatum regulariter, ex eo quod is,
cui adimplendum erat, aliquid ab alio adimplere debente re-
ceperit Rot. coram Gregor. *decis.* 75. *num.* 2. non vero ex
eo, quod quis aliquid dederit, seu pro parte sua adimpleve-
rit, quia hoc potius constituit alium in majori mora adim-
plendi ex parte sua, ut consideravit Rota *in decis.* 369. nu-
41 *mer.* 3. *ad fin. vers. et tunc potest par.* 4. *diversor.* At secus
erit si pulsatus conductor susceperit terminum ad solvendum
quia censetur remisisse omnem exceptionem, et in specie is-
tam non implementi. Menoch. *cons.* 270. *sub num.* 14.
42 Ista tamen remissio exceptionis non implementi, quate-
nus fiat a conductore non nocebit fidejussori ab eo praestito,
ut firmat in specie Beccius *cons.* 45. *num* 46. *post med. vers.*
sed haec investigatio, Roland. *cons.* 69. *numer.* 46. *versic.*
43 *quia respondetur. lib.* 4. Manent. *dec.* 38. *num.* 37. *et seqq.*
At hoc procedit in casu, quod conductor non implementum
prius allegaverit, et postea remiserit, licet enim fidejussori
competat haec exceptio, prout competit principali. Ceph. *cons.*
577. *num.* 8. Manent. *decis* 38. *num.* 40. Berz. *decis.* 17.
44 *num.* 1. et est generale, quod fidejussor possit uti omnibus
exceptionibus, quae competunt principali, ut firmat Rota *de-*
cis. 274. *num.* 6. *part.* 5. *recent.* tamen quia haec est po-
45 tius facultas competens conductori, quam jus opponendi non
adimplementum, inde sequitur, ut antequam ea facultate uti
velle declaraverit, non possit dici formatum jus, quo uti va-
leat fidejussor, ut late probat Becc. *d. cons.* 45. *n.* 5. et se-
quitur Gratian. *discept.* 302. *num* 23. facit Rota *dec.* 361.
num. 16. *vers. his accedit part.* 4. *divers.* ubi quod si non
46 fuit allegatum adimplementum a defuncto, neque potest al-
legari ab ejus haerede, seu habente causam ab illo postquam
vero id declaravit, tunc potest fidejussor exceptione illa uti
et procedit, quod dicitur fidejussorem posse uti exceptione
competente principali, etiam ipso invito, de quo Paris. *cons.*
96. *num.* 39. *lib.* 3. et in terminis hujus exceptionis non a-
dimplementi, Engen. *cons.* 29. *n.* 27. *lib.* 1. Barz. *dec.* 17.
sub n. 1. *post. princip.*
47 Controvertitur etiam, quandoq; quis prius debeat adim-
plere promissa, et regula est, ut qui prius agit, debeat prius
adimplevisse, ita ut in proposito non possit locator agere ad
mercedes, nisi promissa impleverit, non enim attenditur,
qui prius contraxerit, sed qui prius agit Roland. *cons.* 69.
num. 9. *lib.* 4. Marescott. *var. cap.* 88. *n.* 1. *lib.* 1 Cyriac.
contr. 129. *num.* 1. Gratian. *discept* 455. *num.* 4. Rot. *de-*
cis. 215. *num.* 1. *et decis* 601. *num.* 25. *et* 26. *part.* 5. *re-*
cent.
48 Verum hoc intelligitur procedere quando non constet par-
tes voluisse prius solvi mercedes per conductorem, quam a-
liquid adimpleri per locatorem, quia tunc bene posset loca-
tor agere ad solutionem ante adimplementum ex parte sua
Gratian. *discept. ult. num.* 24. Marescot. *cap.* 89. *numer* 9.
lib. 1. *dec.* 368. *et dec.* 369. *n.* 2. *par.* 4. *divers. et dec.* 109.
n. 3. *part.* 7. *recent.*
49 Deprehenditur autem partes voluisse unus prius adimple-
re ex ordine scripturae, si videlicet in istrumento prius scri-
pta est ejus obligatio Gratian. *discept. ult. n.* 25. Duran. *de-*
50 *cis.* 270. *num.* 12. et ordine intellectus, uti si locator pro-
miserit aliquid facere, si conductor solverit, datur enim in
telligi partes voluisse solutionem procedere Gratian. ibidem,
si praestanda cautio de bene utendo, et fruendo, debet prius
res tradi, postea caveri Bald. *in l.* 1. *num.* 22. *c. de usur et*
fruct. legat. Socin. *cons. ult. n.* 3. *vers. non obstat. lib.* 3.
Marcabrun, *cons.* 105. *n.* 156.

De remissione, et reductione mercedis in quo contractu debeatur.

SUMMARIUM.

1. Remissio mercedis in contractu locationis, et conductionis debet fieri conductori, qui re locata uti non potuit.
2. Periculum rei in venditione spectat ad emptorem statim ac contractus est perfectus.
3. Locatio regitur iisdem regulis, ac regitur venditio.
4. Remissio mercedis cur facienda variae rationes.
5. Fructus nondum percepti sunt locatoris.
6. Obligatio contracta respectu rei resolvitur deficiente re
7. Dominium rei in venditione transit ad emptorem, secus in locatione.
8. Remissio mercedis debetur non dum si merces petatur simpliciter ex locato, sed etiamsi petatur vigore stipulationis in locatione contractae.
9. Stipulatio induit naturam contractus cui accedit.
10. Intellige ad effectum ne plus, vel minus exigatur, quam ex illo contractu esset exigendum, non quo ad alia.
11. Obligatio cameralis continet renunciationem omni legum auxilio.
12. Remissio mercedis non potest peti ab eo, qui renunciavit omni legum auxilio.
    Contrarium. num. 16.
13. Remissio mercedis non potest peti ab obligato in forma camerae.
14. Contrarium.
15. Decl. ut in judicio ordinario procedat, quod pati possit.
17. In executivo vero exceptio remissionis mercedis non admittitur nisi sit in continenti probata.
18. Exceptio non admittenda regulariter admittitur in omni judicio ubi est in continenti probata.
19. Exceptio remissionis mercedis, ut dicatur in contractu probata suffi-cit probatum esse casum in quo facienda sit remissio, et damnum per illum illatum in genere.
20. Contrarium verius, ut scilicet requiratur probatio damnorum in specie.
21. Locator in casu probationis damnorum ingenere potest compelli cautionem praestare de restituendo summam liquidandam.
22. Vel dimittere in manibus conductoris summam arbitrio judicis correspondentem damnis.
23. Decl. procedere ubi agatur de remissione facienda ob damnum per conductorem passum post quam locator adimplevit contractum ex parte sua, non si ab initio non impletum.
24. Remissio mercedis debetur non tantum conductori ad breve tempus, sed etiam conductori ad longum habenti jus in re.
25. Contrarium tenent aliqui.
26. Prima opinio est magis communis, et magis aequa ubicumque pensio correspondeat quantitati fructuum, secus e contra.
27. Lim. si agatur de locatione perpetua, vel adeo diuturna, ut propter ubertatem fructuum, vel casum contingentem possit compensari damnum.
28. Decl. limitationem non procedere si res locata ab initio, non esset qualitatis per locatorem assertae.
29. Dicta a locatore commendandi causa de rebus quae palam sunt non obligant.
30. Secus si alterius promiserit.
31. Remissio mercedis an facienda sit in emphyteusi est magna quaestio.
32. Sed negativa opinio est magis communis.
33. Remissio mercedis debet fieri emphyteutae ubi canon non est quid minimum, sed correspondens fructibus.
34. Contrarium tenent alii.
35. Prima verior saltem ubi in concessione emphyteusis non fuit remissa sexta pars justae mercedis.
36. Remissio mercedis non est facienda in emphytheosi ecclesiastica secus in laicali.
37. Declara procedere si in emphyteusi ecclesiastica facta sit remissio sextae partis mercedis, in emphyteusi vero privati si canon sit magnus, et fructibus correspondens alias secus
38. Opinio quod remissio in emphyteosi non sit facienda si canon sit magnus declaratur non procedere si damnum potest compensari.
39. Quod non debeatur remissio in emphyteusi procedit si fructus non sint percepti in parte, secus si nulli omnino.
40. Emphyteutica re perempta in totum damnum est domini, in parte est emphyteutae.
41. Decl. esse emphyteutae si superesit tantum, quod sufficiat pro canone secundum Bartolum;
42. Contrarium tenent alii.
43. Ad remissionis mercedis effectum, aliud est, quod res sit perempta, aliud, quod sit impedita perceptio fructuum.
44. Propter impedimentum perceptionis fructuum in totum non debetur remissio mercedis, nisi canon sit magnus.
45. Contrarium tenent alii.
46. Impedita perceptione omnium fructuum remissio fit si canon solvatur in fructibus
47. Remissio mercedis non fit re perempta ubi emphyteusis constituta fuit de re per emphyteutam vendita.
48. Contrarium probatur.
49. Conductor ad longum tempus solvens mercedem excessivam potest intentare remedium reductionis mercedis ad justam summam.
50. Dominus non potest plus exigere a conductore, quam ab ipsa re perciperet.
51. Reductio mercedis facienda est in emphyteusi si canon sit excessivus.
52. Contr. tenent aliqui.
53. Prima opinio verior probatur.
54. Reductio mercedis facienda est tam si sit excessiva ab initio, quam si propter aliquod accidens fiat ex post facto.
55. Remissio mercedis facienda est in contractu innominato.
56. Remissio mercedis facienda est etiam ubi promissa est certa mensura fructuum quotcumque percipiantur.
57. Colono partiario non est facienda remissio mercedis.
58. Ampl. procedere etiamsi multas fecisset expensas excedentes fructus.
59. Decl. procedere si solet tantum pro rata fructuum, secus si pro nummis, vel relinquatur ei certa species fructuum pro laboribus.
60. Remissio mercedis debet fieri colono pro damno illato in fundo in praedio retinendo, tam si damnum evenit ante collectionem, quam si evenit post eam.
61. Remissio mercedis an debeat fieri in venditione fructuum futurorum est quaestio agitata.
62. Distinc. quod si contractus est locationis, et conductionis debet fieri remissio, si emptionis, et venditionis secus et. n. 61.
63. Periculum rei in venditione transit in emptorem.
64. Ampl. procedere tam vendita re, quam etiam si venditum sit, quid rei accessorium.
65. Decl. procedere venditione perfecta.
66. Venditio fructuum nasciturorum perficitur cum fructus nati sunt.
67. Venditis fructibus nasciturís periculum, quod non nascantur spectat ad venditorem.

68. Periculum vel in venditione conditionali eveniens pendente conditione regulariter spectat ad venditorem.
69. Venditis fructibus, qui esse desierint de tempore venditionis ignorante emptore est nulla venditio.
70. Item si perierit major pars.
71. Ampl. sufficere periculum habuisse originem ante contractum.
72. Decl. quod dictum est si fructus non nascantur periculum spectare ad venditorem procedere si nulli penitus nascantur non si pauci, vel malae conditionis.
73. Decl. 2 non procedere si ex verbis contractus appareat vendita spes fructuum nasciturorum.
74. Verba contractus attenduntur ad dignoscendum, an venditi sint fructus, seu potius spes fructuum nasciturorum.
75. In dubio censetur vendita res.
76. Spem perceptionis fructuum fuisse venditam apparet non solum si sit expressum contractu, sed etiamsi dictum, vendo perceptionem fructuum
77. E contra non fuisse venditam desumitur ex eo quod habita sit ratio ad quantitatem solitam percipi aliis annis.
78. Maxime si expressa sit certa quantitas, vel mensura.
79. Decl. ut vendita spe damnum pertineat ad venditorem si fructus non percipiantur culpa ipsius venditoris.
80. Spei fructuum venditio nulla est si venditor scirbat eos non nascituros.
81. Venditio ususfructus, et juris percipiendi ac gabellae regulatur circa remissionem cum eis, quae dicuntur de venditione fructuum.
82. Remissio mercedis non fit in permutatione aliisque contractibus dominium transferentibus.
83. Remissio mercedis non fit ubi emptor donec pretium solvat rem conducit.
84. Neque fit conductori, qui fecit pactum francandi bona cum vero pretio
85. Pactum francandi pro certo pretio in locatione appositum facit contractum similem venditioni.
86. Remissio mercedis debet fieri per conductorem subconductori.
87. Ampl. etiamsi ipsi remissio non debeatur.
88. Quid stante pacto de facienda remissione subconductori quam faciet dominus.

CAPUT XLV.

Quam utilis sit haec tractatio de remissione mercedis nemo
in foro versatus ignorat. Ego eam licet amplissimam, omissis
de more superfluis, ac eis quae ad ornatum dici possent. ad
sex capita mihi restrinxi, in quorum primo, quod erit hoc
praesens, loquar de contractibus, in quibus ea facienda sit,
in secundo de casibus, in quibus ea competit, in tertio de
quotitate damni, quod requiritur ad hoc, ut ea fieri debeat
in quarto de quantitate ipsius remissionis, ac de tempore, in
quo fieri debet, nec non de actione, aliisque remediis eam
consequendi, in quinto specialiter de remissione mercedis operarum, in sesto de pactis, et convenientibus circa illam
Assumendo igitur primum, nemo dubitat remissionem
1 mercedis fieri debere in contractu locationis, et conductionis
videlicet conductori, qui impeditus fuerit percipere fructus,
aliasve commoditates ex re conducta, seu illa uti non potuerit.
sunt enim text. expressi *in l. si merces* 28. § *vis major*, *ff
locat. l. licet.* 8. *c eodem. cap. propter sterilitatem* 3. *extra eodem.* et hanc esse naturam contractus locationis, et conductionis, dicit Surd. *decis.* 326. *num.* 14.
Laborant tamen valde nostrates in reperienda causa cur
facienda sit dicta remissio, maxime attento, quod videmus
2 in venditione statim, ac contractus est perfectus, etiam antequam traditio interveniat, periculum rei ad emptorem totaliter pertinere, ita ut nec illa penitus perempta liberetur ab
integra solutione pretii, *l. necessario*, *ff. de peric. et com.
rei vend. l.* 1. *c. eodem.* § *cum autem instit. tit de empt. et*
3 *vend.* unde videbatur idem dicendum in locatione, dum eisdem juris regulis locatio regitur, ac venditio, *l.* 2. *ff. de locat. et cond. istit. eodem tit. in princ.* adeo ut vix rara, ut
concludens ratio reperiatur, dicat Valasc. *de jur. Emph
quaest.* 27. *num* 26 ubi etiam advertit, quod Bart. magno
contra morem multiloquio *in l. si vero*, § *item cum quidam
col.* 4. *ff. loc.* visus est difficultatem tollere, et in sua *quaest.*
4 4 *incip. publicanus. num.* 8, tres rationes ad hoc congerit,
Baldus vero *in rubr. de peric. et com. rei vend.* aliam differentiae rationem ponit, et Castren. *in l. ex conducto*, § 1.
num. 3. *c. locat.* aliam adjungit, et alias addunt alii, quos
5 refert ipse Valasc. ibi, concludens postea illam sibi magis
probare, quod fructus nondum percepti sunt locatoris, et conductori non debentur tamquam sint sui. sed debetur ei patientia, ut utatur re, et sic illos percipiat, ut sui efficiantur,
l. ex conducto 16. *in princ*, *et* § *sed si ager*, *ff. loc.* quod
secus est in emptore, quia illi debetur res ipsa vendita, ut
species *l. nec emptio*, *ff. de contrah. empt.* et ideo illa perempta liberatur debitor, *l. quid te*, *ff. locat.* sed omissa
discussione hujus, aliarumque rationum, magis consentanea
videtur alia, quod scilicet cum locatio sit concessio ad usum
pro certa mercede, ut dictum est *in cap.* 1. inde sequitur. ut
merces solvatur respectu illius usus, et quod, si usus deficiat,
ipsa non debeatur, quia obligatio respectu rei contracta, re 6
deficiente, resolvitur *l.* 1. *in fin. c de jur. emph* quae ratio
considerata fuit a Salic. *in l. licet n.* 2 *in* 2. *oppositione. c.
locat.* et approbata per Magon. *decis. Flor.* 67. *num.* 2. *et*
3. nec obstat, quod dicebatur de emptione, et venditione, 7
quia in ea dominium rei transfertur in emptorem, et ideo
ipsius rei periculum ad eum pertinet, secus autem in locatione, quae in his ab illa differt, ut dixi *in cap.* 2. *in princ.*
Debetur autem remissio nedum si merces petatur simpli- 8
citer ex locato, sed etiam si locationi stipulatio accesserit. et
vigore stipulationis petatur, ut tradit rejectis contrariis Capra
reg. 88. *num.* 33. Pantzsch. *de locat. quaest.* 2. *numer.* 19.
Valasc. *de jur. emph. quaest.* 27. *num.* 48. ubi reddunt rationem, quia stipulatio induit naturam contractus, cui accedit, *l* 9
si eum, § *qui injuriorum*, *ff si quis caut.* DD. *in rubr. ff.
de verb. oblig. addo l. si stipulatus*, *ff de usur. l.* 5. § *conventionales*, *ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. cum mota numer.*
6. *c. de transact. et in l damnum la* 2. *de dam. infec* quod
intelligitur, ut habeat locum ad istum effectum ne plus, vel 10
minus exigatur, quam ex illo contractu esset exigendum, licet secus quoad alios, ut declarat Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.*
29. *num.* 51.
Dubitari tamen potest an idem procedat quoque si merces
promissa sit sub obligatione camerali, quae in statu ecclesiae
practicatur, nam pro negativa facit, quod talis obligatio continet renuntiationem omni legum auxilio Gratian. *discept* 11
411. *num.* 2. Put. *decis.* 465. *sub. num.* 3. *lib.* 2. cum aliis
cumulat per Zacch. *de oblig. cam. quaest.* 17. *num* 21. et
talis renuntiatio operatur, ut conductor dictam remissionem 12
mercedis non possit petere secundum Alber. de Rosat. *in l.
item quaeritur*, § *exercitu n.* 8 *ff. locat.* Roland. *de lucr.
dot. quaest.* 42. *n* 12. et aliis late congestis Mart. *de claus.
part.* 1. *claus.* 136. *num.* 6. et in specie quod propterea per
obligationem in forma camerae censeatur renuntiatum di- 13
ctae petitioni Rota *dec.* 42. *numer.* 1. post Zacch. *de oblig.
cam.*
Pro contraria vero opinione facit, quod remissio merce- 14
dis, ut supra dictum est, petitur ex defectu causae ob quam
merces promissa est, et defectus causae allegari potest ab obligatione in forma camerae, ut tradit Galles. *de oblig. cam.
part.* 2. *partic.* 4. *quaest.* 1. *num.* 12. et secundum modernam impressionem *quaest.* 17 *num.* 12. ubi in specie exemplificat, si res conducta auferatur. vel non praestetur, et ejusdem doctrina fuit a Rota approbata, ut magis praecise in
proposito remissionis mercedis dicitur in *decis.* 105 *ad fin.
post. eumdem tract. de obl. cam.*
At pro resolutione distinguendum est, quod aut quaeritur, 15
an vigore promissionis in forma camerae. censeatur conductorem ita remisisse, et renuntiasse hanc facultatem sibi competentem de jure, et ex natura contractus, ut nullo modo ad
eam redire possit, aut vero quaeritur, an conductor vigore
dictae obligationis via executiva conventus possit excipiendo
de remissione sibi facienda, illam retardare. et in prima quaestione procedat dicta opinio contraria, ut videlicet etiam obligatus in forma camerae possit petere remissionem mercedis
ex defectu causae. ob quam mercedem promisit, juxta doctrinam Gallesii *in d. quaest.* 17 n. 12. a Rota approbatam
ut supra. Nec relevat, quod contineat renuntiationem omni le- 16
gum auxilio, quia illa opinio Alberici, et aliorum, quod per
dictam renuntiationem conductor excludatur a petitione remissionis mercedis, non est tuta. ut videre est apud Viv.
opin. 129. *num.* 9. ubi dicit quod ea nunquam sibi placuit,
atque eam semper periculosam in practica arbitratus est. imo
quod contra illam extat communis schola omnium scribentium, et eum sequitur in terminis obligationis cameralis
Gratian. *discept.* 534. *num.* 40. et supponunt aperte nonnea
infracitandi DD. et Rotae decisiones. Quod et certius procedet si petatur remissio ex casu valde insolito. ut per eumdem
Gratian. *in eadem discept* 534. *num.* 45. quia etiamsi contineat renuntiationem remissionis mercedis, et casuum fortuitorum non extenditur ad insolitos Menoch. *cons.* 27. *numer.* 28 Rot. coram Millin *decis.* 110. *num.* 2. cum aliis per
eum citatis, et dicam infra suo loco.
In secunda vero quaestione. an haec exceptio remissionis 17
mercedis retardet viam executivam, negativam tenuit Jos.
Ludov. *decis. Perus* 50. *n.* 11. ubi stante statuto de executione instrumentorum Rot. *decis.* 11. *num.* 5. *et decis.* 42.

num. 1. post Zacch. *de oblig. cam.* sed iterum distingoen-
dum est, ut si requirat altiorem iadaginem, eam non retar-
det, secus autem e contra, si sit incontinenti probata, prout
sensit Caroc. *de loc. hoc. tit. de remis. merc. quaest.* 8. *nu-
mer.* 114. ubi dicit hanc quaestionem saepe occurrere in
facto, et non vidisse eam tactam Gratt. qui alios allegat *dis-
cept.* 534. *n.* 41. Zacch. *de obl. cam. quaest.* 18. n. 28. Rot.
post eumdem. *decis.* 105. *n.* 6. *et* 7. et in romana affictos
30. martii 1618. §. *quia omisso, quod*, coram Andrea: et est
18 regulare in omni judicio, ut admittatur exceptio non admit-
tenda, ubi est clara, et probata incontinenti Rot. *decis.* 526.
n. 7. *et* 8. *par.* 1. *recent.* et in obligatione camerali Adden.
ad Buratt. *decis.* 76. *num.* 24. Gratian. *discept.* 693. *n.* 34.
et seqq.

19 An autem sufficiat esse probatum casum, in quo facienda
sit remissio, et damnum per illum illatum in genere ad hoc.
ut exceptio admitti debeat, videtur affirmativam tenuisse Gra-
tian. *dict. discept.* 634. *num.* 40 *vers. et quidquid sit*, et Ro-
20 ta *d. decis* 105. *num.* 7. post Zacch. *de obl. cam.* Sed verius
videtur necessariam quoque esse probationem damnorum in
specie, et eorum liquidationem ad hoc, ut exceptio admitti
debeat in judicio executivo, ut declarat Zacch. *de obl. cam.
d. quaest.* 18. *n.* 29. Adden. ad Greg. *decis.* 235. *n.* 6. Ca-
valer. *decis.* 217. *n.* 5.

21 Posset tamen locator in dicto casu probatae causae remis-
sionis. et damnorum in genere, compelli praestare cautionem
de restituendo summam liquidandam secundum Caroc. *di-
22 cta quaest.* 18. *num.* 114. *ad fin.* vel dimittere in manibus
conductoris summam verisimiliter judicis arbitrio damnis
correspondentem de mercedibus debitis, ut voluit Rota co-
ram Cavaler. *d. decis.* 217. *ad fin.*

23 Et animadvertendum, quod haec procedunt, quando agi-
tur propriu de remissione facienda ob damnum, seu impedi-
mentum passum a conductore, postquam locator executioni
demandavit totaliter contractum ex parte sua, alias enim si
in hoc locator defecisset omittendo aliquid tradere, intraret
exceptio non adimplementi, quam sufficit conductori allegare
juxta tradita *in praecedenti cap.* et facit Rot. *decis.* 11. *per
tot.* post Zacch. *de obl. cam.*

24 Et debetur dicta remissio mercedis non tantum conducto-
ri ad breve tempus, sed etiam conductori ad longum tempus
habenti jus in re, et est ratio, quia, et ista conductor prae-
stat mercedem propter usum rei et recompensationem fru-
ctuum, qui inde percipiuntur, unde si non possit uti ipsa
re conducta, et consequenter fructus percipere, facien-
da erit ei remissio Ang. in §. *Quia vero numer.* 22. *in fin.
auth. de non alien. reb. eccles.* Jov. *in l.* 1. *n* 88. ubi quod
in facti contingentia ita concluxit collegium Mediolanense *c.
de jur. emphyt.* Imol. *in cap. potuit. numer.* 41. *prope fin
ver. si autem fuit facta de locatione*, Bellon. Sen. *cons* 21,
num. 9. *et seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 2. *numer.* 25.
Ponteschm. *de locat. quaest.* 2. *n.* 15. Franc. Marc. *dec.* 212.
n. 2. *ad fin.* et *seq par.* 2.

25 Et licet non desint, qui teneant opinionem contrariam, ut
arguenter Jos. Ludov. *concl.* 12. *col* 2. obi dicit ita de con-
suetudine servari Carocc. *de locat. tit. de remiss. merced.
quaest* 4. *num.* 5. Tamen primo magis communis sine du-
26 bio est, et magis aequa, ubicumque pensio correspondeat quan-
titati fructuum, seu valori commoditatis, quae ex re percipi-
tur, nam secus e contra dicendum foret, si pensio esset con-
siderabiliter minor, itaut dici posset facta remissio ab initio
pro casibus fortuitis, ut dicetur in emphyteusi, et tradunt A-
les. *cons.* 112. *num.* 2. *lib.* 1. Boss. *in praxi tit. de remiss.
merced. n.* 114. Rimin. Jun. *cons.* 49. *n.* 14. Costa de rata
quaest. 10. *n.* 8. *ad fin.*

27 Praeterea dicta prima opinio limitanda etiam videtur, ut
non procedat si agatur de locatione perpetua, vel ad tempus
valde diuturnum adeout adesse possit spes, ut in eo com-
pensari possit conductori damnum, sive propter rei augumen-
tum, per alluvionem, aut aliud incrementum, sive propter
ubertatem fructuum aliorum annorum, hinc enim cessabit
petitio remissionis mercedis propter casum contingentem, ut
post Cyn. *in l.* 1. *c. de jur. emphyt.* tradit Natta *cons.* 49.
num. 33. *vers. ultimo dico*, Neviz. *cons.* 41. *num.* 8. Bur-
sat. *cons.* 11. *num.* 9. Mart. Medic. *examin.* 12. *numer.* 32.
vers. et quando, Seraph. *dec* 1228. *num.* 2.

28 At haec limitatio patitur quoque declarationem, ut non
procedat, ubi res locata ab initio non extitisset qualitatis per
locatorem assertae, tunc enim facienda esset remissio etiam
in locatione perpetua. cessat enim obligatio solvandi merce-
dem pro illa rata commoditatis, quae deficit Rim. Jun. *cons.*
49. *num.* 15. *vers. secundo confirmatur*, Jos. Ludov. *con-
clus.* 12. *col* 11. *in fin. vers. intellige praedicta*, accedente
praesertim promissione observandi contenta in instrumento,
nam alias ea quae commendandi causa dicta sunt, si sunt de 29
rebus, quae palam apparent, locatorem non obligant, juxta
text. *in l. ea quae* 43. *ff. de empt.* quod non procedit stante 30
dicta promissione, ut declarat Rim. Jun. *dic. cons.* 49. *num.*
15. *in fin.*

Quaeritur autem an sicut conductori, ita etiam emphyteu- 31
tae uti re emphyteutica, aut illius fructus percipere in totum
vel pro parte impedito, fieri debeat remissio. Et licet haec
quaestio fuerit apud DD. dubitatissima, et in ea quot capita
tot sententiae extiterint, ut refert Carocc. *de locat. tit. de
remiss. merced. quaest* 3. *num.* 1. Tamen quoniam emphy-
theuta proprie non solvit canonem in recompensationem u-
sos rei, seu perceptionis fructuum, sed in recognitionem di- 32
recti dominii, ut dictum est alibi, in ea magis communiter
respondetur negative, glos. *in cap. potuit vers. expelli ante
fin. vers. sed. numquid propter sterilitatem de locat.* et ibi-
dem Abb. *num.* 17. Bald *in l.* 1. *num.* 21. *c. de jur. emph.*
Natt. *cons.* 49. *num.* 15. Gozadio. *cons.* 21. *num.* 10. Clar.
in §. emphyt. quaest. 8. *num.* 7 Ancar. Jun. *qu.* 34. *num.*
8. *lib.* 1. Corbul. *de jur. emphyt. de caus. privat. ob non
sol. can. ampliat.* 11. *per tot.* Thesaur. *decis.* 20. *num.* 1.
ubi de communi Surd. *decis.* 198. *num.* 8. Rot *decis.* 723.
num. 2. *et seqq. part.* 1. *divers.* et coram Seraph. *dec.* 286.
num. 12.

Et comprobari ut plurimum poterit haec opinio, seu cer-
tior reddi alia ratione, quia videlicet emphyteusis esse solet
perpetua, seu saltem ad tempus valde longum, itaut licet em-
phyteuta, ex aliquo accidenti passus sit damnum sufficiens
pro remissione, tamen ea non sit facienda propter spem com-
pensationis cum fertilitate aliorum annorum, ut dictum est
in locatione ad longum tempus, et tradunt Anchar. Regien.
quaest. 34. *num.* 14. *lib.* 1. Jos. Ludov. *concl.* 12. *in princ.
vers. et doctores* dicunt Corbul. *de priv. ob non sol. can.
ampliat.* 12. *num.* 24. Borell. *in summ. decis. part.* 1. *tit.*
33. *num.* 306. Gizzarell. ad Capic. Latr. *dec.* 18. *num.* 23.
et seqq.

At dubium est, an hoc procedat etiam ubi canon non est,
quid minimum, sed est magnus, et fructibus correspodens,
aliqui enim volunt, quod tunc appareat eum solvi potius in 33
recompensationem fructuum, quam in solam recognitionem
dominii ac proinde, quod cesset dicta ratio, cur dicitur, quod
remissio emphyteutae non sit facienda, et ideo, quod aeque
ac conductori ipsi fieri debeat Socin. *in l. gallus, §. etiamsi
parente num.* 6. *vers. confirma hoc, ff. de liber.* et posth.
Cagnol. *in l.* 2. *n.* 203. *ff. de rescind vend.* Barbat. *cons.* 14.
n. 36. ubi, quod infinitis vicibus consuluit, et vidit judicari
lib. 2. Bero. *cons.* 130. *n.* 8. *et seq.* et *cons.* 131. *n.* 4. *et
seq. lib.* 1. Bellon. Sen. *cons.* 21. *n.* 10. *ad fin vers. praeter
ea* Rimin. Jun. *cons.* 49. *num.* 14 *et* 17. Rolan. *cons.* 96.
num. 2. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 916. *num.* 42. Cotta *in me-
mor. in ver. emphyteutae regulariter*, ubi de communi Cal-
das. *de jur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. Valasc. *eod. tit.
quaest* 27. *num.* 11. ubi ab hac non esse recedendum Ma-
nent. *de livell. part.* 4. *num.* 42. *ad med.* Thesaur. *quaest.
for. lib.* 1. *quaest.* 32. *num.* 30. Mantic. *de tac. lib.* 22. *tit.*
2. *num.* 26. Rota coram Merlin. *decis* 55. *num.* 2. et facit
etiam eadem Rota. *in decis.* 235. *num.* 3. *part.* 14. *recent.*
ubi idem post multos dicit procedere, si emphyteuta prae-
tendat se enormissime laesum, et petat rescissionem contra-
ctus.

Alii vero censentes, quod licet canon sit magnus, adhuc 34
solvatur in recognitionem directi dominii potius quam in re-
compensationem fructuum, etiam hoc casu volunt non esse
locum reductioni ad favorem emphyteutae, inter quos sunt
Natt. *cons.* 49. *num.* 14. *et per tot. ac praesertim num.* 25.
Alciat. *cons.* 49. *num.* 1. *et per tot. lib.* 5. Bursat. *consil.* 11
num 9 *et* 12. *et* 22. Surd *cons.* 162. *num.* 22. *et dec.* 198.
num. 10. Harprect *in §. adeo autem num.* 378. *vers. caete-
rum contrarium*, ubi de veriori Instit. *tit. de. loc. et cond.*
Joseph. Ludov. *concl.* 12. *in princ. ver.* et DD. dicunt Ca-
rocc. *de locat. tit. de remiss. merc. q.* 3. *num.* 8. Corbull.
de caduc. ob. non solut. can. ampl. 12. *per tot.* Marescott.
var. resol. cap. 76. *n.* 32. *lib.* 2.

Sed quidquid sit de rigore juris, secundum quem haec se- 35
cunda posset forsan substineri, quia non ex eo solo, quod ca-
non est Magnus, sequitur eum non solvi in recognitionem

directi dominii, ut patet ex dictis *in cop.* 3. *num.* 26. sequitas omnino militarn vidatur pro prima, saltem, ubi in emphyteusis concessione non remissa fuit scala pars mercedis justae, et fructibus correspondentis, prout remitti solet in emphyteusi ecclesiae juxta textus *in ℥. dudum et ℥. quio vero Leonis auth. de non olien. aut permut.* quis talis remissio permittitur, et fit propric ea hac causa, ut postea in casibus contingentibus, nun teneatur ecclesia aliam remissionem facere d. ℥. *dudum*, et ibi gloss. *in ver. casus*, Ales. *consil.* 112. *num.* 2. *lib.* 1. Rot. *decis.* 720. *num.* 6 *et seqq. et decis.* 223.*num.* 2. *et seqq.* ubi, sive casus sint soliti, sive insoliti *part.* 1. *divers.*

36 Et inde est, quod aliqui distinguere voluerunt inter emphyteusim ecclesiae, et emphyteusim privati, dicendo in primo non esse faciendam remissionem propter casus fortuitos, in secunda, vero secus, ea videlicet ratione, quia in emphyteusi ecclesiae fit praefata remissio sextae partis ab initio glos. *in auth. perpetua vers. sextam, c. de sacros. eccl.* et ibid.

37 Barb. *num.* 6. quae tamen differentia tunc tantum admittenda videtur cum ab ecclesia vere facta sit dicta remissio. in emphyteusi vero privati canon sit magnus, et fructibus correspondens, prout sensit Cald. *quaest. for.* 10. *n.* 8.

38 Verum admissa dicta opinione, quod in emphyteusi facienda non sit remissio, ubi canon non est magnus, ut fructibus correspondens, ea procedit quatenus praetendatur evitari remissio, solum ne eo, quod canon non solvatur pro fructibus sed in recognitionem directi dominii, secus autem si concurrat, ut alia ratio, quod damnum passum ab emphyteuta possit in ubertate aliorum annorum, vel aliter compensari, hoc enim sufficit ad remissionem excludendam, ut dictum est supra *n.* 32. *vers. et comprobari.*

39 Praeterea opinio contraria, quod emphyteutae non sit facienda remissio, limitari solet, ut procedat quando recepit damnum in parte, secus autem si nullos prorsus fructus recipiat, quia tunc illis annis nihil solvere tenetur, ut censuit Bart, *in l.* 1. *in fin. c. de jur. emph.* Alex. *cons.* 112. *num.* 1. *lib.* 1. et aliis pluribus adductis Caroc. *tit. de remiss. merc. q.* 3. *num.* 5. *vers. in qua materia*, Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 90. Valasc. *de jur. emph. quaest.* 27. *n.* 13.*post princ.* Viv. *opin.* 247. *n.* 2. *ubi de comm.*

40 Et quidem haec distinctio inter damnum totale, et damnum in parte, quod primum spectat ad dominum, aliud ad emphyteutam, quatenus illud contingat in substantia rei, habet textus claros *in l.* 1. *post med. c. de jur. emphyt. et in ℥. odeo autem in fin* Instit. *tit. locat. ubi glos. in verbo particularis*, ut dicit Alciat, *cons.* 49. *num.* 1. *lib.* 5. quod secundum

41 hanc doctrinam viserunt majores nostri usque ad Bartolum, qui interpretatione sua destruxit illos text. intelligendo eos quando pensio erat modica, et superesset adhuc quantum sufficeret pro ea, quam opinionem praetendit ostendere falsam

42 quatuor rationibus, quae videri poterunt penes eum, et videri etiam poterunt in eodem proposito tradita per Surd. *dec.* 198. *n.* 8. *et seq.* Gratian. *discept.* 223. *n.* 2. Rot. *dec.* 699. *num.* 1. *port,* 3. *recent.*

43 At licet prima facie eadem videatur ratio hujus casus quo res sit perempta, et casum, quo adsit impedimentum percipiendi fructus in totum pro tempore, quo durat impedimentum, prout censuit Fachin. *contr. lib.* 1. *cap.* 90. *in fin.* ubi dicit id omnino esse, tamen considerari potest ratio disparitatis inter utrumque casum, nam in primo, videlicet rei peremptae, cessat spes compensationis damni, quod secus est si tantum impedita sit perceptio fructuum, quia tunc remanet dicta spes, quae sufficit ad remissionem impediendam, ut dictum fuisset et in locatione magna fit differentia inter hos casus, ut patebit infra *in cap.* 47.

44 Unde volunt quam plures, quod neque in dicto casu impedimenti totalis perceptionis fructuum, debeatur remissio emphyteutae, nisi quatenus merces, seu canon sit magnus, Bald. *in l.* 1. *num.* 24. *in fin c. de jur. emph.* Natt. *cons.* 49. *num.* 25. Clar. *in ℥. emphyteusis quaest.* 8. *num.* 6. *vers. si vero quaeramus*, ubi quod ita tenuit collegium, et est o-

45 pinio aequissima Corbol. *de cons. privat. ob non sol. can. ampliat.* 12. *num.* 29. *ad med.* sed haec distinctio inter canonem magnum, et parvum, in hoc casu impeditae totalis perceptionis, non placet Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 77.

46 *num.* 16. et quidquid sit ubi canon solvitur in pecunia, vel alia re, utique si solvatur in fructibus, non debebitur, eo ipso quod nulli prorsus fructus percipiantur Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de solut. can. quaest.* 1. *n.* 103.

47 Animadvertendum tamen, quod licet regulariter emphyteusis fiat tradendo rem alteri in emphyteusim, tamen quandoque etiam dominus rei recipit a bello praedium, retinetque illud tamquam emphyteuticum, et hoc casu aequum esse, ut talis emphyteuta semper solvat etiam re perempta, quin si non habet rem, habet pretium, et pro eo in effectu solvit, censuit Boss. *in sua praxi crim. tit. de remiss. merc. num.* 114. *ad fin.* ubi inquit ita practicari Mediolani, ac proinde sustineri praxim, quae ibi viget, non faciendi remissionem.

Sed ratio praefata patitur difficultatem, quia talis emphyteuta si habet pretium, illud habet pro re quam dedit, et solvit mercedem pro re, quam continuo recepit, seu alio titulo retinuit, alias si solvaret pro ipso pretio, esset contractus de usuraria pravitate suspectus, ut notari solet *in c. ad nostram de empt. et vend.* Natt. *cons.* 198. *num.* 10. Paris. *cons.* 54. *num.* 73. *et* 76. Ruland. *cons.* 40. *num.* 25. *lib.* 2. Rot. *decis.* 80. *numer.* 3. *vers. nec habenda port.* 4. *div. et decis.* 253. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 2. *recent* et vide infra *num* 85. 48

Advertendum etiam, quod si merces locationis ad longum tempus reperiatur excessiva, adeout quatenus continuanda sit ejus solutio, solvens continuum damnum sentiat, tunc ipse poterit aliud remedium diversum a praedicto remissionis mercedis, quae proprie fit pro damno temporali. Intentura, videlicet reductionis ipsius mercedis ad justam modum, seu ad justam summam et convenientem quantitati fructuum, seu justo valori commoditatis, quae ex illa percipitur per text. clarum *in l. cum. quidam* 17. *ff. de usur.* ibi, *praesidem provinciae adi, qui stipulationem. de cujus iniquitate conquestus es, admodum justae exactionis redigat.* ubi Alberic. *in princ.* Bal. *num.* 2. et 3 Salic *num.* 1. et alii Roderic. *de ann. redd. lib.* 2. *quaest.* 15 *num.* 95. 49

Idque non solum exposcit aequitas, sed etiam justitia commutativa, quae non patitur, ut dominus magis exigat a conductore, quam ex ipsa re percipere posset, Card. de Lugo *de just. et jur. tom.* 2. *disp.* 29. *sect.* 6. *sub. num.* 88. *vers. unde si Pensio*, Rebell. *de obl. just. part.* 2. *lib.* 3. *quaest.* 1. *num.* 8. Castropal. *de just. et jur. part.* 7. *tit. de just. commut. disp.* 6. *punct* 22. ℥. 3. *per tot.* 50

Et haec reductio facienda videtur eodem in locatione, sed etiam propter identitatem rationis in emphyteusi, quatenus canon sit excessivus, prout in specie de emphyteuta, tradunt Merend. *controv. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 22. *post med. vers. eum vero emphyt.* Prat. *disc. for. cap.* 25. *num.* 3. *et seqq. et num.* 14. *ver. tamen adhuc, et seqq. tom.* 1. Fulgin. *de jur. emph tit. de controct. emph qu.* 28. *n.* 5. *post med.* Thesaur. *decis.* 220. *num.* 2. ubi, quod ita censuit senatum, *et decis.* 226. *per tot.* ubi in fine dicit senatum reduxisse ad quantitatem fructuum, qui ex re percipiebantur. 51

Et licet contrarium, senserit cum aliquibus Ruta *in decis* 338. *num.* 1. *et seqq. p.* 14. *rec.* tamen ratio qua movetur, quia inspici non debeat quantitas, sed causa pro qua solvitur, in recognitionem scilicet directi dominii, non autem in recompensationem fructuum, non stringit, ultra quod enim posset negari solvi in recognitionem directi dominii pensionem, quae sit magna, adhuc si admittimus, quod solutio fiat pro sola recognitione directi dominii, quod in se est inutile, utique solutio, quae excedat quantitatem correspondentem fructibus, erit magis iniqua, ac propterea magis debebit judex eam iniquitatem tollere, juxta text. *in d. l. cum quidam, ff. de usur.* cum aliis supracitatis, ut de se patet. 52 53

Locusque erit reductioni praedictae, tam in casu quo pensio, seu canon fuerit excessivus ab initio, quam etiam in casu quo propter aliquod accidens redderetur excessivus ex post facto excessivitate perpetuo duratura, nam isti contractus locationis,et emphyteusis non terminantur momento temporis, sed habent tractum successivum, quo casu si onus a principio juste impositum tractu temporis fiat iniquum, officio judicis tollenda est iniquitas illa, ut not. DD. *in cap. quanto* 16. *de censibus*, et signanter Buir. *nnmer.* 3 *ver. si tamen dispositio*, et Barbos. *num.* 5. Dec. *cons.* 335. *num.* 7. *post. med.* Thesaur. dicens hanc esse singularem, ut mirabilem facultatem judicibus datam, ut hoc casu possint etiam contra pactionem et stipulationem pronuntiare, et ad aequitatem reducere dicta *decis.* 226 *num.* 2. et quod, ubi contractus locationis incipit esse iniquus, debeat dominus, vel pati reductionem, vel conductorem vacuam domum dimittere Monet. *in allegat. impress. per Caren. port resolut.* 74. *n.* 10. ubi tribuit hoc dictum Pascalio *de potr. potest. port.* 4. *cap.* 6. *n.* 24. sed ipse postea contra reductionem multa adducit, prout etiam ipse Caren. *d. resol.* 74 quae penes eos videri poterunt, licet non loquantur in terminis locationis, sed eas a. 54

55 In contractu innominato locationi simili, prout alibi dictum fuit esse si concedatur ager pro certa quantitate fructuum, quia militat eadem aequitas pro facienda remissione, ideo nil mirum idem juris esse, prout habetur *in l. excepto* 18. *juncta glos. ibi in ver. fructus, ff. loc.* et ibid. etiam Salic. Bero. *cons.* 142. *num.* 26. *lib.* 1. ubi, et addit rationem, quia contractus innominati regulantur secundum naturam contractuum nominatorum, quibus assimilantur, unde iste contractus debet regulari cum locatione, cui assimilatur, quod et repetit Pantzschm. *de locat. quaest.* 2. *num.* 16. *et dixi cap.* 5. *num.* 5.

56 Verum si dictum sit in contractu certam mensuram frumenti dare debere colonum quolibet anno, puta decem corbes frumenti quotcumque fructus percipiat, an ideo sit dicendum, vel potius, quod colonus per hujusmodi conventionem casum sterilitatis in se susceperit, ita ut non possit remissionem praetendere, at gloss. *in d. ver. fructus*, videtur primam opinionem probare, quod scilicet adhuc locus sit remissioni, et ita primo loco videtur eam intelligere Bald. ibidem *num.* 3. *in* 2. *lect.* dum dicit, quod glos. etiam in tali casu sensit habere locum legem illam, sed postea videtur eam intelligere in contrarium, dum addit, ad quod nota, quod per ista verba colonus intelligitur casum sterilitatis in se recipere, nec melius se explicat, sed eisdem fere verbis loquitur Gaill. *pract obs. lib.* 2. *obser.* 23 *num.* 22. at non videtur a prima opinione recedendum, nisi verba magis urgeant, quia non ita de facili censetur renuntiatum huic remissioni, ut dicetur suo loco.

57 Colono autem partiario, qui nempe non certam quantitatem fructuum praestare debet, sed incertam, videlicet dimidiam, vel aliam ratam eorum, quos perceperit, remissio praedicta non debetur, ut est text. *in l. si merces* 28. *§. vis major in fin. ff. locat.* ubi habetur ratio, quia iste colonus quasi jure societatis, et damnum, et lucrum cum domino fundi partitur, et tradunt Mandel. *cons* 735. *num.* 1. Menoch. *cons.* 669. *num.* 12. *et seqq.* Gaill. *lib.* 2. *obser.* 23. *num.* 14. *ver.*
58 3. *limitatur*, etiamsi multas expensas fecerit, et fructus omnes illarum medietatem non attingant Bald. *in l. licet* 8. *num.* 14. *cod. locat.* Franc. Marc. *decis.* 211. *num.* 1. *par.* 2.

59 Limitanda tamen est haec conclusio, ut procedat in suis terminis preciais, ubi videlicet colonus pro rata tantum fructuum colit, secus autem si partim colat pro nummis, vel si pro laboribus reliquatur ei certa species fructuum, puta foenum, tunc enim eveniente casu damni intolerabilis, habenda erit ratio illius partis, pro qua pecuniam solvit, vel illius damni passi in foeno, si est tale, ut non remanerat tanta foeni quantitas, quae aequivaleat dimidiae mercedem, quae debitae essent pro suis laboribus, et in tali casu proportionabiliter ei facienda esset remissio cum in hac parte contractus sapiat locationem, ut videtur etiam sensisse Menoch. *d. cons.* 669. *num.* 14.

60 Praeterea, quoad foenum, si retineri deberet a colono ex conventione in agro conducto, vel aliter, puta pro bestiis ad stercorandum agrum, dominus participare deberet de damno nedum ante recollectionem illato, sed etiam si damnificatum sit postea, prout late probat Bosa. *in sua praxi in tit. de remiss. merced. n.* 91. *vers. quid dicendum* quem sequitur Carpan. in addit. ad stat. Mediol. *cap.* 394. *num.* 179. *lib.* 2. et Menoch. *d. cons.* 669. *num.* 10. et hanc sententiam bene probat text. *in l. cum duobus* 52. *§. qui sagariam, ff. pro soc.* ubi habetur quod si unus ex sociis amittat pecuniam propriam, quam tamen habebat secum ratione societatis, alius ex sociis participare debet de damno. Et licet contrarium tenuerit Mandel. *cons.* 735. in casu suo colonus non reposuerat foenum perceptum in loco illo gratia colendorum agrorum, sed gratia suae privatae utilitatis, ut ipse dicit *n.* 4. *ver. non obstat text.* prout etiam alias consideravi *in cap.* 5. *de colonis*, ubi et aliquid aliud de similibus damnis a colono partiario passis dicitur.

61 Dubium est non modicum si facta sit venditio fructuum futurorum, seu ut aliqui dicunt *in herba*, prout saepe fieri solet, et praecipue in gabellis, ut dictum fuit *in cap.* 13. *numer.* 21. an stante tali contractu facienda sit remissio, est enim quaestio latissime tractata a Bartolo *in sua quaest.* 4. quae incipit *publicanus quidam, et in l. Cotem ferro* 11. *§. qui maximos n.* 8. *et seqq. ff. de publican. et vectig.* et post alios latissime reassumpta, et agitata per Pantzschm. *de locat. et cond. quaest.* 17. ubi primo arguit pro negativa sententia, videlicet remissionem non admittendam, et adducit septem argumenta, multasque auctoritates pro ea, deinde *a num.* 13. arguit pro opinione contraria, et adducit sex argumenta, multasque auctoritates pro eo postmodum *sub numer.* 21. *ver. verum neutra*, dicit neutram opinionem esse tutam, et respondet singulariter omnibus argumentis prosequendo usque *ad num.* 42. ubi adducit distinctionem Bartoli in locis praecitatis volentis, quod si venditi sint fructus plurium annorum unico pretio, procedat opinio negativa, si vero pretium sit distributum in singulos annos, vel menses, tunc procedat affirmativa, quod scilicet remissio fieri debeat, *et n. n. seqq.* eam examinat *usque ad numer.* 97. ubi tandem aperit suum sensum cum alia distinctione, illumque latissime explicat, et comprobat usque *ad numer.* 148. *et finem quaestionis.*

Omissis igitur argumentis hinc inde, aliisque rationibus, 62
quas si quis cupiat poterit penes eum aliosque videre, resolutio dictae quaestionis pendet ab alia, quae est in se diversa, licet a Pantzschmae, et aliis, cum ista confundatur, videlicet an dictus contractus sit emptio, et venditio, vel potius locatio, et conductio, quatenus enim sit locatio, et conductio nulli dubium locum esse remissioni, quatenus vero sit emptio, et venditio, secus est dicendum, cum de natura emptionis, et venditionis sit ut res, et rei periculum transeat in emptorem,
l. 1. *in princ. c. de peric. et comod. rei vend. §. cum au-* 63
tem instit. tit de empt. et vendit. quod procedit sive res vendatur, sive accessorium rei, puta herba frumenti in agro ut est text. *in l. fistulas, et frumenta ff. de contrah. empt.*
Bald. *in l. si ea lege num.* 1. *vers. quandoque transit, c. de* 64
usur. Surd. *cons,* 155. *num.* 8. et distinctionem istam inter contractum locationis, et contractum venditionis in hoc proposito probavit in specie Dec. *cons.* 312. *licet hactenus sub num.* 1. Cors. *cons.* 128. *num.* 13. *lib.* 2. Caccer. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 136. et aperte eam etiam admittunt Alex. *cons.* 107. *num.* 5. *et seqq. lib.* 3. et Menoch. *cons.* 835. *num.* 12. *et seqq.*

Recurrendum igitur erit ad tradita *in cap.* 2. pro dignoscendo, an sit contracta locatio, vel venditio, nec non ad Menoch. *praesumpt.* 104. *lib.* 3. ubi praecise examinat dictam quaest. in terminis gabellarum, in quibus saepissime ea contingere solet, ut tetigi in *cap.* 13. *de gabellis*, et in casibus in quibus concludetur, factam fuisse locationem, dicendum absolute erit, faciendam esse remissionem, in eis vero, in quibus apparebit factam fuisse venditionem, tunc dicendum erit regulariter eam non esse faciendam ex praecitatis.

At pro declaratione advertendum id, quod dictum est pe- 65
riculum rei in venditione transire in emptorem, et propterea quod ubi facta sit venditio, non sit locus remissioni pretii, procedere venditione perfecta, ut dicit text. *in l.* 1. *in princ. c. de peric. et comm. rei vend.* et ideo in proposito nostro 66
procedit postquam fructus nati sunt, nam venditio fructuum nasciturorum, tunc perficitur, cum nati fuerint, licet retrotrahatur ad diem contractus, ut habetur. *in l. nec. emptio* 8. *juncta glos ibi in vers. intelligitur, ff. de contrah. empt.*
ac proinde periculum, quod non nascantur spectat ad 67
venditorem, videtur enim contractum fuisse sub illa conditione, quatenus nascantur Dec. *consil.* 312. *licet hactenus num.* 1. Gomes. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. *ad med.*
et est regulare, quod in venditione conditionali periculum 68
conditione pendente aveniens, spectet ad venditorem, *l. necessario* 8. *§. plane si pendente, ff. de peric. et com. rei vend.* et exornat ratione Gomes. *d. c.* 2. *num.* 32. *ad fin.*

Quod et procedit si fructus venditi jam nati fuerint, sed 69
de tempore venditionis, ignorante emptore, esse desierint, quia et tunc nulla emptio, si ignorantia sit talis, quae non in supinum hominem cadat, *l. et si consensum* 15. *in princ. ff. de contrah. empt.* Bald. *in l.* 2. *n.* 2. *c. eod.* ubi idem dicit si periertt major pars. Fab. de Mont. *de empt. et vend. quaest.* 70
4. *princ. n.* 46. *vers. sed. si fruct.* Imo sufficit periculum habuisse originem ante contractum, ad hoc, ut ad vendito- 71
rem pertineat, quasi tunc videatur contigisse, quando originem habuit Bald. *in. l.* 1. *num.* 1. *in* 1. *notab. c. de peric. et com. rei vend.*. et ibid. Sicard. *num.* 3. *ver.* 2. *notandum* et Hugo Donel. *num.* 25.

Declaratur tamen, quod dictum est, periculum, quod fru- 72
ctus non nascantur, spectare ad venditorem, procedere, si nulli penitus nascantur, non autem si pauci, vel malae conditionis nati sint, quia tunc venditio subsistit, et damnum est emptoris, ut sensit Bart. *in l. si merces* 27. *§. vis major sub num.* 7. *vers. unde posito, ff. locat.* et disputato articulo concludit Pantzschman *dict. quaest.* 17. *num.* 118. *vers. verum iste,* et probatur signanter per text. *in d. l. necessario* 8. *§.*

plane si pendente, *ff. de peric. et com. rei vend.* ubi dicitur
in venditione conditionali periculum pendente conditione
accidens eccedere damno venditionis, si tota res pereat, secus
autem si deterioretur unde idem dicendum est in venditio-
ne fructuum futurorum, quam diximus esse conditionalem.

73 Prout etiam secundo loco declaratur dictum periculum,
quod fructus non uascautur, spectare ad venditorem, quate-
nus ex verbis contractus non appareat partes aliter sensisse,
licet enim non possint vendi ipsi fructus nondum nati, nisi
venditione conditionali, quatenus nascantur, ut dictum est,
quia in tali venditione alias deficeret res vendita, quae est
unum de necessariis ad hoc ut venditio subsistat, ut dictum
est *in cap.* a. tamen potest vendi ipsa spes quod nascantur,
quae spes est res veodibilis. ut habetur *in l. nec emptio* 8.
ff. de contrah. empt. et in l. si jactum 13 *ff. de act. empt.
et l. nam hoc* 11. *ff. de hoeredit. vel act. vend.*

74 Ad dignoscendum autem an sio venditi fructus ipsi futu-
ri, vel potius spes, qood nascerentur, attendi debent verba
contractus, prout esse de mente juris docuit, Bart. *in l. co
tem ferro* 11. *§. qui moximos num.* 4. *vers. quid vult dice-
re, ff. de publican. et vectig.* in dubio tamen censendum
75 potius venditam fuisse rem, quam spem, imo manifeste ap-
parere debere, quod vendita fuerit spes, alias censeri vendi-
tam rem, tradit Pantzschman *d. quaest.* 17. *num.* 112. *ver.
et quidem*, et probat text. *in l. quod si in venditione* 10. *et
l. seqq. ff. de haered. vel act. vend.* ubi habetur, quod si in
venditione haereditatis actum sit venire in venditione, si quid
juris esset venditori, si haereditas ad venditorem pertineat,
nihil praestabit, et redditur ratio his verbis, *quia id actum
esse manifestum est.*

76 Apparebit vero non fuisse venditos ipsos fructus, sed spem
illos percipiendi non solum si expresse deducta fuerit in con-
tractum ipsa spes, sed etiam si dictum fuerit vendo perceptio-
nem fructuum, tunc enim vendo ipsum actum, et sic spem,
seu aleam, ut dicit Bart. *in dicta l. cotem ferro* 11. *§. qui
moximos num.* 4. *ver. idem dico. ff. de publ. et vectig.*

E contra apparebit non fuisse venditam solam spem, si
77 habitus respectus ad quantitatem solitam percipi in aliis an-
nis, ut consideravit in casu suo Surd. *cons.* 507. *num.* 8. et
78 multo magis si certa quantitas, seu mensura fuerit expressa,
Bart. *in l. si merces. §. vis major, num.* 7. *ff. locat.* Franc.
Becc. *consil.* 94. *num.* 24. *versic. non obstat, quod videtur.*

Verum etiam in casu venditae spei quandoque non perti-
79 nebit damnum ad emptorem, et signanter si fructus non fue-
rint percepti culpa venditoris, *l. si jactum* 13. *ff. de act.
empt.* Montesperell. *cons.* 111. *num.* 12. *et seqq.* Boss. *in
prax. tit. de remiss. merc. public. num.* 22. Surd. *dec.* 236.
numer. 33. *ad fin. et seqq.* et si venditor sciebat nullos fru-
80 ctus nascituros fuisse, quia sustinetur, et valet contractus
venditionis spei propter incertitudinem utriusque partis, non
autem si una sciat, et alia non Pinell. *in l.* 2. *part.* 2. *cap.*
1. num. 9. *in fin. cod. de rescind. vend.* Cassan. *cons.* 52.
Surd. *de alim. tit.* 9. *quaest.* 11. *num.* 24. Mancnt. *consil.*
140. *num.* 40. Carocc. *decis.* 130. *num.* 12.

81 Praedicta autem circa venditionem, seu locationem fructu-
um futurorum, inserviunt etiam, et procedunt si agatur de
jure percipiendi illos, vel percipiendi annuam responsionem,
seu annuum redditum, aut ususfructus vel etiam de gabella,
militat enim eadem ratio, et ideo promiscue de his tractat
Bart. *in. d. sua q.* 4. et alii supracit. quibus addo in termi-
nis gabellarum Alex. *cons.* 107 *numer.* 5. *et seqq.* Menoch.
cons. 835. *num.* 12. *et seqq.* Corn. *cons.* 23. *num.* 7. *et seq.
lib.* 2. Burs. *cons.* 81. *num.* 7. *et seqq.* Becc. *cons.* 94. *num.*
18. Boer. *decis.* 249. *num.* 11.

82 Prout etiam, quod supradictum fuit, remissionem, de qua
agimus, non esse faciendam, si contractus non sit locationis,
sed venditionis, procedit in simili si non sit locationis, sed
permutationis, aut alius, quo statim transferatur dominium,
ut consuluit Dec. *cons.* 312. *incip. licet hactenus numer.* 2.
ver. et quod supra et seq. et sequitur Pantzschman. *quaest.*
2. *num.* 18.

83 Imo, et si sit locatio, sed occasione alterius contractus do
minium transferentis, puta si vendita sit res, et interim ac
solvatur pretium facta sit locatio, tunc enim contractus loca-
tionis claudicare dicitur, nam conductor in eo obligatur, et
locator non obligatur, ut dicit text. *in l. sicut emptio* 23. *ff.
loc.* unde etiamsi res pereat non tenetur locator pensionem
remittere, ut dicunt, ibi Salic. *in §. interdum*, et Castren.
ver. inde non tenetur tradere, ubi reprehendit Bart. quod
reddat rationem, quia pensio hujus locationis succedat loco
pretii, dicens non succedere loco pretii, quia non computa-
tur in pretio, sed succedere loco usurarum pretii, at si recte
advertatur, idem, vel similis videtur sensus Bartoli, inquit
enim, *et ratio est, quia magis videtur, quod illa pensio de-
beatur pro pretio, quod sibi non solvitur, quam pro re*, ex
quibus verbis patet sensum Bartuli esse, ut dicta locationis
pensio debeatur pro retentione, et usu pretii, prout in aliis
locationibus solvitur pro retentione, et usu rei non autem pro
re ipsa, et hinc bene sequitur, quod non sit remittenda talis
pensio propter impeditum usum rei, prout etiam tenuit Alex.
consil. 121. num. 1. *lib.* 5. et latius comprobat Dec. *consil.*
119. *num.* 8. *et cons.* 312. *n.* 4. *vers.* 3. *idem*, et Pantzsch.
de locat. qu. 5. num. 18. Caroc. *tit. de remiss. merc qu.* 8.
num. 3. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 18. Valasc. *de
jure emph. qu.* 27. *numer.* 52. cavendum tamen ne sub hoc
praetextu subrepat usuraria pravitas; prout jam dubitavi su-
pra *hoc eodem cap. num.* 48. et quidem decisio dictae *l. si-
cut emptio*, est specialis. et mirabilis, itaut stuporem faciat
doctoribus relatis per Valasc. *de jur. emph quaest.* 27. *nu-
mer.* 52. Animadverte tamen. quod *d. l.* loquitur de loca-
tione facta per venditorem emptori, et glos. ibi *in verr. ex
solvat*, dicit locatorem, simulque venditorem non teneri exo-
nerare mercedem re perempta, redditque rationem quia post
perfectam emptionem rei, periculum omne spectat ad empto-
rem, et consonant tradita *cap.* 11. *num.* 26. quae ratio non
applicatur in casu, quo dominus rei illam vendat, et recepto
pretio eam conducat de quo supra *d. num.* 48. imo ibi re-
torquetur, et ideo difficilius in eo sustineri potest, quod re-
missio non sit facienda.

Et si sit facta locatio eum pacto, quod conductor debeat 84
bona sibi francare, et liberare mediante solutione pretii con-
venti, ideo erit dicendum, quod scilicet neque huic condu-
ctori faciendа sit remissio mercedis, quia hoc pactum alterat
naturam locationis, et facit eam contractum innominatum 85
magis accedentem venditioni, quam locationi, ut probat Alex.
cons. 76 *num.* 11. *et seqq. lib.* 5. inde in ea habere debent
locum potius regulae venditionis, quae sunt contra remissio-
nem, ut dictum fuit supra quam locationis Carocc. *de locat.
tit. de remiss. merc quaest.* 8. *num.* 42. Pantzschman. *dict.
quaest.* 5. num. 19.

Sicut debet fieri iste remissio a domino conductori, ita e- 86
tiam debet sine dubio fieri a primo conductore subconducto-
ri suo, quatenus sublocaverit, idque etiamsi ipse sublocator
eam a domino non obtinuerit, sive ex culpa sua, quia obti-
nere potuisset, ut per Menoch. *cons.* 27. *num.* 35. sive etiam
si ipsi non deberetur, puta quia plura praedia simul condu-
xisset, et unum tantum sublocasset, ex quo solo non potue- 87
rint fructus percipi, vel conduxisset ad plurra annos, et pro
uno tantum, in quo cecidisset sterilitas, sublocasset, merito
enim tunc eam petit subconductor, ex quo damnum intole-
rabile passus, et quamvis eam petere nequeat sublocator, ex
quo consideratis omnibus fructibus praediorum simul con-
ductorum, non sentiat damnum sufficiens ad obtinendam
Boss. *in sua prax. tit. de remiss. merc. num.* 22. Carocc.
eodem. tit. quaest. 7. Rauden. *resol.* 26. *numer.* 3. Fab. *in
cod. lib.* 4 *tit.* 42. *defin.* 27. ubi, et si prius condemnari se
passus fuisset a domino, quam ipse conveniretur a subcon-
ductore.

In casu autem, quod in sublocatione adsit pactum de fa- 88
cienda remissione subconductori, quam faciet dominus con-
ductori, si eveniat, quod dominus eam non faciat, neque eam
facere debebit primus conductor suo subconductori secundum
Alex. *cons.* 3. *lib.* 1. verum contrarium in eodem casu con-
suluit Socc. Sen. *cons.* 44. *lib.* 1. cui subscripsit Jo. de S.
Severino, ut refert idem Soccin. *in l. si quis arbitratu n.*
27. *circa fin. ff. de verb. oblig.* et consuluit etiam Barbat,
cons. 21. *lib.* 2. sed replicavit respondendo eorum motivis A-
lex. *cons.* 97. *lib.* 3. de quo meminit Felin. *in rubr. de re-
script. post princ.* et in simili casu adsunt etiam consilia di-
versa penes Purpurat. *cons.* 473. ubi ipse *sub n.* 26. *vers.
et ita remotis*, concludit remissionem non esse faciendam, sed
sub num. 27. *vers. illud fateor*, dicit teneri sublocantem fa-
cere diligentias pro illa assequenda a domino, et subdit diffi-
cultatem esse, si dominus sit princeps, et non possit conve-
niri. Et opinionem Alex. sequitur etiam novissime D. meus
de Luca *disc.* 6. *num.* 10. *tit. de locat. et cond.*

De casibus in quibus facienda remissio mercedis.

SUMMARIUM.

1. Remissio mercedis generaliter facienda conductori in omni casu impediente perceptionem fructuum.
2. Dummodo impediatur si majore cui resistere non possit.
3. Remissio mercedis facienda est propter incursum hostium.
4. Et dummodo superveniat bellum.
5. Et sive bellum sit justum, sive injustum.
6. Remissio mercedis facienda est si superveniat pestis.
7. Pestis, est bellum divinum, et valet argumentum a bello ad pestem.
8. Pestis est major quam bellum, et majorem accusationem praebet.
9. Propter bellum, et pestem non fieri remissionem in locatione gabellarum tenent aliqui.
10. Communis tamen est in contrarium.
11. Decl. primam procedere si gabella non sit locata, sed vendita.
12. Remissio mercedis propter bellum, et pestem, et similes casus, non fit absolute, sed solum quatenus impediunt usum rei.
13. Conductor domus non petit remissionem mercedis propter bellum, vel pestem, nisi fuerit ab ea coactus recedere.
14. Remissio mercedis non fit conductori ex eo, quod creditor locatoris fecerit solum executionem in bonis locatis.
15. Ampl. non fieri remissionem conductori domus ex eo, quod propter bellum, vel pestem ab illa migraverit, si in ea mobilia retinuerit.
16. Lim. si pensionem anticipate solvisset, quia posset insistere ad effectum eam recuperandi.
17. Conductori praedii rustici facienda est remissio propter bellum, vel pestem, si coloni ab eo discesserint, aut mortui fuerint.
18. Et generaliter facienda est remissio in aliis casibus ubicumque conductor damnum sufficiens ad eam passus fuerit.
19. Propter pestem parvam non est facienda remissio.
20. Propter transitum exercitus in mensibus, in quibus fructus non colliguntur non fit remissio.
21. Secus si milites damnum frugibus intulerint.
22. Debitoribus negotii non solvendo effectis propter bellum cessante culpa conductoris erit facienda remissio.
23. Remissio facienda est non propter bellum, et pestem, sed etiam propter eorum justum timorem.
24. Et generaliter pro quocumque timore impediente perceptionis commoditatem.
25. Ampl. etiamsi periculum non adesset.
26. Secus si justa non esset causa timendi.
27. Remissio mercedis facienda est propter timorem malorum spirituum.
28. Timor, ut praebeat causam remissionis mercedis debet supervenire post contractum, et denuntiari locatori.
29. Remissio facienda est impedimento superveniente ex facto principis.
30. Factum principis reputatur casus fortuitus.
31. Ampl. faciendam esse remissionem propter factum principis etiamsi sit justum.
32. An autem sufficiat factum principis fundatum in lege ante contractum edita est opinio controversa.
33. Facto principis injusto existente debet conductor restituere, et quomodo.
34. Remissio mercedis non debetur propter aliquod accidens impediens usum rei destinatum, non autem alium.
35. Contraria est magis communis.
36. Ampl. ut si domus esset conducta principaliter ad unum usum, et secundario ad alium, sufficiat impedire usum principaliter consideratum, et num. 37.
38. Remissio mercedis propter impedimentum alicujus usus an sit facienda attenditur an ille usus sit principalis ex intentione conductoris.
39. Et ubi non apparet ad quid principaliter fuerit facta conductio recurritur ad conjecturas.
40. Et attenditur qualitas domus, itaut si solitum sit in ea aliquid exercere censeatur ad illud locata.
41. Attenditur etiam qualitas personae conductoris si solitus sit exercitium facere, vel non.
42. Et attenditur simul qualitas personae, et rei conductae.
43. Et statur in hoc arbitrio judicis.
44. Et stantibus conjecturis, quod domus fuerit locata ad aliquod exercitium particulare, non receditur per clausulam *ad habendum etc.*
45. Clausula *ad habendum etc.* solet apponi magis de stylo notariorum, quam de partium voluntate.
46. Et quando est in parte executiva non alterat dispositionem principalem, sed ejus naturam sequitur.
47. An autem hoc idem procedat si est in parte dispositiva sunt hinc inde opiniones.
48. Remissio mercedis fit generaliter propter sterilitatem.
49. Etiam in praediis civitatum fisci.
50. Decl. procedere si sterilitas causatur per accidens extrinsecum, secus autem si a qualitate intrinseca fundi.
51. Culpa prodesse non debet.
52. Jus canonicum non est diaendum, quod discrepet a jure civili quando conciliari possunt.
53. Remissio facienda est etiam propter sterilitatem procedentem e qualitate intrinseca fundi si omnes prorsus fructus deficiant et numer. 77.
54. Remissio facienda est propter inundationem fluminis.
55. Etiam conductori domus in civitate existentis si ejus habitationem inundatio impediverit.
56. Lim. si conductor impedire potuit inundationem, et non impedivit.
57. Remissio mercedis facienda est propter siccitatem.
58. Et ubi propter magnum frigus vites perierint.
59. Et propter graculos, et sturnos fructus devastantes.
60. Et propter locustas.
61. Locustarum voracitas magna est.
62. Remissio facienda est etiam si propter timorem locustarum, colonus desierit colere agros conductos.
63. Remissio non est facienda ex eo, quod vinum coacescat.
64. Et tam si producatur acidum e vinea, quam etiam si coacescat ex aliqua culpa coloni.
65. Nec facienda remissio si vinea propter vetustatem faciat uvam paucam, et malam.
66. Nec si vinea sit nimis nova.
67. Decl. procedere in locatione ad longum tempus non in locatione ad annum si conductor ignoravit.
68. Sufficit tamen, quod perpendere potuerit.
69. Remissio non est facienda ex quo segetes corruptae sint raucis vel herbis.
70. Raucae quid sint.
71. Remissio non est facienda propter spinas
72. Remissio mercedis etiam in casibus in quibus non est facienda, fieri debet deficientibus prorsus omnibus fructibus, et num. 76.
73. Dictiones, *sed et* simul positae importaut diversitatem facti, et identitatem juris.
74. Dictio, *sed*, ubi est sola absque dictione, *et* importat diversitatem facti, et juris.
75. Verbum *habet*, quid significat relative.
78. Remissio, ut fieri debeat propter sterilitatem necesse est, quod conductor seminaverit, et bene coluerit.
79. Et probanda est seminatio, et cultura a petente remissionem.
80. Lim. si omissa sit cultura ob aliquem justum timorem.
81. Cultura, et seminatio semel facta si per inundationem devastata fuerit non tenetur conductor iterum seminare ad effectum assequendi remissionem mercedis.
82. Remissio non est facienda propter damnum eveniens culpa conductoris.
83. Decl. procedere si culpa sit ordinata ad casum.
84. Remissio mercedis non debetur propter sterilitatem conductori, qui decimas solvere omisit.
85. Propter non solutionem decimarum venit sterilitas.
86. Remissio non debetur conductori scelerato, et malae vitae.
87. Remissio non debetur si de tempore locationis vigebat causa propter quam remissio petitur.
88. Et non solum si vigebat, sed etiamsi imminebat itaut provideri posset.
89. Remissio non fit propter casus valde solitos, ut grandines in Lombardia.
90. Et non fit propter pluvias immoderatas in agro romano.
91. Imo in dicto agro non fit propter sterilitatem ex quacumque causa nisi ob grandines quo casu potest conductor ante recollectionem fundum renuntiare.
92. Remissio non debetur conductori molendini periculis fluminis subjecti ex quo per excrescentiam aquarum impeditur molere.
93. Maxime si omiserit facere diligentias quas faciebant antecedentes conductores.
94. Ignorantia qualitatis rei non juvat conductorem ad petendum remissionem si scire potuit.
95. Ampl. ut non sufficiat jurare se ignorasse.
96. Limit. in qualitatibus occultis quas facile scire non potuit.
97. Decl. quod dictum est non faciendam remissionem propter casum, qui praevideri potuit, non procedere si adsit pactum de ea facienda, quod aliud operari non possit.
98. Decl. 2. non procedere si perempta sit substantia rei.
99. Idemque si sublata res propter bellum.
100. Et non solum si perempta, vel sublata in totum, sed etiam in parte.
101. Remissio in casibus in quibus debetur non procedit si conductor casum non denuntiaverit domino.
102. Contr. tenent aliqui.
103. Decl. hoc contrarium procedere in casu quo res sit perempta, vel aliter penitus conductori sublata.
104. Item procedit dictum contrarium si ex illa omissione denuntiationis nullum praejudicium resultarit locatori.
105. Locator si facta denuntiatione casus offerat rem, vel fructus recipere, et pensionem remittere, et conductor recuset non est amplius facienda remissio.
106. Remissio non est facienda propter casum accidentem in fructibus post eorum recollectionem.
107. Decl. procedere si recollecti perfecte, et totaliter.
108. Et requiri eos esse in horreo reconditos.
109. Et non sufficere esse reconditos nisi trituratos, et mundos.
110. Et requiri, quod conductor potuerit eis uti ad usum destinatum.
111. Decl. 2. non procedere si fructus non poterant a fundo asportari ex pacto cum conductore inito.
112. Et sufficit etiam, quod non posset eos asportare ex consuetudine absque pacto.
113. Decl. 3. non procedere stante aliquo pacto ex quo appareat partes voluisse haberi rationem de fructibus collectis.
114. Decl. 4. non procedere si merces solvenda erat in fructibus illis.
115. Et sufficit mercedem esse constitutam in fructibus, quia intelligitur de fructibus fundi locati.
116. Secus si conductor fuisset constitutus in mora solvendi.
117. Hoc tamen non procedit si etiam in manibus locatoris fructus periissent.
118. Decl. 5. non procedere si fructus corrumpantur vitio territorii.
119. Contrarium tamen probatur.
120. Remissio non debetur quando fructus sunt percepti, sed malae qualitatis.
121. Idem si percepti, sed venduntur.
122. Remissio non debetur propter damnum passum a conductore in rebus propriis.
123. Remissio non debetur ubicumque ita fert consuetudo regionis.
124. Remissio debetur si eveniat damnum in rei substantia.

CAPUT XLVI.

Quonism remissio mercedis fundatur in aequitate, quae
militat pro conductore, ut non tenestur solvere, dum non
consequitur utilitatem seu commoditatem, cujos intuito sol-
1 vere promisit, inde sequitur ut generaliter loquendo in omni-
bus casibus, in quibus talem commoditatem, vel utilitatem
percipero nequeat, facienda sit ei remissio, dummodo impe-
2 diatur aliqua vi majore, cui videlicet ipse resistere nequeat,
l. ex conducto 16. *§. si vis, et l. si merces* 28. *§. vis major,*
ff. loc. debet enim resistere, si potest etiam adversus exerci-
tum, *l. item quaeritur, §. exercitu, ff. locat.* cum declara-
tionibus tamen de quibus dictum est *in cap.* 29. *de oblig.*
conduct.
3 Exemplificari autem potest primo in incursu hostium, quo
accidente deberi remissionem habetur in specie in *d. l. ex*
conducto, §. si vis. Imo, et dummodo superveniat bellum,
4 deberi remissionem tradunt Corn. *cons.* 23. *num.* 8. *et seq.*
lib. 2. Burat. *cons.* 81. *num.* 17. *et seq.* Castill. *var. lib.* 3.
cap. 3. *num* 43 Viv. *opin.* 247. *num.* 2. *et seq.* Rot. coram
5 Mantic. *decis.* 25. *num.* 3. et absque ulla distinctione inter
bellum justum, et injustum Bart. *in l. si merces.* 27. *§. cul-*
pae in princ. et Castren. *num.* 2. *ff locat.* Corn. *cons.* 23.
num. 9. *lib.* 2. Alciat. *cons.* 93. *numer.* 4. ubi de communi
lib. 8.
6 Sic etiam si supervenerit pestis, erit alius casus, in quo fa-
cienda sit remissio Alex. *cons.* 107. *num.* 10. *vers. ad hoc*
lib. 3. Surd. *cons.* 400. num 33. et est communis opinio, ut
testatur Cancer. *variar. resol. part.* 3. *cap.* 15. *numer.* 135.
7 Et hic casus est similis praecedenti, quia pestis est bellum
divinum, et ideo valet argumentum a bello ad pestem Ro-
land. *cons.* 81. *num.* 15. *lib.* 1. Jo. de Amicis. *cons.* 29. *nu-*
mer. 7. Nevizan. *consil.* 51. *num.* 6. Ceph. *cons.* 716. *num.*
19. Lancell. Gall *cons.* 6. *numer.* 14. Thesaur. *quaest.* 13.
8 *num.* 6. *lib.* 1. Boer. *decis.* 228. *num.* 8. Imo major est pe-
stis quam bellum, et majorem excusationem praebet Bart. *in*
l. naturaliter n. 23. *in fin. ff. de usucap.* Corn. *cons.* 128.
num. 8. *et* 27. *ad med. lib.* 2. Valasc. *de jure emphyt. qu.*
27 *num.* 21. Thesaur. *qu. for.* 13. *num.* 6. *lib.* 1.
9 Et licet aliqui velint propter hos casus non fieri remissio-
nem conductori gabellarum, quos refert, et sequitur Franc.
Marc. *decis.* 1068. *num.* 5. *part.* 1. tamen communis est in
10 contrarium, quam tenent signanter Soccin. Sen. *consil.* 44.
lib. 1. Calderin. *cons.* 5. *per tot. tit. de locat.* Alex. *consil.*
107. num. 5. *et seqq. lib.* 3. Rimin. Sen. *cons.* 206. *num.* 1.
et seqq. Beru. *qu.* 53. *num.* 5. Roland. *cons.* 81. *num.* 54.
lib. 1. Bursat. *consil.* 309. *per. totum.* Peregrin. *de jur.*
fisc. lib. 6. *titul.* 5. *numer.* 41. Guidopap. *decis.* 630. *nu-*
mer. 2.
11 Verum quoniam gabellae, solent quandoque vendi ad u-
num, vel plures annos, si facta fuerit venditio, tunc proce-
det prima opinio, prout in praecedenti cap. fuit explicatum,
et declarant Roland. *cons.* 81. *num.* 54. *lib.* 1. Ursil. ad Af-
flict. *decis.* 288. *num.* 2.
12 Declarantur tamen isti casus belli, et pestis, et similes: ut
non absolute, et per se operentur dari remissionem, itaut
satis sit fuisse bellum, vel pestem, ad hoc ut fieri debeat re-
missiu, sed occasionaliter tantum, et causative, quatenus sci-
licet impediant conductorem, uti re conducta, vel ejus fru-
ctus percipere. Unde si agatur de domo locata, dabitur re-
missio conductori, quatenus propter bellum, vel pestem coa-
13 ctus fuerit ab illa recedere, et sic illa uti non potuerit Ro-
lan. *cons* 81. *num.* 34. *lib.* 1. Gomes. *var. tom.* 2. *c.* 3. *nu-*
mer. 3. *ver. ex quo primo* Franc. Costa *cons.* 83. *num.* 11.
Valsac. *de jur. emph. quaest.* 22. *num.* 7. secus e contra, si
14 ab ea non recesserit, sed ea continuaverit uti, Boss. *in sua*
praxi tit. de remiss. merced. conduct. numer. 42. *ad med.*
Guidopap. *decis.* 630. *num.* 3. Carpan. *ad stat. Mediol. c.*
394. *num.* 258. *part.* 2. Ursil. ad Afflict. *dec.* 258. *numer.*
7. Sic ubi creditor locatoris fecerit solum executionem in bo-
nis locatis, caeperitque eorum tenutam, nisi etiam probetur
caepisse actualem possessionem, non potest peti remissio Rot.
dec. 773. *per tot part.* 4. *divers.*
15 Imo etiam si ipse conductor a domo migraverit, sed adhuc
ea usus fuerit retinendo in ipsa mobilia, quod non sit facien-
da ei remissio, tradunt Caguol. *in l. diem functo* n. 18. *ad*
fin. et seq. ff. de off. assessor. Caroc. *de loc. tit. de remiss.*
merced. q. 8. *n.* 14. ubi quod hoc est bene notandum cum
saepius occurrat Franc. Marc. *dec.* 1068. *sub. n.* 3. *et seq. p.* 1.

Quod tamen limitatur, si conductor anticipate pensionem 16
solvisset, tunc enim, quia pensio illa esset sibi restituenda,
posset etiam rei insistere, donec sibi restitueretur, ut probat
Bero. *cons.* 140. *num.* 43. *lib.* 1. et proinde retentio mobi-
lium in illa posset huic facultati tribui, et sic non conclude-
ret continuationem conductionis, seu renuntiationem juris
petendi remissionem mercedis, ut voluit Lancell. Gall. *cons.*
22. *num.* 19. ubi etiam adducit aliam limitationem, si res
fuisset locata ad usum alicujus artis, quam postea conductor
exercere non potuisset, de qua dicam infra.
Sic in praediis rusticis facienda erit remissio, si coloni a 17
praedio discesserint, seu mortui fuerint Carpan, *ad stat.*
Mediol. cap. 394. *num.* 357. et generaliter ubicumque con-
ductor damnum sufficiens ad remissionem passus fuerit. et 18
non alias Ripa *de peste tit.* 1. *numer.* 25. *et* 26. *vers. nec*
obstat, Boss. *dict. tit. de remiss. merc.* num. 42. *post med.*
Caroc. *eod. tit. quaest.* 8. *num.* 13. Unde si pestis fuit parva 19
non erit facienda remissio Moz *tit. de locat. cap.* 9. *num.*
4. et de bello, quod si transierit exercitus, et per quatuor 20
tantum menses in loco permanserit, scilicet februarii, mar-
tii, aprilis, et maji, in quibus mensibus pauci admodum
fructus colligi solent, quod propterea non sit facienda remis-
sio, censuit Rot. *in decis.* 35. *num.* 4. coram Card. Mant. in
qua tamen decisionem ad finem habetur, quod cum verisi- 21
mile esset aliquod detrimentum ab hostibus in frugibus illa-
tum fuisse, ut aliqui testes deponebant, et in hac re plurimum
possit judicis arbitrium Bald. *cons.* 329. *in fin. lib.* 1. placuit
DD. illius anni mercedem pro tertia parte esse remitten-
dam.
Inter damna autem, quae afferre solet bellum, ascribi so- 22
let etiam, quod debitores negotii locati effecti sint non sol-
vendo, a quo relevandus erit conductor, si promissa ei fuerit,
vel alias de jure illi debita sit relevatio a damnis, nisi forte
intercesserit culpa ejusdem conductoris, uti quia omiserit
exigere, ut poterat ante ortum belli, at non poterit ei impu-
tari, quod non exegerit illos, quorum dies nondum cesserat,
neque illos quorum dies, licet cessisset, tamen non expedie-
bat adhuc eos exigere, prout haec omnia latius explicat, et
probat Ang. *cons.* 312. *num.* 1. *et seq.*
Et non solum propter bellum, et pestem facienda est re- 23
missio, sed etiam propter solum eorum timorem, prout de
timore belli tradunt Natt. *cons.* 610. *num.* 11. Bursat. *cons.*
85. *num.* 16. Ripol. *var. resol. cap.* 12. *num.* 324. *et seqq.*
adeout propterea deberi remissionem pro tempore diffidae,
quae bellum praecedere debet, ac etiam pro tempore treguae,
in qua bellum ad breve tempus suspenditur, tradat Viv. *o-*
pin. 247. *num.* 3. *et seqq.* Et de timore pestis Guidop. *dec.*
630. num. 3. Ursill. ad Afflict *decis.* 288. *num.* 3 Intelli-
gendo tamen procedere, quatenus ex timore sequatur idem
effectus, ut scilicet non possit conductor percipere commodi-
tatem rei locatae. et damnum sufficiens ad remissionem pa-
tiatur Boer. *decis.* 239. *n.* 6. Rot. coram Mantic. *decis.* 35.
num. 5.
Imo quod dictum est de timore belli, et pestis, procedit 24
generaliter in quocumque justo timore, ex quo praedictus
effectus subsequatur, ad text. *in l. habitatores* 30. *§. iterum,*
ff. loc. ubi etiam si periculum vere non adesset, dummodo 25
adesset justa causa timendi. Unde non relevat id, quod ti-
mebatur postea non evenisse Caroc. qui alios cumulat, et de
communi testatur *dict. tit. de remiss. merc. q.* 8. *num.* 17. 26
Secus autem si causa timori justa non fuisset, quia nihilomi-
nus deberet mercedem, ut dicit text. *in dict. § iterum.*
Exemplum timoris, in quo, ut plurimum, periculum ve- 27
rum non adest, et tamen praebet justam causam petendi re-
missionem, est timor malorum spirituum, de quo meminit
Bart. *in auth. perpetuo num.* 3. *ad med c. de sacr. eccl.* et
faciendam pro eo remissionem mercedis conductori, tradit
post alios. Caroc. *de locat. tit. de remiss. merc. q.* 8. num.
16. *et* late Thor. *voto decis. ult. part.* 2. *per. tot.* ubi re-
fert plures modos quibus spiritus apparere solent.
Necesse est tamen, ut timor conductori supervenist post 28
contractum, quodque illum denuntiet locatori, alias remis-
sionem assequi non valeret, ut in praefatis terminis timoris
malorum spirituum, probat Valasc. *de jur. emph. q.* 22. *nu-*
mer. 7.
Casus etiam impedimenti, in quo debetur remissio, est fa- 29
ctum principis, puta si demandaverit pro commoditate publica,
vel ad ornatum urbis destrui domum conductam, vel edicto,
prohibuerit admitti merces, quarum intuitu conductor ad con-
ductorem devenerat. vel aliter directe aut indirecte usum rei

locatae impedierit quia factum principis reputatur casus fortuis ad hunc effectum Alex. cons. 151. *num.* 2. *vers. circa secundum lib.* 6. Anan. *cons.* 74. *n.* 2. *vers. in casu autem*
30 isto Cravet. *cons.* 95. *num.* 7. *et* 8. Alciat. *cons.* 93. *num.* 4. ubi de communi *lib.* 8. Menoch. *cons.* 671. *sub. num.* 1. *et sub n.* 6. *vers. et haec quidem sententiam* Bursat. *cons.* 309. *num.* 4. *ad fin.* et *num.* 9. *ad fin. et seq.* Amat. *resol.* 18. *num.* 24. *ad med.* penes quos videri poterunt casus particulares, si quis eos desideret.

31 Et facienda erit remissio hoc casu quantum vis factum principis fuerit justum, et ad publicam utilitatem tendens, adsintque literae id exprimentes, quia adhuc injustum esset, quod conductor impeditus uti re, teneretur mercedem solvere Corn. *cons.* 23. *nu.* 9. *et seq. lib.* 2. Bursat. *cons.* 309. *num.* 9. *vers. nec objiciatur* Castill. *var. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 43. *et seq.* ubi late.

32 Dubium tamen esse potest, si justitia sit fundata in dispositione juris communis, vel etiam in praecedenti lege ipsius principis, vel alia, uti si praecipiat servari, quod antea statutum erat, licet forte per abusum non servaretur, quasi tunc non sit casus omnino superveniens, et posset praevideri, a conductore de tempore locationis, ac ideo non valeat dici casus fortuitus *l. quae fortuitis eum ibi notat* per Bald. et Salyc. *c. de pig. act.* Sed adhuc faciendum esse defalcum conductori censuit parlamentum delphinatus penes Franr. Mar. *decis.* 62. *per tot. part.* 1. ubi tamen loquitur de facto superioris, qui fecerat arrendamentum, seu locationem Amat. *resol.* 18. *num.* 12. sed contrarium tenuit Rauden. *resol.* 64. *num.* 40. *ver.* 3. *movetur, et seq.*

Si autem factum principis sit injustum, tunc conductor debet resistere in quantum potest, modis quibus princip: resi-
33 stitur, eum videlicet exorando, et rationes adducendo, ac secundam jussionem expectando, si agatur de praecepto particulari sibi facto, et adesse possit verisimilis spes impetrandi, ut alibi jam probavi, nempe *in c.* 28. *de obl. locat.* et si non speret posse obtinere remotionem impedimenti sibi praestiti debebit locatori denuntiare, et protestari, ne alias tacendo, et prosequendo uti re conducta, modo, quo princeps permittit, videatur ejus facto acquiescere, et proinde non possit amplius ad effugiendam solutionem mercedum illud allegare, ut sensit Jos. Lodov. *dec. Perus.* 50. *num.* 11.

Dubitari etiam potest, an si conductor, non sit impeditus in totum, et absolute uti, et frui re conducta, sed tantum fuit
34 impeditus uti ad usum destinatum, puta si conduxerit domum ad usum hospitii, et impeditus fuerit hospitium facere, sed potuit domo uti ad alios usus, ac etiam illam alteri sublocare, tunc possit petere remissionem mercedis. Pro negativa enim facere videtur text. *in l. cum. in plures in princip. ff. locat.* dum Bart. *ibi in summ.* notat, quod si domus locata non potest habitari, vel ad habitandum locari, tunc facienda sit remissio, nec deest ratio, quia dum conductor poteat damnum alteri sublocare, vel ea ad alium usum uti, cessare videtur damnum in ea quantitate, quae requiritur, ad hoc ut petere possit remissionem, ex traditis per Bero. *cons.* 143. *num.* 13. *et* 14. *lib.* 1. non enim sufficit quodlibet damnum, ut dicam infra suo loco.

35 At his non obstantibus contrariam opinionem, quod scilicet facienda sit remissio, dummodo conductor non possit uti ad usum destinatum etsi posset uti ad alium, tenent magis communiter DD. Rom. *cons.* 179. *num.* 3. Nat. *cons.* 610. *num.* 6. *et seq.* et late Lancell. Gall *cons.* 23. *n.* 20. Surd. *cons.* 563. *num.* 14. penes quos alii.

36 Imo etsi domus sit conducta ad plures usus, dummodo tamen principaliter ad unum certum conducta sit, et secundario ad alios puta, principaliter pro faciendo hospitio, et secundario ad habitandum, adhuc si non possit conductor uti ad illum usum principaliter consideratum, quamvis non impediatur uti ad alium consideratum secundario, et quamvis etiam ad illum actualiter usus fuerit, quia scilicet habitaverit, adhuc facienda erit ei remissio, prout docuit Bart. *in l. cum in plures* 61. *in princ. ver. ita in proposito ff. locat.* quem alii sequuntur, et signanter ibidem Castr. *num.* 5. Roman. *dict. cons.* 158. *num.* 3. Rip. *de peste tit. de privil. contract. num.* 27. Boss. *in sua pract. tit. de remiss. merced. num.* 40. Mozz. *tit. de locat. cap.* 9. *num.* 6. Carp. *ad stat. Mediol. cap.* 394. *num.* 260. *lib.* 2. Menoch. *de arbit. cas.* 440. *num.* 1.

37 Dicit autem Bart. ubi supra, quod si conducta sit domus ad habitandum, licet conductor habuerit etiam animum in ea hospitandi alios, tunc non ideo, quod venire non potuerint hospites facienda erit remissio, dum actum fuit inter eum, et dominum, ut habitaret, et haec fuit causa locationis, quae effectum habuit si autem conducta sit domus ad hospitandum, seu faciendam ibi hospitium, et sic cogitatum de isto fructu hospitii, adeo ut habitatio conductoris potius sit ad praebendum ipsum ministerium hospitatoris, quam principaliter considerata, et tunc licet habitet, facienda erit remissio, et addit rationem Bart. quia nullum fructum percipit, magis enim expendit in retinendis ibi fulcimentis, quae essent in hospitio necessaria, quam sit commoditas habitationis.

Ex hac vero notabili doctrina ab aliis, ut supra, approbata infertur non solum attendi debere, quae fuerit principalis intentio contrahentium in actu locationis, prout ultra praecitatos notavit Caroc. *de locat. et cond. tit. de remiss. merc. q.* 8. *num.* 85. *et seqq.* sed etiam an vere, et actualiter conductor perceperit utilitatem considerabilem ex re conducta, ponderando etiam expensas facta occasione finis, quem habuit in
conductione, adeo ut diversificetur per eumdem finem, seu 38
intentionem juris dispositio in eodem facto, nam quod supra diximus de conductore ad habitandum, quod etiamsi causa pestis domum reliquerit, dummodo in ea mobilia retinuerit, non possit petere remissionem, videmus non procedere in casu, quo habuerit principalem finem faciendi in ea hospitium imo, et fortius, quod tunc etiamsi ultra retentionem mobilium ipse quoque habitaverit, adhuc remissionem petet, si alios hospitari non valuerit, quod et firmavit Lancell. Gall. *cons.* 22. *n.* 19.

Ubi autem non appareat ad quid principaliter facta fuerit 39
conductio, recurritur ad conjecturas, et attenditur pro conje-
ctura qualitas domus conductae, si enim consuetum est in ea 40
tenere hospitium, inde arguitur, quod conducta sit ad hospitandum, ut docet idem Bart. *in praefata l. cum in plures* 62. *prope fin. ff. locat.* et idem quod ipse dicit de hospitio, procedit etiam in aliis exercitiis Roman *cons.* 178. *num.* 3. et e contra si domus non est solita ad tale exercitium locari, et multo magis si non est ad illud apta, habita ratione, nedum qualitatis illius, sed etiam loci, in quo sita sit, sumitur conjectura contraria, scilicet, quod ad illud locata non fuerit ut post eumdem Bart. ibidem tradunt etiam Ripa *in tract. de peste tit. de privil. contract. numer.* 27. Rebuff. *de privil. Schol. privil.* 11. *numer.* 23. Menoch. *de arbitr. cas.* 440. *num.* 6.

Attenditur etiam qualitas personae conductoris, an sit ar- 41
tifex, vel consuetus exercitium facere, ad quod dicit conduxisse, inde enim sumitur conjectura, quod vere ita conduxerit, prout e contra, si non fuerit consuetus ita conducere, sumitur conjectura contraria Bart. ubi supra Roman. *consil.* 178. *n.* 3. Rebuff. *de privil.* 11. *n.* 21. *vers.* 3. *conclusio* Surd. *cons.* 563. *num.* 13.

Et consideratur etiam simul utraque qualitas, nempe con- 42
ductoris, et domus conductae, an videlicet ista sit proportionata pro illius habitatione, quia tunc arguitur ad illam conducta, si vero non sit proportionata, sed excessiva, sumitur inde conjectura, quod conduxerit causa in ea hospitandi alios Rip. *in d. tit. de privil. contract. numer.* 27. Rebuff. *d. privil.* 11. *num.* 23. *vers.* 5. *conclusio* Menoch. *d. cas.* 440. *num.* 8.

Et cum his, similibusque conjecturis, et circumstantiis, 43
poterit judex regulare arbitrium suum, cui quia in hac dubitatione certa, et determinata regula dari non potest, standum est, ut tradunt Rebuff. *d. privil.* 11. *ad fin.* Menoc. *d. cas.* 440 *n.* 3.

Parumque curandum erit, quod in istrumento locationis 44
reperiatur solita clausula *ad habendum, tenendum, et quid-*
quid placuerit faciendum, nam ultra quod ea solet apponi 45
magis de stylo Notariorum, quam de partium voluntate, ut tradunt Aretin. *in l. qui Romae* §. *duo fratres q.* 8. *ff. de verb. oblig.* Dec. *cons.* 521. *num.* 15 Socin. Jun. *consil.* 116. *num.* 21. *lib.* 2. verba illa *quidquid placuerit faciendum*, tamquam generalia intelligi possunt de omnibus, quae placuerit facere circa usum destinatum, et quando intelligi debeant de quocumque alio uso, non tamen propterea valet excludere, quod fuerit certus usus consideratus principaliter, et alii secundario, quod sufficit, ut dictum est supra, et in specie de praedicta clausula *ad habendum*. respondit Lancell. Gall. *cons.* 23. *num.* 24. *et seqq.* ubi, et quod tanto facilius
erat hoc dicendum in casu suo, ex quo eadem clausula posita 46
videbatur in parte executiva, quo casu dicitur stare accessorie, et non valet alterare dispositionem principalem, sed ejus na-

turam tantum sequitur. quod ultra ibi citatos firmatur etiam
per Ciarlin. *controv.* 6. *num.* 27. et Rot. *dec.* 286. *numer.*
7. *part.* 3. *rec.* et coram Burat. *decis.* 87. *n.* 6. *et* 20. quid-
quid sit ubi esset in dispositiva. quo casu adsunt contrariae
47 opiniones circa ejus operationem, nam quod alteret naturam
contractus emphyteusis ecclesiae, et faciat eam transitoriam ad
extraneos, tradunt Curt. Jun. *cons.* 4. *num.* 1. *ver. sed quo-
niam* ubi de communi Rot. coram Caval. *decis.* 293. *num.* 1.
ver. quae omnia, et latius *in decis.* 452. *numer.* 3. *et seqq.*
part. 9. *recent.* Contrarium vero pluribus adductis firmari
videtur *in dec.* 427. *num.* 11. *et seqq. eodem part.* 9. et in
una Bononien. seu Ferrarien. emphyteusis 1. aprilis 1669.
§. *neque talem* coram. R. P. D. meo Calataju.
48 Et non solum sit remissio mercedis si conductor impedia-
tur fructus percipere, aut re conducta uti per factum aliquod ho-
minum, sed etiamsi per inclementiam, aut aliud accidens, ut
generaliter, quod fiat propter sterilitatem est text. *in cap.
propter. sterilitatem de locat. ut conducto* quod procedit
etiam in praediis civitatum, et fisci, ut tradunt Boss. *in suu*
49 *pruct. in tit. de remissione merced. conduct. numer.* 16. et
aliis adductis Caroc. *de loc. et cond. eodem tit. q.* 5. *num.*
2. In praediis autem ecclesiae, loquitur expressa text. *in d.
c. propter sterilitatem*
50 Verumtamen est, quod ad hoc ut habeat locum haec re-
missio, necesse est, ut sterilitas causetur per aliquod acci-
dens, illudque extrinsecum, alias enim si a natura, et quali-
tate intrinseca fundi proveniat, ita ut nihil extra consuetu-
dinem accidat, remissioni locus non sit, ut aperte distinguit
text. *in l. ex conducto* 16. §. *si vis tempestatis ff. locat* et
tradunt Arct. *cons.* 52. *num.* 3. Ruin. *consil.* 87. *per tot.
lib.* 1. Rimin. Jun. *cons.* 92. *numer.* 26. Boss. *in d. tit. de
remiss. merc. num.* 39. Caroc. *eodem. tit. quaest.* 8. num.
2. et 41. Pinel. *in l.* 2. *cod. de rescind. vendit. part.* 1. *cap.*
3. num. 23 Pautzschman. *de locat. quaest.* 4. *numer.* 1. *et
seqq.*
Sed contra hanc distinctionem videtur statui de jure cano-
nico *in d. cap. propter sterilitatem de locat.* dum ibi habe-
tur faciendam esse remissionem propter sterilitatem vitio rei
sine culpa coloni, seu casu fortuito contingentem, propter
quam contrarietatem multum laborarunt interpretes, et in
diversas iverunt, opiniones, primo enim aliqui voluerunt
non posse dari inter jus civile, et canonicum concordiam in
hoc puncto, et dicendum propterea jus canonicum mitius a-
gere cum conductore, et admittere facilius remissionem ei
faciendam esse, et ita volunt, quod fiat etiamsi sterilitas eve-
nerit vitio rei. Secundo loco voluerunt aliqui corrigendum
esse dictum text. canonicum, et legi debere *non, vitio rei sed
casu fortuito*, ut sic concordet cum lege civili. Tertio volue-
runt, quod text. *in d. cap. propter sterilitatem,* dum dicit
faciendam esse remissionem etiam pro sterilitate vitio rei cau-
sata, intelligendum esse, quando colonus in culpa est, puta
quia tenebat vinum juxta ignem, et ideo coacuit, vel quia
non sarcularit, ut extirpavit herbas malas, legem vero intel-
ligendam esse quando non fuit in culpa, quia nempe vinum
loco apto reposuit, et malas herbas extirpare curavit. Quarto
denique aliqui intelligunt id, quod dicit *cap. propter steri-
litatem*, si praedium locatum omnino inutile, et inhabile sit
vitio rei, et Hostien. *in d. cap. propter sterilitatem numer.*
4. *et* 5. refert omnes praedictas opiniones, et in fine dicit
praevalere tertiam, et licet canonistae ibi alii difficultatem
non tangant, alii cum ipso Hostiense, ut plerumque solent,
transeant, ut signanter Jo. And. *num.* 14. et Imol. *num.* 17.
Zabar. *nu*, 2. tamen dicta tertia opinio per Hostiensem ap-
probata, quod scilicet text. Canonicus dicens faciendam re-
missionem propter damnum vitio rei procedens, intelligen-
dus sit, *ubi* intervenerit culpa coloni, duplicem patitur diffi-
cultatem, unam, quia in contrarium sunt verba ipsiusmet
test. expresse dicentis *vitio rei sine culpa coloni*, unde non
possumus dicere, quod intelligi debeat, quando intervenit
culpa; aliam, quia absurdum omnino videtur dicere, quod
textus canonicus, qui vult fieri remissionem conductori, in-
telligi debeat, quando intervenit culpa ipsius conductoris. et
lex civilis, quae dicit remissionem non esse faciendam, intel-
ligi debeat, ubi non adest culpa, nam ita culpa prodesset,
51 quod non est dicendum ad notata *in l. itaque fullo ff. de
furt.* Rot. *decis.* 91. *num.* 16. *part.* 6. *recent.* unde potius
videbatur dicendum totum contrarium, ut videlicet lex civi-
lis, quae negat fieri remissionem colono, intelligatur, quando
intervenit cum vitio rei, etiam ipsius culpa, jus vero canoni-
cum remissionem admittens, intelligi debeat culpa cessante,
prout vere in meo codice aperte loquitur. Sed si perpendantur,
verba *d. l. ex conducto* 16. §. *si vis tempestatis.* iste intellectus
quoque difficultatum patitur, dum ibi simpliciter dicitur
quod *si vitia ex ipsa re oriantur, haec coloni damno esse*,
et additur *veluti si vinum converit*, et sic loquitur in casu,
quo dominus fecerit omnes diligentias in cultura, et colle-
ctione fructuum, dum supponit fecisse vinum, et huic exem-
plo potest applicari, quod dicit Hostien. faciendam non esse
remissionem ex hoc capite, si conductor collocaverit vinum
juxta ignem, quia tunc acrescere non esset vitium ex ipsa re
locata oriens, ut manifeste supponit textus, sed esset vitium
oriens ex illa collocatione prope ignem. Est igitur dicta ter-
tia opinio periculosa. Et quoad primam, quod jus canonicum
et civile in hoc discrepent, et non possint conciliari, obstat
monitio archidiac. relata per Felin. *in cap. ecclesia s. Ma-
riae num.* 38. *vers. et ideo dicit de constit.* dicentis *caveas* 52
tibi ne dicas legi canonem obviari si concordare potes; et
idem est de secunda, nam correctio jurium semper est evitanda
ex tradit. per Menoch. *cons.* 105. num. 46. *et cons.* 906. *n.*
36. ut ita remanet tantum ultima, quod *dictum cap propter* 53
sterilitatem intelligi debeat, si praedium locatum sit omnino
inutile, tunc enim bene concordabit cum jure civili *in d.* §.
si vis tempestatis dum ibi expresse habetur, quod si labes
omnem fructum tulerit, facienda sit remissio, et intelligi po-
test, et debet etiam de labe vitio rei eveniente, *ut* dicam in-
fra, et sic jura reducuntur ad concordiam, prout fieri debet
semper, ac potest.
Remanente itaque firma distinctione, *ut* si sterilitas eve-
niat per accidens extrinsecum, facienda sit remissio. secus au-
tem si eveniat ex solo vitio rei ut habetur *in d. l. ex condu-
cto* 16. §. *si vis tempestatis ff. locat.* et tradunt DD. supra-
citatis, deveniamus ad exempla primi membri, nempe acci-
dentium extrinsecorum, primum quod habetur in distincto
text. est vis fluminis, unde nulli dubium quod si contige- 54
rit flumen crescere, et superatis ripis agrum conductum inun-
dare, et fructuum perceptionem impedire, aut illos notabili-
ter deteriorare, uti si adesset in eo foenum, quod remaneret
caenosum taliter, ut bestiae non possent illud comedere, fa-
cienda erit remissio Corn. *cons.* 12. *num.* 3. *vers. item re-
mittendum lib.* 4. Caball. *cons.* 102. *numer.* 12. *lib.* 2. Bu-
rat. *decis.* 210. *num.* 3. et multo magis si devastaverit for-
mam agri vel aquis totum submerserit Alex. *cons.* 112. *nu-
mer.* 1. *lib.* 1. Costa *cons.* 30. *sub. num.* 6. *et per tot.*
Et idem etiam erit si in civitate aqua fluminis extra mo- 55
dum tumescentis ingressa fuerit domum conductam, et habi-
tationem conductori impedierit ex relat. per Tosc. *lit. c. concl.*
915. *num.* 26. ubi dicit idem si propter talem inundationem
non possint inhabitari mansiones inferiores tempore aestivo,
prout solent Florentiae, et alibi. Imo etiam ubi conductor
expensas fecerit pro expurganda domo ab immunditiis, quas
aqua reliquerat, poterit eas in solutione mercedem sibi re-
tinere, ut dixit Rot. *in dec.* 90. num. 6. post Zacch. *de obl.
cam.* cum sint impensae necessariae, ut re uti posset, quae
spectant ad locatorem, ut pariter dictum est c. 34. §. 1. *nu-
mer.* 1.
Verum, quia inundatio per homines diligentes impediri 56
potest, et conductor tenetur custodire rem conductam, et pe-
riculis in quantum potest obviare, *ut* pariter alibi dictum est
inde sequitur, ut quatenus inundationem impedire potuerit,
et omiserit, non debebitur ei remissio, ut firmavit in specie
Burat. *cons.* 11. *n.* 31.
Sicut autem superabundantia aquarum accidentalis, qua- 57
tenus impediat perceptionem fructuum, praestat occasionem
conductori juste petendi remissionem mercedis, ita quoque
dicendum de casu contrario, nimiae videlicet penuriae earum-
dam Sebast. *Medic. de casib. fortuit part.* 2. *quaest.* 5. *ad
fin.* Caroc. *d. tit. de remiss. merced. quaest.* 2. numer. 6. ut
de excessivo, et non assueto calore expresse habetur in eadem
l. ex conducto 16 §. *si vis tempestatis ff. locat.* ut idem quo- 58
que dicendum esset e contra, si propter nives, et continuatum
frigus, vites pro majori parte periissent, *ut* late probavit Pe-
regrin. *cons.* 98. *num.* 1. *et seqq lib.* 5.
Exemplum etiam expressum *in d.* § *si vis tempestatis* 59
habetur gracculorum, et sturnorum, ut scilicet, si superve-
nerint, et fructus devastaverint facienda sit remissio Caroc.
de locat. tit. de casu quaest. 12. num. 9. *et* 10. *ubi* explicat
quid sit gracculus, et ejus damna refert, addit text. praedictus
et si quid simile acciderit. Unde idem sine difficultate di-
cendum est de locustis, prout est etiam text. de eis expressus 60
in *l. excepto* 18. *c. loc.* et tradunt Sebast. Medic. *de casib.*

fortuit. part. 2. *q.* 10. *num.* 39. Magon. *decis. Florent.* 67.
numer. 11. *et seqq.* ubi quod horum enimalium dira vora-
61 citas ubicumque impellitur, tantem pestem frugibus affert, ut
summa diligentis opus sit, quodque non minus ad eorum de-
bellationem hominum agmine colliguntur, quam si adversus
hostes dimicandum foret, ut de Go. Sicinio praetore refert
Livius *lib.* 2. *decis.* 5. et meminit Plin. *in hist. natur. lib.*
11. *cap.* 29. et Cerenaica erat lex, ut desertoris poena tene-
retur, qui ingentem rim, et faetum locustarum non debelles-
set ut refert Alex. ab. Alex. *general. dier. lib.* 5. *c.* 5.
62 Imo et fortius voluit Magon. *in praefata decis. num.* 20.
et seqq. quod ateotibus locustis, debeatur remissio conducto-
ribus, etiamsi desierint agros colere propter earum timorem
justum, quia ut tradunt philosophi naturales, locustae autumni
tempore ova condonas pariunt, quae sub terra hyemis frigore
durant, et subsequenti anno veris tempore emittunt locustas
parvas nigrantes, et sine plumis, pennisque reptantes. ut re-
fert Cassan, *cons.* 1. *col.* 1. et de justo timore habetur ratio
ad remissionem faciendam ac de ipso casu fortuito, citans ad
hoc auctoritates DD. quas omitto, quia firmatum est supra.
63 Exemplum autem sterilitatis causatae e qualitate intrinse-
ca rei propter quam dictum est supra, quod cessante culpa
coloni non facienda sit remissio mercedis, est si rinum coa-
cuerit, ut habetur *ex. d. l. ex conducto* 16. §. *si vis tempe-
statis ff. locat.* quod intelligo si acidum vinum vinea produ-
64 cat, aut talis naturae, ut ex se coacescat, non enim intelligi
potest text. ut loquatur in casu, quo coacescat culpa coloni,
pute qui illud juxta ignem posuerit, ut adversus doctrinam
Hostien. *in cap. propter sterilitatem num* 5. *de loc.* dixi
supra, loquitur enim aperte text. de damno proveniente a
qualitate rei locatae, et sic vineae, non tamen propterea sen-
tio, quod in contrario casu, quo videlicet vinum acidum fiat
alia de causa quam ritio rei, contrarium sit dicendum, scili-
cet esse faciendam remissionem, quia adhuc non erit facien-
da, sed alia ratione, quam illa de que loquitur text. videli-
cet, quia erit damnum colono culpa sua eveniens, vel quate-
nus culpa cesset, erit damnum accidens in fructu post ejus
perceptionem, quae damna non causant remissionem, ut di-
cam infra, et text. aperte loquitur remissionem non esse fa-
ciendam ea ratione, quia sit damnum proveniens ex qualita-
te rei locatae, et sic vineae, quod etiam procedit in aliis damnis
ab eadem qualitate rei provenientibus, uti si ab ejus vetu-
65 state proveniat, quod producat ovem paucam, et malam,
quod non sit facienda remissio, est text. *in l. si r.* 27. §. *cum
quidam. ff. locat.* et tradit Capr. *reg.* 88. *num.* 31. et idem
66 erit de arboribus, ac de vinea nimis nova ut per Caroc. *de
locat. et cond. tit. de remiss. merc. q.* 8, *num.* 44. ubi ta-
men refert Petr. Jac. *in sua pract. tit. de libell. ex con-
67 duct. col.* 6. dicentem hoc procedere in locatione ad longum
tempus, secus autem in locatione ad annum, quia tunc esset
68 distinguendum, an sciverit, vel ignoraverit, et addi potest suf-
ficere, quod perpendere colonus potuerit ad hoc, ut sibi im-
putare debeat, ut sensit Capr. *d. reg.* 88. *num.* 31.
Aliud exemplum sterilitatis non praebentis causam remis-
69 sioni mercedis est si vaucia, vel herbis segetes corruptae sint *d.
l. ex conducto* §. *si vis tempestatis ff. loc.* ubi glos. dicit quod
70 raucae sunt spinae, sed additio eam corrigit, dicens quod i-
mo sint vermes terreni. et aliis adductis idem tradit Caroc.
de locat. tit. de casib. quaest. 10. *num* 14. ubi quod sunt
vermes radices arborum laedentes, sed quatenus text. de
71 spinis non loquatur adhuc ad eas potest extendi propter iden-
titatem rationis, cum et illae proveniant a mala qualitate in-
trinseca terreni, prout aliae herbae segetibus damnum in-
ferentes, propter quas non est facienda remissio, ut habetur
in textu.
Ex praedictis exemplis ad alia inferri potest, verum quia
I. C, *in dict. l. ex conducto* 16. §. *si vis tempestatis.* Post
relata exempla praefata damnorum provenientium e natura
rei, et causam remissionis non praebentium, immediate ad-
dit. *Sed et si labes facta sit, omnemque fructum tulerit
damnum coloni non esse.* Laborant interpretes circa intel-
lectum dictorum verborum, ut patet ex relatis, per Pinell.
in l. 2. *p.* 1. *cap.* 3. *numer.* 33. *c. de resc. vend.* Caroc. *de
locat. dict. tit. de casu q.* 12. *numer.* 18. *et* 19. sed omissis
72 quae late dici possent, propter subjectam materiam, et conti-
nuatem orationem, intelligi valent, ut contineant, seu impor-
tent saltem implicite aliud exemplum damni non praebentis
remissionem, videlicet si evenerit labes, simulque contineant
limitationem, ut id non procedat, si labes tulerit omnem pror-
sus fructum; quod enim importent aliud simile exemplum,
in quo de jure non sit facienda remissio, prout facienda non
est in exemplis praecedentibus, resultat ex illis dictionibus,
sed et, quae simul appositae important diversitatem facti, et
identitatem juris Boer. *dec.* 155. *n.* 20. Sanch. *de matrim.* 73
lib. 6. *disp.* 22. *n.* 18 cum aliis late cumulatis per Barb. *dict.*
360. *n.* 1. et sic alium casum diversum in facto, sed in quo idem
juris sit scilicet, ut eodem modo non sit facienda remissio, licet
dictas dictiones importare diversitatem facti, et juris dicat Pan-
teschmen, *de locat. q.* 5. *n.* 15. *in fin.* quia procedit in di-
ctione *sed*, quando non est ei juncta dictio *et*, ut distinguendo
declarant praecitati DD. unde si venient vermes in fructibus, 74
flamma in fabis, lolium in tritico, et similia non erit facien-
da remissio Caroc. *dict. tit.* de *casu qu.* 12. *numer.* 14. et
generaliter, quod in quacumque labe, quae non tollat omnem
fructum non sit facienda remissio, probant eadem verba te-
xt. a contrario sensu, dum enim requirit, quod labes fructum
omnem tollat ad hoc, ut facienda sit remissio, datur intelligi
quod ubicumque omnem fructum non tollit, remissio non
sit facienda, valet enim regulariter in legibus dictum argu-
mentum a contrario sensu Roman. *cons.* 399. *nu.* 1. Everar.
in loc. a contrario sensu in princ. et num. 7. quae tamen
regula patitur signanter novem limitationes quas ibid. Everar. 75
refert, de significatione autem dicti verbi, labes, si cupis ali-
quid videre, adeas, Caroc. *dict. tit. de casib. numer.* 29. et
vide etiam glosa. *in l. licet. verb. lue c. locat.* et quod aliqui
non labes, sed tabes legendum putent referunt Spiegel. *in
Lexicon. verb. labes*, et Calvin. *eod. verb. et ver. tabes.*
Quod vero dicta verba contineant limitationem regulae pro
non facienda remissione, ut non procedat si omnem fructum 76
labes tulerit, patet ad sensum. Imo dicta limitatio poterit
generaliter intelligi, seu etiam extendi ad omnes casus prae-
dictos, in quibus regulariter remissio facienda non est, ut vi-
delicet non procedat, ubi nullos prorsus fructus conductor
collegerit, ut sentiunt Aretin. *cons.* 50. *num.* 3. *in fin.* Roin.
cons. 87. *num.* 1. *vers. quia ergo lib.* 1. Pinell. *in l.* 2 *c.
de rescin. vend. part.* 1. *c.* 3. *num* 23. *vers. Sed intelligit.*
fundatur enim in ipsa deficientia fructuum totali, et ideo
ubicumque totaliter fructus deficiunt, militat eadem ratio
legis, et consequenter militare debet etiam ejus dispositio,
prout procedere etiam in casu quo deficiant vitio rei, itaut 77
praedium locatum sit omnino inutile, et ita procedere text.
in cap. propter sterilitatem de locat. et conciliari *cum. l.
ex conducto* 16. §. *si vis tempestatis ff. eod. dictum est su-
pra n.* 53.
Subdit text. *in dict. l. ex conducto* §. *si vis tempestatis,*
quasi pro ratione dictae limitationis. *Ne supra damnum se-
minis amissi mercedem agri praestare cogatur*, unde infer-
ri potest, quod ad hoc, ut sit locus dictae limitationi, necesse,
sit ut conductor seminaverit, imo haec est limitatio generalis 78
omnium casuum, in quibus petitur remissio mercedis ob de-
ficientiam, seu non perceptionem fructuum, ut procedant qua-
tenus conductor eos seminaverit. et agrum bene coluerit, quod
et probat text. *in ead. l. in fin.* ibi *si praedium coluisti propter
casum incendii repentini, non immerito subveniendum tibi est.*
Unde nil refert evenisse sterilitatem, vel alium casum remis-
sionis si conductor non coluerat Capra *reg.* 88. *n.* 30. Velasc.
de jur. emph. qu. 27. *num.* 42. Grat. *decis. Marc.* 222. *nu-
mer.* 3. *et seqq.* et quidquid in contrarium dicat Ripol. *var.
c.* 12. *numer.* 308. *et seqq.* constare debet judici de cultura
praecedenti, cum alias ex ejus omissione fundus sterilis red-
datur, et sic non possit imputari casui supervenienti, quod
conductor fructus amiserit, ut docet Salic. *in l. si uno* 17. 79
num. 1. *vers. et multa,* Bursat. *cons.* 11. *num.* 37. et prope-
rea probanda est cultura a conductore remissionem petente
Rot. *decis.* 707. *num.* 1. *part.* 4. *divers.* quae est etiam *dec.*
151. post Zacch. *de obl. cam.*
Declaretur tamen dicta limitatio, ut tunc impediat condu-
ctorem petere remissionem mercedis omissio culturae neces- 80
sariae, cum procedit a propria desidia, secus autem si justa
causa colere praetermisit, uti si ob aliquem justum timorem,
sive timor sit periculi in persona propria, uti est timor ho-
stium, pestis et similes, sive etiam si sit justus timor amit-
tendi semen, et labores, ut de timore locustarum, censuit
Magon. *decis. Flor.* 67. *num.* 20. *et seqq.* et excusari condu-
ctorem si effectus demonstrarit, quod illi qui seminarunt mo-
dicum fructum collegerunt, Surd. *decis.* 87. *num.* 9. *vers,
movit etiam.*
Si autem casus evenerit, quod post culturam agrorum, et 81
semen projectum flumen inundaverit, et semen mortuum
fuerit, sed recedente flumine potuisset iterum seminare, u-

trum si id omiserit facere conductor possit petere remissionem
an potius ei obstet dicta omissio, et disputato articulo non
obstante censuit senatus Mantuanus, *ut in d. dec. Surdi* 87.
per tot. dicens in jure cautum non reperiri conductorem bis
seminare debere, et non relevare, quod alii seminaverint, si
non erant conductores, sed agrorum domini, et sequitur, ibi
Hodier. ot Peregr. *cons.* 98. *num.* 5. *ad med. lib.* 5.

Et quoniam, ut dictum est, haec limitatio procedit, quia
82 conductor non colendo reddidit agrum sterilem, et sic fuit
in culpa *l. si merces* 28. *§. conductor ff. locat.* possumus
generaliter loqui, seu declarare non esse faciendam remissio-
nem quomodocumque eveniat damnum culpa conductoris,
ut probat etiam *l. penul. §. navem ff. locat.* et Bart. *in l.
si merces* 28. *§. vis major num.* 6. *vers. fallit si culpa ff.*
83 *eod.* intelligendo tamen de culpa, quae fuerit ordinata ad
casum damni, quia culpa debet esse ordinata ad casum, ad
hoc, ut noceat, ut docet Castren. *in l. si vehendà* 10. *§. si ea
num.* 2. *ff. ad l. Rhod. de jact.* et in proposito Valasc. *de
jur. emph. quaest.* 27. *num.* 39. et dixi alios adducendo *in*
84 *cap.* 12. *de loc. animalium.* Unde licet non deberi remissio-
nem conductori ob sterilitatem, si decimas solvere omiserit,
tradant canonistae *in d. cap. propter sterilitatem de locat.*
et signanter Hostien. *num.* 5. et Barbat. *num.* 2. *ad fin.* ta-
men eorum opinionem non posse defendi, ex quo talis
culpa non sit ordinata ad casum sterilitatis, putat Valasc. *dict.
quaest.* 27. *num.* 40. Sed canonistas alii magis communiter
sequuntur, ut videre est Rip. *de pest. tit.* 1. *num.* 35. *vers.
imo, quod plus est* Caroc. *tit. de remiss. merc. q.* 8. *numer.*
40. Guidopap. *decis.* 630. *num.* 36. et merito, quia satis di-
citur culpa non solvendi decimas ordinata ad casum sterili-
85 tatis, dum expresse scriptum habemus propter non solutionem
decimarum venire sterilitatem in sacra pagina Malach. *cap.* 3.
86 *relat. in cap. revertimini* 16. *quaest.* 1. Imo non deberi re-
missionem generaliter conductori scelerato, et malae vitae,
dicit aliis adductis Caroc. *d. q.* 8. *num.* 40. ubi etiam exem-
plificat in delinquento aliis delictis praeter praefatum non
solutionis decimarum.

Secundo limitantur dicti casus, in quibus dictum est facien-
87 dam remissionem, ut non procedant, si de tempore locationis
causa, propter quam remissio petitur, jam vigebat, tunc enim
pariter non est facienda remissio, quia sibi imputare debet
conductor si adhuc conduxit Rip. *de peste tit. de priv. con-
tract. num.* 41. ubi si tempore pestis conductio facta sit, et
num. 44. ubi si vigebat bellum Gozad. *cons.* 74. *num.* 5. quia
non est facienda remissio ei qui scivit, vel scire debuit con-
dictionem rei Rim. Jun. *cons.* 92. *num.* 25. ubi, quod dici-
tur in culpa conductor qui tali tempore conduxit Coccin.
dec. 422. *num.* 2. Cavaler. *dec.* 60. *num.* 1.

Imo fortius non solum si vigeat causa remissionis, sed e-
88 tiam si imminebat, itaut praevideri posset, vel etiamsi erat
solita evenire, prout in aliquibus locis sunt grandines, et in
specie in Lombardia, et propterea quod propter eas non sit
ibi remissio facienda exemplificant post alios Surd. *cons.* 400.
num. 25. et Valasc. *de jur. emph. quaest.* 27. *num.* 34. et
in aliis sunt inundationes, ut per Rim. Jun. *cons.* 92. *num.*
89 26. Bursat. *cons.* 11. *num.* 27. de quo etiam Rota *dict. dec.*
422. *num.* 2. *et seqq.* coram Coccin. Thesaur. *quaest.* 47. n.
3. *lib.* 2. et quod in locatione casalium in agro romano exi-
stentium casus immoderatarum pluviarum praevideri possit
seu saltem in genere cogitari a prudenti colono, cum soleat
90 iste districtus assiduis imbribus, et pluviis occupari, dixit
Rot. in romana affictus 30. martii 1618. *§. alterius animad-
vertebatur* coram Andrea, in qua decisione etiam additur
in §. fin. quod de consuetudine urbis, de qua in fide perito-
rum tunc data numquam fit remissio conductori, ob sterili-
tatem ex pluviis, ventis, aut adverso omni tempore, et ex qua-
cumque alia causa provenientem, nisi ob grandinem, quo
91 casu potest conductor ante recollectionem fructuum casale re-
nuntiare, quod nota qui vis conducere casalia in dicto terri-
torio, et idem si erat solitum in loco bellum, aut pestis, aliis
adductis, tradit Caroc. *tit. de remiss. merced. quaest.* 8. nu-
92 *mer.* 2. Et de conducente molendinum in flumine existens,
et subjectum periculo, ut si per excrescentiam aquarum in a-
liquo devastetur et impediatur molere, non possit petere in
tali casu remissionem supponit Bald. *in l. licet* 8. *num.* 7. *c.
locat.* Surd. *cons.* 197. *numer.* 16. *et cons.* 400. *num.* 25.
93 quod, et dicendum tanto magis si probatum etiam esset, quod
antecedentes conductores faciebant aliquas diligentias pro eo
conservando, quas omiserit facere novus, qui praetendebat
remissionem, ut in casu Rimin Jun. *cons.* 92. *num.* 24.

Nec excusabitur conductor allegando se nescivisse quia 94
sufficit, quod scire potuerit, debet enim ejus culpae ascribi
si nescivit, quod scire potuit Bald. *in l. in testamento num.*
1. *c. ad l. Falcid.* Alex. *cons.* 112. *num.* 4. *lib.* 1. Calcan.
cons. 24. *num.* 11. quia tenetur investigare *l. qui cum alio
ff. de reg. juris* adeout non satis sit, quod juret se ignoras-
se, ut censuit Rot. cor. Caval. *decis.* 60. *num.* 2. *et seqq.* nisi
forte agatur de vitio rei occulto, quod indagare non potuerit,
aut facile scire absq; certioratione locatoris, tunc enim pro-
cedere potuerunt late tradita, per Surd. *cons.* 150. *numer.* 95
123. *et seqq. usque ad fin.* ubi praesertim *num.* 130. *et* 131
praetendit firmare locatorem teneri exprimere vitia, et qua-
litates rei, et de eis certiorare conductorem, alias dici in do- 96
lo, quia non procedunt si potuit de facili se certificare aliun-
do Ruin. *cons.* 42. *sub* n. 22. *ad med. lib.* 1.

Verum declaratur, ut procedat eadem limitatio supradicta 97
secluso pacto, nam eo interveniente, quod fiat remissio, tunc
sine dubio facienda erat, intelligendo praecipue si fuerit ex-
pressus casus ille solitus, alias enim si casus ille non esset ex-
pressus, et pactum posset aliquid operari, secus esset dicen-
dum, quia ubicumque pactum aliquid operari potest absque
eo, quod comprehendat casum, in quo de jure remissio non
debetur, debet intelligi, ut illum non comprehendat Cephal.
cons. 104. *num.* 17. Surd. *cons.* 34. *num.* 49. et plene Rot.
coram Coccin. *decis.* 422. *num.* 4. *et per* tot.

Secundo declaratur eadem limitatio, ut procedat tantum
in casu per quem damnum illatum sit tantummodo in fru- 98
ctibus, seu qui eos percipere solum impediat, non autem si
perempta sit substantia rei; quia tunc non potest rei non
existentis pensio amplius praetendi, non obstante quod peri-
culum potuerit a conductore praevideri, prout in dicto casu
conductionis molendini, tradit Bald. *in dict. l. licet. numer.*
7. Surd. *cons.* 400. *num.* 25. et sequitur Gratian. *discept.*
195. *numer.* 2. *et seqq.* ut idem est re alio casu sublata, ut
si sublata sit propter bellum Boss. in *prax. tit. de remiss.
merced. num.* 85. Surdus *d. cons.* 400. *numer.* 25. *in fin.* at
non solum si res sit sublata, et perempta in totum erit re- 99
mittenda pensio in dicto casu, sed etiam si perempta sit in
parte, nam et tunc proportionabiliter ad partem illam facien- 100
da erit remissio Bart. *in l. si merces* 28. *§. vis major num.*
6. *ff. locat.* Aret. *cons.* 55. *numer.* 4. Surd. *cons.* 197. *nu-
mer.* 5.

Tertia limitatio est, ut non debeatur remissio mercedis 101
conductori, si casum supervenientem domino non denuncia-
verit, ut pluribus relatis firmant Turret. *cons.* 60. *num.* 13.
Bursat. *cons.* 11. *num.* 29. ubi de casu inundationis, Thesaur.
decis. 108. *num.* 1. Gratian. *decis. Marc.* 222. *num.* 8. qui
de casu sterilitatis Barz. *dec.* 59. *num.* 16. et fundatur haec
opinio in textu *l. item quaerit §. exercitu ff. locat.* ubi for-
tius habetur, quod si conductor periculum rei imminens non
denuntiet locatori, tenebitur ipse ad omnia damna, de quo
dictum est *in cap.* 29. *de conductore, quid facere possit, et
debeat etc.*

Et quod si in casu pestis, vel alio conductor velit a domo
recedere, debeat domino denuntiare, et protestari cum obla-
tione clavium Caroc. *de locat. tit. de remiss. merc. q.* 8. *n.*
88. *vers. conclusio.*

Verum aliqui sentiunt, quod etiam hac denuntiatione ces- 102
sante debeatur remissio Paset. *cons.* 111. *num.* 13. *et num.*
15. *et seq.* Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 394. *num.* 374. *to.*
2. Lancell. Gall. *cons.* 20. *num.* 15. quae utique opinio be-
ne procedet, si casus evenerit in substantia rei, quae prople- 103
rea esse desierit, quia tunc quidquid sit de quaestione prae-
dicta; an conductor teneatur locatori ad damna ob denuntia-
tionem omissam, certum est, quod non poterit amplius tene-
ri ad mercedes rei, quae esse desiit, ut alibi dictum est, et
in proposito distinguendo, firmat Grat. *disc.* 354. *num.* 29.
Imo, et non solum si actualiter periit puta casmate, sed etiam
si evenit alius casus, quo idem quodammodo resultet condu-
ctori, ut si inundetur, vel bello, aut peste ipsi penitus aufe-
ratur posse ea uti, idem erit dicendum, hos enim casus ae-
quiparari, et per eos conductorem ipso jure absque aliqua
denuntiatione liberari probarent Socc. Jun. *cons.* 100. *num.*
20. *et seq. lib.* 3. et Bursat. *cons.* 309. *num.* 15.

Caeterum extra hos casus peremptionis rei, vel similes ge- 104
neraliter distinguendum videtur ut si constet locatorem ex
illa denuntiationis omissione damnum aliquod, seu praeju-
dicium passum fuisse, procedat prima opinio, alias secunda,
ut censuit Ripa *de peste tit. de privil. contr. num.* 23. quem
sequitur Menoch. *cons.* 246. *num.* 31. et idem in effectu te-

net Gratian. disc. 354. n. 34. et seq. dum diait; quod non
est necessaria doountiatio, nisi locator ostendat, quod sua in-
tererat scire, nulli tamon dubium bonum esse conduotori de-
nuntiationam faeere, hoc enim monet expresse ripa d. num.
23. ubi plus dicit, quod alias sola eaeeptio damni passi retar-
dabit eaecutionem remissionis mercedis, donec de ea sit plene
cognitum f. mcell. Gall. cons. 22. num. 16. et 17. ubi eam
requiri ad cautelam, et refert plures ita eam requirentes, et
solummodo per modum consilii eam suadentes.

Et eum dicta opinioos concordant etiam alii qui dicent
defectum denuntiationis nun attendi, quando locator, si feis-
set ei facta denuntiatio, non valuisset damnum impedire, et
sic donuotiatio nihil profuisset, quos retuli in d. cap. 29.
num. 21. et seqq. ubi et alios casus retuli, in quibus cessat
obligatio denuntiaodi, quos hio non repeto, sed lectorem ad
eum locom remitto, nec nnu si plura videre cupiat ad Pan-
tzschman. de locat. quaest. 4. per tot. ubi latissime totam
materiam hujos denuntiationis eaaminat, solum eddo, quod
si locator facte sibi donentiatiouo offerat se paratum recipero
105 fructus suo periculo, vel rem ipsam recipere, et pensionem
remittere, et conductor eam non tradat, non poterit amplius
remissionem petere, ut probent Paris. cons. 38. num. 18.
lib. 1. et Rolan. cons. 86. num. 9. lib. 3.

106 Quarte est limitatio, si casus accidit postquam fructus fuo-
ruut collecti, et conductor in illis damnum passos est, quia
non propterea potest remissionem petere Bart. in dict. l. si
merces 28. §. vis major numer. 3. ff. locat. et ibid. Felgos.
num. 11. vers 4. et ultimo, Gozadin. cons. 74. numer. 15.
Mandel. consil. 735. numer. 5. et 12. Boss. tit. de remiss.
merced. conduct. num. 90. Gail. obser. 23. num. 12. vers.
2. limitatur lib. 2. Fab. in cod. lib. 4. tit. 42. def. 46. et
52. Valsac. de jur. emphyt. quaest 27. num 50. ubi etiam
probat ea ratione, quia froctus postquam sunt collecti sunt
in dominio conductoris l. si npes §. 1. l. si servus §. locavi
ff. do furt. et ideo ejus periculo esse debent, juxta reg. text.
in l. pignus o. de pignor. act.

107 Quod tamen declaratur primo procedere, quatenus sint
percepti perfecte, et totaliter, itaet non sufficiat triticum fuis-
se caesum, si adhuc manebat in spicis, quando casus contigit
et idem de uvis si nondum erant pressae, et similibus Fulgos.
in l. ex conducto in fin. ff. locat. Cott. in memor. ver. con-
ductor ver. adde Caroc. tit. de remiss. merc. q. 8. num. 25
et seq. ubi diversa tempora eaplicat, ut verius aeoset Valasc,
de jur. emph. quaest. 17. num. 51. vers. sed tu intellige, et
latissime comprobat Joanes Baptista Costa cons. 62. num.
10. vers. ad tertium, et seqq. praecipue num. 23. ubi de ve-
108 riori, et communiori, et requri eos esse in borreo reconditos
vel per conductorem stetisse, quo minus reconditi fuerint Fab.
in cod lib. 4. tit. 42. de fin. 21. num. 15. et seq. et non suf-
109 ficere foisse in horreo reconditos nisi et triturati, et mundi fa-
ati essent, dicit alios adducens Graeve. ad Gail. lib. 2. concl.
23. consid. 2. num. 3. Imo, et requiri, quod potoerit condu-
110 ator aliquo tempore ois uti, alias facienda sit remissio, post
Castren. volunt Natt. cons. 284. num. 2. et Menoch. consil.
669. num. 7. et requiri quod potuerit, uti ad usum destina-
tum, adeoot si foenum sit recouditum, ut ex eo comedant
boves, et ex fimo piuguescat ager, si damnum accidet in ipso
foeno antequam comedatur facienda sit remissio, vult Caroc.
dict. tit de remiss. q. 8. num. 30 sed haec est extensio nimia
magna, nec Boss. quem ipse allegat, eam teuct secleso pacto,
vel tacita obligatione, de qua mox dicendum in proaima de-
claratione.

111 Secundo declaratur non procedere si fructus per conducto-
rem asportari non poterant a fundo ex pacto sum ipso loca-
tore inito, quia tonc si accidit aliquid in eis qoamvis recol-
lectis, facienda erit remissio, quia ipsi qooque locatori impu-
tandem Bosse. dict. tit. de remiss. merced. num. 91. vers.
quid dicendum, Alciat. cons. 93. num. 6. lib. 8 et aliis ad-
ductis Meoch. cons. 669. num. 10. quod et procedit si con
112 adsit paatum eapressum, sed conductor adhua propter con-
suetudinem uoirarsalem tooeatur, ut expresse, dicit Boss.
ubi proxime.

113 Tertio declaratur, ut si adsit aliquod pactum airca remis-
sionem ex quo appareat partes voloisse haberi rationem de
fructibos et recedere a dispositione juris, tunc oenseri debeat
voluisse haberi ratioeem do fruetibus perceptis nti in casu,
quo dictum fuerat nullam habendam esse rationem fructuum
aliorum membrorum voluit Purpurat. consil. 273. num. 7.
et seq.

114 Quarto declaratur, ut si merces solvenda sit in fructibus il-
lis, tuno etiam si casus evenerit post illos collectos facienda
erit remissio, quia per eorum peremptionem liberatur debi-
tor, ut dictum est alibi, et tradit in proposito isto Fab. in
cod. lib. 4. tit. 42. def. 22. numer. 8. et seqq. sed si non sit
eapressum, quod solvatur de illis, sed generaliter constituta
merces in fructibus, difficilius est, quid dicendum videatur, 115
sed adhoc tentari potest, quod facienda sit remissio, quia cul-
pas conductori imputare non potest locator, quod eos reti-
nuerit, dum sibi eos tradere debebat, ut subjungit Fab. in
d. def. 22. num. 10. et seq. ubi etiam removet objecta, quae
fieri possent, sive, quia dum obligatio est propter fructus il-
lius fundi, id sufficiat ad hoc, ut eorum peremptionis ratio
sit habenda Magon. decis. Flor. 67. num. 21. cum aliis ad-
ductis in cap. 38. de loco num. 31. et seqq. nisi conductor
fuisset in mora solvendi, quia tunc peremptio speciei solven-
dae oedit ejus damno, ut firmavi ibid. et in proposito tradit 116
Fab. dict. defin. 22. nu. 17. vers. sed hoc ita, et seq. quod
temen forte non relevaret si fructus etiam in manibus locato-
ris omnino perituri fuisseot ex adductis supra in dicto. cap. 117
38. et licet hinc non posse excusari conductorem teneat in
proposito isto Faber. dicto tit. 42. defin. 23. tamen quia
reddit rationem dicens potuisse locatorem illos fructus, si ad
diem habuisset, statim vendere, atque ita futuri cujuslibet
periculi metu se liberare, potcat ejus decisio evitari, quia
dum poterat locator eos vendere, sumus extra terminos, quod
ejus etiam in manibus omnino perituri essent.

Quioto declarant aliqui, quod detur remissio etiamsi fru- 118
ctus essent separati a solo, si vitio territorii corrumpantur
Fab. de Anna post plures quos adducit cons. 65. numer. 7.
et eom refert, et sequitur Graevae. ad Gail. lib. 2. concl.
23. consid. 2. numer. 4. At declaratio ista magnam patitur 119
difficultatem, com imo ex eo solo, quod vitium procedit e
qualitate loci, non sit facienda remissio, juxta saepe citat.
text. l. ex conducto 16. §. si vis tempestatis ff. locat. ubi,
et eaemplificatur si vinum coacescat, et sic in fructibus re-
collectis, et licet Host. in cap. propter sterilitotem de locat.
num. 5. videatur velle hoc procedere quatenus conductoris
culpa cesserit, qui vinum juxta ignem posuerit, et inde for-
san origioem habuerit dicta declaratio arguendo a contrario
sensu, quod scilicet Hostiensis sentiat, ut si cesset culpa, pe-
riculum vini etiam post recollectionem praebeat causam re-
missionis, prout videtur eum intelligere, ibi Imol. num. 17.
ver. in eadem glos. tamen ultra, quod in dictis DD. non va-
let argumentum e contrario sensu Gabr. cons. 170. numer.
14. lib. 1. Seraph. dec. 822. in fine jam supra late, et aper-
te, ni fallor, demonstratum fuit dictum Hostien. non posse
subsistere, et nunc addo, quod in specie hanc eamdem diffi-
cultatem adversus praefatam doctrinam Hostien. dicto modo
intellectam sensit etiam Hip. de Marsil. sing. 85. incip. tu
scis.

Quinta limitatio est, ut non debeatur remissio, si fructus 120
percepti sint, sed malae qualitatis, puta si frumentum non
sit bene granitom, vel vinum non sit perfectum, et sic de
singulis Bart. in d. l. si merces 27. §. vis major numer. 6.
circa med. vers. quando colonus ff. locat. Imol. in c. pro-
pter sterilitotem num. 8. col. 7. prope fin. ubi etiam idem
dicit, si fructus percepti sunt, sed non venduntur de locat. 121
Gomez. var. tom. 2. c. 3. num 18. ante fin. ver. si vero fru-
ctus ubi de communi Valasc. de jure emph. q. 27. num. 43.

Sexta limitatio est, ut non sit facienda remissio conductori 122
propter damnum, quod passos sit in rebus propriis, puta in
bobus, quos in fundo conducto retinebat, et similibus, licet
fundo deservientibus, ut tradit Caroc. d. tit. de remiss. merc.
q. 8. num 38. et probatur a fortiori ex dictis in limitatione
quarta, quod non sit facienda remissio propter damnum in
fructibus perceptis, dum ratio illius est, quia fructus perce-
pti sunt in dominio conductoris, ut dictum est ibi ex Valas.
de jur. emphyt. quaestion. 27 num. 50.

Septima est limitatio, ut non facienda sit remissio ubicum- 123
que ita fert consuetudo regionis, quia ea in hac materia est
attendenda Bero cons. 142. num. 6. lib. 1. Valasc. de jur.
Emphyt. quaest. 27. n. 15. quibus, et aliis adductis dictum
fuit e Rota in Rom. effictus 30. martii 1618. §. fin. coram
Andrea.

Facienda denique, et sine dubio remissio, si damnum eve- 124
nerit in ipsa rei substantia, ita ut perimatur in totum, vel in
parte, quamvis non in medietate, ut dicam in cap. proximo n.
18. et seq. idque procedit non obstante pacto, quod remissio
non sit facienda, ut dicam in c. 49. n. 72. et non obstante le-
ge idem statuente, ut in eodem cap. 49. n. 121. et seq.

Quod damnum requiratur od hoc, ut facienda sit remissio mercedis, et de ejus probatione.

SUMMARIUM

1. Remissio mercedis facienda est si conductor non recipiat fructus aequivalentes medietati pensionis,
2. Idque procedit etiam in locatione gabellarum.
3. Requiri damnum in dimidio fructuum, qui percipi consueverunt tenent aliqui.
4. Contrarium est verum.
5. Remissio fit propter damnum.
6. Fructus non percipere non est proprie damnum.
7. Damnum est diminutio proprii patrimonii.
8. Damnum quantum requiratur ad hoc, ut fieri debeat remissio statur arbitrio judicis.
9. Sed judex non debet recedere ab opinione, quod requiratur laesio in dimidio.
10. Fructus sunt, qui supersunt deductis expensis.
11. Laesio in dimidio pensionis ad effectum, ut fiat remissio tunc adesse dicitur cum deductis expensis non superest ex fructibus, quantum sufficit pro dimidia pensionis.
12. Et habenda est etiam ratio seminis ad hunc effectum.
13. Fructus si pauci percepti, sed cariores venditi hoc habendum est in consideratione ad hoc ut cesset dicta laesio in dimidio.
14. E contra si percepti fructus in magna quantitate, sed parum valeant vel vendi non possint non propterea facienda remissio.
15. Idem si percepti in solita quantitate, sed non solitae bonitatis
16. Fructuum valor ad effectum cognoscendi si fieri debeat remissio considerari debent de mense augusti.
17. At non omnes se astringunt ad dictum mensem,
18. Re pereunte in substantia etiam si pereat tantum in parte, et cesset laesio in dimidio, facienda est remissio mercedis
19. Non tamen sufficit, quod damnum sit minimum.
20. Sed contrarium est verius in hoc casu.
21. Et perempta dicitur res in substantia eo ipso, quod conductor ea uti non potest.
22. Decl. tamen hoc procedere si res totaliter sit ablata, secus si propter timorem fuerit aliqua tantum in parte impeditus uti,
23. Inundatio non privans perpetuo conductorem perceptione fructuum, non dicitur perimere substantiam rei.
24. Vinea locata, substantia rei consistit in vitibus, et dicitur perempta vitibus desiccatis.
25. Salinis locatis substantia consistit super capitibus hominis.
26. Remissio facienda est propter damnum proveniens facto locatoris etiamsi sit leve.
27. Decl. procedere si impedimentum a locatore praestitum sit voluntarium, secus si necessarium.
28. Damnum non requiritur ultra dimidium si proveniat facto tertii, etiamsi locator resistere ei non potuisset.
29. Contrarium tenent alii, et est magna quaestio,
30. Prima procedit si constet damnum datum in odium locatoris.
31. Ampl. ut hoc casu non solum debeatur remissio, sed etiam omne interesse.
32. Damnum ejus culpae imputatur in odium, cujus datum est.
33. Ampl. in damno dato propter inimicitiam injustam, et sine causa.
34. Damnum ut fiat remissio mercedis requiritur ultra dimidium in praediis rusticis, non autem in domibus.
35. Intellige in domibus conductis ad habitandum non in conductis ad negotium capax incrementi.
36. Damnum in dimidio pensionis non requiritur stante pacto de remissione facienda.
37. Decl. procedere si pactum aliud operari non possit, vel constet de voluntate partium, quod remissio fiat non obstante modicitate damni.
38. Pactum per quod locator suscipit in se casum tempestatis aliud operari non potest, quam quod propter eam fiat remissio quamvis damnum sit parvum.
39. Decl. non procedere si adesset consuetudo regionis, quod propter tempestatem remissio non fiat.
40. Pactum, quod fieri debeat remissio conductori si damnum aliquod patiatur intelligitur etiam de damno parvo.
41. Dictio *aliquid* verificatur etiam in minimo.
42. Promissio facta conductori de aliqua excomputatione in specie operatur eam faciendam esse etiamsi summa sit minima.
43. Idem de promissione restauri pro tempore, et summa impedimenti,
44. Idem si locator promiserit reficere totum damnum conductori.
45. Idem si dictum, quod cessante usu in totum, vel in parte remissio sit facienda.
46. Pactum faciendi debitam remissionem importat ut damnum sit ultra dimidium mercedis.
47. Idem si dictum, quod fiat conveniens restaurum.
48. Ampl. etiamsi pactum nihil operetur.
49. Pactum quod refici debeat conductori damnum ultra ducentos ducatos intelligitur de damno habito respectu ad fructus percipiendos non ad mercedem solvendam.
50. Contrarium tenent aliqui
51. Et ponderanda sunt verba pacti ad dignoscendum, quid partes senserint.
52. Fructuum amissio quandoque dicitur damnum.
53. Sed tantum improprie.
54. Pactum faciendi remissionem mercedis propter damnum magis conformatur cum dispositione juris, quam pactum reficiendi damnum,
55. Damnum vulgariter loquendo intelligitur etiam de amissione lucri, et fructuum.
56. Maxime si fructus de tempore promissionis erant maturi.
57. Pactum de refectione damni intelligitur de damno in fructibus si alias nihil operaretur;
58. Verba nihil operari tolerandum est, quando si operarentur resultaret intellectus juri communi contrarius.
59. Observantia attenditur ad interpretationem pacti circa remissionem mercedis,
60. Intellige de observantia partium in casu praeciso, et uniformi.
61. Pactum faciendi restaurum si damnum excedat summam scutorum ducentum, an intelligi debeat reficienda esse etiam ipsa scuta ducentum, vel non, attendi debent verba.
62. Si dictum, quod locator teneatur reficere illud plus, in quo damnificatus fuerit conductor non sunt reficienda.
63. Si autem dictum, quod locator damnum reficiat in eo, quo excedat scuta ducentum, tunc ipsa quoque reficienda sunt.
64. Remissio, ut fieri debeat incumbit conductori onus probandi damnum.
65. Et probare debet damnum in certa quantitate, et in specie.
66. Lim. stante difficultate probandi in specie, quia poterit fieri remissio cum probatione in genere.
67. Damnorum in probatione non sunt considerandi fructus percepti ex melioramentis.
68. Decl. procedere si sint perpetua et concludenter probata.
69. Damnorum in probatione si sint plures res simul locatae habenda ratio omnium simul.
70. Et probandi fructus singularum rerum.
71. Ampl. etiamsi ad sit pactum remissionis faciendae.
Secus si promissa pro tempore, et summa impedimenti.
72. Decl. non esse necesse probare fructus omnium rerum locatarum si tot sint locationes quot res.
73. Damnum in una specie fructuum non sufficit nisi excedat medietatem mercedis.
74. Decl. non procedere si merces solvenda sit in ipsis fructibus.
75. Decl. 2. non procedere si damnum sit in substantia rei ex qua una species fructuum colligitur.
76. Damnum in locatione ad plures annos ad effectum obtinendi remissionem probari debet consideratis omnibus annis simul.
77. Ampl. ut si facta sit remissio pro uno anno, et deinde eveniant anni uberes compensantes damnum, possit dominus exigere, quod remisit.
78. Sub amplia etiamsi remissionem fecerit cum verbo donationis.
79. Et procedit etiam si solutio mercedis fiat per menses.
80. Maxime si sit difformis, et inde appareat distributionem factam gratia commodioris solutionis.
81. Lim. ut non sit habenda ratio omnium annorum quando merces est distributa in singulos annos secundum aliquos.
82. Contraria tamen opinio tenenda est.
83. Maxime si omnes anni sint jam praeteriti.
84. Et procedit d. opinio si unica sit locatio, secus si tot locationes quot anni.
85. Anni fertiles compensandi sunt cum sterilibus ad effectum dignoscendi an sit facienda remissio etiamsi non sint proximi, sed interpolati.
86. Decl. non procedere si anni fertiles sint valde remoti a sterilibus in locatione ad longum tempus.
87. Decl. 2. non procedere si damnum non sit in solis fructibus, sed in substantia rei
88. Remissio ut sit facienda non sufficit conductorem probare damnum unius anni, sed probare etiam debet non esse compensatum cum ubertate aliorum.
89. Contraria opinio videtur verior.
90. Damnum unius anni, ut compensetur cum fructibus aliorum requiritur, quod sint uberes ultra solitum.
91. Et quod superent solitum saltem in tertia parte.
92. Sunt tamen diversae opiniones.
93. Et non sufficit ubertas fructuum si propter eam viliori pretio vendantur, itaut non possit conductor obligatus in pecunia recompensari,
94. Anni uberes non sunt considerandi ad probandum damnum stante pacto de remissione facienda.
95. Contrarium.
96. Decl. consideranda esse verba pacti ad dignoscendum quid partes senserint,
97. Damnum ad remissionem mercedis in casibus, in quibus non requiritur ultra dimidium, quantum requiratur, standum est arbitrio judicis.
98. Non tamen sufficit modicum nisi in quibusdam casibus expressis.
99. Damnum modicum dicitur juxta opinionem vulgi, vel si sit infra sextam partem mercedis.

CAPUT XLVII.

Quoniam dictum est supra remissionem mercedis faciendam
ex eo, quod conductor non potuerit percipere fructus, quorum
intuitu conduxit, et mercedem ipsam promisit, et
ex causa damni, quod passus sit, videndum nunc quodnam
damnum requiratur ad hunc effectum, ut remissioni locus sit 1
et quot fructus sufficiant ad illam excludendam, et communis
opinio est, ut attendatur quantitas pensionis, et si conductor
non percipiat fructus aequivalentes medietati ejusdem facienda
sit remissio, alias secus, prout videre est penes Purporat.
cons. 464. *numer.* 3. *vers.* 3. *praesupposito* Peregr.
cons. 98. *num.* 3. *post med. lib.* 5. Claperius *caus.* 44. *numer.* 10. *et seqq* Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 3. et omissis
aliis hanc esse communiorem testentur Aret. *consil.* 52.
n. 2. *vers. unde communior.* Menoch. *cons.* 669. *numer.* 11.
Gratian. *disc.* 534. *num.* 39. Bara. *decis.* 59. *num.* 14. Coccin.
dec. 422. *num.* 15. idque procedit etiam in conductione
gabellarum Boss. *in praxi tit. de remiss. merc. public.* 2

ubi mirator videre quaestores praelicare velle, ut liberentur
etiam a damno minori,et dicit, quod *nescit* videre, qua ratio-
ne salcari possint, nisi in casu belli, tamquam in eo dam-
num proveniat ex facto principis locatoris nec ejus inimico-
rum, quo casu bene procedit, ut non requiratur damnum
praefatum, ut dicam infra. Verum quod laesio ultra dimi-
diam requiratur inter privatos. sed in his fiscalibus sufficiat
in sexta parte, tradit novissime D. meus de Luca *disc.* 5.
sub. num. 2. *hoc tit. de locat.* ubi allegat tantum se ipsum
in disc. 65. *sub tit. de regalib. et ibi num* 17. allegat do-
ctrinam Bart. *in l. si duo societatem* ℥. *arbitrorum ff. pro
soc.* Ursil. ad Afflict. *decis.* 340. *num.* 8. Marin. *resol.* 147.
num. 1. *lib.* 1. Amat. *resol.* 38. *nu.* 2. Galeot. *resp. fiscal.*
25. *num.* 47. *quos. vide.*

3 Sunt autem, qui admittentes requiri damnum ultra dimi-
dium, volunt intelligi de dimidia fructuum, qui percipi con-
sueverunt, vel percipi potuissent casu damni non eveniente,
non autem de dimidia mercedis conventae, relati per Rimin.
Jun. *cons.* 92. *num.* 15. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 8. *nu-
mer.* 39. *post med.* ubi plures de communi, et hanc esse opi-
nionem veriorem, et communiorem dicit Gallus *consil.* 74.
num. 2.

4 At secluso pacto, ex cujus verbis appareat partes ita sen-
sisse, de quo dicam infra, opinio ista non videtur vera, quia
5 jura requirunt damnum conductoris, et propter damnum
concedunt remissionem, ut videre est *in l. si merces.* 28. ℥.
vis major ff. locat et in l. licet 8. *c. locat.* et licet dicant
etiam propter sterilitatem *cap. propter sterilitatem de locat.*
et dici solrat etiam propter bellum, propter pestem, et alios
casus, tamen semper intelligitur, quatenus adsit damnum
6 conductoris, ut dictum est supra, et non percipere omnes
fructus, qui sperabantur, seu soliti erant, potest esse,
quod non sit proprie damnum, seu sola amissio lucri,
puta ubi quis conduxit pro tenui mercede, et licet non per-
ceperit uberes fructus si illi esset carius solito venditi, ita ut
ex eis receperit quantum sufficiat pro omnibus expensis fa-
ctis, et integra pensione solvenda, utique non poterit dici
proprie eum damnum pati, dum non solvit aliquid de pro-
7 prio, et damnum est diminutio proprii patrimonii *l.* 3. *ff. de
damn. infec.* et in proposito Rim. Jun. *cons.* 810. *num.* 10.
et 11. Coccin. *decis.* 422. *num* 10. Rota *decis.* 727. *ad fin.
part.* 4. *divers.* et dicam infra *num.* 52. *et* 53. et hac ratione
dictam opinionem rejecit Bald. *cons.* 329. *n.* 1. *ad med. ver.
non autem lib.* 1. et late Rol. *cons.*86. *n.* 8. *lib.*3. Pautzschm.
de locat. quaest. 1. *num.* 17.

8 Sunt et alii, qui considerantes *non* reperiri in jure defini-
tum quantum esse debeat hoc damnum, sentiunt relinquen-
dum esse judicis arbitrio id definire, quos refert Neeizan.
consil. 90. *numer.* 15. *vers. octavo fuit opinio* Menoch. *de
arbit. lib.* 2. *cas.* 76. *num.* 3. Caroc. *tit. de remiss. merc.
quaest.* 1. *n.* 19. Pautzschman. *de locat. quaest.* 1. *num.* 37.
Alii vero alias opiniones tenent, quas ego, studendo super-
fluitates omittere, non refero, sed cupientem eas videre ad
praecitatos, qui eas referunt remitto, et signanter Pautzschm.
qui d. quaest. 1. octo opiniones nedum refert, sed etiam sin-
gulas examinat, et licet sub *num.* 23. concludat pro praedi-
cta ultima, ut sit standum arbitrio judicis, attamen, *sub nu
9 mer.* 35. *vers. ex quo sequitur*, dicit quod cum praedicta
prima requirens laesionem in dimidia mercedis sit hodie com-
muniter recepta, *non* debebit judex ab ea recedere, quod e-
tiam censuit Menoc. *d. cas.* 76. *nu.* 5. ubi quia illa est cre-
brior, et verior.

Retenta igitur dicta prima opinione quoniam id tantum
10 perceptum dici potest a conductore, quod deductis expensis
superest, idque tantum in fructu esse *l. fructus ff. sol matr.*
11 ubi Bart. *et alii scriben.* ideo declaratur primo, ut intelligi
debeat percipere debere conductorem ad hoc, ut cesset peti-
tio remissionis mercedis ultra dimidiam ejusdem, deductis
omnibus expensis ab eo pro illorum perceptione factis Me-
noch. *d. consil.* 669. *numer.* 11. ubi de communi Gratian.
discept. 534. *numer.* 39. et faciunt tradita per Valasc. *de
jur. emph. q.* 27. *numer.* 31. *post med.* Coccin. *decis.* 420.
num. 5.

Dubitari tamen posse videbatur an habenda sit ratio de
semine pro *negativa* enim stat Mandel. *cons.* 318. *num.* 33.
et facit text. *in l. ex conducto* ℥. *sed et si labes ff. locat.*
12 sed quidquid sit ad alios effectus, quoad istum, dignoscendi
videlicet damnum conductoris. si ipse semen de suo posuit.
habenda erit de eo ratio, quia per ejus amissionem patitur
diminutionem sui patrimonii, et sic est in damno *d. l.* 3 *ff.
de damn. infect.* et haec diminutio patrimonii consideratur
in proposito isto per DD. ut supra, et ita tenet post alios
Pinell. *in l.* 2. *c. de rescind. vend. part.* 1. *cap.* 3. *num* 21.
ad fin. et aliis adductis Caroc. *de locat. tit. de rem. merc.
quaest.* 1. *num.* 6.

Secundo ex praedictis potest sumi alia declaratio. ut at- 13
tendi etiam debeat major valor fructuum ex accidenti cor-
rens, puta si communiter percepti pauci fructus, et propterea
pluris venditi, itent non possit dicere conductor se non per-
cepisse, nisi dimidium ejus, quod solvere debet in pecunia,
non erit facienda remissio Corn. *cons.* 128. *numer.* 26. *post
med. lib.* 2. Rol. *cons.* 86. *num.* 8. *lib.* 3. Claper. *cons.* 44.
num. 12 *et seq.* Rot. *dec.* 727. *n.* 4. *vers. et omnem even-
tum p.* 4. *div.*

At e contra si fructus fuerint percepti in magna copia sed 14
parum valeant, non propterea poterit conductor petere remis-
sionem mercedis, quia remissio fit propter sterilitatem *cap.
propter sterilitatem de locat.* et *cond.* et iste non potest dici
sterilitas, sed abundantia, prout docuit Imol. *in cap. propter
sterilitatem num.* 8. *circa fin. col.* 7. *vers. quandoque colo-
nus de loc. et cond.* ubi idem etiam esse dicit, si fructus sint 15
percepti in solita quantitate, sed non sint solitae bonitatis,
uti si vinum sit magis acerbum, vel frumentum non bene
nitum, ut consuevit, Boss. *in sua praxi tit. de remission.
merced. conduct. num.* 6.

Valor autem fructuum adhuc effectum considerari debet 16
de mense augusti, ut post Neeizan *cons.* 90. *num.* 23. tra-
dit Bursat. *cons.* 11. *num.* 34. sed animadvertendum cum
Rota *in d. decis.* 727. *numer.* 4 *vers. et in omnem eventum* 17
part 4. quod Neeizan. exemplificat in mense augusti et Ro-
land. *in d. cons.* 86. *num.* 8. *lib.* 3. non se adstringit ad di-
ctum mensem prout etiam Corn. *d. cons.* 128. *num.* 26. *pro-
pe fin. vers. nam tunc. lib.* 2.

Tertia declaratio est si res pereat in substantia, tunc enim 18
non solum si pereat in totum totaliter liberatur, sed etiam si
pereat pro parte liberatur proportionabiliter, etiamsi defi-
cientia illius partis non operetur, quod ipse non percipiat
fructus aequivalentes medietati mercedis Petr. de Ubal. *de
duob. fratr. part.* 11. *num.* 113. Boss. *tit. de rem. merced.
num.* 107. Peregrin *cons.* 98. *num.* 10. *lib.* 5. *vers. et hoc
casu,* Surd. *cons.* 400. *numer.* 27. *et seqq.* Amat. *resol.* 18.
num. 20. Mastrill. *d.* 299. *num.* 24. Volunt tamen aliqui, ut 19
hoc etiam casu damnum non sit modicum, adhoc ut intret
remissio, seu liberatio e parte pensionis, ut signanter Petr.
de Ubal. ubi supra, et sensit etiam Rote *decis.* 830. *numer.*
1. *part.* 4. *div.* sed hanc opinionem non esse veram asserit.
Surd. *d. cons.* 400. *num.* 27. ubi quod etiamsi pereat in mi-
nima parte, differt enim casus iste damni in re,a casu damni 20
in fructibus, quia damnum rei absoluto spectat a dominum
l. ex conducto ℥. 1. *ff. locat.* et ideo non attenditur, an sit
magnum, vel parvum, prout attenditur in damno contingen-
te in fructibus, quod e contra regulariter pertinet ad condu-
ctorem, ut prius distinguendo consideravit Boss. *in sua pra-
xi tit. de remiss. merc cond. n.* 103. *et seq.* signanter num.
107. et eum sequitur Mastrill. *d. decis.* 299. *num.* 114.

Dicitur autem periisse substantia rei ad hunc effectum, eo 21
ipso, quod periit conductori, itaut ejus usum habere non po-
tuerit,unde si impediatur propter bellum, vel inundationem,
aut quid simile, intrat praefata declaratio Alex. *cons.* 112.
num. 1. *ad fin. vers.* et *res dicitur perempta lib.* 1. Monte-
sperel. *cons* 671. *num.* 7. *post. med.* Peregr. *cons.* 98. *num.*
5. *in fin. lib.* 5. Surd. *con* 400. *num.* 23. *et seqq.* Rauden.
res. 29. *num.* 41. Mastrill. *decis.* 299. *num.* 110. *et seq.* ubi
quod dicitur perempta substantia gabellae locatae si prohi-
bitum commercium.

Verum hoc procedit si res ab hostibus sit actualiter capta 22
non autem sufficit, quod propter solum timorem fuerit con-
ductor aliqua in parte, vel ad tempus impeditus, tunc enim
vigente spe, quod cessare possit impedimentum, non dicitur
res perempta, et *non* procedit praedicta declaratio, sed fa-
cienda est remissio, juxta regulam, scil. si non perceperit
medietatem pensionis Boss. *tit. de rem. merc. n.* 105. Surd
cons. 400. *num.* 23.

Sic inundatio, quatenus non privat perpetuo conductorem 23
perceptione fructuum, *non* dicitur adhuc effectum perimere
substantiam rei, unde non statim, ac ager fuit in totum, vel
pro parte inundatus. fieri debet remissio, sed tantum si pro
toto tempore conductionis duravit, vel agri formam devasta-
vit Alex. *cons.* 112. *num.* 1. *lib.* 1 Joan. Bapt. Costa. *cons.*
30. *n* 6. *et seq. per tot.*

Pacioni

69

24 Vinea autem locata, substantia rei consistit in ipsis vitibus
et proinde si desiccentur, dicitur damnum in substantia rei
et voluit Peregrin. *cons.* 98. *num.* 10. *lib.* 1. et latius quae-
stione ad partes examinata, idem tenet Mantic. *de tacit.*
lib. 5. *tit.* 8. *a numer.* 26. *ad* 38. ubi locato praedio in quo
adsit vinea, vel olivetum, et rigore hyemis desiccentur vites,
vel olivae, faciendam remissionem, etiamsi damnum non sit
25 tale quale requiritur si in solis fructibus accidat et locatis,
salinis, seu negotio salis, substantiam consistere super capiti-
bus humanis, pro quibus sal est levandum, quia si nemo es-
set, qui salem consumeret, cessaret in totum fundamentum
negotii, et conductionis, scripsit Surd. cons. 507. n. 7.
Casus tamen singularis, quo re perempta non sit facienda
mercedis remissio, est si emptor rei non soluto pretio, illam,
quousque pretium solvat, conducat ad text. *in leg. sicut em-*
ptio 23. *et ibi gloss. in ver. exsolvat ff. loc.* de quo dictum
est supra in cap. 45. num. 83. et prius in cap 11. num. 26.
26 Quarta declaratio est, ut non requiratur tam grave da-
mnum conductoris adhoc, ut petere possit remissionem, sed
sufficiat etiam leve quando provenit ex facto locatoris, et
post alios tradunt Men. *cons.* 246. *num.* 22. *et seqq.* Eugen.
cons. 50. *n.* 58. *lib.* 1. Amat. *res.* 18. *num.* 23. Mastril. *dec.*
299. *num.* 126.
27 Verum hoc non procedit sine aliqua distinctione inter cau-
sam necessariam, et voluntariam, si enim dominus dederit
aliquod impedimentum conductori ex causa mere voluntaria
tunc bene procedit, quod facienda sit ei competens remissio,
etiamsi impedimentum sit modicum, ut docet *glos. in l. ha-*
bitatores 30. *vers. demoliri ff. locat.* imo praestandum tota-
le damnum, et interesse conductori Bertachin *de gabell.*
part. 2. *num.* 43. Gutier. *de gabell. qu.* 136. *num.* 6. at si
sit ex causa necessaria, puta, quis oporteat ex domo locata a-
liquid demoliri propter periculum ruinae, tunc etiamsi con-
ductor minus commodi aliqua parte domus utatur, deductio-
nem mercedis petere non potest, quia aliquam partem in-
commodi, parvulam tamen, sustinere debet, secus autem si
aperiatur ea pars domus, in qua magnam partem usus ipse
habeat, ut praecise dicit text, *in l. habitatores* 80. *in princ.*
ff. loc. Surd. *cons.* 400. *n.* 27. *post. med.*
28 Imo fortius, quod dummodo damnum proveniat facto ter-
tii, etiam quod illi per locatorem resisti non potuisset, adhuc
facienda sit remissio, non obstante, quod conductor non sen-
serit damnum adeo grave, ut medietatem mercedis solven-
dae non perceperit, prout requiratur, quando damnum ve-
nit in fructibus vitio rei, aut fortuna, tuetur latissime Pan-
tzsch. *de loc. quaest.* 14. *a numer.* 5. *ad* 49. ubi in fine pro
hac concludit, et respondet contrariis Mastrill. *d. dec.* 299.
num. 123. *et seqq. ubi num.* 126. de communi testatur A-
29 mat. *resol.* 18. *n.* 21. Contrariam tamen opinionem quoad
hoc, tenuit Surd. *cons.* 34. *num.* 9. *et* 21. et Morot. *consil.*
76. *num.* 8. ubi de facto principis, et est quidem maxima
quaestio, quam, qui cupit videre plenissime examinatam, e-
dire poterit Pantzsch. ubi supra: cessaret tamen difficultas si
30 constaret illum tertium dedisse damnum in odium, seu pro-
pter inimicitiam eum locatore, vel conductore, quia tunc ei-
dem imputatur in cujus odium datum est, ac si ab eo pro-
venisset, et propterea si in odium conductoris damnum datum
sit, clarum erit, quod non poterit remissionem petere, et e
contra si in odium locatoris clarum erit, quod poterit etiam
pro parvo damno, itaut controversia remaneat solum, quan-
do nullius odio appareat factum. Sed omissa prima opinione,
31 adhuc adest differentia si odium locatoris datum sit damnum
vel non, quia si hodie locatoris, non solum remissio debetur
mercedis damno proportionabilis, ut in alio casu, sed etiam
32 interesse, ejus enim culpae imputatur, ut alibi dixi, et est
text. *in l. si merces* 28 *§. culpae ff. locat* et si tui causa in-
juriam accepero, datur mihi actio de damno contra te *l. nam*
33 *servius ff. de negot. gest.* etiamsi inimicitia sine culpa loca-
toris fuisset exorta, et esset respectu damnum dantis injusta
Bart. *in d. §. culpae* Ruin. *cons.* 65. *num.* 4. *lib. primo*, Ri-
min. Jun. *cons.* 719. *num.* 7. *et* 8. et aliis plenissime cumu-
latis Pantzschman. *dict. quaest.* 17. *num.* 7. et licet hoc ul-
timum non procedere e contra, si damnum sit propter inimi-
citiam cum conductore, teneant aliqui autumantes ipsum
non teneri ad damna locatori, si inimicitia non sit ejus cul-
pa, tamen non videtur ratio differentiae, imo quod magis te-
neatur, facit, quod ipse tenetur custodire, ut considerat *glos.*
in d. §. culpae et Pantzsch. qui contrarios refert *d. q.* 14. n.
60. *et* 61.
34 Quinta declaratio est, ut requiratur damnum ultra medie-
tatem in praediis rusticis, secus autem in urbanis quia in
istis debet fieri remissio pro quocumque damno, et ratio di-
versitatis est, quia in praediis rusticis, conductor potest sor-
tiri ubertate fructuum, et sic lucrari, ipsa enim non auget
pensionem, si fructus sint uberiores, unde debet aequo ani-
mo ferre, si damnum modicum patiatur, et non potest propter
illud remissionem petere, ut dicit text, *in l. si merces* 28. *§.*
vis major. ff. locat. at secus est in conductore praedii urba-
ni, quia non potest expectare lucrum insolitum, et ideo ae-
quum est, ut nec damnum insolitum patiatur, quamvis non
sit ultra dimidiam mercedis Rip. *de pest. tit. de priv. contr.*
num. 26. *ad fin.* Rebuff. *de priv. schol. priv.* 11. *num.* 20.
Surd. *cons.* 34. *num.* 14. *et seqq.* intelligi tamen debet haec
declaratio, ut procedat in domibus conductis ad habitandum, 35
non autem in conductis ad negotium capax incrementi, et
decrementi, puta ad faciendum hospitium, quia cum possint
accedere plures advenae, et augere lucrum, cessat dicta ratio
considerata pro declaratione, et sic etiam cessare debet ipsa
declaratio, et esse considerandos fructus in hoc casu docet
Bart. *in l. cum plures* 26. *in princ. ff. locat.* et ita distin-
guendo Pantzschm. *de locat. q.* 2. *n.* 14. *vers. itaque.*
Sexta declaratio est, ut non procedat conclusio si adsit pa- 36
ctum inter locatorem, et conductorem conventum de remis-
sione facienda, tunc enim licet damnum non sit adeo grave,
ut conductor laedatur in dimidia pensionis adhuc facienda e-
rit remissio, et sensit Salic. *in l. licet in fin. c. locat.* Alex.
in l. Titius in pr. num. 2. *ff. de lib. et posth.* Ruin. *consil.*
81. *num.* 3. *lib.* 1. Soc. Jun. *cons.* 78. *num.* 7. *et seqq lib.*
2. Surd. *cons* 383. *n.* 9. late Boss *in pract. tit. de remiss.*
merc. public. nu. 48. et licet contrarium tenentes non de-
sint, et conclusio sit disputabilis, tamen haec est magis com-
munis, magis aequa, et magis vera, ut patet ex traditis per
Pantzch. *de loc. q.* 11. *ubi in princ.* de magis communi te-
statur, deinde latissime discusso ad partes articulo ostendit
eam veriorem, et in fine dicit, militare quoque pro ea aequi-
tatem.
Verum declaratio ista non est indistinte accipienda, sed 37
tantum quatenus constat de voluntate contrahentium quod
remissio fiat non obstante exiguitate damni, vel si alias pa-
ctum nihil operaretur, nam si pactum aliquid aliud operari
potest, et verba non repugnant, ut intelligatur de remissio-
ne facienda, quatenus damnum sit tale, ut conductor non
percipiat medietatem fructuum prout est de jure, restringi
debet ad casum praedicti damni, et ita intelligi, prout de
jure, ut late firmat Cephal. *cons.* 104. *num.* 17. *et per tot.*
Surd. *cons.* 34. *num.* 32. *et seqq. et num.* 49. Rot cor. Coc-
cin. *decis.* 422. *numer.* 4. *et seqq. per tot. ubi num.* 11. *et*
seqq. respondet, et declarat singulariter plures DD. contra-
rios, quam decisionem confirmavit Rota cor Mausuedu *dec.*
553. *per tot. et signanter n.* 3. *et* 6. *et seq*
Casus autem in quo videtur pactum aliud operari non pos- 38
set quam quod fiat remissio, etiamsi damnum non sit adeo
magnum, prout de jure requiritur, est, ubi dictum fuerit lo-
catorem suscipere in se casum tempestatis in specie ut sensit
Salic. *in d. l. licet num.* 10. et aliis adductis Menoc. *consil.*
835. *num.* 25. Caroc. *in tit de remiss. merc. q.* 8. *num.* 136.
Boss *tit. de remiss. merc. publ. num.* 48. ubi late, sed ad- 39
vertendum id non esse semper verum, nam licet regulariter
propter tempestatem causatum damnum intolerabile de jure
facienda sit remissio, etiam pacto non interveniente, et ideo
pactum videatur inane, quatenus non operetur, ut fiat remis-
sio, etiamsi non adsit tantum damnum quantum de jure re-
quiritur, tamen in quibusdam locis receditur a regula praedi-
cta ex eo, quod tempestates sint solitae, itaut de eis condu-
ctor cogitare potuerit, ut dictum est supra in cap praeced. et
tunc pactum potest operari, ut hoc non obstante fiat remissio
etiam in casu tempestatis, et proinde in reliquis erit intelli-
gendum, prout de jure, scil. ut fiat quatenus tempestas affe-
rat tale damnum, ut de jure facienda sit, prout est proprie
casus dictae decis. 422. cor. Coccin.
Casus vero in quibus verba importent fieri debere remis-
sionem, quamvis non adsit damnum ultra dimidiam merce-
dis, plures esse possunt, et signanter unus erit si dictum fa-
ciendam esse remissionem conductori, si damnum aliquod
patiatur, ut firmavit in specie Surd. cons. 383. *num.* 12 illa
enim dictio, *aliquod*, verificatur etiam in minimo Bald. et 40
Decian. *in cap. quoniam de prob.* Tirsq. *in l. si unquam in*
cer omnia, vel partem aliqua num. 14. *in princ c. de re-*
voc. donat. Crot. *cons.* 119. *num.* 10 Becc. *cons* 32. *num.*
5. Sic si promissa sit ea computatio aliqua in specie, puta si 41

promissa fuerit eecomputatio licentierum gietis daterum,
42 tuuc uuim fieri debebit, etiamsi summa sit uiuima Meuoch.
cons. 1181. *numer.* 14. *vers. respondetur, ut attigi.* Sic si
43 promissum sit restaurum pro tempore, et summe impedi-
menti, idem ceusuit Meuoc. *cons.* 835. *num.* 10. *ut numer.*
44 24. *ver. respondetur secundo.* Item si promiserit locator re-
ficere totum damnum conductori Surd. cons. 507. nnmer. 2.
quia qui totum dicit, nihil excludit. *l.* 1. *ubi DD. ff. de leg.*
45 1. optime Decieu. *cons.* 96. *num.* 48 *lib.* e. et magis si di-
ctum, quod cessante solito usu rei in totum, vel in parte, re-
missio sit facienda, quae tunc sufficit minime pars *l. fin. §.*
eum igitur c. de jure delib. l. fin. in princ. c. de edict. div.
Adr. Surd. *dicto cons.* 507. *num.* 3. et alii quamplures si-
miles.
46 Caeterum possunt etiam in pacto adesse verba contraria,
videlicet indicantia, quod remissio facieude sit tantum secu-
tu dicto damno ultra medietatem mercedis, prout de jure. Et
eeemplum est si dicat, faciendam debitam remissionem, dum
enim dicit, debitam, clere se refert ed jus commune, secun-
dum Boss. *in d. tit de remiss. merc. public. in fin.* ubi, quod
propterea verbum illud, *debitum*, tollit omnem difficultatem
quae alias adesse posset, dictum esset simpliciter remissio-
47 nem, et sequitur Surd. *cons.* 34. *num.* 49. *ver. responderi*
etiam potest, et seqq. ubi idem esse tradit si dictum, quod
fiat couvenieus restaurum, et dicit constere de voluntate con-
48 trahentium propter illud verbum, *conveniens*, adeout, non
serandum sit, quod pactum nihil operetur, et sensit Rot. cor.
Mauzanedo dec. 553. num. 5.
Et attendi etiam debebunt verba pacti, ad effectum digno-
49 scendi, an partes voluerint recedere a dispositione juris circa
id, quod dictum fuit, considerari debere damnum conducto-
ris habito respectu ed pensionem quam solvit, non autem
habito respectu ad fructus quos percipere potuisset, unde in
casu, quo dictum fuerat damnum ultra ducentos ducatos re-
ficiendum locatori, intelligendum esse de damno habito re-
spectu ad fructus, non autem ad pensionem, consuluit latis-
sime Soccin. Jun. cons. 78. lib. e. ubi a num. 7. late pluri-
bus modis id probat, et e num. ea. omnibus, quae primo in
contrarium adduxit respondet, et idem etiam tenuit Pere-
grin. *cons.* 98. *num.* 10. *lib.* 1. ut latius comprobat Laderch.
cons. 14. *per tot.* Surd. *cons.* 383. *n.* 6. *ut seq. ubi n.* 29. di-
cit quod licet aliqui impugnent dictum cons. Soccini Jun.
tamen plures eum sequuntur. quos ipse refert. Menoc. *recu-*
per. rem. 1. *numer.* 421. ubi dicit Soccinum egregie consu-
luisse Costa *de rata post q.* 10. *in illat. num.* e.
50 At contrarium in similibus verbis plene consuluit Rim.
Jun. 810. et ejus opinioni magis quam contrariae Soccini
videtur adhaesisse Rote coram Coccin. dec. 4ee. num. 14 et
in eadem causa cor Mauzan. dec. 553. At Rim. Jun. respon-
det, quidem aliquibus argumentis Soccini, sed postea sub n.
51. et seqq. ostendit alia, ex quibus Socin. movetur, non ap-
plicari in casu suo, at ejus sententiam totaliter non improbat,
minusque eam absolute damnat Rote, unde neque his per
nos damnanda videtur, maxime dum tot alii supracitati eum
51 sequuntur, et laudant, sed concludendum considerande esse
verba pactorum, an totaliter eum illis, de quibus Soccinus
loquitur, conveniant vel non, illaque diligenter ponderande
esse, et observandum, an partes habuerint respectu ad de-
mnum in fructibus, vel ne, ut ponderant DD. et signanter
Surd. *cons.* 383. *num.* 9. *vers. secundo, ut seqq.* ubi consi-
derat si dicatur vites, vel uvas damnificari Laderch. *consil.*
decimoquarto num. primo, ubi considerat si dicatur debere.
fieri aestimationem intra octo dies, Peregrin. *cons* 98. *num.*
4. *versic. quomobrem, ut num.* 5. *lib. primo, et alii citati*
Non tamen sufficeret partes dixisse remissionem faciendam
52 in casu damni, vel propter damnum, ut intelligi debeet de
sola amissione fructuum, quia licet quandoque hoc quoque
dicatur damnum, etiam in legibus, ut ponderet Soccin *dicto*
cons. 78. *num.* 14. *et seqq.* tamen vere, et proprie damnum
eet diminutio patrimonii *l.* 3 *ff. de damn. infect.* cum aliis
53 supracit. et late Ceph. *cons.* 104. *num.* 5. *et per tot.* Dorian.
cons. 96. *num.* 48. *lib.* 2. Surd. *cons.* 34. *num.* 31. *in fin.*
et seqq. et dictum est supra num. 7. eoque magis si non di-
ctum reficiendum esse damnum, sed faciendam esse remis-
sionem mercedis propter damnum. ut ponderavit Rot. cor.
54 Coccin. dec. 422. num. 10. quae hoc secundo modo loquendi
partes videntur magis se conformare voluisse cum dispositio-
nem legum de remissione mercedis loquentium, et idem esse
ni dictum, faciendum esse restaurum, sensit Mauzaned. *d. de-*
cis. 553. *n.* 5.

Et ubi verba essent in vulgari sermone prolate, quia tunc 55
intelligi debent, prout vulgariter accipi solent. facilius ed-
mitti posset, ea referenda esse etiam ad amissionem, quae
vulgo dici solet, damnum, ut tradit Soccin. *dict. cons* 78.
num. 9. *et seqq.* et Laderc. *dict. consil.* 14. *num.* 2. *et* 3. et
praecipue si fructus de tempore casus evenientis fuissent jam 56
maturi et prope diem recolligendi, prout ponderat idem Soc-
cin. num. e2. et non impugnat Riminal. Jun. sed dicit, quod
in casu suo hoc non concurrebat dict. consil. 810. num. 51.
sed hoc de se non sufficeret prout sensit Rota *in dicta decis.*
422. *n.* 9. *e seq eorum Coccin.*
Attendi tamen deberet damnum in fructibus, si pactum 57
alias nihil prorsus operari valeret, Costa *de ration. rat. post*
qu. 10. *in illat num.* e. *ver. urget praeterea,* ubi adducit
Bald. *cons.* 434. *prope fin. lib.* 1. quem etiam adducit Soc-
cin *dict. cons.* 78. *num.* e1. sentientem attendendam esse
amissionem fructuum secluso pacto, unde dicit tanto magis 58
attendi debere stante pacto; verum opinio Baldi est contra
communem. de que supra in principio, et quoad pactum,
sufficit illud aliquid operari, etiam minimum, ut supradi-
ctum fuit, imo quod tolerandum sit verba nihil uperari,
quando si operarentur, resultaret intellectus juri communi
contrarius, dicit in proposito pluribus adductis Ceph. *cons.*
104. *n.* 9.
Attendende etiam esset pro interpretatione pacti observan- 59
tia subsequuta, prout est regulare, et in hoc proposito tra-
dit Cost. *in praecitata illatione numer.* e. *ver. esset insu-*
per.
At intelligendum est de observantia partium, alias ne- 60
cesse esset illam probare in casu praeciso, et uniformem,
ut dicit Rot. coram Mauzan. *d. decis.* 553. *num.* 10. *et* 11.
Denique circa pactum praedictum, quod fiat restaurum, si 61
damnum excedat summam scutorum 200. dubitari poterit, an
refici etiam debeat ipsa summa scutorum 200. in casu quo
restauro locus sit vel tantum ultra eam, et adhoc quoque at-
tendenda erunt diligenter verba pacti, nam si dicunt, quod
locator teneatur ad illud plus in quo damnificatus fuerit con- 62
ductor, prout in casu Socc. Jun. *d. cons.* 78. *lib.* e. et La-
derchii, et Rim. Jun. *in eorum cons. supracit.* res erit pla-
na, quod non sint reficiende illa scuta 200. prout supponunt
praedicti, et advertit Cost. *de rat. post quaest.* 10. *in illa-*
tione num. 5. At si aliter sit conceptum, puta, quod locator,
si flumen ruperit, reficiet damnum conductori in casu quo 63
damnum excedet summa scutor. 200. tunc eveniente tali ca-
su, nihil repugnat, quod haberi debeat ratio etiam de rata
scut. 200. et ipsa quoque refici debeat prout late pluribus
rationibus reficiendam esse probat Cost. *in praedicta illatio-*
ne post quaest. 10. *de ration. rat. n.* 4.
Septima declaratio sit conductori incumbere onus proban- 64
di, cum enim fundet suam intentionem in casu contingenti,
et damno sibi illato ad effectum istum consequendi remissio-
nem mercedis, inde sequitur evidenter, ut casum, et damnum
probare debeat, Coru. *cons.* 128. *num.* 27. *lib.* e. et plene
Pautzch. *de loc. q.* 2. *num.* 8. *et* 9. et quoniam non quodli-
bet damnum est sufficiens, sed requiritur in certa quantitate 65
videlicet, ultra dimidium mercedis, inde etiam sequitur ut
in certa quantitate probari debeat, ut late firmat Rim. Jun.
con. 92. *num.* 12. *et seqq.* Surd. *cons.* 282. *nu.* 16. *ad med.*
Barz. *dec.* 59. *num.* 13. *ver. et in universum*, et non suffi-
cit probare damnum in genere, sed probandum in specie
Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 39. itaut non sufficiat te-
stes dicere fuisse ultra dimidiam fructuum Rota *decis.* 42.
numer. 6. *ver. probatio autem. post Zocch. de oblig. com*
At non adeo mordicus inhaerendum videtur huic propositioni 66
ut si non possit fieri probatio praecisa fructuum perceptorum
aut eorum valoris, non debeat ullo modo fieri remissio, quia
hoc esset summum jus contra conductorem laesum, et proin-
de si probationes urgeant pro sterilitate, licet omnino non
concludant, de aequitate poterit fieri aliqua remissio Co-
sar. *pract. rer. cap.* 30. *num.* 2. *ver. vide tamen.* et *practi-*
cavit Rota cor. Mantic. dec. 35. *ad fin.* et dicam infra de
quantitate *in cap. seq. n.* 27.
Et in tali probatione clarum est non habendam esse ratio- 67
nem fructuum, quos percepisset conductor ex melioramentis
a se factis in re locata Bere, *cons.* 14e. *num.* 34. *in fin. lib.*
1. Rota *decis.* 539. *num.* 6. *lib.* 3. *part.* 3. *div.* quatenus ta- 68
men sint melioramenta perpetua, et concludenter per con-
ductorem probata, ut tradit Bursat. *cons.* 11. *numer.* 36. *et*
seqq.
Et si fuerint plures res simul locatae, habenda est ratio 69

omnium non aliquarum tantom Marta *cons.* 449. *numer.* 5. Surd. *cons.* 34. *num* 22. *post. med.* adeo ut petens remissionem debeat probare quantitatem fructuum singularum rerum Surd. *ibid.* Barz *decir.* 59. *numer.* 13. *in fin. et seqq.* Coccin. *decis.* 422. *num.* 17. quod procedit etiamsi adsit pactum remissionis faciendae, quia intelligitur pront de jure, et
70 sie quatenos ei locus sit cousideratis fructibus omnium rerum locatarum Rot. cor. Maozao. *decis.* 553. *numer.* 2. et 3. Nisi forte pactum diceret non teneri conduetorem impeditum solvere, *per tempo, o somma di tal impedimento*, qnia illud verbum, *somma*, significat quantitatem, quam exigere non poterit, sive magnam, siva parvam, et sic non patitur dietum intellectum Menoch. *cons.* 835. *num.* 9. *vers. respondetur* 2. et hinc est, quod potest evenire casus, quo conductor te-
71 neatur facere remissionem subconductori suo, et illam non valeat pro se obtinere, si videlicet conduxerit plora bonorum corpora simul, aeque separatim sublocaverit, et in uno eorum ceciderit grando, et segetes omnes devastaverit, alia vero non tetigerit, petet enim justissime subconductor remissionem, secus autem primos conductor, si ex aliis corporibus ultra dimidiam totius pensionis, qoam solvit assequatur Rauden. *res.* 26. *num.* 2. *et* 3. Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 27.
72 Haec tamen intelligi debent cum supposito, quod locatio sit unica, nam si tot essent locationes, quot res, tunc sufficeret probare damnum respectu unios adhoc, ut facienda esset remissio respectu illius Menoch. *cons.* 835 *num.* 9. Boss. *tit. de remiss. merc. cond num.* 20. *et seq.* Bursat *cons.* 11. *numer.* 35. Coccin. *decis.* 422. *num.* 17. qoando autem locatis pluribus rebus dicantur plures locationes, et quando non, dictum est supra in cap. 25.
73 Et idem, quod dictum est de ploribus rebus locatis procedit etiamsi res locata praebeat plures species froctoum, puta si locetor praedium, ex quo colligatur triticum, et vinum, non satis erit conductori probare se triticom omnino perdidisse, uisi probet etiam perdidisse vinum, vel saltem, qood damnom in tritico si tale, ut licet vinum collegerit, adhuc non perceperit quantum sufficiat pro dimidia mercedis Surd. *cons.* 282. *numer.* 16. *circa med.* Barz. *decis.* 59. *num.* 12. *et* 13. obi de commuoi Coccin. *decis.* 422. *numer.* 17. Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 42. *defin.* 47.
74 Quod tamen declaratur non procedere, si solvendum in ipsimet fructibus, quia tunc una species non recipit functionem alterius, et ideo si unus fructus deficiat, remitti debebit solutio illios, et si pro agro solvitur fromentum, pro vinea vinum, satis erit sterilitas agri pro facienda remissione frumenti Peregr. *cons.* 98. *num.* 7. *post med. lib.* 5. prout etiam non procedit si damnum non sit in solis fructibus, sed in substantia rei, vel quia non potuit conductor uti parte rei, ex qua una species fructuum colligitur, vel in tempore, quo colligitur, juxta ea, quae dicta sunt supra in tertia declaratione num. 18. et seqq. et ultra ibi citatos Jo. Bapt. Costa *cons.* 30. *num.* 11. Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 47. *numer.* 5. quod applicatur etiam si pluribus rebus locatis una sit perempta, vigente eadem ratione.
75 Sic quando locatio sit ad plures annos damnum aestimari non poterit nisi attentis omnibus annis, et facta computatione sterilium eum fertilibus *cap propter sterilitatem de loc.*
76 *et cond.* Qood adeo verum est, ut si uno anno remissionem,
77 qois colono dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis contingat obertas, nihil oberit domino remissio, sed integram pensionem etiam ejus anni, quo remiserit, exiget, ut dicit text. *in l. si uno* 17. *in princ. ff. locat.* ubi etiam additur
78 hoc procedere in vectigalibus locatis, nec non si facta sit remissio verbo donationis, qoasi non sit donatio, sed transactio, nisi forte anons pro quo facta fuit remissio ob sterilitatem esset ultimos, et dominos scivisset ubertatem aliorom.
Qood procedit etiam si solutio fiat per menses, quia adhoc
79 consideratur totos annos Surd. cons. 34. num. 54. et seqq. et quia contrarium senserat Boss. tit. de remiss. merc. conduct. num, 23. eum reprobat Surd. dicens sub num. 56. ejus opinionem esse auctoritate destitutam, quia DD. quos allegat aliter loqoontur quam ipse referat, addendo tameo, quod posset opinio Boss. forte sustineri, quando distributio esset
80 uniformis, et aequalis singulo mense ut ipse dicit numer. 36. secus autem si sit difformis, et inde appareat distributionem fuisse factam gratia commodioris solutionis tantom.
Verom, quod ubicumqoe merces non est unica solutione
81 destinata, sed in annos distributa, non procedat dicta opinio quod damoom aestimari, non possit nisi attentis omnibus annis, sed contrariam, quod videlicet quolibet anno aestimatio fieri possit, tenent quam plures relati per Surd. *d. cons.* 34. *num.* 43. et ultra eos Menoc. *cons.* 835. *num.* 21. *et seq.* Valasc. *de jur. emph. q.* 27. *num.* 46. Bursat. *cons.* 309. *numer.* 1. *et seq.* ubi de communi Ripol. *var. cap.* 12. *n.* 195. *et seqq.*
Sed prima opinio videtur regulariter amplectenda, eam e- 82
nimo firmavit, et commonem esse dixit Sncin. Jun. *cons.* 68. *num.* 2. *et seqq. lib.* 2. Gratian. *disc.* 567. *num.* 3. Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 42 *defin.* 3. *num.* 2. *et seqq.* et eam sequitur Rota *decis* 285. *num.* 4. *et decis* 830. *num.* 2. *p.* 4. *div. et decis* 42. *num.* 5. *et seqq.* post Zacch. *de obl. cam. et decis.* 11. *per tot. et decis* 422. *num.* 1. *cor. Coccin.*
Caeterum opinio ista procedit de plano. quoad annos prae- 83
teritos, sive praecedant annum sterilitatis, sive subsequantor dummodo praeteriti sint de tempore, quo petitur remissio, at quatenus adhoc sint futuri, tunc aliud est dubium, quod cum percutiat tempus, quo remissio facienda est, an videlicet anno, quo accidit sterilitas, seu in fine locationis, quia si computandi etiam anni futuri, sequitur, ut expectari debeant, ideo illud tangam inferios suo loco.
Et recedendum erit a praedicta opinione, ubi tot sint lo- 84
cationes, quot anni, non enim valent anni fertiles unius locationis supplere sterilitatem alterius Abb. *in cap. propter sterilitatem num.* 13. Capr. *concl.* 88. *numer.* 52. *ad med.* Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 27. *num.* 46. quando autem locatione facta in plures annos cum distributione mercedis in annos singulos, dicatur locatio unica, vel plures, dictum fuit in cap. 25.
Et facienda est dicta computatio anoorum fertilium eum 85
sterilibus etiamsi non sint proximi, sed interpolati Host. *in summ. de loc. § quae actiones num.* 7. *vers. et notandum* Abb. *in d. cap. propter sterilit. n.* 13. *ad fin* et esse communem opinionem adversus Innoc. testatur Valasc. d. qu.
27. nu. 46. quam tamen moderandam esse, ut procedat qua- 86
tenus non sint valde remoti, pront esset in locatione ad longum tempos ultra decennium, sensit aliis adductis Bursat. *cons.* 11. *num.* 35.
Procedit tamen, ut facienda sit dicta computatio, quando 87
damnum est io solis fructibus, non vero si sit in substantia rei, quia tunc remissio facienda est absolute nulla habita ratione ubertatis fructuum in parte, quae damnum non sit passa Surd. *cons.* 400. *num.* 6. *et num.* 15. *ad fin. cum duob. seqq.* et *num.* 27. ubi etiamsi in parte minima Mastril. *decis.* 299. *num.* 110. *et seqq. et numer.* 128. Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 47. *in princ. et num.* 5. *et seqq.* Rot. cor. Millin. *decis.* 363. *numer* 1. Camill. Medic. *consil.* 23. *numer.* 13.
Controversia vero magna est an conductor probata steri- 88
litate unius anni, probare etiam debeat illam non esse compensatam ubertate aliorum annorum, vel potius onus probandi ipsam compensationem incumbat domino et primam opinionem contra conductorem, quod scilicet ipsi incumbat onus probandi sterilitatem unius anni non fuisse compensatam, tenet Rota *in decis.* 727. *num.* 2. *et* 3. ubi plenissime *p.* 4. *div. et dec.* 42. *num.* 5. *et* 6. post Zacch. *de obl. cam.* et cor. Coccin. *dec.* 11. *numer.* 2. et cor. Millin. *decis.* 363. *ad fin.* et sequitur Gratian. *disc.* 557. *num.* 4. *et dec. Marc.* 222. *in add. n.* 4. *et seq.*
At contraria opinio, qood conductor eo ipso, quod proba- 89
vit sterilitatem, habeat intentionem fundatam pro petitione remissionis, itaut locatori eam effugere volenti incumbat onus probandi, quod illa sterilitas fuerit compensata, est forte verior, quia habet pro se textum satis clarum *in l. licet* 8. *c. locat.* in illis verbis, *et quae evenerunt sterilitates ubertate aliorum annorum repensatae non probabuntur*, ut bene advertit post alios Cyriac. controv. 296. num. 19. et sentiunt alii, quos sequitur Bursat. cons 11. num. 32.
Non autem sufficit pro dicta compensatione, quod in aliis
annis conductor perceperit fructus solitos, licet forte fructus 90
soliti soperent quantitatem mercedis, sed requiritur, quod fuerint uberes ultra solitum Put. *decis.* 185. *num.* 2. *ad fin. lib.* 2. nec sufficit modicum, sed debent soperare solitum sal-
tem in tertia parte, ut firmat Bursat. *d. cons.* 11. *num.* 32. 91
post med. Boss. *tit de remiss. merc. conduct.* num. 25. *et* 27. Cyriac. *d. contr.* 296. *num.* 20. et esse communem opinionem asserit Caroc. *de locat. tit. de remiss. merc. quaest.* 8. *num.* 46. sont enim plores, et diversae opiniones in hoc
puncto, ut videre est penes Valasc. de jur. emphyt. quaest. 92
27. num. 43. et compensari cum sterilitate unius anni, quod

percipitur ultra mercedem in aliis, dicit Gratian. in dec. March. 222. num. 6. et consonant tradita per Clapper. caus. 45. num. 9. et per tot.

93 Imo nec sufficeret adesse uberiatem fructuum in dicta quantitate, si propter ipsam ubertatem, fructus viliori pretio venderentur, adeout non posset recompensari conductor in pecunia obligatus solvere Cyriac. *d. contr.* 296. *numer.* 21. *vers. odmonet. etiam Caroc. d. quaest.* 8. *num.* 53. et facit quod e contra dictum fuit paucitatem fructuum non praebere causam remissionis, quod sunt cariores, adsoot ex illis conductor percipiat tantum, ut cesset damnum sufficiens pro remissione facienda supra num. 13.

94 Praeterea non est dubium, quod a praefatis receditur, ubi aliter fuit inter contrahentes conventum imo satis est, quod fuerit conventum de remissione facienda adhoc, ut pactum operetur, ut non sit habenda ratio aliorum annorum secundum Aug, *cons.* 312. *num.* 6. *ver. unde cum hic*, quem sequitur, et defendit Surd. *de alim. tit.* 9. *quaest.* 26. *numer.* 21. *et seq.* Gratian. *dec. March.* 222. *in addit. num.* 2. et

95 sensit Rota coram Coccin. decis. 422. num. 3. at contrarium in hac parte sensit eadem Rota decis. 225. num. 4. et 6. et

96 decis. 226. nom. 1. part. 4. div. unde tutius erit considerare verba pacti, an simpliciter sit conceptum, itaut interpretationem a jure recipere possit, an vero sit relatum ad annos singulos, ut distinguendo eleganter probat. Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 35. et exemplum secundi casus est, si dictum fuerit, *e mancondosi di qualche parte in un'anno*, quia non potest intelligi de pluribus annis, ut voluit Cost. cons. 66. num. 5. et seqq. prout etiam si adsit pactum, quod conductor non teneatur solvere pro tempore, aut summa impedimenti, nam verba illa, *pro tempore*, significant, quod habenda non sit ratio totius temporis locationis, sed pro quovis tempore, quo impediatur conductor, non teneatur solvere, Menoch. cons. 835. num. 23.

97 Caeterum in quam pluribus ex casibus praedictis, in quibus dictum est non attendendam esse rigorosam dispositionem juris circa quantitatem, aut etiam qualitatem damni necessarii pro remissione facienda, dubitari poterit quodnam damnum praecise requiratur, et quoniam difficile est dari certam regulam omnibus casibus adaptabilem modum eeil arbitrio judicis Rip. *in leg. fin. quaest.* 24. *cod. de Revoc. donat.* Ceph. *cons.* 257. *num.* 27. Rota *decis.* 227. *prope fin. par.* 4. *div.* Mautic. *decis.* 35. *num.* 6. qui judex exce-

98 ptis quibusdam casibus, in quibus dictum est liberari debere conductorem a damno etiam minimo, et nisi appareat aliter sensisse partes recordari debet colonum ferre debere aequo animo modicum damnum in fructibus praedii conducti *leg si merces* 28. *§. vis major. ff. locat.* et sustinere aliquam partem incommodi *l. habitatores* 30. *in princip. ff. locat.* et

99 observare poterit damnum non esse modicum, si secundum opinionem vulgi, modicum non reputetur, vel si sit infra sextam partem mercedis, ut tradit Ceph. *d. cons.* 257. *numer.* 27. et Neviz. *cons.* 90. *num.* 9. Rimin. Junior. *consil.* 92. *num.* 16.

De quantitate remissionis faciendae, et de tempore quo fieri debet, ac de actione, aliisque remediis ad eam consequendam.

SUMMARIUM.

1. Remissionem mercedis faciendam esse pro rata temporis habetur in jure civili, et pro rata pensionis habetur in canonico.
2. Quomodo concilietur dicta discrepantia jurium, sunt variae opiniones.
3. Decl, ut reficienda sit pro rata temporis, quando res locata aequalem fructum omni tempore reddit.
4. Et quando non reddit fructum aequalem, tunc habenda ratio pensionis, quae solvitur, et quo intuitu solvitur, et num. 5.
6. Intellige praedictas conclusiones procedere in remissione facienda pro quocumque damno etiam parvo secus in ea, quae requirit laesionem ultra dimidiam.
7. In remissione mercedis facienda pro laesione ultra dimidiam quanta esse debeat, sunt variae opiniones.
8. Prima opinio est, ut sit remissio facienda in totum, videlicet, ut nihil conductor de suo solvat.
9. Secunda est, ut fiat in eo, quod deficit usque ad dimidiam pensionis.
10. Tertia opinio est, ut stetur arbitrio judicis.
11. Quarta est, ut fructus dividantur pro rata, ut in colonia partiaria.
12. Praedictarum opinionum prima ostenditur magis communis, et magis vera, et aliae reprobantur et num. seqq. usque ad num. 18.
16. Decl. d. prima opinio, ut debeant considerari fructus detractis omnibus expensis etiam seminis.
19. Intellige si fructus superent expensas, alias si omnino deficiant, non tenetur locator reficere conductori expensas, et semen.

Pocioni

20. Decl. non procedere in remissionem propter sterilitatem, secus si ob factum, vel culpam locatoris, quia tunc tenetur reficere omnia damna etiam lucri cessantis.
21. Intellige si factum locatoris non fuerit necessarium.
22. Et ubi damnum provenit ex facto necessario, si sit parvum, non reficitur.
23. Et reficienda sunt damna non solum provenientia ex facto locatoris, sed etiam ex facto tertii, quem locator prohibere potuit.
24. Remissio si petatur ob malam qualitatem rei, si locator eam ignoravit non debetur, nisi adsit damnum sufficiens ad eam petendam.
25. Si autem scivit, vel scire potuit, tunc debetur in quantitate damni.
26. Remissionis mercedis quantitas, ut sciatur, debet conductor probare quantitatem damni.
27. Et ubi non potest quantitas probari, statur quantitati verisimili arbitrio judicis.
28. Et potest reconcedi res retinenda pro tanto tempore, pro quanto fuit ejus usus impeditus.
29. Decl. procedere volente conductore, et non alias.
30. Et potest locator offerre se promptum recipere fructus rei, et remittere totam pensionem.
31. Et e contra potest locator offerre omnes fructus deductis expensis, et semine.
32. Remissio mercedis facienda est conductori non valenti uti re conducta, etiamsi eam gratis alteri concessisset.
33. Remissio in locatione ad plures annos facienda est in fine locationis.
34. Contr. quod fieri debet quolibet anno, quo sequitur damnum, est magis communis.
35. Et si subsequentes anni sint uberes, itaut restauretur damnum repetitur remissio.
36. Decl. dictam quaestionem procedere in locatione unica ad plures annos, secus si tot sint locationes quot anni.
37. Decl. 2. procedere in remissione propter sterilitatem secus si petatur interesse
38. Decl. 3 non procedere difficultatem, si appareat contrahentes aliter sensisse.
39. Remissio mercedis potest peti per viam exceptionis.
40. Et etiam per viam actionis, postquam fuit soluta merces, maxime stante solutione anticipata.
41. Remissio mercedis post ipsam mercedem solutam, non potest peti per condictionem indebiti
42. Decl. procedere si solutio fuit facta anticipate, secus e contra.
43. Et praedictae actiones non tantum dantur de jure, quam etiam vigore obligationis locatoris de manutenendo conductorem.
44. Instrumentum contractus locationis, sicut probat actionem uni ex contrahentibus, ita probare debet eam alteri.
45. Via executiva, qua egit locator pro solutione pensionis, competit actio conductori pro repetitione.
46. Executive exactus via ordinaria repetit de stylo curiae.
47. Decl. dictum stylum non esse servandum extra curiam.
48. Decl. 2. in judicio repetitionis indebiti procedendum esse saltem summarie.
49. Decl. 3. non procedere si exactum vigore obligationis cameralis.
50. Remissio mercedis si facta indebite, potest repeti etiamsi verbo donationis facta sit.
51. Decl. procedere si locator, qui eam fecit ignoravit rem non deberi, secus si scivit, et donare dixit.

CAPUT XLVIII.

Praesupposito nunc, quod locus sit remissioni mercedis, si quaeratur de quantitate, in qua facienda sit, offert se primo antinomia manifesta inter jus civile, et canonicum, nam primum *in l. si uno* 17. *§. ubicumque ff. loc.* dicit eam faciendam esse pro rata temporis, secundum vero *in cap. propter sterilitatem de locat. et cond.* dicit eam faciendam esse pro rata pensionis, ad quam tollendam volunt aliqui jus canonicum loqui in casu, quo pensionis aliqua pars sit remittenda, 2
jus vero civile loqui in casu quo remitti debeat in totum Pinel. *in l.* 2. *c. de rescind. vendit. port.* 1. *cop.* 3. *num.* 23. Caroc. *de remiss. merc. quaestion.* 1. *num.* 6. *ver. declaratur secundo* alii vero dicunt textum juris civilis in *dict. §. ubicumque* quatenus contineat vocem illam, *temporis* esse corruptum, quia in pandectis florentinis, ea non adest, ut observavit Valasc. *de jur. emph. quaest.* 27. *numer.* 30. *ad med.* ac etiam ea non adest in codicibus melioris impressionis, prout est ille, quem prae manibus habeo.

At remissionem faciendam esse pro rata temporis, quo conductor fuit impeditus fructus rei percipere tantum quatenus non probetur per test. *in d. § ubicumque* probatur per alios et signanter *in l. si quis domum* 9. *§. hic subjungi ff. locat.* ibi *ut pro rata temporis. quo fruitus est, pensionem praestet* et *in l. si fundus* 36. *prope med. ff. eodem* ibi *ejus scilicet temporis. quo fruitus non fuerim*, et tradunt Bart. *in leg. si uno §. item cum quidam num.* 3. *ff. eodem.* Soccin. Sen. *cons.* 88. *num.* 3. *ver. circa tertium lib.* 1. cum aliis adductis per Caear. *practic. quaest. cap.* 30. *num.* 3. et Rot. cor. Mantic. *dec.* 35. *n.* 4. unde vero est conclusio, sed non 3
potest indiscrete accipi, ut procedat indistincte, sed solum ubi praedium, vel alia res locata quolibet tempore aequalem fructum, seu aequale commodum praestat, prout sunt praedia urbana, utpote domus ad habitandum locatae, quia in eis, solvendo pro tempore, solvitur etiam pro rata fructuum, cum

tamdiu fructus ex eis percipere dicatur conductor, quamdiu
4 in illis habitat, ut post plures dicit Pantzsch. de loc. quaest.
1. in fin. verum quando utilitas utriusque partis non est ea-
dem, in quocumque tempore, ut si molendina locentur pro
certis corbibus frumenti annuatim, de quatuor mensibus in
quatuor menses praestandis, quae tamen in hyeme fere ni-
hil soleant molere, et utilitatem conductori tribuere, sed to-
ta utilitas eorum sit in aestate, et eveniat, quod aestate jam
transacta, scil. de mense octobr. propter excessivas pluvias a
flumine devastentur, non poterit haberi ratio in facienda re-
missione solius temporis subsequentis pro quo conductor non
potuit uti. Sic evidentius si conducta sit domus, quae erat in
nundinis pro uno anno pro decem in toto anno, licet non
esset utilis nisi in quindecim diebus, in quibus erant nun-
dinae, et eveniat, quod postquam conductor habuit illos
quindecim dies migrari compellatur, utique non fiet ei re-
missio pensionis aliarum 350. dierum, pro quibus fuit do-
mus locata, prout e contra si toto tempore anni eamdem do-
mum retinuerit, et imminente tempore nundinarum impedi-
tus fuerit uti pro illis tantum quindecim diebus earum, non
debebit pro illorum rata solum fieri remissio, quare in his
5 et similibus casibus non habenda erit ratio temporis, sed
pensionis, quae solvitur, et quo intuitu solvitur, ut exponit
aequitas canonica, juxta *dict. cap. propter sterilitatem* ut
sensisse videtur ibi Jo. Andr. num. 3. et praedictis, aliisque
similibus casibus relatis, optime explicat Bald. *cons.* 145.
num. 7. *lib.* 3. sic si adfuerit in praedio exercitus de mensi-
bus februarii, martii, aprilis et maii, in quibus pauci admo-
dum fructus percipiuntur, non erit facienda remissio pro
rata temporis, dum potuit conductor aliis mensibus omnes
fructus percipere, ut consideravit Rot. cor Mantic. *decis.* 35.
num. 4. et late Sord. *decis.* 326. *num.* 18. *ver. et quod di-*
ximus et seqq.
6 At haec percutiunt eam remissionem, quae fieri debet pro
quocumque damno, sive magno, sive parvo, quae mensurari
debet ad ratam damni, temporis, et mercedis. At devenien-
7 do ad illam, quae non est facienda nisi damnum sit ultra di-
midiam mercedis, quanta esse debeat remissio quando ei lo-
cus est Menoch. *in tract. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 77. dicit du-
bitari a nostris, et refert tres opiniones, quarum opinionum
8 prima est, ut facienda sit remissio in totum, praesupponendo
videlicet, quod pensio sit centum, et conductor perceperit
solum quadraginta, quod facienda sit in totum, idest pro to-
to eo, quod deficit, et sic pro sexaginta, quae opinio pro-
batur primo, quia jura absolute dicunt simpliciter faciendam
esse remissionem, et sic dum aliud non exprimant, debent
accipi, ut fiat in totum, quia iste est potentior significatus
verborum, qui accipi debet *l.* 1. *ff. si ager vectig.*
Secundo sumendo argumentum ab emptione, et venditio-
ne, in qua si adsit laesio supplendum est pretium in totum,
l. 2. *c. de rescind. vend.* ergo idem dicendum est in loca-
tione, et conductione, prout argumentatur Bart. *in l. si mer-*
ces §. *vis major.* n. 4. *ff. loc.*
9 Secunda opinio est quod remissio solum fiat usque ad di-
midiam ipsius pensionis adeout retento eodem themate, si
pensio sit centum coronatorum, et conductor quadraginta
tantum percipiat, remissio fiat in decem, vel undecim, itaut
conductor non solvat nisi dimidiam totius pensionis, vel quid
minus, quae opinio suadetur ab eo, quod dictum est commu-
niter teneri remissionem non esse faciendam, ubi conductor
quid ultra dimidiam pensionis percipiat.
10 Tertia opinio est, hanc remissionem judicis arbitrio fa-
ciendam esse, prout tenuit Barbat. *cons.* 21. *col. penultim.*
lib. 2.
Ex his opinionibus ita simpliciter cum suis rationibus re-
latis Men. vero sensum suum non aperit, sed Pantzsch. *de*
locat. et cond. quaest. 3. easdem repetit, et deinde observat
videri illum sequi opinionem, quod standum sit judicis ar-
bitrio, quia eam ultimo loco refert, quando enim DD. refe-
runt plures opiniones non aperiendo suam, censetur sequi
eam, quam ultimo loco referunt Bero. *cons.* 93. *numer.* 27.
lib. 1. et cum eadem opinione, quod stetur arbitrio judicis,
transire etiam videtur Caroc. *de loc. in tit. de remiss. merc.*
quaest. 8. *n.* 106. Magen. *dec. Flor.* 67. *n.* 28. Rot. *dec.* 151.
n. 25. *post Zacch. de oblig. cam.*
11 Est etiam alia opinio per praefatos non relata, quod ubi
conductor non percepit pro dimidia mercedis, nulla facta de-
tractione expensarum, omnes fructus percepti dividi debeant
inter dominum, et conductorem, prout fit cum colono partia-
rio, et haec fuit opinio Bald. in l. licet n. 4. c. locat. quam re-
fert, et dicit intelligere servari in aliquibus locis Bos. *in*
suo pract. tit. de remiss. merc. cond. num. 3. *in princ.*
Verum prima opinio, quod ubi non est perceptum quan- 12
tum sufficiat pro dimidia pensionis, fiat remissio in totum,
videlicet, si nihil prorsus perceptum, vel perceptum solum se-
men, et quantum expensum fuit, nihil prorsus solvere debeat
conductor, si autem perceptum aliquid non sufficiens pro me-
dietate pensionis, solvere debeat illud solum, quod perce-
ptum est ultra semen, et expensas, et residuum in totum sit
remittendum, est magis communiter recepta, eam enim sic
explicatam docuit Castren. *in d. l. si merces* 28. §. *vis ma-*
jor. num. 4. *ff. locat.* Imol. *in cap. propter sterilitatem sub*
num. 16. *de locat.* Capr. *in regulis cap.* 88. *n.* 57. Bos. *in*
dict. tit. de remiss. merced. n. 3. ubi testatur hanc esse com-
munem opinionem Nevisan. *consil.* 90. *numer.* 18. *et* 19.
Bursat. *cons.* 309. *num* 3. Pantzsch. *d. quaest.* 3. *num.* 5.
ubi quod putat ab hac non esse recedendum.
Et non solum dicta opinio est magis communis, sed etiam 13
verior, nam ultra rationes supra ex Menoch. relatas, eam probat
text. *in d. l. si merces* 28. §. *vis major* ibi *non debet conducto-*
ri damno esse, si plus quam tolerabile sit, laesi fuerint fru-
ctus, si enim non debet conductori damno esse, aperte sequitur,
ut nihil de proprio solvere debeat, alias enim ei damno esset.
Quod autem dictum fuit pro secunda opinione conductori 14
non fieri remissionem, si ultra dimidiam pensionis percipiat,
non concludit, ut ergo quando fit remissio, ea facienda sit in
eo solum, quod deficit ad dimidiam, et residuum solvere de-
beat de suo, nam videmus, quod etiam in emptione, et ven-
ditione permittitur venditorem laedi usque ad dimidiam, et
tamen si laedatur ultra eam non satis est emptori supplere usque
ad illam, sed debet supplere usque ad integrum pretium, a-
lias contractus rescinditur, ut habetur *in l.* 2. *c. de rescind.*
vend. ad cujus terminos reducitur haec remissio per Bart.
in d. licet. prout advertit Pinel. *in dict. l.* 2. *part.* 1. *cap.*
3. *num.* 24 quando enim tollenda est laesio, et damnum de-
bet tolli in totum, licet ad evitandas lites expediat non quod-
libet damnum tollere, sed tantum si sit plus quam tolerabile,
nec quamlibet laesionem, sed tantum si sit ultra dimidiam
ex juribus allegatis.
Quare si opponatur, imo jura velle conductorem ferre aequo 15
animo modicum damnum, ut habetur in ipso §. *vis major*,
et partem incommodi, ut dicitur *in l. habitatores* 30. *in*
princ. ff. locat. facilis erit responsio, ut scilicet debeat illud
ferre si sit modicum, secus autem si plus, quam tolerabile sit,
ut distinguitur in eodem §. *vis major*, et plus quam tolera-
bile esse dicitur, si excedit dimidiam pensionis, ut deduci-
tur ex dicta *l.* 2. *c. de resc. vend.* et tunc conductor liberari
debet a damno in totum, ut probatur eisdem juribus.
Et si opponatur adversus id quod dictum est colonum de- 16
trahere debere semen, et quod superest de fructibus tantum
solvere, quod imo semen perdere debeat per text. *in l. ex*
conducto 16. §. *si vis tempestat ff. locat.* ibi *ne supra da-*
mnum seminis amissi, mercedes agri praestare cogatur re-
spondendum erit textum illum loqui in casu, quo fructus
prorsus sint sublati, itaut nec semen perceptum sit, ut patet
ex verbis praecedentibus ibi, *et si labes facta sit, omnem-*
que fructum tulerit, et ex eo quod expresse dicit, semen a-
missum, quo casu clarum est non teneri dominum fundi il-
lud de suo restituere, sed damno conductoris cedere debe-
re amissionem in casibus, in quibus locator ad aliud non te-
netur, quam ad pensionis remissionem, de quo nunc agimus,
quidquid secus sit in casibus in quibus locator tenetur non
solum ad remissionem pensionis, sed etiam ad omnia damna
de quibus paulo infra dicendum erit.
Hinc dum habemus definitum, quam laesionem, quodque 17
damnum jura non patiantur, inde sequitur ut cesset arbi-
trium judicis, vel quando intret, quia regulandum est a jure,
non poterit judex nisi juxta dictam primam opinionem arbi-
trari, quae propterea servanda erit, ut dicit Bursat *d. cons.*
309. *num.* 3. *vers. et licet*, et sequitur Pantzsch. *d. q.* 3.
ad fin.
Quoad aliam opinionem quam addidi ex Baldo, quod de- 18
beat fieri remissio dividendo fructus cum conductore, uti di-
viduntur cum colono partiario, ejus insubsistentia probatur ex
lectura *text. in d. l. si merces* §. *vis major* non solum ex
quo dicit conductorem damnum sentire non debere, quando
est intolerabile, quod saepissime non verificaretur dicto mo-
do practicando, sed etiam quia expresse distinguit, et diver-
simode practicari cum conductore, ac cum partiario dicit.
Pro hac vero remissione non tenetur locator aliquid de 19

suo refundere conductori ratione sui interesse, quod excedat
utilitatem affictus, nisi expresse fuerit conventum Angel. *cons.*
310. *num.* 4. *post med. ver. ad id autem;* adeout si non sit
perceptum semen illud perdere debeat conductor, ut mox di-
cebam per text. *in l. ex conducto* 16. *ff. locat.* et hoc proce-
dit in remissione propter sterilitatem absque facto, et culpa
20 locatoris, his enim intervenientibus, locator tenetur reficere
conductori omnia damna, ac etiam lucrum cessans *l. si fun-*
21 *dus* 36. *post med. ff. locat.* quatenus tamen factum locato-
ris non fuerit ei necessarium, quia tunc non tenetur nisi pen-
sionem remittere, puta si necesse habeat domum reficere ne
ruat *l. et haec distinctio* 38. *in princ. ff. locat.* imo in isto
casu conductor tenetur partem incommodi, parvulam tamen,
22 aequo animo ferre, et pro ea remissionem petere nequit *leg.*
habitatores 30. *in princ. ff. locat.* et distinguendo inter re-
fectionem necessariam, ut pro ea facienda sit solum remissio
ad metam impedimenti, et voluntariam, ut pro ea sint reficien-
da damna, et interesse est text. *in l. qui insulam* 33. *in princ.*
ff. eodem.
23 Imo non solum tenetur ad damna, et interesse locator, si
facto suo impediatur conductor, sed etiam si impediatur ab
eo, cui ipse prohibere posset ne id faciat, ut est text. *in l. si*
fundus 36. *post med. ver. nam etsi ff. locat. cum concord.*
relat. per Rot. cor. Verall. *decis.* 180. *num.* 2. *part.* 1. Gra-
tian. *disc.* 376. *num.* 18. ubi quod est distinctio approba-
ta a DD. qui etiam latius distinguunt, seu potius distinctio-
nem apertius explicando, considerant quatuor casus princi-
pales cum eorum subdistinctionibus, et declarationibus, quo-
rum primus est si impedimentum proveniat facto locatoris,
secundus si facto conductoris, tertius si facto tertii, et quar-
tus si casu fortuito et est distinctio Bart. *in l. si uno* 17. §.
item cum quidam num. 2. *ver. hoc praemisso ff. loc.* de qua
dixi in *cap.* 28. *de oblig. locatoris a num.* 25. ubi videri
potest, et latius penes Caroc. *tit. de remiss. merced. q.* 8.
a num. 13. *et plur. seqq.* et Pantzsch. *de loc. quaest.* 13. *et*
quaest. 14. *per tot.*
24 Si res locata fuerit malae qualitatis, et locator ignorare
potuerit, non tenetur nisi ad remissionem mercedis, quate-
nus ex illa mala qualitate resultet damnum conductori suf-
ficiens, at si scivit, vel scire potuit, tenetur etiam ad inte-
resse, ut probat *text. in l. sed addes* 21. §. *si quis dolia ff.*
25 *locat.* dum ibi dicitur, quod si locavi pascua in quibus erat
herba mala per quam mortua sunt animalia, si scivi, teneor
ad damna, si ignoravi, solum pensionem non peto, si autem
locavi vasa, quae sunt vitiosa, teneor ad damna sive scivarim,
sive ignoraverim vitium, et ratio differentiae redditur a *glos.*
in ver. herba mala, quia locans vasa debuit scire, in pascuis
jure potuit ignorare, late Caroc. *de loc. post tit. de imperit.*
Caprar. conclus. 6. *num.* 8. *et seq.* ubi et de locatione equo-
rum in qua distinguit inter locationem equi certi factam a
sciente eum malum, ut teneatur ad interesse, et locationem
equi incerti factam ab habente bonos, et malos, et dicit te-
neri pariter ad interesse si postea praesentavit malum.
26 Adhuc autem, ut possit scici quotitas, et fieri remissio
modis praedictis, et adhoc ut solvi possint damna, et interes-
se conductoris, utique supponitur eorum probatio, quae qui-
dem a conductore facienda est, ut dictum est supra *in cap.*
praeced. num. 64. et dicit Rota cor. Verall. *dec.* 183. *n.* 4.
p. 1. quod liquidari debent, nec est praestandum juramen-
tum ad illorum liquidationem.
27 Verum, quia omnia intelliguntur datis terminis habili-
bus, et in hoc proposito quoque non videtur aequitatem per-
mittere, quod si damna non probentur in specie, debeat
conductor, qui in genere ea probavit, laesionem pati, si du-
bitetur de quantitate, quia non potest dari certa regula, stan-
dum erit judici, qui ad metam damni magis verisimilis eam
arbitretur Covar. *pract. res c.* 30. *num.* 2. *vers. vidi tamen,*
Rot. cor. Mantic. *dec.* 35. *ad fin.*
28 Unde si impeditus fuerit conductor aliquo certo tempore
uti re conducta, propter difficultatem liquidandi ejus damna,
potest ei eadem res reconcedi pro alio, et eodem tempore, ut
ita recompensetur, ut voluerunt Cornel. cons. 38. *in fin.*
lib. 2. Decian. *cons.* 107. *num.* 4. *vers. si ergo,* Bursat.
29 *cons.* 309. *num.* 10. *ver. verum quia haec damna,* quod ta-
men procedere volente conductore, secus autem eo invito,
declarat Pantzschm. de loc. quaest. 2. numer. 11. et potest
30 etiam locator, dum conductor conqueritur de damno, of-
ferre se promptum recipere fructus rei, et remittere illi tota-
liter pensiones, et quatenus eum ita reddat tutum a damno,
cludet omnem ejus remissionis praetensionem, Paris. *cons.*
38. *num.* 18. *et* 24. *lib.* 2. Rolan. *cons.* 86. num. 9. *lib.* 3.
Pantzschman. *dict. quaest.* 2. *num.* 12. Caroc. *de locat. tit.*
de remiss. merc. quaest. 2. num. 16. ubi et a contra, quod 31
conductor potest offerre omnes fructus deducto semine, et
expensis, quod intelligendum est in casu, quo locus sit re-
missioni mercedis, nempe ubi non percipiat quantum suffi-
ciat pro dimidia mercedis, juxta supradicta.
Non tamen excusaretur a remissione locator ex eo, quod 32
nullam utilitatem pretio aestimabilem conductor ex re lo-
cata perciperet, uti si domum alteri habitandam gratis con-
cessisset, quia adhuc ei remittere illam in suis casibus de-
beret, est text. *in l. qui insulam* 33. §. *aediles ff. locat.* et
ibi Bart. in *sum.*
Si autem quaeratur, quando facienda sit remissio, dubium 33
praecipue cadit in locatione ad plures annos si eveniat ste-
rilitas in aliquo eorum, an statim anno illo facienda sit re-
missio, an vero expectandi sint omnes anni, et facienda in
fine, et opinionem, quod fieri debeat in fine tenuit Thesaur.
qu. 47. *num.* 4 *lib.* 2. Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 42. *de fin.* 35.
ad fin. ver. itaque frustra Rot. *decis.* 225. *num.* 6. *p.* 4.
div. et habet haec opinio rationem, quia cum remissio fa-
cienda sit, nisi sterilitas unius anni cum ubertate praeceden-
tis, vel subsequentis anni valeat compensari, ut dicit text.
in cap. propter sterilitatem de locat. utique iste calculus
non potest fieri nisi omnibus annis expectatis, ut considera-
cit Rot. *in decis.* 225. *num.* 5. *part.* 4. *div.* et pro ista opi-
nione judicatum fuisse refert Valasc. *de jur. emphyt. quae-*
stion. 27. *num.* 47.
Verum contraria opinio est magis communiter recepta, 34
tenuit enim eam Aretin. *cons.* 52. *num.* 4. *post princ. ver.*
sed rarissime Bursat. *cons.* 11. *num.* 34. *et cons.* 309. *n.* 1.
post med. ubi quod nemo contrarium cogitavit Becc. *cons.*
82. *sub num* 24. Surd. *cons.* 34. *num.* 64. *ante med.* Boss.
qui hanc communem esse testatur *tit. de remiss. merc. con-*
dit. num. 23. *post med.* Valasc. *de jur. emph. quaest.* 27.
num. 47. licet referat vidisse quandoque judicatum pro con-
traria Caroc. *tit. de multiplicat. contract.* num. 31. ubi
pariter de communi, et si placeat hanc retinere, rationi in 35
contrarium adductae responderi potest, quod ubertas futura
non est suspensiva remissionis, sed resolutiva illius, et pro-
pterea non debet fieri calculus annorum futurorum antequam
remissio fiat, sed ea post, ut aperte habetur *in l. si uno* 17.
in princ. ff. locat.
Caeterum dubium hoc procedit cum supposito, quod lo- 36
catio sit unica plures annos complectens, licet pensio in an-
nos, vel menses singulos sit distributa, et in his terminis lo-
quuntur Caroc. d. n. 31. et 32. et alii, nam quatenus sint
plures locationes, tunc cessat difficultas, et clarum est, quod
ubertas unius non supplet aliam, ut docuit Bald. *in l. licet*
n. 17. *ver. sed si novus* 2. *locat.*
Prout etiam cessat dicta difficultas si non agatur proprie 37
de remissione mercedis propter sterilitatem, sed petatur in-
teresse ob factum locatoris, vel tertii Thesaur. *qu.* 47. *n.* 4.
lib. 2. et quod hoc casu non considerentur omnes anni Bu-
rat. *cons.* 309. *num.* 4. *ad fin. ver.* 2. *principaliter.* Nec 38
non si ex pacto desuper convento dignoscatur partes aliter
sensisse Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 35. et in aliis casibus,
in quibus non habendam esse rationem aliorum annorum,
dictum fuit supra *cap. praecedenti ad fin.*
Si denique quaeratur de actione, aliisque remediis com- 39
petentibus pro ista remissione consequenda, in primis potest
conductor de ea opponere per viam exceptionis adversus lo-
catorem agentem pro mercede, ut dictum est supra in *cap.*
45. *ubi num.* 11. *et seq.* ubi talis exceptio opponi valeat ab
obligato in forma Camerae, vel alia via executiva adstricto.
Et ulterius poterit etiam conductor eam petere per viam 40
actionis postquam solverit, idque praecipue si solutio pensio-
nis fuit anticipata facta, ut sunt text. *in leg. si quis fundum*
10. §. *Imperator in fin et in l. sed addes* 21. §. *si quis*
cum in annum, et in l. si fundus 36. *vers. similiter dige-*
stis loc.
Quaesitum autem fuit, quae actio competat conductori 41
hoc casu, et quidem Mela scripsit ex conducto actione repe-
titurum conductorem, non quasi indebitum condicturum.
Non enim per errorem dedit plus, sed ut sibi in causam con-
ductionis prospiceret. Aliter atque si quis cum decem con-
duxisset, quindecim solverit, hic enim si per errorem solvit,
dum putat se quindecim conduxisse, ex conducto actionem
non habebit, sed solam condictionem, nam inter eum qui
per errorem solvit, et eum, qui pensionem integram solvit

ante diem, multum interest, ut dicit *text. in d. l. sed addes ⁊. si quis cum in annum*, et tradit etiam Gratian. *disc.* 376. *num.* 22.

At contrarium brevioribus verbis, sed tamen satis aperte habetur *in d. l. si quis fundum ⁊. Imperator in fin.* ibi *atqui temporis, quod insecutum est, mercedes, ut indebitas recu-*
42 *perabis.* Sed componitur ista jurium discrepantia, ut non competat conditio indebiti, sed actio ex conducto, si conductor solverit anticipate, nempe ab initio antequam competeret ei exceptio retentionis in quibus terminis loquitur, et procedit text. *in d. l. sed addes ⁊. si quis cum in annum*, secus vero si solvit postea, in quibus terminis loquitur, et procedit alius text. *in d. l. si quis fundum ⁊. Imperator*, primo enim casu, de tempore solutionis merces non erat adhuc indebita, sed bene secundo *glos. in dict. ⁊. Imperator ver. recuperabis* ubi etiam Bart. Castren. *in dict. leg. sed addes num.* 21. *⁊. si quis cum.* Gratian. *dict. discept.* 376. *num.* 30. *et* 31.

Neque obstat text. in *l. si pater ignorans ff. sol. matr.* per quem probari videtur condictionem indebiti numquam habere locum, dum dicit, quod si pater mulieris solvat genero dotem jam soluto matrimonio eam non per conditionem indebiti, sed actione pro dote repetit, nam respondetur ibi speciale esse, ut cesset condictio indebiti favore dotis, ut *l. cum is qui ⁊. mulier. ff. de condict. indebit.* prout d. text. *in l. si pater ignorans* respondet praefata *gl. in l. si quis fundum* 10. *⁊. imperator ver. recuperabis* cum qua transit ibid. sicco pede Bart. sed Castren. dicit, quod *in d. l. contraria* poterat competere actio ordinaria de dote, et ideo cessat condictio indebiti, quodque cessaret etiam in casu *d. ⁊. imperator* si competere posset actio ex conducto, sed ibi non posse eam competere, quia solutio fuit facta locatione finita, et ideo non potest alia competere, quam condictio indebiti.

43 Et ista repetitio, et actio ex conducto, dabitur tam ex iure communi, quam etiam vi conventionis quando praecessit instrumentum, et locator promisit manutenere conductorem, ut probat Grat. *disc.* 376. *num.* 22. *ver. ista autem et seq.*
44 quia contractus locationis est ultro citroque obligatorius, et aequitas non patitur, quod ex ipsius instrumento unus possit agere, et alius non *l. si id. certo ⁊. nunc. videndum ff. commod.* Rol. *cons.* 69. *num.* 9. *lib.* 4.

Et vi ejusdem aequalitatis servandae inter locatorem, et
45 conductorem, sequitur etiam, ut si locator compulit vigore ipsius instrumenti solvere via executiva procedendo, eodem modo compellere poterit conductor locatorem ad restituendum exacta, prout pariter firmat Grat. d. discep. 376. numer. 26. et 27.

46 Nec obstat, quod executive exactum, non executiva sed via ordinaria repeti debeat, prout servari in curiis romanis testantur Adden. ad Greg. *decis.* 581. *num.* 38. quia ultra
47 quod praedictus stylus curiae romanae non est servandus extra eam, secundum Grat. *dec. march.* 220. *in addit. num.* 7. et
48 in judicio repetitionis indebiti, procedendum est saltem summarie Rot. cor. Merlin. *decis.* 464. *num.* 4. posset etiam responderi stylum non applicari, dum conductor repetit vigore instrumenti, quod in curiis semper continet obligationem
49 cameralem quae dat viam executivam etiam pro eis quae veniunt ex juris interpretatione *decis.* 84. *num.* 7. *et* 8. post Zacch. *de obl. cam.* et pro virtualiter in dispositione contentis *decis.* 270. *num.* 5. *et* 17. *ibid.* et posse procedi executive pro repetitione indebiti, vigore obligationis cameralis soluti, Ridolphin. *in praxi p.* 1. *c.* 1. *n.* 73.

Sicut etiam, ut dictum est, conductor si solverit dum ei competebat remissio, potest solutum repetere, ita, et locator
50 si remissionem fecerit, dum non debebat, poterit iterum exigere, et quod magis est, etiamsi remiserit verbo donationis, ut est text. expressus *in l. si uno* 17. *vers. sed et si ff. loc.* quod
51 tamen procedit si ignoravit remissionem non deberi, secus autem si sciait, et verbo donationis remisit, ut probat aperte idem text. juncta *glos. in ver. et scit locator.*

De pactis conventis circa mercedis remissionem.

SUMMARIUM.

1. Pacta intelligi debent prout de jure.
2. Remissionem mercedis petens conductor, agit de damno vitando.
3. Pactum, quod fiat remissio mercedis non debet restringi ad limites dispositionis juris communis, sed aliquid ultarius operar.
4. Lim, si pactum dicat, fiat restaurum debitum, quae intelligitur prout de jure.
5. Idem si dictum, quod fiat restaurum conveniens.
6. Pacta debent intelligi, ut aliquid operentur ultra dispositionem juris communis, sed restringenda sunt, ut quanto minus fieri possit ei derogent.
7. Pactum, quod fiat remissio mercedis sufficit, ut aliquid remittat de requisitis per dispositionem juris.
8. Et quid remittat attendanda voluntas partium.
9. Pactum, quod fiat remissio in casu, quo de jure fieri non debet, vel e contra, valet.
10. Verba potissimum mentem significant
11. Verborum a proprietate non est recedendum nisi aperte constet partes aliter sensisse.
12. Et attendendae etiam sunt circumstantiae verborum, et ad quas referantur.
13. Pactum, quod fiat remissio in casu inondationis fluminis, intelligitur si concurrant requisita in casu illo.
14. Pactum, quod fiat remissio, si potest plura operari, et non dignoscatur, de quo senserint partes, interpretari debet, ut operetur, quod minimum est.
15. Interpretatio pacti semper facienda est, contra illum ad cujus favorem fuit appositum, et qui in eo se fundat.
16. Pactum, quod fiat remissio, quamvis damnum non sit ultra dimidiam non intelligitur de damno modico.
17. Modicum dicitur, quod est intra sextam partem, nisi aliter sit opinio vulgi.
18. Remissio mercedis, ut facienda sit, non est necesse, quod concurrant simul plures causae, sed una sufficit de jure.
19. Pactum, quod fiat remissio in casu belli, et pestis, non intelligitur copulative, sed sufficit, vel bellum, vel pestis.
20. Pactum, quod conductori non sit facienda remissio, non est validum secundum aliquos.
21. Contrarium probatur verius.
22. Decl. primam procedere si agatur de remissione propter impedimentum procedens a facto locatoris, vel ejus quam locatus impedire potest secus propter alios casus fortuitos et n. 24.
23. Pactum contra substantiam, et primaevam naturam contractus non valet.
25. Renunciatio generalis non valet.
26. Decl. procedere in judiciis, non in contractibus
27. Renunciatio generalis remissionis mercedis non comprehendit factum partis.
28. Ampl. etiamsi factum non possit dici culposum.
29. Locator impediens conductori usum rei locatae dicitur in dolo.
30 Factum partis comprehenditur in pacto quando alias nihil operaretur.
31. Et comprehenditur si provenit culpa locatoris, lege permittente.
32. Renunciatio generalis remissionis, et casuum fortuitorum restringitur ad venientes in fructibus, et evenientes in ipsa rei substantia non comprehendit.
33. Renunciatio remissionis mercedis, et casuum fortuitorum solet pluribus modis concipi.
34. Renuncians omni legum auxilio, dicitur renunciare remissioni mercedis.
35. Contr. tenent aliqui, sed prima est magis communis.
36. Lim. dictam primam opinionem, ut praefata renunciatio suffragetur si damnum sit in fructibus, non in rei substantia.
37. Lim. 2. ut non suffragetur in casibus insolitis
38 Lim. 3. ut procedat solum si locator permiserit mercedem solvere, et remissionem non petere, et deinde renunciaverit omni legum auxilio.
39. Et tamen haec limitatio suspecta.
40. Inclusio unius casus, est exclusio alterius.
41. Provisio hominis facit cessare provisionem legis.
42. In contractibus proceditur de similibus ad similia.
43. Exempla non restringunt.
44. Casuum fortuitorum requiritur renunciatio specifica.
45. Remissio mercedis uno casu cavenda non inducit renunciationem in aliis.
46. Decl. ut si aliqui casus enumerentur exempli causa, tunc non censeantur exclusi alii, secus si explicentur limitandi causa.
47. Taxativa non sufficit ad hoc, ut casus censeatur expressi limitandi causa.
48. Taxativa excludit extranea, non ea quae veniunt secundum naturam actus.
49 Pericula in se suscipere, et periculis renunciare, idem est.
50. Casus fortuiti, an veniant in renunciatione periculorum, magna quaestio est.
51. Periculi nomine late sumpto, veniunt etiam casus fortuiti.
52. Ex eo, quod quis tenetur de periculis, non infertur, quod teneatur de casibus fortuitis.
53. Ut quis teneatur de casibus fortuitis requiritur pactum speciale.
54. Fortuitis casibus, quae accidunt, praecogitari non possunt.
55. Periculi assumptio simpliciter facta, non sufficit, ut veniant casus fortuiti.
56 Casus fortuitos sufficit exprimere specialiter, absque eo quod exprimantur in individuo.
57. Casus fortuiti non veniunt, etiamsi quis susceperit omne periculum.
58. Idem si usus sit aliis verbis generalibus, ut si dixerit velle solvere pensionem omni exceptione remota, vel susceperit in se risicum, aut conduxerit cum omnibus suis reschis, et spinellis.
59. Idem si promiserit rem locatam manutenere.
60. In renunciatione casuum fortuitorum, veniunt etiam valde insoliti secundum aliquos.
61. Contraria tamen est magis communis.
62. Quid si conductor expresse renunciaverit casibus insolitis, seu cogitatis, et incogitatis?
63. Insoliti casus nedum sunt in comparativo, sed etiam in superlativo.
64. Et sunt qui non cogitati potuissent nisi a viro prudente, et alii qui nisi a prudentissimo.

65. Renunciatio expresse loquens de casibus insolitis, et inopinatis, potest intelligi de insolitis, non autem de insolitissimis, et inopinatis etiam penes prudentissimos.
66. Casibus valde insolitis, an possit renunciari controversum est.
67. Casus insolitissimi, ut comprehendantur in renunciatione, necessaria sunt verba adeo ampla, ut convincant conductorem voluisse emere jactum retis.
68. Casuum fortuitorum distinctio inter insolitos, et insolitissimos est communiter recipienda, licet ab aliquibus impugnetur.
69. Renunciatio aliquorum casuum fortuitorum in specie si adhibita sit clausula generalis, et aliis quibuscumque, restringitur ad alios similes, et majora non comprehendit.
70. Et neque comprehendere minores volunt alii.
71. Contr. tamen, maxime si non sit dictum simpliciter, aliis, sed addita sit dictio, universalis, est magis communis, et tenenda.
72. Pactum non petendi remissionem, etiam in casibus fortuitis, et latissime conceptum, non comprehendit casus perimentes ipsam rei substantiam.
73 Ampl. sive rei substantia perimatur in parte, sive in totum.
74. Pactum, quod fieri non debeat remissio mercedis in casibus fortuitis est iniquum.
75. Et est strictissime intelligendum sumendo quamcumque possibilem interpretationem.
76. In contractibus bonae fidei praevalere debet aequitas.
77. Pactum praedictum, non est ita amare accipiendum si appareat recompensatum.
78. Juramentum habere solet vim specialis expressionis.
79. Pactum quod non fiat remissio si sit juratum comprehendit omnes casus specialiter exprimendos.
80. Decl. procedere si deficiat tantum expressio, secus si deficiat consensus, et voluntas.
81. Pactum praedictum juratum non comprehendit casus insolitos de quibus non fuit verisimiliter cogitatum.
82. Casus fortuitus est quem nullum consilium humanum providere potest, et cui humana infirmitate resisti non potest.
83. Casum fortuitum Jurisconsulti saepe appellant vim majorem.
84. Fortuitus non dicitur casus, quando est solitus contingere.
85. Limita si sit omnino incertum tempus quo evenire solet.
86. Mors naturalis dicitur casus fortuitus.
87. Fortuitus casus dicitur qui venit a fortuna, non qui ex facto partis, vel alia ratione.
88. Factum principis reputatur casus fortuitus.
89. Lim. non procedere ubi princeps procedit ex causa juste et rite, et recte.
90. Lim. 2. non procedere, si factum principis proveniat ex culpa partis.
91. Casus fortuiti plures enumerantur.
92. Casus insolitus dicitur ille qui semel in mille annis accidit secundum aliquos.
93. Contr. quod non sit necessaria tanta raritas.
94. Et sufficere, quod semel in centum annis teneant alii.
95. Et sufficere quod in quadraginta.
96. Et in solitum dici qui non solet communiter evenire.
97. Et qui praeter cogitationem evenit.
98. Et stari arbitrio judicis qui dicatur insolitus.
99. Dictio, *in*, quando praeponitur, et jungitur cum adjectivo, itaut faciat unum verbum compositum, stat negative, et significat, non.
100. Insolitum proprie est illud, quod non est solitum.
101. Idque etiamsi pluries in brevi tempore evenerit.
102. Insoliti casus qui sint, et magis insoliti, ut comprehendantur in renunciatione standum erit arbitrio judicis.
103. Et judex considerare debebit non solum circumstantias casus, sed etiam qualitates personarum.
104. Et perpendere etiam verba pacti.
105. Pactum loquens expresse de casu inopinato, et insolito, potest intelligi ut non comprehendat insolitissimus.
106. Lucrum an adsit, attenditur tempus contractus.
107. Lim. si contractus non finiatur momento temporis, sed habeat tractum successivum.
108. Casus major dicitur in quo adest major violentia.
109. Praedonum, et banditorum casus in se suscipiens non tenetur in casu exercitus.
110. Factum habentis summam potestatem, reputatur casus insolitus de quo non fuerit cogitatum
111. Casus major, et magis inopinatus, dicitur qui rarius contingere solet.
112 Casus major quis sit, et magis inopinatus, statur arbitrio judicis
113. Bulla Clem. VIII. quae dicitur boni regiminis continet praeceptum quod in locationibus bonorum communitatum apponatur renunciatio amplissima casuum fortuitorum.
114. Renunciationis casuum fortuitorum formula amplissima habetur ex bulla boni regiminis.
115. Statutum, quod non fiat remissio mercedis conductoribus, est validum.
116. Ampl. etiam in lege, quod non fiat remissio in casu impedimenti praestiti a principe locatore.
117. Fiscus locans tenetur de jure remissionem mercedis facere.
118. Statutum, et leges prohibentes remissionem mercedis, debent stricte intelligi.
119. Statutum, quod unum et plura operari potest contra dispositionem juris communis, restringi debet, et unum tantum operatur.
120. Statutum, quod locator impediens usum rei non teneatur ad damna, non debet intelligi, ut neque teneatur mercedem remittere.
121. Statutum, quod non fiat remissio propter impedimentum non intelligitur de impedimento perpetuo.
122 Statutum, quod non fiat remissio, si non loquitur de interitu rei vel partis, non est ad ejus trahendum.
123. Gabellae substantia tollitur per impedimentum commercium.
124. Verba universalia, ampliant numerum casuum, sed restringuntur ad ipsorum expressum.

Pacioni

125. A pacto ad statutum valet argumentum, et e contra.
126. Statutorum, et legum verba quamvis ampla, semper recipiunt interpretationem, ne quis indebite damnum patiatur.
127. Remissio mercedis licet de rigore non sit facienda propter aliquam constitutionem, tamen stante enormissima laesione, facienda erit ex aequitate.
128. Valor fructuum si conductor ad eos tenetur attenditur, qui erat de tempore locationis, non qui de tempore solutionis.
Contr. tenent alii sed a praedicta non recedendum num. 130.
129. Locator in casu damni non restaurat conductorem in pretio fructuum quos amisit, sed remittit mercedem.

CAPUT XLIX.

Licet in proxime praecedentibus capitulis dicta fuerint plura de pactis, quae fieri solent circa remissionem mercedis, tamen quia dicta fuerunt incidenter, et specialiter, et haec pacta plurimum frequentantur, necesse est aliquid amplius, ac generalius loquendo hic addere. Distinguendum autem est inter pactum affirmativum, videlicet, remissionem faciendam esse et negativum, videlicet remissionem non esse faciendam, seu renunciationem remissionis.

Quo igitur ad pactum affirmativum, videlicet remissionem
fieri debere, est conforme dispositioni juris et naturae con-
tractus, unde controvertunt DD. an restringi debeat ad ipsam 1
juris dispositionem, et contractus naturam vel non, et licet
regula sit, quod pacta intelligi debeant prout de jure, non
autem censeantur opposita animo novandi legalem dispositio-
nem, *l. 4. §. si ex conventione, ff. de re judic. l. penult. c.
de except. rei judic.* Rot. *decis.* 392. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*
late Lancell. *de attent. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 79. *et segq.*
ubi plurima dat exempla; tamen in hoc proposito quia aequi- 2
tas magis militat pro conductore, qui agit de damno vitando,
quam pro locatore, qui agit potius de lucro, ut adsertunt
Coro. *cons.* 38. *num.* 20. *lib.* 2. Bursat. *cons.* 309. *num.* 10.
vers. tertio facilius, Pantzschman. *quaest.* 11. *ad fin.* Ma-
gon. *decis. Flor.* 67. *num.* 17. Buratt. *decis.* 359. *num.* 10. 3
videtur aequitati magis consona, et amplectanda opinio, ut
hoc casu pactum aliquid operetur ultra juris dispositionem,
et non sit prorsus et omnino superfluum, prout concludit lo-
tissime disputata quaestione Pantzschm. *d. quaest.* 11. *per
tot.* et signanter *num.* 32. *vers. secundo consideratur*, et
est magis communis opinio, ut idem testatur ibi in princi-
pio, et diximus supra in *cap.* 47. *num.* 37. *et seq.*

Recedendum tamen erit a praedicta opinione, quatenus 4
appareret contraria voluntas contrahentium ex verbis pacti,
ut si dixissent, quod fieri deberet restaurum debitum, dicendo
enim debitum, videntur velle quod fiat prout de jure debe-
tur, et sic non est recedendum ab ejus dispositione, Boss. *de* 5
remiss. merced. publican. num. 48. *post med. vers. sed con-
cludendo dic.* et idem esset si dixissent, faciendum restau-
rum conveniens, Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 21. *vers.
sed verbo* Surd. *cons.* 34. *num.* 49. *vers. responderi etiam
potest et seqq.*

Et cum pactum operari debeat aliquid ultra dispositionem
juris, quia de jure plura debent concurrere, ut fiat remissio,
scilicet quod adsit damnum ultra dimidiam, quod computen-
tur anni fertiles cum sterilibus ad dignoscendum damnum,
quodque propterea secundum aliquos expectandus sit finis
locationis, quod non potuerit conductor verisimiliter scire
rem illi damno subjectam esse, et alia de quibus dictum est
supra in quatuor praecedentibus Capitulis. Licet pactum pos-
sit operari, ut remissio fiat absolute, et indistincte prout fur- 6
te loquitur; et sic quod nullum ex praefatis requisitis atten-
di debeat, tamen non debet accipi, ut operetur in omnibus,
sed satis erit operari in aliquo, ut ita pactum aliquid opere-
tur et postea restrictio fiat, ut minus deroget juri communi
quam possit, ut interpretanda esse generaliter pacta docent
Felin. *in cap.* 1. *col.* 7. *ver. declara duob. modis de re-* 7
script. quem in his terminis nostris refert et sequitur Gozad.
cons. 74. *num.* 15. *prope fin.* Cephal. *consil.* 104. *numer.* 8.
Rot. coram Coccin. *decis.* 422. *n.* 3.

Verum dubium esse potest quid de praedictis operari de- 8
beat, et diligenter in primis inspiciendum erit quid sense-
rint partes, quia omnes DD. qui tractant hanc materiam to-
tum negotium conferunt quid ex serie pactorum actum sit,
et in hoc versatur tota difficultas, non universi fatentur pacta
servanda esse, ut dicit Rot. *in dict. decis.* 422. *num.* 4. *ver.*
et omnes coram Coccino. Potest enim sine dubio conveniri 9
per pactum, ut fiat remissio conductori, in casu quo de jure
facienda non esset, prout e contra, quod non fiat in casu quo
facienda esset Berv. *cons.* 142. *num.* 11. *lib.* 1. Surd. *cons.*

34. num. 25. et 26. Castill. variar. part. 3. cap. 3. num. 48.
10 et seq. perpendenda igitur erunt verba, quia ea potissimum
mentem significant l. 2. c. com. de leg. Gregor. dec. 301. n.
11 5. nec a verborum proprietate recedendum nisi manifeste
constet partes aliter sensisse l. non aliter 69. in princ. ff de
leg. 3. Coro. cons. 272. num. 5. post med. ver. et maxime
quia, lib. 4. Fulgos. cons. 85. numer. 2. ver. sed ambiguis
Magon. decis. Flor. 52. num. 12. et attendendae erunt etiam
12 circumstantiae verborum, et ad quae referantur, et inde re-
stringi, debebit pactum, unde si verbi gratia, pactum. quod
fieri debeat restaurum, sit relatum ad casum inundationis
13 fluminis, intelligi debebit, ut tollat difficultatem, quae oriri
potuisset, an fieri deberet vel non, propter casum illum, ex
quo forsan esset casus solitus in loco rei, et propterea condu-
ctor poterit verisimiliter id scire, ac velle eam difficultatem
tollere per pactum, quod proinde non debet intelligi, ut ul-
terius deroget etiam dispositioni juris requirentis ad hoc, ut
restaurum fieri debeat, damnum esse ultra dimidiam merce-
dis, prout late decisum fuit coram Coccino in dict. dec. 422.
per tot. confirmata coram Manzanedo dec. 553.
14 At quatenus pactum plura operari possit et non dignosca-
tor aliquo modo quid senserint praecipue partes, et ad quid
pactum ipsum magis referri valeat, tunc sumenda erit inter-
pretatio, ut quod minus est operetur, tum quia interpreta-
tio facienda est, ut minus deroget juri communi quam potest,
ut ex Felin. Gozadin. et aliis dictum est supra, tum etiam
quia interpretatio semper facienda est contra eum, ad cujus
15 favorem appositum est pactum, et qui in illo se fundat Ale-
xand. cons. 46. n. 3. lib. 2. Surd. decis. 320. n. 63. Gregor.
dec. 128. n. 8. Mantic. dec. 4. n. 3.
16 Imo, et quatenus etiam pactum omnino operari debeat,
quod remissio sit facienda licet damnum non sit ultra dimi-
diam mercedis. non tamen propterea laxandae sunt ei pror-
sus habenae, ita ut operetur eam fieri pro quolibet damno
minimo, quia conductor modicum damnum aequo animo fer-
re debet l. si merces 28. §. vis major. ff. locat. l. habitato-
res. 30. in princ. ff. eod. quare intelligendum erit. ut non
requiratur damnum, quod de jure requiritur. sed sufficiat
17 minus, dummodo tamen non sit modicum, ut bene firmat
Ruin. cons. 81. num. 3. ad med lib. 1. Bero. cons. 142 nu-
mer. 10. et 24. lib. 2. Surd. cons. 34. num. 31. et modicum
dicitur, quod est intra sextam partem, nisi aliter sit opinio
vulgi Nevis. cons. 90. num. 9. Cephal. cons. 257. num 27
Rim. Jun. cons. 92. num. 16. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 8.
num. 24.
Non tamen semper restringendum erit pactum contra con-
ductorem, sed etiam ampliandum, si dispositio juris ne illud
18 intelligi suadeat: unde cum de jure non sit necesse, quod
plures causae faciendi remissionem simul concurrant, sed sa-
tis sit una Boer. decis. 249. ad. fin. stante pacto, quod fiat
19 remissio in casu belli, et pestis, licet dubitari posset. an si-
mul concurrere debeat utraque causa, scilicet, et belli. et pe-
stis propter virtutem copulae, quae requirit concursum utrius-
que copulati Sord. cons. 317. num. 39. Cyriac. controv. 31.
num. 62. Bars. decis. 121. num. 29 et seqq. Rot. decis. 282.
num. 3. part. 11. recent. tamen contrarium erit dicendum,
prout probat in specie Bursat. cons. 81. num. 19. et seq. ubi
pluribus modis respondet d. virtuti copulae.
20 Si autem pactum sit negativum, remissionem scilicet non
esse faciendam, tunc quia, ut dictum est in cap. 45. in prin-
cip. jura expresse voluit illam fieri, ita ut hoc sit de natura
contractus locationis, ut remissio fiat, tale pactum, tanquam
juris dispositioni, et naturae contractus contrarium, esse nul-
lum sentiunt aliqui, quos refert, et sequitur Menoch. cons.
27. num. 52. et cons. 671. num. 16. et 17. cum quo etiam
transit Lancell. Gall. cons. 118. num. 50. et Mastrill. decis.
299. num. 121. et eamdem opinionem refert etiam Rot. co-
ram Burat. decis. 359. num. 9.
21 At contraria opinio magis probatur. quia conductor re-
nuncians juri petendi remissionem mercedis, nihil aliud in
effectu agit, quam assumere in se periculum, cui, juxta leges
de contractu locationis loquentes, non tenetur. Et simile pa-
ctum, quo quis subit periculum. cui de jure, nec ex natura
contractus subjicitur, esse validum est text. Clar. in l. juris-
gentium, §. si paciscor, ff. de pact. ibi: item si quis pactus
sit, ut ex causa depositi omne praestet periculum, Pompo-
nius ait, pactionem valere. nec quasi contra juris formam
factam, non esse servandam. Et in terminis locationis quod
standum sit pacto, quo conductor subjicitur periculo impedi-
menti sibi in usu rei praestandi est text. in l. si quis fundum
10. in princ. ff. locat. cujus verba sunt. Si quis fundum lo-
caverit, ut etiam si quis vi majore accidisset, hoc ei prae-
staretur, pacto standum esse. Unde merito conductorem re-
nunciare posse casibus fortuitis, et valere renunciationem,
tradunt alii, et signanter Rim. Sen. cons. 154. num. 2. vers.
praemittendo quod, Boss. tit. de remiss. merc. public. num.
42. Gumes. var. tom. 2. cap. 3. numer. 19. ad med. ver.
item quaero Castill. part. 3. cap. 3. numer. 72. et latissime
probat Pantzschm. quaest. 6. num. 3. et seq. Navar. in ma-
nuali cap. 17. n. 179. Valsec. de jure emphyt. qu. 27. n. 34.
vers. secundus casus.
Verum tamen est, quod si recte perpendantur auctoritates 22
citatae, facile erit colligere distinctionem, cum qua conciliari
possint dictae opiniones contrariae, ut videlicet si loqua-
mur de casibus impedimentorum provenientium a facto lo-
catoris, vel etiam illius, quem locator impedire poterat, tunc
quatenus renunciatio petendae remissionis tales casus com-
plectatur, procedet prima opinio, quia de substantia locationis
est, ut locator patientiam praestet, imo et agat, ut conductor
possit uti, et frui re conducta l. si fundus et l. si quis domum
ff. loc. Et pactum contra substantiam, et primaevam natu- 23
ram contractus non valet l. pacta conventa, ff. de contr. ob n.
empt. l. cum precario, ff de precario, et prout latius in
proposito comprobat Menoc. cons. 671. num. 17. Unde be-
ne in his terminis non valere renunciationem firmant Alciat.
resp. 49. num. 10. lib. 8. alias resp. 157. Et in eisdem ter-
minis loquitur Menoch. d. cons 27. num. 50. et cons 671.
num. 16. cum quo transit Mastrill. decis. 299. num, 121. et
ultra eos idem firmant Rauden. resol. 29. num. 45. et latis-
sime Castil. contr. jur. lib. 3. cap. 3. num. 64. et seqq.
Si vero pactum loquatur tantum de casibus fortuitis quos 24
locator impedire non possit, tunc bene sustinebitur, veniunt
enim tales casus appellatione vis majoris, unde de eis est
text. expressus in supra citata l. si quis fundum. 10. ff loc.
et de pacto ita concepto quod sit validum loquuntur Castill,
in d. cap. 3. sub. num. 62. et Pantaschm. d. q. 6. num. 3.
et seq. Valasch. de jur. emph. quaest. 27. num. 34. ver. se-
cundus casus.
Nec obstat quod imo renunciatio generalis sit invalida l. 25
sed. si quis, §. quaesitum, ff. si quis caut. quia hoc procedit
in judiciis propter praetoriam aequitatem quae neminem sub 26
involucro verborum decipi posse permittit l. cum Aquiliana,
ff. de transact. at secus est in contractibus, ut notant in di-
ct. §. quaesitum. Alex. num. 12. Jas. num. 14. Pinel. in l.
2. c. de rescind. vend. part. 1. cap. 3. n. 26. et hanc esse
opinionem receptiorem rejectis contrariis dicit in proposito
nostro Valasc. dict. quaest. 27. num. 34. prope med.
Stante itaque praefata distinctione, et quod, juxta eam, re-
nunciatio remissionis mercedis, quatenus comprehendat casum
provenientem ex facto locatoris, sit nulla, superflua videtur 27
indagatio, an in dicta renunciatione generaliter facta praefa-
tus casus comprehendatur, vel non. et tamen quando de hoc
contingat dubitare, respondendum erit negative, prout re-
spondent Alexan. cons. 84. num. 3. lib. 6. Corn. cons. 128.
num. 6. lib. 2. Bom. sing. 441. Bellon. Sen. cons. 21. num.
12. ver. praeterea etiam Montisperel. cons. 111. numer. 12.
et seqq. Mastrill. dec. 299. num. 10.
Idque procedit in quocumque facto locatoris, etiamsi non 28
possit dici aliquo modo culposum. adhuc enim nunquam
censetur comprehensum in generali sermone Socc. Sen. cons.
156. num. 21. vers. postremo lib. 2. Cravet. cons 98. num.
8. ubi de facto principis locantis gabellas, quamvis factum
principis dicatur justum, et ad publicam utilitatem Surd.
cons. 15. num. 25. Thesaur. quaest. 47. numer. 7. et seqq.
lib. 2. Rot. coram Pen. decis. 26. num. 8. quamvis in pro-
posito dici non possit locatorem impedientem usum rei lo- 29
catae conductori, culpa carere, dum tenetur patientiam prae-
stare, imo et curare. ut possit uti, unde et dolo eum non ca-
reret dicit Alex. cons 84. n. 7. lib. 6. et sequitur Castill.
part. 3 cap 3. num. 67. ubi propterea, aliis pluribus con-
gestis dicit tale pactum nec juramento firmari.
Et licet hoc limitetur ubi alias pactum remaneret omnino 30
superfluum, quia, ad hoc evitandum, venire etiam factum
partis dummodo dolus malus absit probat text. in l. qui offi-
cii 62. ff. de contr. empt. et tradit Soccin. Sen. cons. 84.
num. 6. lib. 3. tamen hoc difficile est applicari posse in con-
tractu locationis, quia in eo pactum operari potest in quam
pluribus aliis casibus, ut bene advertit Alexan. cons. 84. num.
6. lib. 6.
Non tamen facienda esset remissio, si factum locatoris pro- 31

ecdese. a culpa conductoris, et lege permittente factum esset,
puta si, conductore vergente ad inopiam, et moroso in solu-
tione pensionis existente deputatus ei fuisset assistens vel oe-
conomus quia sibi imputare deberat, ut late probasit Surd.
decis 94. *num.* 4. *et per tot.* quem sequitur Cohell. ad Bull.
bo. regim. cap. 48. *num.* 54. Turret. *cons.* 60. *num.* 2. *post
med. et seqq.*
32 Restringitur etiam et declaratur dicta renoncistio genera-
lis omnium casuum fortuitorum, quamvis amplissime con-
cepta, ut comprehendat casus omnes evenientes in fructibus,
non autem evenientes in ipsa rei substantia, et illam peri-
mentes, ut dicam infra *n.* 72.
33 Solet autem haec generalis renunciatio pluribus modis con-
cipi, quidam enim dicunt renunciare periculis, quidam in
se pericula assumere, quidam simpliciter conducere suo peri-
culo, et vulgariter *a suo rischio*, alii dicunt cum suis raschis
et spinellis pront loqui DD. Italos refert Valasc. *d. quaest.*
27. *num.* 36. et mille aliis modis loquuntur. Unde saepe o-
34 riuntur contentiones super intellectu renunciationis, et ali-
quando contingit dubitari, an talis renunciatio adsit vel ne,
ut signanter in casu quo promissa fuerit solutio cum renuncia-
tione omni legum auxilio, inde enim resultare renunciatio-
nem petitionis remissionis sensit Alberic. *in l. item quae-
ritur.* § *exercito num.* 8. *ff. locat.* ubi dicit quod ita obti-
nuit in collegio Bergomensi, et quod ita servatur in Lom-
bardia et in *l. licet num.* 3. *in fin. c. locat.* Guzzadin. *cons.*
69. *num.* 20. Bolloo. Sen. *cons.* 21. *num.* 4. Nevizan. *cons.*
91. *numer.* 17. *et seqq.* Rolao. *cons.* 86. *numer.* 10. *lib.* 3.
Ripoll. Var. *cap.* 12. *numer.* 318. *et seqq.* Capyc. *decis.*
87. *numer.* 10. Rot. post Zacch. *de oblig. cam. dec.* 40. *nu-
mer.* 2.
35 Contrariam vero opinionem defendit Claud. Seisel. *in l.
interdum,* §. *quod ex naufragio. ff. de acquir. posses.* quem
refert. et subdubie sequitur Becc. *cons.* 82. *numer.* 21. Viv.
opin. 129. *numer.* 9. ubi dicit, quod opinio Alberici nun-
quam sibi placuit, et quod contra illam est communis schola
omnium scribentium, et cum Vivio transire videtur Gratian.
36 *disc.* 534. *num.* 40. At prima opinio videtur magis commu-
nis quam etiam cum limitatione, ut procedat si damnum sit
datum in fructibus non autem in rei substantia, pluribus a-
liis adductis, admittit Surd. *in cons.* 197. *num.* 18. et cum
37 eo transit Gratian. *disc.* 195. *num.* 6. et cum alia limitatio-
ne, ut non procedat in casibus insolitis, pluribus cumulatis,
eam pariter admittit idem Gratian. *disc.* 534. *numer.* 45.
Quae quidem limitationes erunt sine difficultate retinendae,
cum procedent in fortioribus, etiam ubi adsit expressa re-
38 nunciatio remissionis mercedis, ut dicam infra suo loco. Cae-
terum alia est limitatio dicta opinionis Alberici, ut proce-
dat quatenus conductor promiserit mercedem solvere, et re-
missionem non petere, et deinde omni legum auxilio renun-
ciaverit, secus autem si renunciet simpliciter, nulla remissio-
nis mercedis mentione facta, ut late probat Bero. *quaest.* 155.
39 quem refert Valasc *de jur. emph. quaest.* 27. *num.* 19. *ad
med.* ubi tamen dicit eamdem limitationem sibi suspectam,
et merito, quia destruit totaliter conclusionem, sed addit
tamquam benignam esse sequendam.
Alius casus in quo dubitatur, an adsit renunciatio, est, si
conventa fuerit expresse remissio in casu aliquo, inde enim
40 resultare renunciationem aliorum casuum faciunt regulae,
quod casus unius inclusio, sit alterius exclusio *l. cum prae-
tor, ff. de judic. l. maritus, c. de procurat. cap. non de
praesumpt.* et quod casus omissus haberi debeat pro omisso
*l. si extraneus, ff. de condict. ob caus. l. si cum dotem ff.
sol. matr.* et quod provisio hominis facit cessare provisionem
41 legis *l.* 2. *et* 3. §. *id. quoque ff. ad Sillanianum* ex quibus,
et aliis rationibus hanc opinionem probant Hippol. Rimin.
in l. 1. *num.* 406. *ff. de offic. ejus,* Dec. *cons.* 352. *num.* 8.
Paris. *cons.* 35. *num.* 6. *et seqq et cons.* 63. *num.* 17. *et* 18.
lib. 1. Grat. *cons.* 161. *num* 19. *lib.* 2. Nata. *cons.* 449. *n.*
16 Bars. *decis.* 59. *num.* 2. *et seqq ubi de com.*
Verum nec contraria opinio rationibus destituitur, nam si
conventa fuit remissio in aliquibus casibus, idem dicendum
42 erit in aliis similibus, quia in contractibus proceditur de si-
milibus ad similia *l. nominibus* ubi Bald. *c. de act. et oblig.
l. si quis servum. ff. depos. l. cum qui,* §. *si rem. ff. com-
mod.* Et videtur potius expressionem aliquorum casuum re-
43 putari debere factam exempli causam, quam ad effectum re-
cedendi in aliis a juris dispositione, et natura contractus, et
exempla non restringunt. §. *hactenus instit. de grad. co-
gnat. l. tam infecta la* 2. *ff. de damn. infect.* nam ad casu-
um fortuitorum exclusionem specifica renunciatio a legibus 44
requiritur. *l.* 1. §. *saepe, ff. depos. l. contractu, ff. de reg.
jur. l. quae fortuitis,* c. *de pignor. act. l. negotium* 22. *ff.
de neg. gest.*
Minusque destituitur haec secunda opinio auctoritate DD. 45
qui per praedictas, et alias rationes latius, et melius eam com-
probant et signanter Bal. *consil.* 329. *lib.* 1. Fulgos. *consil.*
193. Natt. *cons.* 449. *num.* 16. Dec. *cons.* 697. Bursat. *cons.*
81. *num.* 15. *et seqq.* Menoch. *cons.* 835. *num.* 18. *ver. re-
spondetur.* 2. Peregr. *cons.* 98. *num.* 8. *lib.* 5. Becc. *consil.*
82. *n.* 15. *et seq.* Montesperel. *cons.* 119. *num.* 14. Aldobr.
cons. 16. *n.* 25. *lib* 1. Magon. *dec. Floren.* 67. *n.* 16. *et seq.*
et ab hac in dubio non erit recedendum, quia pro ea nedum
viget major aequitas sed etiam majores rationes, majoresque
auctoritates, ut videre est penes praecitatos, aliosque ab eis
relatos, et ultra illos si quis cupiat videre quaestionem ple-
nissime discussam adest Pantzschm. *de loc. quaest.* 19. ubi
a *num.* 1. *ad* 26. primam opinionem septem argumentis, et
pluribus auctoritatibus comprobat, deinde *a num.* 26. *usque
ad* 44. comprobat contrariam et ab ipso *num.* 44. *usque ad
fin.* rejicit singulariter omnia adducta pro prima opinione,
ubi propterea videre est non obstare quae superius diceban-
tur, quibus etiam respondet Becc. *dict. cons.* 82. *num.* 15.
et seqq.
Verum has repugnantes opiniones foedere distinctionis
conciliari posse, ut si aliqui casus simpliciter exempli causa 46
enumerentur, tunc non censeantur alii exclusi, et in his ter-
minis procedant tradita pro secunda, si vero specialiter ex-
primantur gratia limitandae obligationis, tunc aliud dicen-
dum esse, et procedere opinionem primam censuit Mantica
de tacit. lib. 5. *tit.* 8. *num.* 25 *ver. verum hoc.* Et videtur
optima distinctio si patest quid actum, nam ut alias vice di-
ximus in hac materia, DD. conveniunt pacta servanda esse,
teste Rot. coram Coccin. *decis.* 422. *num.* 4. *ver. et omnes*;
sed in hoc dignoscendo quandoque labor erit, licet Mantica 47
ibidem dicat, id ex verbis, et conjecturis concipi posse, quod
enim nec taxativa in expressione certorum casuum adjecta
sufficiat, ad hoc, ut non veniant alii sensit Peregr. *cons.* 98.
num. 8. *prope finem lib.* 5. reddens rationem, quia taxativa 48
excludit extranea, non quae veniunt secundum naturam a-
ctus, per glos. et text. *in clem. exivi,* §. *cum autem natura
de verb. sign.* et Jo. de Ansu. *cons.* 36.
Praesupposita vero existentia pacti, quod remissio non fiat
plura oriri solent dubia circa illius intellectum: nam quate-
nus conductor suscipiat in se pericula, vel periculis renun- 49
ciat, quod in proposito idem est Valasc. *de jur. emph. quaest.*
27. *num.* 36. *in princ.* dubitari solet an veniant casus for-
tuiti, et est maxima quaestio, in qua ad veritatem eligendam 50
extremiscere dixit Salic. *in l.* 1. *num,* 10. *c. de comod.* licet
enim sub nomine periculi late sumpto comprehendantur e- 51
tiam casus fortuiti, quia periculum est genus, et casus fortui-
ti sunt species Rip. *de pest. tit. de privil. contr. num.* 71.
et seqq. Velasc. *de jur. emph. quaest.* 27. *num* 36. *in princ.
vers. sed. quia.* Pantzschman. *de locat. quaest.* 6. *num.* 4.
tamen non ex eo, quod quis tenetur de periculis, bene in- 52
fertur, ut teneatur de casibus fortuitis, ut patet *ex l.* 1. §. 1.
ff. de negot. gest. ubi habetur, quod licet quis teneatur de
periculis eorum nominum, quae ipse contraxit, tamen non te-
netur si casu fortuito fiat non solvendo, et quod ut quis te- 53
neatur ad casus fortuitos requiratur pactum speciale est text.
in l. negotium 22. *c. de negot. gest.* dum dicit, quod gerens
negotium alienum non teneatur de casu fortuito, nisi interve-
niat pactum speciale, et in terminis locationis, et conductio-
nis firmat Soccin. Sen. *cons.* 123. *numer.* 3. *et seqq. lib.* 4.
Surd. *cons.* 61. *num.* 61. *et seqq. et decis.* 326. *num.* 50. *ad
fin.* et reddi etiam potest ratio, quia dum de casibus fortui-
tis non est facta specialis mentio, non videtur de eis cogita-
tum, quae enim fortuitis casibus accidunt praecogitari, seu 54
praevideri non possunt, ut dicit text. *in l. quae fortuitis* 5. *c.
de pignor. act.* ex quibus non solum arguitur non sufficere
assumptionem periculi in genere, sed et fortius nec etiam suf-
ficere assumptionem casuum fortuitorum in specie, et requi-
ri eorum mentionem in individuo, cum aliter constare non
possit fuisse de tali casu in specie cogitatum, et inde oriun-
tur variae contentiones et subsequenter varissimae opiniones,
quae videri poterunt penes scribentes *in l. sed et si quis* 4.
§. *quaesitum. ff. si quis caut.* et latissime etiam penes Pan-
tzsch. *de locat. quaest.* 6 ubi refert undecim interpretum o-
piniones, easque singulariter examinat. Communis tamen o-
pinio est dictam assumptionem periculi simpliciter factam, 55

non sufficere ad hoc, ut veniant casus fortuiti, sed satis esse
ipsos casus fortuitos specialiter exprimi, absque alia eorum
56 expressione in individuo, de qua communi opinione testator
signanter Rolan. *cons.* 26. *num.* 16. *lib.* 2. Castill. qui alios
congerit *controver. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 48. *et seqq.* usque
ad num. 56. et eamdem opioionem teodem post longam di-
scussionem amplectitur, et lata tuetur Pantzsch. *d. quaest.*
6. *num.* 95. *et seqq.*
57 Et eadem opinio in prima parte, ubi dicitur *non* sufficere
assumptionem periculi, ampliatur procedere etiamsi condu-
ctor susceperit omne periculum, adhuc enim non censeri eum
suscepisse periculum casus fortuiti probat Rip. *in d. tract.*
de pest. tit de privil. contr. numer. 73. *ver. ampliatur ista*
conclusio Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 27. *numer.* 36. et
plene aliis relatis Surd. *dec.* 326. *num.* 50. Castill. *part.* 3.
cap. 3. *num.* 21.
58 Et idem est si aliis verbis generalibus usi fuerint contra-
hentes, puta si conductor se obligaverit solvere pensionem
omni exceptione remota, vel si susceperit in se risicum, aut
conduxerit eum omnibus suis raschis, et spinellis numquam
enim venient casus fortuiti Ancharan. *cons.* 402. Alex. *cons.*
28. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 671. *numer.* 12. Rimin.
jun. *consil.* 637. *numer.* 40. Rip. *de pest. d. tit. de privil.*
contr. num. 73. *et* 74. Surd. *d. decis.* 326. *num.* 50. idem-
que est si promiserit rem locatam manutenere, puta molen-
59 dinum, vel dixerit velle teneri reddere eum in fine locationis
macinantem, aut promiserit servare repagolum in flumine,
prout probarunt Fulgos. *consil.* 193. et Bald. *consil.* 100. et
145. *lib.* 3. quos refert, et sequitur Valasch. *de jure emphyt.*
quaest. 27. *n.* 36. *ad fin.*
Secunda vero pars dictae opinionis, quod scilicet sufficiat
mentio casuum fortuitorum in specie, tutior erit, si pactum
sit juratum, quia tunc in eo veniunt omnes casus fortuiti. ac
si de singulis facta esset individua mentio, secundum Go-
zadio. qui alios allegat *in cons.* 25. *num.* 27. licet hoc, si ad-
mitteretur, contraria opinio, quod scilicet non sufficiat dicta
expressio casuum fortuitorum in specie, seu ut dicitur, in
genere subalterno, non esset omnino tutum ex adduct. per
Valasc. *de jur. emph. quaest.* 27. *num.* 37. et aliquid dicam
latius infra.
At circa eamdem secundam partem dictae opinionis con-
troversia magna est circa casus fortuitos insolitos, seu magis
60 insolitos, *an* ipsi quoque comprehendantur, vel ne in dicta
susceptione casuum fortuitorum in specie.seu in genere sub-
alterno, absque aliqua eorum individua expressione, et ul-
tra scribentes *in d. l. sed si quis* 4. *§. quaesitum. ff. si quis*
caution. omnes comprehendi indistincte tenuit Alex. *consil.*
97. *num.* 12, *lib.* 3. Fab. *in cod lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 2. Rota
penes Gomez. *dec.* 74. *lib.* 1. et latissime tuetur Pantzschm.
quaest, 7. *per tot.* et Castill. *contr. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 81
61 *et seqq.* contraria vero quod non veniant casus insoliti, quia
non censetur de eis cogitatum fuisse, videtur magis communis
et aequior, quam tenuit Alex. *cons.* 107. *num.* 16. *et seqq.*
lib. 1. Rim. Jun. *cons.* 637, *numer.* 40. Menoch. *cons.* 835.
num. 9 Magon. *decis. Flor.* 67. *num.* 15 Joan. Bapt. Costa
cons. 30. *num.* 52. et hanc esse communem, et magis com-
munem testatur Grat. *cons.* 94. *numer.* 42. *lib.* 1. Bursat.
cons. 81. *num.* 9 *et seqq.* Valasc. *de jur. emph. quaest.* 27.
num. 35 Ripa *de peste tit. de privil. contr. num.* 97. Boss.
in praxi tit. de remiss. merc. cond. num. 66. *et* 67. et eam
tenuit Rot cor. Buratt. *decis.* 210. *num* 9. ubi etiam in fi-
ne refert testantes de communi Gratian. *disc.* 195. *nu-*
mer. 8.
Praeterea circa praefatos casus valde insolitos dubitatur e-
62 tiam an comprehendantur, si conductor expresse renuncia-
verit, vel in se susceperit casus insolitos, seu cogitatos, et in-
cogitatos, et eos compreheudi tenent signanter Gratian. *con-*
sil. 161. *num.* 3. *et seqq. lib.* 2. Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 42.
def. 2. *num.* 6. Castill. *part.* 3. *cap.* 3. *num.* 106. Rota *dec.*
727. *num.* 4. *ver. sed quidquid port.* 4. *diu.* sed contrariam
opinionem in his quoque terminis probant post alios Menoch.
cons. 27. *num.* 18. *et seqq.* Becc. *cons.* 82. *numer.* 22. Paset
cons. 111. *num.* 42. et tenuit Magon. *decis. Flor.* 67. *num.*
15. Rot. coram Verall. *decis.* 1. *lib.* 2. *in manuscr.* et coram
Buratt. *d. decis.* 210. *num.* 10. et hanc esse communem tra-
dunt Surd. *decis.* 326. *num* 52. *prope fin,* et Mastrill. *decis.*
99. *num.* 21. *et pluribus seqq.* et de magis communi Amat.
resol. 18. *n.* 1. *et seqq.*
Et quidem praefatae opiniones quamvis magis communes
possunt videri duae, quia dum pactum loquitur de casibus
fortuitis, utique debet intelligi de insolitis, cum soliti non
dicantur fortuiti, ut dicam infra, et multo magis dum lo-
quitur expresse de insolitis, seu inopinatis, sed durities ces-
sare poterit animadvertendo, quod inter insolitos casus datur
magis, et minus, dantur enim casus insoliti nedum in com- 63
parativo, sed etiam in superlativo, ut dicit Corn. *consil.* 12.
num. 6. *lib.* 4. cum aliis late traditis per Cobell. ad Bull. *bo-*
ni reg. cap. 48. *num.* 21. *et seq.* et sunt casus, qui non co-
gitari potuissent nisi a viro prudenti, et alii, qui non nisi a 64
prudentissimo Purpurat. *cons.* 466. *num.* 31. Ripa *de pest.*
tit. de privil. contract. num. 108. Alciat. *cons.* 49. *num.* 4.
lib. 8. unde renunciatio casuum quantumvis sit ampla, et
amplissima, et expresse loquatur de casibus insolitis, et ino- 65
pinatis, intelligi poterit de illis, qui erant insoliti non autem
insolitissimi, et de illis, qui erant inopinati penes omnes e-
tiam prudentes, non autem de illis qui erant inopinati etiam
penes prudentissimos Ripa *d. num.* 108. Becc. *cons.* 82. *nu-*
mer. 22. plenissime Mastrill. *dict. decis.* 299 *numer.* 21. *et*
plur, seqq. Cobell. *ad bull. boni reg. cap.* 48. *num.* 21. *ver.*
amplio secundo Azeved. *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 9. novae *recoll.*
reg. num. 25. et est verior opinio secundum Gutier. *de ju-*
ram. confir. part. 1. *c.* 24. *n.* 7. *ver. quid tenendum.* unde
controverti apud DD. an casibus valde insolitis conductor re-
nunciare possit, dicit Bernar. Graeu. ad Gaill. *pract. concl.*
lib. 2 *concl* 23. *consid.* 4. *n.* 7. at vera controversia *non* vide- 66
tur tantum circa potestatem quantum circa voluntatem, quia
tales casus non censentur considerati, et sic *neque in* renun-
ciatione comprehensi, non obstantibus verbis amplissimis, 67
nisi forte sint talia, quae convincant conductorem voluisse
emere quodammodo aleam,seu jactum retis potius quam con-
ducere praedium, quo casu remissio non fit Dec. *cons.* 312.
rub. num. 1. et dixi aliis adductis supra *in cap.* 45. prout es-
se ea, quae ex bulla bon. *regim.* apponenda sunt *in* locatio-
nibus, quae fiunt a communitatibus status ecclesiastici sensit
Cobell. *ad d. bull. cap.* 48. *num.* 10. *ver. itaque dum. sum.*
Pontifex.
Caeterum dicta distinctio casuum insolitorum, et magis in- 68
solitorum est communis, ut dicunt, et aliis plenissime manu
cumulatis ostendunt Pantzschman. *de locat. quaest.* 7. *num.*
1. et Castill. *part.* 3. *cap.* 3. *num.* 80. et licet ipse postea la-
tissime eam impugnet, tamen *non* videtur ab ea recedendum
tum propter auctoritatem communis opinionis, tum etiam
quia quidquid sit de rigore juris, et de vero intellectu text.
in l. fistulas.. §. frumento, ff. de contr. empt. in quo utra-
que opinio contraria fundatur, ut dicit Cevall. *quaest.* 57.
nu. 10. ac de vi argumentorum hinc inde per ipsos adducto-
rum. pro ea facit ratio naturalis, potuerunt enim cogitare
partes de casibus fortuitis notis, et quandoque evenientibus
et non de illis, qui vel numquam evenerunt, vel praeter om-
nium expectationem acciderunt, ut advertit Menoch. *de ar-*
bitr. cas. 80. *nu.* 6. *ad finem* quidquid etiam sit in Hispa-
niis propter legem particularem illarum partium, qua prae-
cipue movetur Castill. licet aliis quoque rationibus dictam
contrariam opinionem tueri conetur *in d. cap.* 3. *num.* 87.
et seqq. qui tamen. *in fin. sub. num.* 95. concludit, quod li-
cet dubium aperte sit sublatum, per praefatam legem Hispa-
niarum, adhuc standum erit arbitrio judicis, an aliquis casus
valde insolitus in renunciatione veniat. vel ne.
Quia vero saepe conductores solent renunciare remissioni 69
mercedis in aliquibus casibus specialibus, et deinde addere
clausulam generalem *aliorum quorumcumque* ista clausula
limitatur, et restringitur ad alios modes expressis, et majo-
res non complectitur Felin. *in cap. sedes num.* 5. *ver. in-*
tellige de rescript. Ripa *de peste tit. de privil. contr. num.*
77 *ver.* quod intelligi Redoan. *de reb. eccles. non alien.*
quaest. 18. *num.* 11. *ver. multi autem casus,* Mastrill. *dec.*
299. *num.* 26.
Et dubitari etiam potest de minoribus an ipsi comprehen- 70
dantur in praefatis verbis generalibus, maxime stante dictio-
ne *alios,* quae refertur ad similes in qualitate Paris *consil.*
145. *num.* 25. *lib* 4. Cephal. *cons.* 13. *num.* 11. cum aliis
adductis per Barbos. *dict.* 26. *num.* 2 et quod qui se obli-
gat ad casus insolitos, non tenetur ad solitos eodem modo,
ac e contra, qui se obligat ad solitos, *non* tenetur ad insoli-
tos est *glos. in l. fistulas* 78. *§. frumento, ff. de contrah.*
empt. verum in proposito minores venire, tenent anpracitati.
et ultra eos Valasc. *de jur. emph. qu.* 27. *n.* 34. *ver. quod*
*ri expressis,*et quidquid sit ubi simpliciter dictum fuisset fa-
ciendam esse remissionem in tali casu, et aliis, utique a prae- 71
fata opinione recedendum non erit. ubi dictioni *aliis* addi-

ta facsit dictin universalis *quibuscumque* vel similis, quia
tunc non potest praetendi restrictio ad omnino similes et u-
bi propter materiam odiosam, et contra jus non veniant ca-
sus majores, ut tradunt Buts. *cons.* 32. *num* 2. Roman. *cons.*
92. *num.* 2. *vers. nec huic conclusioni*, Cened. *sing.* 4. *num.*
6. Birbns *d.* 26. *num.* 6. saltem venient minores Alex. *cons.*
77. *num.* 26. *lib.* 4 Paris. *cons.* 110. *num* 97. *lib.* 1.

72 Praeterea praefatum pactum non petendi remissionem
mercedis in casibus fortuitis, etiam latissime conceptum re-
stringitur ad casus in fructibus contingentes, et sic non pro-
cedit in casibus, in quibus ipsa rei substantia in totum, vel
pro parte laedatur, et pereat. Et ratio est, quia tunc non agi-
tur de remissione mercedis, de qua loquitur pactum, sed agi-
tur de resolutione contractus Surd. *cons.* 197 n. 18. *et cons.*
400. *num.* 17. *ad med. et seqq.* et *num.* 20. Menoch. *consil.*
671. *num.* 6. *ver. respondetur, et seq.* Redoan. *de reb. ec-
cles. non alien. quaest* 18. *ver. multi autem casus num.* 4.
Gratian. *disc.* 195. *num.* 6. Mart. Med. *examin.* 12. *numer.*
73 42. *et* 43. et hoc quod procedat etiamsi res non sit extincta
in totum, sed pro parte tantum, firmat specialiter Menoch.
d. cons. 671. *num.* 7. *ver. nec obstat quod* et vide *in capit.*
47. *num.* 18. *et seqq.* ubi adduxi rationem, ac alia addidi de
hoc damno in rei substantia.

74 Et generaliter quia praefatum pactum est contra jus, et
aequitatem naturalem, ex quo continet locatorem locupletari
cum conductoris jactura, inde sequitur, ut quatenus sit vali-
dum, saltem semper sit iniquum, ut tradunt Beso. *consil.*
144. *num.* 15. *lib.* 1. Lancell. Gall. *cons.* 118. *num.* 50. Ma-
gon. *decis. Flor.* 67 *num.* 17. ubi ulterius dicit per tale pa-
ctum induci peccatum Rot. cor. Burat. *decis.* 359. *num.* 10.
75 ac proinde erit strictissime intelligendum, et inquantum fie-
ri potest limitandum, sumendo ad hoc quamcumque possibi-
lem interpretationem, prout semper sumi debet interpreta-
tio, inquantum fieri potest, ne aliqua pars sentiat in dam-
no. *l.* 3. ℥. 1. *ff. de recept. arbitr.* Castren. *cons.* 65. *ad fin.*
76 *lib.* 1 et praesertim in contractibus bonae fidei. in quibus
praevalere debet aequitas Bal. *consil.* 434. *prope fin. lib.* 1.
Rot. cor. Burat. *dec.* 359. *num* 11.

77 Non tamen ita amare accipiendum esset pactum praefatum
in casu quo appareret illud fuisse aliquo modo compensatum
ab initio contractus, prout praecipue fieri solet in locatione
ad longum tempus, et emphyteusi ecclesiastica remittendo
sextam partem justae mercedis ob id, quod emphyteuta sub-
jaceat periculis, absque eo quod possit in eis remissionem
petere. ut habetur *in ℥. dudum et in ℥. quia vero Leonis
auth de non alien. et permut.* et dictum fuit alibi.

Quoniam vero saepissime pactum praefatum juramento mu-
nitur, suboritur dubitatio, an inde evitari possint praefa-
tae pacti limitationes procedentes ex eo. quod casus non fue-
78 rint specialiter expressi, ea ratione, quia juramentum habe-
re solet vim specialis expressionis *l. cum Pater* 79. *℥. fi-
lius matrem, ff. de legat.* 2. Soccin. Sen. *cons.* 70. *num.* 1.
lib. 3. Marta *decis. Pisano* 2. *num.* 12. Rot. *decis.* 664. *nu-*
79 *mer.* 5. *part.* 1. *div.* qua ratione affirmativam tenuit Alex
cons. 3. *n.* 5. *lib.* 1. Gozadin. *cons.* 27. *num.* 25. et alii re-
lati per Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 16.

Verum ut praefata opinio procedere possit distinguendi
80 sunt duo casus insufficientis renunciationis, quorum unus
est, si procedat ex defectu requisitae expressionis specialis
alius est si procedat ex defectu consensus, seu voluntatis, in
primo enim casu quia juramentum habet vim specialis ex-
pressionis defectum supplet, at secus est in secundo, quia de-
ficiente consensu juramentum non operatur, prout bene di-
stinguendo declarat Salic. *in l.* 1. *numer.* 1. *ver. quaero quid
si*, c. *comod.* et aliis plenissime cumulatis Gabr. *de jurejur.
concl.* 4. *num.* 3. *et* 4. quare cum in proposito renunciatio,
81 ut plurimum restringatur, et casus insolitos, aliosque, de
quibus supra, non complectatur, ea ratione, quia non cense-
tur conductorem de eis cogitasse, ut dictum est, et sic adest
defectus consensus, inde sequitur, ut juramentum nihil, quo-
ad eos valeat operari, prout declarat Alex. *cons.* 28. *numer.*
12. *lib.* 2. et tenent communiter alii, ut signanter Alciat.
cons. 49. *num.* 3. *lib.* 8. Bursat. *cons.* 81. *numer.* 11. Gra-
tian. *disc.* 557. *num.* 69. Amst. *resol.* 18. *numer.* 3. Magon.
decis. Flor. 67. *num.* 26. Valasc. *de jure emph quaest.* 27.
num. 37. Burati *decis.* 210. *num.* 10. Unde contraria opinio
non proderit, nisi ad hoc ut facilius admittatur sufficere re-
nunciatum fuisse casibus fortuitis in genere, quatenus aga-
tur de casibus fortuitis solitis in dicta renunciatione alias e-
venientibus, prout sensi superius, secus si de insolitis, de

Pacioni

quibus non censetur cogitatum, prout sensit etiam Mantic.
de tacit. dict. lib. 5. *tit.* 8. *num.* 16. *ad fin.*

Praeterea potest etiam oriri quaestio super intellectu ter-
minorum, et primo potest quaeri quis dicatur casus fortuitus 82
et casum fortuitum definisse videtur Ulpianus, ut sit quem
nullum consilium humanum praevidere potest *l.* 2. *℥. si eo
tempore, ff. de amministr. rer. ad civit. pertin.* et cui hu-
mana infirmitate resisti non potest *l.* 1. *℥. is quoque, ff. de
obligat. et act.* Calvin. *in suo Lexicon. verb. casum fortui-
tum*, et propterea jurisconsulti saepe eum vim majorem ap- 83
pellant, ut habetur *in pluribus legibus, ff. locat.* et adver-
tit Pantzschman. *de locat. quaestion.* 6. *numer.* 96. *circa
med.*

Non solet autem dici casus fortuitus, quando est solitus 84
contingere Bart. *in l. fistulas* 78. *℥. fin. in sum. ff. de
contr. empt.* et probat text. *in l. ex conducto, ℥. si vis. ff.
locat.* ibi *solis fervore non assueto*, et ibi *si vero nihil ex-
tra consuetudinem occiderit*. Pinell. *in l.* 2. *cod. de rescind.
vend. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 30. *in fin.* et late Castill. *part.*
3. *cap.* 3. *num.* 24. nisi forte omnino incertum sit tempus,
quo casus evenire soleat, tunc enim adhuc licet sit inevitabi- 85
lis, et certo evenire debeat, adhuc reputatur casus fortuitus.
Exemplum est in morte naturali, quam reputari casum for- 86
tuitum, est text. *in cap. quoniam frequenter*, ubi Bal. *sub
n.* 10. *ut lit. non contest.*

Prout etiam non dicitur casus fortuitus, quod culpa par- 87
tis, vel alia ratione accidit, sed quod a fortuna provenit Pan-
tzschman. *d. quaest.* 6. *num.* 96. *ad med.* Seraphin. *de pri-
vil. juram privil.* 106. *num.* 2. Castill. *part.* 3. *cap.* 3. *nu-
mer.* 58. unde licet inter casus fortuitos connumeretur factum
principis Cravet. *cons.* 233. *num.* 2. Menoch. *cons.* 504. *nu-* 88
mer. 50. Greg. *decis.* 371. *num.* 5. tamen hoc limitatur, ut
non procedat ubi princeps procedit ex causa justa, et rite, et 89
recte Cravet. *cons.* 5. *num.* 1. Natt. *cons.* 181. *num.* 4. cum
aliis late traditis per Cost. *de rot. ratoo quaest.* 136. *num.*
21. ac etiam, ut non procedat quando factum principis pro- 90
venit ex culpa partis, juxta distinctionem Bart. *in l. stipu-
latio ista habere licere ad fin. ff. de verb. oblig.* Costa *d.
quaest.* 136. n. 23. Laurent. *decis. Avenionen.* 133. *n.* 14.
vers. praeterea. ubi de communi.

Sunt etiam casus fortuiti latronum, hostiumve incursus, 91
piratarum insidiae, incendium, naufragium, fuga servorum
l. in rebus 18. *ff. commod.* item vis aquarum, insolita ven-
torum vehementia, ruina, labes, effractura, rapina, tumultus
l. contractus 24. *ff. de reg. jur.* et alibi saepe, ut per Cal-
vinum *in suo Lexicon. verbo casum fortuitum*. Sunt et alii
similes quamplures, de quibus apud Sebast. Medic. qui de
eis specialem, et elegantissimum tractatum compilavit.

Secundo potest quaeri, qui nam dicantur casus fortuiti in-
soliti, seu magis insoliti, dum praecipue dictum est supra,
quod casus soliti non reputantur inter fortuitos, ita ut om-
nes casus fortuiti sint insoliti, et in hac quaestione variae
fuerunt opiniones doctorum Bart. enim *in l. Sejo, ℥. medi-* 92
co, ff. de ann. legat. dixit casum insolitum esse illum, qui
semel in mille annis accidit, cui dicto praecise inhaereut, et
mordicus Dec. *cons.* 7. *nu.* 6. *ad med.* Jas. *cons.* 107. *n.* 9.
lib. 1. Gozad. *cons.* 27. *nu.* 9. *et* 24. et alii quos refert Me-
noch. *de arbitr. cas.* 80. *n.* 7.

Verum nimis restringere casus insolitos videtur dicta opi- 93
nio, et proinde Bartolum locutum fuisse de casu semel eve-
niente in mille annis pro exemplo, quod propterea non de-
bet restringere regulam ad casum illum tantum, juxta text.
in l. domnum, ℥. fin ff. de damn. infect. considerarvit Alex.
cons. 107. *num.* 16. *lib.* 3. vel potius fuisse locutum hyper-
bolice, ut dicit Grat. *consil.* 94. *numer* 44. *lib.* 2. cujus di-
ctum magis placet prout etiam magis placuit Valasco *de jur.
emphyt. quaest.* 27, *numer.* 35. *vers. sed quis dicetur* ma-
xime quia dictum Alexandri impugnat etiam Jas. *dict. cons.*
107 *lib.* 1. *n.* 10. dicens, quod licet exempla non restringant
regulam, tamen eam declarant, in quibus terminis loquatur,
et Jason. sequitur Pantzsch. *qu.* 7. *n.* 6.

Alii igitur sentiunt casum insolitum dici, qui semel in 94
centum annis contingit, ut Corn. *cons.* 23. *num.* 12. *lib.* 2.
Rub. *cons.* 153. *num.* 2. Mandel. *cons.* 1. *num.* 8. sed haec
quoque opinio refutatur a Menoch. *de arbitrar. cas.* 80. *n.*
7. *vers. quarta fuit*, ubi dicit eam jure non probari, et a Pan-
tzschm. *d. qu.* 8. *n.* 8

Alii censent sufficere non evenisse casum in tempore lon-
gissimo ad huc. ut insolitus dicatur ut Soccin. Sen. *consil.*
122. *num.* 5. *lib.* 4. qui licet non sperist, quod dicatur tem- 95

72

pue longissimum, tamen eum aspliesudo, illud dici quadra-
giuts annorum eit Ripa *de pest. tit. de privil. contr. num.*
102. sed ista opinio quoque nun placet Menoch. ueque Pen-
tzsch. *in locis mox citat.*

96 Alia est opinio, ut essus insolitos sit, qui non solet com-
moniter eeanire, quam tenuit Aleaan. *consil.* 107. *num.* 16.
lib. 3. et non displiuuit Alciat. *cons.* 49. *num.* 5. *et saq. lib.*
8. et Mandell. *consil.* 1. *num.* 8. olie ut sit, qui praeter om-
97 nem cogitationem, et verisimilitudinem avenit, licet a pru-
dentissimo eiro cogitari potuisset, qoam tanoit Corn. *con-
sil.* 12. *lib.* 4. Gratian. *disc.* 195. *numer.* 7. sed oeque istae
98 dusa opiniones placent Menoch. totum tribuere eolenti ju-
dieis arbitrio in *d. casu* 80. eere tamen insolitus est, qui e-
99 eenire non solet, ut eocabuli sonus ipse probat: dictio enim
illa, *in*, quando praeponitur, et jungitur eum adjectieo, ita
ut fiat eerbum compositum, ut fit hie ex ipsa dictione *in* et
100 *solito* stat negative, et significat noo solitum Bald. *cons.* 47.
in princ. lib. 4. Paris. *cons.* 22. *num.* 25. *lib.* 2.

At quoniam in proposito ideo casus insolitus non venit in
pacto, quia censetur promittentem de illo non eogitasse, ut
dictum est supra, necesse est magis, quod haec ratio verifice-
tur, quod scilicet casus non fuerit cogitatus, qoam quod ve-
re casus fuerit insolitus; unde non possumus a solo tempore
arguere ad hunc effectum, sed necessa est etiam attendere a-
lias circumstantias facti, nam exempli gratia si res Persarum
vanisset Galliam depredandam, et deinde post solos decem
annos iterum ad idem radiret, adhue iste secundus casus re-
101] putari deberet insolitus ad hunc effectum, quia licet semel
eenisset e brevi tampore, tamen propter circumstantias, sci-
licet potentiae notoriae regisGallorum, de quo dicit Bal. quod
contra ejus vexilla nemo sibi honorem assumat *cons.* 217. *in
princ. lib.* 3. ac absentiae tam longinquae regis Persarum,
nemo de eo facile cogitasset, ut optime advertit Rip. *in d.
tract. de peste tit. de privil. contract. numer.* 105. et post
eum Pantzschm. *d. quaest.* 8. *n.* 12. onde merito standum
102 asse judicis arbitrio in proposito nostro, concludit Ripa *ibid.
num.* 103. et sequitur Menoch. *d. casu* 80. *num.* 8. Pantzs-
chm. *d. quaest.* 8. *numer.* 8. Adden. ad Burst. *decis.* 210.
Gutier. *de juram. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 8. et est verior opi-
nio secundum Cevall. *com. contr. quaest.* 702. *in fin.* qui
103 non solum considerare debebit circumstantias casus, ut di-
cunt praecitati, sed etiam qualitates personarum, eum sint ca-
sus, qui sunt incogitati penes aliquos et non penes alias pru-
dentiores Alciat. *resp.* 49. *n.* 4. *lib.* 8. Ripa *ibidem n.* 108. *ad*
104 *fin.* Becc. *cons.* 82. *n.* 22. et atiem verba pacti perpendenda
arunt, possent enim talia asse, quaad casus omnino inopina-
tos non referantur, et e contra, ut considerat Castill. *contr.
part.* 3. *cap.* 3. *n.* 96. valet anim pactum fieri loquens ex-
presse de casu inopinato, et insolito Valasc. *de jur. emph.
quaest.* 27. *n.* 35. *prope fin. ver. valere autem* quod tamen
105 non tollit prorsus difficultatem, quia potest comprehende-
re insolitos, et non insolitissimos, ut supra dictum fuit, licet
contrarium sentire eidestur Valasc. ibi dicens hanc obliga-
tionem de incogitatis casibus esse levissimam, et rarissime
per eam periclitari posse conductorem, quia consideratio ista
esset forsan eelevans, ubi vellet conductor se eximere ob ob-
ligatione ex capite laesionis, ad quod attandi solet quid e-
106 rat de tempore contractus, juxta late tradita per Cyriac. *contr.*
1. *num.* 33. Rot. coram Coccino *decis.* 1338. *numer.* 16. *et
decis.* 1450. *num.* 21. at in proposito vis stat, quod de inso-
litissimis non videtur cogitatum, licet etiam verius sit, quod
casus non censeatur comprehensus in pacto, ex quo continet
enormissimam laesionam Franc. a Ponte *cons.* 138. *numer.*
13. *lib.* 2. Joseph. Lud. *conclus.* 12. *col. ante pen. ver. et
quoniam altero*, Masteill. *decis.* 299. *num.* 69. et quod dici-
107 tur attendendum esse tampus contractus ad dignoscendum,
an adsit laesio, procedit, ubi contractus finitur momento tem-
poris, non autem ubi habet tractum successivum, ut locatio
Natt. *cons.* 548. *num.* 36 Ossach. *cons.* 47. *nu.* 16. Rot. cor.
Andr. *decis.* 48. *num.* 14. *et in rec. decis.* 370. *numer.* 8.
part. 3. *et decis.* 24. *numer.* 8. *ver. tunc. demum part.* 13.
recent.

Tertio potest quaeri quinam dicatur casus major, vel mul-
tum insolitus, et inopinatus ad intelligentiam eorum, quae di-
cta fuerunt, quod expressis aliquibus casibus cum clausula ge-
nerali, omnium aliorum, eeniant alii similes, non autem majo-
res expressis, et quod si conductor in se suscipiat casus inco-
108 gitatos. non eeniant illi, qui sunt multum insoliti. Et majo-
res casus dicuntur illi, in quibus adest major violentia; qua
ratione si quis suscipiat in se periculum praedonum, et exhau-
nitorum. non censetur suscipere periculum exercitus ut scri- 109
psit Bald. in *l. sed et si quis,* § *quaesitum col.* 4. *vers.* 1.
casu sufficit, ff. si quis caut. quem secutus est Soccin. Sen.
cons. 123. num. 9. *lib.* 4. et Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 8.
num. 15. Unde est quod et factum, seu jussus illius, qui sum-
mam habet potestatem, et idem, cui resisti non potest, repu- 110
tatur inter casus fortuitos insolitos, de quibus non censetur
facile cogitatum Ursil. ad Afflict. *dec.* 54. *et alii plures re-
lat.* pre Lancell. Gall. *cont.* 28. *n.* 13. Rauden. *resol.* 25. *n.*
23. Masteill. *decis.* 299. *num.* 32. *et seq.* Hodieeu. ad Surd.
dec. 94. *num.* 1.

Item major, et magis inopinatus casus dicitur, qui, ex eo 111
quod rarius contingere solet, et magis insolitus est Alex. *con-
sil.* 28. *num.* 10. *lib.* 1. Purpurat. *cons.* 466. *num.* 30. sed
generalitae in hoc quoque standum erit judicis arbitrio, quis-
nam dicatur casus major eapressis Rip. *in dict. tit. de pri-* 112
vil. contr. caus. pest. num. 79. et quis dicatur valde insoli-
tus, ita ut non comprehendatur in generali promissione ca-
suum fortuitorum plene Castill *part.* 3. *cap.* 3. *n.* 95. *et seq.
et signantar n.* 104.

Eis, quae dicta sunt de pacto, annecti possunt aliqua de
statuto, seu alia constitutione eal lege circa ipsam remissionem
loquente prout signanter est in statu ecclesiastico bulla ss. mem. 113
» Clementis VIII. quae eulgo dicitur *boni regiminis*, in qua
» § 17. habetur. In quocumque contractu locationis rerum u-
» niversitatum apponendum esse pactum et conditionem,
» *ne* communitates teneantur ad aliquam remissionem ex
» quocumque inopinato, et insolitissimo belli, incursus mi-
» litum, depopulationis agrorum, direptionis, aut siccitatis,
» alluvionis, grandinis, tampestatis, incendii, aut alio quo-
» vis maxime fortuito casu, et ex quovis capite, atque etiam
» legitima, et urgenti emissionis, aut diminutionis fructuum
» etiam omnium, eel majoris partis, aut sterilitatis, vel alia
» quavis causa cogitabili, vel incogitabili sint prorsus immu-
» nes, *nec* ad id cogi possint, etiamsi de jure teuerentur, sed
» integre sempee responsiones, et praestationes, seu pensio-
» nes annuae absque ulla diminutione pee ipsos conductores
» eis solvi debeant, et quamvis pactum hujusmodi forsan
» in contractibus omissum fuerit, nihilominus eigore prae-
» sentium literarum tacite inesse subintelligidabere, perinde
» ac si intee contrahentes expresse eoctum, at conventum
» fuisset. Haec sunt eerba praecisa peaefatae constitutionis,
quae referre placuit, quia inservire atiam poterunt pro for- 114
mula ertissima eaouneistionis per pactum eoneeniendae,
prorsus excludentis remissionem cum importet conductorem
emisse jactum retis, ut dictum est supra *num.* 67. sunt et a-
libi similes leges, et signantar in Hispaniis est *lex.* 2. *tit.* 9.
lib. 9. *novae collect. Reg.* in qua habetur non esse faciendam
remissionem gabellariis etiam ex facto regis.

Et quoad validitatem similium constitutionum, si quidem
quatenus noo continerant remissionem fieri non debere etiam 115
in casu impedimenti procedentis ex facto locatoris, de ea du-
bitari non potarit, dum sint factae ab habente potestatem le-
gis condendae, idque ea ratione quia secluso facto locatoris,
quoad alia pericula conductor valet se eis voluntarie subjicere
at eelle quodammodo jactum retis emere. ut supra firmatum
fuit, et dum contrahit, ubi viget similis lex, censetur se illi
subjecisse, et jactum retis emisse Castill. qui alios citat *part.*
3. *cap.* 3. *num.* 6. Cohell. *ad dictam bull. bo. reg. cap.* 48.
n. 10. *vers. itaque dum summus Pontifex.*

Aliqua forsan dubitatio esse posset de constitutione man-
dante non fieri remissionem etiam in casu impedimenti prae-
stiti a locatore, ex quo hoc est contra substantiam locationis,
et locator, qui impedit conductorem uti re locata. nedum di-
citur in culpa, sed etiam in dolo, et proinde non potest per
pactum fieri, ut remissio non debeatur in dicto casu, juxta late
tradita per Castill. *part.* 3. *cap.* 3. *n.* 65. *et seq.* ubi etiamsi
pactum sit juratum, et dictum fuit supra.

Caeterum his non obstantibus lex ita promulgata, et usu re- 116
cepta erit attendenda, et sibi imputare debebit conductor,
qui eam sciens contraxerit, dum enim lex diu servata fuit no-
dum ut lex, sed ut justitia, et formalis partium conventio,
servari debet, quia ab cum conductoribus conventum cense-
tur, ut dicit Lasarte *de decim. vendit. et permut. capit.* 18.
numer. 83. cui licet acquiescere nolle eideatur Azevedo. *in
praedicto l.* 2. Hispana *num.* 26. et pro ratione ipsius legis
solam principis voluntatem consideret, tamen dictum Lasar.
sibi admodum placere dicit adversus ipsum Azeved. Castil.
dict. cap. 3. *numer.* 60. *ver. quopropter*, et sequitur etiam
Gutiar. *de gabell. quaest.* 136. *n.* 19.

Il tamen elarum est praefatas constitutiones esse juris
communis correctorias, etiamsi loquantur de locatione rerum
117 fiscalium, quia etiam fiscus de jure communi tenetur remis-
sionem facere Bas. *tit. de remiss. mercad. conduct. numer.*
118 116. *et seqq.* et multo magis ubi prohibent remissionem e-
tiam ex facto locatoris, et proinde debebunt stricte intelligi,
prout in specie de *dicta. l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 9. *novae collect.*
Reg. quod sit juris communis regulis contraria omnino, et
ideo mature, et recte accipienda, ejus ratione considerata, a-
deout sit potius interpretanda, ut ultra limites. et terminos,
in quibus loquitur non trahatur mente illius impleta, et ejus-
dem dispositionem observata, quanto minus fieri potest, juri
communi derogetur, dicit Castill. *controv. jur. part.* 3. *cap.*
119 3. *num* 23. Unde quatenus similis constitutio possit operari
unum, et plura, sumenda erit interpretatio, ut unum tantum
operetur, ut generaliter de statutis contra jus tradunt, Go-
zad. *cons.* 19. *num.* 5. Grat. *cons.* 13. *num.* 43. *lib.* 2. Rot.
120 coram Buratt. *decis.* 22. *num.* 9. sic ubi potest intelligi ut
locator non teneatur, quando praestat impedimentum, damna
reficere, non debet intelligi, ut neque teneatur mercedem re-
mittere sicut de *dict. l. Hispana* sensit *Morla in emptor.*
part. 1. *tit.* 10. *de locat. et conduct. num.* 23. *in fin.* quem
refert Castill. *dict. cap.* 3. *num.* 46. licet ipse postea osten-
dat dictum intellectum illi legi adaptari non posse, attentis,
ejus verbis.

Sic etiam ubi possint intelligi de impedimento conductori
121 praestito, vel momentaneo, vel parum duraturo, non debent
trahi ad impedimentum perpetuum Castill. *eodem cap.* 3.
numer. 77. et dum non loquuntur de interitu totius rei vel
122 partis, non erunt ad illum casum trahendae, ca quo tunc
non agitur de remissione mercedis, sed de extinctione, seu
solutione contractus Surd. *cons.* 400. *num.* 8. *in fin. et nu-*
mer. 13. *et* 20. Rauden. *resol.* 29. *num.* 40. *versic undeci-*
123 *mo et* 41. *et seq.* ubi si princeps impediat commercium, quia
videtur tolli substantia gabellae locatae Menoch. *consil.* 671.
124 *nu* 6. *vers. respondetur et seq.* in nihilo refragantibus ver-
bis universalibus quia ampliant numerum casuum, sed re-
stringuntur ad speciem expressam Felin. *in cap. sedes num.*
5. *ver. intellige tertio de rescriptis*, et in terminis. d. *bul-*
loc boni reg. in hoc statu ecclesiae vigentis, et amplissime
remissionem mercedis prohibentis, ut patet ex ejus verbis re-
latis supra *num.* 113. quod non comprehendat casum istum
damni accidentis in substantia rei, pluries resolutum testatur
Cobel. *ad eam cap.* 48. *num.* 31. et novissime D. meus de
Luca. *disc.* 6. *num.* 5. *hoc tit. de locat.* quando autem di-
catur damnum in substantia rei et quantum sufficiat, dixi in
cap. 47. *num.* 18. *et seq.* et applicari etiam possunt aliae li-
125 mitationes, et declarationes supra traditae in terminis conven-
tionis, et pacti, nam valet argumentum a pacto ad statutum, et
e contra, Gratian. *disc.* 348. *num.* 28. cum aliis cumulatis
per Barbos. *in suis locis argument. loc.* 105. *num.* 1. *et* 2.
et si quis plura cupiat in specie de dictis constitutionibus
adeat Castill. *dict. cap.* 3. *a num.* 23. *part.* 3. et alios per
eum relatos, et Cobell. *ad bul. boni regim. d. cap.* 48.

Illud tamen non omittendum videtur, quod verba simi-
lium constitutionum quantumvis ampla sint, tamen recipere
126 semper solent interpretationem illam restrictivam, ne quis
indebite damnum patiatur, ut probat text. *in l.* 2. et ibi no-
tant Bart. et Salyc. *cod. de noxal. act.* Soccin. Sen. *consil.*
44. *numer.* 10. *lib.* 1. et aliis adductis firmat Castill. *contr.*
127 *part.* 3. *cap.* 3. *num.* 70. Unde quamvis juxta eorum rigo-
rem remissio non esset facienda, tamen stante enormissima
laesione conductoris facienda erit ex aequitate, ut probavit
Menoch. *cons.* 671. *num.* 19. *et seq.*

Postremo unum, obiter tamen, et loquendo verbis praeci-
sis Peregrini *in cons.* 98. *num.* 11. *et* 12. *lib.* 5. hic attinge-
» re decrevi. Pone tempore locationis pretia frumenti et vi-
» ni erant mediocria, contigit quod ob casum grandinis, sic-
» citatis insolitae, aut frigoris inconsueti frumentum, et vi-
» num creverit in pretio extraordinario, locator ex pacto non
» tenetur ad restaurum: quia sic conventum, quaero an con-
» ductor sub pensione frumenti, et vini teneatur ad pretium
» frumenti nimis ex caristia auctum; an ad pretium commu-
» ne temporis contractus locationis, Respon ad tempus con-
» tractae locationis respiciendum esse sicuti Bart *sensit in l.*
» *autem* 11. ϡ. *qui maximos. ff. de public. sub. numer.* 9.
128 » *vers. item habito*, seu ita dico arguendo ab emptore fru-
» ctuum decem annorum ad conductorem, propter similitu-
» dinem horum contractuum ad Bartol. *in disput. publico-*
» *nus num.* 13.

Secundo quia et e converso locator in casu damni non re- 129
» staurat conductorem pro pretio fructuum damnificatorum
» sed remittit mercedem, ut in damno non versetur, non ut
» lucretur *d. l. si uno*, ϡ. *ubicumque ex communi*, Paris.
» *cons.* 38. *num.* 12. *lib.* 1. Surd. *cons.* 34. *num.* 36. ergo
» et e contra sic ut locator non lucretur in perniciem con-
» ductoris ex propria natura correlationis *ad l fin. ff. de ac-*
» *ceptilat. et l fin. cod. de indicta vid. toll.* ubi latissime
» Jas. et ne conductor duplici damno conteratur ad text. in
» *l. navis onustae*, ϡ. *cum autem, ff. ad l. Rhod.*

Haec Peregrin. Et licet alii velint attendi pretium de men- 130
se augusti Nevisan. *cons.* 92. *numer.* 23. Borsat. *cons.* 11.
num. 33. *in fin.* Menoch. *recuper. remed.* 15. *num.* 599. et
doctrina Bart. primo loco per cum allegata non multum faciat
quia loquitur ad effectum dignoscendi an contractus fuerit
laesivus, et ideo non mirum, si attendendum tempus ipsius
contractus, ut Bartol. dicit, tamen ab ejus opinione non es-
set facile recedendum propter aequitatem, quae in ea viget,
juxta secundam rationem ab ipso Peregrin. adductam, aut e-
tiam quia conductor agit de damno vitando, et locator de
lucro captando cum conductoris jactura, ac ideo pro ipso
conductore sumi debet omnis interpretatio, juxta superius
dicta.

De remissione mercedis operarum.

SUMMARIUM.

1. Operarum conductor operas consequi non valens, non tenetur ad mercedem.
2. Lim. si culpa sua non perceperit.
3. Ampl. limitationem procedere, tam in operibus, quae in probitate virtutis consistunt, quam in consistentibus in labore.
4. Legatum sub conditione ad utilitatem filiorum apposita, conditione per mortem filiorum deficiente, non debetur.
5. Conditio ubi adest attenditur solum, an ea extiterit.
6. Labor, et pecuniae divisionem patiuntur in legato, non in contractu.
7. Merces operarum conventa debetur, dummodo non stet per promittentem operas praestare.
8. Declara procedere non solum si impediatur culpa conductoris, sed etiam si impediatur casu ex parte ejusdem conductoris eveniente, secus autem si casus evenerit ex parte locatoris, sive eveniat in persona, sive in instrumentis.
9. Navi deperdita non debetur nautae merces, pro deportatione promissa.
10. Merces pro deportatione mancipiorum promissa, mortuis mancipiis, debetur.
11. Operarum merces, seu salarium conventum, mortuo illas praestare debente, non est solvenda, secus autem mortuo eo, cui praestari debebant.
12. Famulis infirmis, et servire non valentibus, debetur salarium.
13. Contrarium est verius.
14. Decl. primum procedere stante consuetudine
15. Operarum mercedem non deberi impedito ex parte sua, procedit in operibus, quae in labore consistunt, in non iis quae consistunt praecipue in probitate virtutis.
16. Operarum virtutis salarium transmittitur ad haeredes, mortuo illo qui eas praestare debebat ante tempus finitum.
17. Advocati operae non consistunt in solo labore, sed in probitate virtutis.
18. Doctorum operae sive in legendo, sive in judicando, sive in judicibus assidendo, non consistunt in solo labore, sed in probitate virtutis.
19. Artium liberalium operae, consistunt in probitate virtutis, non in solo labore.
Grammaticorum, et rhetorum operae consistunt in virtute.
20. Medicorum operae consistunt in probitate virtutis.
21. Officialium magnorum operae consistunt in virtute, et quorum.
22. Proxenetarum operae consistunt in labore, et idem de similibus.
23. Operarum, quae in virtute consistunt salarium. ut debeatur impedito necessaria sunt quinque requisita.
24. Primum, requisitum est, ut impedimentum sit breve, et eo hoc sit necessarium.
25. Secundum requisitum est. ut praestare debens operas, sit in loco ubi praestandae sunt, vel absit cum licentia.
26. Decl. sufficere quod legitime abesset antequam impeditus esset.
27. Decl. secundo etiam excusari si absit propter necessitatem.
28. Tertium requisitum est quod impedimentum sit casuale, et verum non autem procuratum, vel simulatum
29. Decl. non dici procuratam infirmitatem ad hunc effectum, etiamsi culpa sua evenerit.
30. Quartum requisitum est, quod impedimentum vere impediat.
31. Impedimentum quando sit tale stendum arbitrio judicis.
32. Quintum requisitum est, quod impeditus, ante operas praestaret.
33. Distributiones quotidianae percipiuntur ab infirmis si ante infirmitatem ad chorum accedebant, alias secus.
34. Operarum merces non debetur impedito, si eo tempore mercedem ab alio acceperit.
35. Ampl. sufficere, ut alteri operas suas locaverit, licet mercedem non acceperit.
36. Ampl. 2. ut sufficiat potuisse locare, et noluisse.
37. Ampl. 3 si locavit pro minori summa,
38. Operarum merces si promissa fuerit conditionaliter quatenus operae

praestentur, non debetur impedito operari, etiamsi impedimentum veniat ex parte conductoris.
39. Ampl. non solum stante conditione expressa, sed etiamsi tacita.
40. Periculum in opere eveniens vitio soli, non cedit damno conductoris operis.
41. Nautae debetur merces deportationis, etiamsi deportatus moriatur, si promissa pro impositione in navi, secus si promissa pro deportatione.
42. Conditione stante in promissione mercedis, nihil aliud attenditur, quam si conditio venerit, vel ne.
43. Salarium si non sit promissum simpliciter, sed intuitu laborum, hoc sufficit, ut non debeatur impedito, etiamsi impedimentum veniat ex parte promittentis.
44. Operarum, quae in labore consistunt, locatione, merces semper censetur promissa intuitu ipsarum operarum, et cum tacita conditione si praestentur.
45. Operarum conductor repellit petentem mercedes exceptione non adimplementi, si eas praestare non coeperit.
46. Operarum locator si non coepit eas praestare repellitur absolute a petitione mercedis.
47. Oblatio verbalis stante tacita, vel expressa partis recusatione sufficit.
48. Oblatio non est necessaria quando certo constat partem recusaturam recipere.
49. Oblatio non sufficit quando pars habet justam causam recusandi.
50. Operarum merces debetur etiam ei, qui non incepit illas praestare si non potuit tuto, et sine verecundia.
51. Operarum locator si coeperit eas praestare, et postea fuerit impeditus non repellitur exceptione non adimplementi, sed necesse est petere remissionem mercedis.
52. Locator operarum postquam coepit eas praestare, sufficit per eum non stetisse quin continuaverit.
53. Decl. ut si adsit conditio expressa in promissione mercedis si operae praestentur, necesse est stetisse per conductorem quin continuaretur praestatio.
54. Et stetisse per conductorem dicitur, si adimplendum erat ex pecunia ab eo solvenda, et ipse eam non dederit.
55. Et cessante dicta conditione expressa sufficit stetisse per casum evenientem in persona conductoris, vel in re, in qua praestandae erant.
56. Salarium non debetur ei, per quem non stetit inservire officiali remoto ab officio ante finitum tempus.
57. *L. diem functo 4. ff. de offic. assessor.* est obscura, et quomodo intelligatur.
58. Salarium legatis, vel ejus comitum si removeatur ante tempus non debetur propter culpam, quae supponitur in remoto.
59. Comites legati intelliguntur ejus assessores.
60. Culpa qua removetur legatus ante tempus adscribitur etiam ejus assessoribus.
61. Assessor praesumitur in culpa erroris a judice commissi.
62. Salarium non debetur impedito si impedimentum provenit ex culpa sua vera, vel praesumpta.
63. Officiali amoto ante tempus ab officio sine culpa, debetur salarium.
64. Merces operarum, ubi non debetur ex quo non fuerint praestitae intelligitur pro ea rata pro qua praestitae non fuerunt.
65. Nautae pereunte navi in itinere, debetur merces pro rata.
66. Contrarium quod debeat eam restituere.
67. Declara hoc contrarium procedere si navis perierit ante discessum.
68. Decl. 2. ut debeatur merces pro rata, si conventa pro impositione in navi, secus si pro transportatione ad certum locum.
69. Subdecl. ut merces conventa pro impositione in navi debeatur pro rata si facta locatio, secus si facta venditio loci navis, quia tunc debetur in totum.
70. Subdecl. 2. quod dictum est non deberi aliquid, ubi merces promissa sit pro asportatione, non procedere si utilitas conductori allata sit.
71. Subdecl. 3. quod dicitur mercedem deberi pro rata operarum, intelligi pro rata utilitatis allatae conductori.
72. Remissio mercedis operarum fit in operibus, quae consistunt in labore, non in eis, quae consistunt in virtute, quia pro eis debetur totum salarium etiam impedito.
73. Decl. ut si salarium sit annuum debeatur tantum pro anno coepto.
74. Secus si sit constitutum in unica solutione.
75. Idem dic si sit unicum factum.
76. Idem si agatur de officio majori, quod in sola dignitate consistat, non in labore.
77. Decl. ut quatenus salarium sit partim pro labore, et partim pro virtute unaquaeque pars judicanda sit cum suis regulis.
78. Et ubi sit inseparabile, et non appareat quid principaliter consideratum fuerit, praevalere debebit qualitas scientiae.
79. Salarium officialis mortui, licet de jure debeatur haeredibus etiam pro tempore decurso post mortem, tamen secus est consuetudine plurium locorum.
80. Consuetudo circa solutionem salarii, multum attenditur.
81. Salarium remoti ab officio culpa sua, non debetur etiam pro tempore quo inservivit.
82. Contrarium est verius.
83. Decl. primam procedere specialiter in custodibus publici carceris.
84. Decl. 2. primam procedere in operis individuis, quando delictum concernit uniformiter totum officium.
85. Decl. 3. ut si ex culpa, vel negligentia officialis resultet domino damnum, poterit ad ratam damni retinere salarium.
86. Salarium diminuto labore, minui debet.
87. Famulus receptus ad inserviendum tribus scholaribus, si duo discedant, non petit idem salarium a remanente.
88. Ampl. etiamsi fuerit admissus ad inserviendum cum expressa conditione de certo salario.
89. Contrarium tenent alii.
90. Distinc. ut si promissum sit salarium certum cum conditione serviendi tribus, tunc debeat minus, secus si promissum simpliciter.
91. Decl. posse peti totum promissum simpliciter, si promissum ab uno tantum, secus si a tribus, quia intelligitur pro rata.
92. Salarium minuto labore minui debet in operibus, quae in labore consistunt, non in eis, quae consistunt in probitate virtutis.
93. Declara non deberi totum salarium diminuto labore, si officium dividatur in duo.
94. Beneficium, seu praebenda duobus auctoritate apostolica collata uterque medietate fructuum percipiet.
95. Famulus plurium scholarium si aliqui discedant non debet habere minus salarium, si idem labor est in serviendo unico remanenti.
96. Legatum annuum relictum pro cura praestanda negotiis plurium filiorum, omnibus filiis defunctis praeter unum, qui sit haeres omnium itaut idem labor legatio superest, non erit ex minuenda annua praestatio.
97. Conductus ad negotium intra certum tempus peragendum illo citius perfecte peracto mercedem conventam integram consequitur.
98. Iter facere debens, si faciat una die quantum debebat in duobus mercedem pro utroque recipit.
99. Minuto labore minuenda merces, et circa quantitatem standum est judicis arbitrio.
100. Declara procedere si salarium non sit taxatum ex pacto, quia tunc recurrendum ad pactum.
101. Subdeclara non sufficere pactum circa salarium totum si non appareat rata diminutionis laborum.
102. Salarium ob operas non praestitas non minuitur, si pro praestitis habeantur.
103. Legatum scholari factum, si in studio permanserit debetur, etiamsi tempore vacationis ad domum redeat.
104. Absens reipublicae causa habetur pro praesente.
105. Absens causa studii habetur pro praesente.
106. Declara haberi pro praesentibus, sed non liberari ab onere.
107. Absens causa studii percipit fructus beneficii, sed non distributiones quotidianas.
108. Operarum merces si soluta, ubi solvenda non erat poterit repeti.

CAPUT L.

Licet, quae dicta sunt in praecedentibus capitulis de remissione mercedis, possint, ut plurimum applicari etiam mercedi operarum, tamen quia DD. et ipsae leges de ea in hoc proposito distincte locutae sunt, ac etiam diversis terminis usae, ideo et nos aliquid hic separatim dicemus. Sicut autem in locatione rerum si conductor non potest percipere fructus, vel aliam commoditatem, cujus intuitu mercedem promisit, mercedem ipsam solvere non tenetur, sed facienda ejus remissio, juxta firmata *in praecedentib. cap.* ita et in locatione personae, seu operarum, si non possit conductor percipere operas, pro quibus mercedem promisit, utique non tenebitur illam solvere, ut notatur *in l. Sejo* 10 *in princ. ff. de ann. legat.* et firmat Noguerol. *alleg.* 8. *num.* 7. Mastrill. *de Magistr. lib* 1. *cap.* 21 *num.* 36. Rota coram Zarate *decis.* 14. *n.* 4. *et seq.* 1

At sicut conductor rerum, non potest obtinere remissionem mercedis, si culpa, vel negligentia sua fructus, seu aliam commoditatem rei non percepit, uti si agrum colere, et seminare omiserit, ita et conductor operarum eadem ratione excluditur a remissione mercedis, ita ut satis sit per locatorem non stetisse, quo minus operas suas praestaret, ad hoc ut merces ei promissa debeatur, ut sunt text. expressi *in l. sed addes* 21. *§. fin. et in l. qui operas* 41. *ff. locati.* 2

Et licet aliqui velint hoc restringere ad operas in probitate virtutis consistentes, negantes procedere, quoad operas consistentes in labore; tamen quia dicta jura indistinte loquuntur, merito alii dictam restrictionem rejiciunt, ut signanter Cagnol. *in l. diem functo* 4. *num.* 85. *ff. de off. assess.* et ibid. Jacob. de Nigr. *num.* 28. et plene aliis adductis Rot. in una Urbinatea. Salarii coram reverendissimo Albergato relata per extensum a Dom. Lanfranc. Zacch. *de salar. q.* 23. *num.* 30. *et seqq.* et in eisdem terminis firmavit etiam coram Caváler. *decis.* 502. *num.* 1. 3

Nec obstat text. *in l. Sejo* 10. *in princ. ff. de ann. legat.* in qua praecipue fundatur opinio contraria, quia ibi agitur de legato annuo relicto sub conditione, si legatarius voluerit interveníre negotiis filiorum testatricis, quae conditio fuit apposita ad utilitatem filiorum, ut notat ibi Gloss. *in vers. viventis*; unde nil mirum si ex eo, quod propter mortem duorum ex filiis, conditio non potuit amplius adimpleri, et utilitas filiorum contemplata cessavit; cessare etiam debuerit pro rata illorum legatum, quia ubi adest conditio attenditur solum, an ea extiterit Natt. *consil.* 452. *numer.* 10. et dicam infra. 4 5

Et quamvis aliqui insistant dicendo rationem illam qua *d. l. Sejo*, utitur, quod tam labor, quam pecunia divisionem patiatur, esse generalem, et ideo omni casui applicabilem, tamen contrarium, quod imo sit specialis in casu illo, respondet Jacob. de Nigr. *in d. l. diem functo num.* 30. *vers. unde ad illam in fin.* et rationem specialitatis, et differentiae 6

inter easum legati, de quo in d. l. Sejo, et casum mercedis
promissae per contractum, tradunt ante eum Bart. in l. 1. §.
divus num. 4. ff. de var. et extraord. cognit. et Cagnol. in
d. l. diem functo num. 158. post princ. vers. od textum, ff.
de off. assess.
7 Reieuta igitur dicta opiniona favorabili locatoribus dicta-
rum operarum, ut scilicet eis debeatur merces operibus non
praestitis, si per ipsos non stetit, quominus illas praestarent
talis opinio plures patitur declarationes: et prima declaratio
est, ut dicatur non stare per locatorem, quin praestet operas
8 suas ad hunc effectum, non solum si culpa conductoris eas
praestare impediatur, quod est clarum, sed etiam si impedia-
tur casu, ex parte ipsius conductoris operas recipere deben-
tis eveniente, sive casus acciderit in ejus persona, sive in re-
bus, circa quas operae versari debebant, secus autem a con-
tra, si acciderit ex parte locatoris operas praestare debentis,
et sive acciderit in ejus persona, sive in ejus instrumentis,
cum quibus operari debebat, quia tunc mercedis remissio fie-
ri debet, Bart. in l. ex conducto 16. §. item cum quidam
num. 4. et ibidem Castr. ff. locat. D. Lanfranc. Zacch. de
9 salar. q. 22. num. 16. exemplum est casus accidentis in re-
bus, si quis locaverit operas suas in deportando mancipia cum
navi, si enim navis deperdatur, qui est casus eveniens in re
locatoris, non debebitur merces, l. si uno 17. §. item cum
quidam. ff. locat. quod §. item cum quidam, aliqui legunt.
10 in l. ex conducto 16. ff. eodem. Si autem mancipia in itine-
re moriantur, qui est casus eveniens in re conductoris, mer-
ces debebitur, nisi aliud actu sit, l. fin. in princ. ff. ad l.
Rhod. de jact. ubi DD. et praecipue Pet. Pechius sub. nu-
mer. 4. inquit. applicari dictam regulam, per me non stetit,
Strac. de navib. part. 3. numer. 17. quem sequitur Valasc.
11 consult. 75. num. 11. et exemplum casus evenientis in per-
sona est, ubi conductae operae in sibi serviendo, si eveniat
casus mortis locatoris, merces amplius non debebitur, secus
autem si aveniat casus mortis conductoris, cui serviendum
erat, ut distinguit, et communem dicit Cagnol. in d. l. diem
functo n. 87. ff. de off. assess.
Et hinc est, quod licet aliqui velint, quod famulis etiam
12 vilibus debeatur salarium tempore, quo propter infirmitatem
operas suas in serviendo praestare non valent, ut signanter
Gloss. in l. arborib. vers. aegrotante. ff. de usufr. Barbat.
in cap. propter sterilitatem numer. 25. de locat. Coler. de
process. execut. par. 1. cap. 9. numer. 60. vers. contraria,
13 tamen contrarium est verius, ut probat post alios Covar. va-
riar. lib. 3. cap. 13. sub num. 8. et est communis opinio, ut
testatur Viv. opin. 275. ad fin. et Coler. de alim. lib. 1.
cap. 13. numer. 44. et esse magis communem, et veriorem
14 dicit etiam, et disputato articulo ad partes, optime probat D.
Lanfr. Zacch. de salar. quaest. 19. a n. 10. nisi forte adesset
in regione consuetudo illud praestandi, quia tunc intrat prae-
sumptio, quod qui famulum recipit, juxta eam contrahere vo-
luerit, ut alibi dictum est, et in his terminis firmat ibidem
D. Lanfr. num. 30.
Verum dicta conclusio, quod si impedimentum accidat ex
15 parte locatoris merces sit remittenda, seu non debeatur, pro-
cedit in operibus, quae in labore praecipue consistunt, non
autem in aliis, quae consistunt, praecipue in probitate vir-
tutis, istae enim debentur regulariter, quamvis ipse, qui eas
praestare debet, impediatur Bart. in l. 1. §. divus numer. 5.
et 7. ff. de var. et extraord. cognit. et aliis adductis Mastrill,
de Magistr. lib. 1. cap. 21. num. 39. et de impedito prae-
stare similes operas per infirmitatem, quod adhuc consequi
debeat salarium plenissime aliis adductis firmat D. Lanfranc.
Zacch. de salar. quaest. 19. num 5. et seqq. et quod si eve-
16 niat casus, quo similes operas praestare debens decedat, trans-
mittat jus petendi salarium integrum, pro quo fuerat con-
ductus ad haeredes, l. post. duos. 15. c. de advoc. div. jud.
et tradunt Cagnoll. in. l. diem functo nu. 218. ubi de com-
muni ff. de offic. assess. Ceph. cons. 70. numer. 4. et seqq.
per tot. et cons. 71. pariter per tot. ubi nu. 13. voluit pro-
cedere, quamvis promissae essent librae trecentum singulis
annis pro tempore, quo servierit, ut adhue sufficiat annum
de tempore mortis fuisse coeptum, Surd. consil. 42. num.
7. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 21. numer. 48. et seqq.
usque ad 51. ubi tamen in fine dicit non observari, quoad of-
ficiales regni, et plurium locorum.
Sunt autem istae personae, quarum operae potius in pro-
17 bitate virtutis, quam in labore consistunt, sine dubio advo-
cati, ut est text. in l. qui operas, ff. locat. et in d. l. post
18 duos., c. de Advoc. div. jud. item et alii legum doctores o-
peras suas sive in legendo, sive in judicando, aut judicibus 19
assistendo praestantes, ad text. eom ibi notatis per DD. in
leg. diem functo. 4. ff. de offic. assess. et in l. diem functo
ff. locat. Cephal. cons. 70. num. 4. post. med. Surd. cons.
42. nu. 3. Sunt et professores artium liberalium. ut Gram- 20
matici, et Rhetores, ut per Sylvan. cons. 28. num. 15. et 17
sunt et medici, ut late probat Ceph. consil. 70. et 71. fe-
re per tot Medic. in tract. mors. omnia solvit par. 3. num.
26. vers. tertio amplio, Viv. opin. 201. num. 4. sunt et of-
ficiales magni et conspicui uti ambasciatores, de quibus ple- 21
ne D. Lanfr. Zacch. de salar. quaest. 19. num. 7. et quae-
st. 53. num. 34. item et Praetores Cephal. cons. 70. numer.
4. post med. Praesides, praefecti, et domestici principis,
quorum officium dignitatem principaliter habet, ut docuit
Bart, in l. 1. §. divus nu. 6. in fin. ff. de var. et extraord.
cognit. secus autem est in proxenetis, Strace. de proxenet. 22
part. 1. ultimae partis princip. num. 13. et in stipendiariis,
aliisque similibus, ut docet Bart. in d. l. 1. §. divus num. 5.
versic. pro harum.
Verum, ut hoc procedat, quod debeatur merces, seu sala-
rium operarum, quae in probitate virtutis consistunt, im- 23
pedito eas praestare, necessaria esse copulative quinque
requisita, late probant D. Lanfr. in d. quaest. 19. numer.
31. et seq. quorum primum est, ut impedimentum, puta in- 24
firmitatis, non sit diuturnum, quod tamen si generaliter lo-
quamur, non transit sine aliqua difficultate, dum ut mox
probatum fuit, debetur etiam in casu mortis, quae ne dum
diuturnum, sed perpetuum impedimentum praestat; unde re-
stringendum erit tale requisitum ad officiales regni, de qui-
bus loquuntur Reg. Constan. et Danza in locis per ipsum d.
Lanfranc. ibi allegatis. Secundum est, ut dictas operas prae- 25
stare debens permaneat in loco, in quo praestandae sunt, vel
absit cum licentia, de quo latius videndus ipse d. Lanfr. in
quaestion. subsequenti 20. ubi ex professo discutit, an et 26
quando absens consequatur salarium, signanter autem
advertendum est, quod si agatur de eo qui esset absens ante
impedimentum sufficit, quod legitime abesset, adhuc ut si su-
pervenerit ei impedimentum, per quod accedere non valeat,
mercedem consequi debest, ut probant tradita per Barbos.
de Episcop. alleg. 53. numer. 107. in fin. et Castrop.
tract. 7. disp. 3. punct. 9. §. 1. num. 6. si autem agatur de
se absentante post impedimentum sine licentia excusabitur 27
a necessitate, puta si aliter salutem recuperare non posset, ad
text. in cap. ad audientiam, et in cap. relatum de cler. non
resid. cum ibi not. per Abb. et Imol. et alios relatos per
Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 21. num. 55. Tertium re- 28
quisitum est, ut impedimentum sit casuale, et verum, non
autem procuratum, vel simulatum, quod planum est, sed non 29
sufficeret in impedimento infirmitatis, quod culpa sua in
eam incidisset, Covar. var. lib. 3. cap. 13. numer. 8. vers.
septimo quotidiano, ubi reddit rationem, quia adhuc tale
impedimentum non est a jure, nec ab homine, sed a Deo,
Timot. de Timot. resp. 7. num 25. Barbos. de Episcop. al-
leg. 53. num. 168. Monet. de distribut. part. 2. quaest. 6.
num. 11. vers. ampliatur 5. quartum, quod impedimentum 30
sit tale quod vere impediat, puta infirmitas sit gravis, non
autem ita levis, ut non impediat, et an sit talis standum erit 31
peritis in arte, et advertendum quod impedimentum vere
impediens, ex quo io se est tale, si potest ab impedito remo-
veri, quia impeditus non dicitur, qui impedimentum remo-
vere potest, Menoch. cons. 110. num. 116. d. Lanfr. Zacch.
de salar. q. 22. num. 13. Rota cor. Verall. decis. 72. num.
7. part. 2. Quintum denique, ut impeditus ante impedimen- 32
tum officium actu exerceret, seu operas praestaret, alias enim
si etiam cessante impedimento ipse se reddebat indignum
mercede, impedimentum superveniens non potest eum di-
gnum reddere, quod procedit etiam in distributionibus quo- 33
tidianis, debentur enim non valenti propter infirmitatem ad
chorum accedere, et inservire, si ante infirmitatem accedebat
et inserviebat, alias secus Covarr. var. lib. 3. cap. 13. num.
8. vers. sextu, Guttier. canon. quaest. lib. 1. cap. 1. num.
139. vers. attamen hoc, Monet. de distrib. part. 2. q. 6. nu-
mer. 21. Barbos. de potest Episc. alleg. 53. numer. 167. et
licet contrarios referat, et eorum opinionem probabilem di-
cat, tamen istam esse communem, et ab ea non recedit, Ca-
stropal. oper. mor. tractut. 7. disp. 3. punct. 9. §. 1. num. 5.
Secunda declaratio est, ut non debeatur merces, si impe-
ditus praestare operas conductori, pro illo tempore, seu illis 34
operibus, quas locaverat, ab alio mercedem acceperit, tunc
enim eam non poterit petere a primo conductore, quae limi-

ratio habetur expresse in *d. l. sed addes* 21. *§. fin.* ibi: *si eodem*
35 *anno ab alio mercedes non accepisti. ff. loc.* et ampliatur haec
limitatio, ut procedat dummodo alteri locaverit easdem ope-
ras, licet mercedes actualiter non acceperit, ut probat text.
in l. diem functo 4. *ff. de off. assess.* quae in hac parte est
repetita *in l. diem functo* 22. *ff. locat.* ibi, *modo si non co-
mites postea cum aliis eodem tempore fuerint*, et late tradit
36 Surd. *cons.* 42. *num.* 15. *et* 16. imo et fortius, quod suffi-
ciat impeditum potuisse alteri locare, et noluisse post Jo. sen-
sit Gloss. *in l. diem functo, ff. de offic. assess.* et ibidem Ca-
gnol. *num.* 28. et alii communiter, ut testatur Jac. de Nigr.
num. 15. *vers. aliam rationem*, Carocc. *tit. de remiss. mer-*
37 *ced. quaest.* 8. *num.* 213. *vers. limita* 3. et quamvis inser-
vierit pro minori summa, idem de Nigr. *ibid. num.* 16.

Tertia declaratio est, si promissio mercedis fuerit conditio-
38 naliter facta, quatenus operae praestarentur, tunc etiamsi
impediatur locator per casum evenientem in personam con-
ductoris, vel rem, circa quam praestandae erant operae, ad-
huc non debebitur merces, ut aperte probat tex. *in d. l. Sejo*
39 10. *ff. de ann. legat.* Idque procedit non solum si adsit con-
ditio expressa, ut *in d. l. Sejo.*, sed etiam ubicumq; apparet
ex verbis id actum, ut merces solvatur, si operae praesten-
tur, ut in dicto exemplo locationis operarum pro transvehen-
dis mancipiis habetur *in d. l. fin. in princ. ff. ad l. Rhod. de
jact.* ubi ponitur casus, si vehenda mancipia conduxisti, et
resolvitur, quod pro eo mancipio, quod in itinere mortuum
est, merces tibi non debetur; unde videbatur argui posse,
quod si mercenarius non steterit in terminis locationis opera-
rum, sed opus conduxerit juxta distinctionem horum termi-
norum, de qua *in cap.* 1. censeatur merces promissa, si tra-
dat opus perfectum, sed contrarium probatur per text. *in l.*
40 *fin. ff. locat.* ubi si rivum faciendum conduxisti: Paulus di-
cit, quod si soli vitio corrumpatur, non tuum periculum est,
sed locatoris, quare veritas est, quod non sufficiat opus condu-
41 ctum fuisse, sed ut idem Paulus *in d. l. in fin. in princ. ff
ad l. Rhod. de jact.* declarat, quaeritur, quid actum, utrum
pro iis qui impositi, an pro iis qui deportati essent, merces
daretur, ut primo casu debeatur merces etiam pro mortuo,
non secundo, prout etiam advertunt Signorol. *consil.* 195.
num. 5. *et* 6. Stracc. *de navi par.* 3. *n.* 19. et Velasc. *con-
sult.* 75. *num.* 11.

Stante autem conditione tacite, vel expressa, quod tunc
42 non debeatur merces, ex quacumque parte accidat impedi-
mentum, est ratio, quia ubi promissio est conditionalis, non
attenditur, nisi eventus conditionis et ideo non debet haberi
ratio, an casus impedimenti evenerit in persona locatoris, vel
potius in persona conductoris, Natt. qui plene firmat *consil.*
452. *num.* 10. Gaill. *obser.* 44. *numer.* 13. *ad med. lib.* 1.
Carocc. *de loc. tit. de remiss. merc. q.* 8. *num.* 184. Add. ad
Buratt. *dec.* 79. *in fin.*

Imo fortius, quatenus non agatur de mercede, seu salario
43 simpliciter promisso, sed de promisso intuitu laborum, quod
tunc etiamsi operas praestare debens impediatur facto ipsius
conductoris, adhuc merces non debeatur, late distinguendo
probat Dom. Lanfr. *Zacch. quaest.* 22. *a n.* 8. *ad.* 10.

Verum praefata distinctio potest procedere in promissione
44 salarii facta propter probitatem virtutis, secus autem in pro-
missione mercedis, facta in locatione operarum in labore con-
sistentium, cum in ea merces semper promittatur operarum
intuitu, adeo ut tacite intelligatur adjecta conditio, si operae
praestentur, ut docet Bart. *in l. diem functo* 4. *num.* 1. *post
med. ff. de off. assess.* Alex. in addit. ad Bart. *in l. si uno*
17. *§. item cum quidam lit. g. vers. famulus tuus. ff. locat.*
cum aliis adductis per eumdem d. Zacch *d. quaest.* 22. *nu-
mer.* 5. *et quaest.* 88. *n.* 21 Rot. coram Zarat. *dec.* 14. *n.* 4.

At quia dum dicimus in hac locatione operarum in labore
consistentium, promissionem mercedis fieri semper intuitu
praestationis operarum, et continere tacitam conditionem si
operae praestentur, et quod ubi promissa est cum dicta con-
ditione, merces non debeatur, etiamsi non steterit per loca-
torem, quin operae praestentur, nunquam habere posset lo-
cum dicta opinio, quod etiam in istis operibus, quae pro-
prie locantur, merces conventa debeatur, si per locatorem
non steterit, quo minus operae praestarentur, animadverten-
dum videtur, quod duobus modis evitare potest conductor
solutione mercedis ob operas non praestitas. Primo enim po-
45 test opponere exceptionem non adimplementi, dicendo vide-
licet locatorem non adimplevisse ex parte sua contractum tra-
dendo operas, quas promisit, pro ut tradere debebat. ante-
quam mercedem peteret, juxta tradita *in c.* 28. *de obligat.*
locat. et c. 44. *de except. non adimplem.* et adversus hanc
oppositionem, non valebit dicere locator operarum, per me
non stetit, sed necesse habet ad eam repellendam adducere,
se operas tradidisse, seu saltem devenisse ad actum illas tra-
dendi, et constituisse conductorem in quasi possessione illas
recipiendi, licet non teneatur probare continuasse usque ad
finem, prout dict. fuit de locatione rerum *in cap.* 28. *et in d.* 46
cap. 44. alias non erit locus huic discussioni, an intret remis-
sio mercedis, vel ne, sed absolute reijcietur, prout dictum
est, et in terminis locatoris operarum, quod absolute exclu-
datur, qui illarum praestationem non inchoavit, Dec. *cons.*
70. *in princ. et num.* 2. *ad fin. et* 3. Caroc. *de locat. tit de
remis merc q.* 8. *num.* 194. D. Lanfranc. Zacch. *de salar.
quaest.* 21. *n.* 6.

Et quatenus ab initio ipso, locator impediatur a condu-
ctore, officium suum inchoare poterit, et ad effectum repel-
lendi dictam exceptionem non adimplementi, debebit offerre
se promptum operas suas praestare, talis enim oblatio verba-
lis, stante tacita, vel expressa conductoris recusatione sufficit,
Bald. *in l.* 1. *in fin. c. ne liceat tertio provoc.* Boer. *decis.* 47
124. *num.* 25. *et seqq.* Buratt. *decis.* 517. *num.* 3. Duran.
decis. 108. *num.* 4. et in his terminis oblationis operarum,
Rot. *decis.* 286. *num.* 11. *par.* 11. *recent.* Nisi forte certo
constaret conductorem recusaturum fuisse operas recipere, 48
quia tunc oblatio non est necessaria, Dec. *in l. quidam exi-
stimaverunt in* 4. *notab. ff. si cert. pet.* Ruin. *cons.* 40. *nu-
mer.* 9. *in fin. et cons.* 113. *num.* 1. *lib.* 1. cum aliis addu-
ctis per Surd. *decis.* 6. *num.* 2. Seraph. *decis.* 715. *num.* 1.
et seqq. ubi tamen dubitat, an hoc procedat, si non unica
praestatio facienda sit, sed plures, et diversis temporibus.
Verum non sufficeret praefata oblatio, et recusatio conducto-
ris, si ipse conductor justam causam recusandi habuisset, Bart. 49
in l. sed si alia, ff. de const. pecun. Boer. *decis.* 124. *num.*
29. *vers. quod limitat*, et aliis adductis Rol. *consil.* 53. *num.*
38. *lib.* 1. Et idem est, si non posset quis tuto, et sine vere-
cundia officium exercere, per casum contingentem ex parte 50
conductoris, quia debebitur ei salarium integrum, etiamsi of-
ficium exercere non inceperit, ut de eo qui fuit electus in po-
testatem civitatis, si civitas, antequam ad eam accederet, sta-
tum mutaverit, quia insurrexerit tyrannus, vel aliqua se-
cte, ita ut exercitium justitiae liberum non remanserit, do-
cuit Bart. *in l.* 1. *§. divus num.* 15. *ff. de var. et extraord.
cognit.*

Quatenus autem locator praefatum adimplementum, seu
illius principium aliquo ex modis praedictis habeat, sed ca-
sus postea evenerit, per quem conductor recipere totaliter, et 51
perfecte operas non potuerit, tunc succedit secundus modus
recusandi solutionem mercedis, de quo loquimur, allegando
eam sibi remittendam, in quo si conductor dicat, quod non
fuerit sibi adimpleta conditio, sub qua mercedem promisit,
videlicet praestationis operarum, quatenus conditio sit tacita, et
justa naturam contractus locationis subintellecta, bene rejicie-
tur praetensio conductoris, per replicationem locatoris, per me
non stetit, quia leges de locatione loquentes, expresse hanc re-
plicationem admittunt ut supra dictum fuit. At quatenus con-
ductor expresse convenerit de solvenda pensione, si operae prae- 52
starentur, tunc qua talis expressa conditio aliquid operari debet
ultra tacitam, restringenda erit dicta replicatio, per me non ste-
tit, ut solum sufficiat, si steterit per ipsum conductorem, tunc 53
enim habetur conditio, pro impleta *l. jure civili* 24. *ff. de con-
dit. et demonstr. l. in jure civili. ff. de reg. jur.* et in terminis
locatoris operarum sub dicta conditione, quod si non stet per
locatorem, neque per casum quo minus impleatur, sed per
conductorem conditio habeatur pro impleta, Castr. *in l. ex
conducto* 16. *§. item cum quidam num.* 4. *prope fin. ff. lo-
cat.* Dec. *cons.* 70. *numer.* 3. *vers. tertio respondetur.* Rot.
coram Buratt. *decis.* 5. *numer.* 9. et satis diceretur stetisse
per conductorem, si adimplendum esset mediante pecunia 54
per eum danda, et ipse eam dare noluisset, *l.* 3. *§. fin.* ubi
Corn. *num.* 2. *in fin.* Jas. *num.* 3. et Roman. *in §. Sed. si
servus, ff. de condit. caus. dot.* Alias enim cessante conditio- 55
ne expressa, sufficit locatorem impeditum fuisse etiam per
casum, quatenus tamen contingat in personam conductoris,
vel res, circa quas operae praestandae erant, uti si mortuus
sit qui conduxerat, vel mancipia transvehenda decessissent,
ut supra probatum fuit, et quod sufficiat locatori operas in-
choasse, ad hoc, ut ubi non apparet, quid actum, casus super-
veniens in rebus, circa quas operae versari debebant, non
impediat consecutionem mercedis, est text. express. *in d. l.
fin. in princ. ff ad. l. Rhod. de jact.*

Quarta declaratio est, ut non procedat deberi salarium pro
56 toto tempore ei per quem non stetit, quo minus operas suas
praestaret in casu, quo is qui illas conduxit remotus sit ante
praefinitum tempus ab officio, cujus intuitu conduxerat, prout
litteraliter habetur *in l. diem functo* 4. *ff. de offic. assess.*
ubi postquam dictum fuit deberi comitibus legati salarium
pro toto tempore, etiamsi legatus mortuus sit, adduntur haec
verba: *diversum in eo servatur, qui successorem ante tempus accepit:* quae verba sunt secunda pars ejusdem legis.
57 Verum dicta secunda pars legis praedictae obscura, et difficillima, dicitur post alios a Cagnol. *ibi. num.* 46. *in princ.*
et dantur eis sex intellectus, ut videre est penes ipsum a dicto *num.* 46. *ad.* 76. ubi pro sexto, quem aliis prius rejectis
asserit realem, planum, et verissimum, dicit quod dicta verba legis non referuntur ad comites legati, nec significant circa eorum salarium aliud servandum esse legato mortuo, quam
legato remoto, sed referuntur ad legatum ipsum, ita ut sensus sit, aliud servari in salario, quod debetur ipsi legato, ut
scilicet si removeatur ante tempus, non sit solvendum, redditque rationem, quia remotio ante tempus non aliter fit,
quam propter culpam ipsius remoti.

Eosdem tamen sex intellectus relatos per Cagnol. refert etiam eodem ordine retento in repetit. ejusdem legis Calsefatus *a num* 13. *ad* 24. et quoad praefatum sexto loco a Cagnolo laudatum, dicit videri caeteris deteriorem, quia dum
lex in prima parte non agit de salario legati, sed de salario
comitum, ut de se patet, et admittit cum omnibus ipse Cagnolus, et deinde addit *diversum in eo, etc.* intelligi debet
diversimode servandum respectu ejusdem met salarii et sic
salarii debiti comitibus, non autem debiti legato, de quo textus antecedenter non loquitur, prout ita intelligit ibi Gloss.
vers. in eo et DD. communiter, ut inquit Cagnol. *n.* 75.
58 At quidquid sit de ista varietate, omnes in eo conveniunt,
ut ratio praedictae diversitatis, et cur salarium in casu remotionis non debeatur ea sit, quia amotio praesumitur facta
propter culpam, sive lex loquatur de legato, sive etiam lo-
59 quatur de ejus comitibus, quia comites intelliguntur ibi, assessor legati, ut probatur ex titulo, sub quo lex ponitur, nempe *de off. asses.* et docet Gloss. *in ver. comitibus*, et esse verum intellectum dicit Calaefatus *num.* 15. et dum legatus a-
60 movetur propter culpam, prout regulariter amovetur quando
fit amotio ante tempus, culpa ipsa adscribitur etiam ejus assessoribus, quod scilicet non bene consuluerint eidem legato,
prout erat eorum officium. *l.* 1. *e. de assess.* et notant *in d. l. diem functo;* post alios Jas. *num.* 7. *vers. ego ex alia.* Ca-
61 gnol. *num.* 52. et Calaefatus *numer.* 15. et semper in dubio
praesumi assessorum in culpa erroris a judice commissi, quatenus ipse contrarium non probet, late firmat d. Laufr Zach.
de salar. q. 56. *num* 11. *et seqq.*
62 Unde praefata quarta declaratio, potest aliter, et latius
concipi, ut scilicet salarium non debeatur impedito si impedimentum provenisset ex culpa sua vera, vel praesumpta, ut
ultra praecitatos, tradit etiam Nogureol. *allegat.* 8. *num.* 9.
63 alias enim si nulla intervenit culpa, salarium debebitur etiam
in casu amotionis, sive agatur de salario assessorum amoto legato, d. Laufr. *d. q.* 56. *numer.* 7. sive etiam agatur de
salario ipsius legati, vel alterius officialis, absq; causa ameti
Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 96. post Jas. *in l. diem functo n.* 7. *ff. de off. assess. et in* §. *tripli instit. de action.* An autem remoto ob culpam debeatur salarium pro
tempore, quo servivit, dicam infra in fine sequentis declarationis.
64 Quinta declaratio est, ut in casibus, in quibus dictum fuit
mercedem operarum, quarum praestationem locator impeditus fuit explere, non deberi, seu remittendam esse, intelligatur pro ea rata, pro qua operae non fuerunt praestitae, non
autem in totum, idque sive locatae sint operae tantum, sive
etiam operae et res simul, Gloss. *in l. si uno* 17. §. *item cum quidam in verb. personis, vers. cum autem qui operas,* et
ibid. Bart. *n.* 4. *et n.* 5. *in princ. ff. locat.*
65 Hinc in exemplo, quo supra usi fuimus nautae, quod si navis in itinere pereat, debeatur merces pro rata, firmavit Stracc.
de navib. par. 3. *n.* 24. ut in eisdem terminis aperte loqui-
66 tur etiam Gloss. *supracit.* ut patet. ibi, *ut dicitur de eo, qui munere vehendi functus non est.* Sed contrariam sententiam
in praefato exemplo adversus Straccam amplexus est D. Laufr. Zach. *de salar. quaest.* 88. *num.* 22. Et videbatur ista
contraria opinio probari per text. *in dicta l. si uno,* §. *item cum quidam*, dum in casu navis amissae, dicit nautam restituere debere vecturam, quam pro invecto acceperat, quod et
latius firmant Signorol. *cons.* 195. *nu.* 6. et Mart. *cons.* 152.
num. 2.

Verum ad text. *in* §. *item. cum quidam*, responderi potest
prime, quod navis, de qua in eo, non navigavit, sed in ipso 67
portu fuit amissa, prout in specie illi respondet Molin. *de contract. disp.* 502. *n.* 4. *vers. deinde est*; secundo potest responderi, quod textus non dicit expresse, nautam debere restituere mercedem totam, et licet loquatur indefinite, tamen potest
interpretatio ab aliis legibus de restitutione mercedis facienda a locatore propter casum supervenientem, ac impedientem
conducturi continuare usum rei, quae aperte declarant faciendam esse pro rata, nempe *in l. qui fundum* 10. §. *imperator in fin. et in leg. sed addes* 21. §. *si quis cum in annum, et in l. si fundus* 36. *vers. similiter. ff. locat.* maxime attento
quod text. *in d.* §. *item cum quidam*, reddit rationem cur
nauta restituere debeat vecturam, dicens. *eam munere vehendi functus non sit.* Quae pariter verba loquuntur indistincte, et si accipiantur, quod in nihilo functus fuerit, intrat
dicta prima responsio, et text. non applicatur, si autem intelligatur, quod non sit functus munere vehendi integre, et totaliter, et eodem modo intelligi debet decisio, ut retinere
non debeat mercedem integre, et totaliter, ut correspondeat
retioni.

Salvatur tamen utraque ex praedictis contrariis opinionibus per eumdem d. Laufr. *dicta q.* 88. *num.* 25. mediante 68
distinctione inter casum, quo merces conventa sit pro mancipiorum impositione in navi, et casum, quo conventa sit pro
eorum transportatione ad certum locum, ut videlicet primo
casu procedat prima opinio, secundo vero secunda, prout distinguit text. *in l. fin. in princ. ff. ad l. Rhod. de jactu,* qui
tamen vere loquitur in facti contingentia diversa, scilicet
ubi mancipia in itinere decesserint, ut supra de eo mentio
facta fuit.

At sequendo dictam distinctionem, quoad primum casum
advertendum erit, an contractus stet in terminis locationis, 69
an potius transeat in emptionem, et venditionem, quatenus
enim sit mera locatio, verum erit faciendam esse remissionem
pro rata, juxta leges, et doctrinas in terminis hujus contractus supra allegatas, at quatenus facta esset venditio loci in
navi, tunc licet navis iter non complevisset, adhuc nauta totum pretium sibi retineret, vel etiam nondum solutum peteret, nec esset locus remissioni, prout dictum fuit in proposito locationis rerum, et jurium, et praecipue gabellarum, et
in terminis, in quibus loquimur, tradunt Valasc. *consult.* 75.
n. 5. ut Molin. *de contr. d. disp.* 502. *n.* 3.

Quo vero ad secundum casum, videtur verum esse, quod
nihil debeatur, sed cum ista modificatione, ut procedat qua- 70
tenus nulla utilitas ex ea parte asportationis, seu aliarum operarum conductori resultet, alias enim videtur eum solvere
debere ad ratam ipsius utilitatis propter naturalem aequitatem, ne alias locupletetur cum alienis laboribus, et jactura.

Imo praefata distinctio casu, in quo pars operarum recepta
a conductore fuerit ei utilis a casu, in quo nullam utilitatem 71
ei attulerit, procedit etiam favore ejusdem ubi facta fuerit mera locatio, nam quod dictum est eum solvere debere pro rata,
non debet intelligi absolute pro rata operarum, sed quatenus
illae operae ei utiles fuerint, ut in praefatis terminis navis
deperditae, ducit Alberic. *in d. l. si uno* 17. §. *item cum quidam n.* 16. *ff. loc.* et sensit etiam d. Laufr. *in d. q.* 88.
n. 24. *vers. sed ut veram.*

Haec tamen, quae dicta sunt de remissione mercedis operarum pro parte facienda, utique procedunt in casu quo lo- 72
cus sit ipsi remissioni, ut dictum fuit in principio hujus quintae declarationis, et sic procedunt in operibus, quae in labore consistunt, non autem in illis, quae consistunt in probitate virtutis, quatenus impediantur per casum, licet ex parte
locatoris accidentem, quia in iis non fieri remissionem dictum fuit supra, et ita distinguunt etiam praefatas operas in
proposito DD. et signanter Bart. *in l.* 1. §. *divus num.* 6. *ff. de var. et extraord. cognit.* Rip. *de peste tit. de priv. contr. n.* 118. et Cephal. *cons.* 70. *n.* 7. Surd. *consil.* 42. *n.* 2.
Costa. *de rat. q.* 93. *n.* 13.

Verum quod dictum est in operibus, quae respiciunt probitatem scientiae, et intellectus non esse faciendam remissio- 73
nem, sed deberi salarium totum impedito, declaratur, ut si
agatur de conducto ad plures annos, intelligendum sit deberi salarium tantum pro anno coepto, non etiam pro sequentibus, ut pluribus adductis firmat Mysinger. *cent.* 3. *obser.*
8. et Costa *de rat. quaest.* 93. *num.* 1. ubi etiam *num.* 4. *et*

seqq. reddit rationem, quia in locationibus operarum tot sunt
locationes, quot anni, quod ultra ibi citatos firmat etiam Mau-
tic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 4. *num.* 13 et dict. fuit supra *in ca-*
74 *pit.* 25. Qua ratione stante, quoniam ea non applicatur in ca-
su quo merces non sit in annos distincta, sed unica praesta-
tione constituta, ut habetur *in d. cap.* 25. inde sequitur,
quod neque procedat conclusio, sed in tali casu debeatur
merces totius temporis, prout distinguendo, docuit Bart. *in*
l. 1. *§. divus num. 7. ff. de var. et extraor. cognit.* licet i-
pse loquendo in terminis officii aliam diversam distinctionis
rationem, adducat Rip. *de peste tit. de privileg. contr. nu-*
mer. 120. *vers. quod ultimum,* Mozzius *de locat. tit. de ac-*
75 *cident. num.* 46. Ripa *obser.* 371. *num.* 5. Prout etiam si
agatur de unico facto, itaut propterea cesset praefata ratio
plurium locationum, debebitur pariter totum salarium, uti si
doctor sit conductor ad legendum unum volumen, puta infor-
tiatum, tradunt Caccialup. *in l. diem functo qu.* 10. *n.* 23 *ff.*
de offic. assess. et Rip. *de pest. dict. tit. de privil. contract.*
n. 120. *versic.* 2. *declara.*

Praeterea declaratur dicta conclusio, quod debeatur sala-
rium tantum anni coepti, ut procedat quatenus agatur de of-
ficio habente admistum laborem cum probitate virtutis, seu
76 intellectus, secus autem si agatur de officio aliquo majori,
quod in sola dignitate consistat, et non attendantur principa-
liter operae, quia tunc fit latior interpretatio, et debetur sala-
rium totius temporis, ut docuit Bart. *in d. §. divus. numer.*
9. quem prae caeteris sequuntur Caccialup. *in l. diem fun-*
cto num. 23. *post. med. ff. de off. assess.* et Dec. *ibid. nu-*
77 *mer.* 17. *in fin.* et ubi salarium esset assignatum partim pro
labore, et partim pro probitate virtutis, itaut dividi possit,
prout si contestabili unius bauderiae detur stipendium du-
plicatum, unum simplum, quia miles, aliud propter pruden-
tiam, quia contestabilis, de unoquoque judicandum erit juxta
suas regulas, ut scilicet, quod datur pro labore, debeatur pro
78 rata laboris, aliud vero secus, et quatenus separari non pos-
sint, et non appareat quid principaliter consideratum fuerit
praevalere debebit qualitas scientiae, et intellectus Bart. *in*
dict. l. 1. *§. divus numer.* 8. *ff. de var. et extraord. co-*
gnit.

Verum licet praedicta procedant de jure, ut debeatur sala-
79 rium pro tempore futuro etiam haeredibus officialis mortui,
prout dictum fuit supra, tamen consuetudo in pluribus locis
aliud induxit, scilicet ut vix solvatur salarium temporis de-
cursi officiali vivente, ut post alios tradit d. Lanfranc. *de sa-*
lar. d. q. 21. *in fin.* et ita servari in regno, et pluribus locis
testatur Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 48. *et seqq.*
80 quae consuetudo in hac materia tenaciter attendenda est.
prout circa salarium doctorum legentium de consuetudine
gymnasii post Cagnol. *in d. l. diem functo numer.* 18. *ff.*
de off. assess. tradit etiam Costa *de rat. d. quaest.* 93. *nu-*
mer. 3.

81 Dubitari tamen posset, an id quod dictum fuit, ut ubi remit-
tenda est merces, intelligatur pro rata operarum non praestita-
rum, procedat etiam in casu quo remotus sit operarius ex
culpa sua, idque tam in illis operariis, quorum operae in labo-
re consistunt, quam etiam in aliis officium habentibus, et pro
negativa, videlicet quod eis neque debeatur pro rata tempo-
ris praeteriti, est text. *in l. judices, c. de annon. et tribut.*
lib. 10. cujus verba praecisa sunt *judices quo circa profli-*
ganda aerarii nostri compendia negligentes, ac desides
fuisse constiterit, omnia quae in administratione positi
perceperunt emolumenta reddere compellantur, et de famu-
lis quod possint ex causa expelli ante tempus, et perdant sala-
rium, notat Arismin. Tepat. *tit. de salario col.* 4. *vers. ser-*
vus inobediens, Dom. Lanfr. Zacch.. *de salar. q.* 103. *nu.* 5.

Verum contrariam opinionem, quod rata salarii temporis
82 praeteriti debeatur, tenuit Bart. *in l. diem. functo num.* 3.
ff. de off. assess. et ibidem Curt. Juo. *num.* 42. et alii com-
muniter, ut testatur Cagnol. *num.* 208. ubi et quod licet De-
cius pungat Bart. *in eo,* quod allegat *l. Sejo, ff. de ann. le-*
gat. in qua non constat, quod ille legatarius deliquerit, ta-
men optime loquitur Bart. quia allegat dictam legem in ra-
tione, quod tempus et pecunia sunt divisibilia. Et ulterius
comprobatur eadem opinio, quia poena non debet egredi fi-
nes delicti, *l. sancimus, c. de poen.* cum concordantibus ibi
per ipsum Cagnolum allegatis, quam opinionem tenuit etiam
Janr. de Pin. *cons.* 44. *n.* 1. *et* 2. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.*
41. *num.* 7. et eam veriorem esse testatur Gratian. *discept.*
55. *n.* 21. *in fin.*

Nec obstat text. *in d. l. judices* in contrarium adductus,
quia loquitur in casu speciali ejus qui removetur propter 83
negligentiam concernentem curam aerarii publici, in qua
propter magnum periculum publici praejudicii, id statutum
fuit, quod delinquens privaretur totaliter salario, ut post Bart.
in eadem. l. et Jo. de Plat. *num.* 2. notat Cagnol. *in dict.*
leg. diem functo numer. 208. *vers. limitatur primo. ff. de*
offic. assess. et Dom. Lanfranc. Zacch. *de salar. quaest.* 51.
num. 73.

Et ulterius dicta secunda opinio procedit in operis divi- 84
duis, non autem quando delictum concernit uniformiter to-
tum officium, ut declarat Bart. *in l.* 1. *§ divus in fin. ff.* de
var. et extraord. cognit. Cagnol. *d. n.* 208. *post med. vers.*
quod intellige, ubi quod exempla hujus casus sunt, illud de
quo *in d. l. judices,* et alia quae adducit Caccialup. *in eadem l.*
diem functo q. 23. et signanter in medico, et milite stipen-
diario, et generaliter ubicumque officium est individuum,
quibus in casibus peccans in uno fit omnium reus, et amit-
tit salarium totius temporis, quod et sensit etiam Honded.
dicens esse de mente omnium *in cons* 72. *num.* 24. *lib.* 2.

Prout etiam non procedit si ex illa culpa, vel negligentia, 85
propterquam removetur famulus, seu officialis, resultet do-
mino damnum, quia tunc ad ratam damni poterit sibi retine-
re salarium, seu mercedem etiam temporis praeteriti, aut re-
fectionem damni repetere, Bart. *in l.* 1. *§. divus. nu.* 10. *ff.*
de var. et extraord. cognit. Bonaccoss. *de famul. qu.* 109.
vers. quod si tantum, Rebell. *de oblig. just p.* 2. *lib* 14. *q.*
13. *nu.* 18. D. Lanfr. Zacch. *de salar. q.* 51. *num.* 73. *ver-*
sic poterit etiam, ubi quod hoc casu poterit locum sibi vin-
dicare *d. l. judices,* et *q.* 68. *num.* 28. ubi praefatos alosque
citat, et *numer. seqq.* addit, quod incumbit domino onus
probandi damnum, quodque probare illud poterit jura-
mento.

Sexta declaratio est, ut non solum merces remitti debeat 86
in totum, si operarum praestatio totaliter cesset, sed etiam
quatenus diminuantur labores, diminui etiam debeat mer-
ces, seu salarium, prout suadet aequitas, et firmat plene Va-
lasc. *consult.* 46. *post princ.* probat text. *in leg. Sejo, ff. de*
ann. legat. ubi Bart. exemplificat in famulo, qui admissus 87
fuit ad inserviendum tribus scholaribus, et dicit, quod si duo
discedant, non poterit talis famulus petere idem salarium ab
uno scholari, qui remansit, et cui solo inservit, quod recipie-
bat quando erant tres, et sequitur ibi Alex. *in addit* et Fon-
tan. *de alimen. cap.* 16. *num.* 7. *in fin.* Bolognet *in l. diem*
functo num. 47. *ff. de offic. assess.* quod procedere, etiamsi 88
talis famulus admissus fuerit ad inserviendum cum expressa
conditione de certo salario, senserunt Cepoll, *de servitut.*
urb. praed. cap. 50. *de furno num.* 15. et Alber. Brun. *de*
augument. conclus. 12. *num.* 3. sed eus reprehendit, et dicit
male intellexisse hunc punctum, Cagnol. *in l. diem functo*
num. 159. *circa med. de off. assess.* volens opinionem Bart. 89
procedere tantum, quando famulus coepit servire simpliciter
nulla facta conventione de certo salario, et asserens, quod
tunc licet fuerit uniformiter solutum ei salarium pro pluri-
bus mensibus, quando aderant tres scholares, non poterit i-
dem praetendere. postquam adsint solum duo, vel unus, se-
cus autem ubi fuit receptus pro salario certo, quia tunc
per diminutionem laborum non debet minui, quia applicatur
ejus favore regula illa, per me non stetit, quae relevat loca-
torem operarum a remissione mercedis, juxta text. *in l. sed*
addes 21. *§. fin. et in l. qui operas* 41. *ff. locat.* et dictum
est supra, sed idem, quod Cepoll. et Brun. tenuit etiam Jas.
in l. quo minus num. 146. *ff. de flum.* et super Cagnoli do-
ctrina cogitandum reliquit Menoch. *de arbit. cas.* 223. *nu-*
mer. 3. et post eum rota florentina penes Magon. *decis.* 12.
nu. 18. Quare posset distingui, ut si promissum sit salarium 90
certum cum conditione serviendi tribus scholaribus, tunc di-
minuendum veniat pro rata scholarium deficientium, prout
minuendum esse relictum in certa summa factum pro assi-
stentia praestanda negotiis filiorum, aliquo ex eis moriente,
dicit text. *in l. Sejo, ff. de ann. legat.* si vero sit promissum
salarium certum libere, et simpliciter, tunc secus esse, et
procedere opinionem Cagnoli, prout distinxisse, videtur Ro-
ta *in decis.* 839. *num.* 3. *part.* 4. *diver.* quae est etiam *dec.*
330. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* sed et hoc ultimum posset forsan de- 91
clarari procedere si famulus cum uno tantum contraxit, et ab eo
salarium promissum petat secus si petat ab illo scholari, qui
remansit, qui vel nihil promiserit, vel una cum aliis certam
summam promiserit, quia posset allegare se obligatum tan-
tum pro sua rata, prout est regulare in pluribus promitten-
tibus, *l. reos* 11. *§. cum in tabulis ff. de duob. reis,* et pro-

cedit etiam in conductoribos Rot. coram Pen. *decis.* 1621.
per tot. du quo tamen videnda sont, qosu dixi *cap.* 26.
92 Caeterum dieta opinio, quod diminuto laboru debeet mi-
nui salarium, procedit in operis, quae principeliter io labo-
re consisluut,non autem iu uis quoque,quae consistunt prio-
cipaliter in propriutate virtutis, ut post alios firmant Cagnol.
in leg. diem functonum. 158. *ff. de offic. assess.* Surd. *cons.*
42 *num.* 2. Capyc. *decis.* 27. *num.* 20. *post med.* nisi fortu
93 ufficium, quod unicum erat dividatur in duos, quia tunc fa-
cient sibi partem per concursum, et salarium divideodum e-
rit, ut si uuicus vicarius fuisset in duobus castris. vel utrius-
quo jurisdietiunis civilis, et crimiosalis unieus judex, et dein-
de divisis castris, et jurisdictioDibus facti sint duo vicarii,
vel judices, Bald. *in l. binos num.* 3. *vers. juxta hoc quae-*
94 *su, c. de advoc. div. jud.* ubi et idem dicit si duo assumsu-
tur ad uoam praebendam auctoritate apostolica, Alber. *in l.*
si quos. c. de praefec. orient. Capyc. *decis.* 27. *n.* 20. Me-
noch. *du arbitr. cas.* 223. *n.* 4. *et* 5.
Verum ubi intrut opiuio pro diminutione, advertendum
95 eam uon procedure, uisi quatenus vere diminuti sunt labores
unde si in dieto casu discessus duorum scholarium, idem la-
96 bor famulo supersit, salarium nou erit ei minuendum,prout
limitat ipse Bart. *in d. l. Seju* tam in dieto casu scholarium,
quam etiam, et prius in praefato casu illius legis si filius su-
peratessit haeres aliorum,ita ut eadem cura bonorum omniom
requiratur, et eum sequuntur alii ibi, et Jas. *in d. l. quo mi-*
nus n. 146. *ff. du flumin.*
97 Et iode iufertur, quod conductus ad negotium iotra cer-
tum tempus peragendum, salarium totum consequi debeat,si
negotium tempore breviori perfecte peregat, ut ex Gloss. *in*
l. eos, ff. de fals. Barbos. *in l. liberti num.* 7. *de oper. liber.*
Paschal. *de patr. potest. part.* 4. *cap.* 5. *sub. num.* 41. et a-
liis adductis, ac plene disputato articulo firmat D. Lanfr.
98 Zecch. *du salar. quaest.* 41. *per tot.* ut de commesri, seu i-
terfacere debeote, quod si in uno die fecerel, quantum de-
beret in duobus.salarium hebere debest pro duobus, Petr.Bar-
bos. *in l. de divisione n.* 7. *ante fin.* et 8. *ff. sol matr.* Tho-
sssin *c. rerum judic. cos.* 60. *n.* 144. *et seq. in ult par.*
Quare cum hebenda sit ratio laborum, et non possit pro-
99 pterea dori certa regula circa quantitatem minuendam, inde
sequitur, ut fieri debeat circa uam arbitrio judicis, ut docet
ibid. Bart. *in fin.* Menoch. *d. cas.* 223. *num.* 12. Capyc. *de-*
100 *cis.* 27. *num.* 10. Magon. *decis. Flor.* 12. *num.* 18. hoc ta-
men arbitrium restringi ad casum, in quo salarium non sit
taxatum ex pacto, voluit Cagnol. *in d. l. diem functo num*
159. *ff. de offic. asses.* dicens, quod quando adest conven-
tio, uon est recurrendum ad arbitrium boni viri, sed ad con-
ventionem, et allegans Bald. *in outh. habita, in fin. c. ne*
fil. pro patr. dicentem in casu praefato famulum posse con-
sequi salarium a scholari, qui remansit, pro rata illum tan-
101 gente, sed adhuc videtur esse posse locum arbitrio judicis
in hoc casu, quia debet intelligi quatenus pro aequali rata
diminuti sint labores,prout intelligit illum text. Bart. ut sen-
tiunt Jas. et Menoch. et alii supracitati. et sic an adsit talis
diminutio laborum, et quanta arbitrari debebit judex.
Septima declaratio est, ut non sit remittenda merces, nec
102 minuenda ob operas actualiter non praestitas. ubicumque
pro praestitis habeantur, seu praestitae de jure fingantur, ex
tradit per Ceph. *cons.* 528. *signanter. num.* 32. ubi consu-
103 luit menstruum legatum scholari factum, si in studio per-
manserit deberi etiam pro mensibus. in quibus propter vaca-
tiones doctoribus non legentibus, scholaris ad domum suam
104 redibet. Et de absente reipublicae causa,quod fingatur prae-
sens, et consequatur salarium tamquam si praesens esset, et
officium exerceret D. Lanfr. Zecch. *de solar. quaest.* 11. *n.*
8 at hoc videtur restringendum, ut procedat in salario ab
ipsa republica cujus causa quis abest, assignato, vel etiam
in legatis solius praesentiae consideratione habita factis,quia
qui reipublicae causa abest pro praesente reputatur, *l. si quis*
105 *Titio* 41. *ff. ex quib. caus. mo* et idem est de eo, qui abest
causa studii, quia et ipse pro praesenti habetor, et legato
praesentibus facto gaudet, *l. quaesitum* 76. *in prino. ff. le-*
gat. 3. secus autem si agatur de salario a particularibus as-
106 signato propter servitium, vel etiam de legato cum onere in-
serviendi, quia absentia causa reipublicae ab onere non li-
berat, *d. l. si quis Titio,* et ibi Bart, et du absentibus causa
studii videmus, quod licet gaudeant fructibus beneficiorum,
107 qui dantur praesentibus, tamen secus est quoad distributio-
nes quotidianas quae non dantur propter solam praesentiam.
sed requirunt interessentiam, et actuale servitium *cap. licet*
Pactoni

vobis 32. de praebend. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc.* §. 7. *prooem.*
n. 178. *et seq.* obi etiam si quis absit cum licentia Papae,
Gratiao. *discept.* 166. *num.* 17. ubi refert declarationem s.
congregationis.
Pro aliis declarationibus recurri poterit ad tradita de re-
missione mercedis io locatione rerum, quamplura enim ap-
plicari poterant, prout quod si facta sit venditio potius,quam
locatio, non erit locus remissioni, tactum est supra, ex tradi-
tis per Valasc. *consult.* 75. *n.* 5. et Molin. *de contr. quaest.*
52. *num.* 3. et si anticipate soluta merces operarum in casu 108
quo sit remittenda poterit repeti, per text. *in l. si uno.* §. *i-*
tem eum quidom, ff. locati.

Du augumento mercedis conventae.

SUMMARIUM.

1. *Text. in l. si merces* 28. §. *vis major. ff. locat.* intellectus.
2. Verbum, *immodicum,* quomodo intelligatur.
3. Dictio, in, quandoque significat, non, et quandoque, *valde,* quando est composita.
4. Fructibus rei locatae sesu auctis, an augeri debeat pensio, sunt binc inde opiniones.
5. Favendum magis agenti de damno vitando, quam agenti de lucro captando.
6. Et ubi uterque agit de lucro magis favendum reo, quam actori
7. Opinio quod fructibus rei locatae auctis augeri debeat pensio est magis communis, et tenenda.
8. Decl. procedere si fructus fuerint ubariores, non autem si tantum carius venditi.
9. Decl. 2. non esse augendam pensionem, si fructus aucti fuerunt industria conductoris.
10. Decl. 3. non augendum pensionem, si fructus aucti propter bonitatem soli locati.
11 Augenda tunc est pensio cum fructus aucti sunt propter emum fortunam.
12. Molendino locato, si impetu fluminis alia molendina destructa sint, et propterea aucti fructus, augenda est pensio.
13. Molendino locato, si conductor augeat molam, et propterea augentur fructus, non est augenda pensio.
14. Ampl. etiam si locatum molendinum quatuor rotarum cum promissione decem rubrorum frumenti pro qualibet rota.
15. Contrarium tenent alii.
16. Decl. primam procedere in locatione ad longum tempus, secundam in locatione ad breve.
17. Subdecl. ut in locatione ad breve tempus,ubi non potest augeri pensio, possit conductor repetere expensas pro illa male factas.
18. Ampl ut possit repetere expensas statim non expectato fine locationis.
19. Aucto fundo locato per alluvionem, non est augenda merces.
20. Alluvio rei locatae prodest domino, quo ad dominium, et conductori, quo ad fructus.
21. Alluvionis augumentum fit adeo paulatim, et latenter quod discerni nequit.
22. Decl. non augeri pensionem aucto fundo per alluvionem in locatione ad longum tempus, et in emphyteusi.
23. Decl. 2. non augeri pensionem in praediis privatorum, secus in publicis.
24. Augeri, ut debeat merces locationis propter augumentum fructuum, requiritur ros auctus esse ultra dimidiam subito.
25. Et requiritur, ut augumentum unius anni fertilis non sit evacuatum ab aliis steribus.
26. Augumentum pensionis regulatur, ut remissio ejusdem.
27. Operarum merces augenda est si operae, vel commoditas, quae inde resultat, aucta sit.
28. Officium duplex exercens, duplex salarium consequi debet.
29 Decl. procedere, si quis locaverit operas suas ad certa officia, secus si simpliciter ad inserviendum.
30. Decl 2. ut si quis locaverit operas ad certa negotia, et emergant aliae occupationes circa illa, non sit augenda merces, sed solum si emergant occupationes ad illam non pertinentes.
31. Operae an sint auctae, adeout sit facienda merces, vel non augendum est arbitrio judicis.
32. Augumentum mercedis operarum regolatur eisdem regulis, ac diminutio ejusdem.

CAPUT. LI.

Postquam vidimus de remissione, seu diminutione pensio-
nis sequitur aliquid dicendom de ejus augomento. An sicut
per casum supervenientem, quo fructus rei notabiliter dimi-
nuuntur, debet fieri diminutio mercedis, ita eveniente caso
contrario, quo fructus notabiliter augeantur, debeat eodem
modo augeri, et est quaestio, quae disputatur praecipue per 1
scribentes *in l. si merces* 28. §. *vis major, ff. locat*, et ha-
bet utraque opinio suos fautores, et utrique allegant pro se
textum illum, sunt enim ejus verba. *Non debet conductori*
damno esse si plus quam tolerabile sit laesi fuerint fru-
ctus, alioquin modicum damnum aequo animo ferre debet,
cui immodicum lucrum non aufertur, et quia illud adjecti- 2
vum. *immodicum*, tamquam compositum ex dictione, *in*, et
verbo, *modicum*, potest habere duplicem intellectum, prout 3

habet dictio illa, *in*, quando stat hoc modo composita, quandoq; enim significat, non, itaut sensus sit non modicum. Bald. *cons.* 47. *in princ. lib.* 4. Paris. *cons.* 22. *num.* 25. *lib.* 2. et quandoque significat, *valde*, ita ut significet, *valde modicum*, Bald. *in l. Gallus*, ꝭ. *ille casus*, *ff. de lib. et posth.* Cened. *sing.* 27. *num.* 1. Barbos. *dict.* 152. *num.* 19. inde sequitur, ut juxta primum intellectum faciat pro tenentibus, quod non debeat pensio augeri, quia si augeretur, auferretur conductori lucrum immodicum, et dicto modo verbum illud intelligit, et inde arguit, augumentum non esse faciendum signanter Castr. *in d.* ꝭ. *vis major. numer.* 5. *et seqq. usque ad fin.* qui vero verbum, *immodicum*, accipiunt in secundo sensu pro, *valde modico*, seu simpliciter, *modico*, sumunt ex ipso text. argumentum a contrario sensu, quod ergo si lucrum non sit modicum, auferri debeat a conductore, et sic
augeri debeat pensio,et ita tenet ibi Gloss. in *ver. cui*, quae
4 est glossa magna, et late plus solito hanc quaestionem disputat,et dictam opinionem contra conductorem tuetur aliis rationibus, adversus quam Castr.. alias plures rationes pro eo adducit, et eamdem opinionem Castrens. sequuntur etiam Fulgos. *ibid. num.* 14. et Salyc. *in fin.* Hypolyt. de Mars. *sing.* 134. *num.* 1. et cum ea quoque concludit Franc. Marc. *dec.* 210. *part.* 2. Grev. ad Gaill. *lib.* 2. *conclus.* 23. *consid.* 5. ubi allegat etiam pro hac opinione Vasq. *in controv. Ill. c.* 64. *num.* 10. sed penes me iste auctor hoc ibi non dicit, nec reperire potui, quod alibi hoc dicat.

At omisso referre singulas rationes, quae si desiderentur, penes praefatos, et alios citandos videri possunt, pro d. opinione, quod pensio augeri favoris locatoris non debeat, urget praecipue,quod non reperitur de jure cautum, et ideo non debet a nobis induci, nec facit, quod e contra dispositum sit, quod debeat minui favore conductoris, quia quando casus evenit, quod fructus minuantur, conductor tractat de damno vitando, et locator de lucro captando, et e contra quando fructus crescunt, uterque tractat de lucro, et conductor est possessor,et ideo semper melior esse debet conditio conductoris, ut considerat Cast. *ibid. in fin.* et ultra jura ibi per ipsum citata, istae sunt conclusiones notae,quod favendum sit magis
5 ei qui agit de damno vitando, quam ei qui agit de lucro captando, Alex. *cons.* 55. *in fin. vers. circa septimum lib.* 6. Barbos. qui alios plene cumulat *axiom.* 190. *num* 3. Rot.
6 *decis.* 308. *num.* 12. post Cenc. *de cens.* Et quod ubi uterque agit de lucro favendum sit magis reo, quam actori, notatur *in l. verum* ꝭ. *item quaeritur*, *ff. de minor.* per Bart. *in princ. vers. sed si inter*, Bald. n. 2. Alberic. *in summ. et n.* 7. *vers. et sunt paria*, Rot. cor. Gregor. *dec.* 473. n. 14.

Verum adhuc militare videtur major aequitas pro locatore, magis enim tractat de lucro ex re aliena conductor, ubi fructus augentur, quam ipse locator, quia si locatio facta non extitisset, et merces non constituta, fructus fuissent locatoris non conductoris, ergo dum agitur, an standum sit constitutioni mercedis tenuis, vel ne, locator agit de damno vitando, seu saltem de utilitate sibi debita non amittenda, et conductor de mero lucro captando ex re aliena, et sicut non statur constitutioni mercedis, quando supervenit casus fortuitus
7 minuens fructus, ita neque ei standum quando venit casus illos augens, cum utrobique militet eadem ratio, quod non fuerit casus qui contigit cogitatus, et ideo nec in stipulatione comprehensus, ut fuit dictum *in cap.* 49. *num.* 54. *et* 61. *et alibi*, et probat Jas. in *l.* 1. *numer.* 79. *vers istam licet conclusionem*, c. *de jur. emphyt.* et in proposito isto Gratian. *disc.* 195. *num.* 17. unde retinenda erit haec opinio, quam tenuit dict. Glos. et sequuntur alii majores numero, et pondere, ut signanter in eodem ꝭ. *vis major*, Bart. *num.* 2. *et num.* 7. *ad fin.* et Bald: *num.* 1. Imol. *in cap. propter sterilitatem num.* 14. *de locat. et conduct.* Capra, qui alios antiquiores refert, et communem dicit *reg.* 88. *num.* 57. Carocc. *de locat. tit. de remiss. merced. quaest.* 8. *n.* 118. late Gratian. *discept.* 195. n. 13, *et seq. usque ad* 17. et alii penes istos, et infra citandi.

Retenta igitur ista opinione, si quaeratur quando pensio augeri debeat, vel ne, distinguendi sunt casus, aut enim evenit, quod multum lucretur conductor, non quia multos fructus colligat, sed quia carius valde venduntur, et tunc uti
8 e contra dictum fuit suo loco pensionem non minui, si fructus soliti colligantur, sed vendantur minoris, quam soleant, ita eam non augendam esse in casu isto dicendum est, prout docuit Bart. *in d. leg. si merces* 28. ꝭ. *vis major numer.* 8. et aliis adductis Capra *d. reg.* 88. *num.* 55. Carocc. *de loc. tit. de remiss. merc. q.* 8. *n* 118.

Si vero fructus ipsi multum augentur, et quatenus augeantur industria coloni, adhuc augenda non erit merces, juxta 9
Gloss. *in dict.* ꝭ. *vis major*, et ibidem Bart. *num.* 8. Capra *dicto num.* 55. *vers. aut ista ubertas*, Cost. *de rat. q.* 7. *numer.* 11. Carocc. *dict. quaest.* 8. num. 118. Ursil. ad Affli t. *dec.* 129. *num.* 16.

Idemque est si aucti fuerint fructus propter bonitatem 10
fundi, si enim dictum fuit *in cap.* 46. non esse pensionem minuendam, quando fructus non sunt uberes ex natura rei, quia conductor potuit ejus habere notitiam, multo magis dicendum est non esse pensionem augendam,si fructus crescant eadem ratione qualitatis rei,quia major urget in locatore praesumptio, quod habuerit qualitatis rei suae notitiam, *l. quisquis*, *c. de rescin. vend.* Capra *dict. reg.* 88. *num.* 56.

At quatenus eveniat augmentum fructuum ex aliquo ca- 11
su fortuito verisimiliter inopinato, tunc facienda erit augmentatio mercedis, prout e contra fit remissio si fructus per similem casum minuuntur, juxta dictam Gloss. magnam *in l. si merces* 28. ꝭ. *vis major*, *ff. locat.* et ibidem Bart. *d. n.* 8. et aliis adductis Caroc. *de locat. tit. de remiss. merc. q.* 8. num. 119. Capr. *d. reg.* 88. *num.* 56. *vers. aut provenit.* Exemplum quod hujus augmenti DD. afferunt, est in lo-
catione molendini, si eveniat quod omnia alia molendina in 12
eodem flumine existentia impetu aquarum sint destructa, et propter hunc inopinatum casum fructus molendini locati valde excrescant, et dicunt, quod augenda erit merces, Gloss. et Bart. *in d.* ꝭ. *vis major*, Caroc. *de locat. tit de remiss. merc. q.* 8. *n.* 120. Gratian. *discept.* 195. *n.* 13.

Exemplum autem augumenti provenientis ob industriae in 13
eadem locatione molendini est, si conductor auxerit unam rotam, et inde plus lucretur, non enim propterea petere poterit locator augeri mercedem, Alberic. *in l. rutilia* 69. *ante med. vers. item ad quaestionem*, *ff. de contrahen. empt.* Cepoll. *de servit. urb. praed. cap.* 50. *numer.* 9. Costa *de rat. q.* 7. *numer.* 9. *et seqq.* Joseph. Ludov. *decis. Luc.* 8. *numer.* 12.

Imo fortius etiamsi conductor molendini quatuor rotas ha- 14
bentis promiserit decem rubra frumenti, pro qualibet rota, adhuc unam addendo non tenetur pro ea decem rubra praestare, ut docet Alberic. *in d. l. rutilia* 69. *versic. item ad quaestionem*, ubi dicit ita fuisse judicatum Parmae *ff. de contr. empt.* et eum sequitur Jas. *in l. jus civile* 22 *ff. de just. et jur.* Cepoll. *de servit. urb. praed. cap.* 50. *num.* 9.

Verum contrarium in hac facti specie tenuit Jas. *in leg.* 15
quo minus num. 145. *ff. de fluminibus*, ubi duobus rationibus hanc contrariam opinionem probat, licet in fine dicat cogitandum, et cum Jasone repetitis ejus rationibus transit Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 7. n. 21. *ad fin. vers. sed idem*, *et seqq.*

Conciliantur autem istae contrariae opiniones, ut prima 16
procedat in locatione ad longum tempus, seu emphyteuta,qui tamquam dominus utilis potest meliorationes ad sui commodum facere,secunda vero procedat in conductore ad tempus breve, qui dominium nullum habet in re, et ideo non valeat eam sibi meliorare, nolente domino, Bucr. *decis.* 213. *num.*
10. At quatenus locus sit augmento pensionis, poterit con- 17
ductor repetere expensas factas in illa nova rota, ut sensit Jas *in d. leg. quo minus numer.* 146. *prope fin. vers bene fateor.* et latius prosequitur Mantic. *d. tit.* 7. *numer.* 23. *et*
seqq. ut non solum poterit conductor tales expensas repetere 18
in fine conductionis, sed eo ipso, quod locator voluerit augere mercedem, imo debebit ipse locator expensas offerre antequam petat augmentum, et sic ipsarum impensarum utilitatem, ne alias locupletetur cum jactura conductoris, ipseque conductor doleat operam suam dedisse meliorationi contra text. *in l.* 3. *c. de alluvion.* ibi, *ne doleant diligentes operam suam agri dedisse culturae.* Et ex his inferri alias dixi, ad decisionem illius quaestionis, an statim, ac conductor fecit impensas utiles, possit locator velle ei illas reficere, et augere mercedem ad proportionem augmenti fructuum, quod scilicet poterit, si agatur de conductore ad breve tempus.

Quid autem si eveniet rei incrementum per alluvionem, an augenda sit pensio, videbatur ex praedictis respondendum affirmative, quia tale incrementum non potest dici procedere ex industria coloni, sed esse fortuitum, quo casu faciendum augumentum mercedis dictum fuit supra sed contrarium te- 19
nuit Ang. *in l. legem* 16 *numer.* 2. *c. locat.* Hip. de Marsil. *sing.* 134 Corn. *cons.* 15. *numer.* 8. *lib.* 4. Caroc. *de locat. tit. de remiss. merc. q* 8. *num.* 121. Jos Ludov. *dec. Perus.*

20 24. *num.* 4. et iilcu uon asit ab hac recedendum, et pro re-
sponsione ad argumentuum contrarium, advertendum quod do-
ctores considerant aliqua singolariter iu alluvionibus, quae
furta uou applicautur in aliis casibus, et primo quod colouus
habet commodum temporale, et dominus habet commodum
perpetuum, et sic non claudicat contractus, Ang. *in d. l. le-*
21 *gem num.* 2. ubi quod ita dicit Cyu. et bene. Secundo, quod
per alluvionem incrementum fit adeo paulatim, et latens,
quod discerui nequit, *l. odeo* §. 1. *de rer. divis.* §. *Praete-*
rea instit. eodem tit. Uude quia pro illo parvo augmeuto,
quod primu accedit, non augenda peusio, ita nec pro alio
subsequenti, et sic semper remauet eadem locatio, ita late
Corn. *d. consil.* 15. *numer.* 8. *vers. et maxime lib.* 4.
et quod acquiratur conductori per alluvionem, si incre-
mentum sit latens, secus si pateus, Salyc. *in leg. legem in*
princ. in 2. *oppositione, c. locat.* Clar. *in* §. *feudum q.* 88.
num. 3.

22 Praeterea boc quod dicitur, quod aucto praedio per allu-
viunem non sit augenda peusio procedit in locatione ad lon-
gum tempus, ut loquitur *dicta decis. Perus.* 24. *num.* 4. et
in emphyteusi, quidquid sit in simplici locatione, ut loqui-
23 tur Corn. *in d. cons.* 15. *num.* 8. *vers. sed quidquid osset,*
et procedit iu praediis privatorum, unn autem in publicis,
ad text. cum ibi uotatis *in l.* 2. *c. de alluv.* et distinguendo
notat Gloss. *in d. l. legem, vers. reposcit, c. loc.* et ibidem
Salyc. *in princ.* in 2. *oppositione.*

24 Caeterum ad hunc quoque effectum, ut fieri debeat aug-
mentum pensionis, requiritur quod fructus aucti sint ultra
dimidium ejus, quod regulariter percipi solet, ut si regulari-
ter percipi solent 30. percipiantur ultra 45. ut explicat Imo-
la *in cap. propter sterilitatem numer.* 14. *post med. de lo-*
cat. et cond. et sequitur Capra *reg.* 88. *nu.* 60. prout etiam
25 quod augmentum anni fertilis non sit evacuatum per sterili-
tatem aliorum, ut dicunt iidem auctores, ex quibus cum pa-
26 teat hoc augmentum regulari ad instar remissionis mercedis,
ud ea, quae dicta sunt de illa, poterit haberi recursus pro
decisione aliorum dubiorum, quae circa ipsum oriri pos-
sunt.

Sicut autem in locatione rerum auctis froctibus, seu alia
27 commoditate, augenda est merces, ita quoque et in locatione
operarum, quatenus ipsae operae, et commoditas, quam inde
percipit conductor, augeatur, servandum erit, Jas. *in l. quo*
minus num. 146. *ff. de fluminib.* Brun. *in tract. de augmen.*
conclus. 12. *limit.* 2. Valasc. *consult.* 46. *per tot.* Menoch.
de arbitr. cas. 223. *num.* 7. Rot. *decis.* 354. *num.* 4. *par.*
28 1. *rec.* Unde infertur, quod exercens duplex officium duplex
salarium consequi debet Menoch. *d. cas.* 223. *num.* 9. Veo-
turin. *cons.* 32. *n.* 4. *od finem*, ubi ampliat etiamsi officia
sint uuita Rot. *dicta decis.* 354. *numer.* 4. *ad fin.* et post
Fenzon. *ad statut. urb. decis.* 176. videadus tamen omuino
D. Lanfranc. Zacch. *de salar. quaestion.* 29. ubi exemplifi-
cat, et declarat hanc illationem, *et per tot. illam quaest.* ubi
alias duodecim illationes facit, ac optime totam materiam ex-
plicat.

Verum omittenda non videtur distinctio, ut aut quis loca-
29 vit operas suas ad certa officia, vel munera, aut simpliciter ad
inserviendum, in primo casu procedit, ut auctis officiis seu
muneribus augenda sit merces, secus autem in secundo, prout
distinxit Rot. *in romana mercedis* 26. *januarii* 1604. *coram*
Pamphilio Sen. ut sequitur Add: ad Burat. *decis.* 508. *in*
fin. et consonat distinctio quam feci in casu contrario, vide-
licet, si diminuti sint labores, et quaeratur an propterea mi-
nui debeat merces in *cap praeced. n.* 90.

Et ulterius quando quis locavit operas suas ad certa ne-
gotia, aut emerguot aliae occupationes, et negotia, quae ad
30 illa ad quae fuit facta locatio et conductio nullatenus perti-
nent, et cum eis augetur notabiliter labor, aut augentur qui-
dem labores, et occupationes, sed versantur circa illamet ne-
gotia, ad quae peragenda fuit quis conductus, et adhuc in
primo casu tantum procedit, quod augeri debeat merces, juxta
cons. Rom. 25. Gaill. *obser.* 44. *num.* 8. *lib.* 1. Rot. *d. dec.*
354. *num.* 5. *part.* 1. *rec.* secus autem in secundo, cum, si-
cut negotia aucta fuerunt, ita et potuerint minui, idque ab
ipso operarum locatore bene praevideri potuerit, ut declarat
Abb. *in cap. quanto num.* 9. et 11. *de censib.* Marsil. *sing.*
134. *vers. pro ampliatione,* Alex. *cons.* 178. *num.* 11. *vers.*
secundo pro hoc facit et num. 16. *vers. ad idem lib.* 2. et
his, aliisque adductis distinxit Rot. coram Merlin. *dec.* 108
num. 3. et 4. et eamdem distinctionem iterum amplexa est,
et comprobavit coram eodem *decis.* 162. *num.* 1. et 2. quae
decisiones habentur etiam post Fenzon. *ad statut. urb. dec.*
177. et 178. *et in una romana pecuniaria* 10. *februarii*
1648. §. *quia quaecumque coram Corrado, quae est post*
dictum tract. de salar. dec. 17.

Denique in hoc quoque dignoscendo, videlicet, an aucti 31
sint adeo labores, ut augenda sit merces, vel uc, et an sint e-
deo extranei a negotio assumpto, vel alia de causa inopinati,
ut de illis verisimiliter cogitari in contractu non potuerit,
versabitur prudentia judicis arbitrium Bart. *in l. Sejo num.*
1. *ff. de ann. legat.* Rot. *in decis.* 108. *num* 1. *et dec.* 162.
num. 3. coram Merlin. et dictum fuit a contra de diminutio-
ne laborum ad effectum diminuendi mercedem in *cap. prae-* 32
ced. numer. 99. ad quod recurri poterit etiam in aliis, quia
militat eadem ratio, et ideo ibi dicta hic applicari possunt
Valasc. *consult.* 46, D. Laufranc. *d. quaest.* 11. *num*; 2. *et*
passim alii.

De praescriptione mercedis locationis.

SUMMARIUM.

1. Creditum mercedis operarum solo triennio praescribitur secundum aliquos.
2. Contrarium de jure verius est.
3. Doctores obligationem tollere non valent sine lege.
4. Temporis lapsus non est modus tollendi obligationem.
5. Praescriptio iniquorum hominum impium praesidium vocatur.
6. Praescriptio iniquissimum remedium dicitur.
7. Praescriptio naturali aequitati contraria est.
8. In praescriptione se fundans, dicitur fundari in circumventione.
9. Praescriptio est odiosissima etiamsi inducatur contra hebraeos.
10. Statuta edsaut pluribus in locis minuentia tempus praescriptionis mercedis operarum.
11. Creditum mercedis operarum per lapsum triennii praesumitur solutum, secundum aliquos.
12. Praesumptio solutionis facilius admittitur, quam praescriptio debiti.
13. Lapsus temporis non inducit propriu praesumptionem solutionis, sed conjecturam.
Et est conjectura de se non sufficiens.
14. Solutionis conjecturam facit paupertas creditoris.
15. Solutionis mercedis conjecturam facit assertio domini, qui operas conduxit.
16. Solutionis mercedis conjecturam facit solitum ex non differendi.
17. Solitum solvendi statim de se non probat esse solutam.
18. Solutio mercedis quandoque praesumitur ex solo lapsu triennii.
19. Duorum autem annorum lapsus non sufficit.
20. Lim. in salariis debitis a communitate, vel ecclesia, quia sufficit lapsus anni,
21. Lim. 2. in mercede operariorum, et opificum quia solent solvi statim et ita praesumuntur soluti.
22. Colonus partiarius praesumitur dedisse suam portionem fructuum domino temporibus solitis.
23. Argumentum a communiter accidentibus transfert onus probandi in adversarium.
24 Mercedes solitae solvi statim, ita praesumuntur solutae.
25. Decl. procedere si adsit aliquis lapsus temporis, et taciturnitas creditoris, alias secus.
26. Solutionem non sufficit allegare, sed probari debet.
27. Probatur tamen per conjecturas.
28. Et conjecturae debent considerari simul junctae.
29. Et quae sufficiant statur arbitrio judicis.
30. Solutionis conjecturam facit, quod creditor mutuo acceperit a debitore suo.
31. Solutionis conjecturas, qui tradant.
32. Famuli cardinalium, et praelatorum in urbe non possunt petere ab haeredibus eorum salarium, nisi pro biennio, et intra annum a die obitus.
33. Statuta inducentia praescriptionem favore existentis in mala fide, sunt nulla.
34. Jus canonicum in materia tendente ad evitandum peccata servari debet, etiam in foro saeculari.
35. Statuta inducentia praescriptionem favore existentis in mala fide non validantur per confirmationem papae in forma communi.
36. Decl. ut nulla sint dicta statuta ubi inducunt praescriptionem, secus ubi inducunt praesumptionem solutionis.
37. Contrarium tenent alii.
38 Et quidquid sit in foro conscientiae, quo ad forum fori, judices, quando statuta sunt usu recepta, volunt ea servari.
39. Statutum inducens praesumptionem solutionis, inducit etiam praesumptionem bonae fidei.
40. Statutum praescriptionis non procedit stante mala fide, sed mala fides probari debet ab allegante.
41. Et non sufficit probare debitorem scivisse ab initio se obligatum, sed probandum est scivisse obligationem suam durasse.
42. Statuta minuentia tempus praescriptionis exorbitant a dispositione juris, et strictissime intelligi debent.
43. Statuta inducentia praescriptionem salarii post mortem domini, non procedunt eo vivente.
44. Et loquentia de salariis menstruis, non procedunt in aliis operarum mercedibus.
45. Loquentia de familiaribus domesticis, seu famulis, non procedunt in procuratore, in advocato, et aliis, qui domi non existunt.
46. Et loquentia de mercede operarum, si exemplificant in mechanicis, non procedunt in exercentibus artes liberales.
47. Loquentia de famulis, procedunt in ancillis.

48. Praescriptio salarii inducta per statutum, non incipit currere nisi finito servitio.
49. Decl. procedere in servitio continuo, nam in discontinuo per eorum servitium non tollitur praescriptio salarii jam completa.
50. Statutum praescriptionis salarii non habet locum ubi famulus non permaneat in loco statuti in quo inservivit.
51. Et idem est si ibi non permaneat dominus.
52. Praescriptio praedicta non currit contra pupillum haeredem famuli quousque durat pupillaris aetas.
53. Ampl. ut neque contra minorem.
54. Decl. ut contra minorem curret, sed detur ei restitutio in integrum.
55. Praescriptio non currit contra non valentem agere.
56. Ampl. etiamsi impedimentum proveniat ex parte creditoris impediti.
57. Praescriptio tollit actionem, non exceptionem.
58. Statutum de praescriptione salarii, ubi loquens de actione personali, non procedit si competat realis.
59. Et non procedit si creditum sit alteratum, et sufficit esse computatum et calculatum.
60. Causa immediata debiti attenditur, non mediata.
61. Calculatio debiti quandoque adducitur ad arguendam solutionem.
62. Sed necesse est, ut ostendatur aliquid solutum, et factas fuisse quietantias finales.
63. Praescriptio et solutionis praesumptio a statuto inducta debet allegari, nec potest judex ex officio supplere.
64. Contra praesumptionem solutionis non admittitur probatio.
65. Contrarium.
66. Decl. primam procedere ubi statutum inducit praescriptionem, secundam ubi inducit tantum praesumptionem solutionis.
67. Praescriptio tollit actionem, praesumptio vero solutionis eam tantum suspendit, donec contrarium probetur.
68. Statutum urbis cap. 158. inducit solum praesumptionem solutionis, et admittit praesumptionem praeponderantem in contrarium.
69. In casu dicti statuti sat est, ut in libro in quo solent adnotari solutiones, ea de qua agitur non sit adnotata, ut cesset illius dispositio.
70. Idem est si statutum considaret difficultatem probandi solutionem ex quo non solent adnoteri.
71. Constitutiones inducentes praesumptionem solutionis salarii famulorum cardinalium, et praelatorum, non procedunt stantibus libris in quibus tales solutiones adnoteri solent.
72. Solutionis descriptio si omissa sit in libris debitoris bene detentis arguitur solutionem non fuisse factam.
73. Sed ista est conjectura de se non sufficiens adversus praesumptionem.
74. Praesumptio juris est probatio liquidissima.
75. Et non tollitur simplici praesumptione, et conjectura hominis.
76. Lim. si praesumptio hominis validior sit, et praeponderans.
77. Praescriptio statutaria, interrumpitur
78 Et ex dispositione statuti, potest facilius interruptio sufficere.
79. Praescriptio de jure non interrompitur per interpellationem extrajudicialem.
80. Secus est de inducta per statutum urbis.
81. Praescriptio interrumpitur per agnitionem debiti.
82. Decl. procedere in agnitionem spontanea.
83. Decl. 2. procedere in agnitione pura secus in conditionali ut apparebit.
84. Decl. 3. procedere si agnitio debiti sit de quantitate certa.
85. Sufficit tamen relata ad instrumentum, et quae in alio verificari non potest.
87. Praescriptio semel interrupta, non reviviscit sed debet altera de novo inchoari.
88. Praescriptione statutaria interrupta extrajudicialiter, incipit alia statutaria, secus si judicialiter.
89. Actio intentata, et instantia coepta perpetuatur usque ad quadraginta annos.
90. Declara procedere si lis sit contestata, vel pro contestata habita.
91. Citatio sola quamvis judicialis interrumpit praescriptionem, sed non perpetuat actionem.
92. Praescriptio statutaria interrupta etiam judicialiter ubi lis non est contestata, denuo currit.
93. Litis contestatio interrumpit praescriptionem, et facit actionem perpetuari ubi contestata animo prosequendi, secus si culpa, vel negligentia contestantis lis non prosequatur.
94. Statutaria praescriptione interrupta per litis contestationem, lite non prosecuta per culpam, vel negligentiam actoris, incipit alia praescriptio statutaria.
95. Lite terminata per cessionem, vel relationem mandati, aut rem judicatam, iterum currit praescriptio statutaria.
96. Statutum laicale inducens praescriptionem non comprehendit clericos, quamvis sit a papa confirmatum.
97. Statutum inducens praescriptionem nocet etiam forensibus.
98. Amplia etiamsi debitum sit alibi contractum dummodo lis agitetur in loco statuti.
99. Forensibus datur restitutio in integrum adversus praescriptionem statutariam.
100. Lim. si ignorantia statuti reddatur aliqua ratione improbabilis.
101. Et reddatur improbabilis ex quo creditor tempore considerabili in loco statuti moratus sit.

CAPUT LII.

Quoniam aliqui volunt praescriptionem mercedis praecipue circa tempus non procedere eam regulis generalibus, ideo loqui de ea aliquid visum est. Volunt igitur saltem mer- 1
cedem operarum non requirere solitum spatium annorum triginta, sed solo triennio compleri, et hanc esse communem opinionem testatur Danza *in pugna doct. tom.* 1. *tit. de salario cap.* 3. *num.* 6. *et seqq.* et D. Lanfranc Zacchia *de salar. q.* 105. *num.* 5. ubi plurimos cumulat, quibus addo Antonell. *de tempor. legal. lib.* 1. *c.* 32. *n.* 28. et Leoncill. *decis Ferrar.* 37. *n.* 6.

Sed haec opinio de jure communi non habet fundamen- 2
tum, nullibi enim reperitur hoc particulariter statutum in jure communi, et ideo standum est regulae generali, quod requirantur triginta anni, etiam in praescriptione ista, ut tradunt Menoch. *cons.* 570. *num.* 10. Marin. *var. resol. cap.* 311. *num.* 12. ubi refert ita judicatum *part.* 1. Andreol. *contr.* 245. *num.* 2. licet postea *num.* 5. dicat hanc non esse tutam, et Dom. Lanfr. Zacch. *de salar. q.* 105. *num.* 6. *et seqq.* et sensit Rot. coram Cavaler. *decis.* 400. *num.* 3. *vers. ad taciturnitatem*, dum ad taciturnitatem plurium annorum respondit eam non relevare non concurrente legitimo tempore praescriptionis, et coram Seraph. *decis.* 1322. *num.* 4. *et in recent dec.* 286. *n.* 7. *et* 8. *part.* 4. *tom.* 2.

Nec obstat, quod doctores communiter tradant mercedem 3
operarum triennio praescribi, quia sicut non valent doctores inducere obligationem, ut dictum est supra *cap.* 41. *in princ.* ita dici posset non valere eam tollere sine lege, per solum lapsum certi temporis, qui non est modus eam tollendi, *l obligationem fere* §. *placet autem ff. de action. et oblig.* Rot. *decision.* 286. *numer.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* 4
Nec valent adeo ampliare praescriptionem a legibus inductam, cum praescriptio iniquorum hominum impium praesi- 5
dium vocetur a Justiniano *in auth. ut ecclesia romana, in vers. habet itaque*, et ibi gloss. *in ver. praesidium collat.* 2. *tit.* 4. et Fulgos. *cons.* 122. *num.* 1. *vers. quinimo.* Et ini- 6
quissimum remedium a Roman. *cons.* 149. *numer.* 3. Alex. *cons.* 77. *num.* 3. *lib.* 6. Socin. Sen. *cons.* 86. *num.* 10. *lib.* 1. Est enim naturali aequitati contraria, cum per eam locu- 7
pletetur praescribens cum aliena jactura, ut considerat Cravett. *cons.* 201. *num.* 37. *et* 39. et quod omnia praescriptio sit contra jus naturale, et contra naturalem aequitatem, itaut 8
qui se fundat in tempore videatur se fundare in circumventione Ursil. ad Afflict. *decision.* 13. *numer.* 1. *et* 2. Unde 9
est odiosissima contra quoscumque inducatur, etiamsi contra Hebraeos Laur. *dec. Avenion.* 44. *n.* 7.

Praeterea praefati doctores, vel loquuntur in terminis statuti, aut consuetudinis particularis dictam praescriptionem
inducentis, vel alios allegant in dictis terminis loquentes, ut 10
observavit D. Lanfranc. *in dicta quaest.* 105. *numer.* 6. *et seqq.* vere enim pluribus in locis adsunt statuta minuentia tempus praescriptionis in hac materia, ut tradit Marin. quamplura eorum recensens *contr.* 311. *num.* 10. *part.* 1. et esse fere in omnibus locis dicit D Lanfr. *d. q.* 105. *n.* 14. *vers. veritas tamen.*

Addo, quod aliqui cautius loquendo non dicunt per la- 11
psum triennii induci praescriptionem, sed praesumptionem solutionis, ut Menoch. *de caus. execut. ampl. at.* 32. *numer.* 47. Marchesan. *de commiss. part.* 1. *fol.* 1193. *numer.* 26. Ricc. *collect.* 285. Gratian. *dec. March.* 53. *num.* 5. Quod est tolerabilius, quia facilius admittitur praesumptio, quae
versatur circa rem dubiam, quam praescriptio, quae jus cla- 12
rum tollit, et ubi non valet induci praescriptio debiti, valet induci praesumptio solutionis illius, ut late probat Menoch. *cons.* 1257. *num.* 10. *et seqq.* et praecise in his terminis distinguit Andreol. *contr.* 246. *ad fin.*

Et vere lapsus temporis operatur etiam in aliis debitis, at non inducit proprie praesumptionem solutionis, sed conjecturam tantum, ut tradit Bald. *cons.* 219 *numer.* 4. *lib.* 2. et Fachin. *contr. lib.* 13. *cap.* 87. et pro conjectura adducitur etiam a Menoch. *ubi supra num.* 9. quae de se sola non
sufficit Peu. *decis.* 721. *num.* 13 *et decis.* 914. *num.* 1. Bu- 13
rat. *decis.* 236. *num.* 11. Sed in hoc proposito, ut plurimum concomitatur ab aliis, nam, qui serviunt, solent esse pauperes, et ex hac qualitate creditorum redditur inverisimile, quod tacuerint per tempus considerabile, et mercedem non
petierint, et sic insurgit alia conjectura solutionis Surd. *dec.* 14
105. *num.* 3. Rot. *decis.* 87. *num.* 7. *part.* 11. *recent.* et solent etiam esse majori fide digni domini, itaut eis magis deferendum esse, si dicant, solvisse, quam famulis dicentibus,
sibi non solutum, absolute videatur velle Danza *in pugna do-* 15
ctor. part. 1. *tit. de salar cap.* 3. *num.* 10. ubi addit quod quando casus evenit ipse ita consuluit, sed saltem potest praebere conjecturam, juxta qualitatem personarum magis, ac minus urgentem, et concurrit solitum solutionem mercedis
non differendi, quod maxime urgebit, si, ultra solitum com- 16
mune, adsit etiam speciale domini debitoris, ut ponderavit

Rot. coram Pen. *decis.* 138. *numer.* 3. et coram Mant. *dec.*
17 266. *num.* 4. Unde licet solitum statim solvendi de se non
probet esse solutum, ut in his terminis tradit Rimin. Jon.
cons. 315. *num.* 13. *vers. ad tertium*, tamen poterit lapsus
18 temporis, his et similibus attentis, quandoque sufficere ad
inducendam dictam praesumptionem, maxime si sit tempus
considerabile, uti reputatur trium annorum a praecitatis, et
si majus esset, id facilius procederet, ut in casu *d. dec.* 266.
Manticae ubi erant anni quindecim et in casu *dec.* 310. *n.* 4.
ad fin. part. 3. *recent.* ubi erant anni sexdecim, *et dec.* 559.
prope fin. part. 1. *div.* ubi erant anni sex.
At minus tempus annorum trium non est sufficiens, ut in
19 specie, quod non sufficiant duo anni, tradit Rebuff. *de famu-
lor. solar. glos.* 10. *num.* 4. et sentiunt praecitati volentes
20 triennium, sed hoc non videtur generale, quia in salariis,
quae solvuntur a communitatibus, et ecclesiis sufficere e-
lapsum esse annum, ut amplius peti non possint, probat text.
in l. fortissimi cod. de erogat milit. ann. lib. 11. licet e-
nim hoc ibi statuatur solum de annis praestationibus debitis
militibus de publicis horreis, tamen procedere in omnibus
stipendiis solvendis a fisco et communitatibus, tradit ibi Jo.
de Platea et eodem modo procedere etiam in debitis ab ec-
clesiis, concludit Genuen. *in suis practicab. eccles. q.* 531.
per tot. quod est singulare valde notandum, si verum.
Praeterea posset etiam videri sufficiens minus tempus
21 quam trium annorum in mercede operariorum, seu opificum
ut sunt fabri murarii, et similes, quia ex communi observan-
tia solent satisfieri statim operae finita, et ita eos satisfactos
fuisse praesumi, tradunt Costa *de ration. rat. q.* 128. *num.*
14. Paitell. *expedit* 23. *in annot. num.* 17. Gilian. *in com-
pen. stat. Perus. in ver. praescriptio n.* 19.
22 Et idem est de colono partiario, praesumitur enim dedisse
suam portionem fructuum domino temporibus solitis Lan-
cellot. Gall. *cons.* 86. *n.* 15. Paitell. *in d. annot.* n. 15. Gilian.
d. ver praescriptio n. 11.
Imo generaliter idem dici potest de omnibus aliis merce-
dibus solitis solvi statim, et absque eo, quod solventes quie-
23 tantiam in scriptis recipere curent, quia militat eadem ratio
argumenti a communiter accidentibus, quod onus probandi
in adversarium transfert, praecipue in hac materia, in qua
24 concurrere etiam solent dictae circumstantiae qualitatis per-
sonarum, ut per Lancellot. Gall. *in d. cons.* 86. *numer.* 21.
et seqq. Osasc. *dec.* 44. *num.* 4. Paitell. *in dicta annot.* 23.
num. 3.
25 Intelligendo tamen semper cum aliquo lapsu temporis, et
taciturnitate creditoris, nam si operarius statim, vel intra
breve tempus reclamet, clarum est, quod cessat omnis prae-
26 sumptio solutionis. Haec enim summa est, non sufficere de-
bitori adversus creditorem solutionem allegare, sed necesse
esse ei illam probare *l. quingenta* 12. *vers. nam. si credi-
tum ff. de probat.* Surd *decis.* 105. *numer.* 9. Gregor. *dec.*
480. *n.* 3. et alii passim.
27 Probatur tamen sufficienter per conjecturas Paris. *consil.*
137. *num.* 18. *lib.* 4. Bertaz. *cons. civ.* 118. *num.* 1. *vers.*
28 *tamen* Rot. *decis.* 87. *num.* 11. *part.* 11. *recent.* quae con-
siderari debent simul, nam quae singulae de se non probant,
junctae juvant in hoc proposito, Paris. *cons.* 137. *n.* 19. Dec.
cons. 596. *n.* 9. *vers. cum ergo.*
Tota igitur difficultas consistit in dignoscendo, an praefa-
tae conjecturae sufficiant, et quae. In qua difficultate difficil-
29 limum, imo impossibile est dare regulam generalem, et cer-
tam propter varietatem casuum, qui contingere possunt, un-
de relinquendum est judici prudenti videre quaenam con-
currant, et quantae, easque perpendere, nec non etiam ani-
madvertere, an aliae concurrant. prout in specie, cum is qui
operas locaverat recepisset a domino certam summam mutuo,
inde oriri vehemens adminiculum, quod non esset amplius
30 ejus creditor salarii dixit Rot. cor. Pen. *decis.* 138. *num.* 4.
quae autem sint aliae conjecturae solutionis generales. quae
31 videlicet etiam in aliis materiis applicantur, omitto referre,
ne nimis divertam, sed videri poterunt earum multae penes
Menoch. *praesumpt.* 135. *lib.* 3. Mascard. *de probat. concl.*
1318. Afflict. *decis.* 13. et ibi Adden. Surd. *dec.* 105. Rot.
dec. 87. *part.* 11. *rec.*
Tollitur vero, ut plurimum, haec indago circa conjecturas,
et tempus sufficiens ad arguendam solutionem mercedis per
statuta, vel constitutiones particulares, quae in pluribus lo-
cis vigent, ut dictum est supra, et signanter hic in urbe a-
dest constitutio Pauli III. statuens famulos cardinalium, et
32 aliquorum praelatorum non posse petere ab haeredibus eo-
Pucioni

rum, quibus inservierunt, mercedem, seu stipendium servi-
tutis, nisi pro integro biennio, et intra annum a die obitus
sui patroni. Nec non alia beati Pii V. quae eam innovat, et
videtur ampliare ad famulos praelatorum quorumcumque.
Quae quidem constitutiones referuntur per extensum a D.
Lanfr. Zacch. *de salar. q.* 105. *num.* 16. *et* 17. et habentur
in bullario inter bullas dictorum summorum pontificum, et
prima est Pauli III. bulla 43. alia est Pii V. bulla 15. et pro-
pter eas nec camera, quando similibus personis succedit, ul-
tra dicta tempora solvit Gratian. *discept.* 94. *num.* 48.
Dubitatur tamen an similia statuta sint servanda ea qua, 33
tanquam inducentia praescriptionem favore existentis in ma-
la fide, sint nutritiva peccati, et per consequens nulla *cap.
fin. de praescr. et cap. possessor. de regul. jur. in* 6. quod
procedit etiam in praescriptione juris civilis, ut habetur *in
d. cap. fin.* sed licet esset tantum de jure canonico tamen 34
servari deberet, etiam in foro saeculari, cum agatur de ma-
teria tendente ad evitandum peccatum Petr. Barbos. *in l. si-
cut* 3. *num.* 71. *c. de praescr.* Gratian. *discept.* 334. *num.*
7. *ad fin.* adeout ad validitatem statuti inducentis praescri- 35
ptionem cum mala fide non sufficiat papae confirmatio in for-
ma communi Bov. *de statutar. urb. praescr. gloss.* 1. *num.*
23. *et seq.* Gratian. *discept.* 403. *n.* 19. Surd. *dec.* 158. *n* 16.
Seraph. *dec.* 614. *n.* 5. *et decis.* 632. *n.* 5. secus autem si sit
confirmatio ex certa scientia Bov. *dict. glos.* 1. n. 26. et sen-
tiunt alii praecitati.
Et licet aliqui nullitatem admittant in statutis inducenti- 36
bus praescriptionem, at dicant secus esse in inducentibus
praesumptionem solutionis, ut post alios Menoch. *cons.* 1257.
num. 11. *et seqq.* Gabr. *cons* 4. *num.* 4. *et seqq. lib.* 1. *et
cons.* 148. *num.* 11. *lib.* 2. Feuzon. *ad statut. urb. cap.* 158.
num. 11. Rota coram Sacrato penes Marchesan. *de commiss.
part.* 1. *fol.* 765. *ad finem.* Tamen neque haec distinctio est 37
omnino tuta, nam quomodocumque loquatur statutum, ob-
stat debitori scientia debiti, ex tradit per Adden. *ad decis.*
6. *num.* 102. *et seqq. part.* 3. *recent.* et Rot. *decis.* 272. *n.*
15. *et* 16. *part.* 4. *tom.* 2 *recent.*
At, quidquid sit in foro conscientiae quoad forum fori, de 38
quo loquimur, judices sumpta informatione, quod statuta
sint usu recepta volunt ea servari, ut practicatum fuisse Pe-
rusii per reverendiss. d. de Rubeis s. rotae romanae decanum,
dum esset illius civitatis gubernator, refert. Gilian. *in com-
pend. statut. ver. praescriptio numer.* 8. reddi potest ratio, 39
quia dum statutum inducit praesumptionem solutionis per
lapsum temporis, dicendum est etiam inducere praesumptio-
nem bonae fidei necessariam ad hoc, ut praesumptio solutio-
nis suffragari possit, ut voluit Rot. coram Merlino *dec.* 124.
num. 12. *et* 13. et post Zacch. *de oblig. cam. decis* 225. *n.*
14. *et* 15. ita ut verum sit quod non procedat statutum stan- 40
te mala fide, justa relatos per d. Lanfranc. *d. q.* 105. *num.*
56. Gamm. *dec.* 334. *num.* 7. *vers. nec sit unquam dubium.*
sed mala fides probanda est a creditore Adden. *ad decis.* 6.
num. 116. *part.* 3, *recent.* Merlin. *d. decis.* 124. *num.* 14.
vers. verissima igitur, ubi et quod ad hoc, non sufficit pro-
bare, quod debitor sciverit ab initio se obligatum, sed pro- 41
bandum etiam eum scivisse obligationem suam perdurasse;
nec compelli poterit debitor jurare super hoc, scilicet quod
ignoraverit se debitorem dum habet pro se praesumptionem
juris. Petr. Barbos. *in leg. sicut num.* 103. *c. de praescr.*
30. *vel* 40. *annor.* Andreol. *contr.* 245. *numer.* 4.
Clarum est autem similia statuta exorbitare a dispositio- 42
ne juris, ex adductis supra in principio, et proinde esse stri-
ctissime intelligenda, ut tradunt Redoan. *de spol. q.* 10. *n.* 33.
Gratian. *disc.* 94. n. 49.
Unde ad plura inferri potest, et signanter quod si loquan- 43
tur de tempore post mortem ejus qui operas conduxerat, non
procedant eo vivente, ut bene firmat d. Lanfranc Zacch. *de
solar. q.* 105. *n.* 26. *et seqq.* et si loquantur de salariis men-
struis, non sint trahenda ad alias operarum mercedes, vel e 44
contra Gamm. *decis. Lusitan.* 334. *num.* 11. Cost. *de rata
q.* 128. *in fin.* et de dictis constitutionibus papalibus in ur-
be vigentibus, quod procedant tantum in salariis menstruis
decisum fuisse coram Sarmiento, refert ad primam Cheru-
bin. *schol.* 2. Marchesan. *de commiss. part.* 1. *fol.* 1197. *nu-
mer.* 73.
Sic dum loquuntur de familiaribus domesticis, seu famu- 45
lis non procedunt in procuratore Rot. coram Pen. *decis.* 138.
numer. 3. nec in advocato D. Lanfranc. Zacch. *de salar. q.*
105. *num.* 25. nec in salario judicis Mastrill. *de magistrat.
lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 102. nec in notariis Cyriac. *contr.* 307.

num. 4. *vers. sicut etiam*, nec in docentibus Rebuff. *tom.* 2.
tit. de, famul. salar. gloss. 10. *num.* 4. Gabr. de Castro *de-
cis.* 46. *num.* 4. nec in mercede artificum Cyriac. *controv.*
307. *num.* 4. nec generaliter in omnibus qui non sunt famu-
li domi existentes D. Lanfranc. Zacch. *de salar. q.* 105. *nu-
46 mer.* 23. Et dum loquuntur de mercede operarum diurna-
rum, et exemplificant in mechanicis, non procedunt in mer-
cede procuratoris, et aliorum artes liberales exercentium. Rim.
47 Jun. *cons.* 315. *num.* 17. *vers. huic objecto, et seqq.* bene
tamen, licet loquantur de famulis, procedunt etiam in An-
cillis, Rebuff. *d. tit. de famulor. salor. quaest.* 9. et proce-
dere etiam in operariis sensit idem Rebuff. *tit. de senten.
provisional. art.* 5. *glos.* 3. *n.* 2.

48 Praeterea dicta statuta non procedunt pro tempore, pro
quo continuatum fuit servitium, sed anni incipiunt currere
eo finito, quia quousque durat servitium, semper novis obli-
gationibus interrumpitur praescriptio Fontanel. *de pact.
nuptial. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 5. *numer.* 33. Hier. Laur.
decis. 86. *num.* 10. Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 34. Giurb.
49 *decis.* 13. *n.* 13. Si tamen servitium sit idem, et continuum,
secus si diversum, et post transactos annos praescriptioni prae-
stitum, puta si procurator postmodum aliam litem egerit, quia
non propterea praescriptionem salarii jam completam, am-
plius interrumpet Faber. *in d. defin.* 34. *post med. vers a-
lioquin sone*, Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 5. *gloss.* 5.
n. 30. *et seq.* ubi se retractat in eo quod *in d. claus.* 4. *gl.* 18.
par. 5. *n.* 33. contrariomeum Hieron. Laur. *ubi supra* senserat.

50 Prout non procedunt, nisi post finitum servitium famulus
permaneat in loco statuti, et ubi inservivit Costa *de rata q.*
128. *num.* 14. *ad fin vers. et in famulorum*; et idem est si
51 ibidem non permaneat dominus Danza. in *pugn. doctor. part.*
1. *tit. de salar. cap.* 3. *n.* 9.

52 Neque procedit d. praescriptio contra pupillum haeredem
famuli, quousque durat pupillaris aetas D. Laufranc. *d. qu.*
53 105. *num.* 36. Imo, nec contra minorem viginti quatuor an-
norum Danza *in pugna doctor. part.* 1. *tit. de salar. cap.*
3. *num.* 9. Sed regulando praescriptionem istam, cum prae-
54 scriptione juris communis, dicendum erit, contra pupillum
eam non currere, contra minorem vero currere, sed dari ei
restitutionem in integrum, Rot. *dec.* 372. *n.* 9. *et* 10. *part.*
4. *tom.* 2. *recent.*

55 Ita nec procedit ubicumque creditor agere non valeat. *l.* 1.
ad fin. c. de annal. except. Ales. *cons.* 106. *num.* 2. *et* 4.
lib. 5. et late D. Lanfranc. *d. q.* 105. *num.* 32. *et seqq. ubi*
56 *num.* 32. ampliat, etiamsi impedimentum proveniret ex par-
te creditoris impediti, *et num.* 35. exemplificat, si data esset
aliqua dilatio ad solvendum, et hinc est, quod dum salarium
est annuum, non sufficit tacuisse per triennium, sed tot re-
quiruntur praescriptiones, quot anni Cost. *de ratione ratae
q.* 128. *ad fin.* licet hoc cesset ex eo, quod dictum est supra,
praescriptionem non incipere nisi finito servitio, inde enim
sequitur, ut tunc unicum tempus sufficiat pro omnibus an-
nis, cum pro omnibus agi valeret, ut observat Giurba *decis.*
13. *ad fin.*

57 Nec habet locum eadem praescriptio in eo, qui excipit,
quia tollit actionem non exceptionem Rebuff. *d. tit. de fa-
mulor. solar. gl.* 10. *num.* 7. D. Lanfr. *d. q.* 105. *num.* 38.
et seqq. ubi late comprobat, et plures adducit quibus addo
Leoncill. *decis. Ferror.* 37. *num.* 8. *et* 9. licet contrarium
sentiant Gabr. a Castro *dec.* 46. *n.* 6.

58 Praeterea d. statuta uti loquentia de credito, et debito tan-
tum actione personali non procedunt ubi competat actio rea-
lis, Rebuff. *d. tit. de famul. salor. glos.* 10. *num.* 5. et fa-
ciunt quae dicuntur in simili de statuto orbis per Peu. *de-
cis.* 751. *num.* 7. Duran. *dec.* 210. *n.* 9. et Emin. Otthobon.
dec. 173. *n.* 9.

Et tamquam loquentia de credito mercedis non procedunt
59 si creditum sit alteratum, at sufficit esse computatum, et cal-
culatum Rebuff. *ad const. reg. tit. de mercat. minutat. ven-
dit. art,* 1. *gl.* 20. *num.* 1. *et seq.* Hier. Lauren. *decis.* 86.
num. 10. *post med* et hanc esse veriorem, asserit Gratian.
disc. 273. *num.* 52. *et* 53. ubi et quod hoc procedit sive de
calculo constet per scripturam, sive per testes. Attenditur
60 enim causa immediata debiti, non mediata Alciat. *cons.* 137.
num. 5. *et* 6. *lib.* 9. Animadvertendo, quod calculatio quan-
61 doque adducitur a debitore salarii in oppositum, videlicet ad
arguendam solutionem ex traditis *in l. procula ff. de probat*,
62 et tunc necesse est, ut ostendatur aliquid fuisse solutum, et
factas fuisse quietantias finales, ut dixit Rot. coram Cavaler.
dec. 400. *n.* 6.

Debet autem debitor allegare praescriptionem, seu solu- 63
tionis praesumptionem praefatam, quia est exceptio quam op-
poni necesse est, alias judex non potest illam ex officio sup-
plere *l. si maritus §. praescriptionem c. de adult.* Rim. Jun.
cons. 107. *num.* 26. Gunzal. *ad reg.* 8. *cancell. gl.* 56. *num.*
85. *vers. idque dicendum*, D. Lanfr. Zacch. *de salor. q.* 105.
num. 43. et late *seqq.* Cyriac. *contr.* 307. *n.* 7. Giurb. *decis.*
13. *n.* 4.

Sed, ubi opposita sit, et intret, non poterit creditor mer- 64
cedis velle probare contrarium, quia est praesumptio juris, et
de jure, quae probationem in contrarium non admittit, se-
cundum Andreol. *contr.* 245 *numer.* 3. *et* 4. ubi et quod
propterea non potest dominus compelli jurare se solvisse.

Verum Andreolus prae caeteris allegat Gamm. *dec.* 334. 65
num. 6. qui penes me apertissime dicit contrarium, et diser-
tissime illud probat per similem de non numerata pecunia,
quia licet si qui fecit confessionem de recepto, taceat per bien-
nium lex praesumat solutionem *instit. tit. de liter. oblig. in
fin.* tamen admittit probationem in contrarium, ut ultra ibi
citatos, tradit etiam Vasq. *cont. lib.* 3. *controv.* 20. *num.* 30.
Gail. *de credit. cap.* 2. *n.* 2554.

Conciliantur tamen istae contrariae opiniones, ut prima 66
procedat ubi statutum inducit praescriptionem, secunda vero
ubi inducit tantummodo praesumptionem solutionis, quia
praesumptio cedere debet veritati, quando de ea constat in
contrarium, prout in specie sensit Vasq. *de success. creat.
lib.* 1. *§.* 10. *num.* 36. *ad fin.* qui licet sit acerrimus defensor
primae, itaut adversus praescriptionem, non admittat neque
confessionem partis, contra plures, quos in hoc tenere con-
trarium refert, tamen limitat eam, si lex se fundet in praesum-
ptione, et comprobatur eadem distinctio, quia praescriptio
tollit ipso jure actionem, et liberat debitorem, itaut quamvis 67
etiam ea completa superveniat ei mala fides per probationem
creditoris, adhuc ipse non compelli possit, nec teneatur am-
plius solvere, secus autem stante statuto solum praesumente
solutionem, quia per illud non tollitur actio, nec obligatio,
sed impeditur ejus executio mediante illa praesumptione, qua
sublata per probationem concludentem contrariam, debitor
ne dum tenetur in foro conscientiae, sed compelli potest in
foro fori, ut distinguendo praescriptionem a praesumptione
solutionis inducta per statutum urbis *lib.* 1. *cap.* 158. proba-
vit Rot. cor. Merlino *dec.* 184. *n.* 16. *et* 17.

Si autem quaeratur an pro sufficienti probatione ad ex-
cludendam dictam praesumptionem sufficiat, quod debitor
retinens libros dati, et accepti in quibus solitus sit solutio-
nes omnes annotare, hanc non annotaverit, animadvertendum
erit ad verba statuti, nam si loquantur, ut loquitur praedi-
ctum statutum urbis *cap.* 158. quod non solum inducit tan- 68
tummodo praesumptionem, sed expresse vult admitti prae-
sumptionem praeponderantem in contrarium. ut habetur in
ejus verbis, ibi, *vel nisi contraria praesumptio praeponde-
rans, ac praevolens adducatur*, tunc satis erit, quod non 69
appareat solutio in libro, in quo solutiones omnes annotari
solent, ut censuit Rota cor Buratt. *decis.* 73. *num.* 11. *et* 12.
et in rec. decis. 583. *num.* 6. *part.* 2. Et idem est si statu- 70
tum consideret difficultatem probandi solutionem, ex quo
non solent similes mercedum solutiones in scriptis redigi,
prout considerat constit. Pauli VIII. vigens in orbe de qua
supra *num.* 32. ibi, *ut plurimum rationes, et computa sa-
lariorum, et stipendiorum familiarium, et servitorum suo-
rum in scriptis non redigere, etc.* nam et tunc, dum proba-
tio haberi potest ex quo dominus in scriptis solutiones redi-
gat, statutum cessat, prout cessare d. constitutionem fuit de- 71
cisum coram Bicarino, ut refert ad d. constitutionem quae
est la 43. in ordine Cherubin. *compend. Bullar. seul* 1.
Marchesan. *de commiss. port.* 1. *fol.* 1187. nu. 73. D. Lan-
fr Zacch. *de salar. d. q.* 105. *n.* 49 ubi idem dicit, si domi-
nus reliquisset salarium famulo in testamento. Caeterum si 72
statutum simpliciter et absolute inducat praesumptionem so-
lutionis, illa sola deficentia descriptionis solutionis in libris
debitoris non videtur sufficiens. nam licet faciat conjecturam
quod solutio facta non fuerit, ubi libri diligenter sunt deten-
ti, ut ponderavit Rota coram Penia *decis.* 721. *num.* 17 ta-
men est simplex conjectura. et non concludens, cum evenire 73
potuerit omissio per oblivionem, aut alia causa, ut dicunt
Ruin. *cons.* 35. *num.* 19. *lib.* 1. Buratt. *decis.* 10. *num.* 6.
et 7. Andr. *decis.* 22. *num.* 6. *et* 7. Zarat. *decis.* 53. *numer.*
42. unde non valet tollere praesumptionem inductam a sta-
tuto, ex quo ista, uti praesumptio juris, est probatio liquidis- 74
sima *decis.* 4. *num.* 21. *part.* 2. *div. et decis.* 756. *num.* 4.

75 *part* 2. *rec.* et idea alia simplici praesumptione, et conjectu-
ra hominis non tollitur Curt. Jun. *cons.* 35. *num.* 5. *vers.*
et ista Seraph. *decis.* 623. *numer.* 13. nisi sit adeo conclu-
76 dens, et urgens, ut praeponderet, quia praesumptio solutio-
nis per statutum inducta praesumptionem validiorem non
77 exclulit Dunoz. Seo *decis.* 100. *nu.* 1. et generaliter prae-
sumptio juris eliditur per praesumptionem hominis quando
ista validior est Menoch. *praesump.* 30. *num.* 6. *lib.* 1.

Excludi etiam potest d. praescriptio ex quo fuerit inter-
78 rupta, clarum est enim interrumpi posse nedum si statutum
inducat praescriptionem, sed etiam si inducat praesumptio-
nem solutionis. sed ad dignoscendum quid sufficiat ad eam
interrumpendam, attendenda erunt verba statuti, poterit e-
nim ex eis apparere eam facilius interrumpi, quam praescri-
ptio juris communis, et sufficere qualem qualem inter-
ruptionem, ut dixit Rot. *in decis.* 86. *n* 2. *part.* 1. *div.* un-
79 de licet de jure nullibi reperiatur, quod per extrajudicialem
interpellationem interrumpatur praescriptio, ut dicit Imol.
in l. si servum. ꝰ. *sequitur ff. de verbor. oblig* quem sequi-
tur ibi Alex. et comprobat Surd. *decis.* 5. *num.* 6. *et* 7. et
Rot. *decis.* 120. *num.* 10. *part.* 13. *rec.* Tamen secus est de
80 inducta per praefatum statutum urbis, quod propterea etiam
in hac parte dicitur jus novum a Rot. coram Seraph. *decis.*
718. *num.* 5. et comprobatur etiam *in decis.* 301. *numer.* 3.
post. Statil. *de Salviano.*

81 Per agnitionem tamen, seu recognitionem debiti ab ipso
debitore factam, interrumpi praescriptionem clari juris est *l.*
cum notissimi 7. ꝰ. *imo c. de praescr.* 30. *vel.* 40. *annor.*
Natt. *cons.* 401. *num.* 64 Gratian. *disc.* 994. *num.* 10. He-
ring. *de fidejussor. cap.* 15. *numer.* 87. et in terminis prae-
scriptionis mercedis a statuto inductae plene D. Lanfranc.
Zacch. *de salar. d. q.* 105. *numer.* 54. *et* 55. ubi quod hoc
maxime procedit si recognitio resultat a solutione partis de-
82 biti: quod tamen intelligitur si recognitio fuerit spontanea,
secus autem si per vim aliquam facta *l. cura in princ ff. de*
muner. et honor. Roman. *cons.* 252. *numer.* 5. Ruin. *cons.*
111. *numer.* 20. *lib.* 5. et his relatis Petrus Barbos. *in d. l.*
cum notissimi 7. ꝰ. *imo num.* 22. *post med.* et si fuerit pu-
83 ra, non si fuerit sub conditione, si apparebit me debere, seu
in eo quod apparebit glos. *in l. cum quis* 38. ꝰ. *si quis pro*
reo ver. jam reverso. ff. de solut. et ibid. Bart. *num.* 5. Ang.
num. 4. Castren. *num.* 3. *vers. dic etiam gloss.* et si fuerit
84 pro summa certa, quia de incerta summa non sufficit, Sali-
cet. *in d. l. cum notissimi* ꝰ. *imo num.* 17. *vers. aut datus*
est, juncto num. 19. *c. de praescr.* 30. *vel.* 40. *annor.* Boer.
85 *dec.* 333. *num.* 3. *vers. et ad hoc quod agnitio* sufficit ta-
men expressio relativa ad instrumentum Boer. *in eadem de-*
86 *cis. num* 6. et sufficeret etiam generalis quae non posset in
alio, quam in uno certo debito verificari Rot. *dec.* 301. *nu-*
mer. 5. post Statill. de Salviso.

87 Ubi autem praescriptio est interrupta, semper remanet
interrupta, itaut ea non reviviscat, sed debeat alia incboari,
et perfici, absque eo, quod tempus ante interruptionem de-
cursum. prodesse possit, Bald. per illum textum *in l. aedes*
ꝰ. *libertas ff. de servit. urb praedior.* Honded eus *cons.* 83.
n. 16. *lib.* 1. Giovagnon. *cons.* 28. *num.* 3. *lib.* 2. Rot. *dec.*
207. *n.* 9 *part.* 4. *rec.*

88 Sed dubitatur an post inerruptionem incipiat iterum
praescriptio statutaria, vel necessaria sit praescriptio juris
communis, et distinguitur casus interruptionis extrajudicia-
lis. a casu interruptionis judicialis, ut in primo incipiat, et
sufficiat statutaria, secus vero in secundo Marescott. *vor. re-*
sol. cap. 67. *num.* 9. *et seqq. lib.* 2. Fenzon. *ad stat. urb.*
cap. 158. *num.* 65. *et* 66. D. Lanfranc. Zacch. *de salar. q.*
105. *n.* 53.

Verum, quia ratio, cur si praescriptio sit interrupta judi-
cialiter, non sufficiat amplius tempus praescriptionis statutariae
89 ea est, quia actio intentata, et instantia ipsa perpetuatur us-
que ad quadraginta annos, a die cessationis in ea numeran-
dos. juxta textum *in l. fin. c. de praescr.* 30. *vel.* 40. *annor.*
90 inde sequitur declarandum esse id procedere, ubi lis fuerit
contestata, vel in judiciis, in quibus formiter non contesta-
tur, devenerit ad aliquem actum respicientem merita causae
et aequipollentem litis contestationi, alias enim sola citatio
etiam judicialis interrumpit solum praescriptionem curren-
91 tem, at non perpetuat dicto modo actionem, ut optime di-
stinguendo declarat Aretin. *in consil* 30. *prope fin.* et aliis
pluribus adducit. Petr. Barbos. *in d. l fin. num.* 2. *et seqq.*
92 et in puncto, quod propterea, ubi lis non est contestata, vel
pro contestata habita, incipiat denuo currere praescriptio sta-
tutaria bene firmavit Rota cor. Merlino *decis.* 124. *num.* 5.
cum tribus seqq. et Addeu. ad Buratt. *d. dec.* 8. *n.* 10. *in* 1.
et 2. *in casu.*

Imo et contestatio litis prodest, et dicto modo actionem
perpetuat tantum, si actor ad eam devenerit animo litem 93
prosequendi usque ad finem, et fortuitis casibus postea im-
pediatur, secus si propter suam culpam, vel meram negligen-
tiam a prosecutione litis cessaverit, ut argumento ducto ex
d. l. fin. in princ. a contrario sensu, docuit glos. *in c. pla-*
cuit il 2. *in ver. interrupta prope med. vers. ei tamen tan-*
tum. 16. *q.* 3. et secutus est Abb. *in c. illud, prope fin. vers.*
et vide ad limitationem de praescr. et Roman, *in leg. ex*
hoc. edicto in princ. nu. 6. *vers. est hic unum dubium ubi* 94
d. glos. singularem appellat, *ff. de eo per quem fact.* et
propterea hoc quoque casu incipiet iterum, et procedet prae-
scriptio statutaria Merlin *d. dec.* 124. *n.* 10. Add. ad Buratt.
d. dec. 8. *n.* 10. *in tertio casu.*

Et denique si lis fuerit terminata, sive per cessionem de- 95
bitoris, sive per relaxationem mandati, aut sententiam, ut rem
judicatam, quia tunc instantia cessat, ubi non obstet mala fi-
des, prout non obstare in hac praescriptione statutaria di-
ctum est, eadem statutaria iterum curret, cessante dicta per-
petuatione actionis, et instantiae, ut pariter firmat Merlin.
d. decis. 124. *num.* 12. *et seqq.* ubi optime advertit, quod
hoc caso magis urget praesumptio solutionis ex negligentia
resultans postquam creditor egit, et obtinuit, quam alio, Ad-
den. ad Buratt. *d. decis.* 8. *num.* 10. *in quarto casu.*

Denique restringendum est etiam statutum, ut si sit lai- 96
cale non comprehendat personas ecclesiasticas, ut firmavit in
specie Rot. cor Coccino *dec.* 133. *num.* 10. quod procedit e-
tiam in hoc statu ecclesiae, et quamvis statutum sit a papa
confirmatum, et de ejus licentia, et ordine factum, ut statu-
tum urbis *dec.* 39. *n.* 15. *part.* 11. *rec.* et dicam late *in cap.*
63. *prope fin.*

Non sic etiam dicendum de forensibus; quia statuta prae- 97
dicta eos quoque comprehendunt Fenzon. *ad statut. urb.*
cap. 158. *num.* 61. D. Lanfranc. Zacch. *de salar. q.* 105.
num. 18. Surd. *decis.* 158. *num.* 17. *vers. adde quod dec.*
602. *part.* 1. *div.* Merlin. *decis.* 124. *numer.* 3. licet non de-
sint contrarii, et signanter Verall. *decis.* 207. *nu.* 1. *et seqq.*
part. 3. *ubi num.* 4. videtur testari etiam de stylo Rotae, qui
tamen hodie non subsistit ex precitatis decisionibus, et aliis
pluribus cumulatis per D. Lanfranc. *d. num.* 18. imo proce-
dit statutum etiamsi debitum sit alibi contractum, dummodo
in loco statuti petatur Rot. *dec.* 555. *num.* 1. *et* 2. *part.* 4. 98
tom. 3. *rec.* et prodesse forensi dictum statutum urbis *cap.*
158. ex quo apoca esset facta in urbe, et in ea motum judi-
cium, dictum fuit in una romana pecuniaria 19. junii 1671.
ꝰ. quia cum grata cor. R. P. D. meo Rondanino.

Dubitari tamen potest, an forensi danda sit restitutio in 99
integrum, ex capite probabilis ignorantiae ipsius statuti et in
hoc videtur vera. *d. decis.* 207. Veralli *part.* 3. *dum num.* 100
5. firmat opinionem affirmativam, sed ab ea recedendum si
ignorantia reddatur improbabilis, ut late traditur per D.
Lanfranc. *d. q.* 105. *num.* 21. et reddi dicitur ex quo credi-
tor in loco statuti pro tempore considerabili moram traxerit
Roland. *consil.* 42. *numer.* 27. *lib.* 3. Adden. ad Buratt. *de-*
cis. 98. *numer.* 7, *vers. talis autem,* Rot. post Gilian. *in*
compend. statut. Parus. decis. 124. *num.* 8. *et in rec. dec.* 101
555. *numer.* 9. *part.* 4. *tom.* 3. et ponderatur etiam ad hoc,
quod simile statutum etiam alibi, et fere ubique, ut dictum
est supra adesse solet, inde enim tanto magis redditur inve-
risimilis, ejus ignorantia Addeo ad Buratt. *d. decision.* 98.
num. 7. *post. med.* Rot. *d. decis.* 555. *num.* 8. *part.* 4. *tom.*
2. *rec.*

De fine locationis per lapsum temporis.

SUMMARIUM.

1. Tempore locationis praefixo finito, tenetur conductor rem dimit-
tere.
2. Ampl. procedere sive sit certum, sive incertum, ut ad vitam,
3. Qui tenetur invitus locare, facilius tenetur locationem factam reno-
vare.
4. Dictio *perpetuo*, seu *in perpetuum* significat tempus infinitum
5. Quandoque tamen accipitur ad vitam.
6. Quandoque usque ad tertiam generationem.
7. Quandoque usque ad centum annos.
8. Quandoque usque ad decem.
9. Et quandoque verificatur etiam in triennio.
10. Decl. ut verus significatus dictae dictionis, sit primus temporis per-
petui, alios vero recipiat a subjecta materia, et verbis adjunctis.

11. Locatione facta oni personae, qoi ex aliis verbis apparet ad ejus vitam restricta, dictio *in perpetuum* in ea apposita non valet illam oltarius axtendare.
12. Decl. procedere si dlate sit relate personae, secus autem si relata rebus.
13. In emphyteusi ecclesiastica, quae sui natora non potest fieri nisi ad tertiam generationem, dictio *in perpetuum* non valeat illam extendere.
14. Quod operetur emphyteusim transire ad haeredes extraneos tenent aliqui.
15. Contrarium est verius.
16. Lim. istam contrarium si concurrat aliqua alia conjectura, etiam levis.
17. Dictio praedicta solet aliquando geminari, et dici *perpetuo et in perpetuum*, et tunc aliquid magis operatur.
18. Locatio ad vitam, an dicatur perpetua relative.
19. Locatio ad centum annos, an dicatur perpetua relative.
20. Locatio perpetua intelligitur donec solvatur pensio.
21. Locatio donec solvatur pensio intelligitur perpetua.
22. Emphyteosis ecclesiastica prohibita fuit concedi ultra personam recipientis, et filios, et nepotes, et uxorem, et virum si fuerit expressum.
23. Postmodum data fuit licentia faciendi eam in perpetuum.
24. Leges civiles allegari possunt pro ecclesia canonibus non contradicentibus.
25. Emphyteosis ecclesiastica si non appareat concessio, vel non sit in ea expressum tempus, quo durare debeat, censetur facta ad tertiam generationem et n. 28.
26. *Text in § licentiam auth. de alienat. et emphyt.* concedens facultatem faciendi emphyteusim ecclesiae perpetuam fuit correctus.
27. Correctio juris in quantum fieri potest vitari et restringi debet.
29. Emphyteusis ecclesiae si potest concedi in perpetuum intelligitur in descendentes, non in extraneos.
30. Emphyteusis ecclesiae sui natura non est transitoria ad extraneos.
31. Decl. secundum aliquos procedere si sit concessa sine beneplacito apostolico, aliisque solemnitatibus.
32. Contrarium tenent alii.
33. Decl. primam procedere si ex verbis investiturae, vel aliunde appareat concedentem voluisse eam ad extraneos transire, alias secus.
34. Beneplacitum apostolicum supplet defectum potestatis, sed non ampliat concessionem.
35. Investiturae ubi adest, ejus tenor inspici debet ad dignoscendum, an concessio extendatur ultra tertiam generationem.
36. Haeredis nomen, licet aptum sit comprehendere tam descendentes, quam extraneos, hoc procedit in materia indifferenti, idest transitoria ad quoscumque, secus in ea, quae non est transitoria nisi ad descendentes.
37. Emphyteosis ecclesiastica concessa pro se, et haeredibus, intelligitur de haeredibus sanguinis, idest descendentibus.
38. Emphyteusis laicalis sui natura est transitoria ad quoscumque haeredes, et ideo concessa praesumitur.
39. Emphyteusis ab initio laicalis si postea transeat ad ecclesiam retinet suam naturam laicalem ad effectum, ut transeat ad quoscumque haeredes.
40. Lim. si acquisita sit ab ecclesia loco alterius emphyteusis ecclesiasticae, et ei subrogata.
41. Emphyteosis ecclesiastica concessa pro haeredibus non potest restringi ad descendentes, ubi recipiens illos habere non poterat.
42. Decl. procedere si stipulatus sit pro se solo, secus si simul pro alio qui illos habere poterat.
43. Decl. 2. procedere si is, qui concessit dictae incapacitatis notitiam habebat, alias secus.
44. Haeredum nomen in emphyteusi ecclesiastica restringitur ad haeredes sanguinis, si solum sit, vel cum alio non apto illud ampliare, secus e contra.
45. Ampl. sufficere quamlibet conjecturam etiam levem, quod partes senserint de extraneis.
46. Emphyteusis ecclesiastica concessa pro haeredibus quibuscumque intelligitur etiam pro extraneis.
47. Contrarium tenent alii, sed prima est verior, et communior.
48. Lim. dictam primam opinionem si addita sint verba restrictive uti si dictum *pro haeredibus quibuscumque legitime descendentibus*.
49. Item si dictum *pro haeredibus quibuscumque usque in tertiam generationem*.
50. Ampl. d. primam opinionem procedere etiam si dictum *pro masculis quibuscumque*.
51. Ampl. 2. si dictum *pro haeredibus et successoribus quibuscumque*.
52. Ampl. 3. si dictio *quibuscumque* non sit in dispositiva concessionis, sed in alia parte instrumenti.
53. Subampl. sufficere etiam in confirmatione concessionis.
54. Lim. si verba possint restringi, et intelligi juxta naturam concessionis.
55. Ampl. 4. sufficere stipulationem esse conceptam cum clausula caeterata pro se etc.
56. Clausula pro se etc. extendi solet, *pro se, haeredibus, et successoribus quibuscumque*.
57. Potest tamen commodissime intelligi, *pro se haeredibus, et successoribus sanguinis*.
58. Et ideo d. ampliatio patitur difficultatem in emphyteusi ecclesiastica.
59. Clausula, pro se, et quibus dederit aequiparatur stipulationi *pro se haeredibus, et successoribus quibuscumque*.
60. Emphyteusis ecclesiastica concessa *pro se et quibus dederit*, est transitoria ad haeredes extraneos.
61. Clausula *pro se, et quibus dederit* operatur tantum favore primi acquirentis, secundum aliquos.
62. Contrarium.
63. Decl. primam procedere in emphyteosi ad tertiam generationem, vel stipulatam pro descendentibus, alias secus.
64. Clausula *quibus dederit* limitatur ab aliis clausulis.
65. Et infringitur per prohibitionem alienationis.
66. Et in hoc differt a stipulatione *pro haeredibus quibuscumque*, quia haec non infringitur a prohibitione alienationis.
67. Clausula *pro se, et ob eo causam habentibus* similis est clausulae *pro se et quibus dederit*, et eodem modo facit emphyteusim transitoriam ad quoscumque.
68. Clausula *de ea faciendi, ac disponendi ad libitum voluntatis* similis est clausulae *quibus dederit*, et idem operatur.
69. Clausulae praedictae possunt ab aliis esse restrictae ad primum acquirentem.
70. Mentio habentium causam ab emphyteusi, quando non est in dispositiva, non valet eam alterare.
71. Clausula *ad habendum etc.* facit emphyteusim ecclesiasticam transitoriam ad quoscumque haeredes.
72. Contrarium tenent aliqui.
73. Decl. primam procedere si clausula sit in parte dispositiva, secus si sit in executivis.
74. In executivis esse dicitur, cum est posita post firmatam acquisitionem.
75. Secus si est post verbum *investientes* sermone continuato et immediate post dispositivam.
76. In dispositiva dicitur cum est post descriptionem bonorum ante clausulam *hanc etc.* et ante promissionem canonis.
77. Contrarium, quod dicta clausula *ad habendum etc.* etiam in parte dispositiva restringatur ad limites concessionis cui apponitur.
78. Decl. hanc contrariam procedere si emphyteusis sit sine beneplacito apostolico.
79. Vel si sit stipulata tantum pro descendentibus.
80. Clausula *ad habendum etc.* non operatur in praejudicium successorum sed solum concedentis.
81. Clausula *ad habendum etc.* facilius restringitur si sit caeterata.
82. Si autem sit extensa cum facultate disponendi ad libitum, non potest restringi per verba sequentia.
83. Neque si sit ample apposita restringitur per antecedentia.
84. Facultas alienandi in concessione emphyteusis ecclesiasticae, facit eam transitoriam ad extraneos.
85. Emphyteusim ecclesiasticam esse transitoriam ad extraneos, arguitur per conjecturas.
86. Si concessa sint omnia, et singula jura ecclesiae, cum clausula, *ponens*, arguitur concessio transitoria ad extraneos.
87. Item arguitur ex reservatione directi dominii.
88. Idem si prohibita sit alienatio solum in manus mortuas.
89. Et generaliter ubicumque prohibitio alienandi limitatur in certis casibus.
90. Idem arguitur ex pacto, quod in casu alienationis solvatur laudemium.
91. Laudemium solvi debet solum ab extraneis.
92. Sed datur casus, quod solvi debeat etiam a descendentibus, et quando.
93. Pactum affrancandi denotat emphyteusim esse transitoriam ad quoscumque.
94. Limit. si non fuit effectuatum, et non sit necessarium.
95. Emphyteusis ecclesiastica arguitur transitoria ad quoscumque, si est pro pensione, quae tempore de concessionis respoderet fructibus.
96. Ampl. etiamsi non aequet fructus sed sit mediocris.
97. Decl. dictam conjecturam non sufficere, si ex verbis appareat emphyteusim restrictam ad descendentes.
98. Emphyteusis arguitur transitoria ad extraneos, si concessa res sterilis, vel ruinosa ad meliorandum.
99. Et maxime si actualiter melioravit, quia transit ad extraneos, non obstantia verbis investiturae.
100. Contrarium si adsit pactum expressum de meliorando, et restrictio concessionis.
101. Sterilitas rei non relevat si emphyteusis fuit renovata, et de tempore renovationis sterilitas non aderat.
102. Observantia attenditur ad effectum dignoscendi an emphyteusis sit transitoria ad extraneos.
103. Et deducitur observantia ex investitura praecedenti si erat transitoria ad extraneos
104. Lim. si ex tenore secundae investiturae appareat ab ea recessum.
105. In emphyteosi ecclesiastica non potest recedi a prima in investitura sine beneplacito apostolico in praejudicium ecclesiae, secus ad ejus favorem.
106. A prima investitura emphyteosis non censetur recessum nisi clare appareat ex verbis.
107. Recessum apparere dicitur, si aliquid additum, vel detractum formae antiquae.
108. Investitura nova non recipit interpretationem ab antiqua in eis, quae illi expresse contradicunt.
109. Investitura nova dicitur differre ab antiqua si in ea deficiat clausula caeterata in stipulatione pro haeredibus.
110. Observantia pro transmissione ad extraneos deducitur, ex quo aliquando fuit res concessa ad eos transmisse, et ecclesia illos admisit.
111. Declara urgere admissionem haeredis extranei, non autem praestationem consensus venditioni.
112. Consensus praestitus alienationi rei emphyteuticae, non affert. praejudicium ecclesiae, quia mutat tantum personam.
113. Nova investitura comprehendens etiam extraneos arguit idem fuisse de antiqua.
114. Consensus praestitus alienationi rei emphyteuticae continet aliquando nova pacta, et importat novam investituram.
115. Emphyteusis ecclesiastica si probetur per solam recognitionem in dominum, censetur transitoria ad quoscumque haeredes.
116. Decl. non procedere si adsit pactum aperte repugnans successioni extraneorum.
117. Decl. 2. cessare procedere, si constet quod bona non fuerint ab ecclesia concessa, sed per laicum illi submisse, et in emphyteusim recepta
118. Bona emphyteutica ecclesiastica in statu Urbini possunt alienari quocumque titulo in extraneos ex breve Urbani VIII.

119. Idem est Ferrariae ex constitutione bonifaciana.
120. Idem est de abbatia farfen. ex consuetudine.
121. Idem in abbatia Nonantulae.
122. Idem Cesenae ex indulto Innocentii VIII.
123. Alienationis prohibitio in emphyteusi directe tendit ad exclusionem extraneorum.
124. Alienationis prohibitio in emphyteusi, infringit vim clausulae ad habendum.
125. Et clausulae *quibus dederit*
126. Et generaliter omnium aliarum clausularum.
127. Contrarium tenent aliqui.
128. Decl. primam procedere ubi non possit dari conciliatio per prohibitionem facultatis alienandi.
129. Prohibita venditione, aut alia alienatione intelligitur de alia simili, et sic inter vivos tantum.
130. In emphyteusi de jure magis prohibetur alienatio inter vivos, quam causa mortis.
131. Interpretatio semper sumenda est pro evitanda contrarietate pactorum.
132. Prohibitio alienationis in emphyteusi concessa pro quibuscumque haeredibus restringitur, ut procedat in alienatione titulo singulari.
133. Prohibitio alienationis in emphyteusi ecclesiastica comprehendit quamcumque alienationem.
134. Decl. procedere si emphyteusis sit restricta ad descendentes, secus si appareat transitoria ad quoscumque.
135. Decl. 2. non procedere si non agatur de emphyteusi, sed de locatione perpetua.
136. Decl. quod dictum est prohibitionem alienationis infringere vim clausularum, ut procedat in prohibitione absoluta secus in qualificata, ut alienandi sine consensu.
137. Maxime si prohibitio sit cum duplici negativa, non alienandi nisi cum consensu.
138. Negativa duplex affirmat.
139. Pactum quod finita emphyteusi res consignatur cum meliorsmentis, restringit effectum clausulae ad habendum et denotat emphyteusim non esse transitoriam ad quoscumque.
140. Verba cum pactis infrascriptis sunt restrictiva.
141. Clausula ad habendum restringitur per verba subsequentia, cum pactis infrascriptis.
142. Item restringitur per verba, *secundum naturam hujusmodi instrumentorum.*
143. Decl. praedicta verba minuere, sed non in totum tollere vim clausularum praedictarum.
144. Locatio est sui natura transitoria ad haeredes quoscumque.
145. Locatio rei ecclesiae non restringitur ad descendentes.
146. Lim. si dignoscatur voluntas contrahentium in contrarium.
147. Emphyteusi concessa ad tertiam generationem an comprehendatur in generatione primus acquirens, distinguitur, ut affirmativa procedat si non adsit aliquod verbum, per quod appareat distincta persona primi aquirentis ab aliis.
148. Decl. procedere in emphyteusi ecclesiastica, secus in laicali, vel locatione, quia in eis non comprehenditur primus acquirens.
149. Decl. facilius procedere et dictum *pro se et descendentibus suis usque ad tertiam generationem.*
150. Item facilius procedit si dictum *ad tertiam generationem completam.*
151. Si dictum *usque ad tertiam generationem ab ipso inchoandam* ipse primus acquirens pro una generatione computabitur.
152. Decl. procedere in emphyteusi ecclesiastica, secus in locatione.
153. Dictio ab denotat terminum a quo, et est sui natura exclusiva ipsius termini.
154. Potest tamen ex subjecta materia aliisque rationibus esse inclusiva.
155. Si dictum *ad tertiam generationem tantum* comprehenditur, primus acquirens.
156. Si dictum *pro se filiis, et nepotibus usque in tertiam generationem* censetur comprehensus primus acquirens.
157. Contrarium tenent alii.
158. Decl. primam procedere in emphyteusi ecclesiastica, secundam in locatione.
159. Decl. 2. opinionem, quod non comprehendatur non procedere si addita copula, et, et dictum et *usque in tertiam generationem.*
160. Ampl. ut cessante d. copula, et non sufficiat dictum esse *usque ad tertiam generationem completam.*
161. Observantia attenditur in d. quaestione.
162. Item attenditur tractatus antecedens.
163. Locatio facta ad certum tempus, et deinde ad beneplacitum, beneplacitum durare non debet pro alio majori tempore quod expresso.
164. Beneplacitum alicujus per ejus mortem expirat.

CAPUT LIII.

Jam devenimus ad tractandum de fine locationis, et inci-
piendo ab ea quae procedit per lapsum temporis, clarum est,
1 quod si tempus sit praefinitum in contractu, eo elapso expi-
rat locatio, et conductor tenetur rem dimittere locatori *l.*
conductores, et l. si quis conductionis. c. locat. Rote coram
2 Gregor. *decis.* 45. *num.* 1. Itque non tantum si tempus sit
certum, sed etiamsi sit incertum. puta ad vitam, ad tertiam
generationem, vel lineam, juxta late tradita per Corboll. *de
jure emphyt. tit. de caus. privat. ob lin. finit. numer.* 1. *et
seq.*
3 At quia sunt multi casus, in quibus dominus tenetur etiam
invitus rem suam locare, utiq; in eis tenebitur etiam loca-
tionem jam factam continuare. imo multo facilius, ut consi-
derat Leoncill. *de privil. pauper. p.* 2. *privil.* 231. *num.* 2.
Pocioni
Novar. *in praxi miser. person. privil.* 42. Qui autem sint
praedicti casus habetur in *c.* 20. ubi et quando quis locare
volens teneatur praecedentem conductorem praeferre.

Caeterum infinita dubia oriri poterunt circa hunc finem
locationis, quando scilicet dicatur ejus tempus finitum. Et ubi
locatio non sit expressa, sed probetur per continuatas solu-
tiones mercedis, et oriatur dubium circa tempus quo durare
debeat, recurrendum erit ad tradita in *cap.* 22. Ubi autem
habeatur probatio locationis, si in ea deficiat temporis ex-
pressio, quomodo interpretari debeat circa illud, dictum fuit
in cap. 23. Nunc autem superest, prout ibi reservatum fuit,
loqui de aliquibus dubiis, quae oriri possunt circa ipsam prae-
finitionem temporis in locatione expressam.

Signanter igitur dubitari poterit. si locatio sit facta in per-
petuum, quomodo intelligatur, habet enim haec dictio, *per-
petuo* seu *in perpetuum* varias significationes significat nem-
que tempus infinitum. Menoch. *cons.* 706. *num.* 31. Borsat. 4
cons. 227. *num.* 27. Put. *decis.* 110. *nu.* 8. *lib.* 1. sed quan- 5
doque accipitur ad vitam alicujus Bero. *cons.* 155. *numer.*
25. *lib.* 1. Paris. *cons.* 100. *num.* 39. *lib.* 4. Rul. *cons.* 84.
num. 11. *lib.* 1. *decis.* 15. *num.* 18. *part.* 7. *recent.* et pro- 6
bat text. *in l.* 1. *ff. pro soc.* quandoque usque ad tertiam ge-
nerationem. Surd. *cons.* 123. *num.* 15. Cened. *sing.* 78. *nu-
mer.* 4. Barbos. *dict.* 254. *n.* 11. *et num.* 12. ubi et quan-
doque intelligitur usque ad quartam generationem: quando- 7
que accipitur usque ad centum annos Ruin. *cons.* 143. *nu-
mer.* 11. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 706. *n.* 32. quandoque usque
ad 30. vel. 40. annos Bero. *cons.* 155. *num.* 24. *lib.* 1. Surd.
cons 123. *num.* 15. Menoch. *cons.* 706. *num.* 33. Put. *dec.*
110. *num.* 13. *lib.* 1. Quandoque etiam usque ad decem an-
nos, tantum Bero. *d. cons.* 155. *num.* 24. Menoch. *d. cons.*
706. *num* 34. et quod usque ad novem Rot. *decis.* 72. *num.* 8
5. *par.* 9. *rec.* et quod quandoque verificetur etiam in trien- 9
nio Bald. *in l. adversus* 5. *in fin.* et Salic. *nu.* 3. *in fin. c.
de usur.* Boer. *decis.* 158. *num.* 12.

Quoniam autem verus significatus est ille qui fuit primo
loco positus, cum ista sit natura distinctionis praefatae, ut 10
sine praefinitione temporis accipiatur, et se in infinitum ex-
tendat, et importet idem quod, semper, et omni tempore, ut
aliis plena mano cumulatis tradit Barbos. *dict.* 254. *n.* 2. Ro-
yas. *dec.* 94 *n.* 9. *et dec.* 284. *n.* 8. et alios varios significatus
praedictos recipiat a verbis adjunctis, Surd. *cons.* 315. *num.*
26. et a subjecta materia Bero. *cons.* 155. *num.* 24. *lib.* 1.
Menoch. *cons.* 706. *num.* 31. Surd. *cons.* 123. *num.* 15. Rim.
Jun. *cons.* 269. *num.* 67. Gratian. *discept.* 765. *numer.* 15.
et esse tritum dicit Rot. *decis* 487. *num.* 24. *part.* 9. *recent.*
Inde sequitur quod regulariter in locatione accipi debebit
sine praefinitione temporis, quodque ab hac regula receden-
dum erit, si verba quibus refertur dictio, vel subjecta mate-
ria aliud suadeant.

Quare exemplificando, si locatio sit facta uni personae, et
aliunde appareat ad ejus vitam restricta, dictio *in perpetuum* 11
non valebit illam ulterius extendere, quia bene intelligi pot-
rat ad illius vitam, ut dictum est, et maxime si relata sit 12
ipsi personae, uti si dictum quod ipse perpetuo tenere de-
beat, etc. quidquid sit ubi relata esset bonis, dicendo, verbi
gratia, bona in perpetuum concessit et locavit, ut distinguen-
do declarat Surd. *d. cons.* 315. *nu.* 52. *post med. ver. prae-
terea ut etiam.*

Et si agatur de emphyteosi *rei ecclesiasticae*, quae non po-
test fieri nisi ad tertiam generationem juxta §. *emphyteusim* 13
auth. de non alienan. vel ad lineam juxta ejus extensionem,
de qua Ales. *cons.* 110. *num.* 19. *lib.* 3. ubi de communi,
Rot. cor. Seraphin. *dec.* 1362. *n.* 7. et latius explicabitur in-
fra, tunc ex subjecta materia intelligi debebit dictio *in per-
petuum* in ea apposita ad tertiam generationem, vel ad li-
neam, ut tradit Bald. *cons.* 372. *numer.* 2. *vers. quarto lib.*
4. et aliis adductis, Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *nu-
mer.* 21.

Et licet aliqui velint praefatam dictionem operari, quod con- 14
cessio transeat etiam ad haeredes extraneos, ut dicit ipse Bald.
in *praecitato cons.* et post eum senserunt Soccin. *Sen. con-
sil.* 266. *num.* 37. *ver. secundo praemitto lib.* 2. Becc. *cons.*
88. *num.* 27. Gabro. *cons.* 76. *num.* 8. *lib.* 2. Altograd. *con-
sil.* 22. *num.* 6. *lib.* 1. Cyriac. *controv.* 146. *num.* 10. Sera-
ph. *decis.* 868. *num.* 3. Millin. *dec.* 245. *num.* 2. *in recent.
dec.* 280. *n.* 2. *part.* 1. *et dec.* 294. *n.* 4. *par.* 2. *et dec.* 548,
n. 9. *part.* 8.

Tamen prima est communis et magis communis, ut omis-
sis infinitis, qui facile cumulari possent, de communi at tes- 15

gia communi testantur Bero. *in cap. potuit num.* 125. *de locat.* Dec. *in cap. in praesentia num.* 157. *de probat.* Ruin. *cons.* 161. *num.* 10. *lib.* 1. Rolan. *cons.* 96. *num.* 19. *lib.* 1. Rot. *decis.* 381. num. 4. *part.* 5. *recent.* ubi respondet decisionibus contrariis, ostendens, quod in earum casibus concurrebant alia demonstrantia concessionem ad extraneos transitoriam.

Quare juxta hanc opinionem eadem ratione praetendi quoque posset in quacumque locatione quae, vel ratione rei, vel personae locantis, ad longum tempus fieri non valuisset, dictionem praefatam restringendam esse ad novennium, et in locatione rerum ecclesiae facta sine solemnitatibus, quae non est valida si fiat ultra triennium, restringendam esse ad triennium ratione materiae subjectae, prout supra dictum fuit eam restringi posse.

Verum animadvertendum praedictas restrictiones proce-
16 dere posse, quatenus alia verba eam patiantur, et nihil aliud concurrat pro extensione temporis, et signanter in dicta quaestione, an in emphyteusi ecclesiastica facta cum dicta dictione *in perpetuum*, etiam admissa opinione, quod non veniant haeredes extranei, ab ea receditur per quamcumque aliam conjecturam in contrarium concurrentem, etiam levem Cephal. *cons.* 9. *num.* 13. *post med.* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 21. *prope fin. ver. sed tamen si aliqua* et secuta est Rota *dec.* 381. *n.* 6. *part.* 5. *rec.*

Solet etiam saepe praefata dictio geminari dicendo, *per-*
17 *petuo, et in perpetuum*, vel aliter, et tunc aliquid magis operatur Dec. *cons.* 50. *num.* 20. *lib.* 1. et facilius procedit illa opinio quod in emphyteusi ecclesiastica veniant haeredes extranei Rot. *in recent. decis.* 294. *num.* 4. *part.* 2. et cor. Merlin. *decis.* 872. *num.* 8. licet adhuc non obstante geminatione possit restringi Ruin. *cons.* 143. *nu.* 10. *lib.* 4. Roland. *cons.* 84. *nu.* 12. *lib.* 1. Menoch. qui etiam contrarios refert. *cons.* 706. *num.* 39.

18 Quaeri etiam solet, an locatio ad vitam dicatur perpetua, vel no, in qua quaestione latissime hinc inde doctores refert Gabr. *tit. de locat. concl.* 2. et Caroc. *tit. de locat. ad vitam num.* 2. ubi dicit opinionem affirmativam esse veriorem
19 *et num* 3. reddit rationem. Item quaeri solet, an locatio ad centum annos dicatur perpetua, et idem est de locatione ad triginta, vel quadraginta annos, de quibus quaestionibus me remitto ad Caroc. *tit. de locat. in perpetuum.* quia videntur quaestiones de nomine, et sic parum utilis.

20 Supposito autem quod locatio sit vere in perpetuum, adhuc intelligitur donec solvatur pensio Bald *cons.* 372. *numer.* 2. *post med. lib.* 4. Surd. *cons.* 223. *num.* 14. *ad fin.* prout et
21 e contra si locatio sit facta, donec solvatur pensio, intelligitur facta in perpetuum, et dicitur locatio perpetua Mozz. *de contract. tit. de locat. vers. venio numer.* 9. quem refert ut sequitur Caroc. *dicto tit. de locat. in perpetuum num.* 6.

Quoniam vero superius ac etiam alibi obiter dictum fuit naturam emphyteusis ecclesiasticae esse, ut restringatur ad tertiam generationem, vel saltem ad solos descendentes, re-
22 petendo aliquanto altius materiam, sciendum prohibitam fuisse emphyteusis ecclesiasticae concessionem ultra personam accipientis, et duos ejusdem haeredes filios masculos, aut foeminas, aut nepotes, nec non etiam uxorem, vel virum, quatenus expressim nominati fuerint tantum, et non ultra, ut habetur *in* § *emphyteusim auth. de non alienan. aut. permu-*
23 *tan.* ac deinde, exceptis ecclesiis urbis Constantinopolitanae, datam fuisse licentiam aliis ecclesiis faciendi emphyteusim etiam in perpetuum, vel habetur *in* § *licentia* Auth. *de a-*
24 *lienat. et emphyt.* quae jura licet emanaverint ab imperatoribus, tamen recepta fuerunt, et quotidie allegantur, prout allegari possunt pro ecclesia canonibus non contradicentibus, juxta glos. *in c.* 1. *ver. adjuvantur de novi oper. nuntiat.* et in terminis praefatorum jurium Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *n.* 15.

Non tamen propterea intelligendum hodie indistincte licere emphyteusim ecclesiasticam libere facere ad tertiam generationem, vel pro tota descendentia, prout praedicta jura permittunt, quia notoriae sunt posteriores prohibitiones summorum pontificum ad eam deveniendi sine beneplacito apostolico, et praesertim *in extravag. ambitiose de rebus ecclesiae non alien.* in qua tamen praeservata fuit facultas libere iterum concedendi res ab antiquo in emphyteusim dari solitas prout de ea late dictum fuit in *cap.* 14. Verum, ubi non controvertatur validitas concessionis, sed quaeratur de ejus intelligentia circa propositum nostrum, videlicet quoad tempus quo durare debeat, sumenda est interpretatio ex praecitatis juribus. Et quia ab initio fuit prohibita ejus concessio ultra tertiam generationem, et propterea haec fuit primordialis natura emphyteusis ecclesiasticae, quatenus non appa- 25
reat de concessione, vel si appareat non sit in ea expressum tempus quo durare debeat sumitur interpretatio, ut ultra tertiam generationem non extendatur Jas. *in l. ait praetor* § *item si juravero num.* 4. *ff. de jur. jur.* Ruin. *cons.* 3. *n.* 19. *et cons.* 160. *num.* 10. *lib.* 1. Natt. *cons.* 3. *num.* 12. Cravet. *de antiquit. temp. part*, 4. *num.* 70. *ad fin.* Menoch. *praesumpt.* 109. *num.* 15. *lib.* 3. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. q.* 12. *n.* 3.

Et licet post modum data fuerit licentia concedendi emphyteusim in perpetuum juxta dictum § *licentiam in auth. de alienat. et emphyt.* Tamen vel dispositio in tali § *licentiam* 26
non debet attendi tamquam correcti de jure canonico per *cap. nulli* § *alienationis de rebus eccles. non alienat.* ubi post prohibitam alienationem rerum ecclesiae subjungitur, alienationis nomine comprehendi emphyteusim perpetuam, et sic admittitur dispositio *d.* § *emphyteusim*, et corrigitur dispositio *d.* § *licentiam*, ut advertit Roman. *in l. etiam numer.* 10. *in fin. vers. quarto probatur. cum seqq.* et praesertim. *num.* 12. *ff. sol. matr.* quem sequuta est Rot. cor. Coccin. *decis.* 2264 *num.* 4. et *seqq.* Vel si debeat attendi, adhuc non propterea sequitur dispositionem praecedentem, de qua *in d.* § *emphyteusim*, fuisse totaliter correctam, et attendi amplius non debere, quia correctio jurium in quan- 27
tum fieri potest vitari, et restringi debet, *cap. cum expediat de elect. in* 6. et in propriis terminis Aochar. *cons.* 134. *numer.* 1. Mantic. qui alios adducit *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 13.

Et hinc duo sequuntur, primum, ut cum jus posterius *in d.* § *licentiam* solummodo dispenset, et licentiam concedat 28
faciendi emphyteusim perpetuam, apparere debet ex investitura, quod ecclesia dicta facultate uti voluerit, et si non appareat, censetur emphyteusis concessa juxta dictam suam naturam, ut non transeat nisi ad filios, et nepotes recipientis juxta praecitatas auctoritates et bene Rot. coram Merlin. *decis.* 420. *num.* 10. *cum trib. seqq.* et cor. Cocc. *dec.* 2194. *num.* 5.

Secundum, ut cum primum jus statuat emphyteusim non transire nisi ad filios, et nepotes, et solum admittat posse transire etiam a viro in uxorem, et e contra, ubi expresse dictum sit, et non alias, et sic ubi aliud dictum non sit, faciat eam transmissibilem solum ad descendentes, dum jus superveniens solum dicit, eam posse concedi in perpetuum, et non loquitur 29
favore transversalium, intelligi potest, et debet, ut possit extendi in perpetuum favore descendentium tantum, et sic multiplicet numerum successorum non autem alteret eorum qualitatem, ut bene declarat Anchar. *in dict. cons.* 134. *num.* 1. et aliis relatis Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *numer.* 13. *et num.* 21. *ante med.* ubi de comm. Et hinc est quod passim 30
dicitur emphyteusim ecclesiasticam sui natura non transire ad extraneos, sed finita generatione reverti ad ecclesiam Gabr. *cons.* 84. *numer.* 71. *lib.* 2. Cald. *de nominat. emphyt. lib.* 2. *quaest.* 33. *num.* 23. *ver. in emphyteusi vero. et seq.* Surd. *decis.* 11. *num.* 8. ubi de magis communi Rot. *decis.* 381. *n.* 2. *part.* 5. *et dec.* 311. *n.* 4. *part.* 6. *et dec.* 427. *n.* 11. *part.* 9. *rec.*

Et licet aliqui limitent, ut hoc procedat in emphyteusi absque beneplacito apostolico aliisque solemnitatibus in alie- 31
natione rerum ecclesiae necessariis concessa Cuman. *cons.* 57. *num.* 3. Alex. *cons.* 9. *num* 9. *ver. tertio respondeo lib.* 2. Gozad. *cons.* 86. *num.* 22. Becc. *cons.* 3. *numer.* 27. Rimin. Jun. *cons.* 461. *num.* 6. *et* 7. Afflict. *decis.* 100. *num.* 2. et ibi Ursil. Tamen contrariam opinionem sequuntur alii ut adhuc retineat suam naturam ad extraneos non transeun- 32
di Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19 *numer.* 19. et hanc esse magis communem testatur Ciar. in § *emphyt. quaest.* 28. *num.* 7. *ad fin. vers. quiquid* tamen, et videtur has contra- 33
rias opiniones facile conciliari posse, ut prima procedat si ex verbis investiturae, vel aliunde appareat concedentem voluisse emphyteusim ad extraneos transire; secunda vero quando de tali voluntate non constet, et ratio differentiae est; quia quando constat de voluntate, et accedit beneplacitum, concurrit simul voluntas, et potestas, nulli enim dubium, auctoritate papae interveniente, posse fieri emphyteusim ad quoscumque transitoriam, et ita loquuntur Cuman. *d. cons.* 57. *num.* 3. et alii supra pro prima opinione adducti, quando autem non constat de voluntate, viget praesumptio, quod partes voluerint contrahere secundum dispositionem juris, et

34 naturam contractus emphyteusis ecclesiae; ut non transeat
ad eatraneos, et beneplacitum, seu confirmatio papae supplet
defectum potestatis, non autem concessionem ampliat, vel
extendit, ultra quam senserit concedens Alex. *consil.* 1a.
num. eo *lib.* 4. Surd. *cons.* 349. *num.* 6. *ad fin.* *et conr.*
361. *num.* 7. Seraph. *decis.* 981. *num.* 5. Rot. in una lucs-
na jurisdictionis cor. Pamphilio penes Marches. *de commisr.*
part. 1. *fol.* 555. *num.* 5. et ita utrumque requiri, ømpe ex-
pressionem, et solemnitates, voluit in spezie Gozad. *conr.*
39. *nu.* 1a. et usa opinionem tutiorem fatetur Covarr. *var.*
res. *c.* 17. *n.* 5. *ad fin.* *lib.* a.

Quo autem ad expressionem ubi adest investitura ad eam
35 recurrendum erit, ejusque verba ponderari debebunt ad di-
gnoscendum utrum fuerit extensa, et ad quos *cap.* 1. et ibi
Bald. *de successione feud.* Bec. cons. 83. *nu.* 15. Rot. *decis.*
286. *n.* 2. *vers. et domini port.* 4. *rec.*

At in dignoscendo utrum partes voluesiot extendere con-
cessionem, vel non, et quomodo ac praecipue, an voluerint
eam transire ultra descendentes, consistit illa magna contro-
versia, quam exagerat Mantic. *dict. tit.* 19. *n.* 3. *vers. omnir*
itaque, ubi dicit, quod DD. inter se masime dissentiunt, et
sibimetipsis contradicunt, adeont articulus videatur inex-
tricabilis: sed retentis praedictis, si concessio facta sit pro se,
et haeredibus, convincetur quidem extensa ultsa nepotes; at
non ultra descendentes, quia licet nomen haeredis aptum fit
36 comprehendere quoscumque haeredes, tam descendentes, quam
extraneos, tamen hoc procedit in materia sui natura transitorie
ad quoscumque, et ut dicitur, indifferenti, secus autem in
materia differenti, quae scilicet non nisi ad haeredes sangui-
nis, idest descendentes, sui natura est transitoria, quia tunc
de eis tantum intelligitur Ruin. *cons.* 68. *numer.* 9. *in fin.*
lib. 5. Ceph. *cons.* 400. *numer.* 22. *et seqq.* Caslin. *contr.*
10. *num.* 31. Grivel. *decir.* 18. *num.* 3. Seraph. *decis.* 868.
num. 2.

Unde dum ex supra firmatis, emphyteusis ecclesiastica sui
natura non est transitoria ad quoscumq; haeredes, sed solum
37 ad descendentes; inde sequitur, ut simus in materia differen-
ti, et sic concessio pro haeredibus de ipsis descendentibus
tantum intelligatur Gabr. *cons.* 84. *num.* 51. *et* 52. *lib.* e.
Bellun. Jun. *cons.* 48. *num.* 12. Mantic. *de tacit. d. lib.* 2a.
tit. 19. *num.* 20. ubi de veriori, idque procedit quamvis di-
ctum sit pro haeredibus, et successorib. Surd. *decis.* 11. *n.*
8. Rot. *dec.* 211. *num.* 4. *et seqq.* *p.* 6. *dec.* 427. *n.* 10. *por.*
9. *rec.*

Quod utique secus est in emphyteusi laicali, quia in ea
38 cessat dicta ratio, quae militat in emphyteusi ecclesiastica,
cum ipsa sit sui natura transitoria ad quoscumque et talis
praesumatur etiam ubi non apparet investitura, juxta tradi-
ta *in cap.* ea. *numer.* 41. et ideo sufficit esse stipulatum pro
haeredibus, adhoc, ut veniant etiam extranei Clar. *in* §. *em-*
phyteusis quaest. 28. *num.* 6. Rot. coram Merlin. *dec.* 860.
num. 8. *et decir.* 872. *num.* 2. Imo etiamsi non fuisset ex-
presse dictum de haeredibus, adhuc censerentur etiam hae-
redes in stipulatione comprehensi. juxta naturam ipsius sti-
pulationis *l. vetrres c. de controh. et committ. stipul.* Rot.
decis. 12. *num.* 33. *part.* 6. *recent.* Et cessante etiam sti-
pulatione, juxta naturam emphyteusis laicalis, de qua plene
Mant. *d. tit.* 19. *n.* 2.

39 Imo si emphyteusis ab initio fuisset a privato concessa, et
ipsi privato deinde successisset ecclesia, non propterea talis
emphyteusis regulari deberet juxta naturam emphyteusis ec-
clesiasticae, sed semper retineret suam primaevam naturam em-
phiteusis laicalis, et juxta eam judicari deberet Ancharan. *cons.*
165. *n.* 2. quem rejectis contrariis sequitur Rota cor. Cavaler.
decis 316. *num.* 6. et cor. Merl. *decis.* 860. *num.* 9. *et dec.*
872. *num.* 2. et coram Dunoz. Sen. *decis.* 164. *num.* 13. *et*
40 *seq. usque ad fin.* Nisi forte ecclesia emphyteusim acquisivis-
set loco alterius emphyteusis suae propriae, et sic ecclesiasti-
cae, itaut in ejus locum subrogaretur, quia tunc de tali opi-
nione dubitari posset, prout dubitasse videtur Rot. *in d. de-*
cis. 872. *num.* 2. *ver. aut vero volumus* coram Merlin.

41 Non tamen concessio emphyteusis ecclesiasticae facta pro
haeredibus restringi deberet ad haeredes sanguinis, si dare-
tur casus, quo concessio verificari non posset nisi in haeredi-
bus extraneis, puta si facta esset sacerdoti Socein Jun. *cons.*
187. *num.* 7. *lib.* 2. Thesaur. *decir.* 146. Rot. *decis.* 79. *n.*
6. post Salgad. *in labyr. cred. et decir.* 29. *num.* 14. *et dec.*
209. *n.* 10. *par.* 10. *rec.*

42 At hoc procedit, ubi recepta sit ab incapace habendi de-
scendentes pro se tantum, et haeredibus, secus autem si sti-
pulata sit etiam simul pro alio, qui descendentes habere va-
leat, puta pro se, et fratre, et haeredibus; tunc enim quia
posset intelligi de descendentibus fratris, non esset necesse
recedere a regula, et intelligere de extraneis, ut habetur *in*
dicto decir. 209. *n.* 10. *part.* 10. *recent.*

Item procedit si non solum adsit dicta incapacitas habendi 43
descendentes ex parte recipientis emphyteosim, sed concur-
sat etiam ejusdem incapacitatis notitia in concedente, quia
dum agitur de intelligendo contractu, et recedendo a signifi-
catione verborum, quae communiter in tali contractu pro-
cedit, non sufficit mens, et intentio unius ex contrahentibus,
sed requiritur utriusque, prout firmat Mantic. *de tacit. lib.*
3. *tit.* 4. *num.* 21. et dictum est alibi, et in bis terminis de-
claravit Rot. *in dec.* 340. *n.* 17. *part.* 11. *rec.*

Praeterea dicta opinio, quod nomen haeredum restringa-
tur ad solos descendentes, limitatur, ut procedat quatenus 44
simpliciter de haeredibus sit facta mentio, vel additum sit
aliud nomen non aptum ampliare significationem uti si
dictum pro haeredibus, et successoribus, secus autem si ad-
ditum sit aliquod signum universale aptum ampliare signi-
ficationem nominis haeredum, uti si dictum pro omnibus
haeredibus, quia tunc non posset restringi ad solos descen-
dentes. sed venirent omnes etiam extranei Bald. *in c. in*
praesentia 8. *num.* 20. *port princ. ver. quod dico de prob.*
Alex. *cons.* 30. *num.* 15. *lib.* 5. *et cons.* 195. *num.* 4. *lib.* 6.
Rol. *cons.* 96. *num.* 29. *lib.* 1. Curt. Jun. *cons.* 1. *num.* 4.
Menoc. *cons.* 282. *num.* 13. Dec. *cons.* 58. *num.* 31. ubi de
communi *lib.* e Mantic. *dr tocit. lib.* 2a. *tit.* 19. *num.* 22. et
sufficere quemcumque conjecturam etiam levem, quod par- 45
tes senserint etiam de extraneis, loquendo simpliciter de hae-
redibus, voluit Cephal. *conr.* 9. *numrr.* 13. *prope fin. vers*
tamen ubi. Quod, et certus dicendum erit si concessio facta 46
sit pro haeredibus quibuscumque, Gabr. *cons.* 76. *num.* 12.
lib. 2. Viv. *opin.* 248. *vers. sed ista sententia*, Marescot. Var.
resolut. cap. 1. *numrr.* 30. *lib.* 3. Clar. in §. *emphyteusis*
quaest. 28. *num.* 9. ubi quod haec est vera, et communis o-
pinio Rot. *dec.* 47. *n.* 3. *port.* 4. *et dec.* 548. *n.* 10. *part.* 4.
tom. 3. *rec.*

Et licet etiam in praedictis terminis concessionem restrin- 47
gi ad solos haeredes sanguinis, juxta naturam emphyteusis ec-
clesiasticae, voluerit Menoch. *cons.* 999. *nu.* e. *et* 8. *et seqq.*
et senserit etiam Rot. in romana domorum 13, maji. 1658. §.
neque contraria cor. Verospio; tamen a praecedenti tamquam
communi, et veriori non erit recedendum, nisi forte verba
adjuncta aliud suaderent, puta si verbis, haeredibus quibus-
cumque, additum fuisset, legitimo descendentibus, quia in- 48
de resultaset restrictio dictionis, *quibuscumque*, ad solos de-
scendentes, prout consuluit Morot. *consil.* 83. *num.* 7. Et i-
dem esse si dictum fuisset pro successoribus quibuscumque 49
usque in tertiam generationem, quia haec verba, usque in
tertiam generationem, important successionem, sanguinis,
Corn. *consil.* 100. *numer.* 4. *lib.* 4. Clar. *in* §. *emphyteu-*
sis quaest. 28. *num.* 2. Et ideo operantur praecedentia ver-
ba, pro haeredibus quibuscumque, intelligi de haeredibus
sanguinis, ne videatur contrahentes incontinenti se correxis-
se, prout late declaravit Rot *dec.* 407. *n.* 4. *et* 5. *part.* 4. *rec.*

Caeterum dicta communis conclusio, quod emphyteosis
concessa pro haeredibus quibuscumque, quamvis ecclesiastica 50
transeat ad extraneos, ampliatur etiam, ut procedat, si dictum
fuisset, pro masculis quibuscumque ut docuit Bald. *in l.* 1.
num. 27. *vers. trigesimo quarto*, *ff. de rer. div. et in cap.*
imperialem in princ. num. 19. *de prohib. feud. alienat.* per
Federic. et aliis adductis sequitur Mantic. *de tacit. lib.* 22.
tit. 19. *n.* 23.

Secundo ampliatur dicta opinio, ut veniant etiam singula-
res successores, et haeredes extraneos quando dictum est, pro 51
haeredibus, et successoribus quibuscumque, Paris. *cons.* 71.
num. 42. ubi de communi *lib.* 3. Gabr. *cons.* 26. *num.* 11.
et seqq. ubi de magis communi *lib.* 2. Surd. *conr.* 440. *num.*
11. *et seq.* Mantic. *dec.* 18. *n.* 5. Rot. *dec.* 491. *n.* 8. *et dec.*
780. *n.* 5. *por.* 3. *rec.* Et quod veniet legatarius, Viv. *opin.*
248. *vers. limitatur etiam.*

Tertio ampliatur, ut dictio, *quibuscumque*, operetur etiam-
si non sit in ipsa dispositiva concessionis, sed in alia parte in- 52
strumenti, uti si sit in pacto caducitatis ob non solutum ca-
nonem Gabr. *conr.* 76. *num.* 13. *lib.* 2. vel in ea parte, in
qua concedens promittit facere consentire omnem personam
Rot. *decis.* 280. *n.* 2. *ver. atq; ex dictione part.* 1 *rec.* vel
in promissione canonum, ut dictum fuit per Rot. *in Brixien.*
feudi 1. *julii* 1592. §. *praesertim quia* coram Pamphilio,

et generaliter in quacumque parte instrumenti, ut dictum
fuit in una romana devolutionis domus 15. januarii 1672. §.
certi, et indubitati juris, coram reverend. Matthejo. Imo e-
53 tiamsi adsint extra ipsam concessionem in ejus confirmatione
adhuc per eam declarari sufficienter concessionem ipsam, ut
sit transitoria ad extraneos. firmavit Altogr. *in cons.* 22. *n.*
54 7. *ver. tertia declaratio lib.* 1. Quod tamen intelligendum
procedere si verba non possint juxta naturam contractus re-
stringi ad descendentes, et in eis aliquid operari, alias enim
sunt restringenda, prout in caso quo in prohibitione aliena-
tionis non solum facta erat mentio de haeredibus, et succes-
soribus, sed etiam additum erat, et de aliis ab investito cau-
sam quomodolibet habentibus, censuit Rot. cor. Bichio *in de-
cis.* 483. *num.* 41. *vers. quod prohibitio, et seqq*, ubi voluit
dicta verba intelligi posse de consanguineis remotioribus in
investitura comprehensis, quia a proximioribus, etiam per
viam alienationis causam haberent, quod, et comprobatum
fuit *in dec.* 340. *n.* 8. *et* 9. *part.* 11. *recent.*
65 Quarto ampliatur sufficere stipulationem esse conceptam
cum clausula caeterata *pro se etc.* quia cum talis clausula so-
leat extendi, *pro se, haeredibus, et successoribus, quibuscum-*
56 *que*, ipsa sola est sufficiens concessionem ad haeredes extraneos
extendere prout sensit Rot. coram Serap. *decis.* 703. *nu.* 2.
et in decis. 359. *num.* 19. *part.* 5. *recent.* relata etiam per
Ciarlin. *controv.* 6. *num.* 60. *et decis.* 321. *nu.* 2. *part.* 11.
recent.
Verum ista ampliatio non caret difficultate, quia praefata
57 clausula potest commodissime intelligi juxta naturam contra-
ctus, pro se, haeredibus, et successoribus sanguinis, et ideo
ita intelligi debet, ut post alios sensit Barbos. *claus.* 111. *n.*
3. et istam opinionem tamquam veriorem amplexa fuit no-
68 vissime Rot. *in decis.* 340. *num.* 5. *part.* 11. *recent.* ubi re-
spondet dictae decisioni Seraphini, quod ibi res non erat cum
ecclesia, neque de illius interesse agebatur, sed cum aliis, qui
inter se contendebant de successione.
Praeterea idem, quod dictum est de stipulatione pro se, et
59 haeredibus quibuscumque, procedit etiam in stipulatione *pro
se, et quibus dederit*, quia istae duae clausulae aequiparantur
Paris. *cons.* 3. *num.* 12. *lib.* 1. Curt. Jun. *cons.* 4. *num.* 4.
Roland. *cons.* 3. *numer.* 64. *et cons.* 42. *numer.* 11. *lib.* 1.
Lancell. Gall *cons.* 84. *num.* 44. Surd. *cons.* 475. *num.* 25.
Becc. *cons.* 88. *num.* 22. Bellon. Jun. *cons.* 30. *numer.* 4.
Mantic. *decis.* 18. *num.* 5. *vers. nam haec verba* et ideone-
60 que faciunt emphyteusim transitoriam ad haeredes extraneos
quamvis sit ecclesiastica Roland. *cons.* 55. *num.* 33. *lib.* 3.
Statil. de Salriano *inspectione* 3. *cap.* 4. *numer.* 264. Rot.
decis. 280. *num.* 1. *vers. quibus dederit part.* 1. *et decis.*
185. *num.* 2. *part.* 4. *et dec.* 548. *num.* 8. *part.* 4 *tom.* 3.
recent. imo, et quod clausula *quibus dederit* sit fortior, et
magis operetur in hoc proposito, quam stipulatio *pro haere-
dibus, et successoribus quibuscumq;* voluit Morot. *cons.* 30.
num. 2.
61 Volunt tamen aliqui praedictam clausulam operari solum
ad favorem primi acquirentis, scilicet, ut iste possit emphy-
teusim transmittere ad extraneos, non autem alii ejus descen-
dentes Becc. *cons.* 161. *num.* 18. *vers. comprobatur, et seq.*
Ciarlin. *contr.* 6. *num.* 26. Ciroc. *discept.* 59. *n.* 47. Gregor.
decis. 529. *n.* 3. *et ibi add. n.* 22. Rot. *dec.* 11. *n.* 1. *part.*
1. *divers.*
62 At in contrarium faciunt late tradita per Rolan. *cons.* 55.
num. 54. *vers. similiter non obstat lib.* 3. ubi quod facultas
alienandi etiam si data mediante dictione personali, *ipsi*, ta-
men non sit restringenda ad primum sed suffragetur etiam
63 pro aliis successoribus, et pro concordia posset distingui, ut
prima procedat in emphyteusi ad tertiam generationem, in
quibus terminis loquitur *d. decisio* 11. *num.* 2. *vers. non
obstat part.* 1. *diver.* vel aliunde appareret esse emphyteu-
sim stipulatam pro descendentibus, secus autem quando a-
liunde non dignoscitur esse stipulatam emphyteusim pro so-
lis descendentibus, quia in primo casu, ut salvetur in aliqua
parte stipulatio, et ejus descendentium, restringitur vis di-
ctae clausulae, ut solus primus acquirens possit alienare, et
praejudicare vocatis, in altero vero omnes Cald. *de nominat.
emphyt. quaest.* 23. *numer.* 31. *ad fin. vers. quod maxime
observandum est*, Corbul. *de caus. privat. ob alienat. limit.*
64 3. *in fin.* et generaliter dicta clausula, quibus dederit, restri-
ctionem patitur, et limitatur ab aliis clausulis, ita ut natu-
ram contractus non alteret Dec. *cons.* 171. *num.* 3. *vers.* 4.
et ultimo Becc. *cons.* 161. *nu.* 7. *et late seqq.* Menoch. *cons.*
65 61. *num.* 23. ubi quando emphyteusis est restricta ad certas
personas, dicta clausula potest operari facultatem alienandi
inter illas Rot. *decis.* 502. *n.* 10. *et* 11. post Cenc. de Cens.
infringitur tamen virtus dictae clausulae signanter per pro-
hibitionem alienationis, de qua Dec. *in d. cons.* 171. et di-
cam infra, et hanc esse differentiam inter clausulam, quibus 66
dederit, et clausulam, pro haeredibus quibuscumque, ut pri-
ma infringatur per prohibitionem alienationis, non autem
secunda Rot. cor. Dunozet Jun. *decis.* 760. *n.* 20.
Praedictae autem clausulae *pro se, et quibus dederit*, si- 67
milis est clausula. *pro se, et ab eo causam habentibus*, quae
propterea facit eodem modo emphyteusim ad quoscumque
transitoriam Socin. Jun. *cons.* 1. *num.* 35. *ad med. et seqq.
lib.* 4. Bero. *cons.* 65. *numer.* 75. *et seqq. et num.* 97. *lib.* 1.
Natt. *cons.* 156. *num.* 12. Cravet. *cons.* 84. *num.* 11. et alii
quos refert Becc. *cons.* 88. *num.* 23. et idem est de clausula, 68
ac de ea faciendi, et disponendi ad libitum voluntatis, ut
plenissime firmatur *in dec.* 268. *num.* 4. *part.* 12. *rec.*
Posset tamen eodem modo virtus dictae clausulae esse re-
stricta ad primum acquirentem, scilicet ut ipse solus valeret 69
ad extraneos transmittere, prout in casu quo concessio erat
facta quibusdam marchionibus per se, haeredesque suos, et
successores ex ipsis legitime descendentes, seu causam haben-
tes ab eisdem etc. consuluit Ruin. *cons.* 39. *num.* 11. *post
med. vers. non obstat etiam lib.* 1. ubi dicit quod quatenus per
praedicta ultima verba, seu causam habentes ab eisdem, di-
catur concessa facultas alienandi, intelligitur data solum pri-
mis acquirentibus, quia dum clausula dicit, haeredesque suos
et successores ex ipsis legitime descendentes, intelligitur de
descendentibus ab ipsis Marchionibus investitis, et ideo eo-
dem modo intelligi debent verba sequentia, seu habentes cau-
sam ab eisdem, attenta praesertim natura illius alternativae,
seu quae est ut una pars illius, quae sit obscura, declaretur
ab alia.
Praeterea non operaretur mentio causam habentium ab em- 70
phyteusis, ubi non esset in dispositiva, sed alibi, puta in pro-
hibitione alienandi, quia non valeret alterare tenorem ipsius
dispositivae, nam intelligi posset de habentibus causam juxta
illam, ut censuit Rot. coram Bichio *dec.* 483. *n.* 42. *et in re-
cent. dec.* 390. *n.* 8. *et* 9. *part.* 11. *et dec.* 67. *n.* 13. *et* 15.
post Tondut. *de pension.*
Sunt et aliae clausulae. quae operari possunt ut emphyteu- 71
sis ecclesiastica intelligatur ad haeredes extraneos transitoria
sed praecipue consideratur clausula *ad habendum etc.* nam
est multum solita apponi, praecipue quando concessio est fa-
cta per instrumentum a notario receptum, et habet dictam
virtutem transfundendi emphyteusim sui natura transito-
riam ad solos descendentes in emphyteusim haereditariam
Cravet. *cons.* 256. *numer.* 4. et latissime Laderch. *con-
sil.* 1. *per tot.* Becc. *cons.* 88. *num.* 20. *ver. secundo cum
pluribus seqq.* Cavaler. *decis.* 219. *num.* 11. *et* 12. *et de-
cis.* 293. *numer.* 2. Buratt. *decis.* 295. *numer.* 2. Duran.
decis. 294. *num.* 3. Rot. *decis.* 287. *per tot. et dec.* 438. *n.*
2. *et decis.* 642. *num.* 4. *part.* 1. *et decis.* 26. *numer.* 2. *et
ibi Add. numer.* 11. *et seqq.* ubi innumeros refert *part.* 3.
recent.
Verum licet praedicta opinio sit communis, et a Rota sae-
pissime approbata, ut patet ex praecitatis decis. et aliis quas 72
sciens omisi, tamen alii, et eadem Rota quandoque etiam di-
xit, clausulam praedictam intelligi juxta naturam contractus,
et non valere illam alterare, ut Menoch. *cons.* 61. *num.* 20.
et latius *cons.* 545. *num.* 5. Bertazzol. *cons. civil.* 73. *num.*
74. Rot. coram Merlin. *decis.* 638. *numer.* 4. *ad fin.* coram
Royas *dec.* 402. *num.* 5. *in rec. decis.* 60. *n.* 12. *part.* 5. *et
dec.* 427. *n.* 11. *part.* 9.
Conciliantur autem praedictae contrariae opiniones, ut pri-
ma procedat ubi clausula sit in parte dispositiva, secunda ve- 73
ro ubi sit inter clausulas executivas Ciarlin. *contr.* 6. *num.*
27. Burat. *decis.* 87. *num.* 6. *et* 20. *in rec. decis.* 204. *num.*
7. *part.* 2. *et decis.* 452. *num.* 3. *et seqq. part.* 9. et in exe-
cutivis tunc esse dicitur cum est posita post firmatam acqui- 74
sitionem Ceph. *cons.* 17. *num.* 24 Surd. *cons.* 551. *numer.*
20. Ciarl. qui alios refert *contr.* 6. *num.* 28. secus autem si 75
est post verbum, investientes, in sermone continuato et im-
mediate post dispositivam quamvis perfectam Bec. *cons.*
88. *num.* 49. Rot. *decis.* 294. *num* 7. *part.* 2. *et decis.* 286.
num. 7. *part.* 3. *recent.* Et dicitur etiam in parte dispositi- 76
va cum est immediate post descriptionem bonorum ante clau-
sulam *hanc etc.* et ante promissionem canonis Laderch. *cons.*
1. *n.* 14. ut pluribus relatis *decis.* dicit Burat. *dec.* 87 *n.* 7.
et ultra ibi relatas decisiones *in rec. dec.* 452. *n.* 9. *part.* 9.

77 Verum non desunt etiam decisiones expresse volentes, quod
etiam in primo casu, ubi videlicet dicta clausula est in parte
dispositiva, restrictionem recipiat ad limites contractus, cui
apponitur, et non alterare ejus naturam, et ideo non facere
emphyteusim ecclesiasticam transitoriam ad extraneos, ut si-
gnanter habetur *in d. decis.* 427. *num.* 11. *et* 12. *part.* 9.
recent. ubi quod pluries dixit Rota et ultra decisiones ibi
adductas, fuit etiam novissimo dictum in una Bonien. seu
Ferrarien. bonorum emphyteuticorum 1. aprilis 1669. §. *ne-*
que talem coram reverendissimo D. meo Calataju, at opi-
78 nio ista procedit si emphyteusis sit concessa sine solemnita-
te beneplaciti apostolici, quia sine eo deficit potestas facien-
di eam transitoriam ad extraneos, ut dictum est supra, et in
his terminis loquitur, istaque ratione praecipue movetur Rot.
in d. dec. 427. *num.* 15. *part.* 9. *recent.* alias tamquam con-
79 tra communem debet restringi, ut procedat quatenus ex aliis
verbis dignoscatur emphyteusis stipulata solum pro descen-
dentibus, tunc enim applicatur dictam clausulam non tribue-
re facultatem alienandi in extraneos in praejudicium vocato-
rum, ne in una eademque investitura inducatur manifesta
contrarietas, et repugnantia, prout dicit Rot. *in d. dec.* 427.
num. 13. *et* 14. ubi plurimi cumulantur hanc rationem pon-
derantes, et bene distinguendo declaratur *in dec.* 74. *n.* 8. *et*
seq. usque ad 14. *part.* 6. *et dec.* 175. n. 9. *part.* 13. *rec.*
80 et consonant decisiones, quae dicunt praefatam clausulam
non operari in praejudicium vocatorum, sed solum concedén-
tis ut coram Gypsio penes Giovagn. *cons.* 44. *num.* 108. *et*
seqq. lib. 2. coram Cavaler. *dec.* 293. *n.* 4. et coram Durano
dec. 212. *n.* 20.
Procedit autem dicta restrictio praefatae clausulae facilius
81 si sit coarctata, alias enim si sit extensa cum facultate expres-
se disponendi ad libitum, importat aperte emphyteusim esse
ad extraneos transitoriam Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19.
num. 25. Altograd. *cons.* 22. *num.* 6. *vers. at hoc casu lib.*
1. Rota *decis.* 268. *num.* 2. *part.* 12. *recent.* et in una ro-
mana devolutionis domus 15. jnon. 1672. §. *multum etiam*
coram R. P. D. Matthejo et non valet restringi per verba se-
82 quentia ne inducatur correctio Soccin Sen. *cons.* 43. *nu.* 4.
vers. sed ad haec dicta lib, 4. Rot. coram Cavaler. *dec.* 219.
num. 13. et in una nonantulana bonorum, impressa per Gio-
83 vagn. *cons.* 44. *numer.* 85. *lib.* 2. et quod si ampla apposita
neque restringatur per antecedentia Cavaler. *dec.* 293. *nu-*
mer. 4.
Quoniam vero ratio cur dictae clausulae demonstrent em-
84 phyteusim esse transitoriam ad quoscumque, est quia conti-
nent facultatem alienandi, inde sequitur, ut ubicumque con-
cessa est talis facultas emphyteutae, resultet, ut emphyteusis
sit etiam ad extraneos Dec. *cons.* 171. *num.* 2. Curt. Jun.
cons. 4. *num.* 3. Burat. *decis.* 87. *num.* 11. *et* 12. et multo
magis si data facultas alienandi expresse in extraneos, vel
per viam contractus Rota *dec.* 294. *num.* 6. *part.* 2. *recent.*
85 Et attenduntur etiam alia verba, et conjecturae voluntatis
comprehendendi extraneos si adsit potestas Cephal. *cons.* 9.
n. 17. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *n.* 22. *et seq* Rot. *dec.*
381. *num.* 6. *part.* 5. *rec.*
86 Unde si concessa sint omnia, et singula jura, et actiones quas
habet ecclesia cum clausula *ponens in locum, et jus ipsius ec-*
clesiae ut in rem propriam, arguitur data facultas, alienandi
in quoscumque, et sic emphyteusim esse ad extraneos tran-
sitoriam in romana domus s. Eustachii impressa per Giova-
gnon. *cons.* 44. *num.* 73 *lib.* 2. facit Soccin. Sen. *cons.* 266.
num. 39. *lib.* 2. et ad idem ponderatur etiam reservatio di-
87 recti dominii, quia censentur concessa omnia jura non reser-
vata, ut in dicta decis. romana domus s. Eustachii. *num.* 73.
vers non obstat clausula. et multo magis si talis reservatio
sit posita immediate post clausulam, *quidquid placuerit fa-*
ciendum ut in decis. 294. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* ad idem
88 ponderatur etiam, quod prohibita sit alienatio solum in ma-
nus mortuas quia inde arguitur in alios quoscumque conces-
sa, ut fuit firmatum in una romana seu Albanen. Vineae 20. ju-
nii 1670. *ver. quod autem versemur* coram R. P, D. meo
Albergato, quae est post Torr. *de pact. decis.* 81. et genera-
89 liter ubicumque prohibitio alienandi limitatur in certis casi-
bus, quia praesupponit in necessarium antecedens facultatem
alienandi in casibus non exceptis, ut fuit dictum in Imol. bo-
norum coram Pamphilio impressa per Giovagn. *d. cons.* 44.
n. 78. *lib.* 2.
Ponderari etiam solet pactum. quod in casu alienationis
90 debeat solvi laudemium, quia cum extranei tantum laude-
91 mium solvere debeant, ex tali pacto arguitur bona ad ex-
traneos posse devenire Cephal. *cons.* 27. *num.* 19. *et seqq.*
Gabr. *cons.* 84. *num.* 10. et 11. *lib.* 1. Ludorch. *cons.* 1. *n.*
15. Anna *allegat.* 106. *num.* 3. Redoan. *de reb. eccl. non a-*
lien q. 66. *num.* 25. *et seqq.* Verum quoniam dari potest ca-
sus, ut etiam descendentes solvere teneantur laudemium, uti
si res dividua ad plures aequales in gradu delata, uni tantum
per eos tribuatur, qui aliis pretium refundat Cephal. *cons.*
195. *num.* 26. et alii plenissime cumulati per Bursat *cons.* 92
137. *num.* 7. *et cons.* 181. *num.* 9. *et seqq.* Inde sequitur, ut
praedictum argumentum parum vel nihil urgeat, ut dixit
Rota coram Bichio *dec.* 483. *n.* 45.
Prout etiam ponderari solet pactum affrancandi, si adsit
in investitura, nam etiamsi affrancatio adhuc facta non sit, 93
demonstrat emphyteusim transitoriam ad extraneos, eum fa-
ciat, ut de contractu judicetur tamquam de emptione et ven-
ditione Curt. Jun. *cons.* 82. *per tot.* Crot. *cons.* 72. *numer.*
41. *et* 42. Ceph *cons.* 329. *numer.* 45. *et* 55. Gratian. *disc.*
477. *num.* 10. *et seqq.* Cyriac. *contr.* 72. *numer.* 11. *et seq.*
Rot. *decis.* 524. *num.* 3. post Cenc. de Cens. verum ad hoc
quoque pactum respondit Rot. *in d. decis.* 483. coram Bi-
chio *sub. num.* 31. dicens quod ubi non fuit effectuatum, et 94
non est necessarium, sed facultativum, nihil operatur, ex
Grat. *disc.* 477. n. 16. et Rot. *decis* 359. *n.* 31. *et* 32. *part.*
5. *recent.*
Facit quoque conjecturam, quod concessio sit extraneorum
quoque favore facta, si non sit pro modico canone, sed pro 95
pensione, quae de tempore concessionis corresponderet fru-
ctibus Ruin. *cons.* 161. *num.* 33. *in fin.* et *seqq. lib.* 1. Ri-
min. Jun. *cons.* 461. num. 25. Becc. *cons.* 3. *num.* 23. *et* 24.
Ceph. *cons.* 9. *num.* 12. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. n.
32. *in fin.* Caval. *decis.* 316. num. 5. *ad med.* Gregor. *dec.*
519. *num.* 3 Burat. *decis.* 434. *num.* 4. *et ibi Add.* Et pro-
cedere non modo quando pensio aequat fructus, sed etiam 96
quando est mediocris, ita ut non possit dici minima Gratian.
cons. 128. *numer.* 8. *lib.* 2. Thes. *decision.* 20. *numer.* 8.
Surd. qui alios allegat *decis.* 198. *numer.* 3. *vers. et pro-*
cedit.
Verum dicta conjectura non sufficit si ex verbis contractus
apparet esse emphyteusim restrictam ad descendentes, ut re- 97
spondit Rot. coram Bichio *dec.* 483. *n.* 26. *et in rec. decis.*
664. *n.* 4. in *fin. par.* 1. *et dec.* 69. num. 4. *par.* 5. *et dec*
175. *n.* 7. *par.* 13.
Et attenduntur etiam. faciuntque conjecturam circumstan-
tiae, uti si concessa res sterilis, et inculta vel ruinosa ad me- 98
liorandum, quia inde praesumitur, quod qui suscepit cum o-
nere meliorandi, senserit habere rem perpetuo et ad quos-
cumque transmissibilem Bero. *cons.* 98. *numer.* 12. *et seq.*
lib. 1. ubi quod hoc casu si res fuit meliorata, dicitur con- 99
cessio transitoria ad extraneos de sui natura, non attentis ver-
bis investiturae, quia non debet emphyteuta excludi a fructu
suorum laborum Becc. *cons.* 3. *num.* 29. ubi hoc tribuit fa-
vori, et privilegio culturae Paregr. *cons.* 8. *num.* 18. *lib.* 3.
Altogr. *cons.* 22. *num.* 7. *vers. secundo qualitas* ubi de do-
mo, quae indigebat reparatione *lib.* 1. et idem de simili do-
mo prius consuluit Gabr. *cons.* 76. *num.* 10. *et num.* 14. *et*
seq. lib. 1. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 24. num. 16. et *de-*
cis. 17. *numer.* 3. *et* 5. et hinc ergo concessionem domus
esse transitoriam ad quoscumque ex eo quod esset in urbe,
et facta paulo post excidium, seu depraedationem ejusdem
ex quo tunc generaliter domus sunt ruinosae, censuit Rot.
in romana devolutionis domus 15. januarii. 1672. §. *inspe-*
cta praecipue et §. *suadent.* coram R. P. D. Matthejo.
Verum hoc argumentum non relevaret si adesset pactum 100
expressum de meliorando, et restrictio concessionis ad hae-
redes sanguinis, vel alias certas personas, quia tunc finita
per deficentiam personarum vocatarum emphyteusi, non ex-
cluditur emphyteuta a fructu suorum laborum ex facto do-
mini, sed ex pacto convento, et proprio consensu, ut respon-
dit Rot. cor. Bich. *decis.* 483. *num.* 30. Prout etiam non re-
levaret, quod ab initio res fuisset sterilis, et inculta, si po- 101
stea deventum fuisset ad secundam investituram, et de tem-
pore factae secundae investiturae, quae esset attendenda, res
meliorata, et fructifera effecta fuisset, ut consideratur in *ea-*
dem dec. num 29. *et in decis.* 115. *n.* 10. *et.* 11. *part.* 12.
recent.
Attenditur etiam observantia, et ex ea arguitur emphyteu- 102
sim esse ad extraneos transitoriam Ruin. *cons.* 161. *numer.*
33. *et* 34. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 76. *num.* 16. *lib.* 2. Giovagn.
cons. 44. *num.* 74. *lib.* 2. Millin. *decis.* 245. *num.* 2. *vers.*
et videbatur in rec. decis. 381. *numer.* 12. *par.* 5. et quod

plurimum faviat ista observantia *decis.* 452. *numer.* 13.
part. 9.
103 Deducitur vero observantia ex investitura praecedente ei,
de qua agitur, si enim erat transitoria ad extraneos, innova-
ta non praesumitur, nec ab ea recessum creditur Castr. *cons.*
142. *num.* 3. *vers. non autem lib.* 2. Dec. *cons.* 390. *numer.*
3. Menoch. *cons.* 1. *nu.* 124. Surd. *cons.* 5. *num.* 62. et alii
late congesti per Addeo. *ad dec.* 26. *num.* 23. *ut seqq. part.*
4. *recent.* et in romana domus s. Eustachii penes Giovagnon.
cons. 44. *n.* 74. *lib.* 2.
104 Sed haec est praesumptio quae cessat ubi ex tenore secun-
dae investiturae apparet, a prima recessum Mantic. *de tacit.*
lib. 23. *tit.* 20. *num.* 22. Menoch. *cons.* 400. *num.* 3. *decis.*
555. *num.* 11. *part.* 2. *rec.* Bich. *decis.* 483. *numer.* 38. *ut*
seq. et licet fiant multae quaestiones super hoc, an, et quan-
do dicatur recessum, vel non, et multa propterea dici pos-
sent, tamen ne nimis divertam, remitto lectores ad feudistas
et de materia emphyteusis ex professo tractantes, et solum
breviter, et generaliter dico, quod ubi agitur de emphyteu-
si ecclesiastica, si nova concessio est facta sine solemnitatibus,
105 superfluum est tractare de voluntate recedendi, quia deficit
potestas, quando recessus est praejudicialis ipsi ecclesiae, secus
autem quando est ad ejus utilitatem, et commodum Surd.
cons. 440. *numer.* 48. Gabriel. *cons.* 80. *numer.* 16. *lib.* 2.
Royas *decis.* 402. *numer.* 6. Bich. *decis.* 517. *numer.* 11. *et*
seqq. in recent. decis. 211. *num.* 15. *part.* 6. *et decis.* 112.
numer. 18. *part.* 11. sed supposita potestate debet apparere
106 clare, et evidenter et ex verbis necessario inferri voluntas, alias
recessum non censetur late Surd. *cons.* 5. *num.* 62. *et seqq.*
Gabr. *cons.* 69. *num.* 38. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 23. *tit.*
21. *num.* 15. Merlin. *decis.* 150. *num.* 4. et 5. *et decis.* 872.
num. 1.
107 Apparet autem si expresse aliquid additum, vel detractum
formae antiquae, et tunc dicitur nova concessio Petr. de Gre-
gor. *de concess. feud. par.* 5. *q.* 3. *n.* 19. Iotrigliol. *de feud.*
cent. 1. *q.* 24. *num.* 60. *et seqq.* Seraph. *decis.* 1362. *num.*
108 3. Et in iis quae expresse contradicunt primae, non recipit
interpretationem ab ea Bero *cons.* 71. *num.* 44. *lib.* 1. Man-
tic. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 21. *num.* 12. et in proposito satis
109 diceretur differre a prima, circa ejus extensionem ad extraneos,
si in secunda deficeret in stipulatione pro haeredibus, et suc-
cessoribus clausula caetera, quae aderat in prima Rot. *de-*
cis. 321. *num.* 14. *vers. quoniam in posterioribus part.* 11.
recent.
110 Praeterea observantia deducitur etiam ex subsecutis post
investituram, puta si res concessa quandoque transivit ad ex-
traneos, sive per successionem, sive per venditionem, et ec-
clesia non acceptavit devolutionem, sed illos admisit, etiam
tacite, uti recipiendo ab eis canones Rota penes Giovagn.
111 *cons.* 44. *num.* 74. *lib.* 2. Verum licet magnum indicium sit
admissio extraneorum titulo haereditario succedentium, le-
vissimum tamen est, quod deduci potest ex consensu prae-
stito alienationi inter vivos, quia passim praestatur ab eccle-
siis ad effectum assequendi laudemium, tales enim aliena-
112 tiones non censentur afferre praejudicium ex quo per eas im-
mutatur tantum persona emphyteutae, ut consideravit Rota
coram Seraph. *decis.* 1290. *num.* 11. et in reliquis nihil in-
novatur concessio Rot. coram Zarate *decis.* 59. *num.* 17. ei-
113 si forte novo emptori data esset nova investitura expresse ex-
traneos comprehendens, quia tunc inde resultaret observan-
tia, et ex ea argumentum, quod talis etiam esset antiqua, ut
firmavit Rot. coram Bichio *decis.* 112. *num.* 17. *vers. cum-*
114 *que concessa, et seqq.* et idem esset si non fuisset processum
per viam novae investiturae, sed per viam consensus ven-
ditioni dati, quia etiam in simili consensu solent inseri pacta
ita ut dicatur renovatio investiturae, ac etiam nova concessio
Castrens. *cons.* 329. *n.* 2. *vers. sed in secunda parte lib.*
2. Magon. *decis. Luc.* 14. *numer.* 44. Rot. *decis.* 669. *n.*
4. *vers. imo ex diversitate part.* 1. *et dec.* 182. *nu.* 1. *part.*
6. *recent.*
Est etiam alia circumstantia valde notabilis per quam em-
phyteusis ecclesiastica reputatur perpetua, et transitoria ad
115 quoscumque contra dictam ejus naturam, videlicet, si non ap-
pareat investitura, seu concessio ab ecclesia facta, sed sola re-
cognitio ipsius ecclesiae in dominam facta ab emphyteuta,
tunc enim licet in tali recognitione facta sit concessio pro re-
cognoscente, et ejus haeredibus, intelligitur etiam de extra-
neis, quia debet ecclesia esse contenta, quod acquisierit pro-
bationem sui dominii, quod aliunde probare non poterat, nec
debet ulterius velle praetendere restrictionem emphyteosis
ad solos descendentes, ut tradunt Grat. *cons.* 55. *num.* 8. *in*
fin. lib. 1. Bursat. *cons.* 48. *num.* 22. *ut cons.* 92. *num.* 30.
Rimin. Jun. *cons.* 461. *n.* 31. *et seq.* Clar. *in* §. *emphiteusis*
q. 28. *n.* 8. *vers. unum tamen scias,* Mantic. *de tacit. lib.* 22.
tit. 19. *n.* 31.
Habui tamen in facto, et obtinui sententiam super devo-
lutione ex solo instrumento recognitionis ecclesiae in domi-
nam absque investitura, sed licet veniret contra advocatus de
primariis, adhuc numquam adduxit dictam conclusionem, et
quatenus adduxisset praecogitabam eam non tantum impu-
gnare quantum evitare, dicendo non applicari, quia praedi-
cti doctores loquuntur in casu quo verba recognitionis pos- 116
sunt intelligi de quocumque haerede, quod secus erat in ca-
su illo, quia aderat pactum aperte repugnans successioni ex-
traneorum.
Conclusio autem praedicta quod emphyteusis ecclesiae prae- 117
sumitur transitoria ad quoscumque, ubi probetur per solam
recognitionem emphyteutae, eo certius procedet si constat,
quod bona non fuerint ab ecclesia concessa, sed per laicum
ipsi submissa, et in emphyteusim recepta, cum militet for-
tius dicta ratio; quare san. mem. Urbanus octavus praecepit 118
in statu Urbini bona emphyteutica ecclesiarum posse quo-
cumque titulo in extraneos transferri, nec valere ecclesias a-
lienationes impugnare, sed teneri eis consentire eo quia in
eo statu omnia fere bona sunt emphyteutica, non quidem
concessa laicis per ecclesiasticos, sed quae ipsi laici submise-
runt dominio ecclesiae ad evitandam illorum devastationem,
et confiscationem propter inimicitias, et bella, quae tunc vi-
gebant, prout in brevi, quod refertur per Rot. coram Celso
decis. 192. *num.* 1. *ut seqq.* et eadem forte ratione emanavit
constitutio Bonifaciana, quae idem continet, et viget Ferrariae 119
relata per Amat. *dec. Ferrarien.* 10. de qua meminit etiam
Duranus *dec.* 252. et concordia quae viget Ravennae relata 120
in statut. *lib.* 4. *cap.* 14. de qua *in decis.* 94. post Merlin. *de*
legit. et similis etiam consuetudo abbatiae Farfen. de qua
meminit Rota coram Penia *decis.* 1192. *et decis* 1201. *num.*
2. et eamdem vigere consuetudinem in abbatia Nonantulae, 121
vidi his diebus in relatione facta cujusdam causae per vicarium
illius eminentissimo protectori, et de simili indulto san. mem.
Innocent. octavi super bonis emphyteuticis Cesenae, meminit 122
Rota in una caesenaten. emphyteusis coram Meltio quae est
inter impressas post Salgad. *in labyrint. cred. decis.* 38. *nu-*
mer. 10.
Ex praedictis igitur clausulis, et pactis, ac aliis circumstan-
tiis praecipue argui solet recessum fuisse a natura emphyteu-
sis ecclesiasticae, et facta concessio transitoria ad quoscumque
extraneos, sed non desunt etiam quae arguunt contrarium.
Et ad hunc effectum praecipue ponderari solet prohibitio alie- 123
nationis, quia ipsa ad extraneorum exclusionem directo ten-
dit, ut dicit Rot. cor. Bich. *decis.* 483. *num.* 11. et est adeo
efficax, ut virtutem clausulae *ad habendum* per quam dictum 124
est supra effici emphyteusim ecclesiasticam ad extraneos tran-
sitoriam, infringat, et elidat Bald. *cons.* 465. *numer.* 5. *lib.*
5. Grat. *disc.* 344. *num.* 11. Sperel. *decis.* 120. *numer.* 50.
Rot. *decis.* 74. *num.* 11. *et decis.* 211. *num* 8. *et seq. par.*
6. *et decis.* 423. *num.* 20. *et seqq. part.* 9. *rec.* ut idem est 125
de clausula *quibus dederis* Dec. *cons.* 171. *numer.* 3. *vers.*
quarto ut ultimo, et de clausula *in perpetuum* Rot. *dec.* 321
n. 8. *part.* 11. *rec.* et generaliter de omnibus clausulis Rot. 126
dec. 211. *d. n.* 8. *par.* 6. ut cor. Bichio *dec.* 483. *n.* 12. *et n.*
24. *et d. dec.* 321. *n.* 9.
Non desunt tamen etiam contrarium volentes, quod scili- 127
cet non sit verum ut per prohibitionem alienandi censeatur
recessum a facultate transferendi in extraneos per clausulas
praecedentes concessa, et reddunt rationem, quia inducere-
tur superfluitas, imo subitanea correctio, et repugnantia in
sermone contra regulas juris, ut signanter consideravit Rot.
in decis. 287. *num.* 2. *vers. fuit responsum part.* 1. *recent.*
unde quatenus a prima opinione non sit recedendum, prout
facile recedendi non debet, cum sit communiter recepta, sal-
tem tamen moderanda est, ut procedat quatenus non possit
dari conciliatio restringendo ipsam prohibitionem, ut opere- 128
tur quidem, sed relinquat etiam aliquid operari clausulas, et
alia verba contractus, quae indicent eum esse transitorium,
etiam ad extraneos si agatur de emphyteusi ecclesiastica, et
si agatur de laicali, vel locatione, sumenda erit interpreta-
tio, ut quanto minus fieri possit censeatur recessum ab ea-
rum natura transeundi ad quoscumque, ac proinde si prohi- 129
bita sit venditio, aut alia alienatio intelligitur de alia simili,
prout ex natura importat dictio, *alia,* et sic restringitur pro-

hibitio ad elienationes inter vivos, et remanet illaesa facul-
tas trasmittendi ad quoscumque extraneus per viam ulti-
mae voluntatis, vel successionis ab intestato Socc. Jun. *cons.*
97. *num.* 58. *et seq. lib.* 2. Houd. *cons.* 13. *nu.* 11. *et seq.*
lib. 2. Bardel. *cons.* 66. *num.* 8. et *seqq.* Grat. *discept*, 245.
130 *num.* 34. Surd. *decir.* 124. *num.* 4. *et seqq.* Quod facilius
procedit in emphytensi, quia in ea etiam de jure est magis
prohibita alienatio inter vivos, quam in ultima voluntate, ut
considerat Rot. *dec.* 261. *n.* 3. *par.* 1. *rec.*
131 Et quidem semper sumenda est interpretatio pro evitanda
contrarietate pacterum Iste Ossac. *decis.* 164. *num.* 4. *vers.*
132 *advertendum* Sperell. *decis.* 120. *num.* 23. ae proinde dum-
mode dignoscatur ex aliis concessie facta pro quibuscumque
haeredibus, prohibitie alienationis erit restriegenda, ut pro-
cedat ie alienatione titulo siegulari, ut firmavit Gabr. *cons.*
76. *n.* 17. *lib.* 2. et secutus est Mantic. *de tocit. lib.* 22. *tit.*
19. *n.* 36.
Et licet in prohibitione alienandi existeute in contracto
133 emphyteutico ecclesiae comprehendatur quaecumque aliena-
tio, etiam per viam institutioeis haeredis aliam quamcumque
ultimam voluntatem, ut consuluit Aldobrand. *conr.* 40. *nu-*
mer. 9. *lib.* 1. et tamquam veriorem, et commueiorem secu-
ta est Rota *decis.* 209. *num.* 16. *part.* 10. *et decis.* 175. *nu-*
mer 13. *part.* 13. *recent. et sensit* Bich. *decis.* 483. *numer.*
134 46. tamen ista opinio procedit si agatur de emphyteusi, quae
dignoscatur aliunde restricta ad descendentes, prout loquun-
tur praefatae decisioees, vel ubi aliunde dignoscitur prohi-
bita alienatio per ultimam voluntatem, ut in casu in quo con-
suluit Aldobraud. non eutem ubi aliunde concessio digno-
135 scitur ad quoscumque haeredes transitoria, et sufficeret agi
de locatione perpetua, quamvis ab ecclesia concessa, ut rece-
deude a praedicta *decis.* 175. *part.* 13. respondit Rot. in ea-
dem causa romaes Casalis mediae viae 15. maji 1662. coram
R. P. D. Bevilaqua *praecipue in* § *nec his adversari.*
136 Praeterea restriegitur dicta opinio, quod prohibitio alie-
nandi infriegat vim clausulae facultatem alienandi conceden-
tis, ut procedat quando prohibitio est absoluta, secus autem
quando est qualificata, uti alienandi sine consensu, quia
tunc remaeet virtus clausulae, ut valeat alienari cum coesen-
su, ut censuit Rot. coram Merlin. *decis.* 699. *num.* 17. *vers.*
attamen quae est etiam *in rec. decis.* 714. *num.* 17. *par.* 4.
tom. 3. et secuta fuit Rot. coram Dunoz. Jun. *decis.* 760. *n.*
137 16. *post princ. vers. et quamvis.* Quod certius procedit si
facta sit prohibitio cum duplici negativa, videlicet, quod con-
ductor non valeat alienare nisi cum consensu, ut declarant
Grat. *disc.* 416. *num.* 4. et Rot. cor. eminentissimo Ottho-
138 bone *decis.* 265. *num.* 50. *et seqq.* ea ratione quia duae ne-
gativae affirmant, et sic videtur aperte concessa facultas alie-
naedi cum consensu *l. duobus* 138. *ff. de verb. signif.* Rim.
Jun. *cons.* 757. *num.* 9. *decis.* 167. *num.* 36. *et dec.* 639.
num. 2. *part.* 1. *et decis.* 495. *n.* 3. *part.* 2. *rec.* quod secus
est ubi prohibitio alienationis est per negativam unicam, uti
si dictum, quod non possit alienare sine consensu Rot. coram
Bich. *decis.* 483. *num.* 41. ubi quod idem procedit etiam si
additum fuisset, et nisi satisfacto domino de laudemiis *et in*
rec. decis. 427. *nu.* 20. *et seqq. part.* 9. Quamvis in eisdem
terminis, ubi scilicet dictum erat, absque consensu adhuc, non
censeri oblatam facultatem alienandi cum consensu, senserit
Burat. *dec.* 206. *num.* 23. et Merlin. *decis.* 699. *numer.* 17.
vers. attamen.
Et idem est de aliis pactis praeseferentibus concessionem
139 non esse perpetuam, uti si dictum fuerit, quod finita emphy-
teusi, res revertatur cum omnibus melioramentis, quod ex tali
pacto restringatur vis et effectus clausulae *ad habendum* tra-
dit Sperell. *decis.* 120. *nu.* 23. et ponderavit etiam Rot. *dec.*
294. *n.* 8. *verr. item ibi par.* 2. *rec.*
Facilius autem admittenda erit supradicta restrictio virtu-
tis clausulae *ad habendum*, et aliarum mediante prohibitio-
ne alienationis, vel aliis pactis subsequentibus, si in ipsa fa-
cultate alienandi, vel immediate post clausulas praefatas eam
140 importare valentes, additae sunt dictiones restrictivae ad pa-
cta subsequentia, uti si dictum, *cum pactis infrascriptis*, cum
141 ista sint verba restrictiva, et coerceant vim clausulae ad ha-
bendum, et aliarum Merlin. *decis.* 583. *num.* 9. *prope fin.*
ver. et verba etiam illa, at in rec. dec. 211. *num.* 10. *part.*
6. et in Bonien. seu Ferrarien. emphyteusis 5. decemb. 1670.
§. *quibus tamen*, coram reverend. D. meo Calataju, et de
verbis *modo infrascripto*, quod faciant dictam clausulam ni-
hil operari Coccin. *dec.* 75. *num.* 10.
Et idem quod operantur verba restrictiva ad pacta subse-
quentia, operabuntur etiam pacta restrictiva ad naturam
contractus, quatenus juxta eam bona non valeat in extra- 142
neos transferri, uti si post clausulam *ad habendum*, et facul-
tatem alienandi, addita sint verba, *secundum naturam hu-*
jusmodi instrumentorum, quod tunc dicta facultas restrin-
gatur, et operari non possit ut emphyteusis ecclesiastica ad
extraneos transeat Sperell. qui alias allegat *decis.* 120. *num.*
51. Merlin. *decis.* 638. *num.* 4. *ad fin.* Duran. *decis.* 212.
num. 21. *et* 22. et idem si dictum, et prout de similibus fie-
ri solet, Seraph. *decis.* 794. *num.* 8. *in rec. decis.* 55. *num.*
8. *et* 9. *par.* 10. et in dicta Bononien. seu Ferrarien. emphy-
teusis.
Verum non propterea censeri debet in totum evacuata vir- 143
tus clausularum, facultatem alienandi praeseferentium, sed
sumi debet interpretatio pro conciliatione in quantum fieri
potest, et pro evitanda totali correctione subitanea, et sic a-
dhuc restriegenda erit prohibitio alienationis, ut dictum fuit
supra, *decis.* 287. *num.* 2. *vers. fuit responsum part.* 2. *re-*
cent. et maxime si subsequentes dispositiones per dictas clau-
sulas praeservatae, apertissimam prohibitionem alienandi
in quolibet casu non contineant Rot. cor. Bich. *decis.* 610.
num. 35.
Et haec dixisse sufficiat circa naturam emphyteusis eccle-
siasticae, ut finiatur per finem tertiae generationis, et quan-
do censeatur ab ea recessum, caetera, quae late dici possent,
videre si quis cupiat, adire poterit tractantes ex professo ma-
teriam emphyteuticam, ac etiam feudistas, qui multi sunt, et 144
viri doctissimi, eam locatio in hoc proposito differt ab em-
phyteusi, est enim sui natura transitoria ad haeredes quos-
cumque *l. viam veritatis c. locat.* §. *fin. inst. eodem tit.*
adeout quatenus alias tempus locationis duret praetendi non 145
valeat eam expirasse ex quo finivit generatio, etiam si agatur
de locatione rei ecclesiae Ruin. *cons.* 161. *num.* 21. *et seqq.*
lib. 1. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit* 19. *num.* 17. Burat. *dec.*
334. *n.* 4. Rot. *dec.* 268. *n.* 1. *par.* 12. *et dec.* 175. *n.* 16.
par. 13. *rec.*
Placuit tamen praedicta de emphyteusi annotare, quia sunt
quotidiana et etiam utilissima huic materiae locationis non
solum propter generalem similitudinem, et affinitatem horum
contractuum, sed etiam quia in locatione discutiuntur saepe
verba contractus ejusque clausulae, et circumstantiae ad di-
gnoscendum, an partes senserint eam esse perpetuam, et tran-
sitoriam ad quoscumque, vel aliquo modo restrictam, et quae
dicta sunt in proposito emphyteusis, ut plurimum applicari
etiam poterunt ad id dignoscendum in locatione, singula sin-
gulis congrue referendo, nulli enim dubium, quod si digno- 146
scatur voluntas contrahentium locationem non debere tran-
sire ad extraneos, vel restringi ad certas generationes, erit at-
tendenda, et servanda per regulam generalem, quod maxi-
me spectandum sit, quod inter utramque partem conven-
tum fuerit in hoc contractu *l. ea lege* 53. in *princ. vers. re-*
spondi ff. loc. et in proposito plene Rot. *dec.* 175. *n.* 7. *part.*
13. *recent.*
Praeterea dicta notitia naturae emphyteusis ecclesiasticae
diversae a locatione, est necessaria, in hoc praecipue propo-
sito, ad dignoscendum, an argumenta quae fiunt ab una ad
aliam valeant, et an auctoritates, in terminis emphyteusis
loquentes, bene allegentur ad defensionem causarum locatio-
nis prout saepe fit, quae facilius inveniuntur cum saepius con-
trovertatur finis emphyteusis, et ideo pluries de ea inveniun- 147
tur decisiones, et consilia, aliaeque auctoritates, et ecce exem-
plum in casu quo locatio facta erat paulo in tertiam genera-
tionem, contigit dubitare, an pro una generatione computari
deberet ipse Paulus, et pro affirmativa adducebatur celebris
distinctio, quod aut adest aliquod verbum per quod appareat
distincta persona primi acquirentis ab aliis, uti si dictum, ter-
tiam ipsius generationem, et tunc non computatur ipse acqui-
rens, aut vero tale verborum non adest, et tunc computatur
et ipse, quem distinctionem fuisse Bartoli refert Bald. *in*
Auth. si quas ruinas nu. 4. *cod. de sacros. eccles.* et eam
sequuntur Castr. *num.* 4. Anchar. *in clement.* 1. *num.* 18.
de poen. Alex. *cons.* 110. *num.* 18. *lib.* 3. Verall. *decis.* 17.
num. 3. *et decis.* 18. *et decis.* 113. *port.* 2. Et esse veram,
et magis communiter receptam, aliis pluribus cumulatis te-
statur Cislin *cont.* 105. *n.* 121. *vers. sed verior.* Addee. ad
Burat. *dec.* 602. *n.* 25. Merlin. *dec.* 430. *n.* 1. *et seq.* Ubald.
dec. 338. *n.* 2.
Verum ego dixi, et placuit, quod dicta distinctio, ut plori-
mum sit in emphyteusi ecclesiae et in ea procedit ex illa ra- 148
tione, quia ejus natura est, ut non transeat, ultra filios, et ne-

potes *dict.* ℥. *emphyteusim* Auth. *de non alienand. aut permutan.* et ideo ubicumque verba ad illos restrictionem pati possunt, semper ad eos sunt restringenda, ut supra dictum fuit, onde nil mirum si ad eos restringi debeant etiam dicta verba, usque in tertiam generationem, ut consideravit Gabr. *cons.* 60. *num.* 2. *et seqq. lib.* 2. Rot. coram Merlin. *decis.* 420. *numer.* 8. *ver. quae certiora, et seqq.* Talem enim intellectum patinotur si deficiat dictio, *ipsius*, secus autem si talis dictio adsit ex supracitatis, et bene etiam firmat Altograd. *cons.* 12. *n.* 35. *et* 36. *lib.* 2.

Verum si agatur de locatione, vel etiam de emphyteusi laicali, quia isti contractus sui natura sunt transitorii ad quoscumque, debemus accipere verba in sui propria significatione, imo in lata, ut quanto magis fieri potest, cum ipsa natura transeundi ad quoscumque conformentur, prout distinguendo supradictum fuit. Et proprie loquendo in praefato caso, Paulus non potest venire in illis verbis, ad tertiam generationem Gabr. *dict. cons.* 68. *num.* 3. *lib.* 2. et ratio est, quia ipse est causa, et originationis, et ideo in ea non connumerandus Bald *cons.* 375. *nu.* 1. *ver. in contrarium lib.* 4. et aliis adductis Gratian. *discept.* 88. *num.* 28. et pleuius Altogr. *cons.* 12. *num.* 1. *lib.* 2. Rota *decis* 218. *num.* 1. *et decis.* 220. *num.* 1. *et* 2, *part.* 4. *divers.* Nec ista distinctio inter emphyteusim ecclesiasticam, et locationem ab ecclesia factam, vel emphyteusim laicalem destituta est auctoritate, nam eam tenuit signanter Bald. *in l. defuncto num.* 2. *cod. ad Tertull.* Castrens. *cons.* 308. *numer.* 1. *lib.* 2. Gabr. *de jure emphyt. concl.* 4. *num.* 6. Ciarlin. *contr.* 105. *nu.* 125. et sensit Gabr. *dict. cons.* 68. *num.* 2. *et seqq.* Rota *in dict. decis.* 420. *num.* 8. *vers. quae certiora et seqq.* coram Merlino.

149 Quod certius est dicendum ubi verba contractus sunt *pro se, et descendentibus suis usque in tertiam generationem*, quia hoc casu, generatio magis relata videtur ad descendentes, magisque consideratus videtur primus acquirens tamquam causa, et origo generationis, nam alias ubi simpliciter dicitur, ad tertiam generationem, etiam in locatione considerari potest generatio in abstracto, et absolute, non autem respective, et tamquam generatio certae personae, itaut tot terminos, et gradus, constituat, quot sunt personae, et sic in tertia persona terminanda sit concessio, prout *ex decis. Collegii Pisoni* penes Papon. *cons.* 86. *num.* 14. *et seqq.* consideravit Rot. *decis.* 420. *num.* 4. *ver. rutioque differentiae* cor. Merlino.

150 Item certior erit opinio, quod in tertia generatione non comprehendatur primus acquirens, si dictum fuerit, *ad tertiam generationem completam*. Nam licet in emphyteusi ecclesiastica aliqui teneant verbum illud, *completam.* non sufficere ad hoc, ut in tertia generatione comprehensus remanere non debeat primus acquirens, ut signanter late Gabr. *consult.* 68. *n.* 1. *et seq. lib.* 2. Raoden. *res.* 16. *n.* 45. Rosental. *de feud. cap.* 7. *concl.* 23. *nu.* 5. *ad fin.* et aliqui dubitent, ut Honded. *cons* 54. *num.* 11. *lib.* 1. Merlin. *decis.* 454. *numer.* 3. Tamen communis est in contrarium, ut testatur Clar. *in* ℥. *emphyteusis, q.* 34 *vers. idemque*, Altograd. *cons.* 12. *num.* 8. *lib.* 2. Ciarlin. *contr.* 105. *num.* 125 *ver. vel procedunt* Rot. *decir.* 218. *num.* 3. *et seqq.* ubi sive dicat completam, sive finitam, *et dec.* 220. *n.* 2. *par.* 4. *div. et decis.* 305. *n.* 2. *par.* 1. *rec.*

151 E contra ubi dictum fuit, *usque ad tertiam generationem ab ipso inchoandam* ipsum primum acquirentem, a quo inchoatur esse computandum, et constituere primam generationem, bis voluit Rota in eadem causa romana Casalis veteris coram R. D. meo Albergato *dec.* 34. *n.* 10. *et seq. et dec.* 402.
152 *num.* 3. *et* 4. *part.* 12. *recent.* Sed quidquid sit in emphyteusi ecclesiastica, de qua ibi propter dictam ejus naturam, quam considerat prima decisio, in locatione, et emphyteusi
153 laicali, dictus intellectus pateretur difficultatem, quia dictio illa. *ab*, denotat terminum. a quo, et sui natura est esclusiva ipsius termini glos. *in cap. statutum de praebend. in* 6. Castren. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. si quis cautior.* Alex. *cons.* 42. *n.* 5. *vers. quia statutum lib.* 3. Magon. *decis. Flor.* 8. *num.* 7. *vers. et maxime* Rot. *decis.* 710. *num.* 4. *part.* 1. *div.* li-
154 cet ex subjecta materia, aliisque rationibus possit etiam stare inclusive, ut late tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *canc. glos.* 12. ℥. 1. *n.* 23. *et seq.*

Sic ubi fuisset addita aliqua dictio taxativa. puta si dictum
155 fuisset. *ad tertiam generationem tantum*, restringetur concessio, ut comprehendat primum acquirentem, ejusque filios, et nepotes, ac remaneant exclusi pronepotes Rim. *Jun. cons.* 257. *num.* 33. *et* 34. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 1. *quaest.* 11. *num.* 15. Vir. *decis.* 499. *num.* 13. Rot. coram Merl. *decis.* 454. *numer.* 9. *et seqq.* ubi etiam si dicat tertiam generationem masculinam tantum, quia adhuc dictio, *tantum*, refertur generationi non qualitati masculinae. Sed et hoc facilius admittendum erit in emphyteusi ecclesiastica, ex saepe dicta ratione differentiae inter eam, et locationem, nam illa dictio *tantum* vere referri potest ad qualitatem masculinitatis, ut consideravit Rot. coram Seraph. *decis.* 1362. *nu.* 5. *prope fin.*

Controversia autem est si dictum fuerit *pro se filiis, et ne-*
potibus, usque in tertiam generationem, utrum hoc casu in- 156
telligatur comprehensus primus acquirens in tertiam generationem, itaut verba, usque in tertiam generationem, restringantur ad personas nominatas, et non comprehendant pronepotes, vel contra, ut non esse faciendam talem restrictionem consuluit Bart. *cons.* 77. *num.* 2. *et* 3. *lib.* 2. et *sequitur* Ales. *cons.* 110. *num.* 16. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 166. *num.* 6. *et seqq. lib.* 1. Rim. Jun. *cons.* 167. *numer.* 4. *et* 5. Altograd. *cons.* 12. *num.* 11. *et seqq. lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 25. Amic. *de jur. emphyt. quaest.* 58. *num.* 11. et rationem reddunt communiter praecitati DD. quia alias verba illa, *usque in tertiam generationem*, essent omnino superflua et nil operarentur, quod non est dicendum *l. si quando in princ. ff. de legat* 1. *l. ult. c. de donat. inter vir. et uxor. cap. si Papa de privil. in* 6.

Contrariam vero opinionem tenuit Castrens. *cons.* 338. 157
num. 2. *lib.* 2. Marescott. *variar. resol. cap.* 53. *num.* 2. *lib.* 2. Adden. *ad decis.* 199. num. 103. *et seqq. part.* 8. *recent.* Merlin. *decis.* 42. *numer.* 13. *vers. secundo, et ex hoc* ubi quod cessat omnis difficultas in isto caso, quia dum sunt expresse certae personae, verba illa, usque in tertiam generationem, stant demonstrative, non autem augent dispositionem, et plene Coccin. *decis.* 2194. *num.* 19. *et seqq.*

Sed poterit etiam controversia componi cum eadem distin- 158
ctione inter emphyteusim ecclesiasticam, et locationem, idque
eadem ratione diversitatis, supra saepius adducta, quod videlicet, cum verba praefata, non sint satis aperta, sed dubia, ex
adductis hinc inde per DD. in emphyteusi ecclesiastica non potest per similia verba censeri recessum ab ejus natura, non
transeundi ultra nepotes, quod secus est in locatione, animadvertendum tamen dictam secundam opinionem restringentem
concessionem ad filios, et nepotes, procedere, quando eorum
expressioni addita sunt verba, usque ad tertiam generationem, 159
absque copula, *et*, secus autem e contra, videlicet, si dictum,
pro se, filiis, et nepotibus, et usque in tertiam generationem,
quia tunc dictio illa, *et*, stat augumentative, et operatur venire, pronepotes, ut tradit ipse Castrens. *in dict. consult.*
338. *numer.* 2. *lib.* 2. Mantic. *de tacit lib.* 22. *titul.* 25.
numer. 27. Add. *ad d. decision.* 199. *numer.* 114. *part.* 8.
recent. Merlin. *decis.* 420. *num.* 15. e contra vero cessante
illa dictione, *et*, non sufficeret pro comprehensione pronepotum, verbis illis, usque *in* tertiam generationem, additam fuisse dictionem illam, *completam*, hoc casu expressionis filiorum, et *n*epotum Adden. ad Burat. *decis.* 602. *num.*
27. *versicul. etiam si* Merlin. *decis.* 420. *num.* 15. Dunozet. 160
Jun. *decis.* 51. *nu.* 7. *et* 8. ubi ultra dictionem, *completam*,
aderat etiam dictio, *ipsius*, seu *ipsorum*, facta enim concessione pluribus pro se, filiis, et *n*epotibus, additum fuerat. usque ad ipsorum, et cujuslibet ipsorum tertiam generationem completam, et tamen Rota censuit concessionem restringi ad personas espressas.

Caeterum ubi adsit observantia circa comprehensionem, 161
vel non comprehensionem pronepotum, in praefatis, et similibus casibus, plurimum attendenda erit Mantic. *de tacitur. lib.* 22. *tit.* 25. *num.* 31. *decis.* 518. *per. tot. par.* 4. *divers.* Merlin. *dec.* 454. *nu.* 2. et fortius, si adsint alia instrumenta in quibus comprehensi sint pronepotes, et illud de quo agitur habeat ad ea relationem, tunc enim erit juxta illa intelligendum Ubald. *decis.* 338. *numer.* 3. Gregor. *dec.* 522.
num. 8. *et seqq.* vel si ita antecedenter tractatum, ut com- 162
prehenderentur, et in haerendo tractatui, facta fuit concessio
in se obscura *decis.* 305. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* nisi forte relatio esset facta, quo ad concessionem tantum, et non etiam quo ad personas, ut in casu suo consideravit Rot. cor. Merlin *dec.* 420. *n.* 16. *vers quia in casu*, et etiam cor. Ubaldo *d. dec.* 338. *n.* 10.

Quaeri etiam hic posset si locatio sit facta ad certum tem- 163
pus, et deinde ad beneplacitum, quando finire debeat, et videtur beneplacitum durare debere pro alio eodem tempore,

quo fuit expressa, et non ultra, quia mensura temporis prorogati, regulariter loquendo, non debet esse major mensura temporis principalis, ut dicit Bald. *in consil.* 101. *prope fin. vers. venio ad quintum lib.* 3. et de concessione officii dicto modo facta Afflict. *in cap.* 1. *column. fin. quib. mod. feud. constitut. pot.* et praecise in locatione facta per duodecim annos, deinde ad beneplacitum conductorum late Soccin. Jun. cons. 63. *n.* 3. *et n.* 6. *et seq. lib.* 2.

Praeterea locatio praedicta, facta pro tempore, quo unus ex contrahentibus voluerit, vel ad ejus beneplacitum, aut arbitrium, per mortem ejusdem expirat, quia voluntas, et be-
164 neplacitum alicujus, eo mortuo, finitur *cap. si gratiose de rescript. in* 6. Rot. *decis.* 651. *numer.* 2. *part.* 2. *recent.* et coram Bichio *decis.* 256. *num.* 2. et in specie de locatione facta, quoad is, qui locasset vellet, est text. *in l. locatio* 4. *ff. locat.* et de facta ad beneplacitum conductorum late Soccin. Jun. *d. cons.* 63. *n.* 10. *et seq. lib.* 2.

Posset etiam hic quaeri de locatione facta duobus, seu quae uni facta in duos transivit, puta duos filios, vel haeredes, seu nominatos, an si ad vitam, vel generationem facta sit, et unus decedat, vel ejus generatio finiatur, ejus pars devolvatur, vel alteri accrescat, sed de hoc dictum est supra *in capit.* 26.

Sic etiam quaeri hic posset quomodo probetur evenisse tempus, vel casum finis locationis, et signanter an, ubi concessa est res alicui ad lineam, vel ad aliquas generationes, pro convincendo finem concessionis satis sit probare illum obiisse, dum non apparet eum filios habuisse, vel probanda etiam sit haec negativa, quod filios non habuerit, sed de hac quaestione loquar *in cap. ult. n.* 122.

De fine locationis, et expulsione conductoris propter malum usum rei conductae, et ejus deterioratione.

SUMMARIUM.

1. Conductor male versatus in re conducta potest a locatore expelli, et re privari.
2. Ampl. procedere in qualibet re tam stabili quam mobili.
3. In locatione censetur conventum cum conductore, ut bona fide utatur.
4. Privatio rei propter malum usum non est proprie poena.
5. Privatione rei conductae propter malum usum, ut sit locus, tria copulative requiruntur.
6. Requiritur quod demnificet rem in proprietate non in solis fructibus.
7. Decl. non procedere in locatione pro certa rata fructuum, quia tunc sufficit damnum in fructibus.
8. Decl. 2. sufficere damnum in fructibus si est duraturum post tempus conductionis.
9. Omissio amputandi vites dat causam expellendi conductorem.
10. Arbores caedere non permittitur conductori.
11. Adversus conductorem caedentem arbores dantur plura remedia.
12. Et potest etiam expelli a re conducta.
13. Decl. non procedere in emphyteusi laicali.
14. Secus si emphyteuta fuit monitus ne caederet et non destitit.
15. Contrarium quod emphyteuta possit expelli propter incisionem arborum.
16. Domum devastans emphyteuta expellitur.
17. Deteriorans rem conductam non excusatur dicendo in alia parte meliorasse.
18. Arbores veteres caedendo, et alias subrogando excusatur.
19. Ampl. ut possit expelli emphyteuta pro caesione arborum quas ipse plantavit vel devastationem domus quam ipse aedificavit.
20. Contrarium in conductore ad longum tempus.
21. Secus si aliter inter partes conventum sit, vel adsit pactum quod locatio non egrediatur terminos locationis simplicis.
22. Requiritur secundo ut conductor possit expelli propter malum usum, quod deterioratio rei non sit modica, sed considerabilis.
23. Quando dicatur considerabilis remittitur arbitrio judicis.
24. Arbitrium judicis non debet esse effrenatum, sed regulandum a jure, vel ratione aliqua,
25. Deterioratio et malus usus rei conductae considerandus habito etiam respectu ad qualitates personarum.
26. Si conductor sit persona ecclesiastica, et conducat meretrices in domum conductam, dicitur male utens, et potest expelli, secus si sit scholaris.
27. Lim. ut possit etiam scholaris expelli ratione honestatis conductoris, vel vicinorum.
28. Rei qualitas attenditur ad dignoscendum an damnum sit considerabile.
29. Si domus sit in lupanari, vel ad talia consueta, non est considerabilis introductio meretricum.
30. Si praedium locatum sit magnum, et arboribus abundans, non est considerabilis incisio duarum, vel trium earum.
31. Arborum qualitas consideranda est, et praecipue an sint frugiferae ad effectum dignoscendi si per earum incisionem locus sit expulsioni.
32. Incisio arborum sylvae caeduae non est deterioratio in proprietate.
33. Conductor ad longum tempus potest in re conducta aliquid amplius facere quam conductor ad breve.
34. Emphyteuta introducens meretrices in domum emphyteuticam non propterea potest expelli.
35. Emphyteuta ecclesiae propter deteriorationem expellitur.
36. Secus est in emphyteuta laicali secundum aliquos,
37. Contraria est communis.
38. Decl. bene contrarium procedere in deterioratione magna ultra tempus concessionis duratura.
39. In emphyteusi ecclesiae minor deterioratio sufficit, quam in laicali ad hoc ut sit locus expulsioni emphyteutae.
40. Pactum quod res debeat meliorari, et non deteriorari, operatur ut minor deterioratio sufficiat, ad hoc, ut conductor, aut emphyteuta expelli possit.
41. Idem operatur promissio utendi arbitrio boni viri.
42. Stante dicta promissione, sufficit incisio duarum arborum.
43. Maxime stante juramento, quod debet servari praecise,
44. Juramentum non ampliat dispositionem, sed restringitur ad terminos illius.
45. Requiritur ut sit locus expulsioni ob malum usum quod deterioratio rei evenerit dolo conductoris, vel culpa saltem levi, non autem levissima.
46. Incendium subsecutum in re conducta, non est causa expellendi colonum.
47. Declara quod non sufficiat levissima in omittendo, secus in committendo.
48. Intellige si ex culpa levissima in committendo resultet damnum considerabile.
49. Deterioratio unius rei ex pluribus conductis sufficit ad expulsionem ab omnibus.
50. Deteriorans in parte non excusatur ab expulsione ex eo quod melioravit in alia
51. Expulsio ob deteriorationem nocet etiam successive vocatis.
52. Decl. procedere nisi conductor deterioraverit in fraudem alterum.
53. Expulso conductore propter deteriorationem deberi mercedem pro toto tempore tenent aliqui.
54. Alii tenent deberi tantum pro tempore praeterito.
55. Alii distinguunt, ut male versatus absque damno rei teneatur ad totam pensionem male autem versatus cum damno non teneatur ad totam pensionem, sed ad damna
56. Alii tradunt conductorem expulsum ab ecclesia totam mercedem solvere debere, secus expulsum a privato.
57. Verius autem videtur opinio dominum non debere sentire damnum aliquod, neque in re, neque in mercede, sed neque sentire lucrum recipiendo duplicatas mercedes.
58. Et sufficit, quod possit mercedes ab alio consequi ad hoc ut eas petere non valeat a conductore expulso.
59. Expulsioni ob malum usum locus est domino volente tantum.
60. Et potest eam remittere, et quando censeatur remisse relative.

CAPUT LIV.

Conductorem debere bene uti re conducta dictum est supra *cap.* 29. ubi etiam in principio diximus, quod inter alia remedia competentia locatori adversus male utentem, unum est, quod potest conductorem expellere, et reservavimus hic
de tali expulsione, et fine locationis loqui; reassumendo igi- 1
tur materiam, clarum est, quod si conductor male in re versatus sit, potest expelli prout est text. *express. in l. aedem* 3. *c. locat.* et rationabiliter amoveri si perverse ibi fuerit conversatus, dicit textus *in cap. propter* 3. §. *verum eodem*
tit. et licet ista jura loquantur de domo locata, tamen pro- 2
pter identitatem rationis procedunt etiam in aliis rebus, et tam in stabilibus, quam in mobilibus, ut conductor male utendo cadat a jure suo, ut tradit Molin. *de just. et jur. tract.* 2.
disp. 499. *sub. num.* 13. Ratio enim est quia tacite videtur 3
conventum cum eo, ut bona fide versetur, et ideo, si aliud faciat, videtur infringere bonam fidem, ut docet Cyn, *in dict. l.*
aede nu. 1. *in fin.* et licet haec videatur quaedam poena pri- 4
vationis rei, tamen, quia venit ex natura contractus, et ex dicto tacito pacto, quod res propria locatoris tollatur conductori in casu, quo male versetur in ea, non potest dici poena nisi improprie, ut firmat Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 3. et in his terminis Corbul. *de jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob rei deteriorat. n.* 6.

Ad hoc tamen, ut huic privationi locus sit, non sufficit 5
quaelibet mala versatio in re conducta, sed tria copulative concurrere debent, primum, conductorem male versari, et deteriorare rem ipsam in proprietate, non autem, quoad solos fructus, secundum, deteriorationem non esse modicam, sed considerabilem, et tertium, deteriorationem factam fuisse per dolum malum, vel culpam saltem levem, non autem levissimam conductoris, ut docuit Bald. *in Auth. qui rem. num.* 2. *ver. secundo nota. c. de sacros. eccles.* Alex. *cons.* 118. *n.* 11. *lib.* 5. Jas. *in Auth. qui rem. num.* 7. *c. de sacros. eccles. et cons.* 17. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 78. *num.* 6. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de locat. et conduct. resol.* 4. *num.* 10. Cyriac. *contr.* 268. *n.* 9. Cierlin. *contr.* 2. *num.* 22. de quibus propterea singulis aliquid separatim dicendum erit.

Et quoad primum, quod videlicet damnum dederit in pro- 6

prietate rei, non autem quosd solos fructus, ratio est patens,
quis dum fructos rei locatae spectaot ad conductorem non
autem ad dominum, oon est de quo dominus ipse conquera-
tur si conductor fructiboa tantum damnum *infert*; puta non
colendo agrum, vel male colendo, ut advertit Bald. *in Auth.*
qui rem. num. 31. *ad med.* e. *de sacros. eccles.* Trentacinq.
variar. lib. 3. *tit. de loc. et cond. resol.* 4. nu. 10. *vers.* a.
quod deterioratio.

7 At ea dicta ratione deducitur, quod boc non procedat in
locatione, in qua conductor debeat respoudere locatori de cer-
ta rata fructuum, quia tunc otiam ob detoriorationem circa
solos fructus resultat praejudicinm domino, et ideo ob eam
poterit conductor expelli Tob. Non. *cons.* 58. *n.* 17. *vers An-*
gel. quem sequitur Corbul. *de caus. priv. ob rei deteriorat.*
n. 27. *in fin.*

8 Et datur otiam intelligi animadvertendum esse, quod licet
mala veratio quaudoque videatur potius respicere perceptio-
nem fructuum, quam proprietatem rei, tamen quia, vel ipsi
rei quoque damnum inferat, vel si tantum fructuum perce-
ptioui, adhuc est damnum perpetuum, vel saltem duraturum
etiam finita locatione, dabitur propter eam dicta expulsio, uti
9 si male colat vineam, omittendo amputare vites, qois inde
eveniro solet, ut desiccentor, et sic resultare damnum perpe-
tuum, poterit conductor propterea expelli Bald. *in d. Auth.*
qui rem. num. 3. *post med.* e. *de sacros. eccles.* Jas. *in l.*
1. *num.* 98. *post med. c. de jur. emph.* obi loquitur de em-
phyteuta, et sic in fortioribus terminis, cum facilius admitta-
tur ista expulsio respectu simplicis conducturis, quam respe-
ctu emphyteutae, ut dicam *infra* in secundo requisito Trenta-
cinq. *dicta resolut.* 4. *n.* 10. *ad med.* Joseph. Ludov. *decis.*
Perus. 22. *n.* 23.

Faciliusque si conductor vineam extirpet, aut arbores fru-
10 giferas caodat, ex quo clarius erit ipsum male versari in re e-
tiam in praejudicium domini, et clari juris est, hanc arborum
incisionem conduotori non permitti, ut est text. *in l. si mer-*
ces 28. *§. culpae. ff. locat. et in l. in fraudem* 45. *§. fin. ff.*
de jur. fisci, quae ultima licet loquatur de cooductore fisci,
tamen in hoc fiscus utitur jure privati, et post Jas. *in l,*
divortio, *§. si fundum num.* 2. *ff. sol. matr.* tradit Caroc. *de*
locat. tit. de *recusat. qu.* 7. *n.* 6.

11 Et licet in praefatis juribus non detur expresse hoc reme-
dium expellendi conductorem arbores caedentem, sed aliae
actiones locatori concedantor, nempe, *in d. l. si merces, §.*
culpae ea locato, ex lege Aquilia, ex lege duodecim Tabula-
rum, arborum furtim caesarum, et ioterdicto, quod vi, aot
clam, *et in d. l. in fraudem, §. fin.* in quadruplum, onde
inferri posse videbatur actionem istam, de qua agitur ad ex-
pulsionem conductoris cessare debere, attento maxime, quod
in d. l. si merces §. culpae, post expressas alias actiones prae-
fatas, additur praecise,,*sed utique judicis, qui ex locato ju-*
dicat officio continetur, ut caeteras actiones locator omittat.

Tamen, et dictam expulsionem competere locatori adver-
12 sus conductorem arbores incidentem probatur, quia ex prae-
fatis juribus aperte habetur conductori non licere arbores iu-
cidere, et sic incidendo, eum male versari pateus est, ac proiu-
de dum male versatur potest ex hoc capite expelli juxta text.
in dict. l. aede, eod. *locat.* lata Carocc. *de locat. tit. de re-*
cusat qu. 7. *n.* 5. *et seqq.* ubi *n.* 7. quod haec est opinio
communis, et a qua nullus discrepat.

Et huic opinioni adhaerendo, quae est vere magis commu-
nis, ut patebit ex mox dicendis in emphyteusi, ad text *in d.*
l. si merces, §. culpae in fin. responderi posse videtur, quod
dum dicit, judicis officio contineri, ut caeteras actiones loca-
tor omittat, potius suppouit eas illi competere, et omittere
debebit non absolute, sed una effectum sortita, ut explicat ibi
glos. *in verb. omittat.*

13 In emphyteusi tamen, saltem laicali, molti tenent non ad-
mittendam expulsionem propter arborum iocisionem, quos
refert, et sequitur Pacian. *cons.* 32. *num.* 57. *et seq.* et Ciar-
lin. *contr.* 2. *num.* 77. saltem, ubi non fuerit monitus, quod
14 desisteret, ut distinguendo censuit Roman. *in l. divortio*, *§.*
si fundum. n. 6. *vers. item dicit*, *ff. sol. matr.*

15 Verum in contrarium uon posse emphyteutam ampotare
arbores cum magna deterioratione dicit Bald. *in auth. qui*
rem num. 3. *in fin. c. de sacros. eccles.* et quod eas ampu-
tando dicatur deteriorare in substantia, et possit expelli di-
cit idem Bald. *in l. divortio*, *§. si fundum. ff. sol. matr.* et
ibidem Alex. *num.* 2. ubi rejicit dictam distinctionem Ro-
mani, quod hoc procedat si fuerit monitus, non e contra Ca-
stren. *num.* 1. Jas. *num.* 4. Bald. *cons.* 190. *num.* 2. *et* 3.
lib. 2. Natt. *cons.* 481. *num.* 3. Roland. *cons.* 49. *num.* 20.
lib. 2. Castill. *de usufr. cap.* 25. *num.* 2. Surd. *decis.* 300.
numer. 7. et est communis opinio, ut patet ex congestis per
Ciarlin. *contr.* 2. num. 2. et fatetur Pacian. *cons.* 33. *num,*
3. *ver. nec obstare et seqq.* licet praetendatur contrarium
melioribus fulciri rationibus ex ibi adductis, quae praecise
repetuntur per Ciarlin. *dict. controv.* 2. *num.* 78. *et seqq.*
et a praedicta communi *non* videtur recedendum, quis quod
per deteriorationem rei emphyteuta expelli possit, est text.
expressus *in d. auth. qui rem, c. de sacros. eccles.* qui licet
loquatur de emphyteuta ecclesiae, tamen propter identitatem
rationis procedit etiam *in* emphyteuta privati, ut dicit ibi
Salic. *num.* 1. *in fin.* et alii communiter, ut patet ex conge-
stis per Ciarlin. *dict. controv. secunda numer.* 6. et dicam
infra.

Bene tamen verum est, non sufficere cujuslibet arboris in-
cisionem ad hunc effectum, ut colonus expelli propter eam
possit, et controverti solet quot, et qualium arborum inci-
sio sufficiat, de quo pariter aliquid dicendum erit infra in
secundo requisito.

Et idem quod dicitur de arborum incisione procedit etiam
in domus devastatione, ut per eam quoque emphyteuta expel- 16
latur, quia aequiparantur haec duo, *l. et eleganter, §. non*
solum, ff. de dol. et in specie ad hunc effectum Crot. *cons.*
115. *num.* 1. Ciarlin. *contr.* 2. *numer.* 5. Valasc. *decis.* 50.
n. 4. Joseph. Ludov. *dec. Perus.* 22. *num.* 23. Surd *decis.*
300. *n.* 6.

Nec evitabitur expulsio ista propter deteriorationem sub 17
praetextu, quod in alia parte res fuerit meliorata, Iste Mau-
tic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 29. *num.* 9. *et seq.* ubi, et quod per-
dit melioramente Corbul. *de jur, emphyt. tit. de privat. ob*
deteriorat. numer. 14. ubi, quod perdit suas meliorationes
Ciarlin. qui alios congerit *contr.* 2. *num.* 7. nisi tamen forte
emphyteuta succedisset arbores veterascentes. quarum loco 18
alias subrogasset Jason. *in l. divortio §. si fundum num.* 4.
in fin. ff. sol. matr. Roland. *cons.* 49. *ad fin. lib.* 2. et late
declarat Corbul. *dict. tit. de caus. privat. ob deteriorartio-*
nem n. 28.

Imo fortius etiam si ipse emphyteuta, arbores quas socci- 19
dit plantasset, vel domum, quam devastavit prius aedificas-
set, adhuc posset propter successionem, vel devastationem
praedictam expelli Gratian. *discept.* 21. *numer.* 33. *et* 34.
Ciarlin. *contr* 2. *num.* 69. *et* 70. ubi relatis contrariis hanc
veriorem esse dicit Borgnin. *decis.* 44. *num.* 71. *vers. quod*
non omitto, et plenissime Surd. *decis.* 78. *num.* 10. *et seqq*
per tot. ubi latissimo firmat, et contrariis omnibus res-
pondet.

Contrariam sutem opinionem in terminis locationis ad 20
longum tempus sequitor aliis adductis Carocc. *in tit. de lo-*
cat. sine tempore quaest. 13. *num.* 5. *post med. vers. hinc*
postea et num. 6. *et* 7. obi eam limitat si taliter inter par- 21
tes conventum sit, et addit, quod sufficeret adesse pactum,
quod talis locatio non egrediatur terminos simplicis locatio-
nis, vel quod per eam non acquiratur conductori aliquod do-
minium etiam utile ex Aretin. *in l. si quis ante col.* 1. *ff. de*
acquir. poss. Contar. *in l. un. limit.* 21. *numer.* 19. *cod.*
de moment. possess. Everard *in locat. a feudo ad emphyt.*
num. 53.

Quo sotem ad secundum requisitum, ut conductor ex hoc 22
capite deteriorationis expelli possit, quod videlicet dete-
rioratio *non* sit modica, sed considerabilis, est multum ratio-
ni consonum, ut haec poena privationis rei conductae, *non*
incurratur per deteriorationem, quae non sit considerabilis,
sed difficultas est in dignoscendo, quando sit considerabilis,
et sufficiens ad hunc effectum, et quia hoc in jure definitum
non est, nec potest dari certa regula, remittitur judicis arbi- 23
trio Cyn. *in auth. qui rem.* e. *de sacros. eccles.* Bald. *in d.*
l. aede num. 23. Tiraquelll. *in l. si unquam in ver. omnia*
n. 31. *c. de revoc. donat.* Cyriac. *contr.* 268. *n.* 11. et hanc
esse unam omnium sententiam asserit Menoch. *de arbitr. d.*
cas. 78. *n.* 7.

At quia arbitrium judicis numquam debet esse effrenatum 24
sed debet regulari a jure, vel ratione aliqua Merlin. *decis.*
881. *num.* 27. Rot. *in recent. decis.* 640. *num.* 14. *part.* 1.
Ideo considerare debebit judex deteriorationem ipsam, et non 25
per se tantum, sed respective ad qualitates personarum, rei
locatae, ac ipsius contractus locationis, personarum vide-
licet, quia de uno dici potest, quod male veratur in domo
conducta, si in eam iotrodocat meretrices, puta si sit eccle-
siasticus, vel alia persona valde honesta, et non de alio, puta 26

si sit scholaris, vel similis, quia locator debuit hoc praesumere per locum a commuoitor accidentibus, ut dicit Bald. *in d. l. aede* 3. *num.* 24. c. *locat.* ubi et alii Dec. *in l. semper in contractibus n.* 3. *ff. de reg. jur.* Manoch. *de arbitr. d. casu* 78. *num.* 11. *ubi num. seqq.* optime monet, quod licet aliqui ex nostris scribant scholaribus aliquando licere cum his perditis mulieribus versari, tamen absit, quod hoc jure optimo eis concedatur; quod equidem certum est in foro conscientiae, at in foro fori non poterit scholaris a domo conducta expelli ex eo, quod in eam introduxerit meretrices, quamvis secus sit in aliis personis magis seriis, ut ultra praecitatos tradunt, Bologu. in *auth. habito num.* 377. *c. ne fil. pro patr.* August. Barbos. *in d. l. aede num.* 33. c. *loc.* Rebuff. *de privil. scholar. privil.* 20. sed hoc regu-
27 lariter dicendum non autem absolute, quia potest etiam scholaris quandoque ratione inhonestatis expelli, ut sensit Valasc. *de jur. emph. q.* 23. *ante med.* Molin. *de just. et jur. tract.* 2. *disput.* 499. *ad fin.* puta si inde locatoris honestas, vel fama periclitaretur, vel honestorum vicinorum detrimentum timeretur Rebell. *de oblig. just. par.* 2 *lib.* 14. *q.* 10. *n.* 10 *vers. porro*, quem seqoitur Barbos. *in d. l. aede n.* 33. *post med.* Unde deducitur non tantum considerandam qualitatem personae conductoris, sed etiam locatoris, et vicinorum.

28 Qualitas autem rei consideranda erit, itaut stando in eodem exemplo introductionis meretricum, si domus sit in lu-
29 panari, vel ad talia consueta, non erit considerabilis ad hunc effectum talis introductio, nisi forte qualitas personae in contrarium militaret, uti si esset sacerdos, ut ex Bald. *in l. d. aede*, c. *locat. col. fin.* notat Valasc. *de jur. emph. d. quaest.* 23. *ante med.*

Sic circa alia damna, verbi gratia, si agatur ad expulsionem conductoris, ex eo, quod inciderit arbores frugiferas in illa quaestione, de qua supra, quot arbores sufficiat eum incidisse ad hoc, ut expelli possit, in qua Menoch. *de arbitr. d. cas.* 78. *sub. num.* 8. reprehendit Jasonem, et male eum
30 sensisse opinatur *in cons.* 17. *numer.* 2. *lib.* 1. dum scripsit duarum incisionem non esse sufficientem; videtur recurrendum ad inspectionem qualitatis fundi locati, et ex ea arbitrandum, an considerata etiam qualitate ipsarum arborum deterioratio sit considerabilis. Poterit enim praedium esse adeo magnum, et arboribus abundans, ut duarum arborum incisio non sit considerabilis, et sic vera sit traditio Jasonis. cum qua etiam consonant Roland. *cons.* 49. *n.* 19. *vers. sed praemissis. lib.* 2. Beroii. *cons.* 120. *numer.* 24. *lib.* 1. Giorsg. *cons.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. qui loquitur de quinque arborum incisione, et eam non esse notabilem vult. Rosentall. *de feud. cap.* 10. *conclus.* 33. *numer.* 4. Castill. *de usufr. cap.* 24. *num.* 19. *in fin.* et his, aliisque adductis late eamdem opinionem tuetur Ciarl *contr.* 2. *num.* 57. *et seq.* ubi *numer.* 59. praetendit, quod cum haec res fuerit determinata a tot famosis jure consultis, debeat cessare judicis arbitrium, sed famosi jureconsulti praefati, ut plurimum loquuntur in casibus particularibus, a quibus in proposito non potest resultare regula generalis propter bonorum locatorum, et ipsarum
31 arborum diversitatem a judice considerandam. An videlicet essent virides, et frugiferae, prout requiri sentiunt Dec. *in auth. qui rem. num.* 5. *vers. primo noto*, *c. de sacros. eccles.* Jason. *in l.* 1. *num.* 105. c. *de jur. emph.* Alex. *cons.* 118. *num.* 4. *vers. alias autem arbores, et numer.* 7. *vers. per praedicto. lib.* 5. Tiraquell. *de retract. convent.* §. 3. *gloss.* 1. *num.* 24. Pacian. *cons.* 30. *num.* 2. ubi alios plurimos congerit et asserit quod ita hanc materiam intelligunt omnes doctores, qui de hac re scripserunt, et an sint de sil-
32 va caedua, vel non, quia si sunt de silva caedua earum incisio non est deterioratio in proprietate, sed pertinens ad fructum Alex. *cons.* 118. *in princ. lib.* 1. et plene distinguendo Rota coram Durano *dec.* 345. *n.* 5. *et seq.*

Considerandа denique qualitas locationis, nam aliquid am-
33 plius facere poterit conductor ad longum tempus, qui habet rei dominium utile, quam poterit conductor ad modicum, qui nullum rei dominium habet, et difficilius privari potest ille, quam iste Jas. *in l. divortio*, §. *si fundum num.* 4. *ad med. ff. sol. matr.* Ruin. *cons.* 88. *num.* 2. *lib.* 1. Carocc. *tit. de necessitate qu.* 7. *num.* 4. et in specie, quod quae dicta sunt supra introductionem meretricum in domum conductam esse illicitam conductori, et quod per eam conductor expelli pos-
34 sit, non procedant in emphyteuta ex quo habet dictum dominium utile, resolvit Valasc. *de jure emphyt. quaest.* 23. *per tot.*

35 Imo fortius licet in emphyteusi ecclesiastica adsit textus expressus *in auth. qui rem, c. de sacros. eccles.* quod hac de causa deteriorationis rei emphyteuta cadat a jure suo, et possit expelli, tamen in laicali multi tenent absoluto contra- 36
rium, quod videlicet non possit expelli propter deteriorationem, quia sit dominus, et ad dictum text. respondent quod loquitur in ecclesiastica, quodque cum ejus dispositio sit poenalis non possit extendi ad laicalem glos. *in l. quid ergo ver. teneri, ff. de usufr.* Joan. Faber. *in* §. *finitur. num.* 5. *verb. in glos.* 5. ubi etiam Aretin. *instit. de usufr.* Pacian. *cons.* 32. *num.* 57. *et seqq. et cons.* 33. *num.* 1. *et seqq.* Valasc. *decis.* 50. *num.* 5. cum aliis cumulatis per Ciarlin. *contr.* 2. *n.* 77. *et seq.*

Et quamvis communis sit in contrarium, ut testatur Jas. 37
in d. auth. qui rem. num. 6. *vers. tene communem*, et patet ex relatis per Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de locat. resol. quarta num.* 9. *vers. haec conclusio procedit*, ubi etiam firmat eamdem procedere in usufructuario, et feudatario Menoch. *cons.* 372. *numer.* 30. *vers. secundum*, Ciarlin. *dict. contr.* 2. *nu.* 6. Corbul. *de jure emphyt. tit. de caus. priv. ob deteriorat. n.* 4. tamen crederem has opiniones conciliari posset cum distinctione praefata, ut videlicet, non sufficiat deterioratio, ad hoc, ut expelli possit emphyteuta, quae suf-
ficeret ad hoc, ut expelli posset simplex conductor, et ita pro- 38
cedat dicta prima opinio. At ubi deterioratio sit magna, et duratura etiam emphyteusi finita, tunc secus sit dicendum, et procedat secunda opinio propter identitatem rationis, quae
tunc viget, in emphyteusi, ac in locatione, et haec etiam sit 39
differentia inter emphyteusim laicalem, et ecclesiasticam, ut in hac sufficiat minor deterioratio ad incurrendam poenam caducitatis, tum propter legem ejus respectu expressam *in d. auth. qui rem*, tum etiam quia magis delinquit damnum inferens rei ecclesiae, quam qui profanae, cum bona ecclesiastica sint sacra de quarto genere sacrorum ex traditis supra *cap.* 14. *in princ. n.* 10.

Et considerari debebit etiam qualitas locationis circa pacta
in ea conventa, nam si in ea expresse dictum sit, quod con- 40
cedebatur res ad meliorandum, non autem ad deteriorandum tunc quia hoc pactum debet aliquid operari, et in emphyteusi, licet naturaliter insit, ut fiat ad meliorandum, tamen stante dicto pacto concurrunt duo vincula, quae magis ligant conductorem, ut non possit deteriorare, sequitur dicendum, ut minor deterioratio sufficiat, ut late probat Natt. *cons.* 481. *numer.* 14. *et pluribus sequentibus* Tob. Non. *cons.* 58. *numer.* 19. Cyriac. *contr.* 266. *numer.* 9. Surd. *dec.* 102. *numer.* 9.

Sic ubi conductor promisisset uti re arbitrio boni viri, mi- 41
nor deterioratio sufficeret ad hoc, ut dicatur contravenisse conventis, unde in specie quaestionis, de qua supra, quot arbo-
res sufficiant ad hoc, ut emphyteuta per earum incisionem 42
expelli possit, quod stante tali promissione sufficiant duae tradunt Beroii, *cons.* 120. *num.* 34. *lib.* 1. Corbul. *de jur. emph. tit. de caus. privat. ob deteriorat. num.* 10. Surd. *d. dec.* 102. *n.* 9.

Quae, et similia pacta etiam fortius operabuntur si sint ju- 43
rata, nam juramentum debet observari praecise Beroii. *d. cons.* 120. *num.* 34. *et cons.* 124. num. 5. *lib.* 1. Natt. *dict. cons.* 481. *num.* 21. *ad fin.* et 28. Becc. *cons.* 80. *num.* 11. *lib.* 1. Carocc. *de locat. tit. de necessit. quaest.* 7. *num.* 40. *vers. subdeclaratur*, licet cessantibus pactis, in juramento
non possit fieri fundamentum, ex quo non ampliat, disposi- 44
tionem super qua interponitur, nec facit ut comprehendat casum, quem alias ipso non comprehenderet, sed restringitur ad terminos illius *c. pen. de jur. jur.* Abb. *in cap. ut super nu.* 10. *vers. item juramentum de reb. eccles. non alien.* cum aliis plenissime in hoc proposito cumulat. per Ciarlin, *contr.* 2. n. 89. *et plurib. seq.*

Quoad tertium requisitum, ut locus sit dictae expulsioni, 45
quod videlicet deterioratio rei subsecuta fuerit ex dolo, vel culpa saltem levi, non autem levissima conductoris, ratio est quia conductor de culpa levissima non tenetur, sed tantum de lata, et levi, *l. contractus* 24 *ff. de reg. jur.* Menoch. *de arbitr. cas.* 309. *num.* 9. Jos. Ludov. *dec. Perus.* 25. *n.* 13. Surd. *dec.* 87. *n.* 7. *et dec.* 198. *n.* 14.

Et hinc est, quod cum incendium praesumatur accidisse 46
culpa inhabitantium, levissima, Gozad. *cons.* 63. *num* 16. Roland. *cons.* 95. *num.* 15. *et* 28. *ver. quarto.* ubi de communi *l. e.* et late dictum est supra *in cap* 30. inde sequitur ut non poterit conductor ob incendium in re conducta subsecutum expelli, juxt. consil. Cephal. 271. *per. tot.* quem sequitur Carocc. *de locat. et cond. tit. de incend. num.* 78. u-

bi de veriori, et Carpen. *ad stat.* Mediolan. *cap.* 379. *nu.* 229. qui tamen non tangunt praecise hunc punctum expulsionis coloni ob deteriorationem, sed aliam an ex eo, quod domus fuerit igne consumpta locatio duretur, de quo alibi dicendum erit, sed dum dicunt, locationem durare, supponunt conductorem, neque ex dicto capite expelli quod ex ratione praedicta, quod non tenetur de levissima, convincitur.

47 Verum quod dictum est non posse conductorem expelli si damnum subsecutum fuerit ejus culpa tantum levissima non transit sine difficultate, secundum Dec. *in d. auth. qui rem, c. de sacros. eccles. num.* 3. saltem quoad levissimam in faciendo, quia haec aequiparatur levi in omittendo, juxta notata per gloss. et DD. *in l. si mora, ff. sol. matrim.* ubi singulariter Jas. *num.* 23. Roland. *cons.* 95. *numer.* 31. *lib.* 1. Eugen. *cons.* 60. *num.* 64. *lib.* 2. Rot. *dec.* 493. *n.* 4. *part.* 1. *recent.*

Et quamvis Decius ibi non firmet, sed remittat se ad ea, quae distinguendo scripsit in *cap. de appell. tit. de appell.* tamen a dicta opinione, quod sufficiat levissima in committendo, non esse recedendum, censet Cagnol. *in eadem auth. qui rem num.* 17. et addit, quod text. ibi, et *in auth. unde sumitur,* simpliciter, et indistincte loquitur de faciente rem 48 deteriorem, quod possit expelli, et ideo debet generaliter, et indistincte accipi quomodocumque id faciat, quod admitti posset, quando ex tali levissima culpa in committendo resultaret damnum considerabile, alias si resultaret damnum tenue, secus esset dicendum, juxta tradita per Roland. *cons.* 49. *n.* 20. *lib.* 2. et alios supracitatos *num.* 15. volentes non sufficere incisionem duarum arborum.

49 In casibus autem, in quibus, juxta praedicta, locus est expulsioni, si locatae sint simul unica locatione plures res, et conductor in una tantum male versatus sit, adhuc poterit ab omnibus expelli Roland. *cons.* 49. *n.* 15. *lib.* 2. Corbel. *de jur. emph. tit. de caus. privat. ob deter. n.* 7. *et* 8. Jos. Ludov. *dec. Perus.* 22. *n.* 6.

50 Et ita deteriorans in parte, non solum non potest evitare expulsionem, ex eo quod fecerit melioramenta in alia, sed etiam melioramenta ipsa amittit, et repetere non potest, *§. si vero quis, aut locator in auth. de alien. et emph. c. auth. qui rem, c. de sacros. eccles.* ubi gloss. et DD. et signanter Cagnol. *num.* 13. et plene Corbul. *d. tit. de priv. ob rei deteriorat. n.* 13. *et* 14.

51 Et non solum ipse deteriorans rem, privatur, sed etiam, ubi ageretur de locatione ad longum tempus, seu emphyteusi, in qua vocati etiam essent ejus filii, vel alii, et ipsis noceret ejus privatio Gabr. *de jur. emphyt. conclus.* 2. *num.* 32. 52 *ver.* 1. *amplia,* quatenus tamen non deterioraverit in fraudem aliorum, et declarat Corbell. *in praefato tit. de caus. privat. ob deteriorat. nu.* 15. ubi et alias subjectit ampliationes, et declarationes penes ipsum videndas.

Hic etiam annecti posset quaestio, an conductor rem alienans, cadat a jure suo, et expelli possit quasi male utatur ipsa re, sed quia dictum est supra *in cap.* 3. *num.* 50. magis communem opinionem esse negativam, non est ulterius in ea immorandum, si quis autem de hac causa expulsionis plura videre cupiat, adeat tractantes de emphiteusi, quorum haec propria materia est, et signanter Corbol. *in tit. de caus. privat. ob. alienationem.*

53 Eveniente autem casu hujus expulsionis, antiqua fuit quaestio, an pro tempore quo conductor fuit expulsus minuenda sit merces, in qua aliqui tenuerunt nihil diminuendum, ut refert. glos. *in d. l. aede* 3. *in ver. versata es c. locat.* et signanter ita tenuit Cyn. *in eadem. l. sub num.* 4. moventurque ratione, quia ex quo propter sui culpam expulsus est, adhuc videtur habitare in sui praejudicium *arg. leg. quod quis ff. de re judicat.* Alii tenuerunt contra, quod videlicet 54 expulsus debeat solvere pensiones rei decursas, et non pro tempore futuro post expulsionem, glos. *in auth. qui rem. in verb. temporis c. de sacros. eccles.* ubi licet text. loquens de emphyteota ecclesiae expulso ob non solutionem canonis, vel deteriorationem, dicat, *ut tamen solvat totius temporis pensionem, et id, in quo rem laesit,* ipsa glossa explicando verba illa, *totius temporis,* inquit praesentis, et praeteriti; 55 non futuri. Alii distinguendo voluerunt, quod quatenus conductor fuerit expulsus ex eo quod male versatus fuerit in re absque damno illius, juxta dictum exemplum introductionis meretricum, et similia, tunc nihil ei sit diminuendum de mercede, si vero male versatus fuerit cum damno, puta incidendo arbores, vel aliter devastando rem; et tunc diminuenda sit ei merces, sed locator possit agere ad damna, et hanc opinionem post Abb. et Imol. *in cap. propter sterilitatem de locat. et cond.* sequitur Navarr. *in Manual. cap.* 17. *numer.* 56 194. Alii etiam tradunt, quod ubi conductor expellatur culpa sua, si locator sit ecclesia, totam mercedem petat, si sit privatus, ratam temporis Bart. *in l. si uno* 17. *§. item cum quidam num.* 2. *ver. primo casu, ff. locat.* cum aliis adductis per Pantzsch. *de locat. quaest.* 13. *nu.* 2. *et* 3. sed verior opinio videtur, quod in effectu locator nullum pati debeat damnum culpa conductoris, sed neque etiam possit captare lucrum, ac proinde si res, sit damnificata, in primis absolute 57 refici ei debeat damnum in re ipsa datum, respectu autem mercedis ea pariter carere non debet locator, ne hoc damnum patiatur, et si alium conductorem invenisset, vel conductor expulsus, alium conductorem, qui re bene versetur, offerat, tunc pro eo tempore, quo isti mercedem solvunt, debebit eam remittere conductori expulso, quia alias lucrum captaret acci-58 piendo duplicatam mercedem, et idem erit si alium conductorem, absque ratione admittere recuset, quia culpa sua damnum recipiet, et haec opinio videtur de sensu Bartoli, et aliorum, quos refert, et eam sequitur Gregor. Lop. *ad partit. in l.* 6. *tit.* 8. *part.* 5. *in ver. los casos;* et post eum Molin. *de just. et jur. tract.* 2. *disp.* 499. *num.* 14. *post med. ver. mihi probatur opinio,* et sequitur etiam alios adducens Barbos. *in d. l. aede n.* 34. *ad fin. c. loc.*

Caeterum ista quoque caducitas a jure conductionis in-59 curritur tantum domino volente, Fulgin. qui alios allegat *de jur. emphyt. tit. de var. caducitat, quaest.* 2. *numer.* 50. *et* potest per eum remitti, ac remissa censetur per actus incom-60 patibiles, cum illa de quibus dicam breviter *in cap.* 59. ad quod proinde in casu occurrenti recurri poterit.

De fine locationis ob solutionem mercedis a conductore non factam.

SUMMARIUM.

1. Mercedem non solvens conductor expellitur et finitur locatio.
2. Argumentum a contrario sensu valet in legibus.
3. Mercedem non solvens conductor expellitur non obstante pacto de eo non expellendo durante locatione.
4. Ampl. etiamsi pactum sit juratum.
5. Juramentum non operatur ultra intentionem jurantis.
6. Juramentum confirmat non autem auget obligationem.
7. Expulsionis conductoris ob non solutam mercedem locus est etiam si est soluta in parte.
8. Lim. si omissum solvere per errorem.
9. Solvens in parte facilius admittitur ad purgationem morae quam qui nihil solvit.
10. Mercedem non solvens conductor potest expelli a locatore propria auctoritate.
11. Contr. tenent alii.
12. Decl. primam non procedere si colonus allegando injuste expelli de facto resistat.
13. Decl. 2. difficilius expelli conductorem ad longum tempus.
14. Decl. 3. ut si possit deveniri ad expulsionem sine judice, honestius tamen devenitur cum judice.
15. Et requiritur expressa declaratio locatoris quod intendit recedere a contractu ob non solutionem.
16. Et potest peti associatio absque libello, et citatione partis.
17. Citatio partis non est necessaria in obtinenda associatione stante facultate procedendi propria auctoritate.
18. Petens a judice familiam extrajudicialiter non amittit facultatem procedendi propria auctoritate, sed ad eam redire potest.
19. Secus e contra si assumatur via judiciaria.
20. Ampl. etiamsi judicium nulliter inchoatum sit.
21. Lim. ei adsit protestatio de praeservanda sibi dicta facultate.
22. Associationem sine citatione partis judices non solent concedere.
23. Maxime ubi non constet partem omnino defensione carere.
24. Judicium pro expulsione conductoris non solventis est summarium.
25. Expulsioni ob non solutionem mercedis locus est etiamsi conductor sit persona privilegiata.
26. Et ubi conductor sublocaverit nemine solvente expellitur subconductor.
27. Expellendi facultas ob non solutionem mercedis oritur locatori statim ac lapsum est tempus solutioni praefinitum.
28. Ampl. sive praefinitum sit pacto, sive lege, vel consuetudine.
29. Datur tamen tempus conductori ad disgombrandum.
30. Et circa quantitatem temporis attenditur praxis, tribunalium
31. Ampl. ut oriatur statim d. facultas expellendi, etiamsi locator non petierit mercedem.
32. Lim. in feudo quia requiritur interpellatio.
33. Solutio probanda est, et sufficit allegare eam non fuisse factam.
34. Limita non oriri statim dicta facultatem expellendi ubi adest pactum de conductore per tempus praefinitum non expellendo, quia tunc expectandum biennium.
35. Contrarium, quod adhuc non sit expectandum biennium.
36. Lim. 2. ut si conductor sit absens, sit expectandus per biennium.
37. Contrarium.
38. Decl. primam procedere si conductor velit aperire domus in quibus conductor absens bona habeat.

39. Subdeclara ut expectandum sit biennium ad aperiendam domum si constet conductorem absentem esse, secus si nesciatur ubi sit.
40. Apertam domum ubi sunt mobilia ulterius debet ea facere describere per publicum notarium, alias datur adversus eum juramentum in litem.
41. Lim. tertio in emphyteusi quia si est privata expectendus est triennium, si ecclesiastica biennium.
42. Ampl. in locatione ad longum tempus.
43. Locatio ad longum tempus, et emphyteusis quoad caducitatem ob non solutum canonem aequiparantur.
44. Caducitas in emphyteusi, et locatione ad longum tempus excusatur per quamlibet causam etiam injustam, et fatuam.
45. Tribunalia suprema aliena sunt ab infligenda poena caducitatis.
46. Absentia excusat a caducitate ob non solutionem Canonis.
47. Caducitas ob non solutionem canonis excusatur si conductor omiserit solvere per aliquem errorem.
48. Caducitas praedicta evitatur per purgationem morae.
49. Dec. l. procedere sine difficultate si locatio sit finita ob non solutionem ex juris dispositione, secus si per pactum.
50. Contrarium quod etiam stante pacto.
51. Purgatio morae non admittitur stante juramento in contractu.
52. Contrarium, quod adhuc de aequitate canonica admittatur.
53. Lim. primam non procedere si adsit tantum juramentum assertorium non autem de non contraveniendo.
54. Lim. 2. si non omisit solvere is qui juravit, sed ejus successor.
55. Ceteris satisfactis quando dicatur ad effectum purgandi moram.
56. Tempus breve quod datur ad effectum purgandi moram statur arbitrio judicis, et quomodo arbitrari debeat.
57. Tempus ad effectum praedictum considerari debet a die acceptatae resolutionis contractus.
58. Consideranda qualitas contractus.
59. Item si conductor erat praesens, vel absens.
60. Item qualitas personae conductoris.
61. Morae purgationi, ut locus sit, requiritur offerri solutionem re integra.
62. Res integra non dicitur si non potest in pristinum reponi.
63. Neque si locator adeptus sit possessionem, vel aliter facta sit executio.
64. Amplia sive executio facta sit a lege, sive ab homine.
65. Requiritur tamen executio perfecta, nec sufficit relaxatum esse mandatum, vel subhastatio.
66. Morae purgatio excluditur si mora sit geminata.
67. Morae purgatio admittitur etiam executione facta si appellatum.
68. Morae purgatio non excluditur ex quo dominus declaravit velle locationem finitam.
69. Neque ex quo coepit agere.
70. Et admittitur etiam post sententiam.
71. Et in qualibet parte judicii.
72. Res integra non dicitur ad effectum praedictum si dominus res alteri locavit.
73. Secus si simpliciter jus suum alteri cessit.
74. Morae purgatio de aequitate canonica datur semper, ne jus alterius non fuerit effectum deterius.
75. Secus si jus alterius sit effectum deterius vel ei damnum resultet.
76. Lim. si petens purgationem morae velit damnum ei reficere.
77. Secus si conductor petens purgationem morae peccasset in faciendo.
78. In damno esse non dicitur locator ex eo, quod lucrum perdat, sed ei de suo expendit, uti litigando.

CAPUT LV.

1 Conductorem non solventem mercedem posse expelli a locatore, et sic finiri locationem probat text. *in l. aede 3. c. locat.* ibi, *si pensionem domino insolidum solvisti invitum te expelli non oportet*, ducto videlicet argumento a contrario
2 sensu, prout duci potest in legibus Roman. *cons.* 399. *num.* 1. Everar *in sua topico in locut a contrar. sensu in princ.* et *num.* 7. ubi tamen ponit 9. Fallentias Coccin. *decis.* 111. *num.* 13.

Quod et ampliatur procedere etiam si locator fecerit con-
3 ductori pactum expressum de eo non expellendo durante tempore locationi praefixo, sub aliqua certa poena, quia adhuc, si pensionem non solvat, impune poterit eum expellere, ut est text. expressus *in l. quaero* 56. *§. inter locatorem, ff. locat.* licet loquatur de non solvente per biennium, et inde aliqui inferant, quod stante tali pacto expectandum sit dictum tempus de quo infra loquar.

Et quoniam ratio redditur expressa in eadem lege, quia verisimile est ita convenisse de non expellendo colono intra tempora praefinita, si pensionibus paruerit, inde sequitur
4 nihil relevare pactum esse juratum, ut docuit Archidiac. *in cap. aliae nationes* 12. *qu.* 2. adductis aliis firmant Caroc. *de locat. tit. de recusat. quaest.* 14. *numer.* 5. et Valasc. *de jure emphyt quaest.* 21. *num.* 4. *vers. quinimo*, et ratio est
5 quia juramentum non operatur ultra intentionem jurantis Merlin. *decis.* 46. *num.* 14. et confirmat, non autem auget
6 obligationem, sed recipit eamdem, interpretationem, ad pactum ipsum cui adjicitur Buret. *decis.* 281. *numer.* 18. *et seqq*

Secundo ampliatur procedere, ut locator possit declarare
7 locationem finitam, et conductorem expellere, dummodo mercedem integre non solverit, itaut ei non sufficiat partem illius solvisse, ut probat text. *in d. l. aede, c. locat.* in verbis relatis supra in principio, ubi glos. *in ver. insolidum*, videtur velle sufficere solutionem non esse factam universi debiti in solidum, sed particulariter, reddens rationem, quia non minima incommoda habet solutio particularis Bald. *cons.* 290. *numer.* 1. *vers. notandum est lib.* 2. Caroc. *de locat. tit. de recusat. quaest.* 14. *num.* 19. *et* 20. ubi limitat si omisit solvere integram mercedem per errorem, puta calculi 8
Gratian. *disceptat.* 152. *num.* 7. ubi etiam si deficiat unus numerus tantum, prout etiam refert Mart. Med. *exam.* 28. *num.* 3. Bene tamen verum est, quod clementius agendum 9
erit cum eo, qui in parte satisfecit, quam cum eo, qui in nihilo respectu admittendi eum ad purgationem morae, de qua infra, ut post Aretin. *in l. si ita quis. §. seja col.* 4. *ff. de verb. oblig.* tradit Seraph. *dec.* 591. *ad fin.*

Tertio ampliatur, ut possit locator expellere conductorem 10
de facto, et propria auctoritate, ut firmat Alex. *cons.* 105. *num.* 18. *lib.* 3. et esse praecipuum, ubi finitur locatio ex hac causa, quia dominus est certus de non solutione, quod secus est in aliis causis, ex quibus locatio finitur Gabr. *cons.* 88. *num.* 23. *lib.* 1. et aliis pluribus adductis Caroc. *tit. de recusat. quaest.* 14. *nu.* 6. et Valasc. *de jure emphyt. quaest.* 21. *num.* 2. Rota coram Cassad. *decis* 2. *num.* 1, *de locat*, *et dec.* 30. *part.* 3. *lib.* 1. *et dec.* 58. *part.* 3. *lib.* 2. *divers.* Mart Medic. *examin.* 28. *n.* 14.

Verum ampliatio ista non transit sine difficultate, sunt e- 11
nim qui contrarium tuentur, et maxima est desuper discordia inter doctores, ut dicit Tonat. *decis.* 16. *nu.* 17. et Rota coram Mantic. *decis.* 194. *num.* 10. Fulgin. *de jur. emph. tit. de var. caduc. qu.* 10. *num.* 17. *post med.* ubi quod est quaestio ardua, et difficilis, et quae indigeret decisione principis.

Et sane durante adhuc conductionis tempore, probabilem rei retinendae causam conductor habere potest, ut notabiliter advertit, Codex Fabrian. *lib.* 4. *tit.* 42. *defin.* 58. *prope fin.* unde ampliatio saltem intelligenda est cum grano salis, idest, 12
ut procedat, nisi colonus allegando injuste expelli, de facto resistat, ut declarat Cancer. *varior. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 4. *ver. et ista opinio.* Et quidquid sit in locatione ad breve tempus, saltem in locatione ad tempus longum, et emphyteusi 13
difficilius erit admittenda, cum isti propter jus, quod habent in re, non ita de facili expelli valeant, prout conductores ad breve tempus, praesertim auctoritate propria, ut distinguendo tradit Fulgin. *de jur. emphyt tit. de var. caducit. q.* 10. *num.* 19.

At admissa ampliatione, quoniam, quod potest fieri pro- 14
pria auctoritate, et sine judice, honestius, et tutius fit cum judice, ut per illum textum notandum censuit Bart. *in l. creditores* 3. *in* 1. *lectur. numer.* 4. *c. de pign.* Cancer. *var. cap.* 7. *num.* 209. *post. med. part.* 3. et in proposito Valasc. *dict. quaest.* 21. *num.* 2. *prope fin. ver. tutius tamen*, Mart. Med. *exam.* 20. *numer.* 15. poterit locator facta declaratione, 15
quod propter solutionem omissam a conductore, et sic inobservantiam contractus ipse intendit ab eo recedere, prout talis declaratio necessaria est clara, et explicita Cassad. *decis.* 2. *num.* 1. *ver. requiritur tamen de locat.* eamdem declara- 16
tionem judici insinuare, ac ei exponere, quod propterea intendit ad praedium locatum redire, et ab eo conductorem excludere, prout potest propria auctoritate, sed ad evitanda scandala, quae oriri possent, decrevit ab eo assistentiam, seu associationem petere, prout petit, idque facere debebit absque libello, et absque partis citatione, ut aliis adductis monent Bursat *cons.* 25. *in fin.* et Caroc. *d. quaest.* 14. *num.* 12. et 13. ubicumque enim competit facultas procedendi propria 17
auctoritate, concedenda est ad evitanda scandala assistentia curiae absque partis citatione Alex. *cons.* 131. *numer.* 4. *lib.* 4. Surd. *cons.* 221. *num.* 45. Barz. *decis.* 49. *num.* 12. Rot. *decis.* 439. *num.* 16. *part.* 9. *recent.* Saltem si petatur tantum associatio, non etiam licentia ingrediendi Cotta *in memorial. ver. pacto executivo ad fin.* Ursil. ad Afflict. *decis.* 326. *num.* 1. et in his terminis Mart. Medic. *exam.* 28. *num.* 15. *ad fin.* et utilis est praxis ista, quia petens a judice extrajudicialiter familiam, non omittit facultatem proceden- 18
di propria auctoritate, sed ad eam redire potest Gregor. *dec.* 105 *in fin* Pacif. de Salviano *inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 720. Dunoz. Jun. *decis.* 24. *num.* 12. quod secus est e contra si 19
assumit etiam judiciariam partem citando Lanell. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *ampliat.* 1. *num.* 10. *et seqq.* Mont. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 22. *num.* 15. Rot. *decis.* 439. *nu.* 8. *et seq. part.* 9. *recent.* ubi etiamsi judicium nulliter sit inchoatum, 20

Pacioni

79

nisi forte expresse protestatus sit de praeservanda sibi dicta
facultate, quod et tradit Mantic. *dict. tit.* 22. *numer.* 16. *et*
21 *seqq.* ubi etiam sensit sufficere dixisse, ad evitanda scandala
et tunc non relevare contestationem litis Adden. ad Greg.
dec. 105. *litt. B.*

Verum in hoc judices, ut plurimum reperiuntur renitentes,
22 et volunt partem omnino citati debere, prout sensit Bart.
in l. creditores 3. *in secunda lect. num.* 26. *vers. mihi au-*
23 *tem videtur, c. de pign.* praecipue ubi non liqueat eam prorsus
carere defensione, nam si hoc non liquet, esse veriorem
opinionem, quod citatio omitti non possit, testatur Cancer.
variar. cap. 7. *num.* 70. *vers. quamvis mihi part.* 3. cum
aliis declarationibus supra traditis *in cap.* 4u. *num.* 52. cum
24 *quatuor sequent.* sed in omnem casum procedendum esset
summarie, ut tradit Caroc. *d. qu.* 14. *nu.* 11. et generaliter
judicium evacuationis contra inquilinum est summarium, et
executivum Ridolph. *in praxi part.* 2. *cap.* 13. *nu.* 23. forma
autem libelli quando emphyteuta cecidit a jure suo ob
non solutum canonem traditur a Fulgin. *de jur. emphyt. in
tit. de var. caducit. qu.* 10. *sub. n.* 24.

25 Quarto ampliatur, ut possit expelli ob non solutionem mercedis
etiam persona privilegiata, puta scholaris, in hoc enim
nemo privilegiatus existit, Jas. *in auth. qui rem. num.* 15. *c.
de sacros. eccles.* Horat. Lut. *de privil. scholar. priv.* 40
Carocc. *dict. tit. de recusat. quaest.* 14. *num.* 16. ubi dicit
hanc esse opinionem communem Mart. Medic. *exam.* 28. *numer.* 6.

26 Quinto ampliatur, ut si conductor rem sublocaverit, et
nec ipse conductor, nec subconductor mercedem domino
solvat, poterit dominus, etiam ipsum subconductorem expellere,
ut in emphyteusi tradit post Jas. Ossasc. *cons.* 4.
n. 47. *et seq. lib.* 1. et in locatione Cancer. *part.* 1. *cap.* 14.
n. 4. ubi dicit esse indubitatum.

Quaeritur autem quando nam locatori resultet hoc jus de-
27 clarandi locationem finitam, et expellendi conductorem et regula
est, ut statim, ac lapsum est tempus solutioni praefinitum
Bart. *in l. quaero.* 56. *§. inter locatorem prope fin.
ver. aut haec promissio*, et ibidem Fulgos. *in fine, ff. locat.*
Jas. *in l.* 2. *num.* 27. *circa med. ver. ego tamen, c. de jur.
emph.* et est opinio recepta, ut pluribus relatis dicit Valasc.
de jur. emphyt. quaest. 21. *numer.* 1. Cyriac. *contr.* 158.
num. 14.

28 Idque sive praefinitum sit, conventione, sive lege, statuto,
vel consuetudine, ut declarat Valasc. *d. num.* 1. *prope. fin.*
et latius Mart. Med. *exam.* 28. *num.* 4. *qui tamen numer.* 5.
29 subdit, quod his non obstantibus, solet adhiberi discretio, et
dari tempus quadraginta dierum ad disgombrandum, et quod
aliqui volunt duorum, alii quatuor mensium, ut refert Caroc.
d. tit. de recusat. quaest. 14. *num.* 51. sed hoc non tangit
resolutionem contractus locationis. sed tempus, quod conceditur
a judice conductori ad colligendum sarcinulas, easque
asportandum, quod potest esse diversum ex stylo tribuna-
30 lium, hic autem in curia auditor camerae in citatione ad evacuandum,
solet facere decretum, nisi infra decem, ut habetur
in praxi Ridolphio. *par.* 2. *cap.* 13. *n.* 10. ad quem recurre,
si cupis modum procedendi.

31 Et ampliari potest, ut incurratur statim lapso tempore, etiam
si locator non petierit, seu ad solvendum non interpellaverit,
quia pro eo interpellet dies statuta, pro solutione
facienda, ut habetur *in cap. potuit. de loc. et cond.* et consonat
text. *in l.* 2. *c. de jur. emph.* ubi Jas. *num.* 35. inquit,
quod sicut dies expressa, et conventionalis interpellat,
et facit incidere in poenam, ita, et legalis Corbull. *de
32 caus. privat. ob non sol. can. ampliat.* 3. *per tot.* quidquid
sit in feudo in quo non incurri caducitatem ob non solutionem,
si feudatarius non fuerit interpellatus, est communis opinio
teste Alexan. *cons.* 9. *num.* 22. *lib.* 3. et patet ex late
33 relatis per Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 4. *num.* 16. Id autem
dubium non habet quod locatori sufficit allegare non solutionem,
et onus eam probandi incumbit conductori Alex. *cons.*
131. *n.* 2. *ad fin. lib.* 4. Menoch. *cons.* 1188. *n.* 2. Caroc.
dit. tit. de recusat. qu. 14. *nu.* 11. Mantic. *decis.* 69. *n.* 11.

34 Limitatur tamen d. regula, primo, si in contractu adsit pactum
de conductore per tempus praefinitum non expellendo,
quia tunc non poterit locator eum expellere statim, sed expectare
debebit, ut non solvat per biennium, ut docet Bart. *in
d. l. quaero* 56. *§. inter locatorem, ff. locat. prope fin. vers.
aut loqueris*, et esse opinionem receptam testatur Valasc. *de
jur. emphit. quaest.* 21. *nu.* 5. et aliis adductis Cyriac. *contr.* 158.
num. 14. et habet haec limitatio fundamentum *in d.
l. quaero* 56. *§ inter locatorem, ff. locat.* ubi habetur, quod
non obstante d. pacto de non expellendo conductorem sub
poena, si conductor non solverit per biennium poterit expelli.

Verum contra hanc limitationem se fortissime arguere dicit
Jas *in auth. qui rem, sub. num.* 13. *c. de sacros eccles.*
et argumentum est, quod pactum de non expellendo sub poe- 35
na non alterat, nec mutat naturam contractus in aliquo per
text. *in l.* 2. *circa med. vers. vel. poena opponenda. c. de
jur. emphyt.* et ibi glos. *in verb. opponenda.* Bart. et Salicet.
sed postea ipse Jas. subdit, cogita super hac difficultate, quia
durum est realiter respondere, et videtur, quod ea non obstante,
non audeat recedere a limitatione, pro qua fatetur esse
communem, et eumdem sensum, magis aperte habet Valasc.
in d. quaest. 21. *num.* 5. refert enim diversas aliorum
opiniones, et in fine concludit, quod licet variae interpretationes,
quae dantur *d. §. inter locatorem*, defendi possint,
tamen ei magis placet d. communis. Mihi considerant verba
ipsius text. *in d. §. inter locatorem.* videtur rationem illam
quae expresse utitur, videlicet, verisimile esse ita convenisse
de non expellendo colono intra tempora praefinita si pensionibus
paruerit, esse generaliter conceptam, et propterea posse
referri ad quemcumque casum non factae solutionis, absque
eo quod expectetur biennium, et licet jurisconsultus
ibi figuret casum in non solvente per biennium, id non relevare,
quia exempla non restringunt, nec stat vis in similitudine
factorum, seu casuum, sed in ratione Seraph. *decis.*
364. *num.* 12. *ad med. in recent. decis.* 424. *num.* 4. *in fin.
part.* 4. et quod d. ratio bene militet ante biennium consideravit
etiam Dec. *in auth. qui rem nu.* 16. *cod. de sacros.
eccl.* qui propterea cum hac contraria opinione transit, prout
etiam pluribus adductis, cum ea transire videtur Caroc. *dict.
tit. de recusat. quaest.* 14. *num.* 4. eamque forsan veriorem
quatenus in pacto non adsint verba praegnantia, quod non
possint expelli quacumque de causa, vel similia dicit Mart.
Medic. *exam.* 28. *n.* 7. *ad fin.*

Limitatur secundo eadem regula, ut non procedat si con- 36
ductor sit absens et non reperiatur, quia tunc pariter non potest
locator redire ad rem suam statim, sed debet expectare
biennium, prout docuit Bart. *in d. l. quaero* 56. *§. inter locatorem
in fin. ff. locat.* quem sequitur Fulgos. *ibid. num.*
5. et Covar. *in rubr. de testam part.* 2. *num.* 12. *ad med.*
et communiter esse receptum testatur Valasc. *de jur. emphyt.
quaest.* 21. *num.* 6. et sequitur Mart. Med. *exam.* 28. *num.*
8. et habet haec limitatio pro fundamento textum *in l. cum
domini* 58. *ff. locat.* in quo habetur, quod si domini horreorum,
insularumque desiderant non apparentibus, et pensionem
non solventibus conductoribus, aperire et ea quae ibi
sunt describere, tempus in hujusmodi re biennii debet observari.

Sed et ista limitatio non transit sine contradictore, nam 37
Niccol. de Mat. intelligebat *d. l. cum domini*, quod absens debeat
expectari arbitrio judicis, dum tamen biennium non excedat
arg. *l.* 2. *ff. de jur. delib.* ut refer. Bald. *in d. l. sede
num.* 6. *c. locat.* ubi addit hoc verius esse, quia absurdum
est per absentiam inquilini impediri jus domini. Alii eumdem
text. *in d. l. cum. domini*, aliter intelligunt, et restrin-
gunt, et signanter, ut procedat tantum, prout loquitur de vo- 38
lente aperire horrea, insulasve clausas absente conductore,
quod non permittendum statim, sed expectandum saltem biennium,
cum haec sit res onerosa conductori, quod ejus merces,
et res familiares ipso absente detegantur, et publicentur
ita in specie sensit Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 21. *num.*
6. sed adversus eum insurgit Mart Med. *d. exam.* 28. *num.*
8. et non solum redarguit illum, quod velit restringere limitationem
dumtaxat ad conductores horreorum, in quo redarguitio
admitti possit, quia textus ipse supracitatus loquitur
etiam de conductoribus insularum, sed etiam dicit eum uti
ratione frivola, in quo videtur excedere, quia Valasc. rationem
praedictam fundat. *in l.* 2. *c. quando et qui lib.* 10. *et
in l. defensionis facultas.*, ibi, *inquietari describique sua
non sit, c. de jur. Fisc. lib.* 10. et videtur satis rationabilis.

Retenta igitur limitatione restricta ad casum, quo aperienda
sit domus in qua adsint bona conductoris, animadvertendum 39
expectari debere tempus praefatum si constet conductorem
absentem esse, alias enim si visus fuit una die, et alia non
appareat, et ignoretur ubi sit, non est expectandum, sed aperienda
domus, quia potest esse in ea aegrotus vel mortuus,
ut monet Bart. *in d. l. cum. domini* 58. *ff. locat.* et potest e-

tiem latitare in fraudem locatoris, quee fraus non debet ei patrocinari *c. officii* 14. *ver. si vero constiterit de text.* Coce. *decis.* 44. *num.* 5. *et decis.* 1051. *num.* 7. *ad fin.*

40 Cautus tamen esse debet locator aperiens domum in qua
adsint mobilia condoctoris, ut faciat ea describere per publicom notarium, ut habetur *in d. l. cum domini*, alias enim daretur adversus eum juramentum in litem conductori ad probandam quantitatom mobilium Add. ad Alex. *in l. actionibus numer.* 18. *in prima addit. ff. de in lit. jur.* Ancbar *cons.* 286. *numer.* 2. *et per tot.* Menoch. *cons.* 579. *numer.* 9.

Tertio limitatur, ut si non agator de locatione simplici, sed
41 de emphyteosi, tunc non possit expelli conductor statim, sed
in privata expectandum sit triennium, in ecclesiastica bienniom, ut docet Bart. in *d. l quaero* 56. ℥. *inter locatorem vers. aut loqueris il primo, ff. locat.* et quidem in terminis verae emphyteusis limitatio nullam habet difficultatem, quia fundatur in juribus apertis, videlicet, quoad emphyteusim privatam *in l. fin. c. de jur. emph.* et quoad ecclesiasticam *in auth. qui rem, c. de sacros. eccl.* et c. *potuit de locat et cond.* Clar. *in ℥. emphyteusis qu.* 8. *nu.* 1. Cassad. *decis.* 2.
42 *de locat. et cond.* Sed an procedat etiam in simplici locatione ad longum tempus, valde dubitat Valasc. *d. q.* 21. *numer.* 7. licet concludat pro affirmative, pro qua etiam stat aperte Ang. licet Valasc. videatur eum allegare pro contraria *in auth. de non alien.* ℥. *scire autem num.* 25. dicit enim idem esse in colonis ad longom tempus, ac in emphyteusis, ut expectari debeant per triennium, et licet subdat, de hoc tamen nescio legem, nihil relevat, dum hoc non obstante aperte sensum suum explicat, et quod magis est, reddit rationem valde urgentem, quia cum locatio est ad longum tempus, colono acquiritur jus in re, cui addi potest, quod imo acquiritur ei dominium utile, ut alibi firmatum fuit, et propterea non ita de facili debet privari, ac simplex conductor ad breve tempus dominium nullum habens, sed aequiparari debet emphyteutae, prout sensit etiam post alios Caroc. *d. tit. de recusat. q.* 14. *num.* 50. et Mart. Med. *exam.* 28. *num.* 9. ubi notat Caroc. quod de biennio absque ulla distinctione inter ecclesiasticam, et laicalem emphyteosim credat, et probatur haec opinio per text. *in cap. propter* 3. ℥. *verum de loc. et cond.* quidquid enim dicat Valasc. ubi supra quod talis text. sibi non loquitur de conductore ad longum tempus, tamen clarum est quod loquitur de inquilino, et sic de condoctore, et ubi intelligi deberet de conductore ad breve tempus, esset in fortiori, et contra supra firmata, dum dicit, quod sit expectandum biennium, et quod non ita de facili privari debeat re conductor, ad longum tempus habens illius dominium utile, ac conductor ad tempus breve nullum rei dominium habens Jas. *in l. divortio,* ℥. *si fundum nu.* 4. *ad med. ff. sol. matrim.* ubi in specie quod requiritur in eo bienniom, Buin. *cons.* 88. *num.* 2. *lib.* 1. Caroc. *de locat. tit de recus. q.* 7.
43 *num.* 4. et quod isti contractus emphyteusis, et locationis ad longum tempus in hoc proposito caducitatis ob non solutum canonem, seu mercedem sint aequiparati patet in *auth. qui rem, c. de sacros. eccles.* et probant Socc. Seu. *contr.* 167. *num.* 7. *vers. si vero dicamus lib.* 2. Surd. *cons.* 537. *numer.* 15. *vers. aut intelligimur,* Corbul. *de caus privat. ob non sol. can. ampl.* 23. Boer. *decis.* 234. *num.* 3. et dixit Rota coram Seraph. *dec.* 288. *n.* 11. et cor. Buret. *dec.* 334. *num.* 19.

Dum autem ex praecitatis, in hoc locatio ad longum tempus aequiparatur emphyteusi, possem multa adducere ad empliendum hunc locationis finiendae modum, qui praecipue in emphyteuticis dicitur caducitas, seu devolutio. sed quia est materia latissime tractata per scribentes de jure emphyteutico, ad eos me remitto, solumque generaliter dico, quod cum agatur de privatione dominii utilis penes ipsos emphyteutam
44 seu conductorem ad longum tempus existentis, ista reputetur materia poenalis, et ideo restringenda, et propterea admittitur quaelibet causa etiam injusta, fatua, et bestialis ad excusandum eos a tali privatione Corbul. *de caus. priv. ob non sol. can. lim.* 17. *numer.* 2. Fulgin. *de jur. emph. tit. de sol. can. qu.* 1. *num.* 8. Surd. *decis.* 188. *num.* 8. *et dec.* 201. *num.* 7. Seraph. *decis.* 1228. *numer.* 5. Gregor. *decis.* 388. *num.* 4. Buratt. *decis.* 624. *num.* 8. *in recent. decis.* 261. *num.* 1. *part.* 1. *et decis.* 281. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 2. *et decis.* 257. *num.* 6. *part.* 11. *recent.* et praecipue in Rota, aliisque supremis tribunalibus, quae aliena sunt ab infli-
45 gende dicta poena, ut dicit Dunoz. Jun. *dec.* 799. *num.* 21.
Et quia superius dictum est, quod saltem ubi agitur de domo aperienda, si condoctor sit absens, expectari debet per bienniom, addo, quod ubi agitur de emphyteusi, seu locatione ad longum tempus in qua non incurritur caducitas nisi cessaverit conductor solvere per bienniom in ecclesiastica, et per trien-
nium in laicali, sola absentia solvere debentis ab hac caduci- 46
tate excusat, vel tribuit causam restitutionis in integrum, etiam majori, Fulgos. *cons.* 7. *num.* 4. Dec. *cons.* 138. *num.* 7. *ad fin. vers. postremo considerandum,* Grat. *cons.* 79 *n.* 11. *vers. accedat quoque lib.* 1. Corbul. *de caus. privat. ob non sol. con. lim.* 10. *num.* 2. Rot. *decis.* 509. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *et decis.* 719. *num* 8. *et* 9. ubi etiam stante juramento *part.* 4. *tom.* 3. *et decis.* 257 *numer.* 4. *part.* 11. *recent.*

Caeterum ista caducitas, seu finis locationis evitatur si con- 47
ductor solvere omiserit per errorem aliquem Verall. *decis.* 180. *num.* 4. *part.* 1. Caroc. *d. quaest.* 14. *num.* 61. *in fin.* Mart. Med. *exam.* 28. *n.* 10.

Praeterea evitari poterit per purgationem morae, idest, per 48
celerem satisfactionem *cap. propter,* ℥. *verum et cap. potuit. de locat et cond.* Gabr. *cons.* 75. *num.* 7. *et seq. lib.* 2. Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 21. *num.* 7. Mart. Med. *exam.* 28. *num.* 10.

Et non habet d. conclusio difficultatem si locatio sit finita 49
ob non solutionem ex juris dispositione, sed si adesset in instramento expressum pactum resolutivum in casu non solutionis, sunt opiniones, nam multi tenent, quod tunc non detur morae purgatio Jos. Ludov. *decis. Perus* 90. *n* 27. Put. *dec.* 66. *lib.* 3. Milliu. *dec.* 248. *n.* 1. Gregor *dec.* 559. *n.* 6. *inter divers. dec.* 572. *n.* 3. ubi etiam si tale pactum positum sit in fine instrumenti *part.* 1. Mart. Med. *exam.* 28. *n.* 21. *vers. vel. dummodo.*

Contrarium vero, quod etiam stante tali pacto detur mo- 50
rae purgatio, tuentur alii, et signanter Ursil. ad Afflict. *dec.* 174. *num.* 3. *vers. quod procedit etiam,* et latius Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de sol. can. quaest.* 6. *num.* 22. *ante med. vers. caeterum et si rationes.* Et primam procedere de jure civili, et juxta illud pluries fuisse decisum, sed de jure canonico magnam adesse difficultatem, et decisum non reperiri dicit Verall. *decis.* 237. *numer.* 2. *part.* 2. Verum quidquid esset temporibus Veralli post eum emanarunt, quamplures decisiones firmantes primam opinionem, et loquentes in terminis juris canonici, ut patet ex supracitatis, et ultra eas in specie, et expresse. quod non detur morae purgatio, etiam aequitate canonica attenta, in casu pacti firmatur *in dec.* 203. *n.* 19. *et* 20. *par.* 6. *recent.* et scripsit Gratian. *discept.* 786. *num.* 31.

Prout etiam controvertitur an dicta purgatio morae sit ad-
mittenda stante juramento per conductorem in contractu ap- 51
posito, negativam etenim opinionem sequuntur in specie Alex. *cons.* 131. *num.* 2. *lib.* 4. Corbul. *de caus. priv. ob non sol. can. lim.* 41. *num.* 13. Afflict. *decis.* 174. *num.* 5. *vers. et ibi est.* Jos. Ludov. *dec. Perus.* 90. *nu.* 11. *et seq.* Mart. Med. *exam.* 28. *nu.* 11. *vers. dummodo,* Valasc. *de jur. em-
phyt. quaest* 21. *nu.* 8. *in fin.* contrarium vero, quod adhuc 52
purgationi morae locus sit de aequitate canonica in hoc proposito attendenda late probat Gutier. *de juramento part.* 3. *cap.* 17. *num.* 5. *et seq.* Seraph. *eodem tit. privileg.* 48. *numer.* 8. ubi paulo post med. *vers. ego tamen,* inquit istam veriorem existimare. et sequitur Gratian. *disceptat.* 378. *num.* 23. *et disceptat.* 708. *num.* 58. Verall. *dec.* 232. *num.* 3. *part.* 2. Add. ad Gregor. *decis.* 559. *numer.* 10. *vers. et procedit,* ubi alias decisiones adducit etiam in terminis obligationis cameralis continentis non solum juramentum, sed etiam renunciationem omni legum auxilio, de qua etiam Rotae coram Coccin. *decis.* 1051. *num.* 10. unde non facile erit
ab hac recedere, eoque magis si adsit tantum juramentum as- 53
sertorium, non autem juramentum de non contraveniendo, quia hoc casu etiam tenentes primam, admittunt eam non procedere Corbul. *dict. limit.* 41. *num.* 14. *vers. et quod dictum,* Joseph. Ludov. *decis. Persus.* 90. *num.* 13. *et* 23. et ubi non omiserit solvere ipsemet qui juravit, sed aliquis de ejus haeredibus, vel aliter successoribus, quia ad eos non
transit virtus juramenti Cagnol. *in l. si quis major. n.* 203. 54
c. de transact. Gabr. *cons.* 65. *n.* 25. *et seq. lib.* 2. et his, aliisque adductis in proposito firmavit Rot. cor. Dunoz. Jun. *dec.* 799. *n.* 20.

Et controvertitur etiam quando dicatur celeris satisfactio, 55
quae requiritur ad purgationem morae, aliqui enim volunt, quod ut dicatur celeris satisfactio, debeat esse intra duos menses Jas. *in l.* 2. *num.* 84. *in fin. cod. de jur. emphyt.* Gabr.

cons. 75. num. 5. part. 2. Corbul. de caus. privat. ob. non
sol. can. lim. 41. ad fin. alii admittunt, ut dicatur intra sex
56 menses Gratian. discept. 378. num. 21. caeterum, ut pluri-
mum conveniunt standum esse arbitrio judicis, quoduam di-
catur tempus breve, ita ut satisfactio celeris sit glos. in cap.
potuit in verbo celeri ad fin. ibi, quia in jure non est deter-
minatum, de locat. Dec. cons. 138. num. 7. ante med. vers.
nam secundum communem, Gratian. discept, 378. num. 18.
et disc. 708. num. 64. Ruta decis. 572. numer. 2 part. 1.
div. qui tamen non debet arbitrari de biennio, vel triennio, ut
dicit Auchar. cons. 141. col. 4. quem refert Dec. ubi supra,
sed potest arbitrari tantum per menses Jos. Ludov. decis.
57 Perus. 90 n. 32. et 33. qui numerari debent a die acceptа-
tae resolutionis, non autem a die omissae solutionis, vel lapsis
biennii, vel triennii, ut declaravit Rot. coram Donoz. Jun. dec.
58 419. n. 28. post med. qui judex considerare debebit circum-
stantias facti, et ex ejus arbitrari, an tempus sit breve, vel non,
et animadvertere ad qualitatem contractus, nam non ita de fa-
cili expelli, et privari jure suo debet conductor ad longum tem-
pus, ac conductor ad breve, ut dictum est supra, considerandum
59 etiamsi conductor erat praesens, vel absens, quia licet supra-
dictum sit per solam absentiam non expectandum biennium
nisi in caso quo aperienda sit domus, tamen aliquid magis
indulgendum absenti, quam praesenti Gabr. cons. 75. num.
60 5. lib. 2. item considerare debebit qualitatem personae sol-
vere debentis, si commode solvere poterat, vel difficulter Ga-
br. d. cons. 75. n. 5. lib. 2. Gratian. discept. 378. n. 19 ubi
ponderat senectutem, ac malam valetudinem emphyteutae,
nec non si omisit solvere totum, vel partem, quia mitius a-
gendum cum isto Rot. coram Seraph. decis. 591. in fine.

61 Requiritur etiam, ut morae purgationi locus sit, et dicatur
celeris satisfactio, quod offeratur solutio re integra Alex. cons.
131. num. 2. in princ. lib. 4. Valasc. de jur. emph. quaest.
21. num. 8. Mart. Med. exam. 28. num. 12. Adden. ad Gre-
gor. decis. 559. num. 10. vers. limitatur secundo, et res non
62 dicitur integra si non potest reponi in pristinum Cyriac.
contr. 239. num. 31. et si locator jam adeptus sit possessio-
63 nem, vel aliter facta sit executio Natt. cons. 364. n. 12. Ve-
ral. decis. 236. part. 2. Rot. decis. 803. numer. 2. part. 1.
64 div. sive executio facta sit a lege, sive ab homine Gratian.
discept. 708. num. 44. et 45. et numer. 48. ubi explicat si-
ve a lege transferendo dominium ipso jure, sive ab homine
per rei traditionem Adden. ad Gregor. d. decis. 559. num.
10. vers. limitatur secundo, ubi et adducit decisionem in
qua fuit dictum, fidejussorem non posse purgare moram post
relaxatum mandatum contra ipsum, sed talis decisio est ni-
mis rigorosa, nam requiritur executio perfecta per rei tradi-
65 tionem, itaut non sufficiat nedum mandatum solum, sed nec
etiam subhastatio, et deliberatio, ut firmavit Rota cor. Cocc
dec. 1051. num. 3. vers. num fuit responsum, et seq. et com-
probat Gratian. decis. 708. num. 46. et seq. quibus in locis
respondet etiam decisioni in romana devolutionis cor. Pam-
philio, in qua pro exclusione purgationis morae considerata
fuit sola executio absque deliberatione, dicendo, quod ibi
executio non fuerat prosecuta propter plura impedimenta a
debitore praestita, et proinde non fuit visum conveniens,
quod ipse ex culpa sua consequeretur beneficium, scilicet
admitteretur ad purgationem morae, a qua alias sine tali cul-
66 pa in apponendis impedimentis remansisset exclusus, et ul-
terius, quod ibi mora videbatur geminata, ex quo pariter ex-
cluditur morae purgatio Roman. cons. 352. nu. 8. cum aliis
per eos citatis nempe per. Cocc numer. 8. et per Gratian. n.
67 53. ulterius non sufficit executionem fuisse factam si fuit ap-
pellatum legitime, ex quo appellatio suspendit omnia, ut di-
xit Rota cor. Seraph. dec. 1101. num. 4.

68 Et ex his convincitur non attendendam opinionem, quod
res desinat esse integra ad hunc effectum per declarationem
domini se velle locationem finitam, et acceptationem devolu-
tionis, cum qua post alios transeunt Dec. cons. 138. num. 6.
et Afflict. decis. 174. n. 6. et saltem ubi acceptatio est facta
post longum tempus, eam admittit etiam Gabr. cons. 75. n.
7. lib. 2. contrarium enim est verius, ut praeter supra addu-
ctas auctoritates, tradunt in specie Gratian. discept. 378. n.
21. et seqq. Corbul. de caus. privat. ob non sol. can. lim.
41. num. 9. Hodier. ad Surd. decis. 29. num. 8. Rot. decis.
577. num. 2. ad fin. part. 2. recent. prout etiam convinci-
tur non subsistere aliam opinionem, quod conductor petere
69 debeat purgationem morae antequam conveniatur, ut sensit
Gratian. discept. 378. num. 18. vel ante sententiam, juxta
relatos per Hodiern. ad Surd. decis. 29. sub num. 8. sed ve-
rius esse, quod possit etiam peti post ipsam sententiam, prout 70
obtinuisse dicit Ursil. ad Afflict. decis. 174. num. 3. Thor.
in compend. decis. part. 3. vers. emphyteuta. 4. Hodier.
ad dict. decis. 29. num. 9 imo in quacunque parte judicii
ut dixit Rot. decis. 728, num. 4. part. 4. divers. et decis. 71
165. num. 30. part. 10. recent. dummodo videlicet per exe-
cutionem perfectam, non sit actualiter consummatum.

Non dicetur autem res integra si dominus rem alteri jam 72
locaverit Alex. cons. 131. numer. 2. lib. 4. prout, et e
contra dici rem integram si alteri non fuerit facta locatio,
tradit Valasc. post alios de jur. emphyt. quaest. 21. num. 8.
Mart. Med. exam. 28. n. 11. At secus est de simplici cessio- 73
ne suorum jurium per dominum alteri facta, per eam enim
non desinet esse res integra, sed sicut competebat morae pur-
gatio adversus cedentem, ita et competere debet contra ces-
sionarium Add. ad Gregor. decis. 559. nu. 10. in secunda
limitatione ad fin. Seraph. dec. 591. n. 11.

Caeterum datur etiam alia regula generalis in hac materia 74
ut morae purgatio de aequitate canonica detur semper, ac
jus alterius non sit effectum deterius, ut firmavit Rota cor.
Seraph. decis. 591. num. 7. et decis. 1150. num. 4. et coram
Dunoz. jun. decis. 799. num. 24. secus autem e contra si jus
alterius sit effectum deterius, seu in damnum resultet, quia 75
tunc non admittitur amplius purgatio morae, l. si ita 135.
§. Seja. ubi glos. in verb. interesse, Bart. et Jas. num. 11.
ff. de verb. oblig. Paris. cons. 19. num. 239. et seqq. lib. 2.
Gratian. discept. 708. num. 18. et seq. nec etiam de aequi-
tate canonica Veg. cons. 68. nu. 31. post med. et 41. Scam.
decis. 93. sub. num. 44. Rot. dec. 288. num. 14. et 15. post
Statil. de Salviano.

Verum admittitur etiam ubi jus alterius sit effectum de- 76
terius, si purgationem petens velit ejus damnum totaliter re-
ficere Seraph. de juram. privil. 38. num. 12. et seq. Meresc.
variar. lib. 2. cap. 124. num. 11. Addn. ad Gregor. decis.
559. num. 10. in 1. limit. Add. ad Burst. decis. 582. num.
13. Rot. decis. 728. numer. 4. part. 4. divers. quod tamen 77
non procederet si conductor peccasset in faciendo Coccin. dec.
204. n. 8. et. dec. 217. n. 4.

Non dicetur autem effectum deterius jus locatoris, et eum 78
in damno esse, ex eo solo, quod lucrum perdiderit, ut firmat
Rim. Jun. cons. 643. n. 11. et seq. sed bene si de suo expen-
dit, puta in lite Bart. in l. si post. tres. 8. num. 5. ad med.
ff. si quis caution. ubi secus dicit in cautione judiciali, de
quo Angelus ibidem num. 4. in fin. Gozad. cons. 57. n. 18.
Rota dec. 410. n. 8. part. 4. divers. et decis. 282. num. 13.
post Statil.

Evitatur etiam iste finis locationis, et devolutio bonorum
locatorum ex eo quod locator receperit mercedem, vel etiam
eam solum petierit, quia per tales actus censetur voluisse in
contractu continuare non autem illum finire, et inducitur de-
volutionis incursae remissio, de quo dicam in cap. 59.

De fine locationis per supervenientem neces-sitatem domino utendi re locata.

SUMMARIUM.

1. Necessitas superveniens domino utendi re locata tribuit ei facultatem expellendi conductorem.
2. Decl. non procedere si necessitas imminebat de tempore locationis
3. Et necesse est non fuisse opinatum de eo tempore necessitatem.
4. Et quod verisimiliter non potuerit praevideri.
5. Futura prospicere pertinet ad prudentem virum, sed damnum non afficit non cogitantem.
6. Necessitas licet pro parte adesset de tempore contractus adhuc si postea fuerit inopinanter aucta, tribuit facultatem expellendi conductorem.
7. Utilitas locatoris non sufficit ad expellendum conductorem, sed requiritur necessitas.
8. Necessitatis utendi domo locata est si dominus habitabat aliam, quae corruerit, vel ruinam minetur.
9. Decl. proced. si ruina sit talis, quae ponat eum in necessitate migrandi.
10. Idem si superveniant hostes in loco ubi inhabitat, vel habeat ibi inimicos.
11. Idem si uxorem duxerit, cum qua non possit commode habitare ubi degit.
12. Secus si de tempore locationis fuisset nubilis aetatis, et in proxima spe uxorem ducendi.
13. Idem si supervenerit ei dignitas.
14. Idem si supervenerit infirmitas ob quam domo illa indigeat.
15. Idem si sciat in domo locata facere artem.

Declaratur n. 16. 17. 18

19. Utile artis in specie non est publica, sed privata cum exercentiom.
19. Necessitas domus locatae non solum sufficit ad expellendum conductorem si propria domini, sed etiam filii patris, vel matris.

20. Non autem sufficit pro fratre vel aliis.
21. Et pro filio sufficit quod uxorem duxerit.
22. Statutum ampliaos dictam facultatem expellendi pro necessitate fratrum, vel aliorum, est exorbitans, et stricte intelligendum.
23. Limita primo dictam facultatem expellendi conductorem pro necessitate, procedere io domo tantum.
24. Limita secundo ut eadem facultas competat locatori tantum, non etiam successori.
25. Declara procedere io successore singulari non io haerede.
26. Decl. secundo ut competat etiam successori singulari, si sit filius, vel pater locatoris.
27. Decl. tertio ut haeres possit expellere si evenit casus quo defunctus indiguisset domo, non si ipse ex aliqua particulari causa indigeat.
28. Decl. 4. ut si conductor sublocaverit, et deinde ei superveniat necessitas non possit subconductorem expellere,
29. Lim. tertio dictam facultatem expellendi, ut non procedat si conductor sit persona privilegiata.
30. Decl. limitationem non procedere si conductor sit scholaris, et locator habeat filium scholarem, qui revertatur aegrotus, et indigeat domo locata.
31. Et generaliter, quod procedat facultas expellendi etiam adversus privilegiatos, tenent aliqui.
32. Intellige hoc procedere, si persona privilegiata non habeat praecisam necessitatem domus conductae.
33. Privilegiatus comprehenditur in generali dispositione quando non est specialiter privilegiatus io casu illo.
34. Lim. quarto stante pacto de non expellendo conductorem toto tempore durantis locationis, quia nec expelli poterit ex hoc capite supervenientis necessitatis.
35. Contrarium verius probatur, et o. seq.
36. Expressio ejus quod tacite inest nihil operatur.
37. Juramentum firmat contractum intra suos limites, non autem illum extendit.
38. Decl. limitationem procedere si promissum non expellere conductorem expresse etiam in casu supervenientis sibi necessitatis.
39. Tale pactum non potest fieri a procuratore non habente ad id mandatum speciale.
40. Vel debet ex circumstantiis deprehendi locantem de tali casu sensisse.
41. Nec sufficit pactum, quod non possit expellere etiamsi domum pro se vellet.
42. Lim. quinto si necessitas locatori supervenerit culpa sua.
43. Culpa propria non debet alicui patrocinari.
44. Declara procedere in ea culpa quae est causa proxima.
45. Limita sexto si domus sit talis, ut possit in ea succorri necessitati domini absque expulsioni inquilini.
46. Lim. 7. si res locata sit specialiter hypothecata pro observantia contractus.
47. Contrarium quod adhuc possit expelli conductor.
48. Lim 8. si postquam evenerit casu necessitatis locator pensiones receperit a conductore.
49. Decl. procedere si recepit pensiones post casum necessitatis decursas secus si decursas ante.
50. Lim. 9. ut causa necessitatis debeat esse vera, et si reperiatur falsa conductor restituitur.
51. Et falsa convincitur si postea dominus non habitavit.
52. Lim. 10. in locatione ad longum tempus.
53. Lim. 11. ut hoc sit privilegium, et ideo non ampliandum.
54. Declara tamen esse sustinendum tanquam aequum, et favorabile.
55. Lim. 12. ut non possit ex dicta causa necessitatis dominus conductorem expellere propria auctoritate.
56. Et probandam esse necessitatem supervenisse.
57. An requiratur libellus, sunt hinc inde opiniones.
58. Pro dicta probatione non sufficit juramentum domini.
59. Sufficit tamen probatio summaria arbitrio judicis.

CAPUT LVI.

Unus ex modis, quo locatio ante tempus praefixum in con-
1 tractu finitur, seu ab ea receditur, est si dominus probaverit
eam sibi ad usum proprium necessariam esse, quia permitti-
tur ei conductorem expellere, tam de jure civili in *l. aedem*
3. *c. de locat.* quam canonico in *cap. propter sterilitatem.*
§. verum eodem tit. ubi Barbos. *n.* 21. refert etiam doctores
hoc notantes.

2 Requiritur tamen ad hunc effectum, quod necessitas prae-
fata non immineret tempore quo facta fuit locatio, ut dicitur
3 in dicto *cap. propter sterilitatem §. verum.* unde necesse est
quod supervenerit, et non fuerit opinata de illo tempore, Bald.
in l. aedem num. 18. *c. locat.* ubi etiam Ang. *num.* 3. *vers.*
et requiritur, Gabr. *de locat. concl.* 3. *num.* 6. Gomes. *va-*
rior. tom. 2. *cap.* 3. *num.* 6 *ver. item quando*, Rim. Jun.
cons. 225. *num.* 11. Cancer. *tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. Ma-
4 gon. *dec. Lucen.* 75. *num.* 6. imo et quod verisimiliter non
potuerit praevideri de tempore contractus requirunt Valasc.
de jure emphyt. quaestion. 22. *numer.* 3. *in princ.* et Mart.
Medic. *dec. Senen. in examin.* 28. *num.* 20. sed hoc intelli-
gendum est cum aliquo moderamine, nam non tenetur, quis
5 considerare remota, sed solum propinqua, ea enim, quae sunt
satis remota, erunt, et forte non erunt, ut ait Seneca, et pro-
spectus futurorum quamvis pertineat ad sapientem virum,
tamen non afficit damno non cogitantem, nisi ex praesenti
statu debuerit cogitare, ut docet Bald. *in dict. l. aedem nu-*
mer. 17. *vers. sed nonne*, secus si debuit cogitare Magon. *dec.* 6
Lucen. 75. *n.* 8. non tamen satis esset ad excludendum lo-
catorem ab hac facultate expellendi conductorem ex quo
necessitas de tempore contractus in aliqua parte adfuisset, vel
immineret, si postea valde augeatur inopinate ex aliquo
casu, ut tradit Valasc. *de jur. emphyt. quaest.* 22. *numer.*
9. et sequitur Molin. *de just. et jur. tract.* 2. *disp.* 499. *nu-*
mer. 9. 7

Et debet esse vera necessitas, nec sufficit utilitas locatoris
sola, Ang. *in dict. l. aedem n.* 1. *ver. et hoc nota*, ubi ponit
exemplum, si adveniat in loco ubi locata est domus sum. pon-
tifex, et locator sperans majorem pensionem percipere debe-
re, fingat velle habitare in ea, Alciat. *cons.* 35. *sub num.* 8.
lib. 8. Caroc. *de loc. tit. de recusat. quaest.* 2. *n.* 8 Mart. Me-
dic. *exam.* 28. *n.* 22.

Casus autem supervenientis necessitatis plures esse pos- 8
sunt, et exempli gratia, unius est, si domus in qua locator
inhabitabat corruat, ut exemplificat gloss. *in dict l. aedem*
vers. necessarium. et in dict. cap. propter ver. non immine-
bat, et idem est si incipiat minari ruinam, ita ut tuto inha-
bitari non valeat, Gomes. *variar. resol. cap.* 3. *num.* 6. *post*
med. Molin. *de just. et jur. tract.* 2. *disp.* 499. *num.* 6. et
etiam si non corruerat in totum, sed in parte, Valasc. *de ju-* 9
re emphyt. quaest. 22. *numer.* 3. quod intelligendum est si
ruina sit talis, quae ponat eum in necessitate migrandi, quia
alias non applicarentur jura supracitata, de necessitate super-
veniente loquentia.

Ex eo autem, quod dictum est sufficere, quod locator in 10
domo, in qua inhabitabat tuto amplius inhabitare non possit,
ex quo minetur ruinam, infertur ad alios plures casus simi-
les justi timoris, nempe si superveniant hostes in loco, vel
habeat inimicos in vicinia, aut aliud immineat periculum, i-
taut ibi inhabitare non valeat, ut ampliat Valasc *in dict. q.*
22. *numer.* 3. et sequitur Molin. *d. quaestion.* 499. *nu-*
mer. 6.

Aliud exemplum est si locator uxorem ducat, ac proinde 11
necessitas sibi oriatur redeundi ad domum locatam pro ha-
bitando cum ea, quia forte illam quam inhabitat, licet esset
commodam pro se solus tamen non est talis pro se et uxore,
hoc enim casu poterit conductorem expellere, glos. *in dict. l.*
aedem, ver. necessariam, et in d. cap. propter sterilitatem.
ver. non imminebat, quam glossam alii communiter sequuntur
ut post Salicet. *ibi numer.* 4. dicit Valascus *dict. q.* 22. *sub*
num. 3 nisi tamen locator de tempore factae locationis fuis- 12
set nubilis aetatis, et in proxima spe ducendae uxoris, quia
tunc casus non posset dici inopinatus, prout requiri dictum
est supra, et tradit in specie Martius Medic *examin.* 28. *nu-*
mer. 20.

Eadem ratione si locatori superveniat dignitas per quam 13
indigeat majori familia, et sic necessaria sit major domus quam
inhabitata, et opportuna illa quam locaverit poterit ad eam-
dem regredi, ut tradit Gomes. *varior. tom.* 2. *cap.* 3. *sub n.*
6. *prope med.* et sequitur Molin. *de just. et jur. dict. disp.*
499. *num.* 6. *post med. ver. aliud exemplum.* Vel si super- 14
veniat infirmitas, propter quam locator indigeat domo causa
melioris habitationis, vel aeris Caroc. *de loc. tit. de recusat.*
qu. 2. *n.* 10.

Aliud etiam exemplum si locator indigeat domo locata, quia 15
velit facere in ea artem lanae, vel aliam honestam, aut quid
simile affertur per Bald. *in dict. lege aedem. numer.* 17. *c.*
loc. sed tale exemplum restringitur primo per Greg. Lopez. 16
in l. 6. *tit.* 8. *part.* 5. *recopil.* procedere quando locator ex-
ercuisset antea artem in alia domo, quae corruisset, vel alia
de causa non posset ibi amplius exerceri; et secundo loco re-
stringitur a Valasco. *de jur. emph. quaest.* 22. *num.* 3. *ad*
fin. ubi relata restrictione Gregorii, inquit, nec eam sibi sa-
tis esse si dominus aliunde, quam ex illa arte vivat, et addit
rationem suae opinionis, quia lex usibus propriis necessariam
esse domum requirit, et eum sequitur Molin *de just. et jur.*
tract. 2. *quaest.* 499. *num.* 6. *ad fin.* et Mart. Medic. *exam.*
28 *num.* 22. nec pro defensione Baldi indistincte loquentis
considerari potest, quod concurrat utilitas publica, ut ars illa
exerceatur, quia utilitas artis lanae in specie, idest in quan- 17
tum ab uno, vel duobus exercetur, non dicitur utilitas publi-
ca, sed tantum privata exercentium secundum Barbat. *cons.*
30. *num.* 1. *post med. ver quia istud statum artis lanae lib.*
3. et ad effectum expellendi conductorem, non sufficit utili-
tas locatoris, sed requiritur necessitas, ut dictum est supra *n.*
7. et in his terminis expulsionis conductoris apothecae ad ef-

fectum vendendi in ea pannos, dicit Alciat *cons.* 35. *sub. n.*
18 8. *lib.* 8. Videtur tamen sufficere primam restrictionem, quia
dum dominus est solitus exercere artem, satis suibus propriis
dicitur necessaria domus, si necessaria est pro continuatione
illius, licet non sit talis ars, ex qua solum vivat, quidquid sit
si velit ejus usum noviter assumere absque necessitate peran-
di sibi cum ea victum, facit Natt. *cons.* 25. *n.* 1.
19 Et quod dictum est de necessitate propria pro habitatione
domini, extenditur quoque ad necessitatem supervenientem
pro habitatione filii ejusdem, aut patris, vel matris, Bald. *in*
dict. l. aedem num. 17. *c. locut.* Mart. Medic. *examin.* 28.
20 *num.* 27. *ver. si vero*, non autem aliorum, nisi adsit peculia-
ris lex aliter disponens, prout adest Lusitaniae extendens e-
tiam ad fratres, ut refert Barbos. *in dict. cap. propter ste-*
rilitatem numer. 22. *de locat.* Valasc. *dict. quaest.* 22. *sub*
num. 3. Molin. *dict. disp.* 499. *numer.* 6. quod secus est de
jure, quia non procedit in fratre, ut in specie docet Bald.
dict. num. 17. *ver. quid si*, Caroc. *de locat. tit. de recusat.*
21 *quaest.* 3. Et quo ad filium, si ipse duxerit uxorem, et pro-
pterea necessaria sit major domus, haec quoque est causa quam
doctores allegant, ut signanter Valasc. *dict. quaest.* 22. *nu-*
mer. 3. ubi, et limitat si tempore, quo facta locatio, ipse fi-
lius fuisset nubilis aetatis, quia non esset casus inopinatus,
quid postea nuberet, at haec limitatio ita generaliter sumpta
non videtur vera, nisi concurrat aliud indicium, quod de nu-
ptiis filii per partem locantem cogitaretur, quia alias etiam
iu existente in aetate nubili, poterant nuptiae esse valde re-
motae, et sic illas non cogitasse, non debet nocere, prout di-
ctum est supra auctoritate Baldi *in d. l. aedem. numer.* 17.
22 Et quoniam verbum fecimus de statuto ampliante dictam fa-
cultatem expellendi conductorem pro necessitate fratrum, vel
aliarum personarum, animadvertendum tale statutum esse
exorbitans a dispositione juris, et ideo non extendendum ul-
tra personas expressas, ut tradit Rim. Jun. *consil.* 650. *nu-*
mer. 12. *et seqq.* ubi quod non dum loquitur de descenden-
tibus, vel collateralibus, non convenit ascitis, qui non sunt
tales.
23 Limitatur tamen dicta facultas expellendi pro necessitate
propria conductorem, ut procedat tantum in domo non in a-
lio fundo rustico, quia text. tam in *l. aedem*, quam *in dict.*
cap. propter sterilitatem. cum misterio de aede tantum, seu
domo loquatur, et cum hoc sit quoddam privilegium, quod
tribuitur domino, propter suam necessitatem, non debet ex-
tendi, sed restringi ad domum de qua loquitur Bald. *in dict.*
l. aedem. num. 19. *vers. sed numquid*, Gomes. *variar. resol.*
to. 2. *c.* 3. *num.* 6. *ad fin.* ubi addit tertiam rationem, quia
habitatio est pars alimentorum, et ideo ejus necessitas est ma-
gis praecisa, et magis favorabile est, ut ei occurratur Caroc.
de locat. tit. de recusat. quaest. 2. *n.* 35. Molin. *de just. et*
jur. dict. disp. 499. *n.* 10. Mart. Medic. *exam.* 28. *nu.* 33.
Cancer. *tom.* 1. *cap.* 14. *n.* 6.
24 Secundo limitatur, ut procedat in ipso locatore tantum, non
autem in ejus successore, quia haec est facultas a lege con-
cessa locatori pro sua necessitate, et ideo est personalissima,
prout est usus sui, et transferri in alium non potest, ut fir-
mat Surd. *cons.* 103. *nu.* 10. *vers. sed quia haec facultas*,
Gratian. *disc.* 117. *n.* 19. Barbos. *in cap. propter. sterilita-*
tem n. 26. *de loc. et cond.*
25 At limitatio ista recipit declarationem, ut procedat in suc-
cessore singulari in casibus in quibus tenetur stare locationi
in quibus terminis loquitur Surd. *in d. cons.* 103. ut videre
est *num.* 10. et firmatur etiam in eisdem terminis per Va-
lasc. *de jur. emphyt. quaest.* 22. *numer.* 10. secus autem in
haerede, quia iste, cum repraesentet personam locatoris, ejus-
26 dem juris esse debet, ut censuit in specie Magon. *dec. Lu-*
cen. 75. *num.* 4 et 5. et Mart. Medic. *exam.* 28. *numer.* 26.
et 27. ubi etiam ulterius declarat limitationem non procede-
re si filius, aut pater locatoris sit ejus successor, quamvis sin-
gularis, cum facultas expellendi conductorem extendatur, ut
27 procedat etiam propter horum necessitatem, ut dictum est
supra. Erit tamen metienda necessitas a persona defuncti,
non autem ipsius haeredis, ut videlicet competat isti jus ex-
pellendi, si defunctus domo indiguisset, non autem e contra
si non indiguisset ille, sed indigeat aliqua particulari causa
haeres, prout subdeclarat Molin. *in disp.* 499. *num.* 7. *post*
med. vers. limitarem. ubi etiam addit, eodem modo posse
etiam successorem particularem expellere conductorem, maxi-
me si locator totum jus suum etiam expellendi *in eum* tran-
stulerit, sed ejus opinio non caret difficultate, et praecipue
circa hoc ultimum dictum, quia hoc jus tamquam personale
cedi, ut in alium transferri non posse, dictum est supra, et prae-
cipue ex Surd. *in dicto consil.* 103. *num.* 12. quem ultra a-
lios supracitatos sequitur etiam Cancer. *variar. cap.* 14. *nu-*
mer. 21. *tom.* 1. Et quod nec conductor, si sublocaverit, ex-
pellere valeat pro necessitate sibi superveniente subcondu- 28
ctorem suum, quia hoc privilegium datur domino tantum lo-
canti, Raudes. *resol.* 27. *in princ.*
Tertio limitatur si conductor sit persona privilegiata prout
scholaris, quia non potest expelli, etiam si domino superve-
niat necessitas, hoc enim est privilegium, ut dictum supra, et
privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio, Bo-
logn. *in repetit. auth. habita num.* 369. *c. ne fil. pro patr.*
Rebuff. *de privil. schol. privil.* 8. Caroc. *tit. de recusat. q.*
2. *num.* 36. *et seqq.* ubi sublimitat si locans habeat filium a- 29
libi studentem, qui revertatur aegrotus, et pro eo necesse ha-
beat uti domo locata, Duen. *reg.* 213. *num.* 1. Ceval. *com-*
mun. contra com. quaest. 756. *num.* 43. ubi idem, quod 30
in scholaribus, dicit etiam in officialibus s. inquisitionis, ju-
dicibus durante officio, et doctoribus ac advocatis, Morla *in*
empor. jur. part. 1. *tit.* 10. *num.* 26. Barbos. *in cap. pro-*
pter sterilitatem n. 27. Mart. Medic. *exam.* 28. *nu.* 33. ubi
quod hunc veriorem existimat.
Verum ista limitatio non transit sine difficultate, quia quod 31
competat dicta facultas expellendi, est determinatio generalis
in praefatis juribus, et propterea debet comprehendere etiam
personas privilegiatas, secundum Valascum *de jure emphyt.*
quaest. 22. *num.* 5. Petr. Barbos. *in l.* 1. *part.* 7. *num.* 52.
ff. sol. matr. At haec contrariae opiniones possent forsan con- 32
ciliari, ut ista secunda procedat si scholari, vel alteri privile-
giato non sit praecise necessaria domus conducta, alias procu-
dat prima, idque ex ratione, quia praedicti hab ut privile-
gium compellendi dominum etiam invitum sibi locare, ut di-
ctum est supra in *cap.* 20. sed tale eorum privilegium pro-
cedit tantum in casu necessitatis, ut ibidem fuit declaratum
numer. 36. *et seqq.* unde sunt quidem privilegiati in ma-
teria ista locationis, et conductionis, sed tantum in dicto ca-
su necessitatis, ergo in eodem tantum non debent compre-
hendi in dicta generali determinatione, quod conductor pos-
sit expelli per supervenientem necessitatem domini, nam re- 33
gula est, ut privilegiatus non comprehendatur in generali di-
spositione, in quantum privilegiatus est in materia illa, se-
cus autem, ubi non extenditur ejus privilegium, quia tunc
comprehenditur, Bart. *in auth. quas actiones. num.* 3. *vers.*
quandoque quilibet, c. de sacros. eccles Mascard. *de statut.*
inter. concl. 5. *num.* 36. Fenzon. *ad stat. urbis in inscript.*
n. 71. Rot. *dec.* 46. *n.* 16. *p.* 5. *rec.* et cor. Durano *dec.* 67.
n. 10. et in specie dictam secundam opinionem procedere,
si persona privilegiata, quae conduxit non sit talis quae possit
expellere locatorem e propria domu, Molin. *de just. et jur.*
dict. disp 499. *n.* 9.
Quarto limitatur stante pacto de non expellendo conducto- 34
rem toto tempore durante locationis, quia, ut aliquid ope-
retur, videtur recessum a natura contractus, ita ut non pos-
sit conductor, neque ex hoc capite supervenientis necessi-
tatis expelli Ang. *in l. aedem nu.* 1. *vers. dico etiam.* licet
in meo Cod. adsit dictio, nisi, ibi: *nisi quia locator habita-*
re velit, quia dignoscitur mendose apposita, tum ex sensu,
tum etiam, quia Angelum istam opinionem tenere referunt
alii eum sequentes, et signanter Grat. *consil.* 69. *num.* 20.
lib. 2. Natt. *cons.* 481. *numer.* 19. et aliis pluribus adductis
Caroc. *dict. quaest.* 2. *nu.* 18. et Seraphin. *de privil. ju-*
ram privil. 13. *num.* 20. *et privil.* 49. *numer.* 48. Valasc.
de jure emphyt. quaest. 22. *numer* 8. ubi relatis contrariis,
hanc opinionem tuetur, et dicit vereri, ne in judiciis prae-
valeat, Mart. Medic. *exam.* 28. *n* 29. *et seq.* Put. *dec.* 161.
n. 1. *lib.* 1. Cyriac, *contr.* 229. *n.* 31.
Verum ista quoque limitatio patitur difficultatem, et con- 35
trarium videtur verius, nam pacta in contractu apposita, in-
telligi debent juxta naturam ipsius contractus, et proinde cum
de natura contractus locationis sit, ut non expellatur condu-
ctor si non superveniat necessitas domino utendi domo, ita
intelligi debet pactum praedictum; etiam si dici possit, quod
ita intellectum nil operetur, dum tacite inerat, quod extra
dictum casum, et alios in jure expressos non posset expelli, 36
quia non est novum, quod expressio ejus quod tacite inest
nihil operetur, prout in specie respondit Rimin. Sen. *cons.*
613. *n.* 4. *vers. vel et secundo. et seq. per tot.* ubi per has ra-
tiones asserit decisionem Angeli ubi supra esse falsissimam,
Nat. *cons.* 416. *num.* 2. *vers. sed respondetur. et seq.* usque
ad 8. ubi pariter eadem rationibus dicit, decisionem Angeli

non esse veram, Arn. Ferron. *ad consuet. Burdegal. tit.* 3.
§. 2. Covar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 4. *in fin.*
ubi hanc in practica servandam Gregor. Lop. *in l.* 6. *tit.* 8.
p. 5. *glos.* 1. Caroc. *d. tit. de recusat. quaest.* 2. *num.* 19.
ubi hanc opinionem meliorem dicit Fontanell. *de pact. nuptial. clausul.* 14. *glos.* 9. *p.* 4. *num.* 68. *et seqq.* ubi quod
intelligitur prout de jure Cancer. *tom.* 1. *c.* 14. *numer.* 10.
ubi de veriori Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 41. *defin.* 49.

Comprobarique potest haec secunda opinio, quia dum, ut
dictum est, ista expulsio procedit tantum ubi supervenit necessitas de tempore contractus inopinata, inde sequitur, ut in
pacto generaliter loquente, talis casus tamquam inopinatus,
non possit censeri comprehensus, juxta late tradita per Giurb.
decis. 41 *num* 11. *vers. secundo renunciatio*, et adductos
supra in *cap.* 49. de pactis circa remissionem mercedis *num.*
61. *et seq.* et in his terminis late Felin. *cons.* 43. *nu.* 1. *et
seq. et* n. 6. *et seq.*

Et hac ratione attenta, sequitur etiam eamdem opinionem
extendi, et procedere posse licet pactum sit munitum juramento, prout eam extendunt Rim. Sen. et alii supra citati,
37 quia juramentum solum firmat contractum intra suos limites,
non autem illum extendit ad casum, de quo verisimiliter
partes non cogitarunt. et in quo de jure contractus deficit, et
firmitatem non habet, prout est casus supervenientis necessitatis inopinatae, ut declarat Molin. *de just. et jur. d. disp.*
499 *n.* 7. *in princ. vers. ratio autem est*, at facit Alexand.
cons. 81. num. 12. *lib.* 1. cum aliis adductis in *d. c.* 49. *numer.* 81.

38 Ulterius sequitur ex eadem ratione limitationem procedere posse si adsit pactum expressum de non expellendo in casu supervenientis necessitatis, ut pluribus adductis, requirit
Barbos. *in d. c. propter sterilitatem num.* 18. Magon. *dec.
Lucen.* 75. *num.* 2. non enim dubium est talem conventionem valere, ut dicit Corn. *cons.* 103. *num.* 1. *in fin. et seq.
lib.* 2. Mart. Medic. *d. examin.* 28. *numer.* 32 *vers. si de-*
39 *mum*, Caroc. *d. q.* 2. *in fin.* ubi tamen fiat per ipsum dominum, non autem per procuratorem specialiter id in mandato
non habentem Natta *cons.* 25. *numer.* 3. *ad fin. et seq.* Caroc. *tit. de locat. per procuratorem. quaest.* 2. *numer.* 1.
40 *et seqq.* vel saltem requiritur, quod ex circumstantiis arbitrio prudentia judicis pensandis, deprehendatur locatorem
verisimiliter intendisse juri suo renunciare, etiam in casu supervenientis sibi necessitatis, ut sufficere censuit Molin. *de
just. et jur. tract.* 1. *disp.* 499. *sub. n.* 8. *vers. sane dicerem*,
ubi ita dictas dissidentes opiniones conciliat, et sensit etiam
Felin. *cons.* 43. *in fin.*

41 Quid autem dicendum sit si locator promiserit conductorem durante tempore locationis non expellere, etiam si domum pro se vellet, an videlicet censeatur renunciatum praefatae facultati expellendi in superveniente casu necessitatis,
videndus est omnino Cancer. qui habuit casum in facto *tom.*
1. *variar. resolut. c.* 14. *num.* 11. *cum pluribus sequentibus.* ubi primo arguit pro affirmativa, deinde *num.* 13. dicit
contrarium verius putare, et adducit rationes, et auctoritates, ac postmodum re maturius considerata in aliam abit sententiam; et plura in comprobationem ejus adducit, facilius
certe procederet d. secunda opinio pro facultate expellendi,
pacto non obstante, si necessitas locatori superveniens respiceret jus publicum seu publicam utilitatem, hoc enim esse d.
opinio admittitur etiam per tenentes contrariam, nempe Valasc. *d. qu* 12. *n.* 8. *ad fin.* et Mart. Medic. *d. examin.* 28.
num. 31.

42 Quinto limitatur si necessitas supervenerit culpa ipsius
locatoris, quia tunc non valet per eam expelli conductor, sed
sibi imputet locator, Bald. *in d. l. aedem c. locat. num.* 19.
vers. sed quid, licet in meo Codice dicat *sibi non imputet*,
quia ex sensu deprehenditur illud, non, esse mendose additum, Caroc. *de locat. tit. de recusat. quaest.* 2. *numer.* 39.
Mart. Medic. *examin.* 18. *num.* 33. *vers. undecimo*, et meri-
43 to, quia non debet culpa propria alicui patrocinari, et prodesse
culposo, *l. ne ex dolo. ff. de. dolo* Anear. *cons.* 141. *n.* 1. Cravet. *cons.* 57. *num.* 11. quod tamen solet restringi ut pro-
44 cedat in ea culpa, quae est causa proxima, et quae est ordinata principaliter ad id, ex quo culposus vult commodum
consequi, secus autem in remota, et ex qua tantum in consequentiam illud sequitur Bart. *in l. itaque fullo* 11. *num.*
1. *ff. de furt.* Felin. *in c. quae in ecclesiarum n.* 67. *ad fin.
et seqq. de constit.* Menoc. *de arbitr. lib* 1. *quaestion.* 80.
numer. 56. *ante med.* Rot. *decision.* 63. *numer.* 15. *part.*
2. *div.*

Sexto limitatur si domus locata sit adeo ampla, ut possit 45
in ea succurri necessitati locatoris absque eo, quod expellatur conductor, quia videlicet uterque valeat in ea commode
habitare, quia tunc non potest ad expulsionem procedi; Adden. ad sum. Ang. *in ver. locatio n.* 13. *lit. A. vers. fallit*,
Caroc. *d. tit. de recusat. quaest.* 2. *nu.* 29. Sed contrarium
expresse docuit Bald. *in d. l. aedem. numer.* 17. *propo fin.
vers. sed quid. si ista*, et ratio hujus opinionis Baldi reddi
potest, quia dum jura concedunt hanc facultatem expellendi non debet dominus ita gravari, ut simul habitet cum alio,
idque praecipue si vere ei resultet incommoditas, vel aliquod
periculum ex illa cohabitione, ut quia conductor possit insidiari pudicitiae, ut in specie considerat ibidem Bald. alias
enim si posset absque aliquo incommodo, vel periculo, arbitrio judicis pensando, in eadem domo habitare, procedere
posset limitatio, quia tunc vere cessaret omnis causa expellendi conductorem, sine qua non videtur ad ipsam expulsionem contra naturam contractus deveniendum.

Septimo limitatur si in instrumento sit convental specialis 46
hypotheca rei locatae pro observantia contractus, ex ea enim
excluditur locator a dicta facultate expellendi Cuman. *in
l. si filio familias* 15. *§. si vir. in quinquennium numer.*
7. *post med.* et ibidem Alex. *num.* 4. *ff. sol. matr.* quos alii
sequuntur, et praecipue Arnold. Ferron. *in consuet. Burdegal. tit.* 3. *§.* 2. at Cuman. et Alex. vere non loquuntur
in his terminis necessitatis supervenientis ipsi locatori, sed
in terminis successoris singularis ejusdem, qui sunt valde di- 47
versi ex dictis supra, et in terminis nostris hypotheca non potest impedire locatorem, quin ex necessitate superveniente,
conductorem expellat, quia hypotheca dat robur contractui, at
eum non valet ampliare ad casum in quo lex illi firmitatem
non tribuit, et de quo, tamquam supervenienti, et inopinato,
non censetur locatorem sensisse, quando se obligavit, et rem
hypothecavit, et ideo non obstante dicta hypotheca, poterit
conductorem expellere, Natt. *cons.* 15. *n.* 4. *ver. non obstat.
aliud*, Covar. *variar lib.* 1. *cap.* 15 *num.* 4. Caroc. *d. qu.* 1.
n. 13. Molin. *d. disput.* 499. *n.* 7. Mart. Med. *d. exam.* 18.
n. 35. *et* 36.

Octavo limitatur, ut non sit amplius locus dictae facultati 48
expellendi, si locator postquam evenit casus, pensionem domus, vel ejus partem recepit, quia videtur dictam facultatem
remisisse, ut relatis Bald. et Corn. tradit Gabr. *de loc. conclus.* 3. *num.* 7. Cancer. *variar. cap* 14. *nu.* 8. *vers. idem
si post tom.* 1. et aliis adduct. Mart. Medic. *exam.* 28. *num.*
18. Neque obstat text. in *d. l. aedem*, dum dicit non posse
conductorem, qui mercedem solvit, expelli, nisi si dominus
probaverit domum sibi necessariam, et aliis casibus ibi relatis, unde videbatur dicendum in eis posse expelli conductorem, etiam si mercedem solverit; quia potest intelligi de solutione anticipate facta, antequam dominus praevideret
suam necessitatem, sed ubi, ea urgente, recipiendo mercedes,
voluit locationem, patet noluisse conductorem expellere, et
sic facultate expellendi, tamquam tacite renunciata, amplius
uti non potest, quod et comprobatur ex traditis *sup. in princ.
hujus cap.* de eo qui locat dum necessitas sibi imminet utendi re. Sed de ista limitatione adhuc valde dubitat Caroc. *in
d. tit. de recusat. quaest.* 2. *numer.* 28. non enim videtur
ei magis operari posse tacitam remissionem, quam pactum expressum de non expellendo, et hypothecam rei pro observantia contractus, additque ulterius, quod licet per receptionem
canonis, seu pensionis censeatur remissa caducitas, tamen a
remissione caducitatis omnino odiosae. non bene infertur ad
remissionem hujus facultatis omnino aequae. Verum responderi potest respectu ejus, quod considerat de pacto, aliquos
tenere absolute, eo stante, cessare hanc facultatem expellendi, et licet verior visa sit contraria opinio, tamen praecipua
ratio fuit, quia de tempore pacti ista necessitas non esset opinata, ut videre est supra in quarta limitatione, et hic supponitur, eam ne dum opinatam fuisset, sed jam evenisse. Non
displiceret tamen alia consideratio, quod haec facultas competens locatori sit omnino aequa et sic non adeo odiosa, ut caducitas et inde in hoc proposito inferri posse videtur ad unum 49
considerabile, videlicet, quod non sufficiat pro remissione hujus facultatis petitio, seu receptio mercedum decursarum quae
est compatibilis cum expulsione, secus autem quoad petitionem futurarum omnino cum expulsione incompatibilem, et
sic in casu isto cesset illa magna quaestio de qua infra in
cap. 59.

Nono limitatur, ut causa necessitatis debeat esse vera, et ubi 50
post expulsionem reperiatur falsa, tenebitur locator condu-

ctori ad omnis damna, et interesse, Bald. *in eadem l. oedem*
num. 22. ubi et quod si judici obrepserit, poterit poniri de
crimine stellionatus, et si conductor voluerit reinvestiri, po-
terit, late Caroc. *d. quoest.* 2. *num.* 32. *et seqq.* et satis ap-
parebit falsa, ex qoo post conductorem expolsum domious oon
51 habitaverit, sed alteri locaverit, supervaeaneum enim est cre-
dere, quod voluerit pro sua habitatione, qoi postea nou habi-
tavit, ut dicit Bald. *sub. dicto n.* 22. Natt. *cons.* 25. *nu.* 6.
Bellon. *de his quae in continenti fiunt q.* 181. *n.* 6. Cancer.
voriar. tom. 1. *cap.* 14. *n.* 11. Ripol. *var.* c. 12. *nu.* 224. *et*
seq. ubi etiam idem esse si per aliquod modicum tempus ipse
prius iohabitaverit.

52 Decimo limita, ut d. facultas expellendi procedat in loca-
tione ordinaria ad breve tempus, secus autem in emphyteu-
si, seu locatione ad longum tempus, quia in his contrac-
tibus traosfertur dominium utile in cooductorem, ut alibi di-
ctum est, et non ita facile expelli potest dominus utilis, ac
simplex conductor, qui solam detentationem. et usum habet,
Bartol. *in l. emptorem, c. locat.* et ibi alii doctores, ut testa-
tur Gomes. *variar. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *vers. secundo in-*
fertur, ubi exemplificat in locatione ad decemnium, vel ad
vitam, Barbos. *in d. c. propter sterilitatem n.* 29. *de locat.*
Valasc. *de jur. emph. qu.* 22. *n.* 1. *et* 2. Cabed. *dec.* 92. *n.*
3. *lib.* 1.

53 Uodecimo non omittendum notare, quod facultas praedi-
cta expellendi conductorem, et recedendi a locatione, est pri-
vilegium concessum domino propter propriam indigentiam,
et ideo generaliter debet restringi ad suos limites, non autem
ampliari, ut docuit Bald. *in d. l. aedem num.* 19. *ad fin c.*
locat. Gomes. *variar. tom.* 2. *c.* 3. *num.* 6. *prope fin.* At li-
54 cet propterea non possit dicta facultas extendi de persona ad
personam, neque de re ad rem, neque de casu ad casum, ta-
men in casu suo debet austioeri, non autem de facili admitti
quod censeatur amissum, vel renunciatum, quia est aequum,
et favorabile, Covar. *varior. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 4. *in*
fin. Caroc. *d. tit. de recusat. qu.* 2. *n.* 28.

55 Duodecimo tandem limitatur, ut non possit dominus pro-
pria auctoritate conductorem expellere, quia necessaria est
56 probatio supervenientis necessitatis, ut habetur in *d. l. ae-*
dem, et probatio debet fieri coram judice, ut dicit ibi Bald.
num. 20. et licet ipse Baldus videatur sentire, dominum pos-
se iogredi domum propria auctoritate, et textum loqui in ca-
su quo judex propter controversiam partium aditus erat, vel
a domino, vel ab ioquilino, tamen limitationem firmat Al-
ciat. *cons.* 35. *n.* 7. *et* 8. *lib.* 8. et idem sentiunt Carocc. *d. q.*
2. *num.* 34. Bellon. *de his, quae incontinenti quaest.* 181.
num. 1. et comprobat Mart. Medic. *examinat.* 28. *num.* 23.
57 *et seqq.* sed ubi adeatur judex, istae querelae sont potius
implorationes, quam petitiones, et ideo judex eas audit sine li-
bello, secundum Bald. *in d. l. aedem n.* 20. sed contrarium
qood requiratur libellus tradit, et communem esse conclusio-
nem testatur Alciat. *d. cons.* 35. *n.* 7. *lib.* 8.

58 Probatio autem praedicta facienda est aliter, quam per ju-
ramentum domini, Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 42. *defin.* 51. *in*
princ. Cancer. *variar. tom.* 1. *cap.* 14. *numer.* 8. *vers. be-*
59 *ne hoc.* sufficit tamen probatio summaria arbitrio judicis,
Carocc. *de locat. dicto tit. de recusat. quaest.* 2. *n.* 34.

De fine locationis ex quo dominus
velit domum reficere.

SUMMARIUM.

1. Dominus volens reficere aedes locatas potest expellere conducto-
rem.
2. Et competit ei interdictum uti possidetis.
3. Ut obtineat ex dicto interdicto dominus protestari debet se non impe-
dire inquilinum ne habitet, sed solum ne possideat.
4. Et intelligitur quod non prohibebit habitare facta refectione.
5. Locatio ex hoc capite necessariae refectionis non finitur.
6. Declara non finiri respectu locatoris, et conductorem non teneri ad
domum refectam redire.
7. Lim. declarationem si dominus fuisset paratus commodam habitatio-
nem ei dare.
8. Inquilinus expulsus ex causa refectionis domus si aliam domum con-
duxerit non tenetur ad refectam redire.
9. Decl. non teneri redire cum gravi suo praejudicio, secus si paucis
tantum diebus prohibitus sit uti, et omnia sint integra.
10. Duo copulative requiruntur, ut redire teneatur, unum quod lapsi
sint pauci dies, aliud quod res sit integra.
11. Ampl. facultatem expellendi conductorem ex praedicta causa, com-
petere etiam in refectione voluntarie.
12. Contrarium verius.
13. Expellens conductorem pro refectione necessaria, tenetur tantum
ei mercedes remittere, non autem damna reficere, secus si pro vo-
luntaria.
14. Lim. dictam facultatem expellendi non competere si necessitas refe-
ctionis aderat, eo immineret de tempore locationis.
15. Lim. 2. procedere dictam facultatem expellendi si refectio fieri ne-
queat conductore habitante, alias secus.
16. Lim. 3. eamdem facultatem procedere in locatione ad breve tempus,
non autem in locatione ad longum tempus.
17. Necessitas ista refectionis aequiperatur necessitati domini ad habi-
tandum.

CAPUT LVII.

Dominum volentem reficere aedes locatas posse expellere ex
eis conductorem clari juris est *l. aedem c. loc. c. propter* §. 1
verum, eodem tit. et competere ei interdictum, uti possidetis
adversos conductorem exire nolentem e domo, et reficere pro 2
hibentem est text. *in l. si duo*, §. *cum inquilinus. ff. uti pos-*
sidetis, et tradit Menoch. *retinen. rem.* 3. *n.* 237. Carocc. *de*
locat. tit. de recusat. qu. 6. *n.* 1.

Verum obtineat dominus ex praefato interdicto, protesta- 3
ri debet se non impedire inquilinum ne habitet, sed solum
ne possideat, ut dicit text. *in d. l. si duo*, §. *cum inquilinus*,
ff. uti possid. quod intelligitur, ut non prohibebit eum habi- 4
tare facta refectione, secundum explicationem glos. *ibi in ver.*
dominum in fin. Caroc. *d. qu.* 6. *nu.* 2. *vers. practicando*,
ubi quod passim practicatur protestatio cum hac expressione,
Menoch. *retinen. rem.* 3. *n.* 237.

Hinc autem inferri videtur, locationem ex hoc capite re- 5
fectionis, non finiri, prout docuit aperte Bart. *in d.* §. *cum*
inquilinus in fin. dicens notandum, quod post refectionem
factam inquilinus potest, et debet habitare, licet pro refectio-
ne expellatur, et tradunt Cephal. *cons.* 271. *num.* 4. *vers.*
his tamen, et per tot. Tiraquel. *in tract. cessante causa nu-*
mer. 103. Gregor. Lop. *in l.* 6. *tit.* 8. *p.* 5. *num.* 6. Menoch.
retinen, rem. 3. *numer.* 237. Carpan. *ad stat. Mediol. lib.* 2.
cap. 379. *numer.* 230. Caroc. *tit. de incendio numer.* 83. *et*
tit. de recusat quoest. 5. *num.* 10. Valasc. *de jur. emphyt.*
qu. 77. *n.* 6. *ver. qui et illud*, Cancer. *variar. tom.* 1. *cap.*
14. *n.* 22.

Sed in contrarium quod conductor hac de causa impeditus
uti re conducta, non teneatur domo restaurata ad eam redi-
re, et locationis contractum continuare, est text, expressus in
l. cum in plures 62. *in princ.* ibi, *adeo ut nec cogi quidem*
possit ex calendis juniis refecta domo inhabitare, ff. locat.
unde videbatur adesse in praefatis *ll.* antinomiam, et contra-
rietatem, sed ut bene consideravit d. Bartholomaeus Broc- 6
chius Nob. Foroliviensis adhuc juvenis, sed magnae expecta-
tionis domino abbati Jacobo patruo suo viro celebri, mihi
in amicitiis familiariter juncto, ac de meis studiis non parum
benemerenti, ex text. *in d. l. si duo*, §. *cum. inquilinus, ff.*
uti possid. dum dicit locatorem volentem expellere inquili-
num causa refectionis, protestari debere non impedire illum
ne habitet, inferri tantum valet, quod ergo teneatur ipse lo-
cator domum quando fuerit habitationi apta restituere, ex
textu vero mox citato *in l. cum in plures* 62. *ff. locat.* pro-
batur non teneri conductorem domum recipere, et sic ista ju-
ra conciliantur, ut teneatur locator domum restituere. et lo-
cationem continuare, non autem teneatur conductor ad redi-
tum, et continuationem.

Retenta autem opinione praedicta, quod conductor non
teneatur continuare contractum, prout dicit expresse text.
praedictus in *d. l, cum. in plures*, declarando est, ut non pro- 7
cedat si locator paratus fuisset commodam habitationem ei
dare, ut expresse subjungitur ibidem in textu, et requiritur
fuisse paratum de illo tempore, quo conductor habitare vole-
bat, non autem postea, ut explicat ibidem gloss. *in ver. com-*
modam, sive paratus sit dare suam, sive alienam, recipiendo
in se onus pensionis illius domino solvendae, Henric. Boic,
in cap. propter sterilitatem n. 16. *de locat. et cond.*

Et hoc modo etiam conciliantur praefatae duae opiniones
contrariae, ut scilicet prima procedat si dominus aliam ha- 8
bitationem aeque idoneam inquilino praestiterit, vel prae-
stare paratus fuerit, alias si inquilinus aliam domum condu-
xerit non tenetur redire ad refectam, ut est text. *in l. si in*
lege 27. §. *colonus, vers. nam, et qui expulsus. ff. loc.* nam
est grave praejudicium subjacere duabus conductionibus, et
cum gravi suo praejudicio redire non tenetur, Bonaccin. *de* 9
contrac. disp. 3. *quaest.* 7. *punct* 2. *num.* 13. *vers. verum*
facta, Rebell. *de oblig. just. lib.* 14. *quaest.* 10. *numer.* 13.
ubi quod sufficit eum esse rationabiliter invitum Cyriac.
contr. 459. *num.* 10. quod si paucis tantum diebus probibi-

lus sil uti, omnia, quae ei integra siot, nil de ejus obligatio- 10 no minuetur. *d. §. colonus vers. quod si paucis*,at haec duo requiruntor copulative, quod sint lapsi pauci dies, et quod res sit iotegra, alias finitur localio respectu conductoris, ut dicit ibi Fulgus. adeout non possit amplius locator moram purgare post multorum dierum lapsum, etiamsi conductoris nil intersit. *secundum* Castren. ibidom, et utrumque refert, el sequitur Gabr. *cons*. 75. *num*. 3. *lib*. 1. sed tenetur in omni easu locator remittere mercedem conductori a die qoa impeditus fuit uti re locata, nisi impedimentum fuerit modimum qoia tunc illud aequo animo ferre debet conductor,nec propterea remissionem petere potest, *l. habitatores* 30. *ff. locat*. et alibi dictum est.

11 Posset etiam dubitari,ao ista facultas expellendi conductorem procedat tantum pro refectione oecessaria, vel etiam pro volontaria. Et quod procedat, etiam pro roluntaria faciunt verba text. iu ipsa *l. aedem* o. *loe*. in qua conceditur haec facultas,ibi,*aut corrigere domum maluerit*. pouderando,ue dum verbom,*corrigere*,quod significare videtor potiusreductionem io meliorem formam, quam necessariam refectionom, sed et magis verbum, *malnerit*, quod indicat roluntatem, non necessitatem, et de utraqoe refectiooe ridetur illum textum intelligere glos. *ibi in verb. corrigere domum*, et clarius Mar. 12 Med. *examin*. 18. *num*. 38. *et* 39. Sed rerior cootraria sententie videtur, quia refectionis necessitatem expresse requisit text. *in c. propter*, §. *verum de loe*. et de ea loqui etiam text. *in d. l. aedem*, acusit Bald. *ibi n*. 21. *vers. sed quid si tempore*, Bonaee. *de contract*. *q*. 499. *num*. 11. Et hioe est, quod locator expellendo pro oecessaria refectione, teneter tantom remittere mercedeoi conductori, uou autem ad damna, et interesse.secus autem si expellat pro refectiooe voluntaria, *l. qui insulam* 33. *in princ. et l. et haec distinctio* 38. *in princ. ff. locat. glos. in d. l. aedem, ver. corrigere*, o. *eod*. Mart. Medic. *exam*. 28. *num*. 39. quia nempo expul- 13 sio pro refectione oecessaria tantum, est e lege permisso, et sic de oatura contractus, ad quam devenit locator absque culpa, Barbos. *in c. propter*, §. *verum n*. 32. *de loc. et cond*. ubi quod et si aliam aeque commodam habitationem praestiterit, uequo remissionem aliquam facere teuetur, ad unum enim de duobus tenetur locator,vel habitationem aequo commodam praestare, rel mercedem remittere, Booaceiu. *de contract. disput*. 3. *qu*. 7. *punct*. 2, n. 13. *ad fin*.

14 Limitatur auteu haec facultas expellendi, ut non procedat in caso quo necessitas refectionis aderat de tempore factae locationis. seu imminebat, ut dicit text, *in c. propter* §. *verum de locat. et cond*. vel etiamsi tunc fuisset paulo minor, Bald. *in dict. l. aedem numer*. 21. *vers. sed quid si tempore*, *c. locat*. obi et idem dicit si adfoisset de tempore receptiooia mercedis, et secus esse si cerootur postea major necessitas quam ab initio crederetur, Pet. de Ubald. *de duob. fratr. p*. 8. n. 14. *ad med. ver. secundo quando*, Ricc. *collect. dec*. 16. *ad fin*.

15 Secondo limitari potest, ut procedat si necessaria sit refectio telis, quae fieri uequcat coodoctore habitante. alias enim si sit talis, quae fieri possit eo habitaote, cessat facultas expellendi, Molin. *de just. et jur. tit. de contract. disput*. 499. *n*. 11. et in isto casu conductor si parvom est incommodum, illud ferre debet, *l. habitatores* 30. *ff. loe*.

16 Tertio limitari potest, et restringi eadem facultas ad locatiooem modici temporis,nam ubi agitur de locatione ad tempus loogum, tenetur conductor domum reficere, juxta tradita per Caroe. *in tit. de incendio num*. 80. *et tit. de recusat. qu*. 5. *n*. 8. et dictom est in *cap*. 34.

Quarto animadvertendom, quod necessitas ista refectiooia 17 aequiparstur necessitati pro usu proprio domini, et eodem modo conceditur pro utraque expellendi facultas, tam in *dict. l. aedem*, *c. locat*. quam et magis in *dict. c. propter* § *verum. eodem tit*. unde poteruot applicari saltem aliquae ex limitationibus, quae dantur ipsi facultati expellendi pro necessitate usus proprii de qua in *cap*. proxime praecedenti.

De fine locationis voluntario.

SUMMARIUM.

1. Unumquodque dissolvitur eo modo quo colligatum est.
2. A locatione receditur sole consensu absque verbis.
3. Si conductor dixerit nolo continuare locationem, et locator absque responsione receperit claves domus locatae, censetur recessum
4. Si conductor proponat recessum a locatione, et locator dixerit quando claves restituere eas recipiam, dubium est an censeatur recessum et quomodo resolvatur.

Paeioni

5. Recessus a locatione probatur per actus incompatibiles cum ea.
6. Empta a conductore re locata, resolvitur locatio.
7. Decl. procedere si emptio sit valida.
8. Decl. 2. procedere si emptio non resolvatur.
9. Voluntas recedendi a locatione, probatur etiam per actum nullum.
10. Recessus a locatione, ut arguatur ex actibus, necesse est, ut sint omnino incompatibiles cum ea.
11. Resolvitur solo consensu locatio si fuerit solo consensu contracta, secus si quid alterius intercesserit.
12. Solemnitas requisita in contractu requiritur etiam in distractu.
13. Decl. procedere si solemnitas fuit necessaria.
14. Et ubi non deficiat qualitas propter quam necessaria fuit.
15. Constitutum, et praecarium adhibitum in contractu requiritur etiam in distractu.
16. Scriptura, et stipulatio in contractu adhibita requiritur etiam in ejus resolutione, seu distractu.
17. Contrarium.
18. Decl. scripturam requiri in resolutione emphyteusis.
19. Recedi non potest a locatione per consensum unius ex contrahentibus tantum.
20. Limita in principe qui ad sui libitum recedere potest a locatione praediorum Fiscalium.
21. Quid in locatione vectigalium.
22. Lim. 2. si unus volens recedere solvat alteri omnia damna, et interesse.
23. Declara limitationem non procedere si res locata sit specialiter hypothecata pro observantia contractus.
24. Decl. 2. non procedere stante juramento.
25. Secus quoad successores jurantis.
26. Consensus in recessu a locatione debet esse simultaneus.
27. Sufficit tamen unum ex contrahentibus proponere una die recessum et alium alia die acceptare, quia praesumitur consensum primi durasse.
28. Recedi non potest a contractu in praejudicium tertii.
29. Decl. non procedere si promissa solutio de mercedibus quia censetur intuitu et correspective ad contractum locationis, et ideo non debetur promissum cessante locatione.
30. Intellige si recedat casu vel necessario, secus si mere voluntario.
31. Et quocumque modo recedat non liberatur si facta delegatio ipso consentiente.

CAPUT LVIII.

Quoniam nil tam naturale, est quam eodem modo unomquodque dissolvi, quo colligatum est, *l. nihil tam naturale* 1 36. *ff. de reg. jur*. iude sequitur locationem, qoam contrahi solo consensu dietum est in cap. 16. iu princ. solo qooqoe cousensu dissolvi, ac distrahi, ut est text. *in l. prout quisque* 80. *ad fin. ff. de solut*. et late tradit Surd. *cons*. 136. *num*. 2. Cum igitur in contracto necessaria non sint verba, dum- 2 modo de consensu aliunde constet, ut in *dict*. c. 16. idem quoque dicendom de dissolotione, quare si conductor dixerit, nolle continuare, locator vero nihil respondiderit, sed claves 3 domus receperit, ex isto actu sufficienter probatum erit eum consensisset recedere a locatione, et contractum fuisset resolutum, Bart. et alii relati per Tosc. *in suis conclusionibus litt. L. conclus*. 412. *n*. 5.

At si, conductore propooente recessum a contractu, loca- 4 tor dixerit, quod quando conductor restituet sibi claves, ipse eas recipiet, dubium est, an censeatur per talia verba probatus consensus in dissolutionem locationis,vel non, de quo latissime Cartar. *in dec. Januen*. 29.*per tot*. et difficultas consistit in dignoscendo, an praefata verba futuri temporis, prolata sint in tractatu dissolutionis contractus, an vero in conclusione. quia in primo casu non inducunt dissolutionem,secus autem in secundo, ut firmat Cartar. *ibidem num*. 20. *et seq*. et ubi aliunde non probetur conclusio, sola verba praefata de se illam non probant secundum Dec. *in consil*. 18. *num*. 4. *vers. secundo ex praedictis*, ubi, quod licet testes deponant Titium affirmasse, quod quando Sempronius redderet sibi pecuniam ipse restitueret ei suum praedium, inde non probatur conclusio, sed tractatus; et cum eo transit Cartar. *dict dec* 29. *n*. 25. et sequitur Gratian. *disc*. 115. *n*. 34. *et seq*.

Probabitur vero recessus a locatione non solum per verba, 5 sed etiam per actus incompatibiles cum ea,uti si,locatione durante, conductor rem locatam emat, quia per emptionem res fit propria et non potest, quis rem propriam habere in lo- 6 cationem. *l. qui rem*, ubi glos. *in ver. existimans*, c. *locat*. Mantic *de tacit. lib*. 5. *tit*. 3. *numer*. 3. *cum aliis adduct. cap*. 11. *num*. 28. et late pluribus mediis probat Surd. *dec*. 51. *a princ. usque ad nu*. 12. quod tamen intelligitur procedere si emptio sit valida, alias si esset nulla, duraret loca- 7 tio, et conductio, ut late probat idem Surd. *dict. decis*. 51. *a nu*. 12. *vers. pro contrario*, Costa *de fact. scien. et ignor. centur*. 1. *dist*. 89. *num*. 10. Gratian. *disc*. 36. *numer*. 55. Giurb. *decis*. 63. *num*. 5. et idem esset emptione resoluta,pu- 8 ta per retractu vicini, rel consanguinei, Tiraq. *de retr. con-*

song. ȣ. 1. glos. 7. nu. 72 Cancer. variar. lib. 3. c. 3. num.
309. vel si licet emptio esset valida, effectum tamen non fue-
rit sortits, Sord. dict. decis. 51. numer. 21. et seq. Caocer.
d. c. 3. num. 308. quod et procedere etismai esset facta ani-
mo novandi locationem, tradunt Roderic. de ann. Reddit lib.
2. quaest. 16. num. 58. et seqq. Cancer. dict. cap. 3. num.
307. Hodier. ad Surd. decis. 51. Sed boc ultimum patitur
difficultatem, quia dum supponimus constare de animo re-
9 cedendi a locatione, hoc sufficit ex supradictis, et in specie,
quod sufficiat voluntas actu nudo, et nullo declarata, late pro-
bat Rot. coram Gregor. decis. 76. num. 1. vers. secus tn-
men est.
10 Alii autem actus, seu contractus omnino cum locatione
non incompatibiles, recessum ab ea inducere, seu probare
non valent, juxta tradita per Menoch. praesumpt. 134. num.
39. et 40. lib. 3. Adden. ad Gregor. decis. 76. nu. 8. et in
specie, quod non sufficiat dominum recipere mercedem a
subconductore, vel ejus obligationem, niousque petiise a ju-
dice licentiam reparationes faciendi, late probavit Rot dec.
335. num. 15. et seq. usque ad fin. part. 10. rec.
11 Declaratur etiam ut tunc sufficiat solus consensus in dis-
solvenda locatione, cum et ipsa solo consensu fuit contracta,
alias enim si aliqua alia solemnitas in contractu intervenis-
set, eadem esset necessaria in dissolutione, quia contractus
et distractus sunt ejusdem naturae, et solemnitas, quae re-
quiritur in contractu, requiritur etiam in distractu. Bart. in
12 l. et idem, ff. de condict. furt. Dec. et Cagnol. in d. l. nihil
tam naturale, ff. de reg. jur. Surd. cons. 136. numer. 18.
Osasc. dec. 52. n. 10. ubi tamen solemnitas fuisset in con-
13 tractu necessario adhibita non voluntarie, quia tunc non re-
quireretur in dissolutione, Bart. in l. actor. 9. nu. 9. ff. rem
rat. hab. ubi dicit Abbatem solum posse revocare Syndicum
constitutum ab eo simul cum capitulo, si ipse solus habet ex-
ercitium Castr. in l. tria praedia 56. num. 5. ff. de servit.
rust. praed. Dec. in c. cum omnes num. 31. de constit. O-
sasc. dicta decis. 52. numer. 10. ad med. Et videtur etiam
14 non sufficere solemnitatem fuisse necessario adhibitam si ne-
cessitas non resultabat ex qualitate contractus, sed ex quali-
tate personae, quae defecit, puta si adhibitae fuissent solemni-
tates necessariae in contractibus minorum, ex quo locator es-
set minor, non requirerentur in recessu a locatione postquam
effectus esset major.
15 Secundo declaratur, non sufficere solum consensum pro dis-
solutione, si quid ulterius accessit in contractu, sed requiri
actum retrosimilem, ita ut si in contractu intervenit preca-
rium, seu constitutum, requiratur etiam in distractu. ut la-
tissime probat Bald. in l. 1. num. 3. et plurib. seqq. ubi ra-
tionem reddit, quia per dictas clausolas transfertur posses-
sio, quae non potest retrotransferri per solum consensum c.
quando lic. ab. empt. disced. et ibidem Salicet. num. 5. et
6. ubi dicit verum, si contrahens, qui se constituit possidere
alterius nomine, vere tunc temporis possidebat, alias, quam-
vis coeperit possidere postea, secus esse, et in terminis disso
lutionis locationis, late Surd. d. cons. 136. num. 25. ubi et
16 quod si intervenit in contractu stipulatio, et scriptura, requi-
ritur etiam stipulatio, et scriptura in dissolutione, quod ta-
men patitur difficultatem, quia stipulatio, et scriptura non
alterant contractum, nec aliquid aliud amplius operantur,
quam locatio solo consenso contracta, et ideo uti quaedam
solemnitates non necessariae in contractu, non requiruntur
in ejus resolutione, juxta supra tradita, et licet Surd. ibidem
17 numer. 26. conetur respondere, quod non procedunt ubi res
non est integra, tamen allegat DD. in d. l. 1. c. quando li-
ceat ab. empt. reced. qui loquuntur ubi accessit constitutum,
vel praecarium quo casu viget particularis ratio ex Baldo su-
pranotata.
18 Posset tamen quo ad scripturam sustineri eam requiri in
dissolutione emphyteusis, retenta opinione illa, quod ipsa sit
necessaria in contractu emphyteutico. quam plene firmat O-
sasc. decis. 58. num. 1. vers. contrariam opinionem, et ea
prius firmata tenet requiri eamdem scripturam in ipso con-
tracto dissolvendo sub. n. 10. et seqq. per tot. quem allegat
Surd. in praecitato consil. licet variet in numero decisionis,
quia variae sunt impressiones.
19 Tertio declaratur, ut consensu dissolvatur locatio si con-
currat consensus utriusque, scilicet tam locatoris, quam con-
ductoris, sicut enim non sufficit consensus unius ad locatio-
nem contrahendam, ut dictum est in cap. 16. ita nec suffice-
re potest ad eam dissolvendam, juxta supra tradita in principio,
et in specie firmat Surd. cons. 137. n. 16. ad med. et seqq.

Limitatur tamen declaratio ista in principe, qui recedere 20
potest ad sui libitum a locatione de praediis fiscalibus l. fin.
ȣ. sane si quis non perpetuo, c. de locat. praedior. civ. lib.
11. quod secus est in locatione vectigalium secundum aliquos 21
per test. in l. licitatio, ȣ. ad conducendum, ff. de public.
et vectig. licet alii velint legem istam fuisse correctam per
praedictam l. fin. ȣ. sane si quis non perpetuo, ut refert ibi
glos. in ver. offeratur.
Limitari ulterius posset, dicta declaratio, ut non possit u- 22
nus ex contrahentibus velle recedere a locatione, ut non pro-
cedat, si velit solvere alteri omnia damna, et interesse. quid-
quid enim sit in venditione, an liberetur quis solvendo in-
teresse, in locatione opinio affirmativa videtur verior, ut dixi
in cap. 28. num. 8. et seqq. per test. in l. si fundus 36. ȣ.
nam et si colonus. ff locat. et tradit Barbos. in c. propter
num. 33. de locat. et conduct. Negusan. de pignor. part. 2.
memb. 1. numer. 7. et 8. Verum ista limitatio sublimitatur 23
duobus modis, uno si res ipsa sit specialiter hypothecata pro
observantia contractus locationis, ut tenuit Rota relata per
Adden. ad Gregor. decis. 68. num. 11. licet non parum ur-
geant tradita in contrarium per Surd. cons. 331. numer. 24.
vers. militarent, et seqq. quia procedere possunt in hypo-
theca generali, secus autem in speciali, juxta distinctionem
Rotae in decisione coram Ortembergo relata per d. Adden.
Altero si contractus sit juratus, quia juramentum obligat ad 24
observantiam praecisam. Negusan. dicta p. 2. memb. 1. n.
9. Adden ad Gregor. dicta decis. 68. sub. num. 11. saltem 25
quo ad ipsum jurantem, quidquid secus sit in haerede, in
quem non transire hanc virtutem juramenti obligandi ad ob-
servantiam praecisam, sensit in proposito Gabr. cons. 66. n.
12. lib. 1. et plene aliis cumulatis firmat Surd. cons. 331. n. 31.
Quarto declaratur, ut consensus utriusque contrahentis in 26
recessu a locatione debeat esse simultaneus, ut plene firmat
Surd. cons. 136. num. 16. ad med. et seqq. et est regulare,
ut sicut requiritur consensus simultaneus in contractu, re-
quiratur etiam in distractu, ex relatis per Adden. ad decis.
431. n. 70. par. 4. tom. 2. rec. at animadvertendum quod li- 27
cet testes deponant conductorem tali die dixisse velle recedere
a conductione, et locatorem dixisse se contentum de tali recessu
die sequenti, satis dicitur probatus consensus simultaneus quia
consensus expressus per conductorem die praecedenti prae-
sumitur durasse, et ita se conjunxisse cum consensu praesti-
to per locatorem die sequenti, Bald. in l. quicumque numer.
2. post. med. vers. et breviter scias, c. de bon. quae lib. Fo-
lio. cons. 39. num. 3. in fin. et seqq. cum aliis adductis su-
pra in cap. 16. n. 44. in proposito contractus ubi videndum,
quia dedi aliquas declarationes, quae faciunt etiam ad hunc
propositum distractus ex praedictis.
Quinto declaratur, ut valeat recedi a locatione per consen- 28
sum locatoris, et conductoris, quoad praejudicium eorum, se-
cus autem quoad praejudicium tertii, cui fuerit ex ipsa loca-
tione jus quaesitum, puta quia conventum fuerit mercedem
vel ejus partem annuatim pro toto tempore, quo locatio fa-
cta fuit, illi solvi, nam respectu contrahentium fuit ei jus
quaesitum irrevocabiliter, itaut ad ejus praejudicium non va-
leant illi contravenire, nec revocare, ut per test. in l. si ego
et ibi glos ff. de negot. gest. et Soccin. in l. qui Romae ȣ.
Flavius in princ col. penult. ff. de verb. obligat. tradit Be-
ro. cons. 13. n. 12. lib. 3.
Contrarium tamen in his terminis promissionis factae de 29
solvendo mercedes rei locatae alteri, dicendum videbatur,
quia dato etiam, quod fuerit quaesitum jus illi tertio, tamen
semper verum est fuisse quaesitum ex causa locationis, et
correspective ad eam, ac proinde illa deficiente etiam jus
ipsum deficere, ut in specie tradunt Mandell cons. 428. nu-
mer. 15. Fab. in c. lib. 4. tit. 42. defin. 32. Rot. cor. Millin.
dec. 172. n. 1.
Verum hoc bene procedit si contractus casu aliquo, vel ex 30
causa necessaria resolvatur, at secus est si resolutio eveniat
ex facto, et voluntate ipsius conductoris, qui solvere promi-
sit, quia tunc non liberatur, ut distinguendo probat Anton.
de Amst. resolut. 21. num. 5. et ultra per eum citatos ma-
gis praecise in his terminis Cyriac. contr. 514. num. 27. et
motivum bene sensit etiam Rot. in dicta decis. 172. num 2.
coram Millin. licet respondendo dixerit resolutionem locatio-
nis in casu illo, factam fuisse vigore transactionis, occasione
litis, quae pendebat super hoc ob inobservantiam contractus
et laesionem conductoris, sentiens, quod propterea non va-
lebat dici fuisse resolutum contractum ex mere voluntate con-
ductoris.

Praeterea nullo modo liberaretur conductor, si ille cui fa-
31 cienda erat solutio, fuisset creditor locatoris, qui mediante
delegatione ei cessisset creditum mercedum, consentiente
conductore, nam qui consentit delegationi, tenetur solvere,
etiamsi non sit debitor delegantis, vel possit exceptione eum
repellere, *l. si quis delegaverit* 1a. *et l. seq. l. doli exceptione*
19. *et l. penult. ff. de novat.* unde quamvis conductor non
perseverando in locatione non sit debitor locantis, vel cum
repellere valeat exceptione, adhuc solvere tenetur illi tertio
cui fuit delegatus. ut in specie firmavit late Cyriac. *controver.*
214. *n.* 6. *et seqq.* et sensit etiam Fab. *in cod. lib.* 4. *tit.* 4a.
defin. 3a.

De remissione caducitatis, seu finis locationis.

S U M M A R I U M.

1. Caducitas a locatione tamquam inducta favore locatoris procedit tantum eo volente.
2. Ampl. etiamsi incurratur ipso jure.
3. Caducitas per actum incompatibilem cum ejus acceptatione a locatore factum, censetur remissa.
4 Caducitas per receptionem pensionum censetur remissa.
5. Idem per quemcumque alium actum ex quo deprehendatur voluntas perseverandi in contractu.
6. Per concessionem licentiae alienandi, an censeatur remissa caducitas.
7. Per actus incompatibiles cum caducitate, non solum censetur remissa caducitas incursa ob non solutionem canonum, sed etiam quaelibet alia.
8. Et non solum incursa ex legis dispositione, sed etiam incursa rigore pacti resolutivi.
9. Ampl. ut non solum per receptionem canonum, sed etiam per petitionem censeatur remissa caducitas.
10. Contrarium tenent aliqui, sed prima est magis communis.
11. Ampl. ut non solum petitio futurorum, sed etiam decursorum sufficit.
12. Contrarium tenent alii.
13. Prima est magis communis, secunda verior.
14. Petitio pensionum exquiparatur receptioni, quo ad remissionem caducitatis.
15. Contrarium, quod isti termini sint diversi.
16. Petitio pretii repugnat cum recessu a venditione.
17. Petitio canonum decursorum, potest stare cum caducitate.
18. Distingue ut per petionem canonum decursorum censeatur remissa caducitas in emphyteusi, et locatione ad longum tempus, secus autem in locatione ad breve tempus.
19. Petitio pensionum facta ante incursam caducitatem nihil operatur ad eam impediendam.
20. Citatio ad solvendum pensiones importat remissionem caducitatis tamquam petitio judicialis.
21. Idem si citatum ad docendum se solvisse.
22. Decl. procedere si additum, alias videndum relaxari mandatum.
23. Decl. 2. requiri citationem esse in actis reproductam.
24. Et non sufficit reproductio, nisi appareat a quo sit facta.
25 Et requiritur, quod sit facta ab habente speciale mandatum.
26. Receptio, seu petitio pensionum, ut importet remissionem caducitatis necesse est, quod recipiens caducitatem sciat.
27. Consentiens alienationi ei nesciat alienationem jam factam, et caducitatem incursam, non censetur eam remittere.
28 Caducitatis incursae praesumitur ignorantia.
29 Scientia tamen probatur conjecturis. et satis est lapsus temporis.
30. Caducitatis ob canonem non solutum ignorantia allegari non potest a domino cui facienda erat solutio.
31. Secus si erat solitus exigere per alium.
32. Scientia officialis ad id deputati nocet domino.
33. Decl. procedere in officialibus principum, non autem in procuratoribus privatorum.
34. Procurator generalis non potest caducitatem remittere.
35. Praelatus ecclesiae, et abbas Monasterii non possunt remittere caducitatem.
36. Decl. procedere in praelato ecclesiae collegiatae, secus in non habente collegium.
37. Praelatus habens facultatem de novo investiendi, potest caducitatem remittere.
38 Pater legitimus administrator bonorum filii, potest caducitatem remittere.
39. Tutor non potest caducitatem remittere.
40. Tutor non potest repudiare quaerenda pupillo, saltem sine eo.
41. Tutore remittente caducitatem datur pupillo restitutio in integrum.
42. Remissio caducitatis facta per procuratorem non habente mandatum speciale, sustinetur si dominus eam ratam habuerit.
43. Et remissio tacita per receptionem pensionum censetur approbata si pecunias exactas receperit.
44. Decl. requiri scientiam caducitatis, et exactionis pecuniarum, itaut non sufficiat eas recepisse in confuso cum aliis.
43. Administrator licet sine facultate non remittat caducitatem recipiendo canones, tamen praebet causationem ab ea.
46. Decl. ut praebeat causationem ab incurrendo, secus quoad incursam.
47. Dominus recipiendo canones potest sibi reservare caducitatem.
48. Contr. tenent alii.
49. Decl. primum procedere in receptionem canonum decursorum tantum, secunda si recipiuntur etiam futuri.
50. Et valere praeservationem tantum si ultra receptos, emphyteuta remaneat debitor pro integro biennio.
51. Canones futuri ad effectum, ut per eorum petitionem censeatur remissa caducitas intelliguntur decursi post ipsam caducitatem incursam.
52. Decl. procedere si statim fuit acceptata.
53. Praeservatio caducitatis quamvis invalida sustinetur si emphyteuta non contradixit.
54. Contradixisse satis dicitur si protestatus fuit se non cecidisse e jure suo.
55. Remissio caducitatis, conductore absente, et nemine pro eo acceptante, si non prodest, vel saltem non potest revocari.

C A P U T   L I X.

Caducitas a jure conductionis saepe evitatur ex eo, quod fue-
rit a locatore tacite remissa, et ideo quoniam haec est materia
multum practicabilis, et conveniens omnibus caducitatibus
favore locatoris inductis. de quibus separatim dictum fuit in
praecedentibus capitibus, ad evitandam repetitionem in om-
nibus, visum est opportunum hic separatim de ea generali-
ter loqui, prout in eisdem capitibus praecedentibus fuit re-
servatum.
Quoniam igitur caducitas favore locatoris inducta, proce- 1
dit tantum eo volente, et non alias, ex adduct. per Fulgin.
de jur. emphyt. tit. de var. caducit. quaest. a. *numer.* 50.
etiam si agatur de caducitate, quae incurratur ipso jure, A- 2
lex. *cons.* 106. *num.* 4. *lib.* 4. Fulgin. *de jur. emphyt. tit.*
de alienatione qu. 1. *numer.* 7. Cassad. *decis.* 2. *de locat.* 3
Coccin. *decis.* 240. *numer.* 7. inde sequitur, ut si conductor
fecerit aliquem actum, cum caducitate incompatibilem, cen-
seatur eam noluisse, ut signanter si receperit pensionem, quia 4
ex tali receptione constat eum nolle contractum resolutum
esse, sed vigere, et sic remittere caducitatem, Ruin. *cons* 119.
n. 4. *lib.* 1. Paris. *cons.* 5. *n.* 201. *lib.* 4. Mantic. *de tacit.*
lib. 22. *tit.* a3. *n.* 3. Rot. cor. Burat. *decis.* 617. *n.* 4. et ibi
Adden.
Et idem est si dominus alium actum ex quo eodem modo 5
voluntas praefata deprehendatur fecerit, ut signanter si licen-
tiam alienandi emphyteutae concesserit, Jas. *in l.* 2. *numer.* 6
129. *c. de jur. emph.* et aliis auctoritatibus comprobat Coe-
bul. *tit. de caus. priv. ob. non sol. con. lim.* 26. *numer.* 1.
et 2. sed postea *num.* 8. subdit, quod ipse tamen, licet non
invenit auctorem contradicentem, existimat valde periculo-
sam dictam opinionem, et reddit rationem, quia non est pror-
sus incompatibile, nec repugnans, quod dominus voluerit
rem esse ad se devolutam, et ab emphyteuta vendi; cum etiam
res aliena vendi possit, *l. rem alienam, ff. de contrahen.*
empt. unde habet difficultatem in exemplo concedentis facul-
tatem alienandi, non autem in conclusione, quod sufficiat, e-
tiam alius actus praeter receptionem canonis, seu mercedis.
Loquuntur enim doctores praecipue de dicta receptione mer-
cedum loco exempli, et quia saepius contingit, prout etiam li-
cet, ut plurimum reperiatur scriptum, quod per eam censea-
tur remissa caducitas, ob ipsarum pensionum, seu canonum 7
non solutionem, incursam, tamen id quoque intelligi debet
pro exemplo, non autem quod caducitas, ex eo capite tan-
tum contingens, censeatur remissa, quia censetur remissa et-
tiam incursa ex alio capite quocumque, ut aliis pluribus ad-
ductis tradunt Fulgin. *de jure emphyt. tit. de var. caducit.* 8
qu. 14. *numer.* 7. *vers. ampliatur sexto*, et Mugon. *decis.*
Flor. 145. *nu.* 16. Et non solum incursa ex legis disposi-
tione, sed etiam incursa vigore pacti resolutivi, Fulgin. *d. q.*
14. *num.* 7. *versic. ampliatur septimo*, Burat. *dec.* 640. *nu-*
mer. 19.
Ampliatur vero haec conclusio, ut non solum procedat in 9
receptione pensionis, sed etiam in sola ejus petitione, nam et
ista quoque demonstrat petentis animum insistendi contra-
ctui, et consequenter remittendi caducitatem, Ruin. *consil.*
119. *num.* 3. *lib.* 5. Tiraq. *de retract. convent.* §. 1. *glos.*
2. *num.* 64. Surd. *cons.* 86. *numer.* 15. Gratian. *disc.* 633.
num. 39. Hodiern. ad Surd. *decis.* 6. *nu.* 11. Marescott. *va-*
riar. resol. cap. 138. *num.* 9. *lib.* 2. Adden. ad Burat. *de-*
cis. 617. *numer.* 8. *vers. tertio ampliatur*, Rot. *decis.* 708.
nu. 6. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* et probatur haec ampliatio ul-
tra praedictam rationem, praedictasque auctoritates, etiam
per Text Clarum in *l. post diem, c. de lege commiss.* ubi
habetur, quod si venditor, post diem legis commissoriae prae-
stitum pretium petat, commissoriae legi renunciare videtur,
nec variare, ad eam redire potest. Unde idem dicendum si
conductor petat mercedem, dum ut dictum est alibi, locatio

est similis emptioni, et venditioni, et eisdem juris regulia regitoc.

10 Verum, his non obstantibos, non desuot, qui contrariam opinionem secuti sint in hoc proposito solius petitionis, ot videre est signanter penes Gratian. *diso.* 515. *nu.* 11. *et seqq.* ubi eos refert, et sequitur, et eam esse teneodam dicit, et multa etiam adducit pro ea Surd. *decis.* 317. *numer.* 18. *et seqq.* voluot enim aliqui, id quod dicitur in praefata. *post diem, c. de leg. com.* de petitione intelligi com effectu, et eorom opinionem fortasse veriorem dicit Corbull. *de jur. emphyt. tit. de caus. priv. ob non sol. con. lim* 21. *sub. n.* 11. At negari oou potest intellectum istum esse cootra sensum omoium, qoi volunt sufficere petitionum, et sic contra commonem opioiooem, et aperte illum reprobant Salicet. *in l. commissa n.* 3. *cod. de pact. inter. empt. et vend.* Jas. *in l.* 2. *nu.* 128. *eod. de jure emphyt.* Marescott. *variar. cap.* 137. *n.* 9. *lib.* 2.

11 Major difficultas est in dignoscendo an praefata communis opinio procedat in receptione, seo petitione pensiouum futurarum tantum, vel otiam in petitione illarum praeteriti temporis, aliqui enim volunt, quod per petitiouem quoque istarum, dummodo conductor, seu emphyteuta, non inceperit ab expulsione, sed simplicitor solutiooem earum petierit, sibi praejudicet, in facultate expellendi, seu caducitatem remittat, glos. *in cap. potuit, vers. expelli de locat.* Cyn. Alberic. et Salicet. *in l.* 2. e. *de jur. emphyt.* ubi post alios late Jas. *n.* 124. et haec est sine dubio magis commouis, nt patet ex cong, stis pec Corbull. *de caus. priv. ob non sol. can. lim.* 21. Clar. *in* §. *emphyteusis qu.* 10. *nu.* 1. *ad fin. vers. out vero nimus*, Gigas. *de pension. qu.* 73. *num.* 3. Redoan. *de reb. ecel. non alienan. qu.* 75. *in princ. nu.* 12. Boer. *dec.* 309. *n.* 5. Surd. *dec.* 317. *n.* 14. Gratian. *disc.* 633. *n.* 37. *et seqq.*

12 Contrariam vero sententiam tenuit Bart. *in d. l* 2. *num.* 8. e. *de jur. omphyt.* et sensere alii autiquiores relati per Surd. *in d. decis.* 317. *num.* 18. *et cons.* 445. *num.* 62. *ad med.* et sensit etiam Rot. *decis.* 808. *numer.* 2. *part.* 4. *div.* Burat. *decis.* 640. *n.* 19. et in una romaoa Vioeae 24. martii 1651. §. quia non repugnat, coram eminentiss. d. card. Cerro, ubi allegatur etiam una tiburtina affictos cor. Corrado, quae hodie est in *rec. part.* 1n. *decis.* 220. *num.* 13. et
13 iu hac contrarietata opinionum prima est magis communis, sed secuuda videtur verior, ut dieit, et late auctoritates cumulando hinc inde, et rationes perpendendo ostendit, Surd. *In d. dee.* 317. *num.* 18. *per tot.* sed hoc non obstante ipse, seo potius senatus ille Mantuanus, uoluit recedere a communi, ut expresse habetur in fiue illius decis, et animadvertit etiam Grat. *disc* 633. *nu* 39. et quidem magnifacienda est communis opinio, et tanti, nt pro ea judicandum sit, etiamsi contrarie videatur verior, prout observatum videtur *in dict. decis.* et servandum tradit Barz. *decis. Banon.* 96. *num.* 25. *et* 26.

14 Et qoidem qnoad veritatom, licet doctores, ut pluriwum indistincte loquantur de receptione, et petitione, imo expresse eas aeqoiparari iu hoc proposito dicaut Grat. *disc.* 633. *num.* 39. Fulgin. *de jure emphyt. tit. de var. caducitat. qu.* 14. *sub. num.* 4. tamen videntur isti termioi in hoc puncto
15 distingueodi, nam si dominus actualiter pensiones, seu canones praeteritos receperit absque ulla acceptatione, et praeservatione caducitatis, tone videtur res clara, quod uou possit amplius eam petere saltem si agatur de caducitate oh ipsos canones non solutos, quia si conductor liberatur ab ea allegando velle moram purgare, et celeriter satisfaciendo, etiam postqnam fuerit petita, et acceptata, nt dictum est alibi, multo magis liberari dicendum est per actualem solutionem a domioo non solom petitam, sed ante acceptatiouem cadocitatis receptam. At difficultas est si foerit cequisitus a domino, ut solveret, et ipse adhuc neglexerit, ao per dictam petitionem censeatur ei remissa caducitas, et a domino abdicata facultas espellendi, iu qua difficultate, licet adhuc communior sit opinio affirmativa, Gratian. *disc.* 633. *numer.* 38. *et* 39. Surd. *decis.* 317. *num.* 14 *ot seqq* ubi *sub. num.* 18. testatur de magis communi, verior quidem apparet, saltem prima facie, negativa, quia in sola petitione nulla potest considerari purgatio morae conductoris, propter quam datur locatori facoltas eum expellandi, sed potios ea est evidenter aucta, et aggravata, ut considerat Corbul. *de caus. priv. ob non sol. can. lim.* 21. *n.* 21. *ad fin.* ubi propterea dicit hanc veriorem.

Et licet ipse utator dictione illa subdubia, *fortasse*, tamen ita tenendum, non obstante tali dubitatione Corbuli, asseverat Gratian. *disc.* 515. *n.* 11. *et* 12.

Nec obstant contrarii, quia fuudautoc praecipua in *d. l. post. diem* 7. e. *de lege commiss.* cum concordantibus, ut animadvertit Surd. *d. decis.* 317. *num.* 14. *od fin. vers. hujus. partis*, quae non urgent in petitione pensionum praeteritarom, loquuntur coim de venditore petente pretium. in 16
quo nil mirum, si per eam petitionem videatur nolle resolutionem contractus, quia omnino repugnat velle pretium, et velle contractum nou durare, cum ubi venditio resolvitur, pretium amplius non debeatur, at haec repugnantia considerari potest in locatore petente mercedes pro tempore futuro, 17
noo autem io petente eas pro tempore praeterito tantum, quia potest velle eas simul cum resolutione contractus, ut late probat ipse Surd. *d. decis.* 317. *num.* 23. *vers. item possunt, et seqq.* et sic per dictam solam petitiouom pensionum praeteritarum non potest censeri remissa caducitas.

Posset tameu pro defeosiooe communis insisti, qood eo ipso, quod dominus petit peosiones, sive petat futuras, sivo decursas semper petit vigore contractus, et sic videtur velle ei iosistere, non autem ab eo recedere, sed adhuc viget responsio, quod haec insistentia, si petantuc pensiones decursae tantum, noo est actus de directo coutrarius, et repugnaus juri expellendi cooductorem, ut dictum est, et ideo uoo poteat tale jus per praefatum actum censeri renunciatum, ea firmat. per Surd. *de alim. tit* 7. *quoest.* 17. *nu.* 44. Cavaler. *dec.* 658. *n.* 3. et Rot. *in rec. dee.* 9. n. 14. *et dee.* 342. n. 8. *part.* 5.

Possent etiam istae duae opiniones conciliari, ut prima procedat in emphyteusi, et locatione ad lougom tempus, sumeudo omoem benignorem interpretationem pro evitanda poe- 18
na caducitatis, et privatioue domioii utilis, secus autem in simplici locatione ad breve tempus, in qua de tam gravi praejudicio couductoris non agitur, et comprobari posset distinctio ista, quia iu emphyteusi magis repugnat, qood dominus velit caducitatem una cum canonibus decursis, quam iu simplici locatione, ot per Jas. *in l.* 2. e. *de emphyt. sub. num.* 124. *vers. ego puto in hoc membro, et num.* 126. *versic. in colono autem simpliei*, Surd. *de aliment. tit.* 7. *qu.* 17. *nu.* 46. Gratiau. *disc.* 515. *n.* 24.

Praeterea dicta opinio, quod petitio oanunia in hac mate- 19
ria aeqoiparetur receptioui, patitur etiam aliam restrictionem, ut non procedat in petitione facta ante caducitatem incursam, puta, lapso uuo auno, dominus recipit canonem sibi debitum, utique clarum est, quod ille anuus pro quo recipit nun est computandus in uomero duorum annorum in emphyteusi ecclesiastica, vel trium iu laicali necessariorum ad cadocitatem incurrendam, et secos est si lapso uuo anuo dominus petat, sed nihil recipiat, tunc eniu petitio non operatur dictum effectum, ot annus ante ea decorsus computari non debeat, Fulgin. *do jur. emphyt. tit. de var. caducit. q* 14. *num.* 3. *vers. quam opinionem*, Surd. *dec.* 317. *n.* 6. *et seqq.*

Ubi autem procedit remissio per petitionem, ipsi locus erit 20
quoque si facta fuerit citatio ad solvendum, quia haec est petitio judicialis, ad eumdem effectum operatur, Barou. *de eitat. quaest.* 35. *num.* 71. at dubium est si citatio nou sit ad 21
solvendum, sed solum ad docendum se solvisse, quia istam aequiparari eum alia ad solvendum visa est inuuere Rota in una romana Vineae 7. juoii 1610. coram Lancellotto, ut refert Gratian. *disc.* 515. *numer.* 10. at in rei veritate termini 22
sunt valde diversi, et seous Rotae potest procedere quando in ipsa citatione subditor, alias videndum relaxari mandatum pro summa debita, quia si addantur dicta verba, tunc bene videtur eadem summa petita, at ubi non adduntur dicta verba, potest citatio esse facta eo auimo, ut si citatus non doceat solvisse, certior reddatoc caducitas, et fiat locus petitioni mandati de associando ad rem locatam tamquam devolutam, et sic non importat petitiouem, et caducitatis remissiouem, Gratiau. *dict. dise.* 515. *num* 9. Animadvertendum est tamen, 23
quod quando citatio sit talis quae importare possit dictum effectum remissiouis caducitatis, requiritur eam esse reproductam in actis, alias sola fides cursoris de illius executione uon probat, Gratian. *dise.* 715. *num.* 4. et quod neque sufficiat reproductio, oisi appareat a quo sit facta, dixit iu his 24
terminis Rot. *in. decis.* 33. *numer.* 6. *et* 7 ubi et quod non sufficeret esse factam a procuratore generali ad esigendum *p.* 13. *recent.* Duoozet. Juo *decis.* 793. *num.* 3 et quod si iu calce citationis non sit scriptom nomen comparentis, notacius uon praesumatur de instantia rogatus, et eam oon pro-

bet. Posth *de monut. observ.* 102. *n.* 19. *ver. ut quae con-*
stet, Rot *dec.* 274. *n.* 10. *et* 11. *part.* 5. *rec.*
26 At pro praefata remissione necessarium est quod canonem
recipiens, seu petens sciet caducitatem esse incursam, alias ea
non potest censeri remissa, quia ignorans non remittit. *l.*
mater decedens, ff. de inoffic. testam. Castren. *in l. si quis*
6. §. *irritum nu.* 4 *ff. de injus. rupt. et irrit.* Alex. *cons.*
146. *num.* 8. *lib.* 5. Corbul. *de caus. privat. ob non sol. can.*
lim. 26. *n.* 4. Surd. *dec.* 181. *n.* 7.
27 Hinc si facta sit per emphyteutam alienatio, et ita incursa
caducitas, licet requiratur dominus, quod consentiat aliena-
tioni, et ipse annuat, non propterea censetur caducitas re-
missa, dum de alienatione antecedenter facta non fuerit ipse
dominus certioratus, Alex. *cons.* 146. *nu.* 8. *lib.* 5. Honded.
cons. 55. *n.* 46. *lib.* 1. Corbul. *de caus. priv. ob non sol. can.*
limit. 26. *n.* 4.
28 Ignorantia autem incursae caducitatis regulariter praesu-
mitur, nisi convincatur scientia, Surd, *decis.* 181. *num.* 8.
Adden. ad Burat. *decis.* 617. *num.* 8. *vers. limitatur prae*
29 *dicta*, sed satis convincitur scientia per conjecturas et suffi-
cit lapsus temporis, si permisit per multum spatium emphy
teutam possidere, canones ab eo recipiendo, Dec. *cons.* 185.
num. 12. *vers. nec obstat.* Rim. Jun. *cons.* 22. *numer.* 15.
30 Adden. ad Burat. *ubi supra.* caducitatis autem ob canonem
non solutum non poterit dominus cui facienda erat solutio,
31 allegare ignorantiam, nisi forte solitus esset exigere per alium,
quia tunc posset ignorare, an exegerit, ut in proposito tradit
Surd. *decis.* 181. *num.* 8. *ver. et licet, et num.* 17. ubi no-
32 tabiliter etiam dicit, quod licet scientia officialis ad id depu-
tati nocere soleat domino, tamen hoc procedit, quoad offi-
ciales principum, non autem quoad procuratores privato-
rum.
33 Necessarium quoque est pro inducenda remissione praedi-
cta, quod exactio, sive petitio facta sit ab ipsomet domino,
34 non autem a ministro, seu generali procuratore, quia iste si-
cut non potest absque mandato speciali transigere, et cadu-
citatem expresse remittere, ita nec tacite canonem recipiendo
Bero *cons.* 116. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 460. *num.* 14.
Corbull. *de caus. privat. ob. non sol. can. limit.* 21. *nu.* 16.
Adden. ad Burat. *dec.* 617. *nu.* 8. *vers. secundo limitatur*,
Rot. *dec.* 33. *num.* 7. *part.* 13. *rec.* Surd. *dec.* 181 *nu.* 10.
et seqq.
35 Unde idem est in praelato ecclesiae, seu abbate monaste-
rii, quia non potest praejudicium hoc inferre ecclesiae, seu
monasterio, ut per Text. *in cap. veniens. de transact.* alias-
que auctoritates dixit Rot. coram Bich. *decision.* 483. nu-
mer. 49.
36 Verum hoc bene procedit in abbate, seu praelato ecclesiae
collegiatae, quia iste non potest caducitatem solus absque ca-
pitulo remittere, at secus est in praelato ecclesiae non colle-
giatae, ut distinguendo firmat Surd. *cons.* 335. *nu.* 47. ubi
de communi Decian. *cons.* 4. *num.* 19. *lib.* 4. Corbul. *dict.*
tit. de caus. privat. ob non *sol. can. lim.* 21. *num.* 5. Ho-
dier. ad Surd. *decis.* 181. *num.* 2. ubi quia in ecclesia non
collegiata solus praelatus concessionem fecit, secus in collegia-
37 te Gabr. *cons.* 88. *nu.* 15. *lib.* 1. unde et generaliter si prae-
latus habeat facultatem de novo investiendi, potest et cadu-
citatem remittere, Rot. cor. Crescen. *dec.* 2. *de loc. et cond.*
Hodiern. *ibid. n.* 3.
Sic et alius legitimus administrator poterit praedictam re-
38 missionem facere, prout de patre legitimo administratore bo-
norum filii, tradunt Soccin Sen. *consil.* 66. *num.* 20. *lib.* 3.
Corbul. *d. lim.* 21. *num.* 17. Hodiern. ad Surd. *decis.* 181.
numer. 6. Adden. ad Burat. *decis.* 617. *num.* 8. *ad fin.* sed
39 in tutore, quod non possit tradunt Dec. *cons* 36. *num.* 42
Costa *de rato quaest.* 35. *num.* 30. ubi comprobat, quia nec
potest remittere exceptionem peremptoriam, aut transigere,
et dimittere bona penes adversarium pupilli, ex ibi allegatis
Hodiern. ad Surd. *decis.* 181. *num.* 4. ubi idem dicit in ad-
ministratore civitatis, et quamvis hoc non esse verum in tu-
tore, dicat Castill. *decis.* 74. *nu.* 37. et reddat rationem, quia
non agitur de jure quaesito, sed quaerendo, tamen a prima
non videtur recedendum, maxime, quia nullus ex allegatis
per eum, loquitur in specie de tutore, sed omnes loquuntur
de praelato. Et quod non possit tutor jura pupilli remittere.
Surd. *cons.* 6. *num.* 70. *et seqq.* Gutier. *de tutel. p.* 2. *c* 6.
40 *numer.* 5. et quod neque quaerenda, saltem solus absque
pupillo, repudiare valeat, Mandell. *consil.* 205. *num.* 12. *et*
55. verum quatenus placeat opinio, quod tutor possit in hoc
proposito nocere pupillo canonem recipiendo, prout eum pos-

se sentit etiam Cald. *in l. si curatorem, ver. vel adversus n.*
82. *vers. sed contrarium, cod. de restit. in integr.*, non pos- 41
set denegari pupillo restitutio in integrum adversus caduci-
tatem non acceptatam, ut subdit ipse Cald. *ibid.*, ubi et i-
dem dicit de ecclesia. 42
Sustinetur tamen dicta remissio per procuratorem quam-
vis non habentem mandatum speciale, facta, si dominus ejus
factum, vel tacite ratum habuerit, Add. ad Burat. *dec.* 617.
numer. 8. *vers. secundo limitatur*, uti si pecunias per eum
exactas receperit, Ruin. *cons.* 151. *num.* 12. *et seqq. lib.* 1.
Menoch. *cons.* 460. *num.* 14. Honded. *cons.* 55. *num.* 8. *lib.*
1. Corbul. *d. lim.* 21. *num.* 16. *in fin.* Hodier. ad Surd. *de-*
cis. 181. *num.* 6. et idem est in praelato, si enim capitulum 43
recipit pecunias exactas, vel alias, describuntur in libris, et
vertuntur in utilitatem ecclesiae, non poterit per ipsam po-
stea impugnari remissio caducitatis, ut firmat Gratian. *disc.*
633. *nu.* 41. et quod si capitulum distribuat pensiones exa-
ctas a camerario dicatur ratificare exactionem ad hunc effe-
ctum, Rot. *dec.* 896. *ad fin. part.* 4. *div.* et penes Fechin.
cons. 50. *n.* 28. *lib.* 1. 44
Sed requiritur, ut intret ista tacita ratificatio remissionis,
quod dominus sciverit caducitatem, Hodiern. ad Surd. *decis.*
181. *n.* 7. et quod sciverit exactionem, unde si receperit pe-
cunias, in confuso cum aliis ita ut potuerit ignorare, quod de-
venirent ab emphyteuta, seu conductore, non poterit con-
vinci tacita ratificatio, Surd. *d. decis.* 181. *num.* 8. *vers. et*
per. hoc. 45
Ulterius licet exactor, seu administrator non habeat facul-
tatem remittendi caducitatem, tamen ab ea per indirectum
liberat, quia praebet emphyteutae excusationem ab ea, ut
tradunt Surd. *cons.* 307. *num.* 4. *vers. et ubi etiam, et num.*
5. et Gratian. *dict. disc.* 633. num. 43. Sed haec opinio ita
generaliter sumpta est suspecta, ex eo quod destruit, et ina-
nem reddit in totum conclusionem, quod procurator sine spe-
ciali mandato non potest remittere caducitatem, unde vide-
tur cum ea conciliande, ut non praejudicet domino liberan-
do conductorem, seu emphyteutam a caducitate incursa, sed
praebeat excusationem, et liberet ab incurrenda, Bursat. a 46
Surdo allegatus *cons.* 143. *n.* 65.
Potest tamen dominus recipiendo canones sibi praeservare 47
caducitatem incursam, et valebit praeservatio, Clar. *in §. em-*
phyteusis quaest. 10. *in princ.* et communem dicunt Jas. *in*
l. 2. *num.* 124. *c. de jur. emphyt.* et Surd. *decis.* 317. *num.*
25. ubi alios cumulat; sed contrarium tradunt alii dicentes, 48
quod cum ex receptione canonum convincatur animus, et vo-
luntas quod contractus duret, non autem sit resolutus, prae-
servatio praedicta est incompatibilis, et uti quaedam prote-
statio contraria facto, quae nihil operatur, Surd. *consil.* 86.
num. 14. cum aliis adduct. per Marescot. *variar. c.* 137. *nu-*
mer. 7. *et seqq. lib.* 2. Adden. ad Burat. *decis.* 617. *numer.*
8. *vers. secundo amplintur*, Rot. *decis.* 535. *numer.* 3. post
Cenc. *de cens.* Concilientur autem istae contrariae opinio- 49
nes, ut prima procedat quando recipiuntur solummodo cano-
nes praeteriti, secunda vero quando recipiuntur etiam futu-
ri, hoc enim secundo casu tantum adest omnimode, et incon-
ciliabilis incompatibilitas, cum praeservatione caducitatis, non
enim potest dominus velle emphyteusim esse finitam, et con-
tinuare, itaut canones etiam futuri debeantur, at secus est
quo ad praeteritos, quia potest eos velle una cum caducita-
te Clar. *d. q.* 10. *nu.* 1. *vers. hoc tamen intellige*, Marescot.
d. cap 130. *num.* 8. *lib.* 2. Adden. ad Burat. *dec.* 617. *nu-*
mer. 8. Rot cor. Mantic. *decis.* 200. num. 2. *et per tot. et in*
rec. decis. 218. *numer.* 3. *et seqq. part.* 5. et in d. romana
Vineae 24. martii 1651. §. quia non repugnet. cor. eminen-
tississ. card. Cerro, ubi et quod hoc est indubitatum quando 50
adhuc emphyteuta, ultra receptos canones remanet debitor
pro integro biennio, loquendo in emphyteusi ecclesiastica, et
hoc tantum casu juvare praeservationem, sensit per alios Ful-
gin. *de jur. emphyt. tit. de var. caduc. q.* 14. *no.* 9. Quod
autem dictum est de futuris non intelligitur tantum de futuris 51
attento tempore receptionis, seu petitionis sed post caducitatem
incursam, ut loquuntur Adden. ad Burat. *dict. dec.* 617. *n.*
8. in 2. *amplintione*, et Rot. coram eodem *decis.* 624. *num.*
10. quod tamen videtur intelligendum quatenus caducitas 52
fuisset statim elapso tempore acceptata, et deinde recepti ca-
nones non solum temporis antecedentis, sed subsequentis, se-
cus si non solum decursum erat tempus necessarium pro ca-
ducitate incurrenda, sed majus, et dominus absque ulla prae-
cedenti acceptatione recipiet canones usque ad tempus rece-
ptionis decursos, protestando velle etiam caducitatem, taci-

lius si non acceptavit cadocitatem statim, ac incursa fuit, sed
post aliquos alios annos, et deinde receperit cannnes usque
ad diem acceplationis caducitatis tantum cum dicta protesta-
tione, qoia, et in his casibus cessat incompatibilitas,ut supra
53 dictum est. Caeterum etiam in casibus in quibus praeserva-
tio caducitatis esset invalida, debebit emphyteuta ei contra-
dicere, quia alias censetur consentire, et protestatio propter
ejus consensum sustinetur Jas. *in l.* 2. *num.* 127. *c. de jur.
emphyt.* Curt. Sen. *cons.* 81. *n.* 2. Fulgin *de jur. emphyt.
tit. de var. coducit. qu.* 14. *nu.* 10. sed cootradicere ceuse-
54 tur si protestetur se noo cecidisse a jure suo, Ruin. *consil.*
151. *num.* 12. *vers.* nec *obstat lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.*
22. *tit.* 33. *n.* 8. Adden. ad Borat. *ad dec.* 617. *n.* 8. *in* 2.
ampliat od. fin.

55 Non omittendum ultimo loco animadvertere, quod quate-
nus domsnos fecerit actum remissiouis caducitatis importan-
tem, conductore abseute, et nemine pro eo acceptaute, talis
remissio conductori, non prodesset tamquam nulla, vel sal-
tem posset ante ejus acceptationem revocari, Alex. *con.* 131.
n. 7. *et* 8. *lib.* 4. et late Gratian. *disc.* 515. *n.* 61. *et seqq.
usque ad fin.*

*Conductor an, et quondo possit recedere a
contractu ante finitum tempus
in eo conventum.*

SUMMARIUM.

1. Correlativorum eadem debet esse dispositio.
2. Locatori quando reperitur permissum recedere a contractu, debet etiam censeri permissum conductori.
3. Contrarium teuent alii.
4. Correlativorum regula cessat quando non est eadem ratio in utroque.
5. Decl. ut conductor possit recedere a contractu quando impeditur uti ea impedimento proveniente a re ipsa, secus autem in procedente ex persona propria, et n. 6.
7. Conductor impeditus uti re ex parte sua non potest dici impeditus totaliter, quia potest uti sublocando.
8. Bello vel peste impediente usum rei locatae potest conductor a contractu recedere,
9. Lim. si domus locata fuerit infecta culpa conductoris.
10. Mali spiritus in domo locata existentes praebent conductori causam recedendi a contractu.
11. Judex non debet esse facilis ad credendum malos spiritus.
12. Malorum spirituum existentia probatur per unicum testem.
13. Timor solus domni, et periculi praebet justam causam conductori recedendi conductione.
14. Impedimentum non solum totalis usus, sed etiam iocommodatio habitationis praebet justam causam conductori recedendi.
15. Lim. si incommoditas sit modica.
16. Lim. 2. si conductor in casu incommodationis taceat, et non recedat.
17. Sufficit tamen protestatio absque recessu.
18. Maxime autem est necessaria protestatio si impedimentum proveniat a tertio non a locatore.
19. Conductor si uxorem duxerit, et non sufficiat ei amplius domus conducta, non propterea poterit recedere a conductione.
20. Conductor revocatus a superiore, et propterea non indigens domo conducta, adhuc locationi stare tenetur.
21. Conductor promotus ad dignitatem, et ideo non potens habitare domum conductam, adhuc recedere non potest a locatione.
22. Conductor an possit recedere a locatione in certis casibus attenditur consuetudo.
23. Consuetudo praedicta probanda est ab allegante.
24. Recedere a locatione in certis casibus est facultativum.
25. Consuetudo non recedendi, ut probetur necesse est probare quod fuerit allegata facultas, et qood allegantes propter contradictionem acquieverint.
26. A contractibus nominatis non receditur ob non adimplementum.
27. Decl. hoc non procedere in locatione,
28. Decl. 2. non procedere si id quod non fuit adimpletum est causa finalis contractus.
29. Decl. 3. quod dictum est non procedere in locatione tutius esse si concurrat quod non possit uti re culpa locatoris, et quod res sit integra.
30. Conductor recedere potest a conductione non dum si locator rem non tradat, sed etiam si post quam tradidit uti non patiatur, seu impediat.
31. Amplia etiamsi deneget seu impediat tantum in parte.
32. Amplia 2. non dum si impeditur ab ipso locatore, sed etiam ei ab alio quem ipse posset impedire.
33. Amplia tertio ut locator non possit purgare moram nisi statim, et re integra.
34. Nec potest velle dare rem per tantamdem temporis.

CAPUT LX.

Quoniam in praecedeotibus capitulis dictum est de fine lo-
cationis favore locatoris statuta, ac ut plurimum omissum est
dicere, an procedat etiam favore coodutoris, ideo hic brevi-
ter de hoc aliquid separatim dicemus. Et generaliter loquen-
do pro affirmativa facit. quod locator, et conductor sunt cor- 1
relativi, et quia correlativorum eadem debet esse dispositio
l. 1. et ibi Bart. *c. de Cupres. lib.* 11. Bald. *in l.* 3. *in fin.* 2
c. de sacros. eccles. sequitur ut quandocumque statutum re-
perimus licere locatori a contractu recedere, debeat idem con-
ductori censeri permissum, prout in specie censuerunt Bero
cons. 140. num. 17. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 255. *numer.* 24 *et*
25. Becc. *consil.* 45. *num.* 22. *et seqq.* Gabr. *cons* 75. *nu-
mer.* 1. *ad fin. vers.* secundo *sicut lib.* 1. Boer. *decis.* 249.
num. 8. *et* 9. late Gratian. *in addit. ad disc.* 534. *quae ha-
betur in fine tomi* 3. *et disc.* 540. *n.* 14. ubi dicit hanc verio-
rem, et communem. 3

Verum in contrarium facit, qood res locata remanet in
dominio locantis qui propterea habet in ea pinguius jus quam
conductor, praecipue ad modicum tempus, unde non est ea- 4
dem ratio in utroque, et quando non est eadem ratio, cessat
regula correlativorum, Lancel Gal. *ad consuet.* Alex. *glos.
uxori quaest.* 4. *num.* 44. *et seqq.* unde credendum, quod
jura non sine mysterio, quando disposuerunt de facultate re-
cedenti a contractu locationis, locuta fuerint de locatore tan-
tum, illam ei tribuendo in *l. aedem. c. locat. c. propter ste-
rilitatem eodem tit.* et ita tenuit Cyn. *in d. l. aedem.* dicens
res mea ioco subjacet periculo, et ideo bonum mihi faciat
primo, Barbat. *in c. propter sterilitatem num.* 4. *et* 21. *de
locat. et conduct.* Ripa *de peste part.* 2. *num* 20. *vers. non
obstat contrario, et* 21. Covar. *pract. quaest. cap.* 3. *num.*
3. *vers. imo excepto*, ubi quod majus habet privilegium do-
minus quam conductor, Pantzschman. *de locat. quaest.* 13.
num. 16.

Unde, cum pro utraque vigeat ratio et adsint auctorita-
tes, aliqui hinc inde referont doctores, et quid ipsi sentiant
non aperiunt, ut signanter Carocc. *in tit. de recusat. quaest.*
4. August. Barbos. *in cap. propter sterilitatem n.* 23. *de lo-
cat* Rot cor. Burat. *dec.* 295. *n.* 1. *et seq.* 5

Recurrendum itaque ad distinctionem casuum, ut si aga-
tur de impedimento superveniente in usu rei, quod proce-
dat a re ipsa. tunc liceat conductori a contractu recedere, si
vero procedat a persona ipsius conductoris, tunc id ei non
permittatur, ut aliis antiquioribus adductis, docuit Bald. *in
l. si in lege* 27. *§. si domus, ff. locat. ubi in fin.* dicit hanc
esse veritatem Alciat. *cons.* 116. *n.* 5. *lib.* 8. ubi quod ubi-
cumque praeter rei consuetudinem, aliquid accidit rei loca-
tae, propter quod conductor damnum patiatur, licet ei rece-
dere a contractu, Pantaschman. *de loc. qu.* 13. *n.* 17. Burat.
dec. 295. *n.* 6. 6

Et probatur haec distinctio apertis juribus.nam quoad pri-
mum membrum, quod propter casum evenientem in re im-
pedientem ejus usum liceat conductori a contractu recedere,
est textus in casu quo conductor fuerit impeditus uti propter
imminentem ruinam domus ut nec etiam ea refecta coga-
tur ad illam redire in *l. cum in plures* 62 *in princ. ff. loc.*
de quo dictum est in cap. 56. ubi tradita sunt aliqua ad de-
clarationem. Quo ad secundum membrum de impedimento
accidente in persona conductoris, quod non sufficiat, patet
in morte ipsius conductoris, nihil enim magis impedit eum
re conducta uti, et tamen per eam, non dissolvitur locatio, sed
durat cum haeredibus. *l. sed oddes, §. si quis mulierem ff.
loc. §. fin instit. eodem.* et bene observat Pantzschman. *d.
q.* 13. *n.* 24.

Et viget etiam diversa ratio inter utrumque casum. nam, 7
quando impedimentum est in re, et a parte rei, impedit to-
taliter usum illius, quod secus est ubi proveniet ex parte in-
quilini, quia tunc non impedit totaliter usum, si enim non
potest inquilinus uti habitando, poterit uti sublocando, et sic
bene potest ei permitti recessus a contractu in primo casu,
et non in secundo, ut late consideravit Rot. coram Burat.
d. decis. 295. *numer.* 3. *vers. ut ista, et seqq. usque ad nu-
mer.* 7.

Transeundo autem cum hac distinctione facilius erit reso- 8
lutio plurimum quaestionum in casibus particularibus con-
tingentium, uti si eveniat impedimentum in usu rei a bello
in loco contingente, vel a peste, nam licet aliqui te-
neant, quod his casibus impedimento cessante, teneatur con-
ductor ad domum redire, et contractum continuare, ut si-
gnanter Ripa *de peste tit. de. privil. contract. num.* 20. Co-
var. *practic. quaest. c.* 30. num. 3. *in princ. vers. nam quod
ratione*, tamen considerando hoc impedimentum uti accidens
in re, contrarium erit tenendum prout esse verius dicit Cu-
man. *in l. si in lege, §. si domus, ff. de locat.* prout refert

Carocc. *d. tit. de recusat. quaest.* 4. *num.* 3. et ea ibi adductis patet etiam hanc esse magis communem prout testatur
9 Pantzschman. *de locat. quaest.* 13. *numer.* 23. Cabed. *dec.* 93. *numer.* 3. *et seqq. part.* 2. dixi autem procedere considerando impedimentum istud uti accidens in re, nam si e contra locus ubi sita est domus esset sanus, et conductoris culpa ex quo, vel ipse, vel familia sua versata sit in loco infecto, domus quoque infecta fuerit, sequum non esset locatorem inde damnum pati, ut tradit idem Pantzschman *ibi sub num.* 26.

10 Et idem erit in similibus impedimentis, exemplum sit si in domo adsint mali spiritus, isti enim dicuntur incurrere justum timorem, et praestare impedimentum habitationi, sufficiens ut recedere possit conductor a conductione, ut tradunt Caguol. in *l. diem functo* num 107. *et seq. ff. de offi. assessor.* Rol. Cavagn. *cons.* 83 *numer.* 13. *lib.* 2. Larata *cons.* 57. *per tot.* Carpan. *ad statut. Mediol.* c. 83. *num.* 14. *lib.* 2. Covar. *variar. lib.* 4. *c.* 6. Burat. *decis.* 295. *numer.* 3.
11 *prope fin.* Verum non debet judex facile tales spiritus adesse
12 se credere, ut monet Papon. *lib.* 10. *tit.* 3. *arrest.* 10. *ante fin.* ubi, et quod judex laicus non est competens in causis harum nocturnarum illusionum, sed quod probentur unico teste tradit Larat. *d. cons.* 57. *n.* 2.

13 Quod et amplistor procedere ne dum si adsit actuale damnum, et periculum, sed etiam si adsit tantum timor, prout saepe evenit de dictis spiritibus, dummodo sit ex justa causa ut late probant Natt. *cons.* 610. *num.* 1. *et seq.* Roland. Cavagn. *cons.* 83. *num.* 1. *et seqq. per tot. lib.* 2. et est text. in *l. habitatores* 30. §. *iterum, ff. loc.* in quo tamen solum habetur liberari conductorem a solutione pensionum.

14 Item ampliatur, ut non solum procedat si impediatur usus rei totaliter, sed etiam si incommodetur, ut si obscurentur lumina coenaculi propter novum aedificium vicini, text. est expressus in *l. si merces* 28. §. *si vicino, ff locat.* ubi quod nulla dubitatio, quod potest hac de causa recedi a contractu.

15 Quod tamen moderari debet, ut procedat ubi incommodatio non sit modica, propter modicam enim incommoditatem non permittitur conductori recedere, *l. habitatores* 30. *ff. locati, glos. in d.* §. *si vicino in ver. obscurentur*, et Castren. *in princ.* nisi adsit dolus, vel culpa locatoris, quia tunc licet recedere etiam si incommodatio sit minima, Menoc. *cons.* 120 *num.* 15. *vers. dum deinde*, Bellon. Jun. *cons.* 62. n. 19. et quod voluntariae reaptationi modico incommodanti possit etiam locator resistere, vel petere interesse, dicit glos. in *d. l. habitatores* 30. *ver. demoliri*, et sequitur ibi Castren. n. 1.

16 Non debet tamen conductor in casu dictae incommodationis tacere, et acquiescere, quia sibi praejudicat, et amittit facultatem recedendi Castren. *in d. l. si merces*, §. *si vicino*
17 *num.* 2. sit ergo cautus, ut statim recedat, vel protestetur, ut monet Bero. *cons.* 140. *numer.* 14. *lib.* 1. Nec dicas quod si non recedat, sed de facto insistat, protestatio, tamquam contraria facto, non relevet, quia respondetur, quod potest insistere alio animo quam continuandi, nempe consequendi damna sibi debita, ut late tradit aliis adductis Manen. *decis* 38. *num* 28. *et seqq.* et signanter *num.* 35. quando autem debeantur damna, vel non dictum est in *cap.* 28. Praeterea duobus aliis modis respondit praefato objectu, Alex. *consil.* 31. *num.* 3. *lib.* 7. uno quod relevabat continuatio quamvis contraria protestationi, quia locatores ipsi protestationi acquie-
18 verant, et alio quod conductor non continuaverat retinere omnes res locatas, sed unam tantum. Certius autem requiritur, et necessaria est reclamatio, et protestatio si impedimentum proveniat a tertio, nam secus esse si proveniat ex facto locatoris late post Decian. defendit Menoc, *cons.* 120. *n.* 13. *et seqq.*

19 E contra quia, ut dictum est, si impedimentum proveniat a persona conductoris, non licet recedere, inde sequitur, ut si uxorem duxerit, et propterea majore indigeat domo, et non possit uti illa quam jam conduxerat, non propterea poterit, sicut licet locatori uxorem ducenti, a contractu locationis recedere, ut dictum est alibi, et ipse conductor recedere, et domum dimittere, quia non est par ratio, Pantaschman. *de loc. et conduct. quaest* 13. *n.* 16. *vers. nam et si maxime*, et in hoc bene loquitur Covar. *practic. qu. d. cap.* 30. n. 3. *vers. imo excepta.*

20 Sic si quis extra patriam existens domum conduxerit, et postea revocatus fuerit a superiore, et propterea amplius illa non indigeat, licet recedere eum posse a contractu late probare conatus fuerit, Socc. Jun. *cons.* 150. *lib.* 3. Sim. de Pret. *cons.* 23. *num.* 27 tamen eadem ratione supradicta, contrarium erit tenendum prout tenet Pantzschman. *de locat. et cond. q.* 13. n. 19. *et seq.* ubi omnibus per Soccin. Jun. adductis respondet.

Sic etiam ubi, qui domum conduxerat, promotus fuit ad dignitatem propter quam non poterat in domo illa habitare, quia dignitas habebat domum suae residentiae, licet pro conductore, quod valeret a conductione recedere, non obstante etiam obligatione camerali, latissime scripserit Gratian. *disc.*
534. *a numer.* 48. *ad* 57. et in appendice ad eamdem disc. 21
quae habetur in fine tertii tomi, *et disc.* 740. tamen contrarium in ea causa fuit decisum per Rot coram Burat. *decis.* 295. obi licet Rota relinquat dubiam quaestionem an disposita in *l. aede* *c. locat. et cap. propter sterilitatum eodem tit.* favore locatoris, ut possit recedere a contractu per supervenientem necessitatem, procedant etiam favore inquilini, ut supra fuit notatum, tamen dicit quod quatenus etiam vera esset opinio affirmativa, adhuc ea non procederet in dicto casu, quia deficit necessitas praecisa per quam impediatur totaliter usus domus, ex quo impedimentum non est ex parte rei, sed ex parte inquilini, qui licet non possit uti habitando, potest uti sublocando, et ita comprobat nostram distinctionem. Bene tamen verum est, quod reputata fuit tutior illa resolutio, quia ibi locator agebat ad pensiones vi executiva vigore obligationis cameralis, et dubium erat an exceptio, quod locatio ex dicto capite esset finita, relevans reputari deberet, vel ne, ut patet ex principio decisionis, et DD. existimarunt non esse, et merito, quia dicta exceptio est saltem dubia. Et ulterius concurrebat consuetudo urbis continuandi in simili casu conductiones, nec non quod locator in contractu, expresse renunciaverat facultati expellendi conductorem pro necessitate proprii usus, ex quo argumentum doctum a lege correlativorum, quod solet fieri favore conductoris, in casu illo retorquebatur; ex quibus praecipue circumstantiis putat subsistere decisionem Farentit. *ibi in sua annotatione*, non obstantibus adductis late contra eam per Gratian. *in dict. disc.* 740. licet quodammodo dubitare videatur dum concludit, quod expedieus erit in praxi apponere in similibus contractibus expressam renunciationem dictae exceptionis.

Non omittendum autem annotare id quod firmatur in di- 22
cta *decis. sub. nu.* 7. videlicet, attendi in hoc proposito consuetudinem regionis, quia censetur partes cum ea se confirmare voluisse, ita ut, si juxta illam permittitur in aliquo casu conductori recessus a contractu, censetur partes ita voluisse servari, quod, et fuit dictum in una romana affictus 30. martii 1618. cor. Andrea in §. fin. de qua memini etiam supra *in cap.* 46. et cum non reperiatur impressa, et in *d.* §. *fin.* paucis plura notabilia contineat, placet hic ejus verba praecisa subnectere, quae sunt ista.

» Quae sententia tanto magis placuit dominis, quin juxta
» consuetudinem urbis, de qua in fide peritorum sum. Cur-
» tii *num.* 3. nunquam fit remissio conductori ob sterilita-
» tem ex pluvia, et ventis, et diverso anni tempore, et ex
» quacumque alia causa provenientem, nisi ob grandinem,
» quo casu potest conductor ante recollectam casale renun-
» ciare, quae consuetudo in hac materia est attendenda, *l. li-*
» *cet*, ubi glos. et doct. ut signanter Alberic. *num.* 2. *c. de*
» *locat.* Costan. Harm. *lib.* 3. *tit.* 8. *rub. de steril. in princ.*
» Bero *d. cons.* 142. *nu.* 6. Valasc. *de jur. emphyt. qu.* 27.
» *num.* 15.

Non omittam etiam quod S. M. Clem. VII. ad augendam culturam agri romani in sua Bulla 5. quaedam disposuit, et inter caetera in §. 7. quod liceret habentibus locationes casalium etiam ad longum tempus ab ecclesiis, et monasteriis urbis, vel hospitalibus renunciare hujusmodi locationibus eas cassans, et annullans.

Caeterum clarum est similem consuetudinem, uti a juris 23
dispositione discordantem, probandam esse ab allegante, ut in specie firmat Gratian. *disc.* 740. *numer.* 22. et licet Rota in praedicta romana affictus senserit eam probari per fidem peritorum, ut patet ex ejus verbis supra relatis, tamen de hac opinione valde dubitarem loquendo praesertim de simplici fide, quae juxta vulgatum dictum fidem non facit et maxime in proposito, attento quod recedere, vel non a contractu extra casus a jure dispositus est facultativum, et ideo necesse est ad convincendam consuetudinem recedendi, in casu quo de jure recessus non permittitur, probare, quod in similibus ca-

sibus fuerit allegata haec facultas, seu resolutio contractus, et postea, propter contradictionem allegantibus factam, ipsi acquieverint, Cyn. in *l.* 2. *nu.* 9. *vers. aut quaeritur, c. quae sit longa consuet.* Alex. *cons.* 45. *num.* 2. *lib.* 1. cum aliis adductis in his terminis per Gratian. *disc.* 740. n. 23.

24 Dictum autem est de impedimento superveniente ex parte rei, et de superveniente ex parte conductoris, nunc remanet videndum de superveniente ex parte locatoris, non si 25 rem ipsam inutilem, vel incommodam reddiderit, quia tunc procedunt ea, quae dicta sunt de impedimento a parte rei procedente, et quidem fortius, ut tactum est supra, sed si ipse rem non tradat, vel aliter ea quamvis alias apta, et commoda conductorem uti non patiatur, prout debet, et sic ex parte sua non adimpleat, an conductor recedere possit a contractu et quia locatio, et conductio est de contractibus nominatis, 26 regula generalis est pro negativa, quod scilicet in contractibus nominatis, non liceat ob non ad implementum ab eis recedere, sed agendum sit ut impleatur, sed ad interesse. *l. sicut, c. de action. et obligat.* Ruden. *cons.* 43. *numer.* 14. Gabr. *cons.* 49. *num.* 1. *lib.* 2, Marescot. *variar. cap.* 90 n. 30. *lib.* 1. Cocc. *dec.* 329. n. 3. et 4. in *rec. dec.* 121. *n.* 1. *part.* 4. tom. 2.

27 Verum regulam praedictam limitari, et non procedere in contractu isto locationis, et conductionis, probatur, quia videmus, quod si conductor ipse non adimplet ex parte sua solvendo pensiones, locator, ex hoc capite recedere potest. *l. aedem, c. locat.* ergo idem dicendum est e contra, si locator non adimpleat, ut sensit Bart. *in l. si quis, in fin. c. de agric. lib.* 10. et tradunt latius Gabriel. *cons.* 75. *numer.* 4. *vers. non obstat. lib.* 1. Becc. *cons.* 45. *numer.* 11. *et seqq.* et signanter *num.* 20. et firmavit Rota in una romana pensionis domus cor. Pirovano, quae habetur impressa per Marchesan. *de commis. part.* 1. *fol.* 1085. *sub.* n. 7.

Neque huic opinioni obstare videtur dicta regula, quod in contractibus nominatis non recedatur per non adimplementum partis adversae, quia ultra, quod in locatione aliud constitutum videmus favore locatoris, ut supra, respondetur etiam quod cum locatio sit concessio ad usum, dum locator 28 non tradit, seu impedit usum, id quod non adimpletur, est causa finalis propter quam celebratus est contractus, et regula praefata non procedit quando id, quod non fuit servatum est causa finalis contractus, ut respondet Becc. *d. con.* 45. n. 28. *vers. non obstat*, quem sequitur Rota *ubi sup.* et tradunt etiam Rolaud. *cons.* 69. *num.* 38. *et seq. lib.* 4. qui loquitur in his terminis locationis Statil. Pacif. de Salvian. *inspect.* 5. *cap. un.* n. 161. et Rot. *dec.* 616. n. 12. *et* 13. *par.* 5. *rec.*

Verum contrariam opinionem amplexa fuit Rot. cor. Gregor. *decis.* 130. *num.* 1. *et seq* ubi, et alias decisiones allegat, et ideo respondendo Gabrieli in *d. cons.* 75. *lib.* 1. dicit quod contra eum stant aliae auctoritates, et rotae decisiones, et ulterius dicit, quod Gabr. loquitur duobus concur-29 rentibus, quod scilicet conductor non possit uti, et frui re locata culpa locatoris, et quod res sit integra, hoc est, ante executionem contractus, et proinde quatenus ista concurrant tutior erit opinio, facilius enim receditur a contractu ante illius executionem, quam postea, ut dicit Gabr. *d. consil.* 75. *num.* 3. *post med.* sed non propterea dicendum, quod e contra si locator semel tradidit rem, quamvis postea non patiatur conductorem uti non applicentur praedicta de locatore non adimplente, quia locator non solum tenetur tradere, sed etiam tenetur praestare patientiam, imo, et curare, quod conductor uti possit toto tempore pro quo locavit, ut alibi di-30 ximus, et ideo satis est, quod deficiat in ista patientia praestanda, ut non dicatur implere, et conductor possit recedere, ut respondet Rolaud. *cons.* 69. *num.* 41. *lib.* 4. et Becc. *d. cons.* 45. *num.* 19. ita ut etiam in casu isto sustineri possit opinio praedicta, dummodo non possit conductor uti re locata culpa locatoris, qui sunt termini in quibus loquimur, et in quibus evitari potest dict. decisio cor. Gregor. dum ibi impedimentum contigerat casu, ut habetur *n.* 3. *prope fin.* et ulterius ibi implementum non respiciebat causam finalem contractus ut *n.* 4. quae illa dicitur, sine qua conductor non contraxisset, Adden. ad Gregor. *d. dec.* 130. *n.* 7.

Et ampliatur conclusio praefata primo, ut recedere liceat 31 conductori, ne dum si denegetur ei, seu impediatur usus in totum, sed etiam si in parte, Bero. *cons.* 15. *num.* 14 *lib.* 3. Becc. *cons.* 45. *num.* 10. ubi etiam in minimo, Bellon Jun. *cons.* 60. *num* 13. imo, et si ex pluribus rebus simul locatis impediatur tantum in una, Bellon. Jun. *d. cons.* 62. *numer.* 14. Surd. *dec.* 295. n. 17.

Secundo ampliatur, ut non solum procedat si impediatur conductor ab ipso locatore, sed etiam si impediatur ab alio in ejus odium, quia tunc idem est, quod si impediatur ab ipso, 32 et post Bart. et alios *in l. si merce, ℥. culpae, ff. locat.* tradit Becc. *d. cons.* 45. *nu.* 20. *ad med.* ubi etiam si sine ejus culpa.

Tertio ampliatur, ut post praedictum impedimentum non possit moram purgare, et velle rem tradere, seu patientiam praestare nisi faciat id statim, et re integra, *l, si* in *lege* 27. 33 *℥. colonus, ff. locat.* ita ut si res non sit integra, absolute cesset in conductore necessitas recipiendi rem, si autem sit integra, et adhuc recipere non teneatur, si aliquod tempus transivit, sive magnum, sive etiam modicum, et docet in *d. ℥. colonus*. Paul. Castren. nu 1. *post med. vers. si autem dominus offerat*, et sequitur Bero. *cons.* 140. num. 16. *lib.* 1. et licet locatorem, impedientem conductori usum rei pro aliquo certo tempore, posse permittere usum, per tantumdem, et teneri conductorem recipere senserit Roman. *consil.* 432. *num.* 4. tamen contrarium, si tempus non sit paucorum dierum, et res integra, probat Gabr. *cons* 75. *numer.* 3. *lib.* 1. 34 ubi quod, etiamsi conductoris nihil intersit, adhuc non potest purgari mora multorum dierum, Surd. *cons.* 400. *num.* 30. et *si* paucis diebus prohibuit, deinde poenitentiam egit omnisque colono integra sunt nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuet dicit praecise text. *in l. si in lege* 27. *in ℥. colonus post med. vers. quod si ff. loc.*

Si autem conductor fuerit uti impeditus, seu a re expulsus, et velit recedere a contractu, quae remedia ei competant dictum est supra in cap. 28.

De successore, an, et quando teneatur stare locationi.

SUMMARIUM.

1. Haeres locationi stare tenetur.
2. Locationis natura est, ut transeat ad haeredes.
3. Haeres conductoris si abstineat ab haereditate dominus potest locare alteri
4. Amplia in pupillo si abstineat tutor.
5. Decl. ut si tutor abstinere non debuit, ipse teneatur pupillo ad omnia damna.
6. Locatio etiam bonorum ecclesiae transit ad haeredes.
7. Societas per mortem unius ex sociis expirat.
8. Amplia, ut neque per pactum fieri possit, ut ad haeredes transeat.
9. Locatio juncta cum societate ad haeredes non transit,
10. Contrarium, quod non transeat societas, sed bene locatio.
11. Et transeunte, ad haeredes locatione, societas cessat, si electa fuerat industria personae defuncti.
12. Decl. ut si complicati sint contractus locationis, et societatis, videndum sit, quis eorum sit principalis.
13. Societatem contrahere dicuntur duo, qui simul aliquam rem conducunt.
14. Sed haec est societas incidens, et impropria in qua non procedunt regulae societatis.
15. Societas accessoria locatio, finitur morte unius ex sociis.
16. Societas officii continet in se locationem, quae finitur morte unius ex sociis.
17. Decl. procedere in societate contracta post emptum ab uno officium secus si uterque emat, et pro parte sua dominium acquirat.
18 Officiorum curiae dominium acquiritur per reservationem decreti.
19. Officii dominium acquisitum per reservationem decreti transit ad haeredes.
20. Officium fructus sequuntur dominium
21. Societatis officii fructus, debentur haeredi, quando ad eum transit dominium officii.
22. Societas conductoris vectigalium quamvis principalis transit ad haeredes.
23. Ampl. in qualibet societate conductionis rerum publicarum.
24. Decl. procedere si adsit pactum, quod ad haeredes transire debeat.
25. Et pactum debet esse initum cum locatore, et aliis conductoribus.
26. Et requiritur expressa conventio, quod transeat ad haeredes, nec sufficit stipulatio pro eis.
27. Neque sufficit pactum de ratione societatis a principio usque ad finem conductionis.
28. Decl. 2. requiri, quod haeredes sint tales, qui possint negotia societatis exercere.
29. Et ista qualitas requiritur copulative cum dicto pacto.
30. Et praedictis deficientibus non solum expirat societas, sed etiam locatio.
31. Vectigalium locatio, et societas non solum transit ad primos, sed etiam ad ulteriores haeredes.
32. Contrarium tenent aliqui.
33. Decl. transire si expediat reipublicae, alias secus.
34. Societatem vectigalium transire ad haeredes declara procedere quando est inita in ipso actu conductionis, secus in sociis postea assumptis.
35. Ampl. etiamsi conductio sit pro se, et sociis, quia intelligitur de praesentibus.
36. Secus si expresse dictum de assumendis, vel nominandis.
37. Vectigalium locatione per mortem unius conductoris expirata, si

elius impetret a principe confirmationem narrata societate, an censeatur confirmata quo ad haereder, pendet a dignoscendo, quid senserit princeps.

38. Sucvessur singuleris non tenetur stere locationi.
39. Emptor nou tenetur stere lucationi factae a venditore.
40. Successor singularis potest expellere conductorem propria auctoritate.
41. Cont. quod necesse sit adire judicem.
42. Conductor par conductionem nullum acquirit jus in re, sed tantum actionem personalem adversus locatorem.
43 Actio personalis, non potest exerceri contra singularem successorem.
44. Successor singularis non tenetur stare locationi ad breve tempus, secus in locatione ad longum tempus.
45. Lim. si locatione ad longum tempus adsit pactum non transferendi dominium.
46. Adverte limitationem non transire sine difficultate.
47. Lim. 2. si locatio ad longum tempus non sit valida.
48. Successorem singularem non teneri stare locationi, declara primo non procedere, si convenerit cum antecessore de ei stando.]
49. Non tamen sufficit conductori pactum ab emptore de eo non expellendo, nisi reportet cessionem jurium a locatore.
50. Decl. 2. sufficere tacitum consensum successoris, quod conductor in conductione maneret.
51. Decl. 3. sufficere successorem antecedenter tacite consensisse antecessorem locare.
52. Decl. 4. sed hoc attendi an titulus successionis sit generalis, vel particularis, non autem jus in quo succeditur.
53. Decl. 3. teneri successorem stare locationi, si antecessor qui locavit habebat liberam administrationem.
54 Intellige primo hanc declarationem procedere si qui locavit nedum habebat administrationem respectu rei, sed etiam respectu personae successoris.
55. Intellige 2. procedere, si habens administrationem, locet administratorio nomine, et non proprio.
36. Intellige 3. procedere si locet bona fide, et non alias.
57. Decl. 6. non procedere, quod successor singularis non teneatur stare locationi, quando non succedit in plenum jus illius qui locavit, succedere tamen dicit quis in plenum jus si succedat in plenum usumfructum, et n. 77.
58. Decl. 7. non procedere in successore singulari in quem sit translatio rei ex necessitate.
59. Et ad hoc attenditur persona locatoris, an transferat ex voluntate, vel ex necessitate.
60. Decl. 8 ut si jus locantis non transeat in successorem, sed potius extinguatur, successor veniens par viam successe creationis non tenetur stare locationi, etiam in casibus, in quibus alii successores singulares non teneatur.
61. Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis.
62. Ampl. procedere declarationem etiam in locatione antecessori permissa.
63 Ampl. 2. etiamsi talis successor continuaverit aliquo tempore accipere pensiones a conductore.
64. Regula ut non procedat, sufficit applicari unam ejus limitationem, licet aliae non adaptentur.
65. Emptor cum pacto retrovendendi, si locet, et postea retrovendat, ceditarius tenetur stare locationi.
66. Retrahens vigore statuti, non tenetur stare locationi, si primus emptor ei stare non debebat, secus e contra.
67. Lim. in retrahente vigore Bullae Gregorii, quae viget in urbe favore aedificare volentium.
68. Decl. deberi conductori interesse.
69. Retrahens vigore statuti si primus emptor locavit, tenetur stare locationi.
70. Censuarius utens praelatione in emptione fundi venditi, tenetur stare locationi factae a domino si tenebatur primus emptor.
71. Locationi autem factae a primo emptore absolute stare debet.
72. Dominus directus utens praelatione in emptione rei emphyteuticae, seu feudalis, non tenetur stare locationi ejusdem.
73. Maritus non tenetur stare locationi fundi sibi in dotem dati.
74. Lim. si recepit fundum sciens esse locatum.
75. Fundus dotalis non transit in dominium viri.
76. Sed haec est quaestio controversa.
77. Successor, ad hoc ut non teneatur stare locationi; succedere dicitur in plenum jus, dummodo succedat in plenum usumfructum.
78. Mulier, vel ejus haeredes tenentur stare locationi fundi dotalis a marito factae.
79. Lim. si locatio sit facta ultra tempus unius anni.
80. Contrarium est verius.
81. Decl. limitationem procedere, si ultra tempus longum, aliquod aliud indicium concurrat, quod maritus non locaverat bona fide.
82. Lim. 2. ut non teneatur stare praecise, sed tantum causative si nolit solvere interesse.
83. Ampl. mulierem teneri dare cautionem de relevando haeredes viri ab omni molestia conductoris.
84 Sed ista cautio est ad cautelam, non necessaria.
85. Mulier tenetur stare locationi bonorum paraphernalium factae a marito rerum administrationem habente.
86. Emptor sciens rem locatam, si eam tacens recipiat, tenetur stare locationi.
87. Sciens et tacens, si faciat aliquem actum positivum, censetur consentire.
88. Vendens scienti rei obligationem, censetur vendere jus quod habet.
89. Ampl. ut sufficiat scientia praesumpta in emptore, ad hoc, ut teneatur stare locationi.
90. Scientia ad hunc effectum praesumitur in filio, non in aliis consanguineis.
91. Scientia locationis arguitur ex consuetudine locandi praedia in regione.
92. Scientia praesumpta ubi sufficit, facilius sufficere debet scientia praesumptione probata.

Pacioni

93. Emptor, ut teneatur stare locationi sufficit ejus scientia in genere.
94. Emptor conveniens sibi solvi pensiones rei emptae, non potest locationem impugnare.
95. Idem si absque conventione pensiones acceperit.
96. Contrarium si recepit tantum pensiones pro tempore praeterito.
97. Decl. hoc contrarium procedere tantum si successor singularis nolit stare locationi ex quo expiraverit jus locatoris.
98. Successor singularis, tenetur stare locationi, quando dominus obligavit bona sua pro observantia contractus.
99. Ampl. non solum si adsit hypotheca specialis fundi locati, sed etiam si adsit tantum generalis omnium bonorum.
100. Contrarium tenent alii.
101. Et requiri non solam hypothecam specialem, sed pactum de interim non alienando.
102. Decl. hypothecam generalem sufficere ad effectum ut teneatur successor singularis stare locationi tantum causative, idest si nolit solvere interesse conductori.
103. Successor singularis tenetur stare locationi si adsit pactum de non alienando una cum hypotheca speciali.
104. Secus si adsit pactum praedictum cum hypotheca generali tantum.
105. Decl. hoc non procedere si adsit hypotheca omnium, et singulorum et pactum prohibens omnium singulorum alienationem.
106. Hypotheca specialis, an sufficiat ad dictum effectum est controversa opinio, et affirmativa est magis communis.
107. Juramentum obligat ad observantiam contractus praecisam, quando ita servari potest.
108. Hypotheca generalis cum juramento, non sufficit, ad hoc ut successor singularis teneatur stare locationi.
109. Hypotheca generalis cum juramento, idem operatur ac specialis.
110. Hypotheca bonorum est solita apponi in omni contractu, et ideo censetur apposita, quamvis non fuerit expressum.
111. Successor singularis tenetur stare locationi propter tacitam hypothecam, ex solito eam apponi praesumpta secundum aliquos.
112. Obligatio cameralis in curia semper censetur apposita propter solitum notoriorum, praesertim auditoris camerae.
113. In reliquo statu ecclesiae sunt decisiones hinc inde.
114. Successor singularis tenetur stare locationi factae cum obligatione camerali.
115. Clausulae solitae apponi, tunc censentur appositae cum sunt de natura contractus.
116. De natura contractus locationis non est, ut apponatur in ea hypotheca, vel pactum de non alienando.
117. Hypotheca nunquam censetur apposita nisi sit expresse dictum.
118. Hypotheca quando debet censeri apposita ex solito, id procedit, ubi celebratum est instrumentum, non in apocia tantum.
119. Pupillus tenetur stare locationi factae a tutore etiam finita tutela.
120. Proprietarius finito usufructu non tenetur stare locationi factae ab usufructuario.
121. Ampl. ut si locator expellatur a proprietario, nullum habeat regressum contra haeredes usufructuarii.
122. Lim. ampliationem, ut procedat si usufructuarius locavit tamquam talis, non autem tamquam proprietarius.
123. Lim. 2. ut procedat si usufructus finiatur per mortem, secus si per cessionem.
124. Lim. 3. ut procedat non teneri stare ultra annum, secus quoad annum.
125. Ampl. limitationem, ut si res sit solita dari fructum tantum in quinquennio, teneatur stare pro eo.
126. Usufructuarius non tenetur stare locationi factae a proprietario ante usumfructum constitutum.
127. Ampl. procedere etiamsi usufructus sit universalis.
128. Usufructuarius universalis non est successor universalis.
129. Institutus in usufructu, an alio instituto universaliter post ejus mortem efficiatur haeres universalis, est magna quaestio, sed in ea Rota tenet negativam.
130. Usufructuarius, si in constitutione usufructus comprehensae sunt pensiones rei locatae, locationi stare tenetur.
131 Idem si coeperit pensiones exigere.
132 Emptor fructuum fundi, tenetur stare ejus locationi.
133. Emptor fructuum non succedit in plenum jus.
134. Emptor fructuum dicitur conductor.
135. Emptor fructuum differt ab emptore usufructus.
136. Usufructuarius dicitur succedere in plenum jus, ad effectum ut teneatur stare locationi.
137. Usuarius locationi stare tenetur.
138 Succedens titulo lucrativo non tenetur stare locationi.
139. Haec tamen propositio non est generaliter accipienda.
140. Fideicommissarius particularis, et legatarius non tenetur stare locationi factae a testatore.
141. Legatarius rei locatae non potest agere ad pensiones, nisi in legato dictum sit, salvo jure coloni.
142. Decl. legatarium non teneri stare locationi ad breve tempus, secus si ad longum tempus facta sit.
143. Fideicommissarius universalis est loco haeredis, et in eum transeunt omnes actiones activae, et passivae.
144. Fideicommissarius universalis tenetur stare locationi factae a testatore.
145. Fideicommissarius tenetur stare locationi factae ab haerede gravato.
146. Ampl. procedere tam in fideicommisso universali, quam in particulari.
147. Lim. procedere in locatione ad breve tempus, secus autem in locatione ad tempus longum.
148 Haeres gravatus fideicommisso non potest locare bona ad longum tempus.
149. Ampl. ut si locet ad longum tempus locatio non sustinetur neque pro tempore brevi.
150. Primogenitus succedens in primogenitura, non tenetur stare locationi factae ab antecessore.
151. Primogenitura nihil aliud est quam fideicommissum favore primogenitorum.

83

152. In pluribus tamen differt primogenitura a fideicommisso.
153. Fideicommissarius debet recipere de manu haeredis.
154. In primogenitura non succeditur per viam transmissionis de una persona in aliam, sed uno sublato alius succedit ex propria persona.
155. Decl. procedere in primogenitura constituta per viam contractus non in constituta in ultima voluntate.
156. Donatione pluribus successive facta, tot censentur donationes, quot personae.
157. Fideicommissum potest institui in contractu.
158. Sed est fideicommissum improprium.
159. Primogenitus succedens in primogenitura non tenetur stare locationi, si primogenitura facta sit in contractu, secus si in ultima voluntate.
160. Decl. primogenitum succedentem in primogenitura facta in donatione non teneri stare locationi factae ab antecessore, secus si facta ab institutore.
161. Contr. in succedente in primogenitura facta in testamento.
162. Primogenitus successor excipiendo pensiones a conductore non obligatur stare locationi, nisi pro illo anno pro quo pensiones recipit.
163. Decl. procedere si agatur de primogenitura instituta in donatione, secus autem si agatur de instituta per viam fideicommissi.
164. Donatarius etiam particularis tenetur stare locationi.
165. Donans rem censetur eam donare cum suo onere.
166. Actio personalis transit in singularem successorem habentem titulum lucrativum.
167. Legatum est donatio quaedam.
168. In pluribus tamen differt a donatione, et signanter in eo, quod legatum latine interpretatur favere legatarii.
169. Legata enim censentur relicta libera, et si non est haeres tenetur eam luere.
170. Donatarius succedens non tenetur stare locationi factae a primo.
171. Emphyteuta, et feudatarius succedens in emphyteusi, vel feudo haereditario, tenetur stare locationi factae ab antecessore.
172. Secus est in emphyteusi, ex pacto, et providentia.
173. Fideicommisso gravatus ante eventum conditionis fideicommisso adjectae, habet dominium bonorum.
174. Et deficiente conditione, vel substituto dominium continuat.
175. Et si interim alienavit sustinetur alienatio.
176. Emphyteuta in emphyteusi ex pacto, et providentia non est dominus bonorum, et deficiente successive vocato bona ei non remanent.
177. Dominus directus succedens in re emphyteutica ex lege investiturae, vel juxta dispositionem juris, non tenetur stare locationi.
178. Ampl. ut si emphyteuta locavit tamquam emphyteuta, nec etiam ejus haeres tenetur ad damna conductori.
179. Dominus directus, si emphyteuta eam emphyteusim ei renunciet, stare tenetur locationi ab eo factae.
180. Dominus cui conductor renunciat, tenetur stare sublocationi ab eo factae.
181. Decl. procedere si renunciatio locationis, seu emphyteusis invito domino fieri non poterat secus e contra.
182. Emphyteusi caduca, si dominus directus obtineat praeferri, stare non debet locationi.
183. Emphyteuta si post locatam rem culpa sua cadat ab emphyteusi, dominus directus non tenetur stare locationi.
184. Sed ipse emphyteuta tenetur locatori ad damna.
185. Emphyteuta, ut conductor ad longum tempus non tenetur stare locationi ad breve tempus factae antecedenter per dominum.
186. Lim. in emphyteuta fisci, vel. ecclesiae,
187. Successor singularis fisci tenetur stare locationi per eumdem fiscum factae,
188. Et hoc est privilegium speciale fisci.
189. Fiscus locando, etiam ad modicum tempus tribuit jus in re.
190. Fisci contractus habent vim legis.
191. Principis in contractu major fides consideratur, quam in contractu privati,
192. Successor singularis ecclesiae tenetur stare locationi.
193. A fisco ad ecclesiam valet argumentum.
194. Privilegia concessa fisco competunt etiam piae causae.
195. Decl. hoc maxime procedere dum non adest diversitas rationis, nec contrarium reperitur in jure expressum, et casus est applicabilis.
196. Fiscus succedens in re locata non tenetur stare locationi.
197. Fiscus succedens ex quo bona publicantur, non tenetur stare locationi.
198. Ecclesia succedens in re locata non tenetur stare locationi.
199. Decl procedere si agatur de successione titulo singulari, secus si titulo universali.
200. Fiscus succedens ex maleficio, vel in bonis vacantibus non dicitur proprie haeres, sed succedit loco haeredis.
201. Et dicitur successor bonorum, non personae.
202. Successor, ut teneatur stare locationi, sufficit quod sit successor universalis bonorum, et loco haeredis habeatur.
203. Et non attenditur, quod non succedat personae.
204. Princeps succedens principi locanti tenetur stare locationi.
205. Dignitas saecularis habet majorem potestatem in bonis dignitatis, quam dignitas ecclesiastica.
206. Princeps non tenetur stare locationi per antecessorem factae, si succedat per viam electionis.
207. Lim. si locatio sit facta in necessitatem, vel utilitatem status.
208. Lim. 2. ut licet possint recedere a locatione facta per antecessorem, tamen non solent, et forsan non deceat.
209. Princeps succedens per viam electionis debet servare facta per antecessorem pertinentia ad officium, et dignitatem.
210. Papa difficilius revocat facta praedecessorum suorum, quam sua pria.
211. Papa si praecedens relocaverit, seu investiverit de feudo nondum aperto. non debet successor contravenire
212. Successor in beneficio non tenetur stare locationi factae per antecessorem.
213. Ampl. procedere tam in successore in canonicatu, vel beneficio simplici, quam etiam in praelatura.
214. Ampl. 2. in succedente commendatario.
215. Lim. ampliationem secundum aliquos in commendatariis religionum militarium.
216. Ampl. 3. ut procedat tam in successore proviso per obitum, quam etiam in succedente per viam optionis.
217. Resignatarius tenetur stare locationi factae a resignante secundum aliquos.
218. Contrarium verius.
219. Resignatarius dicitur potius habere canonem a papa, quam a resignante.
220. Resignans, si conductor expellatur a resignatario, tenetur ei ad omnia damna.
221. Idem procedit in quolibet alio officium dimittente.
222. Ampl. ut si conductor stipulatus sit de evictione, resignans tenetur etiam ad lucrum cessans.
223. Successor in beneficio per viam regressus non tenetur stare locationi.
224. Ampl etiamsi agatur de locatione ad longum tempus facta cum beneplacito apostolico, etiam quoad successores, sed vide ibid.
225. Limit. ut successor in beneficio non teneatur stare locationi factae per antecessorem ad commodum proprium, secus autem si facta sit ad utilitatem ecclesiae,
226. Lim. 2. si locatio facta sit nomine ecclesiae.
227. Decl. dictas duas limitationes, ut requiratur simul locationem esse factam ad utilitatem ecclesiae, et ejusdem nomine.
228. Lim. 3. si locatio sit facta auctoritate superioris, et praecipue cum beneplacito papae.
229. Ampl. limitationem procedere etiamsi non adsit utilitas ecclesiae, licet tunc danda sit restitutio in integrum.
230. Decl. limitationem, ut procedat stante beneplacito apostolico speciali super illa locatione, secus enim stante indulto generali de locando ad novennium,
231. Decl. 2. non sufficere beneplacitum speciale, nisi locatio simul facta sit nomine ecclesiae, et ad ejus utilitatem.
232. Ampl. declarationem requiri ulterius quod pecunia versae sint in ecclesiae utilitatem, secundum aliquos.
233. Ampl. 2. requiri locationem esse factam nomine ecclesiae, et ad ejus utilitatem etiamsi in beneplacito adsit clausula *etiam quoad successores*.
234. Decl. 3. sufficere solum beneplacitum si agatur de locatione ad modicum tempus, beneplacitum ad aliem effectum non requirente.
235. Idem si locatio facta fuerit praecedente licentia papae locandi ad tot annos, et ut durante dicto tempore conductor a nemine, neque a successoribus possit molestari.
236. Secus si praelatus habens dictam licentiam locaverit ad vitam suam.
237. Decl. 4. ut ubi beneplacitum est necessarium sufficiat ejus defectus ad hoc, ut quocumque modo locatio facta sit, successor ei stare non teneatur.
238. Decl. 5. ut ubi non est necessarium beneplacitum, tunc sufficiant dicta duo requisita, quod locatio sit facta nomine ecclesiae, et ad ejus utilitatem cum facta est ab habente potestatem locandi.
239. Successor in beneficio numquam tenetur stare locationi factae ab antecessore nomine proprio, quia est personalis.
240. Nomine ecclesiae facta dicitur locatio si est facta sub nomine dignitatis.
241. Secus si facta nomine proprio cum obligatione successorum.
242. Locationem esse factam ad utilitatem ecclesiae, non est probandum quando est facta nomine ipsius, et cum solemnitatibus.
243. Secus si deficiant solemnitates, quia tunc necessaria est probatio utilitatis
244. Et non statur assertioni praelati locantis.
245. Locationem non fuisse utilem ecclesiae probari potest, licet facta fuerit cum solemnitatibus.
246. Et ad hunc effectum non est probanda laesio, sed satis est non adesse utilitatem.
247. Solutio facta praelato in ingressu locationis, si praelatus pro se retinuit, non probat utilitatem ecclesiae,
248. Pensiones si solvendae sunt praelato, et ad commodum ejusdem, arguitur locationem non esse factam ad utilitatem ecclesiae.
249. Ampl. etiamsi in collatione praelaturae injunctum sit praelato onus supportandi onera ecclesiae.
250. Pensiones si solvendae sunt in loco ubi non est ecclesia, sed praelatus, inde arguitur locationem non esse factam ad utilitatem ecclesiae, sed praelati.
251. Pensiones si destinatae sunt beneficiato studenti in aliqua universitate, vel ad effectum gradum suscipiendi, dicitur locatio facta ad utilitatem ecclesiae.
252. Secus si sit scholaris discolus, et vagus.
253. Lim. 4. quod dictum est successore in beneficio non teneri stare locationi, ut non procedat si adsit consuetudo in contrarium.
254. Ampl sufficere locationem esse factam secundum consuetudinem regionis.
255. Probanda tamen consuetudo.
256. Et unicus actus contrarius eam excludit.
257. Et particularis observantia in praedio locato praevalet generali contrariae.
258. Lim. 5. si successor in beneficio locationem factam per antecessorem approbaverit, quia tunc tenebitur ei stare.
259. Decl. limitationem, ut si deducatur approbatio ex receptione mercedis, tunc si locatio facta est ab antecessore nomine proprio approbatio non extendatur ultra tempus pro quo solutum,
260. Secus si agatur de locatione facta nomine ipsius successoris.
261. Lim. 6 quo ad annum jam coeptum, quia successor tenetur pro eo locationi stare.
262. Succedens per sententiam judicis, tenetur stare locationi,
263. Succedens per sententiam dicitur successor necessarius .
264. Decl non procedere si agatur de adjudicatione per judicem facta vigore obligationis voluntariae.

265. Necessarius dicitur actus triplicite stricte quando habet originem a causa necessaria, late quando habet a causa voluntaria, sed ad hoc non ordinata, et latissime, quando a causa voluntaria ad hoc ordinata:
266. Datio in solutum per judicem facta late dicitur necessaria, sed non stricte.
267. Creditor immissus ex salviano tenetur stare locationi.
268. Et non solum immissus ex primo decreto, sed etiam immissus ex secundo.
269. Succedens per sententiam ei qui erat injustus possessor non tenetur stare ejus locationi,
270. Idem si succedens per sententiam erat dominus.
271. Idem si locatio erat culta, vel in fraudem facta.
272. Legitimam recipiens in fundo locato, non tenetur stare locationi.
273. Successor singularis tenetur stare colono partiario secundum aliquos.
274. Contrarium varius.
275. Decl. primam procedere quoad annum pro quo cultura jam facta est.
276. Hebraeus successor singularis, tenetur stare locationi secundum aliquos.
277. Contrarium verius.
278. Inter Hebraeos servanda est lex Mosaica, et eorum consuetudo
279. Doctori allegenti auctoritates, quae non reperiuntur, standum non est.
280. Doctori attestanti de consuetudine non creditur.
281. Consuetudo probanda est praecise in loco ubi vertitur controversia.
282. Maxime ubi contrarium de jure disponitur.
283. Hebraei in urbe sunt incapaces acquirendi dominium.
284. Hebraei in domibus acquirunt jus inquilinatus, quod est perpetuum, et vendibile.
285. Hebraeus succedens in dicto jure inquilinatus perpetuo titulo singulari non tenetur stare locationi ad breve tempus factae.
286. Officiales universitatis tenentur stare locationi factae ab antecessoribus.
287. Ampl. etiamsi locantes essent officiales ad annum, et locassent pro majori tempore.
288. Decl. procedere in officialibus universitatum habentium territorium, seu administrationem, non in aliis.
289. Decl 2. procedere tam officialibus generalibus, quam particularibus.
290 Successor singularis non tenetur stare locationi etiam si conductor anticipate solvent pensiones antecessori.
291. Et in casibus in quibus tenetur stare, non tenetur bonificare dictas anticipatas solutiones.
292. Successor singularis tenetur stare locationi pro eo anno, pro quo conductor jam coepit culturam.
293. Decl. non sufficere quamlibet culturam, sed requiri pro majori parte.
294. Decl. 2. non sufficere cultura si esset facta contra formam pacti.
295. Decl. 3. per procedere in successoribus beneficiorum, majoratus et similibus non in emptore.
296. Successor singularis ubi stare non tenetur locationi, ibi nec tenetur stare conductor.
297. Successor singularis quando tenetur stare locationi, intelligitur si nolit solvere interesse conductori
298. Ampl. procedere etiamsi conductor habeat hypothecam bonorum pro observantia contractus.
299. Successor singularis nunquam tenetur stare locationi, quando apparet eam factam in sui fraudem.
300. Ampl. sive fraus sit vera, sive praesumpta.
301. Decl. fraudem ad hunc effectum esse probandam, et vide ex quibus arguatur, vel excludatur.
302. Successor singularis, ubi non vult stare locationi potest conductor habere regressum adversus locatorem.
303. Decl. procedere si agatur de successore ex voluntate locatoris, secus si jus locatoris suo natura expiraverit.
304. Decl. 2. procedere quando successor non tenebatur stare locationi, vel si tenebatur vi expullit, secus si conductor sponte discesserit.

CAPUT LXI.

Saepe terminatur locatio, quia successores nolunt ei stare,
ideo videndum nunc de hoc fine locationis an et quando ei
locus sit, et distinguendo inter successorem universalem, et
successorem singularem si agatur de successore universali,
nempe haerede, palam est eum non posse praetendere se non
1 teneri ei stare, nam ad eum transire obligationem, et actio-
nem defuncti ex contractu isto, sunt text. aperti *in l. sed ad-
des* 21. *§. si quis mulierem in fin. et in l. cum. in plures*
62. *in fine principii vers. haeredem, ff. locat. l. viam veri-
tatis* 10. *c. eod. §. fin. instit. eod.* adeout hoc sit de natura
contractus locationis, ut transeat ad haeredes Rot. cor. Ubald.
2 *decis.* 213. *num.* 2. idque non solum in haerede conducto-
ris, de quo videntur loqui omnia praedicta jura. sed etiam
certum est in haerede locatoris Ciarlin. *contr.* 93. *n.* 2.
3 Si autem haeres conductoris ab haereditate abstineat, tunc
4 potest dominus alteri locare, idque etiamsi haeres sit pupil-
lus, et tutor abstineat, adeout etiam si pupillus postea resti-
tuatur, non agat nisi ut a conductione liberetur *l. si uno* 17.
§. interdum, ff. locat. nec potest adversus dominum petere
5 interesse, sed adversus tutorem si abstinere non debuit, qui
tenebitur etiam ad lucrum, quod pupillus facere potuisset *l.
tutelae.* 19. *et l. seqq. ff locat.* nisi forte dominus cum tu-
tore collusisset, quia tunc. et ipse teneretur *l. sed addes.* 21.
in principio, ff. eod.

Et procedit in quocumque haerede, et quacumque loca- 6
tione, etiam bonorum ecclesiae cum in hoc differat locatio
ab emphyteosi bonorum ecclesiae, quod ista non transit ad
haeredes extraneos, prout transit locatio, ut dixi *in cap.* 53.
numer. 144. *et* 145. et ultra ibi citatos, fuit etiam novissime
dictum in una romana devolutionis domus 15. januar. 1672.
§. quando autem cor. reverendissimo Matthejo.

Oritur tamen difficultas in conductione unita cum societa-
te, puta Titius assumit in socium conductionis Gajum, vel si-
mul cum Claudio conducit, an mortuo Gajo duret conductio
sic unita cum societate cum haeredibus Caii? notum est
enim societatem morte unius ex sociis finiri, et non continua- 7
re cum ejus haeredibus, *l. actione* 66. *§. morte, ff. pro soc.*
Mantic. *decis.* 17. *num.* 10. adeout neque ex voluntate de- 8
functi possit fieri, ut transeat ad haeredes, *l. nemo potest.* 35.
ff. pro soc. Roman. *cons.* 106. *numer.* 3. et quod neque per
pactum fieri possit, ut ad haeredes transeat *l. adeo* 60. *ff.
pro soc.* et fuit dictum in una Bononien. Pilorum 15. ja-
nuar. 1663. *§. quia solvitur* cor. reverendiss. Taya, *quae est
in rec. dec.* 4. *n.* 1. *part.* 14.

Et opinionem negativam, scilicet locationem hoc casu ad
haeredes non transire docuit *glos. in §. fin. in ver. succedit* 9
instit. tit. de locat. et cond. dicens, quod concurrente socie-
tate cum locatione, societas praevalat, et comprobat Gratian.
disc. 276. *num.* 56. *et seqq.* at alii contrarium sentiunt, et
censent non transire societatem, sed bene locationem, et e- 10
jus utilitates Mantic. *de tacit. lib* 6. *tit.* 24. *n.* 33. Gratian,
disc. 547. *n.* 62. Ubaldus *dec.* 213. *n.* 16.

Et durante locatione volunt cessare societatem tantum, ubi
electa fuit industria personae illius defuncti Cyn. *in l. viam* 11
veritatis num. 1. *vers. quaero, cod. locat.* vel quatenus suc-
cessor non sit ejusdem qualitatis, ita ut socio intersit illum
non habere socium, ut docuit Bald. *in l. nemo num.* 6. *vers.
quid in scholaribus. cod. eodem*, et Angel. Aret. *in §. fin.
num.* 3. *institut. eodem* quos secuta est Rota *dec.* 87. *n.* 10.
part. 4. *tot.* 2. *rec.*

Veritas autem videtur, quod cum societas de se non tran- 12
seat, et locatio de se transeat, quando isti contractus sunt com-
plicati, videndum sit quis eorum sit principalis, et quis ac-
cessorius, seu incidens, quod deprehendi debet ex inspectio-
ne primariae, et principalis intentionis contrahentium, inde
enim sequitur, ut si locatio sit principalis, non debeat sequi
naturam societatis, sed quod retinendo naturam propriam
transeat ad haeredes conductoris defuncti Rot. *decis.* 87. *n.*
7. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* quando enim duo simul conducunt a- 13
liquam rem dicuntur contrahere societatem Bald. *in l.* 1. *n.*
33. *vers. respondeo sicut, cod. pro soc.* Alexand. *cons.* 133.
num. 1. *lib.* 2. Rot. *decis.* 208. *num.* 9. *vers. sed. in casu
nostro part.* 4. *rec.* sed illa est societas incidens, et impro- 14
pria, in qua non procedunt regulae societatis Gratian. *disc.*
320. *n.* 16. *et n.* 24. *et seq. usque ad* 34. Rot. cor. Pen. *dec.*
1621. *vers. sed non placuit.*

Sic e contra si contraria sit aliqua societas, puta negotia-
tionis, et pro ejusdem societatis servitio conductio aliqua fa- 15
cta fuerit, puta domus, vel apothecae, ista conductio, uti ac-
cessoria, sequi debebit naturam societatis *dict. decis.* 87. *nu-
mer.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Quod, et fortius procedet ubi societas non solum sit princi-
palis, sed fundamentum, et causa locationis, uti in societate 16
officii, quae practicatur hic in urbe, in qua officialis admittit
alium in socium ad participandum de lucris officii, et dein-
de conducit ab eo partem suam lucrorum pro certa annua
summa, ut dixi *in cap.* 1. *ad fin.* nam hoc casu certum est,
quod si socius, qui locavit decedat, et sic finiatur societas,
cessat etiam, et finitur locatio, et fructus amplius non deben-
tur Honded. *cons.* 38. *n.* 28. *lib.* 1. et est notorium in curia.
Verum hoc procedit sine difficultate in societate officii, quae 17
contrahitur ab officiali officium jam habente secus autem ubi
quis in ipsa emptione officii partem aliquam subministrave-
rit pretii, et reservationem decreti pro rata ejusdem repor-
taverit, et deinde locationem praedictam partis fructuum si-
bi tangentium ulteri socio, nempe ei in cujus faciem cantet
officium, fecerit, si enim iste locans morietur non cessabit loca-
tio ut novissime defendi in casu contingenti; dicebam enim
eum pro illa rata acquisivisse dominium officii, prout acquiri
ex dicta reservatione decreti, tradunt Honded. *cons.* 39. *n.* 18

21. *et seq. lib.* 2. Spada *cons.* 41. *numer.* 3. *lib.* 1. Coccin.
decis. 481. *num.* 1. *in recent. decis.* 317. *num.* 4. *part.* 3.
19 illudque eo mortuo transivisse ad ejus haeredes, ut in specie
quod dominium ex simili decreti reservatione competens, ad
haeredes transeat, tradit Vermigliol. *cons.* 56. *numer.* 2. ubi
quod est opinio indubitata Cavaler. *dec.* 603. *num.* 2 Coc-
cin. *decis.* 1517. *num.* 7. Cela. *decis.* 337. *n.* 1. ac proinde
20 etiam ad eos pertinere fructus, qui dominium sequuntur, ut
in puncto dicit Rot. post Pacif. de Salvian. *decis.* 151. *num.*
21 2. et sic nihil repugnare hoc casu, quod duret locatio eorum
prout regulariter durare solet, etiam mortuo locatore, ex prae-
citatis, et proinde deberi fructus taxatos, prout etiam alia
ratione censuit Boccac. *in suo tract. de societ. offic. numer.*
178. ubi etiam refert resolutum fuisse in signatura coram
san. mem. Greg. XIII. et novissimo proposita causa praedi-
cta romana societatis officii in Rota, per R. P. D. meum vice
comitem sub die 12. februarii hujus anni 1677. fuit resolu-
tum fructus deberi, et licet decisio, adhuc non fuerit exten-
sa, tamen audivi placuisse dictum motivum. Scripserat etiam
in eadem causa in prima instantia optime more suo R. P. D.
meus de Luca. qui postmodum fuit a sanctissimo D. N. In-
noc. XI. in principio sui pontificatus ad praelaturam dome-
sticam, et sanct. S. Auditoratum cum totius urbis applausu,
omnibusque ei majora praedicentibus, et praeoptantibus, evo-
catus, et scripturam redegit. *in discur.* 11. *sub. tit. de so-
ciet. offic. sui saepe laudati amplissimi Theatr. verit. et ju-
stit.*

22 Specialis tamen est in societate conductionis vectigalium,
ut quamvis societas sit principalis. adhuc transeat ad haere-
des, ut habetur *in l. adeo ver. et in societate, ff. pro soc.* et
tradunt Gratian. *d. disc.* 546. *numer.* 46. et Mastrill. *decis.*
23 135. *num.* 76. *et seq.* quod et procedit in qualibet alia con-
ductione rerum publicarum Dec. *cons.* 212. *num.* 2. *ad med.
vers. nec. ulterius.* obstat Gratian. *disc.* 276. *num.* 12. sed
24 etiam in his terminis locationis rerum publicarum, requiri-
tur primo. quod adsit pactum, ut ad eos transire debeat, ut
habetur *in d. l. adeo.* et debet esse pactum initum, ne dum
cum locatore, sed etiam cum aliis conductoribus glos. ibi *in
verbo adscripto*, Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 24. *num.* 27.
25 Gratian. *disc.* 276. *num.* 24. Hodiern. *contr.* 22. *num.* 15.
Mastrill. *dec.* 135. *num.* 83. Rota in romana participationis
impresse per Marches. *part. fol.* 510. *num* 9. quidquid con-
trarium senserit Felic. *de societat. cap.* 32. *num.* 24. *et seq.*
26 et requiritur expresse fuisse conventum, quod locatio, et so-
cietas ad haeredes transeat, nec sufficit simplex stipulatio, et
acceptatio pro se, et haeredibus Ruin. *cons.* 90. *numer.* 11.
vers. secundo requiritur lib. 1. Rot. *dec.* 279. *num.* 3. *par.
1. rec.* et multo minus pactum durationis societatis a princi-
27 pio usque ad finem conductionis, quia intelligitur quatenus
omnes socii supervivant, ut declaravit Rot. in d. Romana
participationis in fin. et sequitur Gratian. *d. disc.* 547. *nu-
mer.* 40.

28 Secundo requiritur, quod haeredes sint tales. qui possint
negotia societatis exercere *d. l. adeo* 60. et ibi glos. *ver. ad-
scripta, ff. pro soc.* Hodiern. *contr.* 22. *num.* 16. et haec duo
requiri copulative in societate conductionis vectigalium *glos.*
29 *in dict. ver. adscripta*, Bertachin. de Gabell. *par.* 2. *numer.*
22. Ruin. *cons.* 91. *num.* 7. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 6.
tit. 24. *num.* 22. Marchesan. *de commiss. part.* 1. *fol.* 720.
num. 253. *et seqq.* Mastrill. *decis.* 135. *num.* 83, *et seq.*

Et non solum societas, praedictis deficientibus, ad haere-
30 des non transit, sed etiam locatio ipsa expirat, ratione unio-
nis, quam habet cum societate, quae expirat, ut firmat in spe-
cie Ruin. *cons.* 91. *num.* 8. *vers. et non tantum lib.* 1. et se-
quitur, ac aliis similibus comprobat Gratian. *disc.* 276. *n.*
50. *et seq.*

Sed ubi dicitur eam transire, dubium est an transeat tan-
31 tum ad primos, vel potius etiam ad secundos, et ulteriores
haeredes, eamque ad ulteriores quoque transire voluit Berta-
chin. de Gabell. *par.* 2. *num.* 27. sed contrarium censuerunt
Jas. *in addit.* ad Port. *in §. Monet. instit. de societ.. in ad-
32 dit.* 2. *in fin.* Franc. Marc. *decis.* 627. *numer.* 7. *part.* 1. et
33 resolutio hujus dubii pendet ab utilitate reipublicae, nam pri-
ma opinio procedit si ei expediat societatem transire, secunda
vero e contra, si ei non expediat Petr. de Ubald. *de duob.
fratr. part.* 2. *quaest.* 13. *num.* 82 *in tractat. magn. tom.*
6. *part.* 1. *fol.* 169. Felic. *de societ. cap.* 32. *num.* 27. *post
med.* Grat. *disc.* 276. *n.* 23.

34 Et restringitur etiam dictus transitus ad haeredes, ut pro-
cedat in societate inducta in ipso actu conductionis, secus au-
tem, quo ad illos socios, quos conductor ex postea sibi assum-
pserit Gratian. *disc.* 276. *num.* 29. *et disc.* 547. *numer.* 68.
Rot. in romana participationis cor. Bubalo penes Marchesan.
de commiss. part. 1. *fol.* 772. *num.* 3. et cor. Ubaldo. *penes
eumdem. par.* 2. *fol.* 509. *num.* 12. etiam si conductio sit pro
se, et sociis, quia intelligitur de praesentibus, non de futu- 35
ris Felic. *de societ. cap.* 32. *num.* 29. nisi forte sit expresse 36
dictum de assumendis, seu nominandis, quia tunc nominatus
vigore facultatis sibi reservatae in contractu habetur pro so-
cio ab initio, ut firmat Gratian. *disc.* 547. *n.* 32.

In casibus vero, in quibus locatio ipsa expirat si conductor 37
superviveos impetraverit ejus confirmationem cum narrativa
societatis, an censeatur confirmata, etiam quo ad haeredes so-
cii pendet a dignoscendo, quid senserit concedens, ut patet
ex traditis per Ruin. *cons.* 90. *numer.* 15. *vers. non obstat
lib.* 1. ubi scripsit pro negativa, et pro ratione praecipua ad-
duxit, quod papa confirmans, dixit moveri amore quo prose-
quebatur Augustinum Chisium conductorem superviven-
tem, et confirmationem petentem, et in eodem casu, etiam
Dec. *cons.* 212. *seu juxta aliam impressionem* 213. *n.* 7.
ad fin. 8.

Deveniendo autem ad successores singulares, an et quan-
do teneantur stare locationi, est materia utilis, et ampla, de
qua sola posset scribi integer tractatus, prout jam illum ele-
gantissime scripsit Bart. Scapuccinus Ravennas, sed ego per-
stringendo materiam in hoc solo capitulo, ponam regulam,
deinde subnectam ejus rationem, ac generales declarationes,
ex quibus resolvi poterunt omnia dubia, in casibus particu-
laribus orientia. prout pluribus eorum propositis comprobabo
Est igitur regula negativa, quod scilicet successores singula- 38
res non teneantur stare locationi, uti quod si dominus ven-
dat fundum, non teneatur emptor stare colono, cui venditor
locaverat est text. *in l. emptorem* 9. *c. loc.* et bene etiam dedu-
citur ex *l. si merces.* 28. *§. qui fundum et ex l. qui fundum* 39
35. *ff. eod.* et procedit haec regula non in solo emptore, sed
generaliter in quolibet successore singulari Bart. *in dict. l.
emptorem c. loc.* et in *dict. l. qui fundum. utrobique in sum.*
et alii Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 18. n. 1. Adeout possit con-
ductorem etiam propria auctoritate expellere, si credimus Can- 40
cerio multos referenti in *cap.* 14. *n.* 36. *lib.* 1. quod tamen non
transit sine difficultate, quia sunt multi casus in quibus re-
gula praedicta non procedit, ut videbimus infra, et ideo con-
ductor probabilem rei retinendae causam habet durante ad-
huc tempore locationis sibi factae, et propterea necesse est 41
adire judicem, ut in specie tradit Faber. *in suo c. lib.* 4.
tit. 42. *de fin.* 58. *prope fin.* et ipsemet Cancer. ubi supra
multa subnectit ad declarationem dictae opinionis penes eum
videnda, et in fine sub. *numer.* 40. concludit eam intelligen-
dam esse cum grano salis, id est, nisi colonus allegando inju-
ste expelli, de facto resistat. Et dicam aliquid latius de hoc,
Deo dante, *in cap. ult.*

Ratio autem hujus regulae licet multiplex assignetur per
doctores, ut videre est penes Scapuccin. *in d. suo eleganti
tractatu de successore singulari in princ.* ea tamen vera, et
fundamentalis est, quia conductor per simplicem rei condu- 42
ctionem nullum acquirit in ea jus, sed tantum actionem per-
sonalem contra dominum locantem, ut re uti se patiatur, et
ista actio personalis non potest per eum exerceri adversus sin- 43
gularem successorem, qui propterea non potest compelli, ut
stet locationi, ut docet Bart. *in d. l emptorem* 9. n. 1. Go-
mes. *var. res. tom.* 2. *cap.* 3. *nu.* 9. Rot. cor. Cavaler. *decis.*
612. *n.* 2.

Et hinc praecipue infertur unum, quod in primis notari
debet, videlicet, quaestionem hanc procedere tantum in loca- 44
tione ad modicum, non autem ad longum tempus, quae in
hoc proposito dicitur ad decennium, vel ultra, juxt. *glos. in
l.* 1. *ff. si ager. vectig.* quae est communiter recepta, ut te-
statur Peregr. *de fideicom. art.* 40. *nu.* 93. Ciarlin. *contr.*
93. *num.* 8. Scapuc. *d. tract. lim.* 17. *num.* 8. et alibi suo
loco dictum est, quia locatio quando est ad longum tempus
transfert jus utilis dominii, juxta dictam *glos. et alios cu-
mulatos* per Peregr. *ibid. num.* 94. et proinde cessat dicta
ratio regulae, et in consequentiam regula ipsa *glos. in l. em-
ptorem ver. colono, c. locat.* Capel. Tolos. *quaest.* 420. et
aliis cumulatis Peregr. *d. art.* 40. *num.* 95. et est opinio re-
ceptissima, ut testatur Gutier. *canon. quaest. lib.* 2. *qu.* 8
num. 26. et post eum Scapuc. *d. lim.* 17. *num.* 6. ubi pluri-
mos concordantes refert, et in fine ait: secus esse dicendum. 45
si locatio ad longum tempus sit cum pacto non transferendi
aliquod dominium, quod tamen non transit sine difficultate,

quia haec per alios reputatur quaedam protestatio contraria facta, et quandoque in frandem successoris, ut tradit Peregr. *de fideic. art.* 40. *n.* 108.

At animadvertendum praedicta procedere enm sopposito,
47 quod agatur de locatione ad longum tempus valida, nam quandoque agitur de locatione facta ab non antecessore qui poterat quidem locare, sed ad breve tempus tantum, et tunc non tenetur successor tali locationi stare, quia locatio non tenet, et non solum pro longo tempore, sed oec atiam pro modico Alexan. *cons.* 17. *num.* 11. *lib.* 4. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. et 28. Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *num.* 106. ut dicetur infra *in cas.* 10. *nu.* 148. *ad med. vers. et stante.*

48 Declarationes autem dictae regulae sunt plures, et prima est, ut non procedat, si emptor ea lege emerit, ut stare debeat colono, quae quidem de se clara est, et expresse habetur in *dict. l. emptorem* 9. *c. locat*, ibi *nisi ea lege emerit.*
49 At quatenus convenerit non expellere non propterea poterit conductor de tali conventione adversus emptorem singularem successorem excipere. quia personalis est, sed poterit agere adversus locatorem, ut cedat sibi actionem, vel jus suum excipiendi, ut docet, ibi Cyn. *n.* 7.

50 Secunda, quod *non* solum si adsit dicta conventio expressa, verum etiam si probetur aliquo pacto successorem consensisse tacite, ut conductor in eadem conductione maneat quamvis sine scripto, quia bonae fidei judicio, quod ei placuit, parere cogitur, ut pariter habetur expresse in praefata *l. emptorem.*

Tertia declaratio est, ut non tam si consenserit locationi
51 jam factae, ut in proxima declaratione, sed etiam si antecedenter expresse, vel tacite consensum suum accommodaverit, ut antecessor locaret Bald. *in l. si filio.* ℥. *si vir in quinquennium num.* 11. *ff. sol matr.* Surd. *decis.* 264. *nu.* 11. Scapuc. *in d. tract. de sing. success. lim.* 1. *n.* 2.

52 Quarta declaratio sit, quod non attendatur esse generale jus in quo succeditur, sed an titulus successionis sit generalis, vel *non*, si enim titulus est particularis, successor *non* repraesentat personam auctoris sui, et sic applicatur ratio regulae nostrae, quam diximus esse, quia *in* successorem singularem *non* transit actio personalis, quae sola competit conductori, ut servetur sibi locatio, ut plene firmavit Rot. cor. Cavaler. *d. dec.* 612. *n.* 5. *cum tribus seq.*

53 Quinto declaratur regula, ut *non* procedat quando antecessor, qui locaverat habebat liberam administrationem, quia tunc successor ejus stare locationi tenetur Cyn. *in l. emptorem num.* 6. *c. locat.* Marescot. *var. l.* 1. *cap.* 18. *num.* 10. Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 98. Ciarlin. *contr.* 93. *n.* 6. ubi alios plures cumulat Rot. coram Pan. *decis.* 18. *num.* 6.
54 at recipit ista declaratio aliquas sub declarationes, et primo, ut procedat ubi antecessor nedum haberet administrationem respectu rei, sed etiam respectu personae successoris, ut docuit Abb. *in cap. quaerelam num.* 8. *post med. vers. si vero qui locavit ne praelat. vic. suas*, Bal. *in l. si filio familias* 25. ℥. *si vir. in quinquennium num.* 5. *ad med ff. sol. matr.* Purpurat. *cons.* 429. *nu.* 8. ubi qood Bald. appellat habentem administrationem plenam respectu rei, sed non respectu successorum, illum, qui de tempore contractus est verus dominus Scapucc. *de sing. succes. ampliat.* 6. *num.* 4.
55 *ad med. ampliat.* 20. *numer.* 3. Secundo, ut procedat si habens administrationem administratorio nomine locat, et non proprio tantum secundum Covar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *sub num.* 5. circa medium Gutier. *can. quaest. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 42. *vers. ad secundum*, Scapuccin. *dict. am-*
56 *pliat.* 6 *nu.* 6. Et tertio si locat bona fide, et non alias Cyn. *in d. l. emptorem sub num.* 6. Cagnol. *in l.* 2. *n.* 221 *vers. retenta tamen opinione, c. de pact. int. empt. et vendit.* Marescott. *variar lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 4. *vers. quod eo magis.*

57 Sexta declaratio est, ut regula *non* procedat si successor singularis non succedat in plenum jus illius, qui locavit, eo enim casu stare tenetur locationi *l. in venditione*, ℥. 1. *ff. de bon. auct. jud. possid.* qui text. licet loquatur de eo qui mittitur in possessionem, ex primo decreto, tamen doctores ex eo formant conclusionem generalem, quod successor singularis teneatur stare locationi quando plenum jus in re non consequitur, ut per Bart. *in l. si filio familias*, ℥. *si vir. in quinquennium numer.* 1. *vers. aut non est constitutam, ff. sol. matr.* Aret. *cons.* 159. *n.* 16. *vers. si tamen rem locatam*, et aliis adducit. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *numer.* 25. Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 2. sed in ple-

Pacioni

num jus succedere satis dicitur ad hunc effectum, si succedit in plenum usumfructum, ut dicam infra *n.* 77.

Septima declaratio est, ut non procedat regula in succes-
sore singulari in quem fit translatio rei necessaria, seu 58
quando non fit translatio ex voluntate, sed ex necessitate, tunc enim is, in quem translatio rei facta est, stare tenetur locationi, ut docet post alios Jas. *in l. divortio. in princ. num.* 32. *ff. sol. matr.* Tiraquell. *de retract. convent.* ℥. 3. *glos.* 1. *num.* 15. Roland. *cons.* 49. *numer.* 6. *lib.* 2. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 35. Peregr. *de fideicom. artic.* 40. *num.* 100. Marescot. *d. cap.* 18. *sub. num.* 4. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 10. *et seqq.* ubi quod
ad hoc, ut dicatur successor necessarius ad effectum istum, con- 59
sideratur persona locatoria an translatio sit ab eo facta ex mera voluntate, seu potius ex quadam necessitate, quod, et comprobat aliis adductis Scapuccin. *de sing. success. lim.* 8. *numer.* 6. *vers. caeterum.* Et redditur ratio cur in casu isto successor teneatur stare, et non in casu quo locator voluntaria, transfert, quia tunc cum libere transfert, sibi debet imputare locator, si non sibi praecavit obligando successorem, ut stet locationi, et non est de quo conqueratur si illo nolente ei stare, conductor erga eum revertitur, et petit ab eo damna, et interesse, ut tradit Alex. *in l. si filio familias*, ℥. *si vir. numer.* 19. *ff. sol. matr.* et Cephal. *cons.* 255. *num.* 36. *et seqq.*

Octava declaratio, seu potius subdeclaratio quamplurium 60
praecedentium declarationum est, ut quod dictum in his fuit singularem successorem locationi stare teneri non procedat, quando jus antecessoris locantis non transmittitur per eum in successorem, sed potius extinguitur, et finitur et successor venit per viam privationis, sive novae creationis, quia tunc licet non applicetur dicta regula, quod successor singularis non teneatur stare locationi, applicatur alia de qua in *l.*
res vectigalis, *ff. de pignor.* Rot. *decis.* 86. *num.* 1 *part.* 5. 61
recent. quod scilicet resolutio jure datoris, resolvitur jus acceptoris, et sic is, in quem res devenit, recipit eam liberam a jure conductionis dato per antecessorem Soccin. Sen. *cons.* 32. *num.* 6. *lib.* 1. Alba *cons.* 108. *nu.* 2. Peregr. *qui*
alios refert de fideicom. artic. 40. *num.* 104. Quod et pro- 62
cedit etiam si agatur de locatione ipsi locanti omnino licita, et permissa, quia adhuc intelligitur permissa cum dicta limitatione, ut valeat pro tempore quo locans jus habet, et *non* ultra Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 1. et consentiunt alii, ut tradit Castill. *tom.* 6. *cap.* 161. *num.* 15. *vers. conveniunt*, unde deficiente locatore, cum eo expirat, et annullatur locatio ipsa, adeout nihil relevet successorem consensisse, quod conductor continuaret aliquo tempore recipiendo ab eo pensiones, quia non propterea tenetur ei stare in futurum
pro residuo temporis pro quo facta erat locatio ultra illud pro 63
quo pensiones recepit *decis.* 2. *de locat. in nov. et dicam. in casibus particularibus, et signanter in* 15. quod secus est quando jus antecessoris transmittitur, tunc enim applicatur declaratio secunda, supra tradita, ut dicam *in casu* 5.

Ex praedictis resolvi poterunt casus speciales, ut patebit ex infra scriptis ex quibus comprobabuntur etiam ipsae declarationes praefatae, ita ut tutius eis inhaereri possit pro reso-
lutione aliorum, et satis erit unam applicari, licet aliae non 64
conveniant Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 35. *sub. vers. huic objecto.*

Primus igitur casus sit, si quis vendiderit cum pacto redi-
mendi, et emptor locaverit, et deinde facta locatione sequa- 65
tur redemptio, et quaeratur, an redimens teneatur stare locationi, applicatur enim tertia declaratio, in qua dictum est regulam non procedere si successor tacite consensum suum accommodaverit, ut antecessor locaret, dum eum dominum fecit absque aliqua prohibitione locationis, necnon applicatur etiam septima declaratio, ut regula non procedat quando in successorem non fuit translata res voluntarie sed necessarie, et ideo respondendum est eum stare debere locationi, prout docuit Bald. *in l.* 1. *in fin c. de jur. Fisci. lib.* 10 et est doctrina communiter approbata, ut testatur Roland. *cons.* 49. *num.* 3. *lib.* 2. et Marescot. *variar. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 8. Scapuccin. *de sing. success. lim.* 1. *in princ.* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 34. *et seqq.* ubi facit, et solvit objectum Ciarlin. *contr.* 93. *num.* 20. et plenissime probavit Rot. coram Pan. *decis.* 18. *et* 46. ita ut non sit curandum, quod contrarium tenuerit signanter Cagnol. *in l.* 2. *c. de pact. inter empt. et vendit. sub. numer.* 220. *vers. sed contrarium*, et Petrus Barbos. *in l. si filio* 26. ℥. *fin. numer.* 10 *post med. et seqq. ff. sol. matr.* maxime cum omnibus per

84

Cagn. adduatis respondeant Scapuccin. et Rot. *in praecitat. locis.*

Secundus casus est de retrahente vigore statuti, aut alte-
66 rius legis, et in eo aut agitur de locatione facta a venditore,
et necesse est videre an primus emptor illi teneretur stare,
vel non, quia retrahens ejus loco succedit, et ideo ad omnia
ad quae ille tenebatur, ipse quoque tenebitur, ut late tradit
Scapuccin. *dict. tract. de sing. success. ampliat.* 20. *num.*
1. *et num.* 6. dum enim statutum dat uni praelationem, non
censetur voluisse dare ei majus, vel minus jus quam habebat
ille cui eum praefert, ut scribit Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.*
10. *n.* 35. *ad fin.*

Et licet contrarium videatur voluisse Rotam coram eodem
Mantic. *in dec.* 63. *num.* 2. duio dixit non teneri ad damna
67 inquilino de jure communi propter specialem hypothecam
alias debita, eum qui retrahit vigore bullae Gregorii, quae
viget in urbe favore aedificare volentium, et reddit rationem
quia eo casu, nec ipse venditor tenetur de evictione, tamen
animadvertendum, quod id procedit, quia dicta bulla favens
aedificare volentibus propter publicum commodum, et deco-
rem urbis, derogat expresse juri tertii, adeout permittat e-
tiam ipsum dominum invitum posse expelli, et ideo multo
magis idem dicendum de inquilino, ut ponderat ibi Rot. *nu-
mer.* 4. *et seq. per tot.* et tamen illa decisio non transit sine
difficultate, quia bulla vult, quidem aedificare volentem as-
sequi posse rem alienam, et expellere etiam ipsum dominum,
sed soluto ei justo pretio, imo et quid considerabile ultra il-
68 lud, unde patet velle solvi interesse cui debetur, et sic etiam
conductori, dum de jure communi ei debetur, maxime quia
qui vendit rem subjectam hypothecae minoris vendit, et sic
retrahens minoris, emeret cum jactura conductoris.

69 Haec de locatione facta per primum dominum, sed si em-
ptor antequam fundus retrahatur locaverit, tunc intrat du-
bium, an retrahens teneatur stare locationi, et non teneri
censuit Scapuccin. *d. tract. de singul. success. ampl.* 20
num. 2. *vers. quod multo magis, et seqq.* ubi quod ita in
casu contingenti respondit. Sed in contrarium facit dicta de-
claratio septima, quia iste retrahens vigore statuti, respectu
emptoris, qui uti interim dominus locavit, est de successori-
bus in quos fit translatio ex necessitate per statutum indu-
cta, et ideo tenetur stare locationi, ex citatis in ea, quod non
videtur consideratum a Scapuccino. Et pro ista opinione con-
tra eum facit etiam auctoritas Tiraquell. *de retract. convent.*
§. 3. *glos. unic. n.* 14. ubi aequiparat in hoc proposito hunc
retrahentem vigore statuti eum redimente vigore pacti, quem
stare debere locationi dictum est supra, et ipse alios ejusdem
opinionis refert.

70 Idemque prorsus procedit in habente censum super re ven-
dita, qui, ex constitutione beati Pii Quinti super forma crean-
di census edita, praelationem habet, ut si ea utendo retra-
hat, teneatur et ipse stare locationi, quatenus teneretur ille
emptor primus, et non alias, si agatur de locatione antece-
denter a domino facta, prout tradit Mantic. *de tacit. lib.* 5.
tit. 10. *num.* 36. et latius Scapucc. *lim.* 3. *per tot.* et si ille
71 primus emptor interim legitime locasset, tunc absoluta ei sta-
re deberet, ut dictum est de retrahente vigore statuti.

72 In dominio autem directo sive rei feudalis, sive emphyteu-
ticae qui habet de jure praelationem si feudatarius vendat
contrarium est dicendum. quod scilicet ipse nullo modo te-
neatur stare locationi, quia ipse non subintrat in locum pri-
mi emptoris jure privato, et per modum successionis, seu trans-
missionis, sed per modum privationis illius, ut latissime de-
clarando firmat Ossac. *decis.* 156. *num.* 14. *vers. nec obstat.
et per totam*, et distinguit etiam Mantic. *d. tit.* 10. *num.* 36.
vers. nec obstat, et Scapuccin. *d. lim.* 3. *n.* 8. *vers. nec ae-
quiparatio.*

73 Tertius casus est de marito, cui mulier dedit in dotem fun-
dum quem locaverat, an ipse teneatur stare locationi, et af-
firmativam tenuit *glos. in l. divortio ver. sequatur, ff. sol.
matr.* et facere videbatur, quod maritus in dote non videtur
successor singularis, dum dos sit jus universale, juxta commu-
nem opinionem, de qua testatur Soccin. Sen. *cons.* 126. *nu-
mer.* 4. *lib.* 3. Sed in contrarium facit, quod licet dos sit jus
universale, tamen maritus in ea succedit titulo singulari, et
ideo dicitur successor singularis ad hunc effectum, ut non te-
neatur stare locationi, juxta *decis.* Cavaler. 612. *num.* 5. *et
seq. de qua supra in quarta declaratione*, et istud contrarium
tenent Alex. *in l. si filio familias, §. si vir. in quinquen-
nium, ff. sol. matr. num.* 26. Campeg. *de dot. part.* 2. *qu.*
23. ubi in fine dicit opinionem glossae, propter ejus aucto-
ritatem salvari posse, si maritus recipit fundum sciens esse
locatum Covar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 5. *vers.
quid autem a contrario*, ubi quod opinio glossae refragatur
juri Statil. de Salvian *inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 28. Scapuc-
cin. *de singul. success. ampliat.* 6. *nu.* 14. ubi de magis com-
muni Mantic. *lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 9. Et haec nullam patere-
tur difficultatem, si ageretur de fundo in dotem dato, cum
aestimatione, emptionem, et venditionem faciente, tunc enim
indubitanter applicaretur dicta regula text. *in l. emptorem,
c. loc.* et quatenus agatur de fundo simpliciter in dotem dato
absque aestimatione emptionem, et venditionem faciente,
posset dici applicari declarationem sextam, quod dicta regula 74
non procedat in eo, qui non succedit in plenum jus illius qui
locavit, juxta illam opinionem, quod isto casu non transeat
dominium, fundi in virum de qua novissime Rot. coram Bi-
chio *decis.* 464. *num.* 3. 4. et 12. coram Zarat. *decis.* 42. *n.*
13. *et.* 14. sed haec est quaestio ardua, et esse penes uxorem 75
dominium ficte, vere autem penes virum, volunt alii, at penes
virum, volunt alii, ut videre est penes Rimin. *in princ. tit.
institut. per quas alienare licet, vel non num.* 316. *et seqq.*
Menoch. *cons.* 88. *num.* 39. Surd. *cons.* 330. *nu.* 13. Et ad 76
hunc effectum satis dicitur succedi in plenum jus locatoris,
quando succeditur in plenum usumfructum, absque eo quod 77
succedatur in dominio *l. arbores* 95. *§. Quidquid, ff. de
usufr. et dicetur in casu* 9. *numer.* 136.

Quartus casus est de eodem fundo dotali per haeredes ma- 78
riti, vel maritum ipsum post divortium. mulieri restituto, an
ipsa teneatur stare locationi, et quo ad hoc in primis habe-
mus text. *in l. si filio familias* 26. *§. fin. ff. solut. matr.*
in quo habetur, quod *si vir in quinquennium locaverit fun-
dum, et post primum forte annum divortium intervenerit:
Sabinus ait non aliter mulieri fundum reddi oportere,
quam si caverit, si quid praeter unius anni locationem ma-
ritus damnatus sit, id se praestituram esse.* Unde deduci-
tur eam teneri stare locationi Alex. *ibi num.* 1. Soccin. Sen.
cons. 125. *num.* 2. *lib.* 1. Roland. *cons* 49. *num.* 4. *et* 5.
lib. 2. et alii relati per Statil. *d. Salu. lib.* 4. *cap.* 1. *num.*
15. *et seqq.* Surd. *decis.* 264. *num.* 11. *et decis.* 299. *num.*
2. Rot. *decis.* 18. *num.* 3. cur. Pen. quae est etiam post Sta-
till. de Salvian. *decis.* 201. *num.* 3. et comprobatur eadem
opinio, quia applicantur plures declarationes nempe tertia,
quia dum mulier dat fundum in dotem, censetur consentire,
quod maritus eum locet, et quinta, quia maritus habet libe-
ram administrationem, nedum respectu rei, sed etiam perso-
nae mulieris, quod considerat Scapuc. *ampl.* 6. *n.* 4. et denique
septima, quia in mulierem non fit translatio fundi volunta-
ria sed necessaria, unde patet undique dictam opinionem es-
se veram.

Sunt autem, qui limitant, ut teneatur stare locationi mu- 79
lier, quatenus maritus locaverit ad annum tantum, secus au-
tem si ad longius tempus, relati per Novar. *qu.* 92. *num.* 4.
part. 1. sed haec opinio refellitur *in d. decis. Pen.* 18. *sub* 80
num. 9. et post Statil. *decis.* 201. *numer.* 10. ubi quod text.
supracit. in l. si filio familias, §. fin. qui ad probandam limi-
tationem adducitur, pro ea non facit, et sequitur Maresc. *var.
lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 11.

At sustinari poterit limitatio si ultra diuturnitatem tempo- 81
ris aliquod aliud indicium concurrat, quo comprobetur ma-
ritum non locasse bona fide, tunc enim non tenebitur mulier
locationi stare Scapuc. *d. ampl.* 6. *n.* 11. ubi si locavit dum
mulier erat infirma Surd. *dec.* 299. *n.* 3.

Praeterea non tenetur mulier, praesertim ultra annum, sta- 82
re locationi praecise, sed tantum causative, quatenus scilicet
nolit solvere interesse conductoris, prout deducitur ex text.
praecit. in d. §. fin. et est regulare nedum in singulari suc-
cessore, de quo dicam infra, sed etiam in ipso locante, ut di-
ctum est in *cap.* 58. *de fine locationis voluntario num.* 22.
unde quidquid aliquid contrarium senserint, haec opinio vi-
detur verior, prout etiam est communior, ut testatur Sca-
puccin *d. ampliat.* 6. *num.* 4. *ad fin. vers. non est tamen
recedendum*, et patet ex congestis per Statill. de Salvian. *in-
spect.* 4. *cap.* 1. *n.* 19. et eam admisit Rot. cor. Pen. *decis.*
19. *nu.* 8. Verum dubium est, an dicta cautio, quam textus 83
dicit, teneri mulierem praestare, sit necessaria, ad hoc, ut
quatenus conductor expulsus molestet maritum, seu ejus hae-
redes, ipsi possint a muliere damna repetere, vel non sit neces- 84
saria, sed tantum utilis, et ad cautelam, et eam non esse ne-
cessariam sensit Gomes. *variar.* to. 2. *cap.* 3. *sub. numer.* 8.
sed contrarium sensit Duen. *reg.* 240. *lim.* 5. *vers. contra-
riam*, et utrumque refert, nec quid ipse sentiat clare aperit

Scapuccin. *d. ampliat.* 6. *num.* 3. videtur tamen recto loqui Gomesius, quia test. dicens mulierem teneri dero cautionem, supponit ejus obligationem pro cujus majoris securitate datur cautio, ita ut sit quaedam cautela non restituore possessionem mulieri, nisi praestita per eam dicta cautione Perogr. *de fideic. art.* 40. *n.* 105.

85 Huic casui cunecti potest idem esse de bonis parapheralibus, quorum administrationem mulier tacito concessisset viro, juxta *l. Maritus. c. de procurat.* si enim per eum fuerit locata, mulier tenebitur locationi stare, prout tradunt Gomes *variar. d. cop.* 2. *numer.* 8. *ad fin.* Gutierez. *de tutelis part.* 2. *cop.* 21. *num.* 9. Scapuec. *d. ampliat.* 6. *numer.* 7.

86 Quintus casus sit si constet emptorem, vel aliter acquirentem scivisse rem locatam, et tacens eam receperit, in quo pariter dicendum eum teneri stare locationi, quia censetur tacite consensisse, et sic intrat secunda declaratio supra tradita regulae, et probatur etiam per text. *in l. qui tabernam, ff. de contrahen. empt. et in l. si fundum sciens, cod. de evict.* regula enim quod sciens, et tacens non censeatur consentire, non procedit ubi cum scientia concurrit aliquis actus positivus, prout in emptore est acceptatio rei Clem. *r. de procur.* Surd. *decis.* 99. *num.* 14. *et* 15. Rot. *decis.* 811. *n.* 22. *par.* 1. *div.* et in terminis, quod sufficiat in emptore scientia locationis ad hoc, ut censeatur consensisse, et non possit expellere conductorem Bero *cons.* 2. *nu.* 12. *lib.* 1. Bursat. *cons.* 101. *nu.* 5. Cephal. *cons.* 718. *nu.* 16. Gratian. *disc.* 27. *num.* 37. Surd. *decis.* 172. *num.* 5. *et* 6. *et decis* 225. *num.* 6. ubi Hodiern. *num.* 7. alios plures concordantes refert, et latius *in decis.* 265. *num.* 27. *vers. et quatenus, et seq.* Peregr. *decis. Patav.* 136. *n.* 13. et novissime d. meus de Luca *discur.* 23. *num.* 3. *de locat. et cond.* ubi loquitur in terminis conductoris generalis, quod hac ratione teneatur stare locationi particulari, et miratur, quod cum in casu illo emanaverit decisio rotalis, omiserit allegare punctualem auctoritatem Fabrian. *cod. lib.* 4. *tit.* 42. *def.* 8. Rot. cor. Caval. *decis.* 612. *num.* 12. *et* 13. et coram Gregor. *decis.* 90. *num.* 8. *et seqq.* ubi Adden. aliam etiam decisionem refert, ex quibus patet hanc opinionem esse veram, et communem, ac proinde non curandum, quod contrarium senserit Jos. Ludov. *in decis. Perus.* 83. *num.* 10. cum quo etiam transivit Vinc. de Franc. *dec.* 334. *num.* 2. et maxime, quia Jos. Ludov. movetur auctoritate Jasonis, quem corrupte legit, ut eminadvertit Scapocc. *de sing. succ. lim.* 13. *n.* 17. et prius Surd. *dict. decis.* 265. *num.* 5e. Et comprobatur etiam eadem opinio alia ratione, videlicet, quia venadens scienti cen-

87 (margin, beside "vict. regula enim quod sciens")

88 setur solum vendere jus, quod habet, quam rationem esse suo judicio meliorem dicit Surd. *dec.* 175. *n.* 6.

89 Ampliatus eadem conclusio primo loco, ut non solum procedat stante scientia certa, sed etiam stante scientia praesumpta, uti in casu quo res locata patre, fuerat postea per eum donata filio, censuit Surd. *d. decis.* 172. *num.* 3. *et seq.* ubi inquit, quod numquam potuit sibi persuadasi colonum posse expelli, quia credidit filium verisimiliter scivisse locationem

90 et propterea teneri stare locationi, juxta praedictam conclusionem, et procedit haec praesumpta scientia in solitis filiis non in aliis consanguineis, quamvis arcto vinculo sanguinis conjunctis, juxta late tradita per Caroc. *tit. de renovat. loc. declorot.* 2. *n.* 6. *et seq.*

91 Aliud exemplum praesumptae scientiae erit, si adsit in regione communis consuetudo locandi praedia, inde enim argui potest emptorem scivisse, seu credidisse, quod etiam praedium emptum esset eodem modo locatum, et ita emere voluisse, et ideo tenebitur locationi stare, prout etiam, licet aliis, mediis, late probat Scapuc. *de sing. succ. lim.* 11. *n.* 1. *et*

92 *seq.* Et dum ex praedicta sufficit scientia praesumpta facilius sufficiet scientia praesumptionibus, et conjecturis probata, prout eam sufficere, tradit Scapucc. *limit.* 13. *n.* 13. *vers. ceterum,* aliud enim est scientiam esse praesumptam, aliud est praesumptionibus, et conjecturis esse probatam, et facilius suffragatur isto, quam illa Rot. cor. Seraph. *decis.* 1459. *n.* 3. *et* 4. et cor. Celso *dec.* 152. *n.* 6.

93 Secundo ampliatur, ut sufficiat scientia locationis rei in genere, ut ipsi locationi, et omnibus ejus pactis stare debeat emptor illam sciens, puta etiam si sit ad plures annos quam solitum sit, et facta praesumatur, quia dum scivit locationem debuit in vestigare pacta, et si neglexerit sibi imputet Bero *dict. cons.* 2. *ad fin. lib.* 1. et late Scapuc. *dict. lim.* 13. *n.* 8. *et seq.* et Surd. *dec.* 265. *n.* 62. *et seq.*

94 Applicabitur etiam, et apertius dicta declaratio secunda, si convenerit emptor cum venditore, pensiones sci per locatorem promissas sibi deberi, quia magis inde patebit ejus consensus ipsi locationi accomodatus, et proinde non poterit amplius recedere, sed stare debebit contractui, just. *d. l. emptorem,* et tradunt post alios Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 22. Surd. *d. dec.* 264. *n.* 15. *et seq.* et Gratian. *disc.* 37. *n.* 30.

Idem quoque erit si successor absque tali conventione pensiones aliquas a conductore receperit, nam tali actu censetur consentire locationi, et tenetur ei stare Bald. *cons.* 184. *lib.* 4. Socein. Sen. *cons.* 125. *nu.* 1. *et seq. lib.* 1. Caroc. *de locat. tit. de usufr. quaest.* 17. *n.* 4. Castill. *de eod. tit. de usufr. cap.* 37. *n.* 15. et sic cupis rationes, vide Surd. *decis.* 33. *a n.* 1. *ad* 6. 95

Contrariam tamen opinionem videtur probare Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 8. et latius Surd. *d. decis.* 33. *n.* 9. *et seq.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 21. *numer.* 6. *et* 7. volentes successorem, qui recepit pensiones pro tempore praeterito, non teneri stare contractui de tempore futuro; Sed prima tenenda est quando successor praetendit evitare obligationem standi locationi per regulam, quod successor singularis si stare non tenetur, quia applicatur dicta secunda declaratio ejusdem, alia autem opinio procedit, quando dicta obligatio cessat ex eo, quod jus locatoris expiraverit, et cum eo jus conductoris, quia tunc cum locatio nulla amplius adsit, non sufficit successorem consensisse pro uno anno, ut censeatur locatio renovata pro alio, ut dicit Rota *in dec.* 2. *de loc. in nov.* cum qua transit Mantic. et Molin. *in loc. supracit.* intrat enim declaratio octava, ut dixi in ea. 96 97

Sextus casus est si dominus obligaverit conductori bona pro observantia contractus, quoniam in casu isto non applicatur ratio regulae quam diximus esse, quia conductor nullum habet jus in re conducta, unde sequitur, ut nec ipsa regula applicetur, et singularis successor colono stare debeat, ut docuit Bart. *in l. emptorem, num.* 2. *c. locat.* Marescott. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 12. Rot. coram Cavaler. *decis.* 612. *num.* 11. Gregor. *decis.* 68. *num.* 2. Quod ampliatur, ut procedat non solum si adsit hypotheca specialis fundi locati, sed etiam si adsit tantum generalis omnium bonorum locatoris Bart. *in d. l. emptorem num.* 2. Covar. *variar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. Duen. *reg.* 246. *lim.* 7. Scapuc. *de sing. succes. lim.* 15. *num.* 8. *et seqq.* sed ista ampliatio non transit sine contradictione, est enim in hoc quaestio multum controversa, ut dicit Rot. cor Gregor. *decis.* 68. *num.* 3. et quod non solum sit necessaria specialis, sed etiam ulterius requiratur pactum de interim non alienando, tradit Franc. *decis.* 302. *num.* 3. *et num.* 9. ubi etiam stante juramento Apicell. *de dilat. quinquenn. tit.* 1. *n.* 104. *ante med.* Guties. *in repetit. l. nemo potest. n.* 43. *et* 44. *ff. de legat.* 1. Gratian. *disc.* 37. *n.* 26. 98 99 100 101

Verum pro intelligentia distinguendum est inter praetensionem, quod successor singularis debeat stare locationi praecise, et praetensionem, quod ei debeat stare causative, ideat, quatenus nolit solvere conductori damna, et interesse, et quo ad istam secundam procedit prima opinio, ut sufficiat hypotheca generalis, nam ea mediante datus conductori insistentia, et retentio fundi donec interesse sibi solvatur Gozad. *cons.* 100. *n.* 24. et late Scapuc. *de sing. succ. lim.* 15. *n.* 8. *ubi de magis comm.* et declarat Gutier. *sub. d. n.* 44. ubi dicit communem, et de monte omnium, de quo etiam testatur Ossasc. *dec.* 156. *n.* 6. et tenuit Rot. cor. Gregor. *dec.* 68. *n.* 3. *vers. secundo quia.* 102

Quo autem ad primam praetensionem, ut successor singularis stet locationi praecise, omnes admittunt, quod sufficiat dictum pactum de non alienando, una cum hypotheca speciali, quia tunc impeditur rei alienatio, *l. si creditor, §. fin. de distr. pignor.* plene Vinc. de Franc. *dec.* 302. *num* 3. Sed an etiam cum hypotheca generali, est controversum, ut videtur est penes Ossasc. *decision.* 156. *numer.* 4. et in negativam inclinare videtur Scapuc. *d. lim.* 15. *num.* 12. Avendan. *de censib. cap.* 85. *numer.* 13. *et seq.* et cum aliis Vela *disser.* 20. *num.* 14. et videtur verior opinio, nisi pactum sit generaliter prohibens alienationem omnium, et singulorum bonorum adjecta pariter hypotheca omnium, et singulorum quia tunc admitti posset contraria, ut sensit Covar. *variar. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 3. *ad fin.* Et est etiam controversum an sufficiat hypotheca specialis sine dicto pacto, nam affirmativam tenuit Rot. in una rom. locationis cor. Ortember. relata per Adden. ad Greg. *d. dec.* 68. *n.* 11. contrariam vero tenent alii citati supra, et per ipsum Adden. eodem loco relati, et ista est magis communis, ut patet ex eis. 103 104 105 106

Praeterea controversia est etism si cum hypotheca concur-
rat juramentum, nam illud sufficere etiam eum sola hypo-
theca generali sensit post alios Rot. cor. Greg. *d. decis.* 98.
num. 3. *vers, primo propter*, et in d. rom locationis relata
107 per Add. ibidem, ubi quia juramentum obligat ad observan-
tiam contractus praecisam, quando praecise servari potest si-
ne dispendio salutis aeternae, et tenuit etiam Marescot. *va-*
108 *riar. lib.* 1. *cap.* 18. *nu.* 14. sed cessante dieto pacto de non
alienando, sola hypotheca cum juramento non videtur posse
operari, quod dominus non possit vendere, quia hoc non est de
directo contravenire contractui, minusque potest operari, quod
illi non contraveniat emptor, quia virtus juramenti ad eum
non transit, et sic verior videtur opinio contraria quam pro-
bant Surd. *cons.* 331. *num.* 18. *et seqq.* Vinc. de Franc. *de-*
cis. 302. *num.* 9. ubi Add. et praecipue Viscon. plures hinc
inde refert.

At ista secunda procedit retenta illa magis communi, quod
109 hypotheca specialis non sufficiat, alias procedit prima, etenim
hypotheca generalis una cum juramento operatur, ac si esset
hypotheca specialis, quia juramentum habet vim specialis ex-
pressionis Natt. *cons.* 426 *num.* 5. Ruland. *cons.* 6. *numer.*
29. *et seqq. lib.* 1. et aliis adductis Osasc. *decision.* 156. *nu-*
mer. 5.

Verum tamen non est omittendum, quod si verum esset,
destrueret fere totaliter regulam, quod successor non teneatur
110 stare locationi, et est quod hypotheca bonorum sit solita ap-
poni in omni contractu, et ideo etiam si fuerit omissa, cen-
seatur apposita, hoc autem stante, resultat, quod semper tene-
111 bitur singularis successor stare locationi ex supra firmatis, et
tradit Scapucc. *dict. lim.* 15. *num.* 9. Boer. *decis.* 182. *nu-*
mer. 53. Osasc. *decis.* 156. *numer.* 4. *ad med.* et consonant
tradita per Mascard. *de probat. concl.* 299. *num.* 10. *et* 11.
112 Sic in curia censetur semper in instrumentis apposita obli-
gatio cameralis, uti solita, praecipue per notarios auditoris ca-
merae, ut notat Add. Burat. *decis.* 683. *num.* 9. et Post. *re-*
sol. 110. *nu.* 10. quidquid sit extra urbem in statu ecclesiae
113 *in* quo videntur adesse assertiones rotae fere contrariae, nam
quod de stilo apponatur in toto statu habetur in *decis.* 91.
num. 3. cor Dunoz. Sen. et quod non sit solita praecipue
114 Bononiae, habetur *in decis.* 875. *nu.* 3. cor. Penia. Et quod
stante obligatione camerali ex quo continet hypothecam, te-
neatur singularis successor stare locationi Zacch. *de oblig.*
cam. quaest. 5. *num.* 35. et Rot. *post eum decis* 72. *num.* 5.
Imo fortius Neapolis fuit praetensum, quod solitum esset ap-
poni pactum de non alienando eum hypotheca speciali, ut ha-
betur penes Vinc. de Francin. *dec.* 302. *num.* 4. ubi tamen
num. 7. dicitur talem praetensionem non fuisse subsisten-
tem.

115 Verum in primis animadvertendum, quod conclusio, ut
censeatur appositae clausulae solitae, procedit in eis, quae
sunt de natura contractus tantummodo Jas. *in l, fin. nu.* 10.
o. de jur. emphyt Cotta in *memor. ver. notarius simpliciter*,
Negus. *de pignor. part.* 3. *membr.* 1. *num.* 5. *vers et facit*,
et aliis relatis in his terminis Vinc. de Franc. *d. decis.* 302.
116 *num.* 8. ubi et Adden. alios referunt, et de natura contractus
locationis non est, quod hypothecentur bona, cum imo nec
quidem ipsa res locata obligata de natura contractus rema-
neat, ut dictum est supra in ratione regulae, et alibi, et mul-
to minus est de ejus natura pactum de non alienando cum
hypotheca speciali, ut dicit Vinc. de Franc. *d. num.* 8. unde
117 dicta opinio, quod censeatur in ea tacite appositum, nullo mo-
do tenenda est, jura enim desiderant obligationem rei esse ex-
pressam, *l. Aristo*, 3. *ff. quae res pign.* ibi, *non aliter in*
jus pignoris succedit, nisi convenerit ut sibi eadem res es-
set obligata, et in Auth. *collat.* 9. *tit.* 19. *de Argentarior.*
contract. §. *insuper*, ibi, *neque enim temere hypothecam*
dederimus his qui de ea pactum non fecerunt nisi omnino
in scriptura eorum, quae in bonis sunt comprobetur facta
esse mentio, aut ipsi bona sua pignori opposuerint, adeo ut
si quid in jure est certum, id certissimum est bona citra ex-
pressam conventionem obligata non esse, ut tradit Faber *de*
error. pragmat. tom 1. *dic.* 1. *error.* 1. *n.* 3. et sensit Rot.
cor. Merlino *dec.* 543. *prope fin.*

118 Praeterea quando deberet censeri apposita obligatio bono-
rum ex solito, id intelligi deberet tantum quando desuper
celebratum esset instrumentum, non ubi solum confecta es-
set apoca privata, juxta firmata per Gait *de credito cap.* 2. *n.*
2468. *et seq.* ubi reprobat Bursat. contrarium sentientem *in*
cons. 39. *n.* 4.

119 Septimus casus sit de pupillo post finitam tutelam, qui ta-
men non videtur proprie dici posse successor totoris, et prop-
terea, an ipse teneatur stare locationi factae per tutorem, nos
diximus alibi, nempe *in cap.* 8. *num.* 28. sed quia alii eum
successorem nominant, et sub hoc titulo quaerunt, an tenea-
tur stare locationi; nos quoque hic dubium tangimus, ut di-
camus illud resolvi posse cum quinta declaratione, dicendo,
quod cum tutor haberet liberam administrationem tam re-
spectu rei, quam personae, inde sequatur, quod pupillus te-
neatur ejus locationi stare, prout teneri, tradunt Salicet. *in*
l. emptorem. numer. 6. in *fin. c. de locat. et conduct.* Ang.
cons. 245. *num.* 6. *in princ. vers. item locationi* Gratian.
disc. 73. *num.* 13. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 24.
Surd. *decis.* 299. *num.* 1. et alii adducti ubi supra, quo loco
etiam dedimus aliquas declarationes, ad quas recurrendum
erit.

Octavus casus est de proprietario post finitum usumfructum,
an teneatur stare locationi factae per usufructuarium. et 120
negativam probat aperte text. *in l. si quis domum* 4. §. *hic*
subjungi. ff. locat. et per eum docet Bald. *in l.* 1. *nu.* 35.
cod de jur. fisci lib. 10. ubi respondet quibusdam legibus
quae contrarium sonare videntur, Saliect. *in l emptorem*
num. 6. *in fin.* c. *de locat. et conduct.* et pluribus adductis
dixit Rot. coram Mantic. *decis.* 186. *num.* 2. Cephal *consil.*
181. *num.* 20. Castill. *de usufr. cap.* 73. *n.* 17. quod et am-
pliatur, ut si expellat colonum, iste nullum habet regressum 121
adversus haeredes usufructuarii, nec pro interesse, nec pro
expensis *d.* §. *hic subjungi*, et ratio est quia conductor cen-
setur se subjecisse voluntarie illi periculo Gaix. de *expen.*
et melior. cap. 14. *numer.* 17. quod adeo durum visum est
Valasc. *de jur. emphytaut. quaestion.* 25. *numer.* 3. ut au-
sus sit reprehendere decisionem textus praecitati, ut di-
ctum est *in cap.* 34. §. 3. *num.* 21. *et* 22. ubi late ei respon-
sum est.

Limitatur tamen, quod dictum est haeredes usufructuarii
non teneri reficere damna, et expensas conductori per pro- 122
prietarium expulso, ut procedat si usufructuarius locaverit
tamquam talis, non autem si tamquam proprietarius, quia
hoc modo locando, decepisset conductorem, et ideo merito
deberent haeredes reficere, nedum expensas, sed omne in-
teresse Scapuccin, *de success. sing. amplint.* 10 *numer.* 24.
ubi et quod in dubio praesumitur locasse tamquam domi-
nus, quod et aliis adductis dictum est etiam *d. cap.* 34. §. 3.
num. 28.

Secundo limitatur, ut procedat si usufructus finiatur per 123
mortem usufructuarii, et hoc modo succedat proprietarius, se-
cus autem si per cessionem ipsius usufructuarii, quia tunc be-
ne posset conductor expulsus agere contra eum pro interes-
se Gratian. *disc.* 606. *nu.* 20. Scapuccin. *de singul. succes.*
amplint. 10. *n.* 4. Surd. *dec.* 326. *n.* 48. ubi et quod in du-
bio censetur locasse tamquam dominus, et posse in tali casu
repetere expensas, dictum, et auctoritatibus comprobatum
fuit in praedicto *cap.* 34. *n.* 30.

Tertio limitatur, quod dictum est non teneri proprietarium
stare locationi, ut procedat ultra annum, secus autem per an- 124
num Gabr. *cons.* 68. *num.* 1. *lib.* 1. idque ea ratione, quia
locando pro uno anno censetur locare de consensu proprieta-
rii *l. cum antiquitas, c. de usufr.* et si agatur de re quae non
sit solita dare fructum nisi singulo quinquennio, tenebitur
stare proprietarius per totum quinquennium Bald. *in l.* 1. 125
ad fin. c. c. de jur. fisc. lib. 10. Alex. *in l. si filio familias*,
§. *si vir. in quinquennium numer.* 20. *ff. sol, matr.* Gabr.
d. cons. 68. *numer.* 2 Caroc. *de locat. tit. de usufr. quaest.*
11. Scapuccin. *d. ampl.* 10. *num.* 2. Mantic. *de tacit. lib.*
5. *tit.* 10. *numer.* 32. Novar. *quaest. forens. part.* 1. *q.* 95.
num. 6.

Nonus casus est e contra, si proprietarius postquam rem 126
locaverit, constituet in ea usufructum, illumque sive cedat
sive leget, an usufructuarius teneatur stare locationi prae-
fatae, et in hoc habemus text. clarum *in l. arbores* 65. §.
quidquid, ff. de usufr. dicentem posse usufructuarium re-
pellere conductorem.

Limitatur autem dispositio d. textus, ut non procedat, pri-
mo si relictus sit ususfructus universalis secundum Bal. *in l.*
1. *num.* 17. *c. de fruct. et lit. expens.* Caroc. *de loc. in tit.*
de usufr. quaest. 18. *num.* 7. et licet hanc opinionem non 127
bene posse defendi censuerit Alex. *in l. si filio familias*, §.
si vir. in quinquennium num. 14. *ff. sol. matr.* tamen con-
trarii sensus in hoc fuit Scapuccin. *in d. suo tractat. de suc-*
cess singul. ampliat. 10. *num.* 6. ubi plura etiam subnectit
ad ejus corroborationem, sed opinio Alexandri videtur verior

quia dom habemus regulam certam in *d. §. quidquid*, quod usufructuarius tamquam singularis successor non tenetur stare locationi, qoam plenissime etiam comprobat, et a contrariis defendit Castillus *de usufruct. cap.* 83. *num.* 1. *et seqq.*
128 Quod ususfructus sit universalis, nihil facit quia non propterea devenit ad usufructuarium titolo successionis universalis nec coustituit eum successorem universalem, sed particularem, ut ex Ruino *cons.* 51. *num.* 14. *lib.* 2. Roland. *consil.* 8. *num.* 25. *lib.* 2. Rimin. Jon. *cons.* 7. *num.* 126. *et seqq.* et aliis pluribus firmat Castill. *de usufr. cap.* 58. *numer.* 7.
129 noo enim applicatur hic illa quaestio, an institutus in usufructo, si alius sit institutos in proprietate, et universalis post ejus mortem, efficiatur haeres universalis, vel ne, quae torsit ingenia doctissimorum virorom, tamqusm multum difficilis, intricata, et de apicibus juris, prout fatentur Duranos. *de art. text. tit. de legat. caut.* 39. *nu.* 1. *ad med.* Mantic. *de conject. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 1. Fusar. *cons.* 96. *num.* 10. Spada *cons.* 340. *num.* 7. *lib.* 3. Merlin. *decis.* 505. *num.* 7. nam ultra quod in ee Rota semper inclinavit pro negativa, quae saltem hodie praevalere videtur, ut late obstendit ibidem Merlin. n. 8. *et nu.* 13. et in eadem decisione illam deliberatissime emplectitur, ac plenissime firmat, quam etiam comprobavit novissime Altograd. *cons.* 104. *n.* 5. *et seq. lib.* 2. ubi ageretur do usufructoario, qui propter deficientiam cohaeredis, vel aliter, effectus esset haeres universalis, utique egrederemur termines quaestionis, quia iste non esset amplins simplex usufroctuarius, de quo agimus, sed esset haeres universalis, et tamquam talis non esset dubium, quod teneretur stare locationi, sed supponendo, quod simus in terminis simplicis usufructuarii, dum universalitas ususfructus, non facit eum successorem universalem, sed adhuc ea non obstante, ipse remanet legatarius, et sic successor particularis, utique ooo est discedendum a regule, quod successor particularis stare onn teneatur locationi, ot applicatur quarta declaratio ejusdem regulae supra tradita, quod non relevet jus in quo succeditur esse universale si titulus sit particularis, et hanc eamdem opinionem plenissime, et nervose aliis rationibus, et auctoritatibus comprobat etiam Castill. *de usufr. cap.* 73. *n.* 7. *et seq.*

130 Secondo limitatur, ut non procedat, si pensiones bonorum locatorum in concessione, seu relicto usosfructus expresse comprehensae sint, tunc enim usufrnctarius tenebitur stare locationi Carocc. *d tit. de usufruc. quaest.* 17. *numer.* 3. et deducitur ex textu in *d. l. arbores* 65. *ff. de usufr.* ut bene obstendit Castill. *d. cap.* 73. *numer.* 12. *et seqq.* et faciunt tradita supra in *quinto casu*, *§. opplicabitur etiom. numer.* 94.

131 Tertio limitetor si usufructuarius coeperit pensiones exigere quia tunc censetur approbasse locationem, et non potest amplius ab ea recedere Caroc. *d. tit. de usufr. qu.* 17. n. 4. quod licet nec jure, nec alicujus doctoris auctoritate eb eo comprobetur, tamen verissimum est secundum Castill. *d. cap.* 73. *n.* 15. et comprobatur ex dictis supra in *quinto casu prope finem n.* 95.

132 Quarto limitatur, ut procedat in vero usufructuario, non autem in emptore fructuum, iste enim si invenit fundum locatum tenetur stare locationi ex doctrine Alex. *in l. si filio familios. §. si vir in quinquennium num.* 15. *ff. sol. matr.* ubi dicit ita consuluisse, quam doctrinam sequitur Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 33. sed non placet ei ratio per Alexand. adducta, quod id procedat, quia emptor fructuum non habeat jus in re, prout emptor de quo loquitur, *l. empt. c. loc.* quia nec emptor fundi habet jus in re, sed ad rem, *l.* 1. *§. haeres, ff. od Trebell. l. ult. §. ult. ff. de contr. empt.* et
133 subdit aliam rationem reddi posse, quod emptor fructuom non succedit in plenum jus, et ideo in eo non procedit regula quod successor singularis non teneatur stare locationi, quod et dictum est supra in sexta declaratione *num.* 57. et Manticam refert, et sequitur Scapucc. *d. ampliat.* 10. *nu.* 12. ubi et addit quod forte posse etiam dici conductorem praeferendum esse ratione prioritatis temporis, ex quo etiam emptor
134 fructuum dicatur conductor, quae qoidem ratio fuit etiam adducta per Imol. ab eo non citatum in Clem. 1. *numer.* 15. *de reb. eccles. non alien.* quem refert et sequitur Cancerius *varior. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 30. ubi tamen etiam ostendit
135 late differentiam inter istum fructuum emptorem, ac emptorem ususfructus, ex quo iste etiam si sit emptio ad tempus tamen habet partem dominii *l.* 4. *ff. de usufr.* quod potest concedi ad tempus *arg. l. fin. cod. de legat.* ex quo respondeti posset ad objectum quod forte quis faceret contra conclusionem supra firmatam in principio hujus casus, usufructuarium non teneri stare colono dicendo, imo teneri, ex quo in eo quoque applicetor d. declaratio sexta, dum nec ipse succedit in plenum jus, nam satis dicitur succedere in plenum jus, ad hunc effectum, is, qui consequitur usumfructum, dum plene assequitur eam partem dominii, in qua continetur usus 136 rei promissus conductori, adeo ut nulla possit assignari rationabilis differentia ad hunc effectum inter legatum rei, et legatum ususfructuus ipsius rei, nam etiam in isto venit potestas percipiendi omnes fructus, et noo censetur reservatum jus coloni, prout in legato rei, ut post Imolam, dicit Mantic. *de tacit lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 5. et Scapuccin. *de singul. success. ampliat.* 3. *num.* 3. alias si haec responsio non placeret, necesse esset dicere praefatam declarationem limitari in usufructuario, prout videtur esse sensus Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. n. 25. *et* 26.

De usuario quoque idem dicendum est, ac de emptore fructuum, ut scilicet, et ipse teneatur stare conductori, ea- 137 que praecipua ratione, quod nec ipse habeat aliquod dominium in re, sed merum usum, qui fuit concessus etiam conductori, ut patet in definitione locationis, et conductionis de qua in *cap.* 1. et ideo iste praeferri debet tamquam prior, ut dictum est supra de d. emptore fructuom, adeout noo remaneat locus ambigendi, ut dicit Scapuccio. *in. d. ampl.* 10. *n.* 11. Duen. *reg.* 240. *lim.* 11.

Decimus casus sit in succedente titolo lucrativo. et specialiter in fideicommissario, legatario, primogenito, et donatario, an stare teneantur locationi factae per antecessorem et loquendo generaliter de succedente titulo lucrativo, quod etiam in eo procedat regula, ut si sit successor singularis non teneatur stare locationi, tradit Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 138 10. *num.* 4. et fortius, quod omnis succedens titulo lucrativo non teneatur stare locationi, docuit Alberic. *in l. arbores num.* 2. *ff. de usufr. et quemodmod. quis utat. fruat.* Sed haec propositio Alberici est nimis ampla, dum videtor excludere in succedentibus titulo lucrativo, omnem limitationem regulae, et iden merito reprobatur a Scapuccin. *de sin-* 139 *gul. success. ampliot.* 4. num. 2. *et seqq. ubi num.* 6. dicit Albericum fuisse inadvertenter locutum et deveniendo ad casus speciales, melius patebit veritas.

Incipiendo igitur a legatario, et fidei commissario, distinguendum est inter locationem factam a testatore, et locationem factam ab haerede gravato et si facta sit a testatore, aut agitur de fideicommissario paticulari certae rei, seu legata- 140 rio, et dicendom est eum non teneri, quia applicatur regula quod successor singularis non teneatur qood, et probat in specie text. *in l. qui fundum.* 35. *ff. locat.* et tradunt Bald. *in l.* 1. *num.* 17. *post. med. cod. de usufr. et fruct. legatorum*, ubi, quod neque potest legatarius agere ad pensiones, nisi in legato dictom sit, salvo jure coloni Peregr *de fidei-* 141 *comm. art.* 40. *num.* 90. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *numer.* 5. Scapuccin *ampliat.* 3. *num.* 1. et late seqq. Rot. post Vivian *decis.* 56. *numer* 11. intelligendo tamen semper de locatione ad breve tempus, per quam conductor non acquirit 142 jus in re, qoia quoad locationem ad longum tempus, secus est dicendum, ut declaratum fuit generaliter supra, et in his terminis declarat post Bart. Peregr. *d. artic:* 40. *numer.* 95. Aut est universalis, et tunc quia iste est loco haeredis, et in eum transeunt omnes actiones activae, et passivae *l. postu-* 143 *lante, §. sed et in hujusmodi. ff. ad Trebell.* et in *l. si filius, ff. quod cum eo,* tenetur locationi stare Peregrin. *d. articul.* 40. *numer.* 92. Statil. de Salvian. *interdict. inspe-* 144 *ct.* 4. *cap.* 1. *num.* 35. Scapuccin, *d. ampliat.* 3. *numer.* 8. *et* 9.

Ubi autem locatio facta sit ab haerede gravato, licet aliqui 145 voluerint fideicommissarium non teneri illi stare, relati per Fusar. *de substitutionibus quaest.* 526. *num.* 2. et praecipue Molin. *de primogen. lib* 1 *cap.* 21. *n.* 3. Tamen contrarium videtur verius, quia fideicommissarios est de successoribus in quos fit translatio de necessitate, et sic applicatur declaratio septima supra tradite *num.* 58. quod etiam successor singularis, quando est necessarios, tenetor stare locationi per antecessorem factae, prout post antiquiores relatos per Fusar. *d. quaest.* 526. *num.* 1. tenent Peregr. *de fideicom. art.* 40. *n.* 102. *et seqq.* ubi doctissime contrarie argomenta submovet Statil. Pacif. de Salv. *inspect.* 4. *cap.* 1. *numer.* 36. Scapuccin. *de singul. success. ampliat.* 3. *num.* 10. Ciarlin. *contr.* 93. *numer.* 3. ubi quamplurimos alios cumolat, ex quibus dignoscitur hanc opinionem esse etiam magis communiter receptam.

146 Ampliaturque *d.* opinio. ut procedat tam in fideicommis-
sario universali, quam etiam in particulari, et tam in loca-
tione facta a primo haerede, quam etiam in facta a primo fi-
deicommissario, vel subsequentibus respectu aliorum, cum
semper militet eadem ratio Peregr. *d. art.* 40. *n.* 102. *post*
med. Fosar. *d. qu.* 526. *n.* 3. *et* 4.

147 Limitatur vero, ut procedat in locatione ad modicum tem-
pus, non autem in ea quae est facta per haeredem gravatum
ad longum tempus, nam quo ad istam licet dictum fuerit su-
pra, quod imo successor singularis tenetur ei stare, tamen
declaratum etiam fuit, id procedere, quatenus fuerit valide fa-
cta, et ista declaratio applicatur, quia locatio ad longum tem-
148 pus est alienatio, ut alibi fuit explicatum, et haeres gravatus
non potest alienare Auth. *res quae, et l. fi. §. sed quia, c.*
com. de legat. et ideo, nec valet locatio ad longum tempus
per eum facta, *l. fin. c. de reb. alien.* ubi Bart. et alii Peregr.
de fideic. artic. 40. *num.* 106. Scapuc. *d. ampl.* 3. n. 12. Fu-
sar. *qu.* 526. *num.* 6. Ciarlin. *contr.* 93. *n.* 3. Gratian. *disc.*
37. *n.* 14.

149 Et stante dicta nullitate, non poterit praetendere condu-
ctor, quod teneatur stare fideicommissarius, saltem pro bre-
vi tempore, pro quo permissa est locatio gravato, quia loca-
tio ad longum tempus, est nulla in totum, Alessan. *cons.* 17.
num. 11. *lib.* 4. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.*
25. *et* 28. Peregr. *artic.* 40. *num* 106. ubi etiam reddit ra-
tionem, quia alias mutaretur species contractus, cum multum
intersit inter locationem ad longum tempus, et locationem
ad breve tempus, et faciunt tradita in simili de locatione bo-
norum ecclesiae, ultra tempus permissum, facta, quod non
sustineatur in temporo permisso, de quo late in *cap.* 14. §. 7.
post princ.

150 Quo autem ad primogenitum succedentem in majoratu,
seu primogenitura, quod non teneatur stare locationi factae
per antecessorem suum, firmat Molina *de primog. lib.* 1. *ca-
pit.* 21. *num.* 1. et Scapuccin. *de singul. success. ampliat.*
5. *num.* 1. *et seqq.* et tenuit etiam Pacif. de Salvian. *inspe-
ct.* 4. *cap.* 1. *num.* 23. *et* 24. cum aliis plenissima manu mo-
re suo cumulatis per Castill. *de conject. tom.* 6. *cap.* 161. n.
15. ex quibus patet hanc esse communem, et esse adeo com-
munem, ut nemo ab ea discrepaverit asserit Molin *d. cap.* 21
n. 3. *in fin.* et Castill. *d. n.* 15.

151 In contrarium tamen urget quod primogenitura nihil aliud
est, quam fideicommissum primogenitorum favore relictum,
ex relatis per Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 7.
et Fusar. *de substitut. quaest.* 277. *num* 70. *et quaest* 387.
num. 10. ergo sicut diximus fideicommissarium teneri stare
locationi, ita dicendum est de primogenito; et quod valeat
hoc argumentum probat ipsemet Molin *in suproc. cap.* 21.
num. 1. *lib.* 1. dum supponens, quod fideicommissarius non
teneatur stare locationi, eodem argumento utitur ad proban-
dam praedictam opinionem de primogenito.

Ad sustinendam primam, et communem opinionem, ani-
madvertendum, quod licet primogenitura, seu majoratus in
152 pluribus conveniat cum fideicommissis, tamen in aliquibus
differt, et signanter in eo quod fideicommissarius debet cape-
153 re de manu haeredis rem fideicommisso subjectam *l. eam
quam.* o. *de fideicom.* et poni per haeredem in locum suum
l. qui quadrigento, ff. ad Trebell. et sic succedit per viam
transmissionis de una persona in aliam, cum imo nec possit
successive vocatus agere, nisi facta sibi per gravatum resti-
tutione *l.* 2. *in princ. et leg. restituto, ff. ad Trebell.* Me-
noch. *de adipisc. rem.* 4. *num.* 166. *et seqq.* quod secus est
154 in primogenitura, quia in ea non succeditur per viam trans-
missionis de una persona in aliam, sed uno sublato de medio,
alius succedit ex persona propria, ut post Castren. *in consil.*
164. *lib.* 2 declarat Dec. *cons.* 498. *num.* 19. et optime dif-
ferentiam istam tradit, ac latius comprobat Molin. *de primo-
gen. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. *juncto numer.* 17. et sequitur
Castill. *lib.* 5. *de conject. cap.* 65. *nu.* 84. *et* 85. unde pa-
tet, quod in primogenitura applicatur declaratio octava su-
pra tradita num. 60. quod quando jus antecessoris locantis
non transmittitur in successorem, sed potius extinguitur, et
finitur, licet non applicetur regula, quod successor singularis
non teneatur stare locationi, quia intret aliqua alia declarato
seu limitatio ejusdem regulae, tamen adhoc successor non te-
netur stare alia ratione, quia nempe resoluto, et extincto
jure locatoris, resolvitur etiam, et extinguitur jus conducto-
ris per reg. *l. res vectigalis ff. de pignor. cum aliis ibi ci-
tat.*

155 At distinctio ista procedit in primogenitura facta per con-
tractum, de qua loquitur Castren. et Dec. supra citati, nempe
in donatione, quia tunc tot censentur donationes distinctae, 156
et in dependentes, quot personae quibus successive donatum
fuit, Bero. *cons.* 53. *num.* 18. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 1153.
num. 1. *et seqq.* Ger. Spin. *cons.* 49. *num.* 47. *et seqq.* Al-
tograd. *cons.* 43. *num.* 66. *lib.* 2. Merlin *dec.* 404. *num.* 7.
licet enim in donatione possit constitui fideicommissum, 157
ut in specie, quod primogenitura etiam in donatione insti-
tuta censeatur per fideicommissum, tradit Mol. *de prim. lib.*
1. *c.* 1. *num.* 9. tamen est fideicommissum improprium Mol. 158
de pact. nupt. lib. 3. *qu.* 22. *numer.* 15. *vers. impropriae,*
Peregr. *ar.* 52. *num.* 2. *vers. et licet*, Giovagnon. *cons.* 34.
num. 6. *lib.* 2. Sord. *con.* 247. *num.* 4. *vers. unum tamen
fateri*, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 3.
nu. 34. adeout in eo vocatus consequatur potius jure directo
a donante, quam obliquo a gravato Suarez *alleg.* 9. *numer.*
16. *post princ.* Surd. *cons.* 375. *num.* 34. Maris *voto* 215.
num. 2. *et seq.* si ubi primogenitura instituta esset in testa-
mento per viam veri, et proprii fideicommissi, prout practi- 159
cari plurimum solet in Italia, tunc recedendum esset a dicta
opinione communi, et dicendum successorem in ea stare de-
bere locationi, prout dictum est de fideicommissario, et in
specie de successore in primogenitura, sensit Caroc. *de loc.
tit. de possess. major.* *qu.* 1. *num. primo et* 8. et apertius
Peregr. *de fideicomm. artic.* 40. *n.* 96. *ad finem.*

Retenta autem praedicta distinctione inter primogenituram
institutam per viam donationis, et institutam per viam veri,
et proprii fideicommissi, sequitur, ut diversimode declarari
debeat resolutio in utroque casu, nam in primo. nempe ubi 160
primogenitura est instituta per viam donationis, procedit, ut
quod dictum est primogenitum stare non debere locationi,
habeat locum in locatione facta ab antecessore in primogeni-
tura, non autem in facta ab institutore primogeniturae, ut
volunt Gottier *can. quaestion. capit.* 36. *numer.* 11. ubi ta-
men declarat procedere in locatione facta ante fundationem
primogeniturae non postea, si primogenitura sit irrevocabi-
lis lib. 1. et Scapuccin. dict. ampliat. 5. numer. 8. quia do-
natarius tenetur stare locationi factae a donante, ut dicam
infra.

At secus est in fideicommissario, seu legatario, quia non 161
tenentur stare locationi per testatorem factae, nisi in quan-
tum sint successores universales, ut probatum fuit supra.

Sic etiam quamvis primogenitus successor recipiendo pen- 162
siones a conductore, non obligetur propterea stare locationi,
nisi pro anno illo, pro quo pensiones recepit, ut firmat Mo-
lin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 21. *n* 7. tamen hoc quoque procedit
si agatur de primogenitura instituta in donatione, ex quo tunc 163
successor in ea non succedit antecessori per viam transmis-
sionis, sed per viam privationis, et deficientiae illius, et sic
applicatur tradita in declaratione octava, secus autem si suc-
cedat per viam veri, et proprii fideicommissi, ut supra di-
stinctum est. Et idem dicendum est de aliis declarationibus,
quae praefatae conclusioni, quod successor in primogenitura
non teneatur stare locationi, applicari possunt. quas hic o-
mitto, quia uti communes aliis casibus, alibi tradidi, sed in
specie videri poterunt penes Molin. *de primog. d. cap.* 21. *n.*
14. *et seq. lib.* 1. et Scapuccin. *de sing. success. d. ampl.* 5.
n. 9. *et seq.*

Quo vero ad donatarium, dicendum est, quod etiamsi sit 164
particularis, adhoc teneatur stare locationi, quia censetur do-
nata res cum onere suo, et sic cum onere illo permittendi
conductorem ea re uti, ut plene firmavit Surd *decis.* 172. *n.* 165
7. et latius comprobavit Scapucc. *de singul. success. ampl.*
4. *num.* 2. *et seq.* Non enim applicatur ratio illa in qua di-
ctum est supra fundari conclusionem, quod successor singu-
laris locationi stare non teneatur, videlicet, quia in eum non 166
transeat actio personalis, quia non procedit si successor sin-
gularis titulum habeat lucrativum, ut per text. *in l. si me,
et Titio ff. si certum petat.* advertit in proposito Mantic. *de
tacit. lib.* 5. *tit.* 11. *sub. numer.* 20. et sequitur Scapuccin.
dict. ampl. 4. n. 6. Neque applicatur text. *in l. qui fundum ff.* 167
loc. cum aliis auctoritatibus supra adductis probantibus le-
gatarium non teneri stare locationi, quia licet legatum dica-
tur donatio quaedam §. *legatum instit. tit. de legat.* tamen 168
in pluribus differunt, et signanter in hoc, quod legatum la-
tius interpretatur favore legatarii, et propterea non applicatur
dicta ratio, quod censeatur testatorem reliquisse cum onere
illo, quod habebat testator permittendi conductorem re uti
Scapucc. *dict. ampliat* 4. *numer.* 4. *et seqq.* censetur enim 169
testatorem legasse, seu fideicommisisse rem uti liberam, itaut

quatenus noo sit, haeres teneatur eam lauru *l. si res obliga-
to* 60. *in princ. ff. de legat.* 1. *et leg. praedia* 6. *c. de fideio.*
quod non procedit in donatione juxa Rota *in decis.* 143. *n.*
5. *et seqq. part.* 5. *recent. et decis.* 517. post Cenc. *de cenr.*
Cyrocc. *disc.* 52. *num.* 62. quod tamen noo transit sinu diffi-
cultate, ex tradita per Gratian. *disp.* 955. *numer.* u3. *et seq.*
et Cenc. *de cens. quaestion.* 79. *numer.* 25 *et seq.*

170 Procedunt autem praedicta si agatur de locatione facta ub
ipso donantu, uam ubi ageretur de donatione pluribus suc-
cessive facta, et unus ex primis donatariis locasset, et quae-
reretur, an successive vocatus stare deberet illi locationi, dicen-
dum esset non teneri stare, juxta tradita supra in primogeni-
turis. n. 159.

171 Undecimus casus sit si emphiteuta, vel feudatarius locave-
rit bona emphytuutica, rel feudataria, et quaeratur, an ujus
successor stare teneatur locationi, in quo si agatur du emphy-
teusi, vel feudo haereditario, utique est respondendum affir-
mative, quia successor debet esse haeres, et proinde non po-
test impugnare factum defuncti, vulgata *l. cum a matre c.
de rei vindic.* et in proposito Scapuccin. *de sing. succ. ampl.*
11. *n.* 8. *et* 9. ubi, et idem esse si ex forma statuti, vel alias,
bona emphyteutica sint redacta ad instar allodialium.

Si vero emphyteusis sit ex pacto, et providentia, ridebatur
172 prima facio dicendum successoram in ea teneri stare locatio-
ni ad instar successoris in fideicommisso, sed contrarium sentire
ridetur Scapuccin. *in dict. tract. du sing. success. ampliat.*
11 *nu.* 10. ut licet adducat rationem, quod resoluto juru em-
phyteutae, omne jus dicitur resolutum, et alleget auctorita-
tes loquentes de fine emphyteusis, et sic concludentes, quod
non teneatur stare dominus directus, qui succedit, resoluto
juru emphyteutico, et finita emphyteusi, de qua dicemus in-
fra, non autem in successive vocato, tamen crederem, et in
isto procedere dictam rationem, quod resoluto jure datoris
resolvatur jus acceptoris, et applicari declarationem octavam
regulae supra traditam, quia emphytuuta non transmittit jus
suum in successive rocatum ad instar gravati per fideicom-
missum, nam ista ante eventum conditionis fideicommisso a-
djectae habet dominium bonorum, quau interim dicuntur sua
173 Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. num. 5. *cod. de bonis matern.* Me-
noch. *cons.* 955. *num.* 28. Leon. *cons.* 13. *num.* 14. *et seqq.*
Becc, *cons.* 160. *num.* 18. Surd. *cons.* 73. *num,* 78. Rauden.
resol. 33. *num.* 16. *vers. praeterea*, Peregrio. *art.* 35. *num.*
29. *ad fin. et decis. Patav.* 64. *num.* 2. Magon. *decis. Flor.*
72. *num.* 6. *et* 7. Sesse *dec.* 53. *num.* 5. Et quatenus con-
174 ditio non purificetor, vel purificata deficiat, substitutus do-
minium continuat, quia restituit bona vocato si adsit, et si
non adsit, vul uolit ea recipera, continuat ea retinere tam-
175 quam dominus, itaut si interim alienavit sustineatur aliuna-
tio etiamsi fuisset expresse prohibita Natta *cons.* 445. *num.*
19. *et cons.* 470. *num.* 3. Gabr. *conr.* 96. *numer.* 8. *lib.* 1.
Menoch. *cons* 732. *num.* 54. Roland. *cons.* 25. *numer.* 18.
lib. 1. Rot. *decis.* 160. *num.* 2. *part.* 4. *ut decir* 8. *numer.*
13. *par.* 7. *recent.* et existente conditione, se petente voca-
to ipse ei restituit Menoch. *adipisc. rem.* 4. *nu.* 166. *et seq.*
Rot cor. Buratt. *dec.* 115. *num.* 1. cum debeat fideicommis-
sarius poni pur haeredem in locum suum *l. qui quadragin-
ta ff. od trebell.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 14.
176 at emphyteuta non est interim dominus, quia dominium di-
rectum remanet penes concedentem, et deficiunte successive
vocato, non retinet sibi rem, sed ea devolvitur ad dominum
directum, et successive vocatus non indiget aliqua restitu-
tione praecedenti, sed vigore investiturae succedit, et immit-
titur Bald. *in cap. caeterum. numer.* 11. *de judic.* Ruland.
cons. 1. *num.* 52. *et seqq. lib.* 1. Intrigliol. *de feud. centur.
prima quaestion.* 55. *nu.* 12. Surd. *cons.* 571. n. 4. *versic.
et in feudo*, Rusealal. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 8. *num.* 3.
Rota. *decis.* 220. *num.* 3. *part.* 4. *div. et decis.* 2159. *n.* 29.
coram Coccino.

177 Ubi autem succedat ipse dominus directus, distinguendum
est inter successionem ex causa necessaria, puta juris emphy-
teutici, seu legis investiturau, et successionem ex causa me-
re voluntaria retrocessionis factae per emphyteutam, et stante
prima, clarum est eum non teneri stare locationi, cum omne
jus conductoris per resolutionem juris emphyteutae, qui lo-
cavit, expiraverit, juxta tradita in dicta declaratione octava,
quae evidenter applicatur Fulgin. *de jur. emph. tit. de re-
178 nunciat. quaest.* 11. *num* 1. adeout nec emphyteuta, seu e-
jus haeres teneatur ad aliquod damnum conductori reficien-
dum, si rem uti emphyteuticam locarit, ex quo dicatur loca-
tio finita ex natura rei, quo casu nec evitio debetur Seraphin.
dec. 1480. *n.* 4. et in his terminis Scapuccin. *dicta ampl.*
11 *numer.* 4. Borgnin *decis.* 25. *num.* 8. *par.* 2. ut faciunt
supra tradita du locatione facta ab usufructuario. Stante au- 179
tem secunda, quia nempe emphyteuta sponte rem vendiderit
aut donaverit; aut aliter cesserit, rel reliquerit domino, con-
trarium est dicendum, quia tunc jus emphyteutae non ex-
tinguitur, sed transfertur, et ideo debet transiro cum onere
suo, ut consuluit Bald, *consil.* 372. *per tot. lib.* 1. ubi a-
liquas etiam rationes eddit, et in fine dicit, hanc opi-
nionem esse multum aequam, et eum eo transeunt Tira-
quell. *de retract. lignag.* §. 34. *glos.* 1. *num.* 9. Mantic. *de
tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 31. Fulgin. *de jure emphyt. d. tit.
du renunc. quaest.* 11. Scapuccin. *d. ampl.* 11. *nu.* 5. Surd.
dec. 286. *n.* 4.

Verum licet praefati loquantur absolute, ut indistincte, ta-
men prima faciu vidubatur constituenda regula in contra-
rium, quod scilicet etiam in d. successione roluntaria, dominus
non teneatur stare locationi, et opinionum praefatam intelli-
gundam esse, rel in locationa ad longum tempus, rel stante
hypotheca, rel quid alio concurrentu per quod recedi deberet
ab ipsa regula, quod successor singularis non tenuatur stare
locationi, dum non apperet ratio ab recedendi, sed perpensis
cis quae adducuntur per Bald. *in dict. cons.* 372. talis ratio
non deest, dicit enim ultimo loco, quod conducens a primo
conductore, habet caussam, a primo locatoru, ergo non potest
per primum locatorem expelli, quod idem est, ac si diceret,
quod dominus primus locator concedundo emphyteusim taci-
te dedit emphyteutau primo conductori facultatem sublocandi,
oude applicatur tertia declaratio dictau regulae, quod ea non
procedat quando singularis successor tacite consensit antecces-
sorem locare posse, et sic rura est opinio supra firmata, ut in di-
stincte teneatur dominus directus stare locationi, quando jus
emphyteuticum non est sui natura resolutum, sed in ipsum
roluntarie translatum.

Quod et procedit nedum in locationu facta ab emphyteuta, 180
sed etiam in qualibet sublocationa per conductoram postea
renunciantem facta, cum in qualibet locationu reniat facul-
tas sublocandi, ut suo loco dictum est.

Limitatur tamen dict. conclusio, ut procedat si renuncia- 181
tio, seu cessio praedicta fieri non possit invito domino prout
fieri regulariter non potest in locatione ut emphyteusi, nam
si fieri possit, et facta sit, prout, secundum aliquos, potest de
jura in feudo, ut aliquibus in locis, medianteu statuto, in em-
phyteusi, ut locatione, tunc rationi non congruit, ut dominus
stare teneatur locationi, ut firmat Tiraquell. *de retract. li-
gnag.* §. 34. *glos.* 1. n. 10.

Praeterea dubitari poterit, an si emphytuuta non vendide- 182
rit directo domino, sed alteri tertio, ipseque dominus voluc-
rit uti praelationu quam jura sibi concedunt, in tali vendi-
tionu, quodnam ex membris praefatae distinctionis applicetur
et videbatur applicari secundum de voluntaria acquisitione,
cum tam respectu emphyteutau venditio fuerit roluntaria,
quam respectu domini voluntaria emptio, et tamen contra-
rium fuit decisum per Senatum Pedemont. penes Osasc. de-
cis. 156. per tot. quia dominus non utitur jure privati, sed
jure emphyteutico, et sui dominii, itaut hoc quoque casu jus
emphyteutae, qui locavit resolvatur.

Et dubitari etiam potest, si emphyteusis, seu feudum re- 183
vertatur quidem ad dominum ea lege feudali, aut emphyteu-
tica, sed culpa emphytuutae, atque commissa post locationem
factam, puta quia omiserit canonem solvere, rel absque con-
sensu domini alienaverit, an dici debeat ista reversio volun-
taria, et talis, quae praejudicare conductori non debeat, maxi-
me attenta culpa, quae tertio nocere non debet et licet eam no-
cere non debere conductori senserit Purp. c. 429. n. 6. et eum eo
transire visus sit Mantic. *de tacit. lib.* 5 *tit.* 10. *n.* 30. tamen id 184
procedere potest quoad effectum, ut conductor possit ab ipso em-
phyteuta damna repetere, at respectu domini, ipse non tenetur
stare locationi, quia emphyteusis resolritur per legem emphy-
teuticam, et factum emphytuutae, nempe locatio, non potest
resolutionem impedire, seu moderare, itaut non sit libera,
nec applicatur, quod culpa non debet nocere tertio, quia pro-
cedit quando est culpa ad illud ordinata ut noceat, non au-
tem quando non est ad id ordinata, sed praejudicat ei per in-
directum, seu in quamdam consequentiam Bald. *in l.* 2. n. 17.
c. de resc. vend. ut aliis adductis declarat in proposito Sca-
puccin. *d. ampl.* 11. *n.* 6.

Duodecimus casus erit si e contra dominus locaverit ad bre- 185
ve tempus, ac deinde bona locata in emphyteusim, seu feu-
dum concesserit, aut ad longum tempus locaverit an acqui-

rentes per contractos istos teneantur staru illi locationi praecu-
dunti, et respoudendum est negative, quia applicatur regula de
successore siogulari. quae procedit etiam in succedentibus in
solo dominio utili, ut emphyteusis Bartol. *in leg. penult. cod*
de mancip. et colon. lib. 11. Scapoccin. *dict. ampliat.* 11.
num. 7. et faciunt ea, quae dicta sont supra in casu 9. de a-
cquiroote solum osumfroctum.

Limitatur tamun haec traditio, ut procedat in emphyteota
privati, secus aotem in emphytuota fisci, vel ecclesiae, isto
186 enim tenetue staru colono Bart. *ubi supra*, et aliis latu ad-
doct. Caroc. *de locat. tit. de jure umphyt. quaest.* 19. *per*
tot. et Scapocin. *dict. ampliat.* 11. *num.* 7. patubitque veri-
tas, ut ratio hujus limitationis ex mox dicendis.

187 Decimos tertius casus sit in successore singulari fisci seu
ecclesiae, de quo si quaeratur, an teneatur stare coloon, re-
spoodendum erit affirmative, nam quo ad eum qui emit a fi-
sco, quod tenestur stare colono, est text. *in l. fin. prope fin.*
principii ff. de jur. Fisci, et quoad emphyteutas, quod si
expellant colonos priventur praediis sibi concessis, est text. *in*
l. penult. c. de mancip. et col. lib. 11.

Verum quod attinet ad praefata jura antequam ea dimit-
tamus animadvertendum textum in *d. l. fin.* probare empto-
rem teneri per annum tantum, dicit enim illum pensionem
ejus anni a colono receptorum, *et ibid. glos. in ver. ejus ad-*
dit. tantum.

Et quoad text. *in d. l. penult. c. de mancip. et colon. lib.*
11. animadvertendum quod loquitur de expellentibus co-
lonos aotiqnissimos, et ideo, dum dicit privandos praediis,
cum haec sit poena, non potest extendi ad expellentes sim-
plicem conductorem Scapuccio. *ampl.* 7. *num.* 8. in poenali-
bus enim non debet fieri extensio Seraph. *dec.* 1443. *n.* 12.
et 13.

Inferunt tamen ex eisdem juribus doctores, quoad sin-
gulares successores fisci absolute teneantur stare locationi per
eumdem fiscum antecedenter factae Bartol. in *dict. l. penult.*
in princip. cod. de mancip. et colon lib. 11. Angel. *consil.*
245. *num.* 6. *in princip. vers. fallit tamen* Duen. *reg.* 440.
lim. 8. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. n. 28. Scapuccin. *d.*
tract. de singul. succes. ampl. 7. *nu.* 7. Posth. *de subhast.*
inspect. 44. *n.* 75.

188 Dicunt autem quamplores hoc constitutum specialiter per
jura praedicta in fisco, ne conductores expulsi habeant con-
tra ipsum regressum, et ipse teneatur eis damna reficere, ut
refert Scapuccin d. ampl. 7. num. 7. sed ipse sub num. seq.
vers. caeterum. insurgit contra eos, dicens, quod recurrere ad
rationem specialitatis est refugium miserorum, et debilitas in-
tellectus, et in haec prorumpit, quia forte non observavit praefa-
tam rationem, ne fiscus teneatur colonis haberi in ipso textu di-
ctae *l. fin. ff. de jur. fisci* et considerari per glos. *in d. l. penul.*
c. de mancip et colon. lib. 11. et ibidem etiam per Bart. ul-
terius, quod sit privilegium, et particulare jus fisci probatur
etiam quia leges intelligi debent secundum rubricam, sub
qua ponuntur, *leg. imperatores* 19. *ff. de in diem addict.*
Castr. *in l.* 1. *num.* 4. *ff. si cert. petat.* Jason. *in rubr. in-*
stitut. de action. sed dict. leg. fio ponitur sub *tit. de jure fi-*
sci ergo dicendum est esse jus speciale, et sic privilegium illud.
ut argumentatur in specie Cevall. *com. contra comm. qu.*
756. *n.* 75.

Non tamen propterea displicent aliae rationes, quas ibi-
189 dem post alios subnectit Scapoccin. quarum una est, quod
in locatione facta per fiscum, quamvis ad modicum tempus,
tribuitur conductori jus ad rem, ut utile dominium ut di-
ctum est supra in cap. 27. et late probat signantue Gratian.
discept. 257. *num.* 15. *et plur. seqq. ubi num.* 19. quod id
procedit non solum in locatione fisci, sed etiam in locatione
municipii, et reipublicae, et sic in ea non applicatur regula,
quod successor singularis non teneatur ei stare, cum non ap-
plicetur ratio illius, quam diximus esse, quia conductor ad
modicum tempus nullum habet jus in re.

190 Altera ratio est, quia contractus fiscales vim legis obtinent,
et ideo debent intelligi sine alterius injuria Roman. *in l. si*
filio §. si vir in quinquennium num. 39. *ff. sol. matr.* Man-
tic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 10. *num* 28. *in fin.* et majorem fi-
191 dem in principe locante, quam in privato desiderari addit
Pinell. *in l.* 1. *par.* 3. *n.* 67. *in fin. vers. ultra doctores c. de*
bon. mater.

Ex praedictis infertur, quod etiam singulari successor ec-
192 clesiae, teneatur stare colono Bart. *in l. penult. num.* 2. *c. de*
mancip. et colun. lib. 11. et ibi Imolen. in add. Romao. *sin-*
gul. 63. Corset. *sing.* 101. et licet non desint contrarium sen-
tientes, relati per Adden. ad Romao. *in d. sing.* 63. Cevall.
qui cum eis transit *quaest.* 756. *num.* 77. tamen dicta prima
opinio est probabilior, ut dicit Scapuccin. *de singul. suc-*
cess. ampliat. 7. *numer.* 5. *vers. et saltem*, valet enim argu-
mentum a fisco ad ecclesiam, ut patet in *leg. fin. cod. de sa-* 193
cros. eccles. et tradit Ererar. *in loc. a fisco ad ecclesiam*
Barbos. *in loc. argumentorum loc.* 49. et omnia privilegia
fisco concessa competunt etiam piae causae Tiraquell. *de priv.* 194
piae caus. priv. 143. maxime dum non adest diversitas ratio-
nis, nec contrarium reperitur in jure expressum, et casus est 195
applicabilis, ut declarat Ric. *in addit ad eumdem Tiraquell.*
in praefat. privil. unde dum hoc est privilegium fisci, debet
etiam competere ecclesiae, et applicatur etiam illa ratio quod
major fides desideratur in ecclesia locante, quam in privato,
et sic ut postmodum non abeuet in perniciem conductoris, ut
in principe consideratur Pinell. ubi supra.

Decimus quartus casus sit e contra, si fiscus, vel ecclesia 196
succedat in praedio locato, an teneatur stare locationi, et re-
spondendum est negative, cum non adsit ratio cur recedere
debeamus a regula, quae est, quod successor singularis stare
non tenentur locationi, et facere deteriorem conditionem fi-
sci, et ecclesiae. Imo dicendum, quod etiam in casibus in qui-
bus alii tenentur ipsi non teneantur, prout si fiscus succedat
ex quo bona publicentur, tunc ipse est successor necessarius,
non voluntarius, et ideo deberet teneri juxta optimam decla- 197
rationem dictae regulae supra traditam n. 58. et tamen eum
non teneri probat text. in *l. si fundus cum glos. ibi ver. te-*
neris ff. loc. idque speciali ejus privilegio tribuit post alios
Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 14. et Scapuccin. *de*
singul. success. ampl. 7. *nu.* 1. *et* 2. Posth. *de subhast. in-*
spect. 44. *n.* 74.

Nec diversimode statuendum est de ecclesia, cum privile- 198
gia concessa fisco, competunt etiam ecclesiae ut mox dicebam
et firmat Tiraq. *de priv. piae caus. priv.* 143 *per tot.* in his
terminis Scapucc. *d. tract. ampl.* 8. *num.* 1. et esse veriorem
opinionem, dicit Caroc. *de loc. tit. de success. quaest.* 20.
num. 2.

At praedicta procedunt si agatur de successore titulo sin- 199
gulari, nam alias si ageretur de successione universali, secus
esset dicendum Cart. Sen. *cons.* 10. *num.* 1. Caroc. *de loc.*
tit. de success. quaest 14. *num.* 2. Scapucc. *d. ampl.* 7. *n.*
2. *vers. hoc tamen verum* Et licet fiscus, quando succedit ex
maleficio, vel in bonis vacantibus, non dicatur proprie haeres 200
sed succedat loco haeredis *l. quoties §. fin. ff. de novat. l.*
inter eos §. ultimo ff. de fidejuss. l. tutoris e. ad leg. jul.
Bart. *in l. postquam haeres num.* 2. *in fin. ff. ut legat non.*
caveat. ut dicitur successor bonorum non personae Alex. *in* 201
l. si constante §. ult. num. 4. *ff. sol. matrim.* adeout in eo
videatur applicari ratio cur successor singularis non teneatur
stare locationi, quam esse diximus, quia in eum non transeunt
obligationes personales, tamen sufficit, quod sit successor u- 202
niversalis bonorum, et loco haeredis habeatur adhoc, ut loca-
tioni stare debeat, ut probat Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 9.
num. 8. et eum sequitur Scapuccin. dict. ampl. 7. num. 4. et
5. Neque applicatur in eo declaratio 4. supra ad regulam tra-
dita, quia ibi dictum est non sufficere successionem in jure
universali, si succedatur titulo particulari, et fiscus succedit
loco haeredis, et sic titulo universali non particulari, ut do- 203
cet Bald. *in l. si constante, §. fin. numer.* 2. *ff. solut. matr.*
licet dicat non succedere personae, quia hoc non attenditur
ad istum effectum Scapuccin. *d. n.* 5.

Posset forsan dubitari, quid dicendum sit, si princeps suc- 204
cedat principi qui locavit an teneatur stare locationi, quia at-
tenta persona succedentis non tenetur stare, ex dictis supra
in casu isto, attenta vero persona locantis, tenetur, ex dictis
in casu praecedenti. Verum, quia ex dictis in casu isto patet,
quod fiscus, seu princeps non tenetur stare locationi, quia in
eo quoque procedit regula, quod successor singularis stare non
teneatur locationi, sequitur, ut hoc procedat quatenus non ap-
plicetur aliqua limitatio ipsius regulae, sed sic est, quod ea li-
mitatur si locatio sit facta a principe ex deductis in casu prae-
cedenti, ergo princeps succedens principi tenebitur stare,
et ultra hanc rationem, opinio ista non caret auctoritate,
eam enim firmavit Purpurat. *cons.* 424. *num.* 4. *et seqq.* u-
bi loquitur de successione in Marchionatu, et respondet si-
gnanter ad unum objectum, quod fieri posset de dicendis in-
fra in casu proximo de succedente in dignitate ecclesiastica,
quod non teneatur stare locationi factae per suum antecesso-
rem in ea, dicens, quod non valet argumentum, quia major 205
est potestas principis saecularis in bonis Marchionatus, vel al-

terius dignitatis perpetuae, et transmissibilis ad successores
sanguinis, quam sit potestas praelati, qui moriens nihil trans-
mittit. Et eamdem opinionem sequitur etiam Mantic. *lib.* 5.
tit. 10. *n.* 38. ut latius comprobat Scapucciu. *limit.* 7. *n.* 1.
et seqq.

Limitatur tamen. d. opinio, ut procedat si agatur de succe-
206 dente per viam successionis in dignitatu principatus, seu ba-
roniau, non autem si agatur de succedente per viam electio-
nis ea ratione, quia in hoc secundo casu. fit nova creatio, et
succeditur per viam privationis, seu deficientiae praedecesso-
ris, et succedens non tenetur stare locationi, juxta tradita su-
pra *nu.* 60. *in* 8. *declaratione* Purpurat. *d. cons.* 424. *n.* 9.
Mantic. *d. tit.* 10. *n.* 38. Scapuccin. *d. lim.* 7. *n.* 8. ubi exem-
plificat in papa, et imperatore, qui non tenentur servare ge-
sta per suos praedecessores, eo quod electione mediante su-
premam dignitatem assequuntur Surd. decision. 326. num.
207 81. ubi quod successor per electionem solum tenetur stare
locationi si sit facta in necessitatem, vel utilitatem status.
208 Verum licet ita succedentes in principatu possint expellere
conductorum antecessoris, tamen non solent velle, et forsan
non decet, ait enim papa *in cap. si ea* 25. *quaest.* 2. *si ea
destruerem, quae antecessores nostri statuerunt non con-
structor, sed eversor justu comprobarer.* Et in specie, quod
209 etiam princeps, qui non venit ad principatum per viam suc-
cessionis, sed per viam electionis, prout est papa, et impera-
tor, debeat servare gesta praedecessoris sui, quando pertinent
ad officium, et dignitatem suam, plene probat Craret. *cons.*
210 241. *num.* 17. *vers. quinimo*, et papa difficilius revocat facta
praedecessorum suorum, quam sua *cap. quod vero* 25. *qu.*
2. Gomes. *in cap.* 1. *num* 98. ubi rejicit contrarios *de con-
stit. in* 6. Roman. *consil.* 327. *numer.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8.
211 Cancell. *glos.* 9. §. 2. *num.* 75. *et seq.* et comprobatur haec
opinio, ex quo etiam in fortiori, si videlicet papa praeventi-
vu relocaverit, seu investiverit de feudo nondum aperto, non
poterit, seu non debebit successor contravenire, ut firmatur
in decision. 664. *num.* 13. *part.* 2. *recent.* et dixi *in cap.*
14. §. 12.
212 Decimus quintus casus sit in beneficialibus, et aliis eccle-
siasticis, an successor teneatur stare locationi per suum ante-
cessorem factae, et respondendum videtur negative, non so-
lum per regulam generalem, quod successor singularis stare
non tenetur, sed etiam, quia isti successores non succedunt
per viam transmissionis, sed per viam privationis, et ex natu-
ra ordinis, et novae creationis non ex potestatu transfusionis,
et sic applicatur octava declaratio supra tradita, ut docuit
Bald. *in leg. emptorem. nu.* 8. *c. locat.* et aliis omissis quo-
rum tamen, quamplures allegabuntur, et videri poterunt pe-
nes Ciarlin. *contr.* 93. *numer.* 12. tenuit Rot. *tam antiqua
ut in decisione prima de locat. et cond. in nov. quam mo-
derna*, ut coram Bich. *decis.* 439. *numer.* 3. ubi aliae deci-
siones referuntur, et *dec.* 452. *numer.* 1. unde licet non de-
sint firmantes regulam, in contrarium. ut videre est penes
Ricc. *resol.* 97. *num.* 1. *part.* 1. necessarium diversis rationi-
bus, quas late videre licet penes Mantic. *de tac. lib.* 5. *tit.* 12
a n. 11. *ad* 17. tamen ista erit retinenda pro regula, ex supra
deductis, quae tamen regula in quibusdam casibus limitatur,
et in eis procedit opinio contraria.
213 Procedit autem regula praedicta, quod successor non te-
neatur stare locationi, non dum in eo, qui succedit in praeben-
da canonicali, vel alterius cujuslibet beneficii simplicis Man-
tic. *de tacit. d. tit.* 12. *num.* 18. *et late seqq.* Scapucc. *de
sing. success. ampl.* 12. *per tot.* sed etiam in succedente in
praelatura, seu rectoris ecclesiae habente administrationem
Scapucc. *ampl.* 14. *num.* 1. *et late seq* Rot. cor. Bich. *dict.
decis.* 452. *num.* 1. *et per tot.* quidquid in contrarium dedu-
cat Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 1. et *seqq.* nec non
etiam in succedentibus commendatario, non obstantibus con-
trariis rationibus adductis per Mantic. *d. lib.* 5. *tit.* 14. et
sive agatur de commendatario ad tempus, sive de perpetuo,
quantumvis in primo hoc firmet. in secundo vero neget Sca-
pucc. *ampliat.* 13. *per tot.* et signanter nu. 4. vers. haec au-
214 tem procedunt, quia in his omnibus evidenter viget eadem
ratio a principio adducta.
215 Limitatur tamen hoc dictum de commendatariis, quoad
commendatario religionum militarium secundum Caroc. *de
locat. tit. de successore quaest.* 21. *per tot.* ubi generaliter
tradit, quod cruce signati, uti Milites Hyerosolimita-
ni, et s. Stephani etc. tenentur stare locationi antecesso-
ris, sed allegat Jo. Andr. *in cap. ad deliberandum de judic*

et Franc Marc. *decis.* 97. *part.* 2. qui penes me hoc non di-
cunt, nec video rationem hujus specialitatis, imo Hierosoly-
mitanos regulari in hoc proposito ad instar aliorum ecclesia-
sticorum, sentit in specie Natt. *cons.* 517.
Ampliaturque regula praedicta, ut non solum procedat in 216
successore proviso per obitum antecessoris, sed etiam in eo,
qui succedit per viam optionis, Gutier. *canon. quaest. lib.*
1. *cap.* 36. *num.* 24. Rota coram Bichio *decis.* 452. *numer.*
3. ubi quia utroque casu militat eadem ratio.
At in eo qui succedit per viam resignationis locatoris, non 217
idem esse dicendum censuit Surd. *de alim. tit.* 9. *quaest.* 42.
num. 13. et Gratian. *disc.* 606. *num.* 20. Hodiern. in add. ad
Surd. *decis.* 33. *numer.* 4. sed contrarium, quod etiam resi-
gnatarius non teneatur stare locationi per resignantem factae
volunt alii plures, et signanter Peregr. *cons.* 9. *numer.* 9. *et
seqq. lib.* 3. Covarruv. *var. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 6. §. *secun-
dum etiam ad fin.* Paris. *de resignat. lib.* 1. *quaest.* 16. *nu-
mer.* 47. *et seqq.* Scapuccin. *de sing. success. ampl.* 17. *nu-
mer.* 1. *et seq.* et videtur verius, quia resignans ad hunc ef- 218
fectum habetur pro mortuo, ut ex Paris *cons.* 93. *num.* 25.
lib. 4. et Put. *decis.* 468. quae hodie in correctis est apostil- 219
la *ad dec.* 458. *lib.* 2. et resignatarius dicitur habere potius
causam a papa, quam a resignante Cassad. *decis.* 15. *numer.*
1. *de praeben.* Rot in Toletana beneficii coram Justo penes
Marchesan. *de commiss. part.* 1. *fol.* 348. *nu.* 2. et est com-
munis opinio, ut testatur Paris. *de resign. lib.* 8. *quaest.* 7.
nu. 92. Neque obstat quod resignatio, tamquam factum resi-
gnantis, non debeat nocere tertio, ut ponderat Surd. in con-
trarium adductus, quia non propterea sequitur, quod resi-
gnans possit obligare successorem, qui potius a papa resigna-
tionem admittente, et titulum resignatorio concedente, quam
ab ipso resignante, beneficium consequitur, ex praecitatis, et
haec eadem consideratio convincit etiam non applicari simi-
le de usufructuario cedente per Gratian. ubi supra addu-
ctum.
Bene tamen verum est, quod tenebitur ipse resignans ad 220
omnia damna conductori, si resignatarius eum expellat, et
ad hoc faciat ratio praedicta considerata per Surd. ut ad hunc
effectum eam considerat Gutier. *canon. quaest. lib.* 1. *cap.*
36. *num.* 24. quem sequitur Scapuccin. *d. ampl.* 17. num.
7. *et seqq.* imo eadem ratio, procedit ne dum in resignatione 221
ad favorum, sed in qualibet alia libera dimissione, uti per
promotionem ad aliam episcopatum, vel permutationem su-
eundum eosdem. Erit tamen consultius conductoribus stipula-
ri sibi expresse evictionem, seu interesse in praedictis casibus,
ut monet Gutier *ibid. num.* 26. *in fin.* proderitque ne dum
ad evadendas varias opiniones, sed quia tunc, non solum po-
terunt repetere damna, sed omne interesse, et sic etiam lu- 222
crum cessans. Scapuccin. *dict. ampl.* 17. *numer.* 9. *et seqq.*
ubi et quod tale lucrum probatur conjecturis, et aliis levio-
ribus probationibus.
Facilius dicendum erit, quod neque succedens per viam 223
regressus locationi stare teneatur, ex quo in eo concur-
runt rationes aliorum successorum, et ulterius, quod ejus ti-
tulus habet causam retro, et ante quam colonus conduxerit.
et ideo tanto minus ei stare debet Redoan. *de reb. eccles.
non alien. tit. quand. et quom. ex contr. anteces.* §. 1. *an
praelatus* num. 9. *et seqq.* Put. *dec.* 411. *numer.* 2. *lib.* 1.
Accoramb. *decis.* 42. *incepit locatio lib.* 1. *in manuscr.* sed
difficultas est si agatur de locatione ad longum tempus con-
firmata beneplacito apostolico, etiam quoad successores cum 224
solita clausula. si in evidentem, expedito, et executioni de-
mandato, an tunc succedens per regressum teneatur illi stare
in qua habemus duas decisiones, una est Putei *dec.* 411. *lib.*
1. et alia Mohed. *decision.* 12. *de locat. et cond.* in quibus
habetur, quod Rota resolvit etiam in tali casu non teneri, uno
tantum ex dominis contradicente, et adducuntur rationes hinc
inde penes eos videndae, est enim decisio dura, imo obser-
vanda omnino est apostilla Putei ad praefatam suam decisio-
nem, in qua dicit, quod eam non firmat, quia habet animum
illam iterum proponendi, et deinde subdit, quod decisio fuit
confirmata in gradu appellationis ex ratione, quia in execu-
tione beneplaciti non fuerat citatus habens regressum, prout
debebat saltem per proclama. et videndus etiam Mandos. *de
signat. Grat. tit si in evidentem col. penult. vers. quaero,
an habenti* ubi idem tenet, quod scilicet succedens per re-
gressum non teneatur stare locationi, non obstante benepla-
cito papae, etiam quoad successores, dum habens regressum
non fuit citatus, et refert decisum penes Accoramb. *de-*

cision. 42. *incipit locatio libr.* 1. *quae est in ejus manu-*
scriptis.
225 Limitatur autem dict. conclusio, ut procedat in locatione
facta per antecessorem ad commodum proprium, secus autem
sit sit facta ad utilitatem ecclesiae, quia tunc successor tene-
tur illi stare Peregrin. *cons* 9. *nu.* 11. *lib.* 3. Ripa *observ.*
115. *num.* 3. *et seqq.* Gratian. *decis. March.* 99. *num.* 14.
et seqq. et eam praesupposito, quod agatur de locatione facta
ab habente ecclesiae administrationem admittit, et communem,
ac veram conclusionem dicit Rot. *in dec.* 210. *in principio*
vers. nam licet post Statil. de Salviano.
226 Secundo limitatur, ut procedat si locatio sit facta nomine
praelati, seu beneficiati locantis non autem si facta nomine
ecclesiae, Peregrin. *dict. consil.* 9. *numer.* 10. *et seqq. lib.*
3. Duen. *reg.* 240. *numer.* 3. Marescot. *var lib.* 1. *cap.* 18.
num. 5. Rot. *decis.* 1. *num.* 1. *tit. de locat. in nov. dict. de-*
cis. 211. *num.* 1. post Statil. *et dec.* 186. *nu.* 1. cor. Card.
Mantica.
227 Verum istae duae limitationes sunt jungendae, ut simul u-
nam tantum limitationem constituant, non enim sufficit fuis-
se factam locationem ad utilitatem ecclesiae, si fuit facta no-
mine proprio locantis, quia inde patet obligationem esse per-
sonalem non realem, quae cum persona extinguiter, et in
successorem non transit, prout non sufficit, quod nomine ec-
clesiae, vel dignitatis facta sit, si ad commodum proprium tan-
tum sunt facta, quia nimis facile esset hoc modo fraudare suc-
cessorem, et ideo utrumque requiritur, et utroque concurren-
te, teneatur successor stare locationi, Gabriel. *cons.* 83. *num.*
50. *et seqq.* ubi de communi *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 5.
tit. 13. *n.* 16. Scapuc. *de singulari success. ampl.* 14. *n.* 8.
Rot. cor. Bich. *dec.* 437 *n.* 7. *et in rec. dec.* 75. *n.* 4. *par.* 11.
Tertio limitatur si locatio sit facta auctoritate superioris,
228 et praecipue cum beneplacito papae, nam tunc ei stare debet
successor Innoc. *in cap. fin. ne praelat. vices suas,* Natt. *cons.*
517. *num.* 6. ubi de auctoritate magni magistri Religionis
Hierosolymitanae in locationibus factis e militibus illius re-
ligionis Mantic. *de tacit lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 22. *vers. quod*
sane. Scapuccin. *de sing. success. ampl.* 12. *numer.* 7. imo
229 fortius, quod etiam si non adsit utilitas ecclesiae teneatur suc-
cessor locationi solemniter factae stare, quae mero jure pro-
pter solemnitates, valeat, licet danda sit restitutio in inte-
grum adversus eam ipsi ecclesiae laesae Mantic. *tacit. lib.* 5.
tit. 13. *n.* 27. Scapuc. *d. ampl.* 12. *n.* 8.
Declaratur tamen notabiliter haec limitatio, ut procedat
si intervenerit beneplacitum super ea locatione in specie. quia
230 tunc ei dat robur adversus omnes inferiores non valentes im-
pugnare, quod approbavit superior, secus autem in praelatus
qui locavit habebat solum indultum generale locandi ad noven
nium, quia hoc operatur posse indultarium locare noven-
nium, prout possunt alia ad triennium, nec majus robur lo-
cationibus tribuit, quatenus ex verbis indulti non deprehen-
datur aliud sensisse papam, et ideo sicut successor non tene-
tur stare locationi ad triennium sine beneplacito factae, ita
nec istae ad novennium mediante generali indulto initae,
prout sensit d. meus de Luca *hoc tit. de loc. et conduct. disc.*
25. *n.* 6.
231 At ubi intervenerit beneplacitum speciale, neque de se
sufficit nisi concurrant alia duo praecedentia requisita simul
cum eo Gemin. *cons.* 17. *num.* 8. *et* 9. ubi haec tria simul
requiri, quod locatio sit facta nomine ecclesiae, quod sit ad
ejusdem ecclesiae utilitatem facta, et quod intervenerint so-
lemnitates necessariae Peregr. *cons.* 9. *num.* 11. *lib.* 3. Ripa
obser. 115. *num.* 3. Surd. *decis.* 33. *num.* 7. *et* 8. ubi hanc
esse communem opinionem testatur Rota *dec.* 1. *n.* 1. *versic.*
et praemissa de loc. et cond. in nov.
232 Et requiri praedicta tria, et cum eis etiam copulative quar-
tum requisitum, quod pecuniae receptae versae sint in ipsius
ecclesiae utilitatem, tradit Ricc. *part.* 1. *resol.* 97. *num.* 2.
Barbos. *de potest. episcop. alleg.* 94. *num.* 1. ubi infinitos
more suo consarcinat, qui tamen non omnes idem dicunt, et
post eum Ciarlin. *contr.* 93. *num.* 14. sed istud requisitum
confunditur cum primo, quod locatio ad ecclesiae utilitatem
facta sit, seu in eo versum, ut dicam infra.
233 Non sufficit igitur locationem esse factam cum beneplacito
apostolico adhoc, ut successor teneatur ei stare nisi concur-
rant alia praedicta duo requisita, imo fortius in tali benepla-
cito pro confirmatione locationis solet expresse addi clausula,
etiam quoad successores Mandos. *de Sign. Gratiae tit facul-*
tas locandi colum. 2. §. *supponomus,* et tamen nec ista clau-
sula sufficit, si locatio non sit facta nomine ecclesiae, aut di-
gnitatis, sed proprio praelati locantis. Mandos. *de Signat.*
Gratiae tit. si in evidentem column. penultim. §. *quaero an*
habenti versic. et sic cessat illa clausula, Mohedan. *dec.* 10.
ad fin, tit. de loc. et cond.
Posset tamen forsan sustineri d. opinio, quod sufficiat be- 234
neplacitum adhoc, ut non possit successor contravenire, si lo-
catio esset ad modicum tempus, videlicet non excedens trien-
nium, quia talis locatio non reputatur gravis praejudicii, et
ad aliud non videtur concessum pro ea beneplacitum, quam
ad obligandum successorem cum alias non sit necessarium. et
in his terminis illud sufficere probat Mantic. *de tacit. lib.* 5.
tit. 13. *num.* 27. *ubi nu. seqq.* quando dicatur ad modicum
tempus ad hunc effectum.
Prout etiam procedere poterit dicta opinio, si locatio facta 235
fuerit praecedente licentia papae locandi ad tot annos, et ut
durante dicto tempore a nemine, neque a successoribus con-
ductor possit molestari, Quaranta *in Sum. Bullar. ver. alie-*
natio rerum ecclesiae num. 19. *versic. quando.* Ricc. *resol.*
97. *num.* 4. *part.* 1. Barbos. *de potest. episcopi alleg.* 94. *n.*
2. erit enim iste casus valde diversus ab eo, in quo supra di-
ctum est, non relevare beneplacitum pro confirmatione im-
petratum, continere clausulam etiam quoad successores, si
locatio est facta nomine proprio locantis tantum, quia suppo-
nendo locationem esse restrictam ad personam locantis, con-
firmatio superveniens dat ei robur, sed eam non ampliat ad
alias personas, juxta propriam naturam confirmationis, de qua
Alexand. *cons.* 122. *num.* 24. *lib.* 4. Castren. *cons.* 187. *n.* 236
1. *lib.* 2. Roio. *cons.* 17. *num.* 10. *vers. unde confirmatio*
lib. 1. *et cons.* 111. *num.* 18. *lib.* 5. Rot. *decis.* 429. *num.*
1. *part.* 2. *et decis.* 177. *num.* 53. *part.* 5. *et dec.* 289. *nu-*
mer. 14. *part.* 10. *recent.* nec aliud jus tribuit conductori,
quam ipsa locatio, si valuisset, ei tribuisset, Peregrin. *cons.*
63. *num.* 6. *vers. item confirmatio lib.* 1. et quando praela-
tus antecedenter impetrat licentiam locandi cum dict. condi-
tione, patet, quod non intendit locationem ad vitam suam
restringere, nec censetur postea restrinxisse, nisi aperte di-
xerit, quia haec esset variatio voluntatis, quae non praesumi-
tur, et si aperte dixerit, tunc non attendetur licentia, dum
executioni non fuit demandata, non enim satis est, quod ei
liceret locare, etiam pro tempore successorem, si actu postea
non locavit Bald. *consil.* 326. *num.* 2. *lib.* 1. Bero *cons.* 76.
n. 26. *lib.* 1. Decian. *cons.* 198. *n.* 3. *vers. nam. in quolibet*
actu.
Caeterum quoad istud requisitum beneplaciti, videtur ejus 237
necessitas indubitata in locatione ultra triennium, ubicumque
de jure illud requiritur, nam alias, dum locatio propter ejus
defectum est nulla, frustra quaeritur, an successor teneatur
ei stare Surd. *cons.* 183. *num.* 23. et idem est si fuerit nul-
liter obtentum, aut male, et nulliter executioni demandatum
Apostill. ad Put. *decis.* 411, *lib.* 1. Rot. cor Mantic. *decis.*
186. *nu.* 1. *et seqq.* at e contra, ubi alias de jure non requi-
ritur, videtur procedere opinionem praecedentem, quod suf-
ficiant illa alia duo requisita, scilicet, quod locatio sit facta
nomine ecclesiae, et ad ejus utilitatem, sive sit ad breve, si-
ve ad longum tempus facta, supposito, quod valide potuerit
fieri, ad quod requiritur, quod locans sit praelatus, seu re-
ctor ecclesiae, aut commendatarius perpetuus, seu aliter ha-
beat ecclesiae administrationem, non autem sit simpliciter
in ea praebendatus, quia iste non potest locare nomine ec-
clesiae, neque bona praebendae suae, nisi ad vitam suam, i-
deoque successor ei stare nunquam debet, juxta doctrinam 238
Innoc. *in cap. fin. ne praelat. vic. suas,* quae latissime com-
probatur ex traditis per Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 12. *nu-*
mer. 18. *et seqq.* et ab aliis approbatur, ut patet ex Barbos.
illos referente de potest. episcop. alleg. 94. *n.* 10. nisi inter-
veniat auctoritas superioris, quia si intervenisset operatur, ac
si locatio facta esset ab habente administrationem, ut post
Abb. *in cap. fin. ne praelat. vic. suas.* ubi loquitur de ca-
nonico, tradit Natt. *cons.* 517. *num.* 6. ubi loquitur de e-
quite hierosolymitano locante cum auctoritate magni magi-
stri Mantic. *de tacit lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 22. *vers. quod sane*
intelligitur Scapuc. *de singul success. ampliat.* 12. *n.* 7.
Quo autem ad requisitum secundum, ut locatio sit facta
nomine ecclesiae, non autem proprio, semper est necessa- 239
rium, quia alias si facta nomine proprio allegato, et ipsa lo-
catio est personalis, et sic non transit ad successorem Man-
tic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 21. adeout nec relevet a-
desse beneplacitum, et quod magis est, nec etiam relevet in
beneplacito adesse clausulam etiam, quoad successores ex su-
pra citatis, *n.* 233.

Dicitur vero ecclesiau nomine facta. ux quo facts est sub
240 nomine dignitatis, seu officii Natta *consil.* 517. *num.* 1. alias autem, si nomiou proprio solum facta, nihil relevat, quod locans successorem obligaverit, aliud enim est contrahere no-
241 minu ecclesiae, aliud nomine successoris Gratian. *dirc.* 606. *num.* 12. et dixit Rota in una Auximana locationis cor. Orenu, quau habetur impressa pee Scapuc. *d. ompl.* 14. *in fin.* §. *in casu autem*, et post Statill. Pacific. du Salviano *decis.* 210. et non relevare obligationem bonorum ecclesiae, et successorum Bich. *decis.* 437. *numer.* 9. licet ipse loquatur ad effectum alterius requisiti, scilicet probandi, quod locatio fuerit facta ad utilitatem ecclesiau.
242 Et quoad primum requisitum, quod locatio sit facta ad utilitatum ecclesiau quatenus concurrant alia duo, quod sit facta nominu ecclesiau, et eum solumnitatibus. non erit necessarium, seu saltem non erit probandum, quia propter solemnitates adhibitas, locatio praesumitur ad utilitatem ecclesiae contracta Alex. *cons.* 160. *num.* 6. *lib.* 6. Rot. *decir.* 1. *num.* 1. *du locat. in nov.* et aliis adducis Mantic. *do tacit. lib.* 5. *tit.* 13. *num* 11. eoque magis si intervenerit beneplacitum apostolicum, illudque fuerit capeditum in solita furma commissaria cum clausula, si in evidentem ecclesiae utilitatem cesserit, us fuerit executioni demandatum, quia tunc praesumitur coram executore justificata utilitas Alexand. *conr.* 79. *nu.* 6. *lib.* 1. et dixi supea in cap. 14. §. 10. ubi alias aucto-
243 ritates adduxi, et declaravi, quando hoc procedat, vel non, secus autum in casu in quo non intervenerint solemnitates, quia tunc deficit dict. praesumptio. et a conductore probandum erit, quod in utilitatem ecclesiae facta fuerit locatio Bald. *in cop.* 1. *in princ. n* 7. *qui feud dar poss.* Alex. *dict. cons.*
244 160. *n.* 6. *lib.* 6. nec sumi possit talis probatio, ex assetionu praelatis antecessoris, qui locationem fecit Mantic. *dict. tit.* 13 n. 9. Rot. cor. Bich. *dec.* 437. *n.* 8.
245 Praedicta tamen praesumptio utilitatis ecclesiae, quae oritur ex beneplacito, cedit veritati, et sic cessat ubicumque de contrario constat, prout dixi in praedicto cap. 14. §. 10. num. 8. in primis animadvertendum non requiri probationem laesionis, juxta terminos *l.* 2. *c. de rercind. vend.* quia
246 ea non est necessaria ad hunc effectum sed sufficit non adesse utilitatem Bald. *cons.* 457. *num.* 2. *post* med. *vers. qua propter lib.* 1. ubi concludit sufficere locationem non esse factam pro congrua pensione, et optime d. meus do Luca *disc.* 23. *num.* 6. *hoc. tit. de locat et cond.* ux quibus autem et quando satis constare dicatur contrarium non fuisse utilum ecclesiau videri poterit in dicto cap. 14. §. 10. n. 16. et seq. ubi adsunt etiam aliqua pertinentia quaestionem an fuerit
247 ad utilitatum ecclesiae, seu potius praelati, et signanter, quod dictum fuit de renovatione locationis, seu ejus extensione facta pro eadem pensione, sed cum solutione certae summae considerabilis pro una vice tantum in ingressu, quod si talis summa conversa sit in utilitatem perpetuam ecclesiae, tunc ex ejus solutione convincatur utilitas contractus, secus autem si soluta sit praelato pro se retinenti. quia tunc illa solutio non attenditur ad convincendam utilitatem ecclesiae, Honded. *cons.* 51. *in fin. lib* 1. Gratian. *disc.* 379. *numer.* 22. Rot. *dec.* 582. *n.* 1. *verr. et habito respectu par.* 1. *divers.* et hinc est, ut supra dicebam, illud quartum requisitum ab aliquibus desideratum, quod pecuniae versae sint in utilitatem ecclesiae, contineri in primo, quod locatio sit facta ad ipsius utilitatem.
248 Et ex praedictis convincitur etiam, quod ubicumque appareat pensiones locationis libere solvi debere praelato, et ad commodum ejus cedere, non poterit dici contractus ad utilitatem ecclesiae celebratus, prout in specie tradit Alex. *cons.* 160. *sub. numer.* 4. *lib.* 6. *et aliis adductis firmavit* Bich *decis.* 437. *num.* 10. *et decis.* 452. *num* 7. et *seqq.* etiamsi ipsi praelato injunctum esset in collatione, seu commenda
349 supportare onera ecclesiae consueta, quia non propterea desineret esse locatio ad commodum proprium ad hunc effectum, ut censuit d. meus de Luca *disc.* 25. *num.* 5. *hoc tit. de lo-*
250 *cat. et cond.* et quod si conventum affictum solvi Romae, ubi non est ecclesia, sed praelatus, inde habeatur non esse factam locationem ad utilitatem ecclesiae, sed praelati voluit Gemin. *consil.* 17. *numer.* 10. *vers. sed quoniam, et cum sequitur* Bich. *In d. decis.* 452. *n.* 7. et bene consideravit etiam D. meus de Luca *dict. disc.* 25. *n.* 5. *vers. quod in facto, hoc tit. de loc. et cond.*
251 Notabile autem est, quod, si beneficiatus locet, et pensiones recipiat ad effectum se sustentandi in studiis, vel gradum suscipiendi, censetur facta locatio ad utilitatem ecclesiae, et tenetur propterea successor ei stare, ut late probat Rebuff. *de privil. scholar. privil.* 26. et sequitur, ac singulare reputat Barbos. *de potest. Epirc. alleg.* 94. *num.* 9. limitat tamen Rebuff. dictum privileg. duobus modis, primo si bene- 252
ficiatus fuisset scholaris discolus, et vagus, ut secundo si fuisset tantum administrator praebendae quia non potest facere locationem, quae obliget successorum, ut dictum est supra.

Limitatur quarto, ut teneatur successor stare locationi, si 253
adsit haec consuetudo in loco ut standi Franc. Marc. *dec.* 144. *port.* 1. Ricc. *resol.* 97. num. 8. *part. prima.* Quarant. *in suom. bullar. ver olienotio rerum Eccles. numer.* 19. *in fin.* Barbos. *de potestat. episcop. allegot.* 94. num. 4. Bonaccin. *tit. de contract. qu.* 7. *punct. ult. nu.* 10. *vers. haec doctrina.*

Imo et sufficere locationem ipsam esse factam secundum 254
consuetudinem locandi in regione quando facta est a praelato administrationem habente, sensit Abbas post Innoc. *in cap. fin.* nu *Prel. vic. suas* et his relatis Purpur. *con* 424. nu. 8. *in fin. lib.* 2.

Verum talis consuetudo debet absque dubio probari ab allegante Natt. *cons.* 575. *num.* 15. Surd. *cons.* 354. *nu.* 26. 255
Gregor. *decis.* 45. *nu.* 6. et ibi Adden. at si adesset aliqua 256
actus contrarius, etiam unicus, eam excluderet, Bero *consil.* 5. *numer.* 23 *lib.* 1. Gregor. *decis*, 162. *num.* 9. et maxime si adesset specialiter in praedio locato, quia particularis observantia in eo praevaleret contrariae, etiam generali in aliis,
ut in his terminis firmavit Rot. cor. Bich. *dec.* 452. *n.* 20. 257
et seqq.

Quinto limitatur si successor locationem ipsam factam per
antecessorem suum approbaverit. quia tunc tenebitur ipsi lo- 258
cationi ratificatae stare Put. *decir.* 178. *lib.* 1. Barbos. qui alios refert *de potert. Episc. alleg.* 94. *numer.* 8. Surd. *dec.* 33. *num.* 1. *et seq.* Scapuccin. *de singul. succers. ampl.* 15. *num.* 3.

At animadvertendum, quod si praetendatur ratificatio ex 259
aliquo actu, puta receptionis pensionis, tunc si agatur de locatione facta per antecessorem nomine proprio, quae absolute per mortem ejus expirat, ratificatio non operabitur, nisi pro illo tempore pro quo pensio fuerit recepta, non autem pro toto tempore pro quo facta erat, ex quo ut supra dictum est in principio hujus casus succedens in beneficio, non succedit per viam transfusionis juris antecessoris in eum sed per viam privationis illius, et sola finito jure locatoris finitur jus conductoris, et non reintegratur nisi ad limitus actus receptionis, ut supra in octava declaratione tactum fuit num. 63 et firmavit Rot. *in decis.* 2. *de locat. in nov.* et tradunt Mar. Antonin. *resol.* 45. *num.* 4. *et.* 5. ubi, quod hoc procedit tam in colono partiario, quam in conductore *lib.* 1. Scapucc. *dict. ampl.* 15. *n.* 1. *et per tot. ubi nu* 7. quod idem e contra dicendum favore conductoris, quod licet continuaverit, et solverit pro uno anno non propterea teneatur pro aliis continuare, et deinde *num.* 10. id revocat in dubium, et relinquit cogitandum Barbos. *de potestat. Epircop. dict. alleg.* 94. *num.* 8. ubi aliis allegantur. Quod et certius procedet, si in actu receptionis successor faciendo quietantiam non possit dici, quod expresse relocaverit, sed tantum tacite juxta dispensa per Rota coram Puteo *in d. decis:* 178. *per tot. lib.* 1. tacitus enim consensus, qui resultat ex aliquo facto, debet restringi, et limitari ad id, quod de necessitate infertur ex facto illo Bartol. in *l.* 1. §. *si quis hoc interdicto, digestis de itin. actuq. priv.* Surd. *decis.* 317. *num.* 22. et in locatione habemus text. *in leg. item quaeritur*, §. *qui impluto digestis loc.* et in his terminis tradit Scapuc. *de singul. success. ompl.* 15. *n.* 3. *post med.* Bich. *dec.* 452. *n.* 33. *et seqq.*

Si autem agatur de locatione, quae facta sit nomine ipsius 260
successoris, tunc, quia validitas penderet ab ejus consensu, non posset tantum pro parte temporis pro quo esset facta consentire, et pro alia non, et sic approbando pro parte, tenebitur stare in totum, ut declarat Surd. *in decis.* 33. *numer.* 12. *vers. et non obstat*, et sequitur Scapucc. *d. ampl.* 15. *nu.* 4. *post med.*

Sexto limitatur, quoad annum jam ceptum, quia successor 261
tenetur pro eo stare locationi, sed de hoc, quia convenire potest etiam aliis successoribus singularibus dicemus infra separatim in casu 22. prout etiam, an conductor in casu quo expellatur habeat regressum adversus locatorem, vel ejus haeredes, pariter dicemus infra separatim eadem ratione.

An autem successor teneatur stare locationi, si antecessor

anticipate exegerit pensiones dicam infra in casu 21. et an ubi
tenestor stare debeat etiam eas solutiones conductori benefi-
ciare, vel possit iterum exigere, dictum est supra in cap. 37.
num. 51. et quid si antecessor fecerit tantum quietantiam,et
non probetur, quod attualiter exegerit, tactum fuit in capit.
36. ad quae loca poteris recurrere,et idem est de aliis dubiis,
nam huic etiam casui applicari poterunt aliae limitationes ge-
nerales regulae supra traditae, prout signanter, ut non pro-
cedat si conductor habeat rei locatae hypothecam ex traditis
supra in 6. casu, quae etiam in casu isto procedunt Gratian.
dec. March. 99. n. 13.
262 Decimus sextus casus est de succedente per sententiam ju-
dicis is enim teoetur stare locationi Bald. in cap. quoniam
frequenter §. fin. in fin. ut lit. non contestat. Roland. con-
sil. 49. numer. 6. lib. secundo, Marescot. variar. resol. cap.
18. numer. 3. et 4. lib. primo, Gratian. discept. 37. num. 8.
et seq. Scapucc. de sing. success. lim. 9. n. 1. et seq. Surd.
dec. 40. n. 3.
Et licet non desint contrarii,ut signanter de datione in so-
lutum, seu adjudicatione judicialiter facta,quod per eam suc-
cedens non teneatur stare locationi, sunt duo consilia plenis-
263 sima Cephal. cons, 254. et 255. tamen d. prima opinio vi-
detur verior, quia succedens per sententiam dicitur succes-
sor necessarius, et ideo applicatur septima declaratio regulae
supra tradita num. 58. ut post alios advertit Scapuccin. dict.
lim. 9. num. 1. ubi quod est communis,et approbats conclu-
sio, quod succedens per sententiam dicatur successor neces-
sarius et num. seqq. adducit etiam alias plures rationes, et
late etiam idem comprobat Postb. de subh. inspect. 44. n. 71.
et seq. ubi pariter de communi testatur.
264 Nec obstat quod imo adjudicatio, seu datio insolutum, per
judicem facta, si sit vigore obligationis voluntariae,dicatur a-
lienatio voluntaria ut probant Bero. cons. 46. n. 24. et seq.
lib. 1. Cephal. cons. 254. n. 10. Magon. in addit. ad suam dec.
Luc. 63. in fin. Monac. dec. Lucen. 37. n. 3. et 4. Surd. dec.
266. n. 13. Rot. dec. 90. num. 15. post Cenc. de cens. et de-
cis. 319. num. 4. cor. Covaler. etenim sciendum, quod a-
265 ctus dicitur necessarius tripliciter, stricte, quando habet ori-
ginem a causa necessaria,late, quando habuit originem a cau-
se voluntaria, sed causa illa, non erat ad hoc ordinata, et la-
tissime, quando habet originem a cause voluntaria, sed ad
hoc ordinata, sed in se non est voluntarius Roderic. Suar. in
l. 1. tit. do las arras num. 37. et seqq. unde dict. datio in-
266 solutum per judicem facta non potest absolute dici volunta-
ris, sed saltem aliquo ex modis praedictis est necessaria,quod
sufficit ad hunc effectum Mandel. cons. 654. num. 3. et 5. u-
bi fortius idem dicit de extrajudiciali Rolae. cons. 21. num.
13. et 18. lib. 1. Gratian. discept. 37. numer. 11. Posth. d.
inspect. 44. num. 22. et seq. licet secus sit quoad alios effe-
ctus, in quibus necessarium accipi debet in suo potiori si-
gnificatu, tunc enim spectatur origo contractus, non judicis
potestas, ut habetur in l. qui id. 24. ff. de donat. et tradit
Osasc. decis. 167. num. 16. ad med. et plenissime Rot. in o-
na romana collectae 10. martii 1673. §. et licet cor. Rev. P.
Dom. meo Bundioino, quoe est. dec. 392. n. 7. et seq. part.
15. recent.
267 Proceditque etiam facilius supradicta opinio in creditore
a judice immisso ex remedio Salviani interdicti in possessio-
nem bonorum sui debitoris retinendam donec fuerit satisfa-
ctus de fructibus,in eo enim applicatur etiam sexta declaratio
supra tradita num. 57. quod scilicet non succedit in plenum
jus dominii,et ideo tenetur stare locationi per eum factae An-
gell. consil. 245. numer. 6. in princip. vers. sed creditor
Gratian. discept. 37. num. 4. et seq. Marescot. variar. cap.
18. num. 2. lib. 1. Rot. cor. Greg. dec. 68. n. 6.
Et comprobatur praedicta opinio per text. in l. in vendi-
tione 8. §. si quis fructus ff. de bon. auctor. jud. possiden.
268 in quo expresse habetur, quod creditor immissus potest ca-
pere, vel locare fructus tantum, quatenus debitor hoc non
fecerit, et sic a contrario sensu non poterit fructus capere,vel
locare, si locationem fecerit debitor, qui textus procedit non
solum in immisso ex salviano, et ex primo decreto per prae-
dictam rationem,quod non succedit in plenum jus, sed etiam
in immisso, ex secundo decreto, ut docet ibi Bart. nu. 2. Pe-
regr. de fideicomm. art. 40. num. 100. et est communis opi-
nio, ut testatur Carac. de locat. tit. de creditore quaest. 7.
num. 5. et verior secundum Gratian. disc. 37. num. 8. nam
licet in isto non procedat ratio praefata,quam dictum est ap-
plicari in immisso ex salviano. ex quo ipse succedit in uni-
versum jus debitoris, tamen procedit alia praecedens, quod
est successor necessarius, ut late declarat Scapuc. ampl. 8. n.
4. et seq.
Limitatur autem primo d. conclusio, ut non procedat si is
a quo per sententiam aufertur res, fuisset injustus possessor 269
quia tunc si locasset non teneretur is, qui obtinuit stare ejus
locationi, ut consuluit Alba cons. 108. quem sequitur Pere-
gr. de fideic. ar. 40. num. 101. vers. nisi tamen, et idem est
de eo qui erat dominus si cogatur judiciali via rem avocare 270
a tertio,quia nec is teuetur stare locationi factae ab illo Gra-
tian. disc. 37. num. 10. et 11. ubi reddit rationem, quia is
non dicitur succedere per sententiam, cum eam non transfe-
rat in dicto casu dominium, sed solum declaret penes eum
existere Soc. Jun. cons. 45. num. 2. lib. 2. Surd. decis. 40.
num. 11. vers. ego dicebam Scapuc. de sing. success. lim.
9. n. 7. et 8.
Limitatur secundo, si locatio esset nulliter, vel in fraudem 271
facta, quia tunc pariter non teneretur successor per senten-
tiam illi stare, ut firmat in specie Surd. d. dec. 40. n. 10. ad
med. vers. sed melius.
Decimus septimus casus est de filio recipiente legitimam 272
in fundo locato,an teneatur stare locationi,hanc quaestionem
tractat et plures distinctiones in ea facit Bald. in l. 1. n. 34.
c. de jur. fisc. lib. 10. sed loquitur obscure, ut notat Sca-
puc. de sing. success. lim. 4. nu. 8. in fin. tractat etiam eam
Caroc. de locat. tit. de success. quaest. 15. per tot. ubi pri-
mo arguit pro negativa, et deinde dicit contrarium esse in
puncto juris verius, sed allegat Bald. in auth. si quas c. de
sacros. eccles. ubi de hoc non loquitur, et Borgnin. in re-
pert. suarum decisionum, qui neminem adhoc allegat, ut
pariter notat Scapuc. dict. num. 8. prope fin. et contrarium,
quod imo filius non tenentur in d. casu stare locationi sensit
post Bald. in d. l. 1. Gratian. disc. 247. num. 45. et sensit
etiam Caroc. sibi contrarius in eodem tract tit. de filio fami-
lias quaest. 4. per tot. ubi pariter dicit hanc veriorem,et quod
contrarium esset iniquum. et haec retinenda videtur pro re-
gula, quia si supponimus filium succedere in necessaria legitima,
utique in eum non transeunt obligationes personales pater-
nae, et per consequens non potest compelli per conductorem
ut stet locationi, ut dictum est supra in ratione primae, et
principalis conclusionis, quod singularis successor locationi
stare non tenetur, et ita etiam pro regula tenent Scapuc. di-
cto lim. 4. num. 9. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quaest. 22.
num. 1. et 2. quae tamen regula declaratur, et limitatur, ut
per praefatos auctores ad quos in hoc placet lectorem remit-
tere.
Decimus octavus casus sit, si fundus non sit locatus pro 273
mercede in pecunia, sed in eo adsit colonus partiarius, an
huic stare teneatur successor singularis, et teneri senserunt.
quam plures quibus relatis eandem opinionem secutus, et
late tutatus est Osasc. decis. 82. num. 5. et seq. per tot. sed
contrariam opinionem probavit Roman. cons. 309. et esse in
puncto juris veriorem, dixit, Gutier. con. quaest. cap. 8. n. 274
63. et late reprobato Osasco, secutus est Mantic. de tacit. lib.
5. tit. 11. per tot. Scapuc. de sing. success. ampl. 1. per tot.
et canonizavit Rota in recent. decis. 187. par. 2. ubi sub n.
5. inquit Osascum fundari in falsis rationibus, nempe, quod
colonus agrum acquirat jus reale super fructibus, quod nullo
jure cavetur, et quod melius est colono, insistere in ipsis fru-
ctibus, quam actioni contra illum, qui dedit agrum ad co-
lendum, quod non negatur, sed exinde non probatur, quod
competat sibi tale jus insistendi.
Verum pro prima opinione ultra praedicta non parum
urget, quod conceditur partiario portio fructuum pro indu-
stria, et cultura l. 2. et ibi Bartol. ff. de fruct. et lit. ex-
pens. l. fructus, et ibi Bart. ff. sol. matrim. et ideo vide-
tur ei debita hypotheca tacita. prout debetur ei cujus pecu-
nia fundus fuit melioratus ad Text. in leg. interdum cum
seqq. ff. qui potior in pign. et l. 1. ff. quibus mod. pign. vel
hypoth. tac. contr. et ideo potest colonus insistere donec fru-
ctus sibi debitos percipiat Abb. in cap. 1 num. 3. de restit.
in integr. cum aliis adductis per ipsum Osasc. ibi numer. 8.
et 9. et quatenus vere ei competat hypotheca clarum est non
applicari regulam, quod successor singularis, non teneatur
stare locationi, cum esset satio ipsius regulae, ut dictum est
in ea, et in casu 6.
At huic etiam rationi non deest responsio, nam text.
in d. l. interdum loquitur de impensis factis ad rem ipsam
conservandam, et sine quibus ea salva esse non potesat,et sic
non applicatur in cultura. quae solos fructus respicit, ut in
specie animadvertit Mantic. d. tit. 11. nu. 16. et quod cu-

lono partiario non solum non competat jus in fundo, sed nec
etiam in fructibus, donec non sint a solo separati, probat
Scapuc. *in d. ampl*, 1. *num.* 1. *et.* 2. signanter per text. *in*
l. si fructus §. *locavi*, et *l. si opes* §. 1. *ff. de furt.* Ultra
275 quod pro cultura debentur colono fructus illius anni tantum,
quo cultura jam facta est, et quoad illum annum plerique
consentiunt; quod, saltem ex aequitate colonus non sit expel-
lendus, ut sequendo in hac parte Ossascum ita in fine dictae
decisionis concludentem late prosequitur Mantic. *d. tit.* 11.
num. 18. *et seq.* et admittit Scapucc. *dict. ampliat.* 1. *num.*
11. Surd. *dec.* 52. *n.* 11. *et* 12.

276 Decimus nonus casus sit de judaeis, an ab eis servanda sit
dicta regula *l. emptorem c. locat.* quod successor singularis
non teneatur stare locationi, et negativam opinionem tenue-
runt Bero *cons.* 2. *lib.* 1. et Gozad. *cons* 24. *numer.* 10. *et*
seq. Caroc. *de locat. tit. de success. quaest.* 23. *per tot.* sed
277 iste reprobantur per Scapuc. *de sing. success. limit.* 11. *nu-*
mer. 6. *et seqq.* et bene, quia isto firmare conantur, quod
inter haebreos servanda est lex Mosaica, et eorum consuetu-
278 do, et haec est major propositio eorum argumenti, cui respon-
deri potest, transeat more logicorum, vel quidquid sit de ea
eam Rota *in terminis decis.* 414. *num.* 7. *part.* 1. *recent.*
Sed deveniendo ad minorem propositionem dicunt quod lex
Mosaica hebraeorum disponit, quod quandocumque locatio
ad certum tempus est facta, locator non potest ex aliqua cau-
sa, etiam justa, conductorem expellere, necnon, quod juxta
eamdem legem, et eorum consuetudinem, contractus locatio-
nis habetur pro venditione ad illud tempus, et haec proposi-
tio absolute negari potest, quia Gozad. simpliciter eam sup-
ponit, et Bero. *num.* 9. dicit de prima parte, quod habuit ab
279 eorum peritis, et *num.* 14. quod sibi supponebatur, unde al-
legat auctoritates, quae non reperiuntur, et doctori allegunti
auctoritates. quae non reperiuntur standum non est Dec.
cons. 259. *nu.* 4. *post. med. vers. praeterea ut supra* Me-
noc. *cons.* 104 *num.* 18. Gabr. *cons.* 100 *num.* 48. *lib.* 2.
Burat. *decis.* 927. *num.* 14. prout etiam dum attestantur de
consuetudine, eis non creditur Hondrd. *cons.* 101. *num.* 39.
280 *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 1349. *num.* 5. imo etiamsi adessent
testes de consuetudine eorum non relevarent, nisi illam pro-
281 barent vigere praecise in loco illo, in quo vertitur controver-
sia, ut in puncto probationis consuetudinis hebraeorum Rota
282 *decis* 414. *num.* 9. *part.* 1. *recent.* praecipue dum habemus
contrarium expresse, et clare statutum de jure communi *in*
d. l. emptorem. c. locat. cujus dispositioni stare debent he-
braei, dum non docetur aliter, quod eos statutum esse Fe-
lin *in cap.* 2. *n.* 4. *de judic.* Surd. *dec.* 133 *n.* 3. et admit-
tit ipse Bero *d. cons.* 2. *numer.* 5. cum aliis plene relatis *in*
dict. dec. 414. *n.* 1. *par.* 1. *rec.*

Considerandum tamen illam propositionem Gozadini, et
Beroi, quod penes hebraeos locatio habeatur pro venditione,
et idem operetur, posse forsan comprobari hic in urbe ex eo
283 quod hebraei sunt incapaces acquirendi dominium, ut habe-
tur in *decis.* 38. *num.* 8. *part.* 14. *recent.* sed hoc non valet
operari, quod locatio inter eos assumat naturam venditionis,
et secundum eam regulari debeat, ita ut primus conductor
cui res tradita est sit praeferendus, prout est de jure in vendi-
tione, ut ipsi Gozad. et Bero. volunt, sed potius contrarium,
ut nempe venditio, quae regulariter dominium transfert in-
284 ter eas assumat naturam locationis, quae illud non transfert,
et ulterius ipsi in domibus, ex quadam constitutione Clem.
VIII. sequirunt jus inquilinatus, quod est perpetuum, et
vendibile, ut tradit Gratian. *discept.* 842. *num* 22. unde ha-
285 bentes illud jus non solum possunt simpliciter domum loca-
re, seu sublocare, sed etiam vendere jus illud, et si prius lo-
cent ad breve tempus, et deinde vendant, seu aliter jus illud
perpetuum cedant, non tenebitur emptor, seu cessionarius
locationi praecedenti stare, prout non tenetur stare succedens
ius usufructu ex traditis supra in casu 9.

286 Vigesimus casus sit de officialibus universitatum, vel etiam
de ipsis universitatibus, an teneantur stare locationi factae ab
officialibus antecessoribus, et respondendum est affirmative,
ex quo illi habebant administrationem, et mandatum cum li-
bera, et sic poterant locare ex voluntate ipsius universitatis,
quae propterea eorum locationi stare tenetur, juxta declara-
tionem quintam supra traditam *numer.* 53. et firmat Peregr.
de fideicom. art. 48. *num.* 98. quod ampliatur etiam si of-
287 ficiales, qui locarunt, essent ad annum tantum, et locassent
ad longius tempus, quam duraret eorum officium Covar. *va-*
riar. lib. 2. *cap.* 15. *ante fin. vers. sic sane si rector* dum-
modo locatio *non* esset ad longum tempus, et absque sole-

Pacioni

mnitatibus, quia non valeret, ut dictum fuit *in cap.* 6. et dum-
modo agatur de officialibus universitatum habentium terri-
torium, seu administrationem, quia officiales aliarum, nul- 288
lum facere possunt contractum eis praejudicialem, sine spe-
ciali mandato, et proinde non tenentur universitates eorum
locationi stare Scapuc. *de singulari success. lim.* 6. *num.* 3.
et 4. ubi quod haec est verior, et tenenda *ex gl. et Bal. in*
l. item Magistri ff. de pact.

Et haec procedunt tam in officiali generali uti in rectore 289
civitatis, quam in particulari uti in rectore hospitalis, nam in
hoc aequiparantur, ut tam ille locare valeat bona civitatis,
quam iste bona hospitalis, etiam ultra tempus sui officii Co-
var. *dict. cap.* 15. *prope fin. vers. sic sane si rector*, et idem
de aliis similibus Peregr. *d. ar.* 40. *n.* 98.

Vigesimus primus casus sit si conductor solverit antecessori 290
anticipate mercedes conductionis, an tunc saltem pro toto
tempore, quo solvit teneatur successor stare locationi, et quia
solutio mercedum, non facit, quod conductor aliquod majus
jus acquirat in re locata, sequitur, quod ex solutione non pos-
sit inferri. quod ergo successor teneatur stare locationi Mare-
scot. *varior. cap.* 18. *num.* 7. *lib.* 1. Amat. *resolut.* 29. *nu-*
mer. 5. Rota *decis.* 210. *num.* 5. *et seqq.* post Statil. Pacif.
de Salvian. interd. idque nec etiam pro illo primo anno, quo
mortuus est antecessor Gratian. *disc.* 606. *num.* 22. et in ca-
sibus in quibus successor tenetur stare locationi non tenetur 291
approbare, et bonificare solutiones anticipate factas antece-
sori, sed iterum exigit, ut late dixi *in cap.* 37. *num.* 51. *et*
seqq. et ultra ibi adductos, firmat etiam pluribus cumulatis
Carlin. *contr.* 93. *n.* 16.

Vigesimus secundus casus est si jam sit caeptus annus, et 292
per colonum caepta cultura agri conducti, quando venit suc-
cessor novus, an tunc ipse successor ei stare teneatur, et affir-
mativam aliorum auctoritate, ac aequitate moti, tenent Ma-
rescot. *variar. cap.* 18, *numer.* 7. *lib.* 1. et Carlin. *controv.*
93. *n.* 10. Ossasc. *dec.* 82. *n.* 10. Rota *dec.* 210. *n.* 7 post Sta-
till. Pacif. de Salvian.

Declaratur tamen primo, ut non sufficiat quaelibet parva 293
impensa, seu cultura, sed requiratur, quod facta sit saltem
pro majori parte antequam successor allegaverit velle recede-
re, ut loquitur Gratian. *disc.* 37. *nu.* 3. *et disc.* 606. *num.*
17. et pluribus relatis declaravit Rot. coram Bich. *decision.*
452. *num.* 14. *et seq.* ubi et quod praeterea valde interest,
an expensae factae fuerint ante vacationem ecclesiae, vel ea
vacante, an vero post acceptam possessionem, a successore, et
contra formam pacti initi cum antecessore, quia hoc secundo
casu retorquetur aequitas adversus contra venientem pacto 294
l. 1. *et l. juris gentium*, §. *sed si fundandi vers. iniquum*
ff. de pact. Bero *cons.* 155. *n.* 32. *lib.* 3.

Secundo declarari posse videtur dict. conclusio, ut pro- 295
cedat in successoribus Beneficiorum, Majoratus, et simi-
libus, non autem in emptore. quia ipsi censetur venditum
praedium cum omnibus ejus fructibus pendentibus, et pro-
pterea potest eos totaliter sibi vindicare, ita ut conductor nul-
lum aliud habeat remedium, quam agere contra venditorem
qui sibi locavit, prout consuluit Roman. *cons.* 309. *per tot.*
et plenissimo firmavit Rota *decis.* 187. *per. tot. part.* 1. *re-*
cent. et faciunt tradita *in cap.* 33. *in princ.* ubi quod con-
ductor ne dum dominium fructuum pendentium, sed neque
hypothecam eorum habet, idque procedit tam in colono num-
mis, quam in colono partiario, Roman. *d. cons.* 309. *numer.*
1. *vers. qua ratione*: Surd. *dec.* 265. *num.* 52. Rot. *d. dec.*
187. *num.* 3. si tamen emptor de tempore emptionis fuerit
locationis ignarus, quia alias secus dicendum esset ex adduct.
in eadem *dec. Rotali nu.* 4. ubi tamen, quod talis scientia
probanda est, quia non praesumitur.

Vigesimus tertius casus sit si singularis successor ve- 296
lit stare locationi, et e contra, conductor velit ab ea recedere,
an sit illi permissum, et affirmativam probat text. *in l. qui*
fundum. 35. *ff. locat.* ubi expresse habetur, quod si fundus
legetur, conductor potest recedere a conductione, et text. e-
tiam *in l. emptorem c. locat.* nam per aliquos non incipit
emptorem, sed emptori, et ita lectus hanc opinionem probat,
ut advertit Scapuc. *de sing. success. in princ. numer.* 1. et
tenent passim doctores. ut patet ex relatis per Carlin. *con-*
tr. 93. *num.* 13. *et* 17, Surd. *dec.* 52. *per tot. ubi in princ.*
dicit esse rem clarissimam Add. ad Burat. *dec.* 482. *nu.* 19.
Rot. cor. Bich. *decis.* 452. *n.* 40.

Ratio hujus conclusionis redditur communiter, quia, si
permissum est recedere domino, debet etiam e contra esse
permissum conductori, cum sint correlativi, et ideo aequali-

ter judicari debent, pront sulmadvertit Gratian. *discept*. 606.
num. 13. *et* 14. at patet ax inspectione Cisrlin. et Surd. et
aliorom per eos citatorum, et supposito, quod haec sit ratio
inde infertor, ut etiam favore conductoris ista sit regula, ut
possit recedere a conductione succedente alio in re, sed limi-
tatur in omnibus casibus, in quibus limitatur regula favore
successoris inducta, prout mouet aliis adductis, Mascscot. *va-
riar. resol. lib.* 1. *cap*. 18. *n*. 15.
Verom quod praedicta sit vera ratio conclusionis non tran-
sit sine difficultate, quia majus jus habet dominus in re, qoam
conductor, praecipue ad modicum tempus, et ideo argumen-
tum ab uno, ad alium tamquam a correlativis in hoc propo-
sito non est tutum, ex tradit. *in cap. praeced. nu*. 3. *et* 4. et
adest sine dubio alia ratio, quod non teneator stare condu-
ctor locationi, quia et ipse tenetur tantum actione personali
ad interesse locatori, quatenus recedat, quae actio personalis
non transit regulariter ad emptorem, seu alium in re succes-
sorem, et ipse locator non valet illam experiri, quia quando
simpliciter alienavit rem, ei nihil interest, quod conductor
continnet in contractu, vel non, et haec est ratio, quae ex-
presse redditur *in d. l. qui fundum* 35. *ff. locat*.
297 Vigesimus quartus casus, seu declaratio casuum, in qui-
bus dictum est successorem singularem teneri stare locationi
est, ut non procedant, si ipse successor velit solvere condu-
ctori, quod ei interest, quia hoc modo liberari potest ab obli-
gatione standi locationi *l. si filio familias* 26. *§. si vir ff.
sol. matr*. Negus. *de pignor. par*. 2. *memb*. 1. *num*. 7. *et* 8.
Covar. *variar. lib*. 2. *cap*. 15. *num*. 3. *vers. primum*, Pere-
gr. *art*. 40. *num*. 150. Ciarlin. *contr*. 93. *numer*. 9. quod et
298 ampliatur procedere etiamsi conductor haberet hypothecam
bonorum pro observantia sui contractus, Scapuc. *de sing. suc-
cess. lim*. 15. *n*. 3. *et seq. ubi num*. 7. concludit hanc esse
veram et commonem opinionem, sed de hoc lato dixi supra
in 6. *casu*, ad qoem me remitto ubi, et quid stante jura-
mento.
299 Vigesimus quintus casus, qui pariter venit ad declaratio-
nem casuum, in quibus dictum est soccessorem teneri stare
locationi, est, si locatio appareat facta in fraudem ejus, tunc
enim dicta resolutio generaliter limitatur, ut non procedat,
sed successor poterit recedere Tiraq. *de retract. convent*. §.
3. *glos*. 1. *n*. 17. *et seq*. Scapuc. *de sing. success. ampl ult.
num*. 3. *et per tot*. ubi late, Rota cor. Merlino *decis* 627.
n. 6. *et* cor. Cavaler. *dec*. 612. *n*. 32. *et seq*. ubi procedere
300 firmat, sive fraus sit vera, sive sit praesumpta, et etiam si
successor sit necessarius.
301 Fraus tamen non praesumitur, sed probari debet, ut in
his terminis plenissime firmat Giurb. *decis*. 58. *num*. 11. et
ubi lis agebatur inter haeredem gravati, et praetendentem
fideicommissum, et ipse haeres possidens, et se defendens, lo-
caverat, fraudem cessare, ex quo credere poterat saltem litem
duraturam ultra tempus locationis, sensit d. meus de Luca
tit. de locat. disc. 24. *num*. 3. *et per tot*. licet referat, quod
prodierat jam in casu illo decisio contraria. E contra vero ubi
locans sciebat imminere finem sui juris, non tenere locatio-
nem ad praejudicium soccessoris firmat idem d. meus de Lu-
ca *disc*. 23. *n*. 5. *eod. tit*.
302 Vigesimus sextus casus sit, si conductor expulsus a succes-
sore revertator adversus eum, qui sibi locavit pro consecutio-
ne damnorum, et interesse, et regula est, quod possit per
text. *in l. si merces* 28. *§. qui fundum ff. locat*.
Limitatur tamen haec regula, ut procedat ubi agitur de
303 succedente ex voluntate locatoris, secus si jus locatoris ana
natura expiraverit, et alius in eo successerit, et natura illa
juris locatoris fuerit conductori nota, ut dictum est de usu-
fructuario locante supra *in casu* 8. *num*. 120. *et seq. hujus
cap*. ubi adsunt declarationes, et de haerede gravati videri
potest late penes Barbos. *de potest. Episc. alleg*. 98. *num*.
11. *et seq*. et Scapuc. *de sing. succes. ampl*. 19. penes quos
etiam habetur quid dicendum si similes locatores dedissent
fidejussores pro observantia contractus,
304 Secundo limitatur, ut procedat quando successor non tene-
batur stare locationi, vel si tenebatur stare vi expulit, nam
si conductor sponte discessisset, non posset amplius contra lo-
catorem agere, Barsst. *cons*. 180. *nu*. 3. Caroc. *tit. de suc-
cess. quaest*. 25. *num*. 42. Scapuc. *ampl*. 4. *num*. 10.

De renovatione locationis quando debeat de jure fieri.

SUMMARIUM.

1. In omnibus, in quibus tenetor dominus locare, tenetur etiam locatio-
nem jam factam renovare.
2. Conductori, qui bona melioravit, renovanda est locatio.
3. Ampl. procedaes tam de jure civili, qoam canonico.
4. Verbum posset quandoque accipitoe pro, debet, et necessitatem in-
ducit.
5. Verbum potest quando refertor ad judicem parte istante, et justa
petente, importat necessitatem.
6. Verbum potest quandoque non importat necessitatem omnino praeci-
sam, sed habentem ad mixtam facultatem.
7. Et tunc intelligitor de facultate legali, et adsit aliqua ratio abstinendi
non de omnino libera.
8. Limita, et tunc facienda sit renovatio propter melioramenta, quando
agri de sterilibus fertiles redditi sunt.
9. Sufficit tamen in solo inutili factam esse domum, vel domum ruino-
sam fuisse restitutam.
10. Etiamsi qoid prius ex re aliquid perciperetur, adhoc potest esse me-
liorata sufficienter, ut debeat renovari locatio.
11. Sterilitas, quae sit necessaria, et quae melioramenta sufficiant statue
arbitrio judicis ad d. effectum.
12. Idem si non redactam ad culturam totam praediom.
13. Lim. 2. si conductor praetendens renovationem, melioramenta non
probaverit.
14. Et probari debet status antiquus, quod terrae essent incultae, et per-
cutiendum tempus praecisom locationis factae,
15. Terrae privatae, et silvosae, non possunt dici omnino steriles,
16. Possunt tamen dici respectu ad utilitatem, quae percipitur post me-
lioramenta.
17. Si instrumentum locationis dicat, podere arativom, et prativum, pro-
batur non fuisse sterile.
18. Melioramenta ad dictum effectum probari debent facta a condu-
ctore.
19. Sufficit tamen petentem renovationem esse successorem universalem,
vel particularem ejus qui melioravit.
20. Qui dictam renovationem petit, non potest petere aestimationem me-
lioramentorum.
21. Lim. 3. si in locatione conventum fuit bona meliorari, et adhoc loca-
tio fuit restricta ad certum tempus.
22. Et ab hac limitatione non est recedendum, licet aliqui contrarium
teneant,
23. Lim. 4. in colono partiario.
24. Decl. limitationem non procedere in praediis patrimonialibus civita-
tis, vel fiscalibus.
25. Limit. 5, si melioramenta non sint facta de licentia, et consensu do-
mini.
26. Lim. 6. si post facta melioramenta locatio fuit renovata ad certum
tempus.
27. Contrarium tenent alii.
28. Decl. limitationem procedere, si renovatio non fuit pro eadem tempore
pro quo fuit facta prima concessio.
29. Decl. 2. limitationem procedere si renovatio facta fuit finita locatio-
ne culpa conductoris, secus si per lapsum temporis.
30. Lim. 7. si conductor juri petendi renovationem renuntiaverit.
31. Renuntiatio deducitur ex quo adsit pactum, quod finita locatione, do-
minus possit retinere sine aliqua conditione.
32. Lim. 8. si dominus reperiisset meliorem conditionem, quam factam
a conductore.
33. Decl. intelligi de tempore primae concessionis, et incumbere domino
onus probandi, quod meliorem conditionem repererit.
34. Decl. 2. renovationem faciendam cum eisdem pactis, quibus facta
fuit prima locatio, etiamsi meliora reperiantur.
35. Conductori ad longum tempus debet locatio renovari, etiam si non
melioraverit.
36. Concessio intuitu personae facta a principe, extinguitur cum persona
sed successor novam concessionem petit.
37. Emphyteusi finita per successionem finitam, descendentes petunt con-
firmationem.
38. Conductori ad modicum tempus non est necessario facienda reno-
vatio.
39. Renovatio locationis facienda conductori ad longum tempus, proce-
dit etiam in locatione bonorum ecclesiae.
40. Ecclesia dicitur mater aequitatis.
41. Decl. tunc faciendam esse locationem conductori ad longum tem-
pus cum dominus vult alteri relocare, secus autem si velit pro se re-
tinere.
42. Ampl. etiamsi adsit statutum, consuetudo, vel pactum, quod fiat re-
locatio.
43. Domino volente pro se retinere cessat aequitas, ut debeat renovatio-
nem facere.
44. Voluntas magis probatur factis, quam verbis.
45. Decl. 2. tunc faciendam relocationem praedictam, cum agitur de lo-
catione perpetua, seu ad vitam, vel certas generationes, secus si aga-
tur de locatione ad certum tempus.
46. Ampl. etiamsi locatio sit ad tempus longum.
47. Contrarium tenent alii.
48. Et haec contraria tutior erit si locatio fuerit ad tempus longissi-
mum.
49. Decl. 3. deberi renovationem praedictam ei petatur intra annum, e-
lies serae.
50. Lim. si dominus locaverit extraneo, quia tunc potest peti usque ad
trigiota annos.
51. Secus si fiat locatio consanguineis conductoris remotioribus, quia
tunc debet peti infra annum.

52. Lim. 2. ut talis annus non currat nisi a die quo constat de scientia proximiorum.
53. Et requiritur scientia praecisa, et probari debet specifice cum omnibus suis qualitatibus.
54. Decl. 4 deberi renovationem praedictam non solum descendentibus, sed etiam transversalibus.
55. Et non solum agnatis, sed etiam cognatis.
56. Decl. 5. sufficere petentem renovationem praedictam esse proximiorem, absque eo, quod sit haeres.
57. Contr. quod hoc jus renovationem petendi sit haereditarium.
58. Decl ut prima procedat in emphyteusi ex pacto, et providentia, secunda in haereditaria.
59. In haereditaria mixta non debetur renovatio, nisi habenti qualitatem haereditariam.
60. Renovatio investiturae, regulari debet ad normam, et exemplum investiturae renovatione.
61. Renovatio ista si debeatur haeredi, et agatur de emphyteusi ecclesiastica, non attenditur, quod quis sit exclusus ab haereditate per statutum laicale.
62. Renovatio ista in emphyteusi haereditaria proximioribus debetur, si haeres non sit capax.
63. Et e contra in emphyteusi ex pacto, si non adsint proximiores capaces, debetur haeredi.
64. Intellige ubi nullus adsit proximus capax.
65. Et inter proximos nulla habetur ratio agnationis, vel cognationis, sed sola proximitas attenditur.
66. Consuetudo circa hanc praelationem concedendam, et qui concedi debeat attenditur.
67. Repraesentatio non habet locum ubi sola proximitas attenditur.
68. Repraesentatio locum habet ad hunc effectum assequendi dictam praelationem.
69. Repraesentatio licet proximiorem non faciat in gradu sanguinis, tamen facit proximiorem in gradu successionis.
70. Legitimati non possunt petere renovationem locationis bonorum ecclesiasticorum.
71. Legitimati sunt incapaces bonorum ecclesiasticorum per viam successionis, non autem per viam novae acquisitionis ecclesia consentiente.
72. Monaci et monasteria non habent jus petendi renovationem locationis.
73. Decl. 6. attendi proximitatem respectu ultimi possessoris, non primi investiti.
74. Contr. tenent alii.
75. Et in haereditaria petens renovationem, debet esse haeres ultimi, non primi.
76. Re emphyteutica, seu locata, alienata, vel in divisione uni obventa, ejus tantum persona attenditur, et qui sit ei proximior.
77. Decl. 7. ut si concurrant plures in eodem gradu, debeat renovatio fieri omnibus.
78. Ampl. etiamsi in prima investitura, vocatus sit tantum unus.
79. Intellige si omnes infra annum petant.
80. Decl. 8. posse peti etiam a foeminis renovationem emphyteusis, seu locationis rei ecclesiae.
81. Ampl. etiamsi prima locatio facta sit pro masculis tantum.
82. Ampl. 2. etiamsi adsint masculi agnati remotiores.
83. Investiturae qualitas non alteratur per solam mutationem personarum, nisi fiat concessio personae factae.
84. Decl. 9. non deberi renovationem si petatur re non integra, quando scilicet dominus devenit ad locationem, et traditionem factae alterius.
85. Contrariam tenent alii, et est verior opinio.
86. Prima procedit si lapsus sit annus, et facta relocatio alteri consanguineo, vel triginta anni, et facta relocatio extraneo.
87. Decl. 10. posse peti renovationem finita locatione absque culpa conductoris, secus e contra.
88. Decl. 11. posse conductorem huic juri petendi renovationem renunciare.
89. Et renunciatum censetur per pactum, quod finita locatione bona revertantur libera ad dominum vesandum aliquor.
90. Contraria opinio est verior.
91. Renunciatio dictae facultatis petendi renovationem debet esse expressa.
92. Et expressa in casu contravertionis non obstat in casu locationis finitae per lapsum temporis.
93. Renunciatio non potest extendi de casu ad casum.
94. Facultas pro se retinendi non tollit jus petendi dictam renovationem, quando non est additum, quod possit etiam cui velit locare.
95. Decl. 12 non impediri hanc petitionem renovationis ex eo quod praecedens locatio fuerit declarata nulla ex defectu solemnitatum.
96. Decl. 13. quod volens hanc praelationem offerre debeat omnes conditiones, quas dominus reperit ab alio quocumque.
97. In locatione rerum ecclesiae non attenditur pro meliori conditione, quod solvitur praelato, sed solum, quod cadit in utilitatem ipsius ecclesiae.
98. Omissio oblationis similis illae factae per extraneum non nocet proximo, qui de ea non fuit certioratus.
99. Decl. 14. non deberi renovationem si locatio facta fuerit propter aliquam specialem causam, uti propter benemerita.
100. Intellige procedere declarationem in renovatione necessaria non in voluntaria.
101. Decl. 15. ut obligatio faciendi renovationem non liget supremum principem.
102. Intellige posse principem huic juri derogari si velit, sed non verdi-toe eelle.
103. Decl. 16. ut is cui competit hoc jus petendi renovationem possit bona retinere.
104. Intellige postquam dominus declaravit velle alteri locare.
105. Decl. 17. hoc jus petendi renovationem esse mere personale, et ideo cedi non posse.
106. Intellige procedere in proximiore, secus autem in ultimo conductore.
107. Et ultimus conductor si relinquat jus petendi renovationem pendet a voluntate domini ei adhaerere, vel non.
108. Et non sufficit legatum esse eam ad hoc, ut veniat jus petendi renovationem in emphyteusi ex pacto.
109. Neque sufficit in emphyteusi haereditaria ad compellendum dominum, sed requiritur, ut legat in specie jus petendi renovationem.
110. Sed potest dominus, si velit legatum approbare, etiam in emphyteusi ex pacto.
111. Decl. 18. ut pro hac renovatione consequenda non competat actio realis.
112. Intellige declarationem procedere in renovatione debita ex pacto, non in ista, alias ex lege, et aequitate debita.
113. Legis contra praeceptum, si quid fiat, nullum est.
114. Ampl. etiamsi id deductum quoque in pactum fuerit.
115. Cui competit ista renovatio Rota dat immissionem.
116. Et condemnat possessorem restituere fructus.
117. Decl. 19. non deberi hanc renovationem si res locata alienata sit cum aliqua bonorum universitate.
118. Decl. 20. hoc jus petendi renovationem non competere ultra septimum gradum.
119. Decl. 21. ut quando devenitur ad hanc renovationem, citari debeant possessores bonorum.
120. Decl. 22 hoc jus petendi renovationem non procedere in feudis.
121. Decl. 23. ut si ista renovatio fiat de emphyteusi, requiratur scriptura.

CAPUT LXII.

1 Locationis terminatio, et finis saepissime impeditur per renovationem, sive expressam, sive tacitam, et non ad expressam non solum deveniunt partes ad eam voluntarie, sed quandoque etiam necessarie, idque sive necessitate a lege inducta sive etiam a pactis, conventionibus, vel statutis. Quo enim ad legem, sicut dictum est supra *in c. e. in princ.* quod aliquibus casibus dominus tenetur de jure rem suam invitus locare ita sine difficultate dicendum est, quod eisdem casibus teneatur etiam locationem semel factam durante eadem ratione, renovare.

Praeter illos autem casus, sunt et alii, in quibus de jure necessario facienda est renovatio locationis, et signanter si conductor melioraverit bona locata, et si praecedens locatio erat ad longum tempus, de quibus dicemus *in capit. praesenti*, reservato loqui de pactis, statutis, et consuetudinibus in sequenti.

2 Assumendo igitur primum casum, quo conductor bona sibi locata melioraverit, quod finito locationis tempore debeat ei fieri illius renovatio, firmant signanter Castrens. *consil.* 142. *numer.* 1. *vers. sed his. non obstantibus. et per tot. lib.* 2. Cephal *consil.* 463. *num.* 23. Mazzol. *cons.* 16. *n.* 9. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 24. *n.* 17. Becc. *cons.* 3. *n.* 33. Gratian. *discept.* 813. *n.* 38. Bertazzol. *cons. civil.* 85. *numer.* 29.

Et licet conclusionem istam in dubium revocaverit Rota in una romana domus 22. aprilis 1644. coram Cecbino *in §. prout nec etiam.* dicendo, quod domini voluerunt eam firmare, prout eam non firmavit Bart. ejusdem auctor *in l. quicumque la 2. sub. num. 1. c. de omn. agr. desert. lib.* 11. ibi, *tamen hoc non affirmo*, cum sit nimis praejudicialis ecclesiae aliisque dominis directis, et tendat ad destructionem emphyteusis de cujus natura est, ut res concessa melioretur, ut per Gabr. *d. cons.* 84. *nu* 6. *lib.* 2. cum aliis prae allegat. eamque ideirco impugnent Rom. *in l. etiam num.* 14. *ff. sol matr. et in sing.* 273. Giovagn. *cons.* 37. *num.* 13. *lib.* 2. Cald. *de jur. emphyt. lib.* 2. *quaest.* 23. *numer.* 55. *et seq.* ubi testatur de communi canonistarum opinione Rot. in Nucerin. Praedii 3. martii 1614. coram bon. mem. Card. Sacrat.

3 Tamen ab ea non videtur recedendum, quia probatur de jure civili *in l. quicumque 7. c. de omn. agr. desert. libr.* 11. ubi dicit praecise text. *quod quicumque desertum fundum patrimonialium exercuerit, et fertilem. idoneumque praestiterit, salvo patrimoniali canone, perpetuo, ac privato jure defendat, et velut domesticum, et avita successione quaesitum sibi habeat, suisque relinquat*, nec intelligi debet praefata lex de eo, cui fuerit fundus perpetuo concessus, vel locatus, quia tunc etiam si non meliorasset, non debuisset sibi auferri, sed lex se fundat in sola melioratione, et ideo debet intelligi in eo cui concessio fuit facta ad tempus ut declarat Castren. *in d. cons.* 142. *nu.* 1. *prope fin. vers. nam illa lex.*

Probaturque etiam eadem opinio de jure canonico *in cap. ad aures 7. de reb. eccl non alien.* ubi habetur posse praelatum terras, quae de silvis extirpatae sunt arabiles factae eis haereditario jure concedere sub annuo censu tenendas a qui-

bus suo, vel parentum suorum labore constiterit extirpatas fuisse. Et licet iste text. loquatur per verbum *possit*, quod est in se facultativum, et nullam necessitatem inducit, ut considerevit Roman. *in l. etiam in princ. nu.* 14. *ff. sol matr.* et Cald. *de jure emphit. lib.* 2. *quaest.* 23. *num.* 56. tamen in casu isto intelligendum est imperare, quod praelatus tenestur, et debeat, ut late probat Castren. *d. cons.* 154. *num.*
4 2. *lib.* 2. et ultra ibi per eum adducta, quae bene convincunt hanc veritatem, addo, quod verbum, *possit*, non semper est facultativum, sed quandoque accipitur pro, *debeat*, et necessitatem inducit, Paris. *de resignat lib.* 5. *quaest.* 3. *numer.* 84. Gregor. *decis.* 85. *num.* 7. *ad med.* idque praecipue locum sibi vindicat in lege facultatem alicui superiori, tribuente, Bald. *in l. gallus* 29. *in princ. num.* 6. *ff. de lib. et posth.* obi quod si statutum concedit potestati facultatem inquirendi pro aliquo delicto, debet inquirere Scannarol. *de visit. carcer. lib.* 3. *in prooem. cap.* 15. *n.* 4. et certius ubi
5 refertur ad judicem parte instante, et justa petente, ut post Ang. *in l.* 1. *num.* 4. *ff. de jurisd. omn. jud.* et Jas. *in l. quod jussit num.* 38. *ff. de re jud.* tradit idem Scannar. *d. lib.* 3. ? 10. *in princ. num.* 22. *vers. intellige.* Et quando
6 dictum verbum non importaret necessitatem omnino praecisam, sed haberet admistam facultatem, juxta tradita per Rota *in decis.* 232. *numer.* 18. et 19. *part.* 19. *recent.* talis
7 facultas intelligi deberet de legali, non de absoluta, itaut valeat praelatus abstinere si aliqua ratio abstinendi vigeat, et non alias Barbat. *consil.* 33. *num.* 8. *vers. quia ad hoc respondeo lib.* 2. cum aliis congestis per Ciarlin. *contr.* 38. *num.* 28 et Rot. coram Bich. *decis.* 522. *num.* 10. quae est etiam penes Dian. *post part.* 11. *fol.* 8. quae quidem causae plures concurrere poterunt, ut patebit ex dicendis, quis videlicet dicta conclusio licet vera sit, multas tamen patitur limitationes.

8 Prima autem limitatio dictae conclusionis est, ut procedat tantum, si conductor ita melioravit agros, ut eos de sterilibus fertiles reddiderit, et de incultis cultos, ut loquitur *d. l. quicumque* 7. *c. de omn agr. desert. lib.* 11. *et cap. ad aures de reb. eccles. non alien. decis.* 14. *num.* 3. *ad med. part.* 3. *recent.* secus autem si aliter melioravit, quia habet sua remedia melioramenta repetendi, ut dictum est alibi suo loco et alias bene applicaretur, quod conclusio tenderet ad destructionem emphyteusis, eum de ejus natura sit, ut detur ad meliorandum, ut dicit Rot. in d. romana domus cor. Cecchino. ut supra, et iden melioramenta non sufficiunt, nisi sint cum praedicta qualitate, Larala *cons.* 18. *num.* 27. *et seqq.* Gratian. *disc.* 357. *numer.* 32. et *seqq.* Baltass. de Ang. in addit. ad Gizzarel. *decis.* 5. *num.* 6. et requiri ad hunc effectum rem esse melioratam respectu rei, respectu fructuum, respectu temporis, et respectu impensae, tradit declarando singulos hos respectus Giovagnon *cons.* 37. *num.* 25. *vers. oportet lib.* 2.

9 Non tamen ita mordicus insistendum est verbis dictorum jurium, ut excudatur omnis melioratio, quae non sit extirpatio, agri, et ejus exercitatio itaut redditus sit arabilis, et fertilis, sed satis erit idem effectus, unde si in solo nudo, et inutili conductor dominum utilem aedificaverit, vel domum ruinosam restituerit intrabit conclusio, ut jam probavi *in e.* 14. ? 3. *num.* 20. prout etiam non excludetur applicatio con-
10 clusionis ex eo, quod aliquid modicum de terris perciperetur quia text. *in d. cap. ad aures.* loquitur in casu quo aderant silvae, ea quibus semper aliquid percipitur ut bene ponderavit Rota *in decis.* 664. *num.* 1. *part.* 1. *div.* et cor. Mantic. *decis.* 17. *num.* 4. et dum in jure expressum non habe-
11 mus, quae sit sterilitas sit necessaria, standum erit arbitrio judicis, in dignoscendo an fuerit talis, et tanta, ut habito respecto ad melioramenta, dici valeat rem esse reductam de inculta ad culturam, et ad fertilitatem, itaut militet eadem ratio aequitatis, in qua conclusio fundatur *d. decis.* 664. *n.*
12 2. *part.* 1. *div.* quod etiam referendum erit ad casum, quo adsit vera reductio ad culturam, sed non in toto praedio locato, licet tunc non esse locum necessariae relocationi, aliis adductis, dicunt Burs. *cons.* 330. *num.* 138. et Honded. *cons.* 85. *num.* 42. *lib.* 2. cum militet eadem ratio praecedentis casus

Secunda limitatio erit si conductor praetendens renovationem, melioramenta praedicta non probaverit, et prout tenetur, cum sint fundamentum suae intentionis *dec.* 312. *n.* 4. *part.* 2. *div.* et ad hunc effectum probare debebit primo
13 statum rei antiquum, prout est regulare in probatione melioramentorum, Burat. *decis.* 834. *numer.* 11. quod scilicet terrae esset incultae, et inutiles Bursat. *cons.* 330. *num.* 134. *vers. primum namque*, Honded. *cons.* 35. *numer.* 40. *lib.* 1. nec sufficit probatio status antiqui nisi percutiat praevise tempus, quo facta fuit locatio, ut firmavit in specie Rot. in rom. relocationis casalis cor. Sacrato, quae est impres. post Fea. 14
son ad *stat. urb. decis.* 4. *in* ? *neque super hoc*, et probanda est omnimoda sterilitas Giovagn. *resp.* 37 *num.* 25. *lib.*
2. adeout si terrae erant prativae, vel in eis aderant silvae, non 15
possit dici, quod essent omnino steriles, prout requiritur Bursat. *cons.* 330. *num.* 135. quod tamen non accipiendum indistincte, sed cum moderamine, ut procedat si non appareat terras 16
licet silvosas, fuisse inutiles respectu status praesentis, cum alias obstet test. *in d. cop. ad dures.* qui expresse loquitur in casu, quo aderant silvae ut dictum est in praecedenti limitatione, et cessare praetensam necessitatem relocandi, ubi aderat domus, et in concessione non dicebatur, quod esset penitus diruta, nullumque fructum redderet, quinimo informantes pro praetendente renovationem admittebant aliquid ea es percipi dixit Rot. in rom. domus. 22. aprilis 1644. ?
es duobus coram Cecchino et in casu quo instrumentum di- 17
cebat. *podere arotivum et protivum.* Rota censuit constare, quod non esset sterile adeout denegaverit remissoriam, quae petebatur ad probandum contrarium coram Royas *decis.* 96.
num. 20. secundo probandum est melioremenls fuisse facta 18
ab ipsomet conductore, vel ejus auctoribus, ut inde concludatur deberi ipsis renovationem, cum non sufficiat terras fuisse melioratas, et ad culturam redactas de tempore, quo durabat locatio, dum potuerunt fieri a domino, vel alius Bursat. *cons.* 330. *nu.* 138. *vers. septimo concedantur.* et probant text. *in d. cap. ad aures* ibi *a quibus suo, vel parentum suorum labore constiterit extirpatas*, et probandum 19
petentem esse successorem universalem, vel particularem illius qui melioravit Honded. *cons.* 85. *num.* 41. *lib.* 1, et faciunt Castreu. *cons.* 270. *nu.* 4. *lib.* 2. Menoch. *de recuper. remed.* 25. *nu.* 567. et dixi etiam aliquid latius de hac probatione *in cap.* 14. ? 3. ut ibi videri potest.

Unum tamen advertendum, quod non propterea probatis me- 20
lioramentis potest conductor eorum aestimationem a domino repetere, prout regulariter potest juxta tradita *in cap.* 34. sed debet illam remittere, si vult consequi hanc renovationem, ut in casu Roin. *cons.* 157. *num.* 13. *et seqq. libr.* 2. et cum eo Bursat. *cons.* 330. *num.* 136. *vers. tertio conductor.*

Tertia limitatio est, ut non procedat si conventum fuit in 21
locatione, quod bona meliorari deberent, et tamen locatio fuit expresse limitata, et restricta ad certum tempus, quia tunc dispositio praefatorum jurium non procedit, ut declaravit Castren. *consil.* 189. *circa fin. vers. nec hic procedere lib.* 2. Rot. *decis.* 115. *num.* 20. *vers. ultro quod, por.* 12. *recent.* et ratio est, quia tunc finito tempore, conductor non excluditur a fructu laboris sui, per dominium, sed ex pacto, et sic ex proprio consensu, ut consideravit Rip. *in tract. de pest. tit. de remed. praeservat. numer.* 260. *prope fin. vers. non obstat. text.* et eo relato, Rot. in supradicta rom. domus coram Cecchino ? secundo quis. et cor. Bich, *decis.* 483. *num.* 30. unde non facile erit ab hac recedendum licet contrarium senserit Castren. *cons.* 142. *lib.* 2. loquitur enim de re concessa 22
ad novennium ad meliorandum, ut advertit Ladere. *consil.* 137. *num.* 9. et tamen vult deberi renovationem, *et sub. nomer.* 2. *in fin. vers. nec obstat quod.* respondet praefinitioni temporis, dicens eam non esse superfluam, quia imo multum operatur propter renovationes, quae sunt domino valde utiles, imo et sub *num.* 3. probat, quod etiam ultimae renovationes fuerint alteratae ad praejudicium conductoris, magis attendi debet prima investitura, et easdem opinionem tenuit etiam Bero. *in cap. in praesentia n.* 379. *de probat* Becc. *cons.* 3. *n.* 30.

Quarta limitatio est, ut procedat in colono simplici non au- 23
tem in colono partiario, quod probatur, quia jura praedicta loquuntur de colentibus pro annuo canone, seu censu, et ideo non possunt intelligi de colono partiario, maxime cum non sit eadem ratio, cum colonia partiaria sapiat de societate *l. si merces* ? *vir major, ff. locat.* in qua difficilius dissolvitur, quod quis cogatur invitus eam renovare, et praecipue renovatione perpetuo duratura, pro ut est ista, ut dicam infra *in* 6. *limitatione*, non enim cogi potest quis perpetuo in societate permanere *l. actione* ? *diximus ff. pro soc.* et *l. in hoc judicio ff. cum div.* unde in partiario non procedet haec obligatio renovandi, ut tenuerunt in specie Rtm. Sen. *cons.* 100. *n.* 15. *et seqq.* Ruin. *cons.* 151. *num.* 7. *et seqq. lib.* 4.

Bursat. *cons.* 330. *numer.* 138. *vers. octavo cessat*, Hon-
ded. *cons.* 85. *num.* 12. *lib.* 1. Eugen. *cons.* 28. *n.* 11. *et
seq. lib* 2. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 15. *n.* 51. *vers.
nec decipiaris.*

Verum limitatio ista non transit sine magna difficultate,
quia colonia partiaria non est proprie societas, ut patet ex
ipsis verbis *d. l. si merces ꝁ. vis major, ff. locat.* et magis
participat de locatione, quam de societate, ut in dubio regu-
lari debet cum regulis locationis, ut dictum est *in cap.* 5.
num. 22. et sic debet renovari, prout dicitur de locatione, ut
in specie voluit Rot. cor. Mantic. *decis.* 17. *num.* 8. *et seqq.*
et ultra quod huic decisioni respondet signanter; Honded. *u-
bi supra.* num. 15. *et late seqq.* et se restringit ad casum il-
24 lum, in quo non agebatur de praediis privatorum, de qui-
bus loquuntur Rim. Sen. et Ruin. sed de praediis, quae fue-
runt patrimonialia civitatis Perusiae, ut nunc sunt camerae
apostolicae, de quibus proprie loquitur text. *in d. l. quicum-
que* 7. c. *de omn. agr. desert. lib.* 11. et viget major ratio, ut
ipsa decisio dicit *sub. n.* 12. *versic. praeterea.*

25 Quinta limitatio est, ut procedat conclusio, si melioratio
sit facta de licentia et consensu domini locatoris, licet enim
non sit necessarium pactum in instrumento, imo ubi locatio
est ad tempus certum, pactum meliorandi contrarium effe-
ctum operetur, ut dictum est in limit. tertia, tamen licen-
tiam esse necessariam post Redoan. *de rebus. eccl. non a-
lien. rubr. ult. vers. non adhibetur*, declarat. Bursat. *cons.*
330. *n.* 136. *vers.* 4. *praecedat.*

26 Sexta limitatio est, ut conclusio non procedat, si post facta
melioramenta locatio fuerit renovata ad certum tempus, quia
tunc non attenditur tempus quo facta fuit prima locatio, sed
illud quo facta renovatio, de quo bona non erant sterilia, et
ideo non intrat d. obligatio renovandi Bursat. *d. cons.* 330.
n. 137. et aliis adduct. Rot. *decis.* 115. *n.* 9. *part.* 12. *rec.*

27 Verum contrarium sensit Castren. *consil.* 142. *lib.* 2. ubi
consoluit pro renovatione facienda, licet pluries jam fuisset
facta, quod ipse potius retorquet, dicens adesse consuetudi-
nem renovandi *num.* 2. *post med. vers. sed in casu nostro*,
ubi aperte vult renovari debere perpetuo, quod et verum
videtur, quia qui bona praedicto modo melioravit, debet ea
retinere perpetuo, ut dicit text. *in d. l. quicumque* 7. c. *de
omni agr. desert. lib.* 11. *et in cap. ad aures, de reb. eccl.
non alien*: itaut locatio per praedictam meliorationem redda-
tur perpetua, et per consequens conductor non possit expelli
nec pensio augeri Bec. *cons.* 3. *numer.* 30. *et seqq.* Peregr.
cons. 8. *num.* 18. *lib.* 3. Mantic. *decis.* 17. *num.* 3. et pote-
rit dominus; vel concessionem prius factam ad tempus in re-
locatione perpetuam declarare, ut videtur sensus *d. cap. ad
aures*, vel renovare ad idem tempus primae concessionis, prout
magis proprium videtur renovationis, et renovatione finita
iterum renovare, et sic continuare perpetuo, quod erit sibi
magis utile propter faciliorem probationem dominii, aliasque
rationes de quibus Castren. *d. cons.* 142. *num.* 2. *prope fin.
part.* 1. Bec. *cons.* 3. *num.* 33. unde crederem non obstare
posse conductori renovationem factam fuisse ad tempus, prae-
28 cipue si facta fuerit ad idem tempus primae concessionis, ex
quo tunc posset censeri electus dictus modus magis profi-
cuus domino, et ubi tempus esset alteratum, quia non esset
propria renovatio, sed nova concessio, posset argui conducto-
rem illi acquievisse, et sibi praejudicasse, et ita sustineri, pro-
cedere limitationem.

Praeterea posset quoque distingui, ut limitatio procedat in
29 casu, quo bona fuissent devoluta culpa conductoris, ut lo-
quitur *d. dec.* 115. non autem in casu, quo fuisset facta re-
novatio, solummodo, quia lapsum fuisset tempus primae con-
cessionis, de quo loquitur Castren. et ratio est, quia hoc se-
cundo casu concessio non dicitur nova, etiamsi adsint verba,
et de novo concedimus et locamus Isern. *cap.* 1. *de Vas-
sal. decrep. aetat.* Alciat. *in l. si mihi, et Titio numer.* 27.
vers. quod Bartolus ff. de ver. oblig. et aliis adductis Rota
decis, 176. *num.* 36. *part.* 5. *recent.* quod secus est in de-
volutione ob culpam, ut late distinguendo comprobat Bich.
decis. 483. *num.* 32. *et seqq.* ubi etiam *sub nu.* 37. ait, non
requiri in casu delicti, quod res fuerit incorporata, sed suffi-
cit, quod dominus caducitatem declaraverit, juxta unam opi-
nionem, quam Rota sequuta fuit, sed hoc saltem in proposito
isto, intelligendum videtur ubi devolutio vere fuisset incur-
sa, et nulla competiisset conductori exceptio, vel aliud re-
medium nec relevare conductorem, praesertim ignarum, re-
cepisse novam relocationem si poterat alio modo retinere, ex
tradit. per Castren. *cons.* 142. *num.* 3. *lib.* 2.

Septima limitatio est, si in locatione conductor huic juri re- 30
nunciaverit, non enim dubitandum posse conductorem juri
petendi renovationem renunciare *dec.* 195. *num.* 2. *part.* 1.
div. sed dubitari poterit an censeatur renuntiatum, prout
dubitavit Rot. coram Bravo *in decis.* 664. *num.* 3. *part.* 1.
div. ubi in casu illo fuit conclusum affirmative quia in inve-
stitura aderant verba, *et retinere sine aliqua conditione*, quae 31
tollunt obligationem renovandi, cum implicent, quod domi-
nus possit pro se retinere, et cogatur reconcedere, et quia con-
currebat, quod conductores generaliter renuntiaverant omni-
bus legibus, et constitutionibus, et aderat juramentum, quod
habet vim specialis expressionis *ut in eadem decis.* firmatur
ubi etiam respondetur ad aliqua objecta, prout in ea videri
potest, et etiam videri poterunt quae dicam *in casu seq.* de re-
nuntiatione juris petendi renovationem, quod competit primi-
mioribus, absque eo, quod adsit melioratio in 11. *declaratione.*

Octava limitatio est, ut procedat quatenus dominus non re- 32
perisset meliorem conditionem, quam sibi factam a condu-
ctore, alias secus text. *d. cap. ad aures. vers. nisi forte de
reb. ecclesiae non alien.* Verum hoc intelligitur de tem- 33
pore primae concessionis, non autem de tempore, quo peti-
tur renovatio, ut quod eo tempore reperiretur plus offerens,
probandum est a domino, quia in dubio non praesumitur,
quod potuerit inveniri alius, qui plus offerret, ut probat Ruin.
cons. 157. *n.* 17. *lib.* 1. et admittit Bursat. *cons.* 330. *num.*
136. *vers. secundo melior.*

Caeterum licet in praesenti dominus reperiat meliores con-
ditiones, adhuc tenetur renovationem facere eisdem pactis, et
modis, quo res primo fuit locata, et absque ullo augmento 34
pensionis, ut probat text. *in d. l. quicumque, c. de omn. a-
gr. desert. lib.* 11. ibi *salvo patrimoniali canone.* Et viget
ratio, quia non debet conductor gravari ultra, quam mere-
batur fundus antequam laboribus suis melior esset effectus,
ne cogatur ipsos labores deplorare ad text. *in l. fin. c. de al-
luvion.* ubi Bald. dicit notandum contra quosdam praelatos
qui volunt augere quantitatem census praedii fertilioris effecti
sollicitudine, aut cultura, et sumptu possessoris, quod etiam
probavit Bart. *in l. fin. c. de omn. agr. deser. lib.* 11. ex
quibus aliisque auctoritatibus hanc opinionem latissime com-
probat Becc. *consil.* 3. *num.* 31. *et seqq.* Burlan. *consil. civ.*
85. *num.* 29. Gratian. *discept.* 813. *n.* 38. Peregr. *consil.* 8.
n. 18. *lib.* 3. Mantic. *dec.* 17. n. 3.

Possunt alia dici ad declarationem hujus casus, sed quia
sunt magis propria casus sequentis, quamvis, et huic con-
veniant, dicentur in illo, ad evitandam repetitionem.

Descendendo autem ad alium casum, quo non constet de
melioramentis, quod adhuc si locatio fuit ad longum tempus, 35
teneatur dominus eam renovare, probatur, quia habemus text.
in l. 1. ꝁ. *permittitur ff. de aq. quot. et aest.* in quo habetur 36
quod concessio quae facta per principem intuitu personae, cum
persona extinguitur, sed potest successor petere novam con-
cessionem, et fit ei injuria si non conceditur, et glos. *ibi
in ver. impetrabile*, inquit hoc esse simile investiturae feu-
dorum, mortuo enim vassallo facile potest impetrare haeres
masculus investituram, quia debet ei dari; Bart. vero ibid.
nu. 1. repetendo ipsam glos. addit, et hoc nota pro emphy-
teusi, quod ea finita per generationem finitam, descenden- 37
tes possunt petere eis confirmari, et de facili impetrabunt, et
est injuria si non fiat confirmatio, et ideo potest appellari de
jure canonico ad superiorem, ut cogat, quod confirmatio fiat
et haec doctrina Bart. est communiter recepta, ut videre licet
penes Glori. *in ꝁ. emphyteusis quaest.* 43. *num.* 1. Marescot.
var. resol. lib. 1. *cap.* 3. *numer.* 1. Fulgin. *de jur. emphyt.
tit. de renovat. quaest.* 1. *num.* 1. Rot. *decis.* 096. *num.* 1.
part. 2. *div.* et in una Ferrarien. bonor. cor. Pamphilio im-
press. per Amat. *dec. Ferrar.* 51. *n.* 30. et Buset *in recs. dec.*
177. *n.* 31. *par.* 5.

Et licet Bart. loquatur de emphyteusi, tamen ejus doctri-
na procedit etiam in locatione propter identitatem rationis,
et in terminis locationis passim allegatur, et admittitur, ut
videre est signanter penes Ruin. *cons.* 168. *num.* 24. *lib.* 1.
Vinc. de Franc. *decis.* 406. *num.* 9. Cacoc. *de locat. tit. de
libert. quaest.* 1. *num.* 49. Rot. cor. Gregor. *decis.* 45. *nu-
mer.* 1, et Burg. *de laudem. part.* 2. *inspect.* 46. *n.* 6. Gin-
zarell. *decis.* 5. *num.* 21. quidquid in contrarium late dedu- 38
cat Vela *dissert.* 13. *num.* 24. *et seqq.* quia opinio sua pro-
cedit in simplici locatione ad modicum tempus, juxta tradi-
ta infra *in* 2. *Declaratione*, et per Gratian. *disc.* 357. *num.*
27. in ea enim verum est, quod nullum dominium, aut jus rea-
le conductori acquiritur quae est ratio, qua ipse Vela move-

Pacioni 88

tur *num.* 22. at secus est in locatione ad longum tempus ju-
xta veriorem, et communiorem opinionem firmatam *in cap.*
27. *in princ.* et latissime comprobatam per eumdam Velam
dissert. 19. *num.* 40. neque obstant Castren. *cons.* 142. *nu-
mer.* 1. *ad fin. vers. sed his non obstantibus lib.* 2. et alii
citati *in d. dissert.* 13. *num.* 25. quia dicunt deberi renova-
tionem locationi e descendentibus, seu haeredibus primi con-
ductoris ad longum tempus, ex quo ille melioraverit, sed non
dicunt, neque ex eorum dicto infertur, quod non debeatur
ubi non melioraverit, et nihil repugnat, quod utroque casu
detur, prout dari constat in emphyteusi, et est jus omnino
diversum, ut ex infra dicendis patebit, et praecipue ex decla-
ratione prima.

Nec dubitandum eamdem doctrinam procedere etiam si a-
39 gatur de locatione bonorum ecclesiasticorum, quia dum fun-
data est praecipue in aequitate, ea magis servari debet ab ec-
40 clesia, quae mater aequitatis dicitur Clar. *d. quaest.* 43. *nu-
mer.* 3. ubi de communi Marescott. *d. cap.* 3. *num.* 3. Ve-
rall. *decis.* 204. *part.* 1. Duran. *decis.* 431. num. 1. *in rec.
decis.* 176. *num.* 38. *part.* 5. *et decis.* 151. *numer.* 2. *et* 3.
par. 9.

41 Patitur autem praedicta doctrina plures, et diversas decla-
rationes, inter quas prima et valde praecipua, est illa, ut
procedat solummodo si dominus velit alteri relocare, se-
cus autem si velit bona pro se retinere Abb. *in cap. bonae
num.* 29. *de postulat. Praelat.* Ripa *in l.* 1. *ff. de privil.
cred.* Gozad. *cons.* 39. *num.* 21. Clar. *in §. emphyt. quaest.*
43. *num.* 6. Marescott. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. ubi de magis
communi, Gratian. *disc.* 88. *num.* 5. *et seqq.* ubi de veriori
Verall. *decis.* 304. *part* 1. Mantic. *decis.* 10. *num.* 6. Du-
ran. *decis.* 431. *num.* 1. in *rec. decis.* 151. *num.* 4. *part.* 9.
et ampliatur haec declaratio, ut procedat etiam stante con-
suetudine, statuto, vel pacto, quod fieri debeat renovatio, cum
42 intelligatur quatenus dominus velit relocare, non autem si
velit pro se retinere, nisi forte probetur in specie alius intel-
lectus, ut dicetur *in seq. cap.*

In contrarium tamen urgent duae rationes, quarum prima
desumitur ex verbis Bart. *in d. §. permittitur* supra relatis,
quorum sensus apertus videtur; ut teneatur absolute do-
minus relocare descendentibus, non autem solum eos prae-
ferre, quatenus relocare velit, secunda est, quia si vera esset
declaratio semper diceret dominus velle pro se retinere, et e-
luderet eos quibus deberetur renovatio, et sic facultas peten-
di renovationem supra firmata serviret de vento, quod non
est dicendum, nec desunt auctoritates, nam contra declara-
tionem tenuerunt Dec. *cons.* 131. *num.* 3. Ruin. *consil.* 12.
num 22. *lib.* 2. Bero *cons.* 98. *num.* 17. *lib.* 1. et plene aliis
relatis Bertaz. *consil. civ.* 85. *numer.* 23. et *seqq.* Tob. No-
nius *cons.* 3. *per tot.* Cald. *de renov. emphyt. quaest.* 8.
num. 20.

At propterea non recedendum est ab ipsa declaratione com-
muniter recepta nam quod Bart. ipse non explicat, quod do-
minus teneatur etiam invitus relocare. et dum dicit, quod
si non relocet facit injuriam, et possunt descendentes de ju-
43 re canonico appellari, aperte patet, quod fundatur in aequi-
tate, et ista viget quidem pro descendentibus in d. casu, quo
dominus velit extraneis concedere, at non si velit pro se re-
tinere, tunc enim aequum est, ut ipse praeferatur in re sua
non autem alius Gratian. *disc.* 88. *num.* 5. *et seq.* Fenzon.
ad statut. urb. ca. 124. *num.* 72. ubi quod hoc dictat ratio
ordinatae charitatis, Mantic. *dec.* 10. *num.* 7. *et* 8. et quoad
aliam rationem, quod dominus semper diceret velle retinere
44 respondetur, quod magis attenduntur facta, quam verba ad pro-
bandam voluntatem Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *lim.*
21. *num.* 92. Barat. *decis.* 123. *num.* 3. ut ideo si postea ipse
reinvestiat, convincetur, quod falso asseruit velle pro se reti-
nere, ut intrabit declaratio, ut bene observant Gozad. *d. con-
sil.* 39. *num.* 21. Maresc. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *vers. nec
est verum.* Mantic. *decis.* 10. *num.* 9. Duran. *dec* 43. *nu.* 2.
in rec. decis. 56. *num.* 3. *et seqq. et decis.* 151. *numer.* 6.
part. 9.

Procedit tamen contraria opinio in casu praecedenti quo
scilicet conductor, seu emphiteuta fundum sterilem sua dili-
gentia, et labore fertilem reddidisset, hoc enim casu aequi-
tas in qua fundatur dicta obligatio renovendi, militat etiam
adversus ipsum dominum, ut non debeat de laboribus con-
ductoris fructum sentire cum lucro illius, et ideo etiamsi vel-
let pro se retinere, non poterit, sed renovare compelletur,
prout dictum est supra de eo casu, secus autem si res erat
sui natura fructifera, quia praeferendus dominus, si velit
de re sua fructus percipere, ut distinguendo tradit Ripa *in
tract. de pest. tit. de remed. praeservat. contra pest. n.* 263.
Gratian. *disc* 813. *n.* 38.

Secunda declaratio est, ut procedat dicta opinio, si agatur 45
de locatione perpetua, seu ad vitam vel ad certas generatio-
nes, prout loquitur Bart. secus autem si locatio fuerit ad cer-
tum tempus, quia tunc tempore illo finito expirat locatio, et
non tenetur dominus facere dictam renovationem proximio-
ribus conductoris Socc. Jun. *cons.* 9. *num.* 15. *lib.* 3. Cald.
de renovat emphyt. lib. 1. *q.* 11. *n.* 26. Rota cor. Gregor.
dec. 45. *n.* 2.

Et procedit d. declaratio, non solum si locatio sit ad tem- 46
pus breve, sed etiam si sit ad tempus longum, juxta sensum
Socc. et Cald. *in locis praecitat.* dum loquuntur de locatio-
ne ad viginti novem annos, et expresse voluit Vela *dissert.* 47
13. *num.* 23. Sed contrarium, quod praedicta declaratio so-
lummodo procedat in locatione ad modicum tempus, non au-
tem in locatione ad tempus longum voluit expresse Ruin. *in
cons.* 168. *num.* 24. *lib.* 1. et sensit etiam Socc. Sen. *consil.*
99. *num.* 7. *lib.* 1. et Rim. Jun. *cons.* 94. *num.* 30. *et seqq.*
Vinc. de Franc. *dec.* 406. *num.* 9 ubi reddit rationem qua-
re non debeatur renovatio in locatione ad modicum tempus,
quia in ea nullum tribuitur jus in re conductori, ut compro-
batur, quod haec sit ratio ex traditis per Gratian. *disc.* 357.
num. 16. *vers. quare non mirum, et seqq.* et dato quod haec
sit vera ratio, ex ea sequitur, ut verius videatur secunda opi-
nio restringens declarationem ad modici temporis locationem
cum eo ipso, quod est ad longum tempus tribuat jus in re,
ut alibi dictum fuit. Tutior tamen erit haec opinio si locatio 48
fuerit ad tempus longissimum, in quibus terminis relocatio-
nem fieri debere firmat Caroc. *de loc. tit. de libertat. qu.* 1.
num. 29.

Tertia declaratio est, ut debeatur d. renovatio si proximio- 49
res eam petant intra annum a die caducatae emphyteusis,
alias cadant a jure suo *n.* 1. *§. Titius filios, si de feud fuer.
contr. int. dom. et agn. c.* 1. *de cap. Corrad.* Clar. *in §. em-
phyteusis quaestion.* 43. *numer.* 4. *vers. quinimo.* Marescot.
lib. 1. *cap.* 3. *numer.* 16 *de magn. com.* Gratian. *disc.* 88.
num. 32.

Limitatur autem haec declaratio, ut non procedat si dominus 50
rem infra annum extraneo locaverit, tunc enim perpetuatur
facultas proximioribus petendi renovationem fieri sibi usque
ad triginta annos Alex. *cons.* 15. *num.* 10. *ubi de com. lib.*
5. Dec. *cons.* 128. *num.* 4. Bero *cons.* 106. *numer.* 42. *post
med. lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 22 *tit.* 32 *nu.* 8 *post med.*
Marescot. *lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 22. *ubi de var. et com.* Gratian.
disc. 88. *num* 32. Amat. *decis. Ferrar.* 51. *num.* 24. Rot.
decis. 577. *num.* 4. *vers. quia respondetur part* 4. *div.* et
cor. Duran. *dec.* 431. *numer.* 3. Hinc infert declarationem
non procedere nisi in casu quo ecclesia velit pro se retinere
dicit Gratian. *disc.* 88. *num.* 32. sed si hoc esset rerum de-
strueretur in totum ipsa declaratio, dum quando ecclesia vult
pro se retinere non intrat dictum jus petendi renovationem, 51
juxta declarationem praecedentem, sed declaratio procedit e-
tiam si renovatio fiat consanguineis remotioribus, tunc enim
debent proximiores petere infra annum, alias admittunt jus
petendi, ut docuit glos. *in dict. cap.* 1. *§. Titius filius, verb.
per annum si de feud. fuer. contr.* idem Bero. *cons.* 107. *n.*
47. *lib.* 2. Dec. *consil.* 327. *numer.* 4. Gratian. *disc.* 378.
numer. 7. Seraph. *decision.* 630. *numer.* 2. *et* 3. ubi quod
haec est differentia inter alienationem in agnatum, et in ex-
traneum.

Secundo limitatur, ut talis annus non currat nisi a die 52
quo constet de scientia proximiorum, quae probanda est, a-
lias admittuntur, quoque ad triginta annos Amat. *dec. Fer-
rarien.* 51. *num.* 23. et Rot. in Ferrarien. bonor. *ibidem
impress. numer.* 33. ubi, quod erat intimanda caduci-
tas proximioribus Marescot. *lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 17. *et* 18.
ubi quod est annus utilis Rot. *dec.* 195. *num.* 5. et 6. *part.*
2. *div.* Et requiritur scientia praecisa, adeout sola dubitatio
censeat Royas *dec.* 468. *num.* 2. *et* 3. Et probari debet spe- 53
cifice cum suis qualitatibus, quod scilicet proximiores scive-
rint emphyteusim esse devolutam ob lineam finitam, et
quod proinde tenerentur petere renovationem, et hoc non
obstante tacuerint, ut ex adduct. per Fulgin. *de iure emphyt.
tit. de renovat. quaest.* 1. *n.* 19. *circa med.* et aliis respon-
dit Rot. *decis.* 306. *num.* 8. *part.* 13. *recent.* verum suffice-
re scientiam probabilem, et orientem ex conjunctione san-
guinis, et cohabitatione, probant Honded. *cons.* 80. *nu.* 55.
lib. 2. Surd. *decis.* 221. *per tot.* Clar. *in §. feudum. num.* 3.

Cald. *de renovat emph. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 25. Rot. cor. Carill.
dec. 253. *n.* 13. *seq.*
54 Quarta declaratio est ut debeatur dicta renovatio non so-
lum descendentibus, ut sensit Socc. Jun. *cons.* 9. *num.* 23.
lib. 3. sed etiam transversalibus, juxta communem opinio-
nem de qua testatur Marescott. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 3.
num. 3. Amat. *decis. Ferrar.* 51. *num.* 31. *vers. et non so-
lum.* Imo et non solis agnatis, ut sensit Clar. *dicens commu-
55 nem in §. emphyt. quaest.* 43. *num.* 2. sed etiam descenden-
tibus foeminarum, et cognatis Bertaz. *cons. civ.* 85. *numer.*
12. *et seq.* et signanter *num.* 15. Cald. *de renovat. emphyt.
lib.* 1. *quaest.* 9. *numer.* 14. *et* 15. ubi tamen limitat si a-
desset consuetudo contraria. Et deberi ne dum cognatis de-
scendentibus, sed etiam transversalibus Ruin. *cons.* 151. *n.*
18. *lib.* 1. Bertazol. *cons. civ.* 85. *n.* 15.
56 Quinta declaratio est, quod sufficiat petentem renovatio-
nem esse proximiorem absque eo, quod sit haeres emphyteu-
tae, seu conductoris Dec. *cons.* 78. *numer.* 4. *et seqq.* Grat.
cons. 110. *num.* 44. *lib.* 1. Bero *cons.* 103. *num.* 24. *et* 8.
lib. 1. Rim. Jun. *cons.* 444. *num.* 15. *et* 53. Bertaz *consil.
civ.* 85. *num.* 19. *et seq.* Ferret. *cons.* 103. *num.* 10. ubi de
com. Duran. *decis.* 431. *num.* 4. Et fundatur haec opinio in
ipsis verbis fundamentalis doctrinae Bartoli *in d. l.* 1. *§. per-
mittitur ff. de aq. quot et aest.* quae loquitur de descenden-
tibus non haeredibus, ut supra relatum fuit.
57 Verum contrariam opinionem, quod imo necesse sit peten-
tem esse haeredem, quia hoc jus petendi renovationem sit
haereditarium tenuit Ancar. *consil.* 134. *num.* 3. *vers.* cum
istud jus, Aldobr. *cons.* 21. *num.* 19. *lib.* 2. Cald. qui alios
adducit, et veriorem, et receptiorem dicit. *de renovat. emph.
quaest.* 9. *num.* 20. *et seqq.* Rot. coram Celso *decis.* 192. *n.*
7. Et fundatur haec opinio, quia licet Bartolus loquatur de
descendentibus, ut dictum est, tamen sumit doctrinam suam ex
illo textu, et glos. *qui text.* loquitur de successoribus in bo-
nis, et glos. expresse loquitur de haerede, unde et ipse Bart. in-
telligendus videtur de descendentibus quatenus sint haere-
des, quia doctores intelligi debent secundum auctoritates quas
allegant Menoch. *cons.* 52. *n.* 70. Rot. *dec.* 407. *n.* 45. *par.*
9. *recent.*
58 Quaestio est difficilis, sed communiter resolvitur cum di-
stinctione, ut opinio prima volens praeferri proximiorem non
haeredem procedat si emphyteusis sit ex pacto, et providen-
tia, secunda vero volens praeferri haeredem procedat si em-
phyteusis sit haereditaria Bero *cons* 103 *numer.* 4. *et seq.*
lib. 1. Grat. *cons.* 96. *num.* 21. *lib.* 1. Marescott. *cap.* 3. *n.*
26. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 610. *numer.* 10, Rot. *decis.* 195.
part. 2. *div.* et *decis.* 642. *numer.* 12. *part.* 1. *et decis.* 74.
59 *num.* 2. *et seq. part.* 6. *recent.* et ubi esset haereditaria mi-
xta, adhuc non nisi habenti qualitatem haereditariam debebi-
tur *decis.* 151. *num.* 14. *part.* 9 *recent.* Idque optima ratio-
60 ne, quia, dum agitur de renovatione investiturae, nil mirum
si regulanda est ad normam, et exemplum investiturae reno-
vandae, adeout, si in ea vocati sint solum agnati absque ulla
consideratione qualitatis haereditariae, eisdem quoque agnatis
absque d. consideratione fieri debeat renovatio, et sic e con-
tra si vocati haeredes in prima concessione, ipsi quoque prae-
ferri debeant in renovatione, ita ut istud jus petendi renova-
tionem reguletur ab illa qualitate, quae in conductore de-
functo fuit causa succedendi, ut praeter allegatos dicit Dec.
in cons. 78. *nu.* 5. *vers. cum istud*, Merlin *dec.* 532. *num.*
4. *et* 5.
Praesupposito autem, quod agatur de emphyteusi haeredi-
taria, si locatio, seu emphyteusis sit ecclesiastica, non curan-
dum erit, quod proximior ad quem de jure defertur succes-
61 sio non sit haeres ex quo veniat exclusus per statutum laica-
le, quia tale statutum, ubi agitur de bonis ecclesiasticis, non
attenditur, etiamsi agatur de solo dominio utili ad eos spe-
ctante, Gratian. *discept.* 447. *n.* 21. et fuit firmatum in illa
romana domus de Sanpuccis cor. Coccin. quae est post Sta-
till. de Salsine. *decis.* 230. quam postea Rot. semper secuta
est ut dicit Merlin. *decis.* 903. *num.* 8. *et in recent. decis.*
408, *n.* 2. *par.* 9. et in terminis hujus juris petendi renova-
tionem *decis.* 476. *num.* 13. *par.* 14. *recent.* Quidquid con-
tra senserit Menoch. *cons.* 165. *n.* 12. *ad fin.*
At non propterea, quod agitur de emphyteusi haereditaria,
62 exclusi penitus erunt proximiores, sed tantummodo si adsit
haeres capax Marescott. *var. d. cap.* 3. *n.* 27. *lib.* 1. ubi re-
fert ita decisum in Rota.
63 Sic et e contra si agatur de emphyteusi ex pacto, et non
adsint proximiores capaces debebitur renovatio potius haere-
di, quam alteri non haeredi, ex traditis per Aldobr. *consil.*
21. *num.* 16. *lib.* 2. et Rot. coram Celso *decis.* 192. *num.* 7.
et seq. Intelligendo tamen, ubi nullus adsit proximus capax, 64
vel qui investituram velit, non si solum ille, qui est proxi-
mior, capax non sit, quia tunc debetur subsequenti in gradu
Rot. *decis.* 195. *ad fin. et decis.* 198. *ad fin. p.* 2. *div.* et in
Ferrarien. bonor. coram Pamphilio impress. per Amat. *de-
cis. Ferrar.* 51. *numer.* 31. et usquequo adsint proximiores
nulla habebitur ratio qualitatis haereditariae, quia in em-
phyteusi ex pacto sola proximitas sanguinis spectatur *decis.*
250. *n.* 1. ubi quod hoc Rota pluries firmavit *et decis.* 476
n. 12. *part.* 14. *rec.*
Inter proximos vero nulla habetur ratio agnatio nis, vel co- 65
gnationis, sed sola proximitas attenditur, ut dictum est supra
in 4. *declarat.* et quod propterea mater licet cognata prae-
ferenda sit amitis, respondit Rot. *d. decis.* 250. *num.* 4. *et
per tot.* et in eadem causa Forolivien. emphyteus. 23. martii
1667. cor R. P. D. meo Bourlemont *quae est in rec. part.*
15. *dec.* 66. et quod mater non haeres praeferatur pro patruo
haeredi *dec.* 476. *n.* 12. *part.* 14. *rec.*
Caeterum possunt considerari quam plures, et diversi ca-
sus, in quibus detur concursus plurium hanc praelationem
praetendentium, quos longum esset referre, sed videri potest
Aldobr. *cons.* 21. *lib.* 2. ubi *a num.* 2. *ad* 12. considerat de- 66
cem et septem casus distinctos. At ubi adsit consuetudo cir-
ca hanc praelationem concedendam, et cui concedi debeat, ea
attendi debet Corn. *consil.* 250. *numer.* 3. *et seqq. lib*, 3.
Cald. *de renovat emphyt. lib.* 1. *quaest.* 5. *num.* 5. Gamm.
dec. 326. *n.* 7. Rot quae hos adducit *dec.* 60. *num.* 6. *part.*
5. *recent.*
Unum praeterea non omittam de quo valde posset dubita-
ri, an videlicet ad effectum, ut competat hoc jus, detur reprae-
sentatio, ex eo enim, quod dictum est attendi solam proxi-
mitatem, sumi potest argumentum pro negativa ex quo, ubi
sola proximitas gradus attenditur, repraesentationem lo- 67
cum non habere, probat text. *in l. si libertus praeterito*
33. *ff. de bon libert.* et tradunt Dec. *consil.* 1. *num.* 8. *et*
11. *vers. quarto*, quia Paris. *cons.* 37. *num.* 56 *lib.* 2. Mar-
zar. *inter. cons. ult. volunt. part.* 2. *cons.* 142. *num.* 45. *et
seq.* Ussac. *cons.* 72. *nu.* 10. ubi pluries alios cumulat Man-
tic. *de conject. lib.* 8. *tit.* 9. *num.* 10. Rot. *decis.* 349. *num.*
28. *part.* 6. *recent.* Verum contraria opinio videtur verior, 68
quia ubi locus est repraesentationi, ille qui per eam locum
patris per fictionem juris ingreditur, licet non possit dici pro-
ximior in gradu sanguinis, tamen efficitur ac dicitur proxi-
mior in gradu successionis, ac proinde vocatis proximioribus
ipse quoque comprehenditur, ut firmat Honded. *cons.* 70. *n.*
44. *et seq. lib.* 1. Gabr. *cons.* 106. *per tot. lib.* 2.. Surd. *con-
sil.* 325. *num.* 10. Altograd. *cons.* 65. *num.* 14. *lib.* 1. Bovit.
cons. 51. *num.* 3. Rot. *decis.* 508. *num.* 7. *part.* 1. *et dec.*
426. *num.* 5. *vers. tertia par.* 4. *div.* et novissime in Engu-
bina fideicommissorum 23. febr. 1674. §. nec in fideicommis-
so et 3. jun. 1874. §. non obstat, quod cor. R. P. D. meo
Bourlemont, quod et certius procedit quando, prout hic agi- 69
tur de succedendo ex dispositione legis, aut consuetudinis, vel
statuti quidquid sit ubi agitur de succedendo ex dispositio-
ne hominis, Dec. *consil.* 1. *numer.* 8. *vers. comprobatur*,
hoc Rot. *decis.* 708. *num.* 7. *part.* 1. *div.* et in puncto hanc
opinionem probavit etiam Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.*
3. *num.* 31.
Quoniam vero facta est mentio de incapacibus petendi 70
hanc renovationem, exemplum sit in legitimatis, si agitur de
bonis ecclesiasticis, cum ipsi sint incapaces in eis succedere,
tam de jure communi, quam etiam ex bulla Pii quinti Du-
ran. *decis.* 251. *num.* 4. *et seq.* et in proposito late fuit de-
ductum in una Cesenaten. bonor. 26. novemb. 1605. §. *his
tamen non obstantibus, et seq. per tot.* et 5. maii 1606. co-
ram Ortembergo in qua ultima stricte respondetur objecto,
quod illegitime nati sint incapaces bonorum ecclesiasticorum 71
per viam successionis, non autem per viam novae acquisitio-
nis ecclesia volente, quae eis concedere non prohibetur, di-
cendo hoc procedere in concessione omnino nova, et ubi re-
novatio non est debita, prout debita est ea de qua agimus,
saltem ex aequitate, ut dictum est, etiamsi petatur in casu de-
volutionis Bero *cons.* 109. *num.* 20. *et seq. lib.* 1. Bursat.
cons. 127. *num.* 116. et prima investitura est saltem radix,
et fundamentum hujus renovationis, et quae ipsi renovatio-
ni regulam, et normam tribuit Dec. *d. cons.* 78. *num.* 5. *et
cons.* 185. *n.* 3. *in fin.*
Aliud exemplum sit in monaco, etenim nec ipsi, nec mo- 72

nasterio ex ejus persona competit hoc jus petendi renovationem locationis, seu emphyteusis finitae, non ipsi, quia est mortuus mundo, et tamquam servus est incapax acquirendi, neq; monasterio, quia tamquam manus mortua incapax est emphiteusim acquirere, et ideo incapax etiam praefatum jus exercere, ut late probat Cald. *de renovation emphyt. quaest.* 19. *numer.* 7. *et seq. lib.* 1. et sequitur Sanch. *ad Decalog. lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 24. ubi reprobat Tapiam. *in Auten. ingress. vers. sun cap.* 15. *num.* 4. *cond. de sacros. Eccles.* dicens, cum minus recte, et absque ulla ratione contrarium asserere, sed sola Ancharani falso allegati auctoritate. Deberi tamen renovationem monaco, dum vivit, voluit etiam Joannes Baptista Costa *cons.* 14. *n.* 35.

73 Sexta declaratio est, ut ad hunc effectum attendatur proximitas respectu ultimi possessoris, non autem primi investiti, Rom. *cons.* 12. *n.* 5. Gabr. *cons.* 68. *num.* 22. *lib.* 2. Marescot. *variar. cap.* 3. *n.* 28. *lib.* 1. Rot. *dec.* 166. *n.* 15. ubi alii plenissime cumulantur *part.* 11. *et dec.* 476. *n.* 4. *par.* 14. *rec.*

74 Non tamen desunt contrariis, nam quod attendi debeat proximitas primi acquirentis, non ultimi, tenent alii, quamplures relati per Jas. *in l.* 2. *numer.* 22. *cod. de jur. emphyt.* et post eos Paris. *consil.* 108. *numer.* 53. *lib.* 1. Aldobr. *consil.* 26. *numer.* 9. ubi dicit hanc esse communem opinionem *lib.* 1.

Sed cessare hanc controversiam ubi non agatur de emphyteusi ecclesiae, quae jure haereditario deferatur, et reformanda sit, sed de concesse ex pacto, et providentia, quia tunc proximitas attendi debet respectu ultimi, non autem primi scripsit Baro. *cons.* 103. *nu.* 12. *vers. sed non expendit lib.* 1. et comprobatur, quia non possunt agnati finita emphyteusi venire ex pacto, nec ex providentia concedentis, sed quia in eos, tamquam successores, transmissum sit hoc jus, aequitate quadam suadente, ne proximior possessoris excludatur a remotiore, et ideo attendi debet proximitas respectu ultimi, ut tradit signanter Aldobr, *cons.* 21. *numer.* 37. *lib.* 2. et hanc
75 eamdem opinionem, quod attendi debeat persona ultimi praedefuncti, etiam in emphyteusi haereditaria, ut petens renovationem debeat esse ejus haeres non autem primi tenuit Cald. *de renovat. emphyt. lib.* 1. *quaest.* 9. *num.* 20. et aliis adductis Rot. *decis.* 151. *num.* 17. *part.* 9. *recent.* adeout magis communis, ac etiam magis vera videatur opinio, quod in quocumque casu, ultimi proximitas attendi debeat potius quam primi.

76 Quando autem, emphyteusis fuisset legitime alienata, vel etiam in divisione bonorum inter fratres fuisset uni eorum libere assignata, tunc non valerent proximi aliorum aspirare ad hanc renovationem, quia semel facta valida translatione in alios non attenditur amplius linea, et proximitas primi acquirentis, sed possessoris, Petr. Barbos. *in l. usufructu* 58. *numer.* 29. *vers. unde consuluit ff. sol. matr.* Surd. *cons.* 353. *n.* 19. *ad med. et seq.* Cyriac. *contr.* 14. *n.* 21. Rota *decis.* 338. *n.* 9. *et in. par.* 12. *rec.* et praecise ad hunc effectum petendi renovationem late firmavit Rot. *dec.* 230. *nu.* 16. *et seq. part.* 11. *rec.*

77 Septima declaratio est, ut si concurrant pluris in eodem gradu existentes, debeat concedi omnibus Maresc. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 7. ubi dicit ita fuisse decisum in una civitatis Castelli coram Platin, et plenissime etiam firmatum fuit coram Coccin. *decis.* 1164. *numer.* 4. *et seqq.* quod, et
78 ampliatur procedere quamvis in prima investitura vocatus esset tantum unus, quia licet videatur minus favorabilis concedenti locatio, seu emphyteusis pluribus concessa, quam ea quae uni tantum conceditur, propter difficiliorem reversionem, tamen ista non est alteratio considerabilis ad hunc effectum, ut pariter fuisse decisum *in d. decis.* coram Platto refert Marescott. ubi *proxime num.* 8. et sensit etiam Rot. coram Coccin. *d. decis.* 1164. *num.* 8. *et seqq.* ubi redditur ratio cur ista non sit alteratio considerabilis, quam et adduxi supra in
79 alio proposito *in ca.* 14. §. 4. bene tamen concederetur uni tantum, et valeret concessio si alii coaequales in grado infra annum non peterent concessionem sibi quoque fieri, prout in casu *dec.* 253. *numer.* 12. cor. Carill, et faciunt dicta supra in tertia declaratione.

80 Octava declaratio est, ut quamvis agatur de emphyteusi, seu locatione facta ab ecclesia possit peti renovatio etiam per foeminas, Gratian. *discept.* 88. *num.* 25. Seraph. *decis.* 610. *n.* 6. Coccin. *d. decis.* 1164. *num.* 1. *et seq. et decis.* 1771. *num.* 18. *vers. etiam foeminis.* Idque etiam si investitura,
81 seu prima locatio facta esset pro masculis tantum, quia hoc non obstante, ista renovatio potest peti etiam a foeminis, Gratian. *disc.* 85. num. 25. Marescott. *d. cap.* 3. *numer.* 5. *lib.* 1. Rota coram Coccin. *d. decis.* 1771. *numer.* 28. *et* 29. et in una Parorn. Feodi 22. martii. 1662. §. sicut etiam coram Eminen. Cerro. Adeout etiam in concursu cum mascu- 82
lis agnatis praeferri debeant si sint proximiores Giovagnon. *consil.* 44. *numer.* 119. *lib.* 2. Rot. *decis.* 176. *num.* 3. *par.* 5. *recent.*

Et licet contra hanc opinionem facere videatur, quod dictum est supra, praecipue in declaratione quinta, quod scilicet ista renovatio debeat regulari ad normam investiturae, quae renovatur, cum inde inferri posse videatur, quod si foeminae sunt ab emphyteusi per investituram exclusae, non possint ad eam per renovationem admitti, prout censuit Soccin. Jun. *cons.* 9. *num.* 9. *et* 10. *lib.* 3. tamen respondetur, quod id procedit, quando tractatur de alteranda notabiliter qualitate investiturae, seu recedendo ab ea prout esset si investitura esset concessa pro haeredibus, et praetenderetur excludi hae-
res, vel a contra si esset agnatitia, et praetenderetur excludi 83
agnatus per alium non agnatum, de quo ibi, vel quid simile, at, ubi agitur de sola mutatione personarum, non dicitur alterata qualitas investiturae, nisi fiat concessio personae fictae, quae non moritur, ut declarat Coccin. *dec.* 1164. *numer.* 11. et dum non alteratur qualitas investiturae nihil facit, quod foeminae in illa non sint vocatae, imo sint exclusae, quia renovatio ista non fit vigore investiturae, nec personis in ea comprehensis, sed fit ex aequitate, investitura jam terminata et personis in illa non vocatis, et ab ea exclusis Marescot. *d. cap.* 3. *n.* 5. *et* 6. Rot. in Bononian. *bonor.* cor. Rebusterio penes Giovagn. *cons.* 44. *n.* 115. *lib.* 2. *et dec.* 198. *nu.* 3. *part* 2. *div.*

Nona declaratio est, ut procedat facultas petendi renova- 84
tionem, quatenus res sit integra, secus autem si dominus devenerit ad locationem, et rei traditionem favore alterius Grat. *cons.* 96. *num.* 22. *lib.* 1. Clarius *in §. emphyteusi quaest.*
43. *num.* 4. Verum declaratio ista multas patitur difficulta- 85
tes, et multi tenent contrarium, ut dicit Rot. *decis.* 195. *n.* 8. *part.* 2 *div.* imo contraria est receptissima, ut dicit Gratian, *disc.* 758. *num.* 11. et esse communem dicit Rot. *dec.* 198. *num.* 5. *part.* 2. *div.* et declarationem non esse veram testatur Marescott. *d. cap.* 3. *nu.* 23. *lib.* 1. et sensit etiam Seraphin. *decis.* 610. *num.* 9. et in eventum, quod sit vera, procederet ubi aliqua negligentia. Posset impingi venienti post investituram, secus e contra, ut post alios dicit Marescot. *d. num.* 23. *in fin.* Seraphin. *d. decis.* 610. *num.* 9. *vers. et in eventum, et decis.* 198. *num.* 5. *vers. tum etiam, quia*
part. 2 *div.* et non videtur posse reputari negligentiam con- 86
siderabilem, nisi lapsus est annus, et renovatio facta sit alteri proximiori, cum alias, si facta sit extraneo, perpetuetur jus petendi usque ad triginta annos ex tradit. sup. *in declaratione* 3. *n.* 49.

Decima declaratio est, ut procedat praedicta facultas pe- 87
tendi renovationem, si finita sit locatio per lapsum temporis et sic absque culpa conductoris, secus autem si per culpam illius, puta ob non solutionem canonis, vel quid simile Felin. *cons.* 32. *num.* 9. Grat. *cons.* 96. *num.* 23. *lib.* 1. Surd. *cons.* 181. *num.* 30. Gratian. *disc.* 88. *num.* 38. Marescott. *cap.* 3. *nu.* 20. *lib.* 1. quod ampliatur procedere etiam stante pacto de renovando Cald. *de renovat. emphyt. lib.* 1. *qu.* 9. *num.* 4. *et seq.* unde in casu, quo stante facultate nominandi ad emphyteusim ecclesiasticam nominatus fuerat illegitimus illius incapax, potuisse ecclesiam alteri concedere, et non competere proximioribus praedictam facultatem petendi renovationem, fuit decisum in Rot. coram Durau. *dec.* 251.

Undecima declaratio est, quod potest conveniri per pa- 88
ctum in prima locatione huic renovationi locum esse non debere, et poterit conductor juri illam petendi renuntiare Gratian. *disc.* 88. *num.* 2. Rot. *decis.* 165. *nu.* 3. *part.* 2. *div.* et declaratio ista parvam, seu nullam habet difficultatem in jure, sed difficultas oriri potest in dignoscendo an, et quando dicatur ei renuntiatum, ut dicit *d. decis.* 192. *numer.* 2.
vers. hanc limitationem, et dubitari signanter potest, an suf- 89
ficiat adesse in investiture clausulam, quod *locatione finita bona ad dominum revertantur libera*, et affirmativam probant Soccin. Jun. *cons.* 9. *nu.* 14. *ad fin. lib.* 1. Bero *cons.* 100. *num.* 1. *lib.* 1. Honded. *cons.* 51. *num.* 50. *et seq. lib.* 1. Gratian. *disc.* 88. *numer.* 3. Gamma. *decis.* 41. *num.* 6. et 7. verum his, et similibus non obstantibus contraria opi-
nio videtur tenenda, quia d. clausula exprimit id quod taci- 90
te inerat in locatione, et ideo nihil operari potest, ut dicit

Cald. *de renovat. emphyt. quaest.* 8. *numer.* 18. vel operatur tantum, quod tollit dubitationem, quae oriri potuisset si dominus vellet pro se retinere, nam licet communior, et verior opinio sit, quod non teneatur reinvestire, tamen non desunt, qui contrarium secuti sint, ut dictum est supra in declaratione prima, et d. clausula tollit omnem dubitationem, et sic satis operatur absque eo, quod extendatur ad tollendam facultatem petendi praelationem in casu, quo dominus velit
91 alium reinvestire, quae tamquam de jure, et aequitate competens numquam censetur renuntiata nisi expresse sit dictum, ut tradit Gratian. *discept.* 758. *numer.* 13. et proinde nil relevaret in clausula adesse verba geminata reversionem debere esse liberam inculcantis, ut late probat Cald. *d. quaest.* 8. *num.* 13. Gizzarell. *decis.* 6. *numer.* 14. et omissis aliis hanc opinionem plenissime firmavit Rot. *in. decis.* 45. *part.* 8. *recent.* num. 8. *et seq. usque ad* 31. ubi praefatos, et alios, quam plures auctores, et decisiones, quae in contrarium adducebantur singillatim declarat, vel refellit.

92 Praeterea nec etiam sufficeret pactum expressum quod non teneatur reinvestire si loqueretur, in casu contraventionis, non autem in casu locationis finitae per lapsum temporis, seu defectum generationis, Rot. *decis.* 195. *num.* 2. *vers. hanc limitationem part.* 2. *div.* et coram Seraph. *decis.* 610. *nu-*
93 *mer.* 2. agitur enim de renunciatione, in qua non potest fieri extensio de uno casu ad alium, ut in proposito dicit Rot. *decis.* 242. *num.* 3. *vers. quo ad dominos, et num.* 5. *part.*
94 2. *div.* et quod non relevet facultas pro se retinendi, nisi expresse dictum, quod possit etiam cui vult locare *d. dec.* 45. *nu.* 16. *part.* 8 *recent.* et dixi etiam aliqua de simili renunciatione supra hoc *cap.* in proposito renunciationis juris petendi renunciationem propter melioramenta *n.* 31.

Duodecimo declaratur non impediri hanc petitionem re-
95 novationis ex eo, quod praecedens locatio fuerit declarata nulla, et invalida ob defectum solemnitatum, ut tradit in specie Marescot. *var resol. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 9. ubi quod fuit resolutum per Rot. coram Gypsio, et reddit rationem, quia sufficit ad hunc effectum, quod locatio habuerit implicitum statum validitatis, prout habet, quando deficiunt solae solemnitates, et ecclesia, vel alius, cujus favore est inducta nullitas eis deficientibus, non reclamat Butr. *in cap. cum nos prope fin. vers. quia licet de his quae fiunt sine cons. cap.* Merlin *dec.* 267. *n.* 1. Duran. *dec.* 397. *n.* 9.

96 Decima tertia declaratio est, ut proximior, qui vult praelationem istam, debeat offerre omnes conditiones, quas dominus reperit ab alio quocumque, alias non potest obtinere, Honded. *cons.* 51. num. 69. *et seqq. lib.* 1. Marescot. *d. cap.* 3. *num.* 24. Rot. *decis.* 195. *numer.* 9. *part.* 2. *div.* et haec est una notabilis differentia inter renovationem istam, et renovationem, de qua supra dictum est in casu quo res fuerit meliorata, quia illa est necessaria, et ideo non potest dominus velle alterare conditiones ad praejudicium ejus, cui renovatio debetur, ut dictum est ibi *in limitatione* 8. secus autem est in ista ad quam cum dominus non nisi voluntarie deveniat, juxta tradita supra in prima declaratione, inde sequitur, quod possit meliorare suas conditiones augendo pensiones, vel quid aliud recipiendo, Veral. *decis.* 304. *par.* 1. *in recent. decis.* 176. *num.* 32. *part.* 5. et distinguendo ca-
97 sus Gratian. *discept.* 813. *nu.* 38. et in locatione rerum ecclesiae non sufficit ad convincendum, quod extraneus fecerit meliores conditiones, ostendere, quod solverit aliquid praelato relocanti, quia hoc non attenditur, Honded. *concil.* 51. *in fin. lib.* 1. maxime si proximus voluisset facere aliam conditionem, quae redundasset in utilitatem ipsius ecclesiae, non autem solius praelati, vel rectoris, Rot. cor. Royas *dec.* 468. *n.* 4. *vers. nec pariter.*

98 Praeterea non noceret proximiori omissio faciendi oblationem similem illi per extraneum factae, si de ea certioratus non fuisset, Rot. *decis.* 195. *num.* 9. *part.* 2. *div.* Seraphin. *decis.* 630. *num.* 3. *ubi numer. seq.* subdit posse judicem in sententia mandare, quod praestet easdem conditiones, ut faciunt tradita supra in *declaratione* 3. *prope fin.*

Decima quarta declaratio est, ut non procedat d. jus peten-
99 di renovationem si locatio facta fuerit ob aliquam specialem causam, uti si facta personae propter ejus benemerita, tunc enim cessat ista obligatio renovandi, Petr. Barbos. *in l. quia tale* 14. *num.* 7. *vers. quare licet, ff. sol. matr.* ubi considerat, quod licet, quando concessio fit personae ad utilitatem fundi, debeat iterum concedi successori, alias fit ei injuria *in l.* 1. *§. permittitur, ff. de aq. quotid, et aest.* tamen quando concessio fit personae ad utilitatem fundorum propter merita, licet possessori fundorum non fiat nova concessio, non ob id injuria ei videbitur facta cum in eo cesset ratio benemeritorum, arg. *l. si actionem, c. de pact.* Castr. *consil.* 329. *num.* 2. *in fin. lib.* 1. et facit text. *in l. sordidorum, c.* 100
de excusat. muner. lib. 10. sed ista consideratio videtur facere si agatur de renovatione necessaria, quam supradictum fuit fieri debere haeredi meliorantis cum eisdem conditionibus quibus facta fuit locatio prima, non autem in ista mera praelatione cum eisdem pactis, quibus vult fieri alteri; quia haec fundatur in aequitate, quae magis militat favore descendentis, vel haeredis personae benemeritae.

Decima quinta declaratio est, ut obligatio faciendi hanc
renovationem non liget supremum principem, ut probatur 101
ex ipsamet originali doctrina Bart. *in d. l.* 1. *§. permittitur ff. de aq. quot. et est.* dum dicit, quod ad repellendam injuriam denegatae renovationis potest de jure canonico appellari ad superiorem, qui cogat, princeps enim supremus, superiorem non habet ad quem appelletur, unde in eo non procedit Bart. doctrina, prout etiam tradunt Paris *cons.* 23. *nu.* 250. *lib.* 1. Gabr. *de jur. emphyt. conclus.* 2. *num.* 22. Rosental. *de feud. concl.* 24. *cap.* 7. *num.* 20. et firmavit Rot. *de-*
cis. 664. *nu.* 9. *part.* 2. *recent.* et certe nullum videtur du- 102
bium posse supremum principem si velit huic juri petendi renovationem derogare, cum sit quoddam jus conditionale, quatenus nolit dominus pro se retinere, et ideo non multum considerabile, prout ponderavit Rot. *in decis.* 501. *num.* 19. *et seq. part.* 5. *recent.* sed dubitari potest de ejus voluntate, non enim praesumitur principem vel alicui praejudicare in jure suo, et in terminis hujus juris petendi renovationem, Gabr. *cons.* 30. *num.* 30. *ad fin. lib.* 1. et admittit *d. decis.* 501. *num.* 18. Sed propter praedictam rationem, quod agitur interesse parum considerabile, videtur velle sufficere derogationes generales, quatenus sint amplae, prout erant ibi, et ponderantur *sub num.* 22. *vers. responsum fuit, et seq.* quod et facilius erit admittendum si princeps moveatur ex justa aliqua causa concessionem alteri facere, puta ex ejus benemeritis, ut ponderatur *in dict. dec.* 664. *num.* 9. *prope fin. part.* 2. *recent.*

Decima sexta declaratio est, ut is, cui competit tale jus 103
non compellatur bona dimittere, et deinde illud deducere, ut in specie firmat Valasc. *consult.* 157. *num.* 29. *et seq.* ubi pluribus rationibus comprobat, *et numer.* 32. *in*
fin. dicit, ita vidisse judicatum verum haec opinio patere- 104
tur difficultatem ante declarationem domini se velle relocare, ex ea enim declaratione oritur jus proximioribus renovationem de qua agimus petendi, et ante illam dominus habet intentionem fundatam, cum de jure conductor finita locatione teneatur rem dimittere, secus autem esset si adesset promissio faciendi renovationem, vel ortum esset jus illam petendi, ex quo dominus alteri locasset, vel aliter locare velle declarasset, tunc enim bene diceret praetendens renovationem velle retinere, et danda ei esset manutentio, ut sensit etiam Rota *dec.* 211. *n.* 8. post Posth. *de manuten.*

Decima septima declaratio est, jus istud petendi renova- 105
tionem esse mere personale, et idem alteri cedi minime posse, ut latissime probat Cald. *de renovat. emphyt. qu.* 13. *numer.* 1. *et plur. seqq.* ubi quod neque potest cedi alteri consanguineo, Amat. *decis. Ferrar.* 51. *numer.* 32. sed hoc intelligitur, quatenus cessio non fiat proximiori immediate sequenti, sed extraneo, vel alteri remotiori, Bertaz. *consil. civ.* 84. *num.* 18. Pereir. *d. decis.* 128. *numer.* 4.

Verum declaratio ista procedit in ipso proximiore, qui 106
ad petendam renovationem primo loco admittitur, ut ipse non possit jus suum transferre in alium ad praejudicium subsequenter post eum vocati. At dubium est in ipso ultimo conductore, an possit hoc jus petendi renovationem alteri relinquere in praejudicium proximioris, et affirmativam late tuetur Gabr. *cons.* 78. *num.* 1. *et seq. et num.* 12. *lib.* 2. et cum eo transit Gratian. *discept.* 88. *nu.* 43. *et discept.* 813. *num.* 34.

Animadvertendum tamen, quod Gabr. movetur, quia totum faciat favor, qui praestatur primo conductori, qui rem meliorem fecit, et ideo ejus opinio tutior erit, si agatur de renovatione, ex quo res fuerit per conductorem meliorata de qua locuti sumus *sup. in princ. hujus cap.* sed ista, de qua modo loquimur, debita juxta doctrinam Bart *in d. l.* 1. *§. permittitur, ff. de aq. quot. et aest.* est diversa, nec

debetur propter melioramenta, sed ex quadam aequitate, et congruentia renovandi successoribus, quod concessum fuit temporaliter antecessoribus, juxta text. *in d. §. permittitur*, et quo ad eam contra opinionem Gabrielis facit, quod non attenditur proximiores non fuisse institutos haeredes a conductore, quando emphyteusis non sit haereditaria, juxta tradita *sup. in declar.* 5. de quo etiam late Merlin. *decis.* 532. *numer.* 2. *et* 3. sed vere Gabr. loquitur praecise in terminis doctrinae Bart. *in d. §. permittitur*, prout etiam advertit Gratian. *discept.* 88. *num.* 43. et ad tradita in *d. declarat.* 5. responderi potest, quod loquuntur de institutione universali in qua dubitari potest, an veniat res devolvenda, et facultas petendi renovationem investiturae, non autem de relicto, seu cessione speciali rei locatae, et facultatis petendi renovationem, quam cessionem, seu relictum potest dominus ratificare, et ratihabitio trahitur retro ad tempus factae dispositionis per conductorem, de quo tempore proximiores nullum habebant jus quaesitum, sed tantum quaerendum, et eventuale, quod non est considerabile, et hoc modo ratificata dispositio, redditur valida, ut firmavit Ruin. *cons.* 45. *numer.* 20. *lib.*
107 1. quem sequitur Gabr. *d. cons.* 78. *num.* 10. unde pendebit validitas a voluntate domini, qui in terminis nostris non tenetur ratificare, an autem sufficiat conductorem legasse simpliciter rem conductam ad hoc, ut debeatur renovatio, de qua agimus legatario, hanc quaestionem tractat Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de renovat. quaest.* 1. *num.* 39. et deductis hinc inde argumentis, concludit distinguendo, ut si agatur de emphyteusi haereditaria, procedat opinio affirmativa, si autem de emphyteusi ex pacto, procedat negativa, et quo ad
108 istud secundum membrum, quod si agatur de emphyteusi ex pacto, et providentia, renovatio non debeatur legatario ultimi emphyteutae, comprobatur ex quo neque haeredi detur, ut firmatum fuit supra *in* 5. *declaratione*, ut secus est ubi agitur de emphyteusi haereditaria, circa quam versatur tota difficultas, et in casu in quo consuluit Gabr. *in consilio supracitato*, aderat legatum rei una cum facultate petendi re-
109 novationem expresse relicta a testatore eidem legatario, et Gabr. fundat totum jus legatarii in dicta facultate, non autem in legato rei, signum evidens, quod sensit hoc non juvare, ubi non continet dictam facultatem, nec praetendi potest, quod dum testator relinquit rem emphyteuticam, censeatur reliquisse jus illud, seu facultatem renovationem petendi, quia jus illud uti jus eventuale, et non purificatum, non venit in legato rei, ut in fortiori, ubi videlicet concessio erat ad renovandum, probat Alexan. *consil.* 91. *numer.* 11. *et* 12. *lib.* 1.
110 et haec in effectu concludunt legatarium nullum habere jus coactivum, sed si dominus directus velit ratificare legatum, poterit, et quod magis est etiam in emphyteusi ex pacto, et providentia, juxta opinionem Ruin. *in d. cons.* 45. *num.* 20 *lib.* 1.

111 Decima octava declaratio est, ut non propterea, quod potest proximior petere renovationem investiturae sibi fieri, competat ei actio realis adversus ipsam rem, penes tertios forte existentem, sed intentare debeat actionem personalem adversus dominum, ut renovationem faciat Gabr. *cons.* 68. *n.* 12. *lib.* 2. et aliis cumulatis Rot. *dec.* 230. *num.* 10. *par.* 11. *recent.*

Verum haec declaratio bene procedit, si agatur de renova-
112 tione facienda vigore pacti, quod quatenus simpliciter loquatur de renovando, actionem personalem tantummodo tribuit Ruyas. *decis.* 132. *num.* 3. *et dicam infra cap. seq.* at secus est in renovatione ista, quae debetur de jure, et aequitate, ac proinde, tribuit etiam actionem revocatoriam contra tertium ut distinguendo declaravit Rot. coram Ninot. *decis.* 48. *numer.* 11. *et seq.* ubi quod fuit saepissime dictum in aliis causis, et redditur ratio differentiae, quia ex simplici pacto de renovando non impeditur dominus aliter disponere de re sua
113 licet contraveniendo teneatur ad interesse. At vero ex imperio legis, vel statuti mandantis aliquem investiri, oritur praecisa parendi obligatio, adeout cedat in irritum quidquid in contrarium factum fuerit, quod ultra ibi allegatos optime tradit Soccin. Sen. *cons.* 99. *num.* 7. *ad fin. lib.* 1. ubi quod id
114 etiam procedit si quod de jure debetur sit quoque deductum in pactum, et sequitur Rim. Jun. *cons.* 94. *num.* 31. unde
115 Rot. solet concedere immissionem, quando competit haec renovatio, ut videre est penes Duran. *decis.* 431. *in princip.*
116 et condemnare etiam tertium possessorem ad restitutionem fructuum a die moti contra eum judicii, ut *in dec.* 162. *numer.* 1. *et seq. part.* 13. *rec.*

Decima nona declaratio est, ut doctrina Bart. juxta quam
fit haec renovatio extetur, et non procedat si res locata, non 117
fuerit alteri concessa per concessionem de illa re particulari sed alienatione alicujus universitatis bonorum, in qua illa comprehendatur, quia hoc est de natura universalis concessionis, ut transferatur omne jus concedentis, etiam si quid particulariter cedi, vel alienari non possit, ut considerat Scrader. *de feud. par.* 3. *cap.* 4. *nu.* 41. *et* 42. et dixit Rota *in dec.* 664. *n.* 10. *par.* 2. *rec.*

Vigesima declaratio est, ut hoc jus petendi renovationem 118
non competat ultra septimum gradum consanguinitatis, ut censuit Rot. *decis.* 151. *num.* 16. *part.* 9. *recent.* ubi plures auctoritates cumulat, et inter eas Paris. *cons.* 23. *num.* 261. *lib.* 1. Soccin. Jun. *cons.* 76. *num.* 73. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 378. *num.* 84. qui tamen non loquuntur in his praecisis terminis. sed dicunt in feudis non succedi ultra septimum gradum.

Vigesima prima declaratio est, ut quando devenitur ad hanc 119
renovationem, citari debeant possessores, bonorum quorum locatio renovatur, ut censuit Rot. *dec.* 166. *n.* 16. *par.* 11. *recent.*

Vigesimo secundo declaratur, ut hoc jus petendi renovatio- 120
nem non sit practicabile, nec procedat in feudis, Roman. *consil.* 70. *nu.* 3. *vers. non obstant*, Clar. *in §. feudum quaest.* 87. ubi quod numquam vidit in feudis observari, Menoch. *cons.* 400. *num.* 31. et aliis late adductis Rot. *d. decis.* 664. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* Non desunt tamen contrarii, et signanter Gloss. *in d. l.* 1. *§. permittitur in ver. impetrabile*, cum qua etiam transit ibi Bart. *ff. de aq. quot. et aest.* Sed standum erit observantiae, quae in proposito attenditur *dec.* 664. *n.* 10. *par.* 2. *rec.*

Vigesima tertia declaratio est, ut in hac renovatione quatenus agatur de emphyteusi, requiratur scriptura, juxta veriorem, et in praxi admissam opinionem, de qua testatur Valasc. *de jure emphyt. quaest.* 7. *num.* 10. Sed ista, et praecedens declaratio una cum aliis, quae tradi possent in specie de feudo, et emphyteusi, sunt extra materiam, et ideo me remitto ad tractantes ex professo de eis, et signanter ad Cald. *de jur. emphyt. qui per tot. lib.* 2. *de renovat. emphyt.* latissime tractat, nec non ad Fulgin *de jur. emphyt.* qui pariter habet titulum *de renovationib.* in quo discutit quaestiones sexdecim.

Quoniam autem in hoc casu, de quo agimus dominus non tenetur proprie relocare, sed tantum quatenus relocare velit tenetur aliquos praeferre, ut dictum est *sup. in* 1. *declaratione*, meminisse convenit, quod sunt alii plures casus, in quibus haec praelatio competit quos jam retuli supra *in cap.* 20.

De pactis, consuetudinibus, et statutis, quod fiat renovatio locationis.

SUMMARIUM.

1. Pactum, quod locatio finita debeat renovari est praeter naturam contractus.
2. Et est validum.
3. Et non requirit de necessitate scripturam.
4. In emphyteusi, et locatione rerum ecclesiae ad longum tempus est prohibitum.
5. Ampl. ut non valeat, etiamsi locatio cum dicto pacto, facta sit cum solemnitatibus de jure requisitis.
6. Secus si sit cum beneplacito Apostolico.
7. Ampl. 2. non sufficere observantiam contractus per centum annos, nisi probetur observantia ipsius pacti.
8. Et non sufficerent renovationes fuisse factas, si tamquam ecclesiae non utiles fuissent nullae.
9. Ampl. 3. ut quamvis esset validum, et ligaret praelatum inferiorem illud apponentem, non ligaret papam.
10. Ratio, cur dictum pactum in rebus ecclesiae non valet, est, ne eo mediante locatio protrahatur ultra tempus permissum.
11. Pactum praedictum valet, ubi locatio rei ecclesiae, illo servato non protrahitur ultra tempus permissum.
12. Pactum renovandi locationem appositum ab eo, qui non potest libere pro quocumque tempore locare non valet.
13. Pactum relocandi, quando non potest apponi, an appositum vitietur, vel vitiet totum contractum, pendet a dignoscendo, an partes in eo contraxissent, vel non.
14. Pactum renovandi locationem, non est ejus renovatio.
15. Pactum renovandi locationem, non mutat in aliquo naturam contractus, cui adjicitur.
16. Pactum renovandi locationem, non ligat successorem singularem.
17. Nec tribuit actionem contra tertium possessorem bonorum.
18. Locator vigore pacti de relocando, non potest compelli praecise ad relocationem, sed liberatur solvendo interesse.
19. Praestans interesse dicitur vere, et proprie servare promissa.
20. Promittens relocare, potest alteri concedere, et valet concessio.
21. Contrarium tenent alii.

22. Decl, primam procedere in locatione ad breve tempus, secunda in locationv ad tempus lougam,
23. Contrarium, quod prima procedat etiam in lecatione ad tempus longum.
24. Secus in emphyteusi.
25. Decl. non procedere, quod obligatus relocare possit locare alteri, si obligatio non sit ex pacto, sed ex lege, vel statuto.
26. Idem dic si pactum sit munitum juramento, et hypotheca bonorum.
27. Juramentum promittentis obligat ad observantiam praecisam, itaut non sufficiat praestare interesse.
28. Ampl. etiam adversus haeredem jurantis,
29. Contrarium, quo ad hoc tenent alii.
30. Decl. ut cesset obligatio de observando praecise pactum relocandi, postquam promittens alteri bona concessit.
31. Decl. tunc posse dominum non obstante pacto relocandi alteri concedere, cum locatio est ad certum tempus, secus si perpetua, vel ad certas generationes,
32. Conductor cum pacto renovandi debet renovationem petere, alias locatio non obstante pacto expirat.
33. Ampl. ut necesse sit petere renovationem ante finitum tempus locationis.
34. Lim. si locatio sit in perpetuum cum pacto renovandi.
35. Et quod nunquam necesse sit petere renovationem ante finitam locationem, sed peti possit postea infra annum.
36. Et quod peti possit etiam postea usque ad triginta annos.
37. Contrarium quo ad hoc.
38. Decl. primam procedere si verba sunt directa in dominum, ut renovare debeat, secus e contra.
39. Cadens a locatione ob non petitam renovationem qualibet de causa excusatur.
40. Et deficiente excusatione datur purgatio morae.
41. Secus in feudalibus,
42. Morae purgatio de aequitate canonica datur semper re integra.
43. Etiam adversus pactum resolutivum ante acceptationem.
44. Minori datur restitutio in integrum adversus omissam petitionem renovationis.
45. Idem in aliis gaudentibus privilegio minorum.
46. Idem si adsint majores, et minores admixti,
47. Etiamsi dominus alteri locasset.
48. Et etiam lapso quadriennio.
49. Haeredi competit restitutio in integrum adversus non petitam renovationem debitam ex pacto cum defuncto.
50. Ampl. nec impediri per scientiam locationis, nisi sciverit pactum.
51. Pactum renovandi locationem est stricte intelligendum.
Et si potest intelligi de unica renovatione debet ad eam restringi,
52. Si dictum sit ad renovandum de novennio in novennium, non potest intelligi de unica renovatione.
53. Pactum relocandi primo conductori, intelligi debet in casu, quo dominus velit relocare, non si velit pro se retinere.
54. Pactum intelligi debet, prout de jure,
55. Sed prius habenda ratio, ut aliquid operetur, et postea facienda restrictio, ut quantominus fieri potest juri communi derogetur.
56. Pactum renovandi locationem in ecclesiasticis intelligitur, si in renovatione adsit utilitas ecclesiae.
57. Et intelligitur finita locatione per lapsum temporis, non autem ob pacta non servata,
58. Romae adest statutum cap. 124. lib. 1. de locationibus ad certas generationes renovandis.
59. In emphyteuticis etiam ecclesiasticis adsunt consuetudines, et concordiae, seu statuta, ut renoventur pluribus in locis
60. Statutum urbis simpliciter loquens non comprehendit res et personas ecclesiasticas.
61. Secus quando de eis expressam mentionem fecit, vel per verba aequipollentia.
62. Statutum urb. in cap. 152. lib. 1. de contractibus filiorum familias, loquitur expresse etiam de clericis
63. Voluntas metitur e potestate, itaut qui non potest aliquid disponere censeatur noluisse.
64. Confirmatio dat robur confirmato, sed illud non extendit, ut comprehendat, quae disponentes comprehendere noluerunt.
65. Ampl. etiamsi in confirmatione adsit clausula, et de novo concedimus.
66. Ampl. 2. etiam in confirmatione facta in forma specifica, cum verbis amplissimis.
67. Statutum laicale, ut comprehendat clericos non sufficiunt verba universalia apta illos comprehendere, sed requiruntur expressa, vel adeo ampla, ut expressis aequipolleant.
68. Verba generalia quamvis ampla non comprehendunt personas, et causas, de quibus in specie disponi non potest.
69. Lim. si plus obtulerit major auctoritas delegantis.
70. Iurisdictio in personas ecclesiasticas non debet de facili censeri laicis concessa.
71. Papa quando disponit de re spectante ad principatum temporale, censetur disponere tamquam princeps temporalis, non tamquam supremum ecclesiae caput.
72. Statutum quod dominus finita locatione teneatur eam renovare, est contra jus, et debet stricte intelligi.
73. Argumentum affirmative dictum a pacto ad statutum est validum.
74. Statutum multis in casibus est potentius facto.
75. Statutum mandans fieri relocationem tribuit conditionem.
76. Conditio datur contra tertios possessores.
77. Statutum mandans relocari intelligitur in casu, quo dominus nolit pro se retinere.
78. Consuetudo renovandi locationem successoribus ultimi conductoris intelligitur procedere in casu, quo dominus velit aliis reconcedere.
79. Secus si probetur in specie consuetudo, quod teneatur relocare, etiamsi velit pro se retinere.
80. Consuetudo praedicta, an possit probari per testes, itaut concedenda sit remissoria ad eam probandam.
81. Consuetudo relocandi non inducitur ex eo, quod dominus fuerit solitus relocare nisi probetur eum voluisse pro se retinere, et non potuisse,

CAPUT LXIII.

Pactum appositum in locationu ad tempus, quod ea finita
debeat renovari, est praeter naturam contractus Montic. *de* 1
tacit. lib. 22. *tit.* 23. *num.* 1. Et regulariter loquendo non 2
potest dubitari illud esse validum, quia aperte de jure admit-
titur, *l. ne cui, c. loc.* Solet tamen dubitari, an pro sui vali-
ditate necesse sit illud esse in scriptis redactum, vel etiam 3
valeat, si probetur aliunde, et requiri scripturam indicare
videntur verba *d. l. ne cui* sed eis non obstantibus probari
posse, per testes dictum est *in cap.* 20. *n.* 39 *et seq.*

Nullum tamen erit praedictum pactum in emphyteusi, seu 4
locatione ad longum tempus rerum ecclesiasticarum, quia
prohibetur tam de jure civili, quam canonico, ut *in* §. *quod
autem. et* §. *neque illud Auth. de non alienan.* ut *in capit.
nulli* 5. *de reb. eccles. de non alienan.* et dixit Rot. coram
Montic. *decis.* 10. *num.* 14. et coram Royas. *decis.* 132. *nu-
mer* 6.

Idque est adeo verum, ut procedat etiam si locatio cum d. 5
pacto facta sit cum solemnitatibus de jure communi requisi-
tis secundum Roman. *in l. etiam num.* 12. *vers. et si dicis,
ff. sol. matr.* Et licet hoc dictum patiatur difficultatem, quia
in contrarium est text. *in Auth. de alienatione emphyteusi
in princ.* §. *licentiam*, ut tenent Felin. *in cap. in praesen-
tia num.* 27. *vers. in hoc intelligo de probat.* Alex. *in d. l.
etiam num.* 3. *ad fin.* ut 4. Gozad. *cons.* 39. *nu.* 13. tamen
quando admittenda sit haec opinio contraria ea intelligenda 6
est de solemnitatibus beneplaciti apostolici, ut videlicet tunc
sustineatur dictum pactum cum locatio facta est cum ta-
li solemnitate beneplaciti, et non alias, si facta sit post *Ex-
travag. ambitiosae de reb. eccles. non alien.* quia per eam
correcta sunt jura antiqua admittentia alienationem cum aliis
solemnitatibus, ut in specie quod correcta sit dispositio *d.* §.
licentiam Auth. de alien. emphyteusi. et propterea pactum
praedictum sine beneplacito non sustinetur, late declaravit
Rot. cor. Cocciu. *dec.* 2264. *n.* 16. *et seq.*

Neque sufficeret contractum esse antiquum, et observatum 7
per centum annos, nisi probaretur etiam in specie observan-
tia pacti praedicti de renovando, prout requiritur, quando
praetenditur inducti per lapsum temporis praesumptionem
beneplaciti apostolici ad sustinendum aliquod pactum parti-
culare, Becc. *cons.* 96. *num.* 7. Surd. *cons.* 339. *numer.* 26.
Gregor. *decis.* 451. *nu.* 7. et in specie de pacto praedicto a-
liis adductis firmavit Rot. coram Coccino *d. decis.* 2264. *nu-
mer.* 19. Imo et non sufficeret, quod actu concessio fuisset re- 8
novata, si renovationes fuissent factae absque utilitate eccle-
siae, quia fuissent nullae, et sic non relevarent, ut firmavit
Roc. cor. Royas. *dec.* 132. *n.* 9. *et* 10. *juncto n.* 5.

Praeterea non omittendum circa dictum pactum in loca- 9
tionibus rerum ecclesiasticarum appositum, annotare, quod
quamvis etiam fuisset per praelatum inferiorem valide ap-
positum, itaut ipsum locantem, et successores in praelatura
ligaret, non tamen propterea ligaret summum pontificem, sed
ipse, eo non obstante valeret utendo praeventione, quam ha-
bet, bona alteri unicumque ad libitum locare, ut pariter late
firmatur *in d. decision.* 2264. *num.* 23. *et seqq.* coram Coc-
cino.

Quoniam vero ratio cur prohibeatur dictum pactum in lo- 10
cationibus rerum ecclesiae ea redditur, quia videtur in frau-
dem legis, ut scilicet, eo mediante, fiat locatio ultra tempus
a jure permissum, Covarr. *var. lib.* 2. *capit.* 16. *numer.* 4.
Gratian. *discept.* 88. *num.* 20. *post. med.* et aliis relatis Rot.
coram Royas *decis.* 132. *num.* 7. hinc deduci possunt duae
illationes, una, ut procedat in locationibus ad tertiam gene-
rationem, de quibus loquuntur dicta jura illud prohibentia, 11
vel etiam hodie in aliis, adeo diuturnis, ut juncta renovatio-
ne, locatio protraheretur ultra tempus permissum, secus au-
tem in locationibus ad tempus adeo breve, ut hoc cesset, quia
tunc cessaret prohibitio, ducto argumento a ratione cessante
cap. ut cessante 60. *de appell.* Alia illatio est, ut procedat 12
nullitas dicti pacti in locatione cujuscumque non valentis li-
bere pro quocumque tempore locare, idque argumento ducto
ab identitate rationis, quod valeat in jure. Verall. *dec.* 177.
n. 5. *par.* 1. Cassad. *dec.* 37. *n.* 2. *super reg. cancell.* *dec.*
438. *n.* 7. *par.* 14. *rec.*

At stante d. pacto in praedictis casibus, an vitietur contra- 13
ctus in totum, vel solum vitietur pactum, pendet a dignoscen-

do, an partes sine eo contrasissent, vel oon, josta tradita supra *in cap.* 14. ₰. 7.

Quo autem ad effectum pacti, supposita ejus validitate scicodnm, quod non propteres, qnod adest locatio, verbi gratia ad decemniom, cum pacto renovandi pro alio decemnio, dici poteat, quod adsit locatio ad viginti annos, qnia pactum re-
14 novaudi non est reoovatio, et sio osquequo non foerit actualiter facta renovatio, non poteat dici adesse locationem pro quo renuvanda est, Rim. Sen. *cons.* 16. *num.* 6. *et seq.* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 23. *nu.* 9. ubi alii adducontur, et dixit Rot. coram Greg. *decis.* 348. *num.* 2. *et in recent. dec.* 166. *numer.* 18. *part.* 11. licet contrarium sensisse videatur Rimio. Sen. *consil.* 74. *num.* 24. et Rot. in una Forolivien. bonorum 14. decembris 1618. ₰. *denique non obstat coram Remboldo* inter ejus impressas *dec.* 204. *nu.* 15. qnia prima est verior, ut de promissione de locando, quod non sit locatio, dictum est *in cap.* 22. *num.* 75. quod est fortius, qnia promissio de relocando est apertissime relata ad tempus futurum, id est post finitam locationem, unde clarius est non posse importare relocationem, ut considerat Jas. *cons.* 117. *numer.* 5. *post med. vers. praeterea multo clarius lib.* 1. ubi dicit, quod praetendere promissionem de facienda venditione post cridas importare venditionem ante esset plus quam ridiculum.

15 Praetorea praedietum pactum non mutat in aliquo naturam contractus, cui adijcitur Bart. *in l. si finito,* ₰. *si de vectigalib. num.* 10. *ff. de damn. infect.* Paris. qui alios refert *cons.* 108. *num.* 52. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 23. *numer.* 2. et respectu rei noo tribuit aliquod jus, sed solum tribuit actionem personalem ad factum renovationis, Angel. *cons.* 184. *num.* 3. Soccin. Jun. *cons.* 9. *num.* 17. *vers. et si dicatur. lib.* 3. Ruin. *cons.* 167. *num.* 13. *lib.* 1. Mantic. *d. num.* 2. *in fine,* Gregor. *dec.* 348. *num.* 3. *et decis.* 567. *num.* 2.

Hinc infertur, quod pactum praedictum oon ligat succes-
16 sorem singularem, in quem non transit actio personalis, *l. fin. ff. de contrah. empt.* et in terminis Gabr. *cons.* 68. *num.* 10.
17 *et* 12. *lib.* 2. et proinde non potest vigore dicti pacti agi contra successorem singularem in dominio rei locatae, de quo Rot. coram Royas. *decis* 132. *num.* 3. neque contra tertium successorem in bonis, cui nempe bona ipsa fuerint locata, de quo Gabr. *d. consil.* 68. et Rot. cor. Gregor. *decis.* 567. *numer.* 2.

Infertur etiam, quod locator non tenetur praecise renova-
18 re, sed potest liberari solvendo interesse, prout est regolare in obligatione ad factum, *l. si quis ab alio* 13. ₰. *si quis promiserit, ff. de re judic.* Surd. *cons.* 52. *num.* 14. Greg. *dec.*
19 241. *num.* 3. adeout praestans interesse dicatur vere, et proprio servare promissa, et non contravenire, Aldobrand. *con-*
20 *sil.* 132. *num.* 221. *et seq. lib.* 1. unde potest alteri concedere, et valebit concessio, Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit* 23. *numer.* 2. Gratian. *discept.* 357. *num.* 35. *et seq.* nec poterit primus conductor agere, nisi pro consequendo interesse adversus dominum, Gregor, *decis.* 348. *num.* 3. *et decis* 567. *num.* 2. *in recent. decis.* 111. *num.* 8. *et decis.* 166. *nu.* 12. *part.* 11.

21 Verum haec illatio non transit sine magna difficultate, quia contrarium, quod teneatur dominus praecise renovare, et ideo non valeat alteri concedere, probant Dec. *cons.* 328. *numer.* 3. Rimin. Jun. *cons.* 94. *num.* 31. Rot. *decis.* 11. *numer.* 4. *et* 9. *part.* 2. *recent.* et in Forolivien. bonorum 4. decembris 1618 ₰. *denique non obstat,* coram Remboldo inter ejus impressas *decis.* 204. *nu.* 15. et quidem pro opinione ista facit text. *in d. l. ne cui* 32. *cod. locat.* quae aperte probat teneri dominium relocare primo conductori stante pacto, et per eum text. Bald. ibi notandum dicit alteri concedi non posse, quod renovandum est, priori, vel ejus successoribus.

22 Pro conciliatione distingui posse videbatur, ut prima opinio procedat in locatione ad breve tempus, quae nullum jus tribuit in re locata, sed tantum actionem personalem contra locatorem, secunda vero in locatione ad tempus longum, quae tribuit jus in re, ut dictum est etiam *in cap.* 27. *numer.* 3. et in hoc proposito distinguendo sensit Ruin. *cons.* 168. *numer.* 23. *vers. nec etiam verum, et* 24. *lib.* 1. quem refert Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 23. *numer.* 7. *post med.* Sed
23 haec distinctio melius considerata patitur difficultatem, quia quod locatio ad longum tempus tribuat jus in re non facit, quod illud tribuat etiam pactum renovandi in illa locatione existens, et jus illud tributum e locatione juvare non potest quia cum locatione ipsa expiret, ut bene advertit ipse Mantica *eodem. locat. num.* 8. *in princ.* Considerabam tamen,
quod Bald. *in d. ne cui,* dum docet non posse propter dictum 24
pactum rem alteri concedi, bis, videtur restringere dictum suum ad contractus emphyteuticos, dicendo illam doctrinam veram maxime in eis, idque forsan non sine misterio, in eis enim facilius sustineri potest, quod pactum non distinguatur a contractu ita ut si contractus jus tribuat in re, idem dicendum sit de pacto cum emphyteusi dicatur materia informis, quae a pactis formam accipit, Rot. cor. Pen. *dec.* 2192. *n.* 3. Hodier. ad Surd. *dec.* 198. *n.* 5. quaecumque enim pacta in se recipit, *l.* 1. *c. de jur. empt.* Ruin. *consil.* 98. *n.* 12. *lib.* 3. ubi etiam idem dicit de feudo de quo, et Bald. loquitur.

Retenta autem prima opinione saltem in contractu locatio- 25
nis, quod dominus, non obstante pacto renovandi, possit alteri locare, et valeat locatio, limitanda erit, ut non procedat, si renovatio debita etiam sit ex juris dispositione, vel statuti, quia tunc dominus tenetur ad observantiam praecisam, etiamsi id, quod debetur ex dispositione legis deductum sit etiam in pactum, juxta communem opinionem, de qua in his terminis testatur Socc. Sen. *cons.* 99. *num.* 7. *ad fin lib.* 1. et Rim. Jun. *cons.* 94. *n.* 31. Rot. cor. Ninot, *dec.* 48. *nu.* 11. *et seq.*

Prout etiam limitanda erit si pactum sit munitum jura- 26
mento, et hypotheca bonorum, hoc enim casu impeditur concessionem rei alteri fieri posse, et quatenus fiat, habens hypothecam in bonis concessis, potest etiam adversus tertium, cui concessio facta est, immissionem petere, quod secus est stante simplici pacto renovandi absque hypotheca *dec.* 230. *num.* 10. *et* 12. *part.* 10. *recent.* si autem adesset solum juramentum absque hypotheca adhuc obligaret promittentem ad observantiam pacti praecisam, haec enim est virtus jura-
menti, ut debeat factum eo mediante promissum praestari 27
in forma praecisa, nec sufficiat praestare interesse, Jas *in l. si pecunia num.* 23. *ff. de condit. ea. dat.* Socc. Jun. *in l. stipulationes non dividuntur num.* 432. *et seq. ff. de verb. oblig.* Surd. *cons.* 13. *num.* 27. Guttier. *de juram. part.* 1.
cap. 38. *n.* 6. ubi de magis com. idque procedit etiam adver- 28
sus haeredem jurantis, Mantic. *de tacit lib.* 14. *tit.* 33. *numer.* 8. Seraph. *decis.* 805. *num.* 3. *et* 4. Andr. *decis.* 87. *num.* 3. licet quo ad hoc ultimum, alii contrarium teneant, ut per Gabr. *de jurejur. concl.* 8. *num.* 3. Adden, ad Greg.
decis. 241. *sub. n.* 7. *vers. quae tamen ampliatio.* Sed haec 29
procedunt adversus ipsum jurantem valentem praestare prae-
cise, et ideo aliud forte dicendum esset, si jam alteri bona 30
concessisset, et tradidisset, et sic amplius praecise adimplere nequiret, quia impossibilitas, imo et difficultas escusat ab obligatione praestandi factum praecise, Rot. in Perusina dotis coram Ortembergo, penes Marchesan. *de commiss. part.* 2. *fol.* 588. *nu.* 2. idque non obstante juramento, Gabr. *de jurejuran. concl.* 8. *n.* 4. Seac. *de comb.* ₰. 2. *glos.* 2. *n.* 114. et est communis opinio, teste Fenzon. *ad Statut. Urb. cap.* 164. *n.* 2.

Praetorea eadem prima opinio supradicta limitanda erit, ut 31
locum habeat si locatio sit facta ad certum tempus cum pacto renovandi, secus si facta in perpetuum, cum pacto renovandi de viginti novem annos, in viginti novem annos, Adden. ad Gregor. *decis.* 348. *num.* 6. *ad fin.* et ratio differentiae est evidens, quia dum locatio est facta in perpetuum illa renovatio, ad evitandam contrarietatem, censetur requisita non pro substantia contractus, sed solum ad majorem probationem dominii, Bero. *cons.* 116. *num.* 19. *lib.* 1. Corbul. *de caus. criv. ob tempus finitum num.* 17. Rot. *decis* 438. *numer.* 3. *part.* 2. *et decis.* 381. *num.* 14. *part.* 5. *recent.* et idem esset si ad certas generationes facta esse locatio cum d. pacto, Rot. *dec.* 166. *n.* 4. *par.* 11. *rec.*

Et eadem differentia concessionis relevat etiam ad alium
effectum, videlicet quia si concessio est ad certum tempus 32
cum pacto renovandi, petenda est renovatio, alias locatio expirat, non obstante pacto, Rim. Jun. *cons.* 257. *num.* 83. *et seq,* Corbul. *de caus. privat. ob non petit. invest. numer.* 7.
Rot. *decis.* 215. *num.* 2. *et per tot. part.* 1. *recent.* et peti- 33
tio facienda est ante finitum tempus concessionis, alias admittitur jus petendi eam, ut aliis relatis tradit Mantic. *de tacit.*
lib. 22. *tit.* 23. *nu.* 13. *et* 24. quod secus est si concessio sit 34
in perpetuum cum pacto renovandi de tempore in tempus, Rauden. *resol.* 14. *num.* 12. *post med.* Manent. *de Livell. part.* 12. *num.* 3. *decis* 388. *n.* 2. *part.* 1. *recent.* propter praedictam rationem, quod tunc renovatio non requiritur de

substantia contractus, Rot. cor. Duraeo *decis.* 402. *num.* 6.
vers neque obstat, adeo ut possit conductor compelli petere re-
novationem, sed si eam non petierit, non propterea caduci-
tatem incurrit *dec.* 243. *n.* 8. *par.* 10. *rec.*
35 Verum praedicta opinio, cum qua transit Mantica, quod
petitio renovationis debeat fieri ante finitum tempus locatio-
nis, est satis rigorosa, nam alii tenent, quod peti possit etiam
postea infra annum, Bero *cons.* 116. *num.* 6. *et consil.* 119.
num. 5. *lib.* 1. Corbel. *de caus. privat. ob. non petit. inve-
stit. infra legit. tempus num.* 7. ubi reddit rationem, quia
dum dictum est ad renovandum absque expressione temporis
intra quod peti debet renovatio, hoc remanet sub dispositio-
ne juris. *l. commodissime, ff. de liber. et posth. l. si extra-
neus, ff. de condit. instit.* et sicut peti debeat infra annum,
et diem, ut habetur. *in usib. feudor. cap.* 1. *de cap. Corrad.
et in cap.* 1. *quo temp. mil. invest. pet. deb.*
36 Imo fortius, quod peti possit etiam post annum voluit Dec.
cons. 328. *num* 3. *vers. quibus tamen, et per tot.* ubi pro-
bat, quod possit peti, usque ad triginta annos, et licet in hoc
37 refellatur in specie per Corbul. *d. num.* 7. *post med.* dicen-
tem id videri penitus insulsum, quod pactum illud possit o-
perari etiam in tempore, quo renovatio ipsa esset finita, ta-
men eum defendit Peregr. *cons.* 94. *num.* 19. *et seq. lib.* 2.
ubi *sub. n.* 21. *vers. et licet*, dicit in specie quod licet Cer-
38 bulus Decii traditionem impugnaverit, tamen eam probatam
esse ex ibi traditis constat, et eamdem opinionem Decii, salvari
posse, quando verba directa sunt in dominium, ut renovare
debeat, secus autem si directa sint in conductorem, ut petere
debeat renovationem, voluit Bero *consil.* 119. *num.* 10. *lib.*
1. et amplius dummodo non sit injunctum conductori reno-
vationem petere, Rim. Jun. *cons.* 22. *n.* 17. *ad med. et seq.*
Quando autem locus esset caducitati a d. jure petendi re-
39 novationem, illa excusari debere qualibet de causa, est enim
quaedam poena, quae non incurritur sine dolo, Bero. *cons.*
196. *num.* 9. *lib.* 1. Decian. qui alios allegat *resp.* 4. *numer.*
40 39. *lib.* 4. et deficiente excusatione daretur purgatio morae
re integra, Menoch. *consil.* 1133 *num.* 14. Decian. *d. resp.*
4. *num.* 41. *et seqq.* licet in feudalibus hoc non transeat sine
41 difficultate, quod detur purgatio morae adversus non peti-
tam investituram; ex traditis per Curt. Jun. *de feud. part.*
4. § 23. *causa privationis num.* 45. et Rosental. *de feud. c.*
42 6. *concl.* 59. *num.* 3. *et seq. et sub lit. E*, cum de aequitate
canonica purgatio morae detur semper re integra, ac ubi non
est effectum deterius jus partis, Seraph. *decis.* 1150. *num.* 4.
43 Adden. ad Gregor. *decis.* 559. *num.* 10. praecipue ante ac-
ceptationem caducitatis, quia tunc peti valet purgatio morae
etiam adversus expressum pactum resolutivum, Adden. ad
Greg. *decis.* 559. *numer.* 10. *vers. limita tertio*, Seraph.
decis. 1150. *numer.* 1. Duran. *decision.* 270. *numer.* 9. *post
med.*
44 Et quando is, qui petere debuisset renovationem esset mi-
nor, competeret ei restitutio in integrum adversus omissam
petitionem, Menoch. *consil.* 757. *numer.* 13. Decian. *consil.*
4. *num.* 13. *et seqq. lib.* 4. Bursat. *cons.* 292. *numer.* 2. et
cons. 293. *num.* 2. *et seqq.* Gamma *decis.* 117. *num.* 3. ubi
Adden.
45 Et idem dicendum esset in gaudentibus privilegio mino-
rum, ut de communitate dixit Rot. coram Duran. *decis.* 402.
46 *num.* 8. *et seq.* Et etiam si cum minoribus adsint etiam ma-
jores connexam causam habentes, Bursat. *consil.* 293. *num.*
47 4. *et seqq.* Et quamvis dominus ad locationem favore alterius
48 jam devenisset, Gamma *dict. decis.* 117. *sub n.* 3. Neque
impeditur haec petitio restitutionis in integrum per lapsum
quadriennii, sed adhuc dabitur propter enormem laesionem,
juxta veriorem opinionem cum qua transit Rot. *in praedicta*
49 *dec.* 402. *n.* 13. *et seq.* cor. Duran. et ubi non esset idem con-
ductor, qui pactum fecit, sed haeres, vel excusaretur propter
praesumptam ignorantiam, vel daretur ei restitutio in inte-
grum, quamvis esset major, ex generali clausula, *si qua mi-
hi*, propter praesumptam ignorantiam pacti, Gozad. *consil.*
50 56. *num.* 10. Rim. Jun. *consil.* 22. *num.* 22. *et* 23. Nec satis
esset eum scivisse rem esse conductitiam, seu emphyteuticam
nisi etiam probaretur eum scivisse pactum petendi renova-
tionem, Rulu. *cons.* 210. *n.* 6. *lib.* 1. Bero *cons.* 117. *n.* 5. *lib.*
1. Curt. Jun. *cons.* 232. *n.* 21. *et seq.* Bertaz. *cons. civ.* 112.
n. 13. et *seq.*
51 Non omittendum autem animadvertere, quod praedictum pa-
ctum renovandi locationem conductori, uti onerosum domino,
52 debet, stricte interpretari, adeout si potest intelligi de unica re-
novatione, ad eam restringi debet. Mantic. *de tacit. lib.* 22.
tit. 23. *num.* 19. *in princ.* Adden. *ad decis.* 14. *num.* 30.
part. 3. *recent.* Rot. *decis.* 215. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* et
coram Royas. *decis.* 132. *num.* 2. Non posset vero restringi 53
ad primam renovationem si dictum esset ad renovandum de
novennio in novennium, Mantic. *d. tit.* 23. *nu.* 19. et idem
esset si aliter deprehenderetur per primam renovationem non
consumi effectum secundum intentionem disponentis, quia
tunc non intelligitur tantum de primo actu, sed etiam de ul-
terioribus, juxta doctrina Bald. *in l. invitus, in fin. c. de pro-
curat.* cum aliis late traditis per Tiraqu. *de retractu lignag.*
§. 8. *gloss.* 7. *n.* 5.
Item restringi debet pactum praedictum, et intelligi in ca- 54
su quo dominus velit concessione finita alteri bona concede-
re, non autem si velit illa pro se retinere, ut censuit Rot.
coram Royas *decis.* 132. *num.* 4. ubi plures allegat, qui ta-
men non loquuntur in terminis pacti, sed renovationis facien-
dae de jure communi proximioribus ultimi juxta celebrem
doctr. Bart. *in l.* 1. §. *permittitur. ff. de aqua quot. et aest.*
de qua dictum est *in cap. praecedenti*, et licet adhuc faciant
saltem per argumentum, cum pacta intelligi debeant, prout
de jure, Surd. *cons.* 34. *numer.* 34. *et* 48. *et seqq.* Lan-
cellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 79. *et seq.* Rot. *de-
cis.* 392. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* tamen in pacti interpreta- 55
tione prius habenda ratio, ut aliquid operetur, et postea fa-
cienda restrictio, ut quanto minus fieri potest juri communi
deroget. Gozzad. *consil.* 74. *num.* 15. *prope fin.* post Felin.
in cap. 1. *col.* 7. *vers. declara duobus modis.*
Et restringi quoque oportet idem pactum in ecclesiasticis, 56
supposita ejus validitate, ut fieri debeat renovatio, si in ea
adsit utilitas ecclesiae, idque eadem ratione, quod de jure ta-
lis utilitas in renovatione requiritur, ut expresse habetur *in
Extravag. ambitiosae de reb. Eccles. non alien.* et in pro-
posito firmat Rot. coram Royas. *dict. dec.* 132. *n.* 5.
Prout etiam restringi debet pactum, ut procedat finita lo- 57
catione per lapsum temporis, non autem si finiatur ob pacta
conventa non servata, ut tradit Rim. Jun. *cons.* 94. *n.* 6. et
post eum late comprobat Cald. *in tractat. de renovat. emph.
lib.* 1. *qu.* 9. *n.* 5.
Quandoque compellitur dominus renovare, ex particulari
consuetudine, vel statuto loci, praecipue in locationibus ad 58
longum tempus, prout signanter hic in Urb. ex capit. 124.
Statut. lib. 1. disponente locationes ad certam generationem,
si tempore, aut ex defectu generationis finiantur, iisdem pa-
ctis, conditionibus, et tenoribus relocari successoribus de ea-
dem genealogia, et sanguine, extraneis haeredibus, et singu-
laribus successoribus exclusis, debere.
Et in emphyteuticis, etiam ecclesiasticis adsunt consuetu- 59
dines, concordiae, et statuta similia de renovatione facienda,
prout in specie in statu Urbini, quia omnia fere bo-
na sunt emphyteutica, non quidem concessa laicis per eccle-
siasticos, sed quae ipsi laici submiserunt dominio ecclesiae,
ad evitandam illorum devastationem, et confiscationem pro-
pter inimicitias, et bella tunc vigentia, et si quae fuerunt ab
initio per ecclesiasticos concessa, illa tunc erant sterilia, et in-
fructuosa, et propriis expensis, ac laboribus per laicos ad cul-
turam redacta fuerunt, unde aequitas non patitur ab illis au-
ferri, ac proinde inita fuit concordia inter archiepiscopum, et
capitulum Urbinaten. ex una, et communem civitatis ex al-
tera apostolica auctoritate confirmata, ut fieri debeat renova-
tio illis, qui ex testamento, vel ab intestato succederent, ut
refert eminentiss. Otthobon. *in decis.* 248. *num.* 6. verum
concordia praedicta fuit solum favore civium comitatinorum,
et incolarum, et aliorum habitantium pro majori parte temporis
in civitate, et comitatu Urbini, itaut non comprehendat alias
civitates illius status habentes territorium separatum, prout
loquendo de civitate s. Angeli in Vado declaratur in praefa-
ta *decis.* eminentiss. Otthobon. sed generaliter, quod inole-
verit similis consuetudo in statu Urbini, et approbata fuerit
per breve S. M. Urbini octavi refert. eminentiss. Celsus *in
dec.* 192. *n.* 1. et *seq.*
Verum omissis, quae late dici possent de iis constitutioni-
bus loquentibus in specie de emphyteuticis, quoad praefa-
tum statutum urbis dubitatum fuit, an procederet etiam in
locationibus bonorum ecclesiae, ut patet ex latissime ibi de- 60
ductis per Fenzon. ubi adducit octo fundamenta pro affir-
mativa, et deinde tenendo negativam singulis respondet, et
sub *numer.* 66. in responsione ad octavum refert Ro-
tam in hoc articulo variasse, ac resedisse ultimo loco, et
pluries in negativa, quam postea etiam amplexa est *in dec.*
58. *num.* 31, *part.* 6. *recent.* et cum ea transivit quoque A.-

deo. ad Burst *dec.* 880. *in princ.* et optima ratione, quia li-
cet statutum urbis conditum fuerit de ordine papae, et ab eo
61 in forma specifica confirmatum, itaut non possit dici defice-
re potestatem res, et personas ecclesiasticas ligandi, tamen u-
bicumque de eis mentionem expressam non facit, vel per ver-
ba aequipollentia, illos non comprehendit ex defectu volun-
tatis, cum enim conditum fuerit a populo, non censetur com-
prehendere voluisse similes res, et personas simpliciter lo-
quendo, juxta late tradita *in decis.* 58. *num.* 28. *et seq. par.*
6. et in aliis cumulatis *in decis.* 179. *num.* 49. *part.* 9. *re-*
62 *cent.* expresse autem de clericis loquitur signanter *in capit.*
152. *lib.* 1. *de contractib. prohibitis cum filiis familias.* et
verbis aequipollentibus utitur *in capit.* 180. *eodem lib.* ubi
mandat duas sententias habere vim trium, quod propterea
ecclesiasticos etiam ligat *decis.* 52. *num.* 1. *part.* 1. *div. de-*
cis. 380. *num.* 1. ubi quod tenuit saepissime Rot. *part.* 1.
recent. decis. 87. *num.* 6. post Posth. *de manut.* ex quibus
comprobatur, quod alibi eos noluerunt statuentes comprehen-
dere, quia si voluissent, eodem modo expressissent, sed gene-
raliter loquendo de statutis laicorum, ideo censetur noluisse
comprehendere personas, et bona ecclesiastica, quia voluntas
63 metitur a potestate, et ideo quia de eis statuere non possunt
censetur etiam nolle, adeo ut non relevent verba ampla, apta
ex propria significatione illos comprehendere, Abb. *in cap. a*
nobis, il primo num. 4. *de sentent. excomm*, per eum test.
Dec. *in cap. ecclesia S. Mariae num.* 198. *vers. et etiam*
ex defectu de constit. Crot. *consil.* 370. *numer.* 13. Gozad.
64 *cons.* 76. *num.* 12. Honded. *cons.* 20. *nu.* 7. *lib.* 2. et stante
defectu voluntatis statuentium, nil relevat, quod superveniat
confirmatio papae, quia confirmatio dat robur, et validitatem
statuto confirmato, sed illud non extendit, ut comprehendat
ea, quae statuentes comprehendere noluerunt Castrens. *con-*
sil. 187. *num.* 1. *lib.* 2. Alexan. *consil.* 122. *num.* 20. *lib.* 4.
Roin. *consil.* 17. *num.* 10. *vers. unde confirmatio lib.* 1. *et*
consil. 111. *num.* 18. *lib.* 5. *decis.* 604. *num.* 1. *part.* 4. *et*
decis. 177. *num.* 53. *part.* 5. *et decis.* 58. *num.* 29. *et* 30.
65 *part.* 6. *rec.* etiam si in confirmatione adsit clausula *et de*
novo concedimus, seu *statuimus*, quia et ipsa famulatur con-
firmationi, itaut censeatur apposita pro majori validitate, et
nil magis tribuet, censetur enim confirmantem statuisse, prout
statutum erat, et sic quo ad personas, et res laicas, non quo
ad ecclesiasticas, de quibus statutum non erat. *decis.* 702. *n.*
6. *part.* 1. *div.* Gregor. *decis.* 267. *nu.* 1. *vers. non obstat,*
66 *et sequenti*, *et num.* 3. *vers. et quae ad cautelam*, et de con-
firmatione facta in forma specifica, et verbis tam amplis, ut no-
vae legis vim habere videretur, late Bich *decis.* 521. *numer.*
8. *et seq.* militat enim, etiam in confirmatione in forma spe-
cifica eadem ratio, quod det robur, sed non ampliet, nec tol-
lat defectum voluntatis statuentium, ut habetur *in ead. de-*
cis. Bichii nu. 10. quae plenissime hoc firmat, et tamquam
magistralis, pluribus placuit, et proinde impressa fuit per
Dianam. *post. par.* 11. *fol.* 7. et per D. Urceol. *consult.* 40.
num. 35. *et in recent. decis.* 293. *num.* 13. *part.* 11. quae
67 tamen decisio contanta est, quod adsint in statuto, ita confir-
mato verba universalia apta comprehendere clericos, ad hoc
ut ligentur, quod non transit sine difficultate, videtur enim
requiri, quod verba sint expressa, vel adeo ampla, ut expres-
sis aequipolleant, et sic convincat voluntatem in statuentibus
eos comprehendendi, quae considerato tempore statuti conditi
quo deficiebat in statuentibus potestas, praesumitur non ad-
fuisse, nisi convincatur contrarium, et ad hoc convincendum
non sufficit verba esse apta illos comprehendere, quatenus
restrictionem patiantur, ita ut verificari possint in omnibus
aliis sibi subditis absque comprehensione Clericorum non
subditorum; hoc enim dato, sequitur non probari voluntatem
illos comprehendendi, et remanere in suo vigore praesumptio-
nem contrariam, prout docuit Abb. *in d. cap. a nobis, il* 1.
num. 4. *de sent. excomm.* Gozad. *d. cons.* 76. *num.* 12. et
omissis aliis ipse Honded. *in praedicta decis. allegatus con-*
68 *sil.* 20. *nu.* 7. *lib.* 2. expresse firmat, non sufficere statutum
esse quantumcumque generale, et post congestas plurimas
auctoritates, dicit, conclusionem probari ea ratione, quia non
creditur statuentes voluisse in generali dispositione compre-
hendere personas, seu causas, de quibus in specie disponere
non potuissent. Observandum tamen, quod Abb. *in d. cap. a*
69 *nobis. num.* 4. *ad fin.* limitavit dictum suum procedere, nisi
forte plus contulerit major, et largior auctoritas delegantis,
et applicari posse limitationem in statuto urbis, dum non so-
lum subsecuta fuit confirmatio papae, sed etiam praecessit
ejusdem auctoritas, et mandatum, ut conderetur, prout habe-
tur in bulla confirmationis, et in titulo eorumdem statutorum,
et notat ibi Fenzon. *num.* 51. *et seqq.* videbatur enim pri-
ma facie cessare defectum potestatis in statuentibus, etiam se-
clusa confirmatione, et considerato tempore, quo statuta con-
debant, et sic deficere fundamentum non comprehensionis
clericorum, praecipue in capitulis generaliter loquentibus,
ex quo licet statuentes essent laici, et sic non habentes au-
ctoritatem in ecclesiasticos, tamen plus eis contulerit major, et
largior auctoritas papae eos ad statuendum delegantis, juxta
praefatam limitationem Abbat. sed re melius considerata, et
inspectis verbis praedictae bullae, in quibus dum fit mentio
de praedicta facultate, et mandato, nullum verbum legitur
necessario importans concessionem jurisdictionis in ecclesia-
sticos, ea consideratione habita, quod in effectu statuta fue-
runt condita, et edita a senatu, et populo, ut habetur in eo-
rum titulo, adhuc videtur dicendum defecisse potestatem in
eis. Non enim ita de facili credendum est pontificem conces- 70
sisse laicis jurisdictionem in personas, et res ecclesiasticas, sed
mandatum, et auctoritas praestita senatui, et populo pro sta-
tutis condendis, videtur provenisse a papa, tamquam princi- 71
pe temporali, non autem tamquam a supremo ecclesiae capi-
te, prout arguendo a subjecta materia, a qua omnis disposi-
tio recipit interpretationem, dixit in terminis confirmationis
statutorum, Rota *decis.* 682. *num.* 27. *et seq. part.* 4. *tom.*
2. *recent.* et magis praecise tam de confirmatione, quam e-
tiam de mandato, et auctoritate praestita pro condendis sta-
tutis urbis, eadem Rot. cor. Merlino *dec.* 901. *num.* 3. *vers.*
nec enim.

Verum praesupposito, quod statutum sit validum, et appli- 72
cetur, circa ejus interpretationem, videtur posse tradi regu-
lam generalem, quod interpretari debeat stricte, cum
sit contra regulas juris, quod quis teneatur rem suam locare,
vel locando aliquem praeferre, ex adductis *in cap.* 20. *in*
princ. Bart. *in l. quod constitutum* 32. *ff. de milit. testam.*
Bald. *in l. testamenta* 17. num. 5. *ff. de testam.* unde ei fa-
cile applicabuntur limitationes, et restrictiones quas supra
dictum est dari pacto, cum valeat argumentum affirmative du- 73
ctum a pacto ad statutum, Roman. *con.* 399. *num.* 3. Gra-
tian. *discept.* 348. *num.* 28. licet statutum multis casibus sit 74
potentius, Gratian *discept.* 88. *num.* 31. *vers. et licet*, quo-
rum unus dici potest iste, quia statutum operatur dominum
teneri praecise ad relocandum, quod secus est in pacto, sal-
tem secundum unam opinionem in simplici locatione per nos
retentam, ut dictum est supra *num.* 25. tribuitque statutum 75
conditionem, ut notat Fenzon. *in d. cap.* 125. *statuti urb. n.*
75. quae datur etiam contra tertios possessores, ex traditis per 76
Rot. coram. Ninot. *dec.* 48. *num.* 11. *et seq. per nos in cap.*
praecedenti in decl. 18. et in specie, quod mandans reloca- 77
ri successoribus restringatur, et intelligatur in casu quo do-
minus nolit pro se retinere, ut dictum est de pacto, late tua-
tur in terminis d. statut. Urb. *cap.* 124. Fenzon. *ad. d. sta-*
tutum a num. 67. *usque ad fin.* et ultra ibi adducta, pro cer-
to etiam habuisse videtur Rot. cor. Greg. *decis.* 45. *numer.*
4. *et* 5.

Et in simile de consuetudine relocandi successoribus ulti- 78
mi emphyteutae, quae aequiparatur statuto, quod intelliga-
tur procedere in casu quo dominus velit aliis concedere, nisi
probetur in specie eam vigere etiam in casu quo velit pro se
retinere, Marescot. *variar. resol. cap.* 3. num. 12. *lib.* 1.
Gratian. *discept.* 88. *num.* 14. *et seq. et discept.* 813. *num.*
36. Mantic. *decis.* 10. *num.* 10. Gregor. *decis.* 45. *num.* 5.
Royes. *decis.* 96. *num.* 5. *et seq.* Probato autem, quod adsit 79
consuetudo, quod teneatur relocare, etiamsi vellet pro se re-
tinere, servanda erit etiam si agatur de bonis ecclesiasticis,
uti in proposito bonorum abbatiae Nonantulae censuit Rot.
decis. 11. num. 1. *et per tot. part.* 2. *recent.* et in eadem
causa Nonantulana emphyteusis 18. januarii 1601. coram
Pamphylio.

Unde si petatur remissoria ad probandam talem consuetu- 80
dinem, erit concedenda Verall. *decis.* 61. *part.* 3. quod ta-
men non transit sine difficultate, quia probatio ista videtur
facienda per praecepta, et sententias, et sic per scripturas, et
remissoria non solet concedi ad probandum, id quod probari
debet per scripturas, ut in specie consideravit Rota coram
Royas. *decis.* 96. num. 5. *et* 6. ubi tamen remissoria dene-
gata fuit ex alio capite, videlicet, quia non fuerat articulatum,
quod adesset consuetudo relocandi in specie, etiamsi eccle-
sia vellet pro se retinere bona, prout necesse est probare, ut
dictum est.

Praeterea circa consuetudinem non omittendum etiam e- 81

rit animadvertere, quod cum sit liberae facultatis domini relocare, vel non solitum relocandi, non valet inducere consuetudinem ejusdem liberae facultatis restrictivam et potestatem obstinendi edimentem, Abb. *in cap. ex part.* 10. *nu.* 7. *vers. secundo potest solvi de conc. praeben.* et in his terminis Gratian. *discept.* 88. *num.* 15. Mantic. *decis.* 10. *num.* 12. nisi probetur dominum voluisse pro'se retinere, et non potuisse, Castrens. *in l. qui luminibus n.* 2. *vers. sed tamen ff. de servit. urban. praed.* Seraph. *dec.* 1086. *n.* 1. Coccin. *dec.* 402. *n.* 10. ubi quod absque ista circumstantia non relevat fuisse servatum per mille annos, Merlin. *dec.* 106. *nu.* 9. et *dec.* 838. *n.* 7.

De renovatione locationis et conductionis tacita.

SUMMARIUM.

1. Renovatur tacite locatio cum conductor finita expressa rem retinet, et locator non contradicit.
2. Et haec est praesomptio juris.
3. Et est favorabilis.
4. Conductor finito tempore locationis non potest licite retinere rem absque renovatione.
5. Delicti praesumptio semper evitari debet.
6. Dominus sciens, et patiens conductorem finita locatione remanere in fundo, censetur consentire, et habeat eo modo, quo prius.
7. Renovatio locationis tacita declaratur primo, et censetur cum duratione pignorum in prima locatione datorum.
8. Et generaliter censetur facta cum eisdem qualitatibus, et conditionibus.
9. Pactum de non expellendo appositum in locatione, censetur repetitum in tacita relocatione.
10. Hypothera tacita non incipit a die contractus, sed a die quo incipit deberi id pro quo ea competit.
11. Fidejussorum obligatio in locatione praestitorum, non censetur repetita in tacita relocatione.
12. Pignorum obligatio facta a tertio pro locatione, non censetur repetita in tacita relocatione.
13. Obligatio pendens a voluntate tertii, non censetur repetita in tacita relocatione.
14. Ampl. non sufficere fidejussorem, seu tertium, qui pignora obligavit, scire conductorem in conductione remanere.
15. Lim. 1. si conductor aliquid in pignoribus faciat tertio volente.
16. Lim. 2. si in instrumento locationis adfuisset pactum tacite renovationis, et fidejussor ei accessisset.
17. Secus si obligatio fuisset alterata.
18. Poena in contractu locationis apposita, non censetur repetita in tacita relocatione.
19. Pactum de affrancando in locatione appositum, non censetur renovatum in tacita relocatione.
20. Secus si appareret pactum esse factum intuitu ipsius contractus
21. Ampl. non censeri renovatum pactum praedictum, etiam si adsit statutum, quod locatio censeatur renovata.
22. Pactum executivum in locatione appositum, non censetur in tacita relocatione renovatum.
23. Obligatio cameralis, et guarentigia non censetur in tacita renovatione locationis repetita.
24. Ampl. etiamsi adsit statutum, quod censeatur repetitum instrumentum.
25. Secus in renovatione expressa, quia in ea censetur repetita obligatio cameralis, et juramentum.
26. Contrarium quod pacta executiva censeantur capetita in tacita relocatione
27. Decl. primam esse veriorem de rigore juris, sed in praxi deri executivam etiam pro locatione tacite renovata.
28. Lim. ut non possint censeri renovatae conditiones locationis in tacita relocatione, si constet de contraria mente.
29. Et sufficiunt conjecturae, et praesumptiones.
30. Et sufficit contrarium esse mutatum in substantialibus.
31. Limita 2. in eis, quae requirunt aliquid praeter consensum.
32. Juramentum requirit factum scripturarum, et ideo non potest censeri tacite repetitum.
33. Stipulatio requirit verba, et ideo non potest censeri tacite repetita.
34. Instrumentum locationis non potest censeri tacite repetitum in relocatione tacita.
35. Scriptura debet videri, et legi, et non pendet a solo consensu.
36. Pacta quae non sunt de natura contractus locationis, non censentur repetita in tacita relatione, etiamsi adsit statutum, quod censeatur renovata locatio cum eisdem pactis.
37. Renovatio tacita locationis declaratur secundo, ut procedat etiam in locatione praediorum reipublicae.
38. Idem est in locatione bonorum ecclesiae.
39. Lim. si non constet de scientia praelati, vel administratoris reipublicae, quae probari debet.
40. Lim. 2 si locatio non sit facta nomine ecclesiae, vel officii.
41. Gabellarum locatio censetur tacite renovata.
42. Renovatio tacita locationis declaratur tertio, ut non praesumatur facta per eidem tempus pro quo facta erat prima locatio, sed tantum ad annum.
43. Ampl. etiamsi constaret rem fuisse solitam locari pro majori tempore, nisi probetur solitum in ipsa tacita relocatione
44. Et censetur facta relocatio ad annum, etiamsi prima locatio fuisset pro tempore minori.
45. Lim in praediis urbanis, in quibus non censetur ad annum renocale, sed tantum pro tempore, quo conductor habitaverit.
46. Ratio est anima legis, et magis attenditur, quam verba dispositiva ejusdem.
47. Relocatio tacita praedii reddentis fructum quolibet quinquennio, censetur ad quinquennium.
48. Relocatio tacita praedii reddentis fructus bis in anno, censetur ad sex menses.
49. Relocatio tacita praedii reddentis fructus uno anno abundantes alio tenues, censetur ad biennium.
50. Relocatio tacita praedii rustici reddentis fructus aequales in qualibet anni parte, censetur facta pro rata temporis pro quo praedium fuit retentum.
51. Relocatio tacita praedii urbani, ex quo non percipiuntur fructus aequales in qualibet anni parte, censetur facta ad annum
52. Relocatio tacita triremium, censetur ad annum.
53. Relocatio tacita molendini olei, censetur ad annum.
54. Relocatio tacita officii notariatus, censetur facta de die in diem.
55. Relocatio tacita pro quanto tempore censeatur facta, statur arbitrio judicis.
56. Et ejus partes erunt indagare mentem partium, quae etiam tacita attenditur.
57. Et ponderandum an res locata habeat majorem similitudinem praedio rustico, quam praedio urbano.
58. Relocatio tacita domorum in locis, in quibus solitae sunt locari in vario tempore, censetur ad annum.
59. Renovatio tacita locationis declaratur quarto non procedere si in scriptis certum tempus conductionis comprehensum est.
60. Intellige procedere si contractus fuit celebratus in scriptis, ita ut scriptura fuerit de substantia, non si ad solam probationem.
61. Intellige secundo procedere declarationem in casu, quo in scriptis tempus certum, et limitatum durationi praefinitum sit.
62. Lex una potest habere duplicem intellectum.
63. Relocatio tacita declaratur quinto, et procedat non solum in primo anno, sed etiam in subsequentibus.
64. Intellige in tacita relocatione inducta per jus commune, secus in inducta per statutum disponens censeri factam relocationem pro tempore, pro quo erat prima.
65. Sed cessante relocatione statutaria, intrat juris relocatio communis.
66. Relocatio tacita declaratur 6. ut procedat ex utriusque contrahentis consensu, secus si unus non possit consentire,
67. Furere si nocuerit locator, vel conductor, tacita relocatio non procedit.
68. Lim. si furiosus habeat curatorem scientem, et consentientem.
69. Mortuo locatore, vel conductore, non habet locum tacita relocatio.
70. Lim. si adsit haeres, qui sciat conductorem continuare.
71. Haeres ignorare praesumitur.
Ampl. in haerede conjuncto, quia non praesumitur scire contractum defuncti.
72. Secus est in filio haerede,
73. Per scientiam haeredis ante aditam haereditatem inducitur renovatio locationis.
74. Haereditate jacente inducitur tacita relocatio secundum aliquos.
75. Contrarium verius.
76. Tacita relocatio non solum cessat mortuo locatore, sed etiam mortuo conductore.
77. Et ubi hinc inde est haeres probanda scientia utriusque.
78. Si adit haeres cum beneficio tacita relocatio non intrat, nisi si expediat.
79. Intellige non intrare tacitam relocationem, si obligaretur de proprio.
80. Inventarium beneficii non suffragatur, nisi ad hoc, ut haeres non teneatur de propriis bonis ultra haereditaria.
81. Tacita relocatio non inducitur, ubi dominus ignorat conductorem continuasse.
82. Et sufficit ignorantia praesumpta.
83. Et probanda est scientia.
84. Tacita relocatio non procedit, ubi in contractu requiruntur solemnitates.
85. Contrarium tenet Rota.
86. Solemnitates non requiruntur in obligatione procedente ex causa praecedentis obligationis.
87. Solemnitatem defectus si non allegetur ab eo, cujus favore sunt inductae contractus sustinetur.
88. Relocatio tacita non procedit, ubi adsunt conjecturae, vel praesumptiones contrariae mentis.
89. Relocatio tacita non habet locum, si dominus litigavit pro expulsione conductoris.
90. Intellige si obtinuit, vel prosequebatur litem.
91. Relocatio tacita non procedit, si in locatione promissa sit rei restitutio libera, et renunciatum omni legum auxilio.
92. Idem si adsit renunciatio inquilinatus.
93. Idem si adsit pactum, quod relocatio locum habere non debeat.
94. Relocatio tacita locum non habet, si dominus rogavit amicos, ut inducerent conductorem ad reconducendum.
95. Idem si allegata locatio expressa, et non probata.
96. Relocatio tacita debet probari, alias judex non supplet.
97. Relocatio tacita cessat, si durante tempore, quo durare debuisset, dominus recepit 1 ons.
98. Relocatione tacita, tacite ceeditur.
99. Relocatio tacita declaratur septimo procedere tantum in contractu locationis, non in aliis,
100. Procedit tamen tacita renovatio etiam in praecario.
101. In venditione fructuum pro annuo pretio non procedit tacita renovatio,
102. Tacita renovatio non procedit in colonia partiaria, vel conductore solvente in fructibus.
103. Contrarium verius.
104. Decl. primam procedere in relocatione inducta per statutum.
105. In emphyteosi non procedit tacita relocatio secundum veriorem.
106. Ampl. etiamsi emphyteusis sit ad renovandum.

107. Contrarium tenent aliqui.
108. In locatione ad longum tempus non habet locum tacita relocatio.
109. Contrarium tenent aliqui.
110. Statutum, quod relocatio intelligatur pro eodem tempore, quo prima locatio procedit etiam in locatione ad longum tempus.
111. Relocatio tacita declaratur octavo, ut procedat etiam in locatione operarum.
112. Reconductio Medici regulatur ad instar reconductionis praediorum rusticorum.
113. In officiis, quae ex necessitate geruntur, non procedit tacita relocatio.
114. Nec ubi hinc inde non adest, ubi argui potest renovatio.
115. Relocatio tacita declaratur 9. ut procedat etiam in locatione mobilium, et semoventium.
116. Decl. procedere si agatur de re solita locari, secus e contra.
117. Relocatio tacita declaratur 10. ut non procedat, quando unus ex condominis domus conduxit ab alio partem suam.
118. Contrarium verius.
119. Relocatio tacita declaratur 11. ut non procedat ex solo cursu temporis, sed requiratur ulterius conductorem continuare in re, et locatorem praestare patientiam.
120. Relocatio tacita, ut semel, non est necessaria disdicta.
121. Contrarium, quod sit necessaria disdicta.
122. Decl. non esse necessariam disdictam, sed nec debere conductorem omnino tacere.
123. Disdicta potest fieri in qualibet parte anni.
124. Statutum, quod disdicta fiat in certo tempore est contra jus, et stricte intelligendum.
125. Pactum, quod disdicta fiat per quindecim dies ante, non adimit facultatem faciendi eam magis anticipate.
126. Stante statuto, quod disdicta fiat per quindecim dies ante, non potest fieri intra illos.
127. Secus stante dispensatione principis.
128. Stante statuto, quod denunciatio fiat ante kalendas sufficit eam fieri in ipsis kalendis.
129. Statutum, quod fiat disdicta ante kalendas majas intelligitur procedere tantum in locationibus solitis terminari in festo Sancti Michaelis
130. Statutum, quod disdicta non facta censeatur locatio renovata non procedit dum constat eam renovatam non fuisse.
131. Idem in pacto, quia valet argumentum a statuto ad pactum.
132. Relocatio tacita locum non habet si unus ex contrahentibus aperte declaret nolle continuare, et alius hoc sciat, et taceat.
133. Decl. procedere in terminis juris communis, secus autem stante statuto, vel pacto, quod disdicta non facta censeatur renovata locatio.
134. Disdicta facta coram judice incompetente inducit scientiam.
135. Disdicta debet esse valide facta, quando requiritur per statutum.
136. Judex competens pro facienda disdicta est ille denunciati, non denunciantis.
137. Disdicta facta clerico ex decreto judicis laici, est nulla.
138. Contrarium tenent alii.
139. Disdicta facta coram judice laico contra clericum non probatur per relationem solius nuncii.
140. Statutum inducens tacitam relocationem non procedit adversus minorem prohibitum sine solemnitatibus locationem facere
141. Disdictam locationis si quis faciat, et deinde taceat, et continuet, non propterea censetur recessisse ab ipsa disdicta.
142. Contrarium tenent alii.
143. Decl. primam procedere si disdicta facta sit finita locatione, secundam si ea durante.
144. Secus si adsint circumstantiae judicem aliud arbitrari moventes.
145. Locatoris patientia, quod conductor continuet in praedio locato satis probatur, ex eo quod docetur de ejus scientia
146. Relocatio tacita declaratur 12. ut non inducatur statutum finita expressa, sed requiratur tempus considerabile.
147. Et quantitas temporis relinquitur arbitrio judicis.
148. Relocatio tacita declaratur 13. ut allegari non possit a conductore, qui pro parte sua non adimplevit.
149. Conductor pensionem non solvens, non potest allegare tacitam relocationem.
150. Ampliа procedere stante statuto tacitam relocationem inducente, quia non procedit favore non adimplentis.
151. Amplia sufficere opponi de non adimplemento.
152. Amplia et si statutum inducat tacitam relocationem favore solventis debitis temporibus, non sufficiat solvisse postea.
153. Relocatio tacita declaratur 14. ut non procedat si continuatum ultra triginta annos, quia praesumitur perpetua.
154. Relocatio tacita declaratur 15. ut ubi non intrat, non potest peti merces actione locati, sed alia.

CAPUT. LXIV.

Renovari locationem, ne dum expresse, sed etiam tacite di-
ctum est supra *in cap.* 61. *in princ.* et quoniam de expressa
renovatione locuti sumus in duobus capitulis praecedentibus,
nunc deveniendum ad tacitam, quae inde arguitur, quod con-
1 ductor continuat, lapso tempore locationis expresse, retinere
praedium conductum, et locator non contradicit, ut sunt te-
xt. clari *in l. item quaeritur* 14. *§. qui impleto, et in l. seq.*
ff. locat. et in l. legem 16. *c. eodem* quarum legum verba
praecisa ad hoc facientia, refert Menoch. *praesum.* 85. *num.*
1. *lib.* 3. Adeo ut haec sit juris praesumptio, quae resultat ex
2 d. continuatione conductoris, et taciturnitate locatoris Jo.
Andr. in *addit. ad specul. tit. de praesumption. §. species*
n. 5. *in ver. in praedictis* Menoch. *ibid. n.* 2.

Et hoc pro regula traditum est Menoc. *d. praesumpt.* 85. *in* 3
princ. et est dispositio favorabilis secundum Mantic. *de ta-*
cit. lib. 5. *tit.* 15. *n.* 39. *post med.* cujus duae redduntur ra-
tiones, una quia conductor ad tempus, non potest finito tem- 4
pore licite retinere absque renovatione conductionis, et reti-
nendo delinqueret, et ideo praesumendum quod eam reno-
vaverit ad evitandam praesumptionem delicti, quae semper, 5
ac potest evitari debet, *l. merito, ff.* pro Soc. et haec est ra-
tio, quam adducit Bart. *in d. §. qui impleto numer.* 3. *vers.*
decisio, et Castren. *num.* 1. *post* med. Altera est, quia loca- 6
tor sciendo, et patiendo conductorem remanere in fundo, cen-
setur consentire, ut habeat eo modo quo prius, et similiter
conductor eodem modo velle habere, quod sufficit, nam iste
contractus nudo consensu convalescit, ut habetur *in l. qui ad*
certum 15. *ff. locat.* et eo ipso, quod tacuerunt consensisse
videntur, ut dicit text. *in d. §. qui impleto*, et bene ibi Ca-
str. *num.* 1. *post* med. unde haec videtur ratio verior, et ma-
gis conformis sensui legum praedictarum, ac proinde magis
placet Alciat. *de praesumpt. reg.* 2. *praes.* 17. *num.* 2. ubi
comprobat etiam per simile de precario et deposito, et eum
sequitur Menoch. *d. praesumpt.* 85. *nu.* 4. *et* 5. *lib.* 3.

Patitur autem praedicta regula quamplures declarationes,
quarum aliquae expresse habentur in legibus praecitatis, aliae
vero rationabiliter adduntur a doctoribus, et incipiendo ex
eis quae habentur in dictis legibus, prima quae se offert *in*
d. §. qui impleto, est illa, quod per praefatam taciturnitatem 7
utriusque partis non solum videatur facta tacita reconductio,
sed etiam duret obligatio pignorum *in* ipsa locatione praece-
denti datorum, et ex hac declaratione, quae expresse habetur
in d. textu, nec non *in dict. l. legem in fine, cod. locat.* de-
ducitur generalis conclusio, quod d. tacita relocatio cen- 8
seatur facta cum eisdem qualitatibus, et conditionibus, cum
quibus locatio praecedens facta fuit Anton. Gomes. *variar.*
resol. tit. de contract cap. 3. *num.* 17. Mascard. qui alios
plurimos congerit. *de probat. conclus.* 990. *num.* 3. Menoch.
de praesumpt. lib. 3 *praes.* 85. *nu.* 19. et quod censeantur
repetita omnia, quae in priori locatione continebantur dixit
Rot. *in decis.* 495. *num.* 1. *part.* 1. *divers.* et in specie si 9
in prima locatione adfuisset pactum de non expellendo, quod
censeatur repetitum in secunda voluit Socc. Sen. *consil.* 17.
numer. 2. *lib.* 3. quem secuti sunt Cravet. *de antiq. temp.*
part. 4. *partic.* 4. *num.* 106. et Menoch. *d. praesumpt.* 85.
num 20.

Ad unum tamen advertendum, quod licet censeatur repetita
hypotheca, ut patet ex praedictis juribus, et tradit Bolognin.
cons. 30. *num.* 34. tamen haec erit hypotheca tacita, non au-
tem expressa, quod et multum considerabile, quia hypothe- 10
ca tacita non incipit a die contractus, sed a die quod incipit
deberi id pro quo competit Menoch. *cons.* 851. *num.* 23. *et*
seq. et num. 31. et aliis adductis dixi late *in cap.* 39. versus
finem *n.* 55. ubi tractavi a quo tempore incipiat hypotheca
favore locatoris pro pensionibus, tam in locatione expresse fa-
cta, ad plures annos, quam in tacite renovata.

Verum haec generalis declaratio limitatur pluribus modis 11
et primo, ut non procedat quoad fidejussores in primo con-
tractu praestitos, quia non potest censeri renovata eorum o-
bligatio absque novo illorum consensu prout expresse sub-
jungit text. *in d. §. qui impleto, vers. sed hoc ita*, unde et
si tertius obligasset pignora, non censebitur durare obligatio 12
eorum absque novo consensu ejusdem tertii, ut notat ibidem
Bart. *num.* 2. et generalius, quod ubicumque actus, sive o- 13
bligatio pendet a voluntate tertii, tunc in locatione taliter re-
novata, non censeatur repetita obligatio, Parpal. *in l. si quis*
nec. causam, §. res pignori num. 2. *ff. si certum petat.* Ma-
scard. *d. concl.* 990. *num.* 7. Franc. Marc. *decis.* 539. *num.*
4. *et* 5. *part.* 1. Nec sufficeret fidejussorem, seu eum, qui pi-
gnora obligavit, scire, et pati conductorem in conductione
remanere, quia inde non potest colligi eum velle se, vel sua 14
bona iterum obligare Bart. *in eod. §. qui impleto numer.* 3.
vers. ratio hujus, Anchar. *quaest. famil.* 42. *num.* 10. *et*
11. *libr.* 1. secus autem esset si conductor aliquid faceret 15
in pignoribus sciente, et patiente illo tertio, quia forte tra-
deret ea locatori, finito tempore conductionis, inde enim, non
contradicendo, censeretur tacite consentire, quod esset o-
bligata pro secunda conductione, vel si consentiat expresso
ipsi secundae conductioni, licet de pignoribus nihil dicat,
quia videtur eadem pignora reobligare, ut argumento, *l. cum*
maritus, §. 1. *et l. dotem, ff. de jure dot.* docet Castren. *in*
d. §. qui impleto num. 2. *vers. sed si conductor*, prout e-

tiom si adfuisset pactum in primo instromento, quod loca-
tio deberet censeri tacite renovate, et in eodem fidejussor se
obligasset, vel habita de eo scientia accessisset, quia tunc te-
neretur etiam in tacite renovatione ad formam pacti cui ac-
cessit inducta, prout admisit Surd. *consil* 460. *numer.* 44.
17 licet in caso suo dicat non teneri ex quo obligatio fuit alte-
rata, qun casu fidejussor amplius non tenetur ex ibi adductis
num. 45. et per Menoch. *con r.* 246. *num.* 5. ubi de fidejus-
sore officialis ad certum tempus, quod non teneatur si post
illud confirmetur, de quo etiam late Andreol. *controv.* 45.
per tot.

18 Secundo limitetur eadem declaratio, ut non procedat taci-
te renovatio quoad poenam in contractu appositam ea enim
repetita non censetur Menoch. *d. praes.* 85. *n.* 21. *lib.* 3. Af-
flict. *dec.* 365. *num.* 14. Boer. *dec.* 284. *n.* 14. Magon. *dec.*
Lucen. 37. *num.* 3. *vers. differt .etiom,*

19 Tertio limitatur ot non procedat.quoad pactum de affran-
cando iu locatione appositum, quia nec illud censetor reno-
vatom. seu prorogatum Alex. *cons.* 17. *nu.* 12. *lib.* 4. Ruin.
cons. 86. *in fin. et cons.* 114. *num.* 4. *lib.* 1. Rot. Bononien.
div. decis. 80. *numer.* 19. et licet contrarium tenuerit Alex.
in cons. 28. *in fin. lib.* 4. de eo non est curandum, ut censuit
Mascard. *d. concl.* 990. *n.* 5. et latius Menoch. *d. praes.* 85.
n. 22. *lib.* 3 ubi advertit dictam opinionem contrariam vi-
sum esse sequi Caroc. *do loc. et cond.* in *tit. de renov. loc.*
n. 4. et allegare ultra Alex. et Gozad. *in l.* 2. *n.* 165. *c. de*
poet. inter. empt. et vend. nonnullos alios, qui nil ad rem
hanc scribunt.

20 Procederet tamen d. contraria opinio si appareret pactum
illud esse factum intoito ipsius contractus locationis oti si
instrumentom diceset, quod dominus, quia Titius, qui forte
sibi praedium vendiderat, illod conduxit ad quinquennium,
concessit eidem facultatem intra idem tempus illud redimen-
di, hoc enim casu prorogata locatione, quae fuit causa ipsius
facultatis, censetur etiam prorogata eadem facultas, ut docuit
Cagnol. *in l.* 2. *n.* 188. *vers. ex quo infero, ff. de pact. int.*
empt. et vend et secutus est Menoch. *praesumpt.* 85. *n.* 22.
prope fin. lib. 3.

21 Et ampliatur praedicta opinio, ot non censetur renovetum
praedictum pactum de affrancando, etiamsi adesset statutom,
quod ubi locatio non fuerit disdicta per certum tempus an-
te finem, censeatur renovata, quia non habet locom in loca-
tione cum pacto affrancandi, Imol. *cons.* 36. *num.* 1. Bero.
cons. 153. *n.* 18. et pluribus seqq. Borgnin. *dec.* 44. n. 93.
et seq. part. 1. Rot. Bonon. *dict. decis.* 119. *num.* 17. ubi
plene.

22 Quarto limitatur, ut non procedat repetitio quoad pactom
executivum in locatione appositum, non enim censetur reno-
vatum taeite in praedicta tacita reconductione Bald. *in l. le-*
gem in princ. c. locat. Jas. *cons.* 49. *col.* 2. *vers. secundo*
dicitur lib. 3. Gomes. Leon. *decis.* 83 *per. tot.* Afflict. *dec.*
365. *num.* 14. *in fin.* Magon. *decis. Lucen.* 37. *numer.* 3.
23 Barz *decis.* 60. *num.* 8. et non censeri repetitam obligatio-
nem cameralem, neque guarantigiam Gratian. *discept.* 48.
24 *num.* 35. *et* 36. Adden. ad Gregor. *decis.* 30. et procedere
etiamsi adsit statutum.quod censeatur repetitum instrumen-
tum Borgnin. *dec.* 44. *n.* 83. *par.* 1. Barz. *dec.* 60. *n.* 8. *et*
nu. 10. *post med.* Et in hoc differt iste renovatio ab expres-
25 sa, quia in expressa renovatione censetur repetita etiam obli-
gatio cameralis, et ipsum juramentum Grat. *disc.* 68. *n.* 35.
et 36.

26 Contrariam tamen opinionem, quod scilicet pacta execu-
tiva censeantur repetita etiam in tacite renovatione locatio-
nis tenuit Rebuf. *in tit. de litter. oblig. art.* 2. *glos.* 1. *nu-*
mer. 92. Marcard. *concl.* 990. *num.* 8. Magon. *decis. Flor.*
27 2. *num.* 29. Verum prima opinio de rigore juris est verior,
quod pactum executivom *non* censeetur repetitom, sed adhuc
in praxi servatur dari viam executivam eodem modo pro ta-
cita relocatione, ac pro expressa, prout dicit ipse Rebuf. et
cum eo Mascard. ubi supr. et dixit Rot. in une Rom. loca-
tionis ferreriae 25. junii. 1649. § *neque impugnari* coram
Meltio, quod quatenus *non* censeatur repetita obligatio came-
ralis, adhuc potest executive procedi, tam ex dispositione ju-
ris *in l. praeses,* c. *locat* quam vigore statuti urbis *libr.* 1.
cap. 88. quae decisio habetur *in recent. part.* 10. *dec.* 335.
n. 3. *et* 4.

28 Quinto limitatur si constet de contraria mente contrahen-
tium ob mutationem, et variationem contractus quia tunc *non*
potest dici continuata, et renovata locatio ad formam prioris
contractus, ut plene firmator per Rotam *in decis* 432. *num.*
2. *part.* 9. *recent.* cessat enim praesumptio ubi mens contra-
ria apparet Mantic. *de tac. d. lib.* 5. *tit.* 15. *nu.* 20. Et ad
probandam hanc contrariam voluntatem satis erunt conjectu- 29
rae, et praesumptiones ex dicendis infra *in* 6. *declaratione*
ad fin. et maxime si contractus appareat mutatus in sub- 30
stantialibus, non in solis accidentalibus, quia tunc primus
contractus remanet novatus Bart. *in l. jus. civile in fin ff.*
de just. et jure, Grat. *disc.* 509. *num.* 4. *vers. et maxime,*
cum aliis in proposito adductis *in d. dec.* 432. *num.* 3. *part.*
9. *recent.*

Sexto limitetur quoad ea quae requirunt aliquid praeter 31
consensum, quia non applicatur in eis, quod solo consensu
convalescant, ut de contractu locationis dicit text. *in d. l.*
qui ad certum, ff. locat. unde juramentum, quod requirit 32
tactum scripturarum Innoc. *in c. et si Christus de jurejur.*
Jo. Andreol. *in c. ut circa de elect. in* 6. Alex. *in l.* 1. *in*
princ. et in § 1. *ff. de verb. oblig.* non potest censeri repe-
titum Bero *quaest.* 100. *numer.* 4. Menoch. *praesumpt.* 85.
num. 22. *in fin. vers. praeterea praesumptio lib.* 3. et de sti- 33
pulatione ex quo requirit verba *l.* 1. *in princ. ff de verb. o-*
bligat. idem quoque tradit, ibidem Beroii. *numer.* 5. Et de 34
instrumento in prima locatione celebrato, quod non possit
censeri repetitum Bald. *in l. legem.* 16. *nu.* 3. *loc.* ubi quia
scriptura debet videri, et legi, et sic non pendet a solo con-
sensu Alex. *cons.* 28. *n.* 7. *lib.* 4. Menoch. *d. praesumpt.* 85. 35
n. 46. Afflict. *dec.* 365. *n.* 15.

Septimo limitator generaliter quoad pacta, ut etiamsi ad- 36
sit statutum, quod censeatur renovata locatio cum eisdem pa-
ctis, adhuc intelligetur de pactis, quae sunt de natura loca-
tionis, non autem de aliis Bero. *cons.* 153. *num.* 43. *libr.* 1.
Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 32. et de pactis repeti-
bilibus, non de illis quae non sunt repetibilia, Caroc. *d. tit.*
de renov. loc. declar. 10. ubi dat exempla in pacto removen-
di portam, et plantandi.

Declaratio secunda, quae pariter habetur expresse *in d.* § 37
qui impleto est, ut eadem tacita relocatio procedat quoque in
locatione praediorum reipublicae, quod notandum, quia cum
universitas non possit facile consentire, ut *l. sed si,* § 1. *ff.*
de dolo, et *l.* 1. *ff de libert, municip.* videtur, quo in ea non
habeat locum reconductio tacita, sed procedit quia illi qui
regebant rempublicam, et habebant potestatem locandi sci-
verunt, et passi fuerunt conductores continuare retentionem
praediorum, alias non posset induci tacita reconductio, ut
docet Bart. *in* § *qui impleto num.* 6. unde ipse infert idem 38
esse in bonis ecclesiae, ut per patientiam praelati censeantur
tacite relocata, quam illationem fecit etiam ibid. Bald. *sub.*
nu. 3. *ad med. vers. secundo nota.* Sed probanda erit scien- 39
tia quae non praesumitur in his praelatis, et administratori-
bus Mantic *de tacit lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 13. et requiritur, 40
etiam locationem esse factam nomine ecclesiae, aut officii, ita
ut successores teneantur eis stare, alias non censetur per eos
renovata, secundum eumdem Mantic. *de tacit. dict. tit.* 15.
num. 26. et comprobatur haec opinio ex traditis *in cap.* 61.
num. 259. Et infertur etiam idem esse in locatione gabella- 41
rum, ut censeatur eodem modo tacite renovata, ut late pro-
bavit Signorol. *cons.* 22. *num.* 6. *et* 7. ubi dicit non obsta-
re, quod in locatione gabellarum requiratur licitatio, et se-
quitur Menoch. *lib.* 3. *praesumpt.* 85. *n.* 14.

Declaratio tertia pariter habetur *in d.* § *qui impleto,* ut
quod dictum est taciturnitate utriusque partis colonum re-
conduxisse videri, ita accipiendum sit, ut in ipso anno quo 42
tacuerunt videantur eamdem locationem renovasse, non etiam
in sequentibus, et si lustrum forte ab initio fuerat conductio-
ni praestitum, ut sunt verba praecise jurisconsulti *in d.* §
qui impleto, et sic ista tacite reconductio non praesumitur
facta per idem tempus, pro quo facta fuerat prima locatio, sed 43
pro uno anno tantum, ut tradunt etiam Alex. *cons.* 76. *nu-*
mer. 8. *vers. et maxime lib.* 5. Bero *cons.* 152. *numer.* 12.
lib. 1. Gomes. *var. tom.* 2. *cap.* 3. *numer.* 15. Afflict. *decis.*
365. *num.* 7. quod et procedit quamvis constaret rem fuisse
solitam locari pro majori tempore, puta pro lustro, seu trien-
nio, nisi forte probetur talem consuetudinem fuisse servatam
etiam in ipsa tacita relocatione Rot. coram Puteo *decis.* 174.
num. 3. *prope fin. vers.* Rot. tenuit contrarium *et seqq. per*
tot. lib. 1. *in modernis.* quae olim erat *decis.* 180. et proce- 44
dit etiam, ut censeatur relocatio facta ad annum si locatio
praecedens fuisset facta pro tempore minori *glos. in d. l. i-*
tem quaeritur, § *qui impleto verb. prout quisque vers. i-*
tem quid sit primo.

Hujus autem declarationis habetur expressa limitatio in 45

eodem, ꝛ. qui impleto, ibi, in urbanis autem praediis alio
jure utimur, ut prout quisque habitaverit ita et obligetur,
quae verba licet habere possint tres intellectus relatos.ibi per
glos. in ver. prout quisque, tamen duo eorum sunt sine fun-
damento, ut monet ibid. Bart. num. 7. et ille clarus videtur
quod declaratio supra tradita, quod relocatio censeatur facta
ad annum, non procedat in praediis urbanis, videlicet in do-
mibus, sed in eis censeatur facta pro tempore, quo conductor
habitaverit, et non ultra, ut docet ipse Bart. et post alios e-
tiam notaut Menoch. praes. 85. n. 7. lib. 3. Mascard. concl.
990. n. 25. Caroc. tit. de renovat. loc. decl. 1. n. 6. Mantic.
de tacit. lib. 5. tit. 15. n. 3.

Ratio autem hujus differentiae communiter redditur, quia
in praedio rustico non percipitur fructus in qualibet anni
parte, sed solum uno tempore, et ideo non est aequum, ut
videatur facta reconductio aliter, quam per totum annum, si
enim restringeretur ad tempus minus, si in eo veniret per-
ceptio fructuum, laederetur dominus, et si non veniret, lae-
deretur conductor, quod secus est in praediis urbanis quia in
eis percipitur aequaliter, et uniformiter fructus in qualibet
anni parte, et ideo prout inquilinus habitavit, reconduxisse
videtur, et ita dicit glos. et est communis opinio, ut testatur
Bart. in d. l. item quaeritur, ꝛ. qui impleto, n. 10. ff. locat.
Menoch. d. praesumpt. 85. n. 8. Mantic. de tacit. lib. 5. tit.
15. n. 4.

Stante autem d. ratione, quia ratio est anima legis, et in
46 ea praedominatur, adeo ut magis attendi debeat, quam ver-
ba dispositiva ejusdem Merlin. dec. 471. num. 12. Bot. dec.
154. num. 1. part. 10. et decis. 538. num. 90. part. 13 re-
cent. et late in terminis Mantic. de tacit lib. 5. tit. 15. nu-
mer. 5. infertur, quod licet lex indistincte dicat, in rusticis
relocationem censeri ad annum, tamen intelligi debet procede-
re si praedium locatum sit tale, ut ex eo percipiantur fructus
47 semel in aliqua anni parte, alias censebitur relocatio facta,
prout dictat praefata ratio, unde exemplificando, si percipian-
tur de quinquennio in quinquennium, censebitur relocatio
tacita ad quinquennium facta, et, si percipiantur bis in anno
48 censebitur ad sex menses, ut post glos. docet Bart. in d. ꝛ. qui
impleto n. 10. vers. ex hac ratione, et Bald. in l. legem n. 5.
49 cod. loc. et sic in praediis, quae non reddunt fructus aequales
sed uno anno tenues, alio abundantes, censebitur facta relocatio
50 ad biennium Bart. d. n. 10. ad fin. et ubi esset praedium ru-
sticum, ex quo perciperentur fructus uniformiter qualibet anni
parte, videretur reconductum pro rata temporis, quia esset ea-
dem ratio, ac in praedio urbano Bart. d. n. 10. vers. item ex
hoc. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 15. num. 8. et e contra licet
lex dicat in urbanis censeri factam relocationem, prout quis-
51 que habitaverit, adhuc si esset praedium urbanum ex quo
fructus non perciperentur uniformiter in qualibet parte anni
sed solum perciperentur in certo tempore, prout sunt domus,
et apothecae existentes in loco, in quo fiunt nundinae, tunc,
quia in tali praedio urbano militat ratio praedii rustici, de-
beret censeri facta relocatio, prout censetur in praedio rusti-
co, et sic ad annum Bart. d. n. 10. vers. item si ex praedia,
Menoch. d. praesumpt. 85. n. 9. et seq. lib. 3. Gomes. variar.
tom. 2. cap. 3. n. 15. vers. secunda infero, Mantic. de tacit.
lib. 5. tit. 15. n. 9.

Sic neque curandum erit legem loqui tantum de locatione
et conductione praediorum, sed an applicetur d. ratio, quae
ubi est hoc modo generalis, complectitur plures casus ad in-
star generis, quod complectitur plures species, ut aliis addu-
52 ctis, dicit Mantic. d. tit. 15. num. 5. unde in locatione tri-
remium, quia applicatur ratio praediorum rusticorum, ex
quo non reddunt fructus nisi tempore aestivo, censeri factam
53 tacitam relocationem ad annum firmavit Castill, decis. 111.
num. 6. et idem in molendino olei tradit Bald. in l. qui ad
certum in 3. lect. ad fin. ff. locat. et Trentac. var. lib. 3.
tit. de locat. et cond. resol 1. num. 12. ad fin. et in loca-
tione feudi Afflict. decis. 365. num. 12. Menoch. d. praes.
85. num. 13. vers: aut pertinet, et e contra, in locatione of-
54 ficii notariatus, quia ex scripturis percipiuntur fructus dietim
censeri relocationem factam de die in diem censuit Rota dec.
507. n. 12. part. 4. tom. 3. rec.

Quoniam vero concurrere possent diversae circumstantiae,
55 quae aliud suaderent, et oriri possent diversa dubia, uti quia
fructus percipiuntur dietim, sed non ita uberes uno tempore
ac alio, et similia, intrare poterit arbitrium judicis, juxta do-
ctrinam Fulgos. in d. l. item quaeritur. ꝛ. qui impleto col.
ult. ff. locat. relat. per Menoch. praes. 85. nu. 11. ad fin.
lib. 3. Caroc. de locat. d. tit. de renovat. locat. declar. 1.
nu. 19. et 20. et ejus partes erunt indagare mentem. et ani- 56
mum contrahentium, quia receditur a regula relocationis ubi
mens, etiam tacita partium repugnat Bero. cons. 153. num.
47. lib. 1. nec non ponderare, an res majorem habeat con- 57
formitatem cum praedio rustico, vel cum praedio urbano, et
similia Bald. in l. qui ad certum 15. in 3. lect. ff. loc. unde
si in civitate non essent solitae locari, et conduci domus, nisi 58
certo tempore, prout pluribus in locis practicatur, si condu-
ctor continueret post illud habitare censeri deberet recon-
duxisse pro toto anno, licet neque commodum, et fructum per-
ciperet toto anni tempore, quia si dominus eum expelleret,
non facile inveniret domum condecibilem, et e contra si ipse
conductor domum dimitteret, dominus non inveniret, cui lo-
caret extra illud tempus, et sic verisimilitudo est, quod sense-
rint de continuatione, usque quo veniret dictum tempus no-
vis locationibus, et conductionibus destinatum Gamm. dec.
57. n. 4.

Declaratio quarta sit. quae sumi potest ex illis extremis
verbis d. l. item quaeritur, ꝛ. qui impleto, ff. locat. nisi in 59
scriptis certum tempus conductionis comprehensum est. li-
cet sint in se obscura, ut dicit ibi Bart. num. 7. vers. venio
ad exceptionem. et reddit rationem, quia jurisc. excipit ca-
sum, nec declarat quid juris sit in hoc casu excepto et glos.
in ver. prout quisque, est longa, et intricata, ut advertit i-
dem Bart. d. num. 7. in princ. refert enim plures intellectus
quorum unus fuit Jacobi antiqui glossatoris, qui dicebat nisi
primus contractus esset celebratus in scriptis, ut nempe tunc
non procedat tacite relocatio, sed iste intellectus non placet 60
ipsi glossae, Bart. autem monet advertendum, quod si Jaco-
bus intellexit de contractu celebrato in scriptis, quia desuper
fuerat celebratum instrumentum ad probationem, tunc me-
rito reprehenditur per glos. cum instrumentum ad solam pro-
bationem celebratum, non alteret naturam contractus, nec
efficiat illum non dici celebratum solo consensu, ac proinde
minus efficere possit, quod eodem consensu valeat convale-
scere, sed si Jac. intellexit, quod primus contractus fuit cele-
bratus in scriptis, hoc est, ut scriptura fuerit de substantia
contractus, juxta formam l. contractus, c. de fid. instr. tunc
diceret verum, quia hoc casu non posset dici renovatus con-
tractus per taciturnitatem, ex quo per eam non renovatur
scriptura, quae de essentia contractus existit; et hanc Bart.
distinctionem docet etiam Bald. in l. legem. numer. 3. c.
locat. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 15. num. 17. alii autem
putando exceptionem contentam in supra relatis verbis text.
non esse referendam ad totam dispositionem praecedentem,
sed solum ad proximam particulam, quae continet in prae-
diis Urbanis, non induci tacitam relocationem. prout in ru-
sticis sed tantum pro tempore, quo conductor habitaverit, vo-
lunt eam intelligi. quod quando locatio praedii urbani facta
est in scriptis, non procedat dispositio d. particulae, sed
tunc procedet relocatio tacita in urbanis, prout in rusticis ut
refert glos. in d. ver. praut quisque ad med. ver. quinto e-
tiam. et sensit Azo. in sua sum. c. locat num. 26. ver. quar-
to etiam, aliique alios dant praedictis verbis intellectus,
quos omittam hic referre, quia praedictus Bart. communiter
recipitur, ut ultra Bald. et Mantic. supracit. patet ex Surd.
cons. 460. num. 42. et 71. Decian. con. 84. num. 36. lib. 4.
Bursat. cons. 23. num. 17. Gam. decis. 57. nu. 1. et si quis
d. intellectui non acquiescit, potest alios videre penes dictam
glos. quae eos refert, et penes alios, et in specie penes Petr.
Aureliac. in sua forma libelli de action. ex loc. ubi unum 61
proprium addit, quod per verba illa, nisi in scriptis certum
tempus comprehensum fuerit, excipiatur a praecedenti re-
gula casus, quo in scriptis tempus omnino certum, et limita-
tum locationi praefinitum fuerit, ut tunc non possit ulterius
censeri tacite protracta, et exemplificat si dictum, loco tibi
domum pro uno anno tantum, et non ultra, et eum refert.
et sequitur Caroc. in tit. de renovat. locat, decl. 1. nu-
mer. 10.

Et quidem, quia una lex potest habere duplicem intelle- 62
ctum, et utrumque verum Cassad. dec. unic. num. 16. vers.
nec inconvenerit de acquir. rer. dom. non recedendo a su-
pra relato Bartoli communiter recepto, iste quoque intellectus
Aureliac. videtur in se verus, quia reconductio praedicta
non intrat, quando tacita mens, tacitusque animus contrahen-
tium ex verbis contractus elicitus repugnat Bero cons. 153.
num. 47. lib. 1. cum aliis infra citandis num. 88.

Declaratio quinta est, ut non solum procedat d. tacita re- 63
locatio pro primo anno, sed etiam pro subsequenti, et sic dein-
ceps de anno in annum, prout conductor continuaverit per-

manere in fundo, et locator tacuerit, et ista declaratio pariter habetur expressa in verbis *d. l. item quaeritur* 14. ₰. *qui impleto. ff. locat.* ibi, *sed et si secundo quoque anno post finitum lustrum nil fuerit contrarium actum, eumdem videri locationem, et in illo anno permansisse, hoc enim ipso quod tacuerunt consensisse videntur, et hoc deinceps in uno quoque anno observandum est.* Unde mirum est, quod aiot, qui contrarium doceant relati per Mascard *concl.* 990. *num.* 23. et ultra eos Menoch. *praes.* 85. *num.* 46. *vers. declaratur octavo lib.* 3. ubi allegat Alex. *consil.* 26. *lib.* 3. sequutus errorem Ruin. qui *in cons.* 78. *num.* 3. *in fin. lib.* 1. eodem modo eum allegat, et erronea, quia ibi Alex. non loquitur de hac materia sed *in consil.* 16. *lib.* 4. ubi tamen non facit proprie ad rem, contra declarationem praefatam, quia non loquitor de hac renovatione in terminis juris communis, sed de inducta per statutum, disponens, quod tam in praediis urbanis, quam rusticis finita locatione intelligatur locatio, et reconductio facta eisdem pactis, pensionibus conventionibus, poenis, obligationibus, ac qualitatibus, et pro eodem tempore quo, et quibus prima locatio facta fuerit; et movetur dicere intelligendum de prima tantum, non solum ex regula *l. boves,* ₰. *hoc sermone, ff. de verb. signif.* cum concordantibus, sed etiam ex verbis ipsius statuti, ponderans

64 signanter verba praedicta, eodem tempore, quo prima locatio facta fuerit, ac dicens. quod ergo intelligendum de prima, quae est illa, quam nulla alia locatio praecedit, et in eisdem terminis statuti loquitur etiam Ruin. *in d. cons.* 78. *numer.* 5. *in fin. lib.* 1. cum quo transit Menoch. ubi supra, et addo Bero. *cons.* 153. *num.* 8. *lib.* 1. et Magon, *dec. Lucen.* 47. *num.* 2. et ultra, quod etiam in terminis statuti opinio praedicta Alex. patitur difficultatem praecipue ubi verba ipsius statuti vim non faciant, et contrarium sensit Jas. *in l. divortio* ₰. *ob. donationes numer.* 23. *ff. solut. matrim.* Cotta *in Memor. ver. locavi in fin.* dato, quod statutum recipiat praefatam restrictionem ad primam vicem, tamen si conductor continuet retinere, licet cesset statutum, succedet dispositio ju-

65 ris communis, ut intelligatur relocatio facta de anno in annum in praediis rusticis, ut tradit ipse Ruin. *in eodem consil.* 78. *num.* 4. Eugen. *cons.* 28. *numer.* 34. *et seq. lib.* 1. Mantic, *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 29. *vers. licet,* et videri etiam potest Caroc. *dict. tit. de relocat. declarat.* 15. ubi pariter ponit dictam opinionem contrariam nostrae declarationi, et limitat nisi militet eadem ratio in secunde relocatione, et aliis, nec non in sermone negativo.

66 Declaratio sexta est, ut relocatio tacita praedicta procedat ex tacito utrinque contrahentis consensu, ita ut si aliquis eorum consentire non valeat, relocatio ipsa non procedat, ut habetur *in l. qui ad certum* 15. *ff. loc.*

Exemplum, quo non poterit praesumi relocatio, ea quo unus non possit consentire est, si furere caeperit locator, vel

67 conductor, quod exemplum habetur in ipsa litera text. praefaei, et tradit Afflict. *decis.* 365. *numer.* 1. et quoniam ratio est, quia furiosus non potest consentire, et sic ex ejus parte

68 deficit, qui consentiat, inde deducitur, quod si habeat curatorem, qui sciat, et consensum locationi praestare possit, tunc quia cessat d. ratio, inducitur tacita relocatio non obstante furore domini, ut docet Bald. *in eadem l. qui od certum in primo lect.* et aliis add. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *titul.* 15. *numer.* 25. quis autem dicatur furiosus, et quomodo probetur furor ad huoc effectum, tradit Ursil. ad Afflict. *dict. dec.* 365. *n.* 3.

69 Aliud exemplum, quod paritor habetur expressum *in d. l. qui ad certum,* est si dominus decesserit, tunc enim pariter, per rationem praedictam, quod nun potest consentire,

70 cessat praesumptio relocationis, at quia si adsit haeres ipse poterit consentire ubi ipse sciat conductorem continuare, dicendum erit non procedere tunc declarationem, sed intrare praesumptionem Alciat. *de praes. reg.* 1. *praes.* 17. *numer* 3. Mascar. *concl.* 990. *num.* 16. *ad fin.* Magon. *decis. Flor.* 2. *num.* 30. Mantic. *de tacit lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 27. nec mirum, quod Jurisc *in d. l.* dixerit absolute, quod si dominus

71 decesserit, relocatio facta videri non possit, quia hoc bene tradi potest pro regula, cum regulariter haeres ignorare praesumatur, *l. qui in alterius, ff. de reg. jur.* et in his terminis Ruin. *cons.* 86. *num.* 9. *lib.* 1. Borgoin. *decis.* 44. *num.* 90. *part.* 1. Trentac. *variar. lib.* 3. *tit. de locat. resol.* 1. *num.* 9. *ad med.* quae regula erit limitanda in casu quo probetur scientia, quae in casu haeredis erit articulanda, et probanda, ex adductis per Mascard. *concl.* 990. *n.* 30. Caroc. *tit. de renov. loc. decl.* 2. *n.* 6.

Quod, et amplistur procedere in haerede conjuncto, quia 72
contractus non sunt de illis quae praesumuntur nota conjunctis Alex. *cons.* 30. *nu.* 3. *vers. non obstat, quod lib.* 1. Dec. *cons.* 445. *n.* 10. Grat. *cons.* 76. *nu.* 48. *lib.* 1. et in terminis fratris haeredis loquitur Auchar. Jun. *d. quaest.* 41. et late Caroc. *d. tit. de renovat. locat. decl.* 2. *num.* 6. *et seq.* ubi tamen hoc limitat in filio haerede, quia praesumitur eum habe- 73
re notitiam de gestis per patrem suum ex Rom. *consil.* 190. Socc. Sen. *cons.* 264. *num.* 1. *lib.* 2. et aliis quos late cumulat, et ultra eos censuit etiam in proposito scientiae locationis Surd. *dec.* 172. *n.* 3. *et seq.*

Idque ampliatur procedere etiam in haerede locatoris ante 74
aditam haereditatem nam adhuc eum censeri relocasse si passus est conductorem perseverare in re locata, scribit Menoch. *praesumpt.* 85. *num.* 27. *lib.* 3. et absolute, quod inducatur 75
tacita relocatio etiam haereditate non adita, firmavit Rot. *in decis.* 335. *num.* 10. *et* 11. *part.* 10. *recent.* ubi dicit, quod sufficit existentia haeredis habitualiter, et quod antequam haereditas adeatur voluntas, et consensus defuncti conservatur in haereditate jacente. Verum salva auctoritate Menochii, et 76
Sacrae Rotae, de hac ampliatione valde dubito, urget enim contra eam, quod haereditas jacens non potest actum locationis verum facere, et proinde neque debet in ea habere locum praesumptio, seu fictio Bald. *in l. qui ad certum* 16. *in* 1. *et* 3. *lect. ff. locat.* et obstat litera ejusdem textus *in l. qui ad certum,* expresse dicens, quod si dominus decesserit, non potest fieri tacita relocatio, et Alciat. *de praesumpt. reg.* 1. *praesumpt.* 17. *sub. numer.* 3. *post. med. vers. si locotore mortuo,* quem allegat Menoch. et Rota ubi supra, si bene advertatur sentit contrarium, etenim postquam dixit, quod dato haeredes ignorare locationem faciam, non procederet dicta praesumptio relocationis addit, idem si locatore mortuo adita non sit haereditas, unde aperte vult, quod hoc casu idem sit, quod in praecedenti, ubi videlicet haeredes ignorent, et sic non procedere praesumptionem, quod etiam patet ex quo addit, et ita potest intelligi text. *in dicto l. qui ad certum,* si enim textus potest intelligi in casu haereditatis non aditae, sequitur in tali casu dicendum non procedere praesumptionem, prout textus dicit, et ita etiam videtur Alciatum intelligi a Card. Mantic. *lib* 5. *tit.* 15. *nu.* 27. *de tacit. et ambig.* et Caroc. *tit. de renovat. locat. decl.* 2. *n.* 11.

Quod autem text. dicit de morte locatoris, intelligi etiam potest propter identitatem rationis de morte conductoris Alciat *d. reg.* 1. *praesumpt.* 17. *numer.* 3. Mascard. *conclus.* 990. *num* 16. Menoch. *praesumpt.* 85. *num.* 26. *lib.* 3. et ubi hinc inde esset haeres, probanda esset scientia utriusque 77
Caroc. *tit. de renovat. locat. decl.* 2. *n.* 1.

Si autem esset haeres cum beneficio legis, et inventarii, 78
quod in eo procedat praesumptio, si sibi expediat, alias non, scribit Caroc. *de locat. tit. de renovat. locat. declar.* 2. *numer.* 12. quod videtur verum, si sibi non expediat, quia si intret tacita relocatio, ipse remaneat obligatus de proprio, hoc enim est beneficium inventarii, ut haeres de proprio non te- 79
neatur, juxta vulgat. *l. fin. c. de jur. delib.* nec potest praetendi, quod ex sola continuatione retentionis rei facta ab eo tamquam haerede, constet de animo novandi legalem obligationem, prout requiritur constare, ad hoc, ut inducatur obligatio de proprio, ultra bona haereditaria, ex traditis per Franc. *decis.* 323. *num.* 3. et late Rot. *decis.* 392. *num.* 3. *et seqq. part.* 1. *recent.* et optime distinguendo *in decis.* 545. *num.* 4. *et* 5. *part.* 5. *recent.* At ubi suppetunt bona haereditaria 80
ita ut haeres non obligetur ultra ea inventarium non suffragetur, cum solum liberet a damno Castren. *cons.* 270. *num.* 2. *vers. idem si cum beneficio lib.* 2. Gravet. *cons.* 215. *numer.* 12. Surd. *cons.* 73. *num.* 34. *et decis.* 30. *num.* 13. *et* 14. Pen. *decis.* 407. *num.* 5. Gregor. *decis.* 418. *num.* 6. et illi add. Doran. *dec.* 10. *n.* 8.

Ex praedictis infertur sufficere generaliter ignorantiam 81
domini, quod conductor continuet, ad excludendam praesumptam relocationem, cum in ignorante cesset consensus requisitus *in d. l. qui ad certum* 15. *ff. locat.* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 16. at satis erit ignorantia praesumpta, uti si 82
fuerit absens Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 59. *vers. et idem si locato,* Afflict. *decis.* 365. *n.* 15. imo quod scientia domini, tamquam fondamentum, e quo resultat tacita relocatio, sit articulanda, et probanda a conductore ipsam relocationem praetendente Salicet. *in l. legem n.* 1. *in fin. c. loc.* Mascard. *concl.* 990. *n.* 30. 83

Secundo infertur, quod ubicumque aliquid praeter consensum intervenire debet, quia tunc non applicatur ratio

quod contractus solo consensu convalescat, quae habetur *in d. l. qui ad certum*, neque applicatur ipsius legis dispositio, quod censeatur facta tacita relocatio Bart. *in d. l. item quaeritur: §. qui impleto num.* 4. Bald, *in l. legem* 16. *in princ. c. locat.* Surd. *cons.* 460. *numer.* 71. *in princ. vers. ad hoc*
84 *tamen.* et hinc sequitur, quod si in contractu requisitae erant solemnitates statutariae, vel aliae, non procedat tacita relocatio, ut firmant Menoch. *cons.* 121. *num.* 100. *vers. octavo, et ultimo, et praesumpt.* 85. *num.* 28. *lib.* 3. Surd. *cons.* 460. *num.* 42. Borgnin. *decis.* 44. *numer.* 32 *part.* 1. Mert. Med. *exam.* 59. *num.* 14. *et* 22. Rota *decis.* 269. *nu.* 6. post Posth. *de manut.* et comprobatur ex doctrina Bart. quod non procedat tacita relocatio, ubi in contractu fuit requisita de essentia scriptura, quam doctrinam, esse communiter receptam, dictum est supra *in declarat.* 4. *numer.* 60. *ad fin.*
85 Contrarium tamen in terminis solemnitatum sensisse videtur Sac. Rot. *in decis.* 335. *num.* 11. *et seq. part.* 10. *recent.*
86 Sed movetur primo, quia quando obligatio oriens ex contractu non est nova, sed provenit ex causa praecedentis obligationis, nullis indiget solemnitatibus, ut tradit Castrens. *consil.* 183. *num.* 2. *vers. nec obstat statutum lib.* 1. cum aliis ibi citatis, et ista ratio patitur difficultatem, quia ad tollendam istam praesumptam renovationem, non videtur requiri necessitatem praecisam solemnitates adhibendi, sed sufficit, quod partes adhibuerint illas in contractu, prout videmus si contraxerunt in scriptis, quod licet possint postea renovare sine scriptis, tamen non censetur tacite renovasse, juxta praedictam doctrinam Bart. sed ratione praedicta admissa, non inde sequitur cessare illationem, sed non applicari, quia illa-
87 tio supponit eas esse necessarias. Secundo movetur, quia ibi relocatio erat utilis illi, favore cujus requisitae erant solemnitates, et propterea ipse non dabat de nullitate ex eorum defectu, quo casu contractus substinetur absque eis Pignat. *contr.* 21. *num.* 11. Surd. *decis.* 179. *num.* 17. *et* 18. cum aliis ibi adductis, quod pariter non destruit, sed limitat illationem, ut non procedat in casu quo requirantur solemnitates ex parte ejus qui vult renovationem, unde *d. decis.* in effectu non est contraria d. illationi.
88 Infertur tertio non procedere tacitam relocationem ubicumque appareat mens contraria consensui, etiamsi ex solis conjecturis, et praesumptionibus Bero. *cons.* 153. *num.* 47.
89 *lib.* 1. Mascard. *concl.* 990. *nu.* 28. et exemplum est si domina litigasset pro expulsione conductoris, tunc enim non posset habere locum praesumpta relocatio etiam si adesset statutum eam inducens, ut consuluit Alciat. prout ipse refert *in reg.* 2. *praesumpt.* 17. *in fin.* et sequitur Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 20. Surd. *decis.* 067. *num.* 4. Giz-
90 zarell. *dec.* 68. *per. tot.* Quod tamen intelligendum est procedere si dominus obtinuit, prout obtinuerat in casu Alciati, ut refert Menoch. *praes.* 85. *num.* 42. *lib.* 3. vel saltem prosecutus est litem, ita ut, adveniente tempore faciendae denunciationis, seu disdictae, lis vigeret et prosequeretur, alias si dominus antecedanter inhibuisset colono, et inhibitio nullum habuisset effectum, secus esset dicendum, ut admittit Menoch. *d. praes.* 85. *num.* 43. *ad med.* et faciunt dicenda, infra *in declarat.* 11. de disdicta, quod si facta intempestive, et post eam disdicens continuet non impedit istam praesumptionem, nec non facit etiam quod dicitur, litem, in qua nil fuit actum, praescriptionem non interrumpere Seraph. *dec.* 1067. *n.* 14. *et dec.* 1085. *ad fin.*
Eliciturque etiam animus non renovandi ex verbis primi
91 contractus, prout si in eo conventum sit tempus, quo durare debet, cum verbis limitativis et restrictivis, juxta tradita, *in declarat.* 5. *num.* 64. vel promissa restitutio rei libere cum renunciatione omni legum auxilio, ut tradit Menoc. *d. praesumpt.* 85. *num.* 43. *ad fin.* Mascard. *concl.* 990. *num.* 32. Trentac. *variar. lib.* 3. *tit. de locat. resol.* 1, *num.* 7. etiam si adsit statutum tacitam relocationem inducens Caroc. *titul. de renovat. locat. declar.* 7. Borgnin. *decis.* 44. *num.* 89. *lib.* 1. Rot. *decis.* 269. *num.* 6. post Posth. *de manut.* Vel a-
92 desset renunciatio juris inquilinatus, Gozad. *in l.* 2. *numer.* 168. *c. de pact. int. empt. et vend.* Caroc. *d. tit. de renovat.*
93 *locat. declar.* 5. Et multo certius ac indubitanter. si factum fuisset pactum expressum, quod relocatio tacita locum habere non deberet. Verum in terminis hujus pacti, stante statuto, quod si fuerit continuatum per tres menses censeatur facta relocatio, Ruin. voluit pactum illud intelligi de renovatione statutaria, et ideo, quod si continuatum fuerit ultra tres menses, intret renovatio juris communis *consil.* 78. *nu.* 4. *vers. non obstat. etiam lib.* 1. Sed de ejus opinione dubitari potest, quia dum pactum indistincte loquitur, videtur indistincte de qualibet renovatione tacita intelligendum, prout animadvertit Menoch. *praesumpt.* 85. *n.* 25. *lib.* 3.

Nec spernenda essent dicta extra contractum, aliaque 94
ad arguendum animum alienum a tacita relocatione, prout esset si conductor rogasset amicos, ut locatorem inducerent ad relocandum, argueretur enim eum scivisse illum nolle tacite relocare Surd. *cons.* 88. *num.* 14. *vers. adjuvatur hoc.* Et
si allegata fuisset reconductio expressa, et non probata, non 95
posset postea recurri ad allegationem reconductionis tacitae,
Franc. a Ponte. *consil.* 23. *num.* 6. imo necesse est expresse 96
allegare ipsam tacitam reconductionem, alias si non allegetur non potest judex in ea se fundare, ut late probat Cravet. *consil.* 87. *num.* 4, Caroc. *tit. de renov. locat. declarat.* 12. *ad*
fin. Sic et non posset censeri inducta relocatio si durante tem- 97
pore, quo durare debuisset, dominus recepisset bona absque
ulla protestatione Turret. *cons.* 74. *nu.* 12. *lib.* 1. Et etiam 98
si fuisset introducta relocatio posset per actum contrariae voluntatis censeri receptum, quia sicut tacite contrahitur, ita tacite receditur Bart. *in d. §. qui impleto ad fin.*

Declaratio septima est, ut dispositio dictorum jurium in- 99
ducens tacitam renovationem contractus, non sit trahenda ad alios contractus praeter locationem, de qua jura praedicta lo-
quuntur Menoch. qui alios allegat *cons.* 447. *numer.* 5. licet 100
procedat etiam in precario *in l. rebus, §. ultimo ff. de precar.* quia est pariter singulare in eo, ut dicit Alex. *cons.* 76. *numer.* 4. *vers. non obstat lib.* 5. et Mantic. *de tacit. lib.* 5.
tit. 15. *num.* 44. *vers. neque obstat.* Unde si venditi fuerint 101
fructus praedii pro certo annuo pretio, locum non habebit praefata renovatio Bero. *cons.* 153. *num.* 23. *et* 68. Mascard. *concl.* 990. *num.* 29. Trentac. *variar. lib.* 3. *tit. de loc. resol.* 1. *num.* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 5. tit, 15. *nu.* 44. Borgnin. *decis.* 44. *num.* 88. *part.* 1. Faber. *in c. lib.* 4. *tit.* 4e. *definit.* 38. Gratian. *dec. Morch.* 119. *n.* 7.

Sic pariter, quod neque procedat praefata tacita renovatio, 102
si conductor solvet quid annuum in fructibus, vel sit colonus partiarius Alex. *cons.* 76. *n.* 7. *ad fin. lib.* 5. Ruin. *cons.* 114.
num. 6. *lib.* 1. licet contrarium quoad hoc in terminis juris 103
communis videatur verius, ex quo isti contractus sunt vel locatio, vel valde ei similes, et ideo in eis quoque, procedere debent jura praedicta, propter generalitatem verborum quibus utuntur, ut docuit Bald. *in d. l. item quaeritur* 14. *§. qui impleto nu.* 4. *vers. hic vero, ff. locat.* et sequitur Man-
tic. *de tacit. lib.* 5. tit. 15. *num.* 39 Et opinio Alexand. po- 104
test salvari in casu suo, nempe in terminis tacitae relocationis inductae per statutum aliquid diversum a jure communi disponens, quia strictius est intelligendum, ita ut, si loquitur de contractu locationis, non debet extendi ad alios contractus quamvis similes, ut probat ibi Alexander.

Dubitari autem potest, an d. renovatio procedat in emphyteusis, affirmativam enim opinionem tenuit Alciat. *de prae-*
sumpt. regul. 2, *praes.* 17. *num.* 2. sed contrarium videtur 105
verius, uno solum, quia in emphyteusi, secundum aliquos, requiritur scriptura, quod sufficit ad hoc, ut non possit censeri inducta tacita renovatio, ex traditis supra *in declar.* 4. *n.* 60. et *in declar.* 6. *in* 2. *illatione num.* 84. sed etiam quia in emphyteusi transfertur utile dominium, et sic non agitur de modico praejudicio domini, prout in simplici locatione, ex quo cessare in emphyteusi tacitam renovationem, docuit Bald. *in d. §. qui impleto num.* 3. *ad fin.* et idem tenuerunt Alex. *cons.* 17. *num.* 12. *lib.* 4. Dec. *cons.* 328. *num.* 1. Gozad. *cons.* 94. *num.* 52. Ruin. *cons.* 61. *num.* 7. *lib.* 1. et hanc opinionem esse veriorem testatur Cald. *de emphyteusi lib.* 1. *quaestion.* 2. *numer.* 5. *vers. sed nihilominus.* et esse communem Fulgin. *de jur. emph. tit. de renovat. quaest.* 5. *numer.* 3.

Ampliaturque haec secunda opinio, ut procedat etiam si 106
emphyteusis sit concessa ad renovandum de viginti novem annis in viginti novem annos, quia adhuc non censebitur tacite renovata Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 24. *nu.* 19 Ful-
gin. *d. quaest.* 5. *num.* 8. et sensit Rot. penes Pat. *dec.* 174. 107
libr. 1. Verum contrarium in his terminis probarunt Rom. *cons.* 103. *num.* 5. Socc. Sen. *cons.* 169. *numer.* 11. *lib.* 2. Dec. *cons.* 329. *num.* 3. Ursil. ad Afflict. *decis.* 365. *num.* 7. Et hoc contrarium videtur verius quando intercessit tempus considerabile, et ratio est, quia actus continuationis debet praesumi factus potius ex causa necessaria, quam volun-

taria et sic potius ea causa ronovatae emphyteusis, ut considerat Rim. Jun. *cons.* 157. *num.* 56. Sed hac ratione non obstante, an haec opinio admittenda sit in praxi, dubitat Cald. *de emehyt. lib.* 1. *quaest.* 2. *num.* 6. *ad fin.* penes quem ex professo, et optime tractantem hanc materiam renovationis emphyteusis, poterunt videri alia, quae dici possent de ea, nec non penes Fulgin. *eodem. tit. de renov. d. quaestion.* 5.

Et idem quoque dicendum erit de locatione ad longum
108 tempus, ut scilicet neque in ea procedat tacita renovatio, ex quo militat d. ratio ponderata per Baldum, et alios superius citatos in proposito emphyteusis, videlicet, quod agitur de transferendo dominio utili, et sic de magno praejudicio Alex. *cons.* 17. *n.* 12. *lib.* 4. Gozad. *consil.* 94. *num.* 52. Bero, *consil.* 153. *num.* 55. *post med lib.* 1. Menoch. *cons.* 447. *n.* 14. *et praesumpt.* 85. *n.* 36. *lib.* 3. Afflict. *dec* 365. *n.* 4.

Verum opinio ista non transit sine difficultate, quia con-
109 trarium tenuit Ruin. *conr.* 61. *num.* 4. ubi *nu.* 8. etiam stante statuto et *cons* 75. *sub num.* 6. *et seq. lib.* 1. et post eum Eugen. *consil.* 28. *num.* 36. *lib.* 2. et adversus rationem praedictam facit, quod in locatione facta a republica, dominium utile transfertur, quamvis ea sit ad modicum tempus *l.* 1. *ff de loc. publ. fruend.* et d. est *in cap.* 17. *num.* 6. et tamen. quod in tali locatione procedat tacita reconductio habetur expresse *in d. l. item quaeritur* §. *qui impleto*, et dictum est late sup. *in declar.* 2. *numer.* 37. *et seq.* sed respondetur, quod dum in locatione reipublicae semper transfertur dominium, ea translatio non reputatur praejudicium considerabile, quoad rempublicam, nec in ea potest considerari diversitas ab una locatione ad aliam, prout consideratur in locatione privati, et si dicatur in relocatione, uti ad breve tempus, non transferri dominium, respondetur, quod relocatio debet esse ejusdem generis, naturae, et qualitatis, cujus est prima locatio ex dictis sup. *in declar.* 1. *num.* 8. unde absurdum est, quod locatio sit cum translatione, dominii, et tacita relocatio sine, et ideo non est dicendum, ut tradit Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 17. Si tamen extaret statutum, quod
110 reconductio intelligeretur facta pro eodem tempore, pro quo facta erat conductio, tunc illud procederet in quacumque locatione etiam ad longum tempus, prout intelligi statutum bononiense tradunt Alex. *cons.* 28. *nu.* 4. *et seq. lib.* 4. et Ruin. *cons.* 61. *nu.* 8. *lib.* 1. et cum eis transit Mantic. *d. tit.* 15. *n.* 38. licet dissentiat Bero. *cons.* 153. *n.* 24. *ad fin. lib.* 1.

Declaratio octava est, ut tacita reconductio praedicta non
111 solum procedat in locatione praediorum, de qua jura praefata loquuntur, sed etiam in locatione operarum Corn. *consil.* 348. *lib.* 1. Mascard. *concl.* 990. *num.* 12. Menoch. *praes.* 75. *nu.* 16. *et seq. libr.* 3. et licet in medico, et officiali ad certum tempus conducto, contrarium voluerint Ripa. *de pest. tit. de remed. praeserv. num* 123. Cephal. *cons.* 71. *num.* 10. Caroc. *de locat. tit. de Medic. quaest.* 7. *n.* 8. *et seq.* tamen prima opinio verior videtur, prout probavit Socc. Sen. *cons.* 196. *vers. sed his non obstantibus, et per tot. lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 46. ubi de simplici famulo, quod si continuaverit praestare operas suas post praefinitum tempus, debebitur ei merces saltem actione negotiorum gestorum Magon. *dec. Floren.* 11. *num.* 4. Gratian. *decis. Marc.* 119. *numer.* 3. et de lectore studii, quod censeatur reconductus si nihil fuerit dictum, consuluit Mandell. *consil.* 744. *nu.* 14. *et seq.* et quod dictum est de medico, declaratur, ut ejus
112 reconductio reguletur ad instar reconductionis praediorum rusticorum, ut scilicet censeatur facta ad annum, quia in hyeme magis indigemus eorum opera Coro *dict. consil.* 348. *num.* 1. *lib.* 1. Menoch. *d. praes.* 85. *n.* 17. Gratian. *d. dec.* 119. *n.* 5. *et seq.*

Limitatur tamen declaratio ista, quoad officia, ut proce-
113 dat in eis, in quibus adest propria, et voluntaria locatio operarum, secus autem in illis, quae ex necessitate geruntur. quia uti procedentia a necessitate, non censentur ea sola taciturnitate convalescere, ut in officio tutelae est text. *in l.* 1. §. 1. *vers. quare si quis finita. ff. de eo qui pro tutore*, et docet Bart. *in d. l. item quaeritur*, §. *qui impleto. num.* 8. *ff. locat.* Menoch, *praes.* 85. *nu.* 41. *lib.* 3. licet alleget etiam in contrarium Alex. *cons.* 1. *lib.* 2. quia non videtur eum applicari. Unde et Castellani, qui mittuntur imperio reipublicae ad custodiam castri pro certo tempore, illo finito non sunt amplius Castellani, licet remaneant in castro, et custodiam continuent, quia non dependet a sola voluntate esse Castellanos, sed requiritur illa auctoritas publica ut docet idem Bartol. *ibi num.* 9. et contrarii relati per Menoch. *d. praes.* 85. *num.* 40. procedere possunt in eis quorum opera conducitur, et cessat d. ratio necessitatis, et publicae auctoritatis.

Praeterea eadem declaratio limitatur etiam, ut procedat si 114
hinc inde adsit unde argui possit renovatio, alias secus, et exemplum, si Titius operas suas locavit, ut staret in fundo meo ad custodiam, si finito tempore continuet ibi permanere non intrat praesumptio reconductionis, quia ego ex parte mea nihil feci, ex quo ea argui possit, ut docet Bart. *in d.* §. *qui impleto num.* 5. Socc. Sen. *consil.* 166. *num.* 1. *lib.* 2. Menoch. *d. praesumpt.* 85. *nu.* 51. nec dicatur, quod patior eum stare, prout patitur locator fundi, et in eo id sufficit ad inducendam relocationem, quia magna est differentia, nam in locante fundum non expedit pati alium stare in fundo, illoque uti, et frui absque eo, quod stet titulo locationis, et ideo nil mirum si sumitur praesumptio, quod consentiat stare eo titulo, at secus est in eo, qui conduxit custodem, quia si patitur eum continuare sibi expedit, ut advertit Curo. *cons.* 348. *num.* 1. *ad med. lib.* 1. sed haec responsio non plene satisfacit, quia etiam in locatione fundi posset dici, quod conductor stat in fundo, quia si expedit, unde d. doctrina Bart. intelligi valet in terminis remanentis ad custodiam fundi in quibus loquitur, si dominus non videat, et patiatur, nec operas sciens recipiat, alias, saltem ex aequitate, admittenda videtur opinio pro tacita relocatione, prout admittit ipse Ripa supra pro contraria opinione allegatus *de pest. tit. de rem. praeservat. n.* 124. *ad fin.* cogitandum tamen, quia Ripa loquitur per verbum, forte, ut advertit Trentac. *d. lib.* 3. *tit. de locat. resol.* 1. *in fin.*

Declaratio nona est, ut d. tacita relocatio procedat etiam 115
in locatione mobilium, et semoventium Caroc. *de renovat. locat. declarat.* 6. *numer.* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit* 15. *num.* 40. *vers. sed Jacob.* Butrigar. *et late seqq. usque ad num.* 44.

Verum contrariam opinionem tenuerunt alii, quam plures, et signanter Salicet. *in l. legem num.* 3. *in fin. c. locat.* Decian. *cons.* 8. *nu.* 9. ubi *de com. lib.* 3. Lancel. Gal. *cons.* 86. *n.* 17. Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de loc. resol.* 1. *n.* 11. Mascard. *concl.* 990. *num.* 27 Burguin. *decis.* 44. *n.* 93. *part.* 1.

Conciliantur autem praedictae contrariae opiniones, ut si 116
agatur de re solita locari. puta de equo solito dari ad vecturam, procedat prima, si vero agatur de re, quae non est solita locari, puta de nobili equo, quem dominus non dedisset, nisi pro paucis diebus, tunc non inducatur tacita relocatio propter inverisimilitudinem, quod in ea concurrat animus domini, prout requiritur juxta tradita supra in declaratione 6. *n.* 66. et haec est distinctio Bart. *in d. l. item quaeritur*, §. *qui impleto, num.* 11. *ff. locat.* ubi etiam dicit, quod hoc secundo casu conductor retinens equum ultra tempus, facit furtum, juxta opinionem glos. ibi, quatenus non credat dominum permissurum, per text. *in l. inter*, §. *fin. ff. de furt.* et eamdem distinctionem sequitur Menoch. *praesumpt.* 85. *n.* 49. *lib.* 3. et in dubio cessantibus circumstantiis. quae suadeant dominum non concessurum, intraret probabilis conjectura desumpta ex praecedenti contractu, quod esset concessurus, quae sufficit ad excusandum a furto, ut ex doctrina Abbat. *in cap. dudum il secondo n.* 18. *de elect.* tradit Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 42.

Declaratio decima est, ut non procedat tacita reconductio 117
in casu, quo unus ex condominis domus conduxerit ab alio partem suam Ripa *in l. quamvis num.* 141. *ff. de flumin.* Caroc. *de locat. tit. de re com. numer.* 49. Gomes. *variar. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 14. *ad fin.* Gail. *obser.* 2. *tit. de pign. num.* 4. Anchar Jun. *quaestion.* 28. *numer.* 2. *et seqq. libr.* 2. Mascard. *concl.* 990. *n.* 20. Granut. *theoremat.* 2. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloss.* 9. *par.* 2. *n.* 6.

Verum ista declaratio, licet tot auctoritatibus comprobata, patitur magnam difficultatem, nam aliqui moventur auctoritate Socc. *in l. servi electionem*, §. *labeo n.* 3. *ff. de legat.* 1. alii addunt rationem ab eodem Soccino adductam, quia dominus potest licite habitare rem communem *leg. duo fratres*

Pacioni 92

ff. de acquir. haered. et ideo non procedit in eo d. praesumptio renovatae locationis, quae oritur, quia conductor finita locatione, non potest aliter retinere licite rem alienam. At in auctoritate Soc. non potest fieri fundamentum, quia ipse quaestionem non decidit, sed relinquit cogitandum, prout etiam advertit Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 35. *prope med.* et praedicta ratio non videtur relevans, quia praesumptio relocationis oritur potius, ex quo non credatur mutata voluntas partium, quam ad evitandam praesumptionem delicti, ut dictum est supra *in princ. hujus cap. num.* 5. *et* 6.
118 unde verius videtur declarationem non subsistere, et procedere etiam in his terminis praesumptionem tacitae relocationis, prout tenuit Ubald. *in tract. de duob. fratr. p.* 5. *numer.* 11. *ver. circa primum*, Roochig. *in l. eamdem* 9. *in princ. num.* 127. *post med. ver. inde infertur, ff. de duob. reis*, ubi quod non est tutum ab hac recedere. Caroc. qui prius contrarium tenuerat ubi sup. postea hanc veriorem agnovit *tit. de renovat. locat. quaest.* 18. *numer.* 4. *et seqq.* Mantic. *de tacit. libr.* 5. *tit.* 15. *numer.* 35. *vers. ego vero*, Menoch. *praes.* 85. *nu.* 15 *lib.* 3. ubi dicit d. rationem Soc. non esse veram Fachin. *de societ. cap.* 28. *num.* 67. *et seqq* Mart. Med. *dec. Sen.* 98. *nu.* 4. et hanc eamdem opinionem, uti ex praedictis veriorem, tenui etiam sup. *in capitul.* 35. ubi addidi quoque alia ad comprobationem, et declarationem, quae ibi videri poterunt.

119 Declaratio undecima est, ut ista tacita relocatio non procedat ex solo cursu temporis, sed requiratur ulterius conductorem continuare in re locata, et locatorem praestare patientiam, quia haec sunt requisita expressa praecipue *in d. l. qui ad certum* 15. *ff. locat.* ibi, *intelligitur enim dominus, qui patitur colonum in fundo esse ex integro locare.*

120 Unde si conductor rem dimittat, etiamsi absque protestatione, et disdicta, non procedit praesumptio relocationis, ut declarat Ruin. *cons.* 78. *nu.* 4. *vers. non obstat. post princ. lib.* 1.

121 Verum contrariam opinionem, quod imo sit necessaria denunciatio si conductor velit recedere, alias censeatur continuata per eum conductio, tenuerunt alii, et signanter Alban. ad Bart. *in d. §. qui impleto num.* 2. *ad fin.* Caroc. *qui alios allegat. de locat. tit. de re cond. declar.* 12. *num.* 1. ubi alios plures refert Ripol. *var. cap.* 12. *nu.* 200. *et seq.* imo fortius aliqui videntur velle necessariam esse omnino denunciationem, seu disdictam durante locatione, alias eam censeri renovatam Bald. *in l.* 1. *§. fin. ad med. ff. de eo qui pro tut.* Malvas. *cons.* 87. *numer.* 34. Carpan. ad statut. Mediol. *tom.* 2. *cap.* 398. *numer.* 102. sed vere talis denunciatio de jure non est necessaria, ut dicit Surd. *cons.* 88. *num.* 7. *ad fin.* et convincitur ex traditis sup. in declaratione 8. *numer.* 111. *et seq.* adeo, ut statutum eam requirens sit contra jus Ales. *cons.* 76. *num.* 8. *vers. item est contra lib.* 5. Verum
122 licet non sit necessaria disdicta, tamen neque debet conductor omnino tacere, sed se aliquo modo declarare, al. ex opinione pro renovatione haberet pro se aequitatem, nec dicta tacitas omnino fundamento juris, quia text. *in d. l. item quaeritur §. qui impleto*, expresse supponit, ex taciturnitate induci d. praesumptionem, ibi, *quod autem diximus taciturnitate utriusque partis colonum reconduxisse videri.*

123 Potest autem talis denunciatio fieri quocumque tempore anni Carpan. ad Stat. Mediol. *d. cap.* 398. *nu.* 103. Unde si
124 statutum praefigat ei certum tempus, dicitur quoque in hoc contra jus Alex. *d. cons.* 76. *num.* 8. *vers. item est contr lib.* 5. et proinde erit stricte intelligendum ita ut propterea
125 si dicat, deberi fieri per quindecim dies ante, non excluditur facultas faciendi eam magis anticipate puta per duos menses ante, prout de pacto d. modo loquente, firmavit Rot. *in dec.* 147. *num.* 8. *part.* 12. *recent.* At e contra si dicat statu-
126 tum, vel pactum, quod disdicta fiat ante quindecim dies, sine dubio non poterit fieri infra eos Mart. *dec.* 35. *num.* 1
127 *et seqq.* poterit tamen a senatu, vel principe dispensari, ut fiat, prout Carpano advocante, dispensavit senatus Mediolani ut ipse refert *in d. cap.* 398. *num.* 94. et absque dispen-
128 satione, ubi statutum dicit, quod fiat denunciatio ante kalendas, sufficiet eam fieri in ipsis kalendis Carpan. *ibid. n.* 91. quia intelligitur ante finitas, prout interpretatur verbum ante Bart. *in cons.* 176. *incip. plaries contingit.*

Et ad interpretationem similis statuti notandum, quod u-
129 bi praecipiat fieri denunciationem, seu disdictam ante kalendas mensis, intelligitur tantummodo procedere in locationibus solitis terminari in festo s. Michaelis, prout in aliquibus locis ut plurimum, terminari solent, non autem in aliis diversissimo tempore finiendis Carpan. ad statut. Mediol. *capitul.* 394. *num.* 93. *part.* 2. et quamvis dicat, non facta disdicta, censeatur renovata locatio, adhoc si appareat partes consensisse, ut finiret, non poterit censeri renovata, quantumvis disdicta non fuerit facta, quia non potest censeri tacite renu- 130
vata, dum constat renovatam non fuisse Rot. Bonamen. *div. decis.* 20. *num.* 6. et Rota romana. *decis.* 269. *numer.* 3. post Posth. *de manut. et decis.* 495. *num.* 11. *et decis.* 498. *num.* 4. *et seq. part.* 5. *recent.* Et quod dicitur de 131
statuto, procedere potest etiam in pacto, quia militat eadem ratio, et valet propterea argumentum a statuto, ad pactum Gratian. *discept.* 348. *num.* 28. cum aliis late adductis per Barbos. *in loc. argument.* 105. *num.* 1. *et seq.*

Dubitari tamen posset, an sufficiat probari unum ex contrahentibus aperte declarasse suam voluntatem non continuandi, ac etiam talem voluntatem alteri innotuisse, absque eo, 132
quod appareat an et ipse consenserit, ut locatio finiretur vel ne, et pro affirmativa facit, quod denunciatio requisita censeatur ad effectum certiorationis, et scientiae, ut habetur *in dd. dec.* 269. *n.* 3. post Posth. *et dec.* 495. *n.* 11. *part.* 5. *recent.* Inde enim infertur sufficere probationem, quod sciverit, cum denunciatio non censeatur inducta pro forma saltem substantiali, ita ut non possit adimpleri per aequipollens, ut habetur in eisdem decisionibus. Sed verius videtur 133
necessariam esse probationem consensus, stante statuto, vel pacto. alias enim per solam scientiam, non censetur remissum jus sibi ab eodem statuto tributum, quod cessante disdicta, locatio censeatur renovata, nam in praejudicialibus, tacens non videtur consentire glos. *in c. sicut ver. per unum in fin. de elect.* Gemin. *cons.* 55. *n.* 6. Rot. *dec.* 136. *n.* 5. *par.* 1. *div.* et quod habeatur pro contradicente Vest. *in praxi lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 3. Et in praedictis decisionibus pro contraria opinione adductis fit fundamentum in consensu utriusque, ita ut is cui innotuit alium nolle continuare, habuerit se pro denunciato, ut *in d. dec.* 495. *num.* 12. et censeretur remotiasse formae per statutum inductae ad sui favorem, ut in *d. decis.* 498. *num.* 9. et *decis.* 10. *par.* 5. *recent.* Quod secus est cessante statuto, vel pacto, quia in terminis juris communis, sufficit deficere consensum unius ex contrahentibus, *l. qui ad certum* 15. *ff. locat. et d. est sup. in* 6. *declarat. nu.* 66. et quod hoc innotescat alteri ut sup. *in fin. princip. hujus declarationis numer.* 122. et dum statutum alterius requirit denunciationem, necesse est quod appareat partem illam remisisse, alias ejus dispositio erit servanda.

Et cum hac distinctione videtur etiam resolvenda alia quaestio, an sufficiat hanc denunciationem fieri coram judice incompetenti, puta coram laico, adversus locatorem clericum, si enim decsi statutum, vel pactum, ita ut sufficiat sola scien- 134
tia, quod conductor nolit continuare, utique videtur non posse negari eam induci per dictam disdictam Bald. *in c. fin. n.* 5. *de fid. instr.* Surd. *decis.* 26. *n.* 15. *ver. item procedunt.* Etiamsi dici possit actus nullus, quia conductor non indiget illo actu, sed sola scientia locatoris ei sufficit. Quod secus est si intelligat allegare disdictam propter statutum, quia 13
debet eam allegare validam, et sic competentis judicis decretu factam, ut de disdicta census requisita per bullam Pii V. a- 13.
dd. Gene. *de cens. et quaest.* 103. *num.* 24. *et quaest.* 111. *num.* 5. qui judex competens est illius denunciati, non denuncientis, ex eodem Gene. ibidem ubi *q.* 111. *n.* 6. rejicit contrarios.

Verum absolute, et indistincte, quod haec denonciatio facta clerico ex decreto judicis laici sit nulla, et non suffragetur, consuluit per plures rationes Rimin. Jun. *consil.* 386. 13
per tot. et novissime D. Jac. Pignatell. *cons.* 149. *num.* 10. *et per tot. part.* 1. volentes, quod iste actus factus a judice laico, adversus clericum, neque sustineri valeat tamquam extrajudicialis, nempe Rim. Jun. *d. cons.* 386. *n.* 13. *et seq.* 13
Pign. *n.* 18. circa quod tamen contrarium post Bald tenuit Dec. *in c. at si clerici n.* 120. *de judic.* et alios adducis Gerard. Spin. *cautr.* 3. *num.* 8. *et seq.* et sensit Rot. *dec.* 733. *num.* 3 *part.* 3. *recent.* sed ultra quod hoc saltem potest revocari in dubium, prout revocatur a Rota ibidem 13
num. 4. difficultatem majorem facit, quod deficiente valore judicii, denunciatio ipsa, admisso quod valere posset et operari tamquam extrajudicialis ad effectum inducendi scientiam, non remanet probata per simplicem relationem nuncii, qui respectu clerici officium non habet, cum ad probandum a-

ctiam extrajudicialem, requirantur duo testes, ut considerat Rim. Jun. *d. num.* 13. *et seqq.* onde esset saltem necessarium coadjuvare probationem, quod facta fuerit.

140 Unum ulterius notandum, quod praefatum statutum inducens tacitam renovationem locationis, non procedit adversus minorem prohibitum locationes facere sine solemnitatibus, ut censuit Rot. *decis.* 269. *num.* 8. post Posth. *de manut.* et consonant alii adducti supra *in declaration.* 6. *illat.* 2. *numer.* 84.

141 Dubitari etiam posset, an si unus ex contrahentibus disdixit, et postea tacuit, et continuavit censeatur recessisse a disdicta, et consensisse in relocationem, et negativam tenuit Napod. cum quo videtur transire Carpan. ad Statut. Mediol. *tom.* 2. *cap.* 398. *numer.* 10. ubi quod etiam si conductor post denunciationem retineat clavia, et bona in domo, adhuc non inducatur relocatio, et dominus tacens amittit pensiones Magon. *decis. Florent.* 148. num. 2. *vers. restrinximus*, ubi, quod non potest censeri reconducta, nec competere actionem de locato.

142 Contrarium tamen, quod imo per continuationem post disdictam censeatur ab ea recessum, voluit Alex. *cons.* 1. *numer.* 13. *ad fin. ver. nec videtur trahi lib.* 2. Marta *vot.* 35. *num.* 9. et quod si conductor, qui dederat arrham disdixerit, et postea re conducta usus fuerit, arrha sit imputanda in pensione, quia a disdicta recessum sit, conclusit Panc. *cons.* 31. *per tot.*

143 Conciliari autem posse videntur praedictae contrariae opiniones, ut prima procedat si disdicta facta sit finita locatione, secunda vero si facta sit locatione adhuc durante, ex quo ista tanquam tempore minus congruo, non tantum afficit, et facilius propter intervallum temporis potest ab ea censeri recessum facit, Alex. *d. cons.* 1. *n.* 13. *post med. vers. nec obstat lib.* 2. et apertius Carpan. ad stat. Mediol. *d. cap.* 398. *num.* 111.

144 Nisi tamen aliud dicere suadeant circumstantiae pensandae per judicem, cujus arbitrio locum esse in hac materia dictum est supra in declaratione 3. *n.* 55.

Quo autem ad patientiam locatoris, non videtur dubitandum eam requiri, sed dubitari potest, an requiratur ejus pro-

145 batio, et sufficere probationem, quod sciverit conductorem in praedio remanere, sensisse videntur supracitati in declaratione 6. *num.* 81. *et seq.* et comprobatur, quia sufficit taciturnitas utriusque partis, ut habetur in verbis *d.* §. *qui impleto.* supra relatis ac proinde nihil ulterius videtur probandum, quia reclamatio, et expulsio est quid facti, quod non praesumitur, sed probari debent ab allegante Dec. *consil* 437. *numer.* 2. Rot. *decis.* 103. *numer.* 24. *part.* 5. *recent.*

Unde verum est dicere requiri patientiam domini, et probandam esse praecipue si agatur de renovatione ex statuto illam requirente Caroc. *d. tit. de renov. decl.* 8. *ad fin.* Magon. *decis. Lucen.* 47. *nu.* 11. Sed ubi non potest dubitari de scientia ipsius, patientia erit probata ex ipso, quod non probabitur contradictio Magon. *dict. dec.* 47 *nu.* 12. et faciunt late tradita per Menoc. *praesumpt.* 86. *lib* 3. et per nos supra *cap.* 58. quod locatur, qui semel rem tradidit praesumatur praestitisse patientiam conductorem ea uti, licet loquantur durante locatione.

Declaratio duodecima est, ut haec tacita renovatio non indu-

146 catur statim, ac finitum est tempus locationis expressae, sed requiritur conductorem continuare in praedio per aliquod tempus considerabile Bald. *in d. l. item, quaeritur.* §. *qui impleto num.* 2 *post. princ. vers. pro declarat.* ff. *loc.* et ibidem Alberic. *num.* 10. *vers. literam expone*, et alii Afflict. *decis.* 365. *num.* 14. Menoch. *praesumpt.* 85. *num.* 45. *libr.* 3. adeout non sufficiant duo, vel tres dies, ut dicit Bald. post Odofredum, ubi supra Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *nu-*

147 *mer.* 16. *post med.* Sed hoc circa quantitatem temporis arbitrio Judicis relinqui docuit Bart. *in d.* §. *qui impleto num.* 12. et aliis adductis, dicit etiam Mascard. *conclus.* 990. *numer.* 21. Magon. *decis. Lucen.* 447. *nu.* 20. ubi, quod cum ibi elapsi essent tres menses domini arbitrati sunt illud non posse dici tempus modicum; sed judex considerare debebit, non meram quantitatem temporis, sed etiam qualitatem, uti si remanserit conductor in praedio de tempore illo, quo erat ad culturam agri aliquid operandum, ut docuit ipse Bart. *d. num.* 12.

148 Declaratio decima tertia est, ut non procedat d. tacita reconductio, nec allegari possit a conductore, qui pro parte sua non implevit promissa, ut late aliis adductis tradit Mascard. *conclus.* 990. *num.* 31. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *numer.* 58. ubi rationem reddit, quia conductor non adimplens promissa potest etiam durante locatione expelli *l. quaero.* §. *inter locatorem*, et ibi doctores *ff. locat.* unde si non solvit pensionem non potest praetendere tacitam reconductionem 149
Cravet. *consil.* 87. *numer.* 3 *post med.* Menoc. *praesumpt.* 85. *numer.* 43. *libr.* 3. Tiraquel. *varior. resolut. libr.* 3. *tit. de locat. resol.* 1. *num.* 3. Rot. *dec.* 269. *num.* 7 post Posth. *de manut.* Et ampliatur si adsit statutum inducens ta- 150
citam renovationem locationis, quia adhuc intelligitur si conductor ex parte sua adimpleverit promissa Alex. *cons.* 76. *n.* 3. *vers. confirmo alia ratione*, Ruin. *cons.* 78. *num.* 3. *lib.* 1. Bero. *cons.* 153. *num.* 36. *et seqq. lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 28. *vers. quod extenditur*, Mart. Medic. *exam.* 59. *num.* 55. Rot. *decis.* 269. *num.* 7. post Posth. *de*
manut, Et sufficit opponere de non adimplemento, ad hoc, 151
ut conductor teneatur illud probare Menoch. *cons.* 121. *nu-*
mer. 110 et ubi adesset statutum inducens relocationem, si 152
conductor solvat debitis temporibus, necessaria esset haec qualitas, quod solvisset debitis temporibus, nec sufficeret solvisse postea, et receptas fuisse pensiones, et factum saldum, ut optime probavit Rota in illa Nepesina locationis coram Justo, quae habetur penes Marchesan. *de comiss. part.* 1. *fol.* 1081.

Declaratio decimaquarta est, ut non procedat praesumptio 153
praefatae relocationis ubi adest continuatio ultra triginta annos, quia dicta praesumpta relocatio est ad tempus, nempe, vel ad annum, vel de die in diem, ut patet ex textu *in l. item quaeritur*, §. *qui impleto. ff. locat.* et alia tradita in declaratione 3. Ex continuatione autem per annos triginta, probatur locatio perpetua Ruin. *cons.* 61. *nu.* 2. *lib.* 1. Carpan. ad Statut. Mediol. *tom.* 2. *cap.* 398. *num* 119. et sic cessat praesumptio relocationis de qua agimus Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 30. Afflict. *decis.* 365 *num* 13. Sed circa veritatem hujus declarationis, me remitto ad tradita supra *in cap.* 52.

Declaratio decima quinta est, ut in casibus, in quibus non 153
inducitur tacita renovatio, non possit dominus bonorum, vel is qui praestitit operas petere mercedes actione locati, sed non propterea debebit conductor locupletari cum aliena jactura, et ideo pulsari poterit alia actione Bart. *in dict. l, item quaeritur*, §. *qui impleto*, *numer.* 5. *ad fin. vers. non ergo, ff. loc.* ubi de eo qui continuavit praestare custodiam dicit, quod petet mercedem actione negotiorum gestorum forte, vel alia Afflict. *dec.* 364. *in fin.* Caroc. *tit. de renov. loc. decl.* 1. *n.* 13. Mantic. *de tacit. lib* 5. *tit.* 15. *n.* 33. et faciunt dicta latius *in cap.* 35. *n.* 48.

De restitutione rei locatae

SUMMARIUM.

1. Res locata, locatione finita, restitui debet domino.
2. Conductor recusans restituere rem locatam finita locatione, condemnatur ultra eam tradere domino etiam valorem ipsius.
3. Decl. procedere si contumax sit usque ad sententiam.
4. Decl. 2. procedere si actum sit rei conductione, secus si actione locati.
5. Praxis petendi dictam aestimationem relative.
6. Conductor tenetur restituere rem locatam in eadem essentia, et eodem statu quo eam recepit.
7. Et si eam in illo non conservaverit tenetur eam ad illum reducere.
8. Et ei potest eam restituere, non liberatur solvendo interesse.
9. Secus si sit impossibile, uti quia res perierit.
10. Conductor tenetur restituere rem non solum in substantia, sed etiam cum eisdem qualitatibus cum quibus recepit.
11. Conductor qui recepit agros cultos, vel cum fructibus pendentibus, tenetur eos eodem modo illos restituere.
12. Et alia tenetur ad omnia damna, et interesse.
13. Conductor qui recepit agrum seminatum, non satis est quod restituat semen, et impensas in seminando, sed debet etiam restituere damnum fructuum non perceptorum.
14. Ampl. procedere etiamsi in locatione adsit pactum, quod in dicto casu liceat domino partem seminum retinere.
15. Verbum liceat non importat necessitatem.
16. Pacta quando quis non cogitur uti potest uti dispositione juris.
17. Re mobili locata per longum tempus non restituta, si perempta sit, a die peremptionis non debentur amplius mercedes.
18. S. non perempta, restituenda una cum interesse non excedente valore rei.
19. Dominus finita locatione potest conductorem expellere propria auctoritate.
20. Ampl. etiamsi conductor introduxisset litem remedio l. diffamari.
21. Decl, ut ad hoc quod competat d. facultas necesse sit finem locationis esse certum, et probatione non indigere.

22. Si locatio ad certas generationes vel ad vitam, quia probanda mors, vel finis generationis non intrat facultas expellendi propria auctoritate.
23. Conductor expulsus finita locatione non petit reintegrationem.
24. Dominus licet expellere possit conductorem propria auctoritate, melius facit adeundo judicem.
25. Locator potest incipere judicium contra conductorem a mandato de expellendo, seu evacuando.
26. Judicium de re locata evacuanda, est possessorium.
27. Minor habet legitimam personam standi in judicio possessorio absque curatore.
28. Judicium de re locata evacuanda est summarium, et quomodo in eo procedatur.
29. Dominus potest locatione finita petere manutentionem.
30. Ampl. etiamsi locatio fuisset ad longum tempus, et possessio penes haeredem conductoris.
31. Ampl. 2. ut mortuo locatore possit haeres petere manutentionem etiam adversus tertium.
32. Ampl. 3. ut locatori sufficiat solum instrumentum locationis ad probandam suam possessionem.
33. Decl. procedere si finis locationis sit clarus, alias manutentio datur conductori.
34. Ampl. 4. dari manutentionem domino finito locatione per mortem conductoris, stante statuto de continuanda possessione defuncti in haeredem.
35. Idque non solum adversus haeredem conductoris, sed etiam adversus haeredem tertii,
36. Secus si finis locationis non sit clarus, quia tunc intrat statutum possessionis continuativum.
37. Conductor denegans finita locatione rem restituere, dicitur invadere, et spoliare.
38. Et competit adversus eum reintegratio, et actio spolii.
39. Ampl. etiam contra singularem successorem conductoris.
40. Dominus finita locatione potest petere restitutionem ex L. fin. c. de acquir. possess.
41. Ex l. fin. c. de acq. possess. habetur remedium restitutorium possessionis in casibus in quibus nulla vis committitur.
42. Et competit dictum remedium, sive conductor alienet, sponte, sive coacte.
43. Remedium d. legis debet specialiter intentari, vel ita narrari factum ut comprehendi possit esse intentatum.
44. Dominus finita locatione habet remedium recuperandae possessionis non solum ex generali edicto, sed etiam ex legibus particularibus.
45. Restitutio possessionis rei locatae impeditur domino, si conductor opponat aliquam justam causam retinendi.
46. Conductor reticens finita locatione excusatur a condemnatione in aestimatione rei per quamlibet causam.
47. Remedium l. si quis conductionis c. locat. est magis speciale et utilius locatori quam aliae.
48. L. si quis conductionis c. locati est singularis, et quomodo intelligatur.
49. Conventus ejus vigore non liberatur constituendo se nomine domini possidere, nec solvendo interesse.
50. Praebet actionem personalem.
51. Actio personalis proprie est cum agimus adversus obligatum ad faciendum, vel dandum.
52. Remedium d. l. si quis conductionis non competit adversus singularem successorem.
53. Secus si sit successor in ipsa locatione.
54. Remedium d. l. ut transeat in habentem causam a successore necessarie est cessio, vel pacta jurium locatoris.
55. Remedium d. l. transit in haeredem tam active quam passive.
56. Remedium l. si quis conductionis, ut competat probanda locatio, ejus finis, et contumacia restituere debentis.
57. Et requiruntur probationes concludentes.
58. Locatio ad hunc effectum probatur per instrumentum.
59. Et probatur etiam per testes.
60. Et sufficiunt testes de confessione deponentes quamvis singulares.
61. Et sufficit quaelibet alia concludens probatio.
62. Probanda tamen locatio cum certa mercede.
63. Sententia absolutoria ab observatione judicii fertur quando non competit actio intentata.
64. Clausula deducens omne jus, omnemque actionem in libello appositam, operatur posse ferri sententiam ex alia actione non expressa.
65. Lim. si ex ipso libello, et postea prosecutis appareat fuisse intentatum remedium certum, et actorem ad illud se restrinxisse.
66. Remedium l. si quis conductionis competit etiamsi locatio fuerit tacita.
67. Et competit stante tacita reconductione.
68. Decl. procedere si tacita reconductio sit finita.
69. Remedium l. si quis conductionis excluditur si opponatur contractui locationis de simulatione.
70. Simulationis exceptio non attenditur in judiciis possessoriis, nisi sit concludenter probata.
71. Finis locationis convincitur ex lapso temporis pro quo fuit facta, vel pro quo facta praesumitur.
72. In locatione facta ad vitam probatur ex fide libri mortuorum
73. Contumacia conductoris in restituendo rem, probatur ex quo pulsatus rem non dimittit.
74. Remedium l. si quis conductionis, ut competat, secundum aliquos requiritur probatio, quod intentans possederit.
75. Remedia restitutoria requirunt probationem possessionis antecedentis.
76. Decl. in remedio l. si quis conductionis tunc solum probandum esse locatorem possedisse, cum docetur conductorem fuisse possessorem et ignoranter conduxisse.
77. Remedium l. si quis conductionis intentans, non tenetur dominium suum probare.
78 Et conventus dicto remedio non valet opponere de dominio suo, vel alieno.
79 Secus si agatur actione locati.
80. Remedium l. si quis conduct. quomodo intentari debeat.
81 Dominii exceptio, an admittenda in remedio l. si quis conductionis quando de eo clare constat, est controversum.
82. Declara non admitti probationem faciendam, etiam si offeratur incontinenti.
83. Decl. secundo non admittendam quamlibet probationem dominii, etiam jam factam, sed solum eam quae alias contrarias non admittat, vel superet.
84. Probatio dominii per testes non admittitur in dicto remedio.
85. Per confessionem partis admittitur quando non sit confessio aequivoca.
86. Dominii exceptio etiam probata, non admittitur in spolio violento secus in non violento.
87. Declara tertii dominium quomodocumque probatum non attendi si conductor illud habebat de tempore conductionis, et scienter conduxit.
88. Secus si dominium postea conductori supervenit.
89. Vel si ignorans se dominum conduxit.
90 Et sequitur quod non solum esset dominus, sed etiam possessor.
91. In remedio l. si quis conductionis non potest conventus opponere de sua hypotheca.
92. Neque de sua possessione.
93. Neque de jure redimendi,
94. Ampl. etiamsi super eo sit contestata lis.
95. Remedio l. si quis conductionis conventus, non potest ulla ratione rem retinere.
96. Lim. ut possit retinere pro expensis utilibus, et necessariis.
97. In remedio l. si quis conductionis non admittitur reconventio.
98. Neque opponitur compensatio.
99 Neque exceptio nullitatis locationis.
100. Secus si cum nullitate concurrat, quod locator non possideret.
101. At hoc non procedit si possidebat conductor, nisi simul probet suam ignorantiam.
102. Remedium l. si quis conductionis datur non solum locatori, sed etiam aliis similibus.
103. Datur ei qui commodavit.
104. Datur ubicumque quis causam habet ab agente, vel ejus nomine detinet.
105. Datur adversus emphyteutam, et ad longum tempus conductorem.
106. Dummodo possidentes habeant causam ab investitis alias secus.
107. Datur non solum in contractibus similibus locationi, sed etiam in dissimilibus.
108. Actio locati competit pro restitutione rei.
109. Actio locati est ordinaria.
110. In actione locati opponitur exceptio dominii.
111. In actione locati non venit condemnatio ad duplum, prout venit in remedio l. si quis conductionis. In actione locati venit etiam condemnatio ad mercedes, secus in dicto remedio.
112. Domino finita locatione competit rei vindicatio.
113. Rei vindicatio finita locatione, non dum competit contra conductorem, sed etiam contra tertium.
114. Rei vindicatio, ut competat, probandum dominium, finis locationis, et identitas rei.
115. Dominium ad effectum rei vindicationis probandum est concludenter.
116. Et non sufficit instrumentum locationis.
117. Ampl. ut non sufficiat una cum solutione canonum, et laudemii, et aliis adminiculis
118. Contrarium verius.
119. Non sufficit recognitio in dominum ad probandum dominium.
120. Ampl. etiamsi adsit pactum, quod res in aliquo casu devolvatur.
121. Contrarium si agatur vigore dicti pacti.
122. Finis locationis ad lineam factae, ut probetur, doceri debet lineam esse finitam.
123. Nec sufficit probare mortem nominatorum in locatione, quando constat eos habuisse filios, secus e contra.
124. Identitas ad effectum rei vindicationis probanda est concludenter.
125 Identitas ad dictum effectum non probatur per duas demonstrationes si aliae non conveniant.
126. Secus est regulariter.
127. Lim. si illae duae demonstrationes aliis quoque rebus adaptentur.
128. Lim. 2. si illae quae non adaptentur rei de qua agitur adaptemur alteri.
129. Dominus ex sola incertitudine loci, et quotae rei suae, non debet illam amittere.
130. Et ideo si per eam non potest condemnari reus ad eam restituendam debet condemnari ad pretium.
131. Dominus potest agere contra conductorem ad exhibendam rem conductam.
132 Et ad distinguendos ejus fines.
133. Conductor tenetur designare bona pro quibus solvit.
134. Et si non designet, praesumitur solvere pro omnibus quae possidet.
135. Locatori datur juramentum in litem de magnitudine, et qualitatibus rei locatae.
136. Conductorem teneri designari fines declaratur primo procedere in antiquis, vel cum constat facto ipsius conductoris fines immutatos esse.
137. Decl. 2. ut sufficiat designari rem in qua verificari possint verba locationis, vel deficiente locatione, rem quae sit capax mercedis quam solvit.
138. Decl. 3. ut dicta poena confundentis pacifici immissionem in omnibus bonis confusis, vel juramentum in lite non transeat in successores.
139. Saltem si agatur de successore singulari.
140. Feudalem seu pecus cum allodiali admistam, et nesciens eam distinguere amittit.
141. Lim. si probet eam confusam culpa conductoris.
142. Secus in haerede conductoris, quia tenetur, ut conductor, rem designare.
143. Fines non est necessarium ut designentur ab utraque parte, ubi scitur quantitas rei.

144 Appellatio regulariter non datur a mandato de exhibendo.
145. Lim si simul condemnetur ad rem restituendam.
146 Conductor condemnatus rem dimittere non appellat secundum magis communem.
147. A mandato de manotenendo non datur appellatio.
148. A mandato de evacuando, seu extractando non datur appellatio.
149 In judicius momentaneae possessionis, non datur appellatio.
150. Rei locatae restitutio celeritatem desiderat.
151. Non est inconveniens de una re prius summarie, deinde plenarie cognosci.
152. Appellationem non dari a mandato de evacuando decl. 1. non procedere si lis sit inter duos conductores.
153. Decl. 2. non procedere ubi non actum remedio possessorio, sed intentata actio realis.
154. Decl. 3. non procedere si admissa fuerit quaestio domiuii.
155. Idem si d. quaestio fuisset admittenda, et fuerit rejecta.
156. Decl. 4. non procedere si liquido non constet de locatione, vel de ejus fine.

CAPUT. LXV.

1 Finita demum locatione, et cessante ejus renovatione, clarum est conductorem debere rem conductam restituere domino *l. si quis conductionis c. locat.* et in hoc non est dubium, ut dicit Rot. cor. Greg. *dec.* 45. *num.* 1.

2 Imo si rem restituere recuset, dicitur invasor, et ut talis, condemnari debet restituere non dum rem ipsam, sed ulterius etiam ejus aestimationem, ut expresse sancitur *in l. conductor penul.* e. *loc. et in l. non ab re* *so.* e. *unde vi.* Si tamen
3 usq; ad sententiam contumax fuerit, ut in praefatis juribus expresse habetur, quidquid senserit Jo. sufficere, quod usq; ad litis contestationem, quem refellit Bart. *in d. l. non ab re vers. quaero in quantum.* Menoch. *recuper. rem.* 11. nu-
4 *mer.* 29. et si agatur rei condictione ex *d. l. si quis conduct.*
5 Secus si agatur actione locati, quia in ea venit sola restitutio rei, non autem dicta ulterior condemnatio ad aestimationem, ut distinguendo firmat Petr. Barbos. *in l. si alienam* 12. *numer.* 31. *vers. neque existimes ff. sol. matr.* et dicam etiam infra. Praxim. autem petendi, et assequendi hanc aestimationem requiritur a glos. *in d. l. conductores in ver. aestimationem*, et latius a Menoch. *in d. rem.* 11. *n.* 30. Caroc. *de locat. p.* 6. *rem* 14. *n.* 39.

6 Et restituere debet conductor rem in eadem essentia, et in eodem statu quo eam recepit *l. cum conductorem* 29. *ubi glos.* e *locat.* Rein. *consil.* 88. *numer.* 2. *et* 3. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 13. *numer.* 1. Cyriac. *contr.* 229. *num.* 1. Jos. Ludov. *decis. Perus.* 61. *numer.* 5. Unde est, quod tenetur tempore conductionis durante, et usque quo deveniat ad actum istum restitutionis, rem custodire, et conservare, ju-
7 xta late tradita *in capit.* 29. *numer.* 30. Et si non conservaverit, tenetur eam ad statum pristinum reducere, ut in eo illam restituere, juxta firmata per Burat *decision.* 400. *numer.* 5. et tenetur etiam ad omnia damna locatori reficienda, prout pariter, cum suis declarationibus, dictum fuit in praefatis cap. 29. *et* 30. At non propterea liberatur solven-
8 do interesse, si potest rem ipsam, et in eodem statu quo eam recepit restituere, nam in obligatione rem restituendi, non succedit obligatio ad interesse, nisi re perempta, sed obligatus cogitur praecise reddere si potest Alberic. *in l. si quis sub alio* §. *si quis promiserit numer.* 2. *vers. si reddere ff. de re judic.* ubi etiam quod si non possit, mora tamen, vel
9 dolo, aut culpa sua, non autem propter meram impossibilitatem, uti quia res perierit, est adhuc in facultate actoris petere rem, vel aestimationem Bart. *in l. stipulatione non dividuntur numer.* 9. *in fin.* ut *numer.* 38. *ff. de verb. oblig.* et ibidem Alex. *numer.* 23. *et* 29. Soccin. *numer.* 67. *et seq.* Bolognet. *numer.* 207. Rot. coram Burat. *decis.* 400. *num.* 7. *et* 8.

10 Et tenetur restituere rem non solum in substantia, sed etiam cum eisdem qualitatibus, cum quibus eam recepit, exemplumque commune, et practicabile est in agris, qui si re-
11 cepti sunt culti, debent etiam culti restitui, et si recepti sunt seminati, debent seminati restitui, et idem est si recepti cum fructibus pendentibus, et sic de similibus Federic. de Sen. *consil.* 110. *ante fin. vers. circa secundum* Mandel. *consil.* 124. *numer.* 8. Ruin. *cons.* 80. *n.* 1. *lib.* 1. Cyriac. *d. controv.* 229. *num.* 3. Surd. *decision.* 131. *numer.* 4. *et decision.* 201. *numer.* 7. Et si non restituat prout recepit, potest dominus agere contra eum actione primaeva Bart. *in l. qui sibi* 33. §. *qui Sticum. vers. solve ibi ff. de solut.* sive officio judicis deserviente actioni bonae fidei Cyn. *in l. exhibitionis* num. 2. *vers. unde ut haec materia e. ad exhiben.* et de utroque Rot. coram Burat. *decision.* 400. *numer.* 5. *et.* 6. Et tenebitur etiam ad omnia damna, et interesse, i- 12
taut si recepit fundum seminatum, et seminatum non restituat, non satis, erit restituere semen, et impensas, quas fe- 13
cerat dominus in serendo, sed etiam restituere debebit interesse respectu fructuum quos percepisset locator, si fundus satus fuisset Ruin. *cons.* 88. *num.* 4. *lib.* 1. Cyriac. *controv.* 229. *n.* 4.

Et hoc de jure; sed ubi aderat pactum in instrumento locationis, quod teneretur conductor in fine locationis dimittere tot terras seminatas, quot receperat, et quatenus non dimitteret, liceret domino retinere partem seminum deficientium, seu valorem eorum in finctibus, dubitatum fuit, an teneretur conductor ultra restitutionem seminum, etiam ad dictum interesse fructuum quos locator percipere potuisset, et videbatur dicendum, quod non, quia dum dominus reservaverat sibi solam facultatem retinendi semina, censeri debebat remisisse damnum praedictum *argu. l. eum. praetor ff. de jud.* ut notatorium per Din. Bart. et alios *in l. legata inutiliter ff. de legat.* 1. Sed his, et similibus non ob- 14
stantibus, contrarium in dicto casu consuluit Ruin. *d. consil.* 88. *numer.* 4. *et* 5. *libr.* 1. et optima ratione, quia licet adsit dictum pactum, quod locatori liceat retinere semina, non propterea cogitur ipse locator uti illa facultate, sed est in suo arbitrio, ut patet ex illo verbo, *liceat*, quod non importat necessitatem, prout ipse Ruin. pluribus juribus fir- 15
mat, et ultra eum tradunt etiam Soccin. Sen. *cons.* 115. *numer.* 5. *ad fin. vers. sed ad hoc respondeo lib.* 3. Menoch. *consil.* 381. *numer.* 23 Seraph. *decision.* 739. *numer.* 3. et est optimus text. *in l. quamvis in princip ff. de pign. act.* ubi dicitur quod si actum est, quod conductore existente non solvendo, liceat locatori vendere pignus, non est cogendus vendere, etiamsi conductor non sit solvendo, quia causa creditoris ita cautum est, ergo idem dicendum in casu praedicto propter identitatem rationis, et dum non cogitur loca-
tor uti pacto, sequitur, ut possit uti dispositione juris, secun- 16
dum quam potest ultra semen petere damna, ut supra firmatum est, et bene probat Ruin *d. cons.* 88. *num.* 5. *libr.* 1. et requitur Surd. *cons.* 98. *n.* 7.

Dubium oriri potest, stantibus praedictis in locatione mobilium, et semoventium, si non fuerint restituta locatori culpa conductoris, et lapsum sit longum tempus, itaut si pro damnis computaretur merces amissa ob non continuatam locationem, ad maximam summam, et excessi- 17
vam ascenderent, sed jam supra tetigi illud in capit. 12. et ex ibi traditis colligi poterit, quod aut res locata perempta est, et nihil post ejus interitum debebitur, utiamsi perempta sit culpa conductoris, quia re perempta, finitur locatio, et amissio mercedis rei mobilis, vel se moventis, non est damnum, sed amissio lucri etiam incerti, quia illa res quamvis restituta fuisset, poterat statim casu perire, quod secus est in stabilibus. Si autem res 18
non periit, ut tunc restituenda est ipsa res, vel ejus pretium, et quo ad interesse erit moderandum, ut non excedat valorem rei, prout colligitur signanter ex decisionibus singularibus in hac materia Fontanellae *decision.* 536. 537. et 538. sequendo magis opinionem Senatus Cataloniae, quam ipsius Fontanellae circa dictam moderationem interesse.

Ad argumentum vero illud, quod ipse Fontanell. facit *in d. decision.* 538. *numer.* 12. *et seq.* dicens, mercedes rei locatae, veniunt appellatione fructuum *l. praediorum ff. de usur. l. demum c. de rei vend.* Bocacc. *de interd. uti possidetis cap.* 18. *numer.* 21. Sed communis est praxis, quod ubi agitur ad rem, semper fiat condemnatio etiam ad fructus perceptos, seu qui percipi potuerunt de ipsa re e die motae litis, ergo si mota sit lis super restitutione animalis locati, debebit condemneri, qui illud conduxit, etiam ad mercedes a die moti judicii, quod quidem argumentum ei videtur indissolubile, ac proinde, post multa verba ad ornatum facta, ait, *super quibus tu qui doctus es excitabis ingenium*, unde non loquitur mihi, sed adhuc placet respondere, quod major propositio supponit, quod locatio duret, tunc enim verum est dicere, quod mercedes veniunt nomine fructuum, et quatenus locatio duret, totum argumentum procedit absque difficultate, adeout videatur deberi mercedes etiam excedentes valorem rei, si conductor culpa sua non restituat rem, et durante locatione judicium sustineat. Sed si locatio non durat, tunc argumentum non stringit, quia actualiter mercedes, et sic fructus cessant, nec potest certo asseri, quod

percipi potuissent, si conductor rem restituisset, cum non
possit dici certum, quod dominus continuare potuisset simi-
lem locationem, maxime tanto tempore quo mercedes exce-
derent valorem rei, ut dictum est supra.

Si autem conductor rem habeat, et non restituat, vi-
dendum est quae remedia competant domino, et in pri-
19 mis potest eam capere propria auctoritate, et conductorem
expellere juxta communem omnium opinionem de qua A-
lex. *consil.* 105. *numer.* 18. *libr.* 3. quae est adeo vera,
ut procedat etiamsi conductor praevenisset, et introduxis-
set de super litem ex remedio *l. diffamari* c. *de ingen.
et manumis.* quia adhuc eveniente fine locationis, posset
20 conductor propria auctoritate ingredi rem, et illius natu-
ralem possessionem adipisci, absque vitio attentatorum, nam
habebat possessionem civilem, et adeptio possessionis na-
turalis facta ab habente civilem, est actus accessorius ejus,
quod erat ante litem, et ideo non subjacet vitio attentati
c. cum. venisses, et ibi Abb. *de rest. spol.* Paris *consil.*
172. *numer.* 12. *lib.* 4. et in terminis Lancell. *de attent.
part.* 2. *cap.* 4 *lim.* 1. *numer.* 85. *et lim.* 5. *numer.* 3.
Posth. *de manut. obs.* 16. *numer.* 16. et dixit Rot. in Neapo-
lit. locationis cor. Litta apud March. *de commis. par.* 1. *fol.*
1081. *num.* 1. *et seq.*

Verum competit dicta facultas si constat locationem esse
21 finitam, nec sit necessaria desuper aliqua probatio, ut di-
ctum est de fine locationis ob non solutas mercedes in *ca-
pit.* 55. *numer.* 12. secus autem si necessaria sit aliqua
probatio, uti si praetendatur finis locationis ob superven-
tam necessitatem domino utendi re locata, quia probanda
necessitas judicialiter, ut dictum est *in capit.* 56. *numer.* 56.
22 et idem erit, si locatio fuisset ad tempus incertum, puta
ad vitam, vel generationem, quia ex inspectione instru-
menti, non constaret de fine locationis, sed probanda esset
mors, vel finis generationis, et ideo non posset de facto, et
propria auctoritate locator conductorem expellere Gabr. *con-
sil.* 88. *numer. ult. libr.* 1. Tomat. *decision.* 16. *numer.* 18
ubi quod hoc est cautum Rot. coram Gregor. *decision.*
105. *numer.* 11. Et idem est si praetendatur finis locatio-
nis alia de causa probationem requirente, uti si ob dete-
riorationem, vel rei alienationem Menoch. *consil.* 503. *nu-
mer.* 3.

Neque in dicto casu indubitatae finis locationis, poterit
23 conductor auctoritate propria expulsus, petere reintegratio-
nem etiam attento stylo Rotae reintegrandi ad statum, de
quo dictum est *in cap.* 28. quia finita locatione, non est sta-
tus aliquis ad quem conductor restitui valeat Seraph. *decis.*
777. *numer.* 6. *in recent. decision.* 56. *numer.* 2. *et* 3. Et
dictum est ibidem in fortiori casu, videlicet ubi expulsio fa-
cta esset quando adhuc durabat locatio dummodo postea ter-
minaverit.

At licet vere competat dicta facultas domino expellendi
24 conductorem propria auctoritate, et sine judice, tamen quia,
quod potest fieri sine judice, honestius fit cum judice, juxta
doctrinam Bart. *in l. creditores* 3. *in* 1. *lect. num.* 4. *c. de
pignor.* melius erit petere a judice associationem, juxta late
tradita *in d. cap.* 55. *nu.* 14. et prius *in capit.* 40. *num.* 49.
et seq. ubi, et an associatio danda sit absque citatione partis
de quo in his terminis pro affirmativa, ultra ibi citatos, Alex.
cons. 105. *num.* 27. *lib.* 3.

25 Et poterit etiam locator petere mandatum de expellendo a
quo incipere potest propter dictam facultatem expellendi
propria auctoritate Caroc. *decis.* 19. *num.* 52. et plene Cast.
decis. 42. *numer.* 12. vel ut dici solet in urbe, mandatum de
evacuando Rot. in. rom. domus cor. Pamphylio impressa per
Marches. *par.* 1. *fol.* 1016. *et in rec.* 692. *n.* 1. *par.* 1 Mer-
lin. *dec.* 376. *in princ.*

26 Et notabile est, judicium istud de re locata evacuanda es-
se possessorium, et ideo minores habere legitimam personam
27 in eo standi absq; curatore, prout in specie probavit, et in
casu occurrenti obtinuit Cancer. ut scriptum reliquit in suis
var. resol. lib. 2. *c.* 1. *n.* 223. *juxta Venetam impress*

Et esse judicium summarium in quo hic in urbe praemis-
28 so monitorio super evacuatione, eoque reproducto, citatur ad
dicendum contra, et productis juribus, seu examinatis testi-
bus super verificatione locationis, ac ejus terminationis, absq;
alia observatione terminorum substantialium citatur ad sen-
tentiam, et loco sententiae videndum decerni, et relaxari man-
datum de evacuando, quod statim decernitur, nisi infra de-
cem, vel alium terminum arbitrio judicis, ut in praxi Salus.
Tiber. *lib.* 2. *c. ult. n.* 1.

Et poterit locator, si velit, locatione finita, ratione posses- 29
sionis civilis, petere manutentionem pro recuperatione natu-
ralis Bart. *in l.* 1. *§. ait praetor numer.* 17. *ff. uti possid.*
Bero *cons.* 102. *numer.* 43. *et seq. lib.* 1. Hond. *consil.* 21.
numer. 19. *et seqq. libr.* 2. Men. *retin. rem.* 3. *numer.* 22.
Grat. *disc.* 899. *numer.* 6. etiam ubi ageretur de locatione 30
ad longum tempus, et possessio naturalis esset penes haere-
des conductoris, ut plenissime firmat Rot. post Posth. *de ma-
nut. decis.* 293. *numer.* 1. *et* 2. et in emphyteusi *decision.*
79. *numer.* 3. *par.* 5. *et decis.* 89. *numer.* 21. *part.* 9. *re-
cent.* et etiamsi e contra mortuus esset locator, quia posset pe- 31
ti manutentio ab ejus haerede, etiam adversus tertium in
quem conductor alienasset, ut de proprietario, et ejus haere-
de adversus eum in quem alienavit usufructuarius tradit Ti-
raq. *in tract. mors omnia solvit p.* 3. *decl.* 1. *num.* 8. et ex
eo in proposito nostro Rot. *in d. decis.* 293. *num.* 2. *et* 3. et
Posth. *de manut obs* 16. *num.* 49. *ad fin.*

Nec ad istum effectum consequendi manutentionem adver-
sus conductorem indiget locator alia probatione, quam ea, 32
quae deducitur ex ipsamet locatione, haec enim satis probat
ipsius possessionem inter ipsos contrahentes, ut firmatum est
supra *c.* 27. *num.* 92. et ultra ibi adductos in hoc proposito
Papien. *in for. libell. pro turbat. possess. ver. hodie numer.*
6. Menoch. *retin. rem.* 3. *num.* 571.

Requiritur tamen etiam ad hunc effectum finem locationis 33
esse clarum, et indubitatum, alias manutentio donec de eo
cognoscatur non erit danda domino, sed conductori Grat.
disc. 633. *num.* 16. *et seq.* Posth. *de manu. obs.* 16. *numer.*
47. Greg. *decis.* 105. *numer.* 15. Aud. *decis.* 62. *numer.* 7.
ex quibus patet parum curandum de Hond. qui sensit con-
trarium *in cons.* 86. *num.* 41. *lib.* 2.

Et procedunt praedicta etiam ubi adesset statutum conti- 34
nuans possessionem defuncti in haeredem, quia adhuc, ubi
finis locationis est clarus, non potest haeres conductoris prae-
tendere in se continuatam possessionem bonorum locatorum,
et ex ea se manuteneri Cuman. *cons.* 173. *n.* 4. Cyriac. *con-
trov.* 12. *num.* 59. *et seq.* Maresc. *var. res. c.* 116. *num.* 6.
lib. 2. Rot *decis.* 263. *numer.* 2. *vers. adhuc nihilominus,
et seq. par.* 2. *recent.* Coccin. *dec.* 488. *num.* 4. *vers. non
fuit per dominos.* Idque non solum si controversia sit cum lo- 35
catore, vel ejus haerede, sed etiamsi sit cum tertio, dum e-
nim jus conductoris est mere personale, non potest ejus pos-
sessio ullo modo juvare haeredem, nec etiam contra tertium,
ut aperte censuit Rota coram Coccin. *in d. decision.* 488.
numer. 10. *et* 11. quidquid contrarium senserit Fenzon.
ad statut. urb. cap. 147. *numer.* 23. quem secutus est Po-
sth. *de manu obs.* 55. *numer.* 65. *ad fin. vers. prout secus,*
quia Fenz. allegat solum dictam *dec. Coccini*, quae contra-
rium penes me aperte dicit. Secus autem si finis locationis, 36
non sit clarus, quia tunc intrat statutum, et datur haeredi
manutentio Fenzon. *ad stat. urb. c.* 147. *numer.* 24. Posth.
de manu. obs. 55. *num.* 65. Rot. coram Aodr. *decis.* 36. *nu-
mer.* 3.

Praeterea ubi conductor denegaret rem conductam finita 37
locatione restituere, diceretur invadere, et spoliare *l. condu-
ctores. penult. c. locat.* et competeret adversus eum reinte- 38
gratio, et actio spolii, prout competere adversus denegantem
restituere rem detentam, et in specie adversus colonum est
text. in *l. colonus* 12. *ff. de vi, et vi arm.* et tradit Ang. *in l.
si quis conductionis post princ. vers. item conductori da-
tur c. loc.* et competere remedium canonis reintegrandae Ca-
roc. *part.* 6. *rem.* 15. Anch. *cons.* 248. *num.* 4. Pontan. *de
spol. lib.* 1. *num.* 23. Rot. *decis.* 88. ubi quod cum spolium
non sit violentum, primum extremum probatur praesumptio-
nib. *p.* 1. *div.* et competere condictionem quamdiu posses-
soriam ad recuperandam possessionem dixit Rot, cor. Serap.
dec. 896. *num.* 3.

Competitque hoc remedium spolii etiam contra singularem
successorem conductoris ut in specie firmat Rot. Bon. *div.* 39
dec. 129. *num.* 31. Ruginell. *de appel. §.* 2. *cap.* 3. *n.* 657.
vers. possessorium, et potest dominus restitutionem petere
ex l. si c. de acq. poss. ex qua habetur remedium restituto- 40
rium momentaneae possessionis proprie concessum in casibus,
in quibus nulla vis committitur propter consensum illorum 41
quorum corpore dominus rem possidet, ut alius rem habeat
Ruin. *cons.* 172. *numer.* 4. *et seq. lib.* 4 *et cons.* 77. *numer.*
3. *libr.* 5. et aliis adductis late Contard. *de moment. in am-
pliat num.* 82. *et seq.* ubi et *num.* 90. quod remedium ejus-
dem legis competit, sive conductor alienet sponte, sive coa- 42
cte, puta si in executionem sententiae alium in dominium, vel

possessorem recognoscat, de quo Baniotend. *dec.* 93. *per tot.* et praedicta omnia sequitur etiam, et comprobat Roginel. *de appell.* ꝶ. 2. *c.* 3. *n.* 660. *et pluribus seq.* et tangit Rip. *var.* c. 12. *num.* 109. *ad fin.*

43 Est tamen necessarium remedium dictae legis, vel specialiter intentare, vel ita narrare factum, ut comprehendi possit esse intentatum secundum Cout. alios adducentem *in d. ampl. numer.* 85.

44 Habet autem locator remedium recuperandae possessionis, non tantum ex generali edicto, sed ex legibus particularibus quibus expresse cavetur illam ei restitui, nempe *ex l. conductores* 34. *c. loc. et ex l. non ab re* 10. c. *unde vi* per quas injungitur quoque poena dupli conductoribus illam restituere detrectantibus, ut notat glos *in l. si cui* 51. *ver. juratum post med. ff. loc.* debent enim condemnari nedum restituere rem, sed etiam ejus aestimationem, ut tetigi supra hoc c. *numer.* 2.

45 Impeditur tamen restitutio possessionis ex remedio harum legum petita, si al qua justa, et rationabilis causa retinendi opponatur a conductore Menoc. *retin. rem.* 11. *num.* 4. ubi *num. seqq.* subdit, quae sint istae justae causae, quas penes eum videre poteris, ac etiam illas requirere supra suis locis, puta causam melioramentorum *in cap.* 34. ꝶ. 3. *numer.* 48. renovationem tacitam locationis c. 64. et sic de singulis.

46 Et quando impediri nequit rei restitutio, adhuc impediri potest dicta ulterior condemnatio in aestimationem, quia est poena ad quam evitandam sufficit quaelibet causa excusans a dolo, vel culpa, ut late per Menoch. *recuper. d. rem.* 11. *numer.* 24. *et seqq.* ubi refert plura, quae ad hoc deduxit in quandam casu contingenti, ex quibus colligitur signanter, quod in rudi, etiam ignorantia juris excusat et in quolibet, ignorantia facti, puta, si esset haeres conductoris qui praesumitur ignorare conductionem defuncti, de quo latius loquitur *num.* 50. *et seq.* obi vult procedere, nisi probetur scientia, vel agatur de haerede suo, et necessario, qui cum ipso defuncto moraretur et licet ibi loquatur absolute, quod his cessantibus, non datur adversus haeredem remedium recuperandae possessionis ex praefatis legibus, ex Bart *in d. l. non ab re num.* 3. tamen intelligendum videtur, quo ad dictam poenam dupli, a qua excusatur haeres propter praesumptam ignorantiam, prout Bartolum intelligit Dec. *in l. qui in alterius* 42. *num.* 1. *in fine.*

Est autem speciale remedium dictarum legum, et differt a remedio *l. si quis in tantum* c. *unde vi* in pluribus relatis per glos. *ult. in d. l. non ab re.* c. *unde vi* quam ibi approbat Bart. et latius differentias adducit Men. *recup. rem.* 11. *numer.* 62.

Caetera, quae dici possent de remedio praefatarum legum
47 omitto, tum quia videri possunt penes Menoc. *d. rem.* 11. tum etiam, quia transeo *ad l. si quis conductionis* c. *locat.* quae magis specialis est, et magis praecise providet et praebet remedium melius locatori Caroc. *de locat. port.* 6. *rem.* 14. *numer.* 39 *ad fin.* sed simile, ita ut de eo dicendo, facile poterunt applicari etiam remedio praefato Menoch. *d. rem.* 11. *numer.* 6. *et* 35.

48 Est autem praefata *lex si quis conductionis* subtilis, et singularis in jure non habens sociam, ut notat in ea Ang. *in prino.* et ideo ejus verba praecisa refero, prout retulit etiam Rot. *decis.* 89. *numer.* 3. *part.* 9. *recent.* sunt autem: *si quis conductionis titulo agrum, vel quamcumque aliam rem accepit, possessionem prius restituere debet, et tunc de proprietate litigare.*

Verbis autem praedictis attentis, patet in primis conducto-
49 rem obligari ad factum restitutionis, et inde sequitur teneri praecise restituere, nec liberari constituendo se nomine domini possidere, nec solvendo interesse, ut firmat Caroc. *par.*
50 6. *rem.* 14. *num.* 10. et vigore hujus legis dari actionem per-
61 sonalem, quae proprie ea est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum *l. actionum* 24. ꝶ. *in personam ff. de act. et oblig.* ꝶ. *omnium inst.*
62 *tit. de act.* Soc. Jun. *cons.* 145. *num.* 31. *lib.* 1. ac proinde verius videtur, quod singularis successor hoc remedio conveniri non valeat, ut tradunt Alex *cons.* 12. *numer.* 6. *libr.* 4. Pontan. *de spol. lib.* 3. *numer.* 138. *in fi.* Caroc. *de loc. tit. de act. rem* 14. *numer.* 29. Rot. *dec.* 464. *numer.* 1. *part.* 1. *div.* lan Adden. *ad decis.* 420. *num.* 98. *et seqq. par.* 4. *tom.* 2. *rec.* licet contrarium senserit Rot. Bonu. *div. decis.* 129. *nu.* 30. et ibi Addeo. *ver quantum ad illud*, si tamen
63 non agatur de successore in ipsa locatione, quia tunc bene conveniri posset uti conductor ex adductis infra *n.* 55.

Respecto autem actoris, nempe locantis, dicta actio transit in quem libet habentem ab eo causam, secundum Caroc. *d. tit. de act. rem.* 14. *numer.* 29. *ver. bene verum est, sed* Aug. quem ipse allegat., *in d. l. si quis conductionis in fin.* dicit, id quod ibi habetur de conductore, ut non referat quaestionem dominii, quando convenitur ut conductor, vindicare sibi locum in omnibus habentibus causam ab agente, et conveniuntur actione utili ex *d. l.* ita ut ejus sensus sit, quod remedium d. legis non solum competat contra conductorem, sed etiam contra omnes alios habentes causam ab actore, de
quo dicemus infra, non autem, quod actio transeat in quam- 54
libet causam a locatore habentem, necessaria est enim cessio, vel pactum acquirendi jura locatoris gloss. *in l. aristo ver. pignus vers. in secundo casu ff. quae res pign. vel hypoth. oblig.* Mantic. *decis.* 69. *num.* 3. Rot. *decis.* 202. *num.* 3. *et* 4. post Cene. de Cens. mediante autem cessione bene transit in quemlibet, ut plene firmat in specie Rot. Bonon. *div. dec.* 119. *n.* 1. *et seq.*

In haeredem vero actio ista transit tam active, quam passi-
ve, nempe, tam in haeredem locantis, quam conducentis, quia 55
in ipsos transit locatio ipsa, ut dictum est suo loco, et sic si locator conveniat haeredem illius, qui conduxit, conductorem convenit Fel. *in c. inter dilectos num.* 21. *de fid. instr.* Cephal. *consil* 47. *numer.* 4. *in fin. cum seqq.* Rot. Bonon. *div. decision.* 129. *numer.* 32. *et* 33. ubi quod admittunt omnes Merlin *decis.* 376. *numer.* 2. excusari tamen haeredem ex probabili ignorantia, tradit Pont. *de spol. lib.* 3. *numer.* 138.

Ex praefato etiam contexto verborum legis patet; quod ut 56
quis ejus vigore obtinere valeat, probare debet contractum locationis, in quo consistit praecipuum fundamentum hujus remedii Pontan. *de spol. libr.* 3. *numer.* 132. Nec non probare debet, quod locatio expiraverit, ac contumaciam restituere debentis, et his tribus tantum probatis, obtinebit Rot. *decis.* 222. *ante numer.* 1. *par.* 8. *post princ. et dec.* 89. *in pr. p.* 9. *recent.*

At licet sufficere probationes leviores dixerit Grammat. *cons. civ.* 54. *ante numer.* 1. *et num.* 3. *ad fin.* Tamen con-
trarium videtur verius cum Ruin. *cons.* 199. *num.* 6. *lib.* 5. 57
quia necesse est, quod saltem de locatione clare constet addit
ad gloss. *in eadem. l.* Clarum autem est locationem probari 58
per instrumentum publicum *decis.* 222. *num.* 1. *part* 8. *re-
cent.* ubi maxime si concurrant solutiones pensionum. At 59
non propterea si deficit instrumentum, deficit modus probandi, sed sufficiunt testes Castill. *decis.* 229. *numer.* 5. Merlin.
decis. 376. *num.* 3. *vers de locat. et seqq.* ubi probat suffi- 60
cere testes de confessione deponentes, quamvis sint singulares, quia non agitur de probandis singulis confessionibus, sed de probando facto successive ex confessionibus resultante, in quem conveniunt, et conspirant omnes confessiones, ut consuluit Aret. *cons.* 36. *numer.* 2. *et seq.* dummodo tamen sint plures testes de confessionibus, nam si unus tantum deponat de ea, et alius de auditu, non sufficiunt, ut dixit Rot. cor Manzan. *dec.* 751. *num.* 5. *et* 6.

Et idem dici poterit de qualibet alia concludenti probatio- 61
ne Pontan. *de spol. libr.* 3. *numer.* 132. dummodo tamen convincatur locatio pro certa mercede, quae est necessaria ad
esse locationis, ut alibi dictum est, et in specie, ut sit neces- 62
saria ad hoc, ut competat dictum remedium *l. si quis conductionis*, Rot. coram Manz. *d. decis.* 751. *num.* 1. Adden. *ad dec.* 420. *num.* 102. *et seq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Adeout etiamsi probatum esset dominium actoris, adhuc cessante pro-
batione certae mercedis, locus esset sententiae absolutoriae 63
ab observatione judicii, quae fertur quando actio intentata non competit Papino. *in for. libell. act. real. num.* 3. *vers. quia libellus est male conceptus* Marant. *in prax. part.* 5. *prin. num.* 5. Rot. *in d. dec* 751. *n.* 2.

Hinc advertat, qui causam incipit pro recuperatione rei, non se adstringere ad unicum remedium, sed petere omnia, omnesque actiones intentare, vel saltem apponere in libello, seu
in monitorio, quod hic in urbe praecipue coram Aud. Cam. 64
succedit loco libelli, solitas clausulas salutares *deducens omne jus, omnemque actionem etc.* quibus stantibus, potest ferri sententia ex alia actione non expressa Felin. *in c. licet* Heli *num.* 44. *de simon.* Marant. *in prax. part* 6. *princ. memb.* 3. *nu.* 15. et in specie, quod vigore harum clausularum censeatur intentatum dictum remedium *d. l. si quis conductionis*, quamvis non expressum fuerit in libello plene firmavit Rot. Bonon. *div. dec.* 119. *num.* 25.

At non sufficiunt praedictae clausulae quando apparet ex

ipso libello, et postea prosecutis fuisse intentatum remedium
65 certum, ad illudque actorem se restrinxisse Surd. *cons.* 173.
num. 24. *et seq.* Hond. *cons.* 63. *in fin. lib.* 2. Et in specie
quod si appareat actorem se restrinxisse ad dictum remedium
l. si quis conductionis, non possit ferri sententia ex alio com-
petente Rot. cor Manzan. *in d. dec.* 751. *num.* 3.
66 Nec est necesse probare locationem expressam, sed sufficit
etiam tacitam, ad hoc ut remedium praefatum competat Flam.
67 de Rob. *cons.* 8. *num.* 52. Unde competit etiamsi post fini-
tam locationem expressam, tacita fuerit res reconducta Soc.
Jun. *cons.* 56. *num.* 7. *et seq. lib.* 2. Barz. *decis.* 115. *num.*
17. *vers respondetur enim* Rot. in rom. domus cor. Pamph.
impres. per March. *por.* 1. *fol.* 1016. nu. 3. *ad med.* Dum-
68 modo tamen tacita reconductio sit finita, ut per Merlin. *dec.*
736. *n.* 7.
69 Non tamen proderit contractus locationis, licet juratus, si
per partem opponatur simulatio obtenta prius absolutione a
juramento, dicit Pontan. *de spol. lib.* 3. *num.* 132. *in fin.*
ubi tamen allegat solum Mohed. *dec.* 186. *quae hodie est* 26
de renunt. et de hoc non loquitur. Et quando admittenda sit
ejus opinio, intelligenda saltem erit procedere, si simulatio-
70 nem probaverit concludenter, quia in judiciis possessoriis non
satis est opponi exceptionem simulationis, nisi concludenter
probetur, nec sufficit probatio per solas praesumptiones Viv.
decis. 474. *num.* 33. Rot. *dec.* 677. *n.* 2. *par.* 2. *rec et dec.*
436. *num.* 8. post Cruc. de Cens.
71 Finis autem locationis qui est aliud requisitum, ut compe-
tat dictum remedium, convincitur aperte ex lapso temporis,
pro quo facta fuit, et si non est expressum tempus, ex lapsu
ejus pro quo facta praesumitur, *ut in d. decision.* 376. cor.
72 Merl. et si facta ad vitam, convincitur ex fide obitus extracta
ex libro mortuorum *d. dec.* 89. *num.* 2. *part.* 9. *recent.* Et
quo ad difficultates quae oriri solent pro quo tempore facta
censeatur, recurrendum erit ad tradita suis locis, et signanter
in c. 53. quomodo vero probetur finita, si ad lineam, vel ge-
nerationem facta sit, dicam infra.
73 Contumacia vero conductoris satis resultat ex quo, locatio-
ne finita, conductor pulsatus rem non dimittit, ut dictum est
eum teneri *d. dec.* 89. *n.* 2. *vers. contumacia autem par.* 9.
rec. Merlin. *dec.* 376. *n.* 7.
74 Volunt aliqui locatorem in hoc judicio probare etiam de-
bere se possedisse Caroc. *de locat. par.* 6. *in tit. de act rem.*
14. *num.* 34. et reddi potest ratio hujus opinionis, quia hoc,
uti remedium recuperandae necesse habet hoc extremum pos-
75 sessionis antecedentis actoris, cum non possit restitui ad pos-
sessionem, nisi qui eam habuit Rip. *in l. si aliquam rem in
fin. ff. de acq. poss.* et aliis adductis Contar. *de mom. poss.
in ampl. n.* 77.
Verum si constet de locatione, prout est necessarium, uti-
que ea sufficienter probabit possessionem contra conducto-
rem, nec propterea ulterioris probationis adest necessitas, cum
conductor in hoc judicio ejus quaestionem refricare non va-
76 leat, ut infra probabitur, et solum opponi poterit adversus
locatorem, quod non possederit si doceatur conductorem ip-
sum fuisse possessorem, ac dominum, et ignoranter conduxis-
se, ut in casu Grat. *consil.* 90. *numer.* 15. *lib.* 1. et declarat
Scac. *de appel. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 6. *n.* 40. *vers casus hu-
jus illotionis.*
77 Revertendo autem ad verba *d. l. si quis conductionis* su-
pracitata, ex eis patet quoque, quod nedum non tenetur ejus
vigore agens, dominium probare, ut tradit Rot. *dec.* 79. *n.*
8. *part.* 5. *recent.* et comprobat Adden. *ad decis.* 420. *nu-
mer.* 101. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Sed neque permitti reo de
illo quaestionem refricare, dicunt enim, quod possessionem
prius restituere debet, et tunc de proprietate litigare, unde
patet hoc esse remedium possessorium, et non posse in eo ad-
misceri causam proprietatis, prout tradit Soc. Jun. *cons.* 182.
78 *num.* 3. *lib* 2. Et sic non potest conventus remedio dictae le-
gis opponere de dominio glos. *in c. inter dilectos ver. dilectio
de fid. instr.* Soc. Jun. *cons.* 56. *num.* 8. *lib.* 2. Curt. Jun.
cons. 122. *num.* 1. Barz. *decis.* 115. *numer.* 7. *ad med.* Et
neque de dominio proprio, neque de alieno Pontan. *de spol
lib.* 3. *num.* 133. *vers. adeo ut*, Rot. *decis.* 222. *nu.* 6. *par.*
8. *rec.* Quod secus est si agatur actione locati, quia in ea op-
79 poni potest de dominio proprio, ea ratione, quia locatio sit
nulla, ubi quis conducit rem propriam Menoch. *recup. rem.*
11. *numer.* 45. Petr. Barbos. *in d. l. si alienam numer.* 27
Scac. *de appel. q.* 17. *lim.* 6. *membr.* 6. *num.* 37. *vers. ra-
tio est ad fin.*
80 Unde melius erit in libello exprimere, quod intentatur re-
medium legis praedictae Dec. *consil.* 28. *num.* 3. *post med.
vers. secundum* Ang. Rot. *decis.* 222. *num.* 4. *part.* 8. *rec.*
Certius enim hoc modo rejicienda erit exceptio dominii Man-
dell. *cons.* 435. *numer.* 8. licet hoc non sit necessarium, sed
sufficiant clausulae salutares in libellis apponi solitae, ut di-
ctum est supra; imo, et sufficere intentatum esse remedium
supradictum *l. conductores c. locat. et l. non ob ra c. unde
vi*, quia in his legibus, uti magis generalibus comprehenda-
tur etiam dispositio *d. l. si quis conductionis* tradit Menoch.
recup. rem 11. *n.* 6. *et* 35.
Controversum tamen, est an hoc procedat etiam ubi de do-
minio clare constaret, quod enim tunc admittenda sit excep-
tio sensit Alex. *in l. si aliquam rem. ff. de acq. pos.* et Rip.
in l. naturaliter §. *nihil. commune numer.* 35. *ff. eod.* Me- 81
noch. *rec. poss. rem.* 11. *num.* 44. et plene aliis adductis Rot.
Bonon. *div. decis.* 129. *num.* 43. *et seqq.* at faciunt ultima
verba textus ibi, *et tunc de proprietate litigare*, quae sup-
ponunt super proprietate cadere posse litem, et sic eam esse
dubiam.
In contrarium vero facit, quod dicitur etiam praedonem es-
se restituendum c. *in literis ad fin. de rest. spolio.* inde enim
infertur non curandum, quod locator non sit dominus, sed re-
stituendam ei esse possessionem, de qua constat ex ipsa loca-
tione, et hanc opinionem pluribus adductis firmat in specie
Petr. Barbos. *in l. si alienam* 12. *sub.* num. 34. *post med.
vers. sed non placet ff. sol. matr.*
Et in hac controversia videtur in primis dicendum requi- 82
ri probationem esse jam factam, nec sufficere conductorem
dicere velle probare, etiamsi dicat, velle probare prompte, et
incontinenti, ut firmat Rot. *decis.* 222. *num.* 5. *part.* 8. *rec.*
et comprobatur, quia non debet praeberi ansa conductori, ut
praetextu probationum faciendarum, spoliet locatorem pos-
sessione, quam ex conductione ipsa plene constat penes eum
esse, juxta late tradita per Menoch. *rec. rem.* 1. *numer.* 242.
vers. qua sane ratione, et Pontan. *de spol. libr.* 3. *nu-
mer.* 133.
Secundo videtur non sufficere quamlibet probationem, e- 83
tiam jam factam, et concludentem, sed requiri de ea specie,
quae faciat rem claram ut manifestam, et quae alias proba-
tiones contrarias, vel non admittat, vel superet, ut concessio
partis, et res judicata Alex *in l. si aliquam* 28. *nu.* 35. *vers.
praeterea in multis ff. sol. matr.* Pontan. *de spol. lib.* 3. *n.*
136. Ratz. *dec. Bonon.* 115. *n.* 14. *vers. respondetur enim
latissime.* Adden. *ad dec.* 420. *numer.* 82. *part.* 4. *tom.* 2.
recent. Unde non sufficeret probatio per testes, et signanter 84
quia probatio ista requirit inspectionem, tam circa eorum
personas, quam etiam circa eorum dicta, et validitatem exa-
minis, et ulterius probationem contrariam non excludit, qua
ratione exceptio per teste probata, non facile admittitur in
executivis, et summariis judiciis Put. *dec.* 32. *ad fin. lib.* 1.
in corree. Coccin. *decis.* 604. *num.* 4. *et decis.* 1565. *num.*
12. Et fuit etiam firmatum in Rom. dotis et fructuum 2. mar-
tii 1674. §. *Hinc. domini et seq.* cor. R. D. Albergato De-
cano, et in puncto, imo in fortioribus, quod adversus em-
ptorem bonorum hoc remedio agentem, non valeat conductor
opponere de emptione antecedenti a se facta per testes proban-
da Ruginel. *de appel.* §. 2. c. 3. *sub n.* 657. *post med vers. re-
plicabat.* Et quo ad confessionem, adverte non sufficere si sit 85
aequivoca, uti quia referri possit ad dominium utile, median-
te locatione ad longum tempus facta, conductori pertinens, ut
bene animadvertit Rot. *in dec.* 89. *num.* 37. *et seq. part.* 9
rec. Stante autem confessione clara, vel re judicata, vel simi-
li probatione quae faciat rem claram, et manifestam, non ob-
stat. quod adhuc non sit considerandum dominium ex quo e-
tiam praedo sit restituendus ad possessionem, et reintegran- 86
dus, quia procedit in spolio violento, non ubi non intervenit
violentia, prout in conductore, ut declarat Adden. *ad d. dec.*
420. *n.* 64. *et seq. part.* 4. *tom.* 2. *rec.*
Tertio non videtur sufficere quamcumque dominii proba- 87
tionem, si de tempore locationis conductor illud habebat, et
scienter conduxit, quia tunc per conductionem transtulisset
possessionem in locantem, et sibi imputare deberet, unde
solum de dominio apponere potest, quando post locationem sibi
supervenit, puta si postea emit forte subhasta Ceph. *cons.* 328 88
n. 3. Rim. Jun. *cons.* 121. *n.* 23. *at per tot.* Pontan. *de spol. lib.*
3. *c.* 5. *n.* 134. ubi de communi, et contrarios rejicit Valasc. *cons.*
42. *n.* 3. Menoc. *recup. rem* 11 *n.* 42. *et* 43. Fab. *in c. lib.* 4.
tit. 42. *def.* 10. Add. *ad dec. Bonon. div.* 129. *in quinta par.
vers. tertio quando post.* Vel si ignoranter rem suam con- 89
duxit Valasc. *d. cons.* 42. *num.* 5. *d addit. vers.* 4. *quando*,

Caroc. *d. part.* 6. *rem.* 14. *num.* 18. quae tamen ignorantia
probanda erit, ut per Grat. *cons.* 90. *num.* 15 *in fin. lib.* 1.
90 Et tunc etiam solum prodest, ou u conductor urdum erri do-
minus de tempore conductionis,s:d etiam possessor Sor. Sen.
con. 187. *in princ. lib.* 2. Pontan. *de spol. libr.* 3. *c.* 5. *nu.*
135. *ad fin, vers. quae tamen* Caroc. *d. rem.* 14 *n.* 19.
91 Dum autem non potest opponi exceptio dominii, aliq; nec
alia minor, aut debi... iur,uti hypothecae, opponi valebit Cart.
Jun. *cons.* 122. *num.* 1. Caroc. *de locat. par.* 6. *rem.* 14.
92 *num.* 3. et quod neque ... efvicare valeat conductor quaestio-
nem possessionir Menoc. *con.* ... 711. *sub nu.* 31. *et seq.* Merl.
93 *decis.* 376. *numer.* 1. *ad fin.* ... eadem ratione neque posse
opponere de jure redimendi per eu... quaesito ab eo,qui illo
sibi reservatu, rem locatori vendiderat, ... antabiliter definitum
94 habetur penes Fab. *in c. lib.* 4. *tit.* 42. ... *fin* 12. ubi et for-
tius, quod etiamsi locator passus fuerit iut... roduci secum, et
contestari litem super illo jure redimendi, adhuc non obsta-
95 bit. Et generalius loquendo, quod non possit conductor alia
ratione relle retinere Soc. Jun. *cons.* 56. *n.* 8. *lib.* 2. sed hoc
96 dictum ita generale, patitur difficultatem, quia potest retine-
re pro expensis utilibus, et necessariis in re factis, ut dicit
Pontan. *de spol. lib.* 3. *n.* 137. et vide tradita *in c.* 34. 3.
n. 48. *et seq.*
97 Neque admittitur in hoc judicio aliqua reconventio Pontan.
de spol. lib. 3. *num.* 137. *in fin.* ubi allegat Bart. *in l. com-
pensationis.* 13. *c. de compensat.* ubi sub *nu.* 10. ait, quod
doctores per eam legem dicunt, in deposito non esse locum
98 reconventioni, et prius *num.* 9. *ad med.* dicit in specie,quod
si agatur conditione *ex. d. l. si quis conductione* non potest
opponi compensatio.
99 Minus admittitur in hoc judicio exceptio nullitatis locatio-
nis, nam etiamsi ea sit nulla restituenda est possessio Petr.
Barbos. *in l. si alienam* 12. *num.* 33. *vers. infertur secun-
do ff. sol matr.* ubi respondet Decio, qui contrarium tenet
100 *in l. neque pignus n.* 4. *ff. de reg. jur.* relevaret tamen nul-
litas locationis, si simul concurreret,quod locator de tempore
locationis rem non possideret,ut probat idem Barbos. *nu.* 34.
101 sed hoc non procedit,si possedisset de eo tempore ipse condu-
ctor,ac dominium quoq; habuisset, et inde nullitatem allega-
ret, quia non audiretur, nisi simul ignorantiam suam proba-
ret, ut dictum est supra, et late probat Pontan. *de Spol. lib.*
3. *num.* 133.
Denique hoc unum ulterius annotare placet circa *d. le-*
102 *gem si quis conductionis,* quod aliqui voluerunt, eam, uti
specialiter loquentem de conductoribus,esse in odium eorum
factam, ac favore locatorum, et proinde aliis non prodesse,ut
signanter Stella *in l. repetitio n.* 53. *ff. de condict. indeb.*
103 Sed reprobantur passim,et signanter a Petr. Barbos *in d. l. si
alienam n.* 32. *ff. sol. motr.* quod enim ejus remedio uti va-
leat etiam qui commodavit rem, sensit Bart. *in l. compensa-*
104 *tiones* 14. *n.* 9. *ad med. c. de compensat.* Et generaliter ha-
bere locum ubicumque quis causam habet ab agente, vel a-
lias ejus nomine detinet rem propter identitatem rationis,
tradunt Ang. *in ipsa. l. ad fin.* Felin. *in c inter dilectos n.*
20 *de fid. inst.* Dec. *cons.* 56. *n* 4. *ante med.* Mandel. *cons.*
435. *n.* 8. Neviz. *cons.* 37. *n* 27 Cravet. *cons.* 157. *n.* 1. Et
aliis adductis, plenissime firmavit Rot. *dec.* 89. *n.* 16 *ad* 19.
par. 9. *rec.* Et procedere adversus quemcumque recipientem
cum onere restituendi Caval. *dec.* 171. *n.* 2. Et quamvis a-
lii opinionem istam restrinxerint ad casus in quibus qui con-
venitur, non possidet sibi,sed actori,et voluerint sufficere ad
evitandum dictum remedium,quod sibi naturaliter possideat
et sic negaverint illud dari adversus emphyteutam, vel ad
longum tempus conductorem, ut videre est penes Rim. Sen.
105 *cons.* 44. *nu.* 19. *et seqq.* Tamen eos late reprobavit Rot. *in
dec.* 222. *n.* 10. *et seq. par.* 8. *et in d. dec.* 89. *n.* 8. *et seq.*
ubi *et n.* 15. refert multos dicentes idem procedere in feodis
par. 9. *rec.* Dummodo possidentes, contra quos agitur, ha-
106 beant causam ab investitis,nam aliar hoc remedium non com-
petit, ut dictum est supra, et in his terminis Rot. *dec.* 24. *n.*
6. post Porth. *de manut. dec.* 290. *n.* 6. *par.* 1. *rec.* Prout e-
tiam licet aliqui velint procedere tantum in contractibus lo-
cationi similibus Menoch. *recup. rem.* 11. *n.* 62. Contar. *de
107 moment. in ampl. n.* 76. Tamen procedit etiam in dissimili-
bus *ut d. dec.* 89. *n.* 16. *par.* 9.
In reliquis si quid ulterius cupis circa *d. l. si quis condu-
ctionis* ad Caroc. *de locat. in par.* 6. *rem.* 14. ubi cumulat
novem ampliationes, et 17. limitationes ad regulam ejusdem
108 legis, ac alia addit in parte non inutilia. Ultra praedicta re-
media possessoria posset etiam locator agere actione locati,

quae competit sine dubio etiam pro restitutione rei Alex. *in
l. si aliquam rem nu.* 35. *ff. de acq. poss.* Molphes. *ad con-
suet. Neapol. tit. de loc. q ult. n.* 4. Sed non facile expediens
erit nam difficilius obtinebit, ea mediante, recuperationem, 109
cum sit actio ordinaria, ut supra dictum fuit *in c* 39. *n.* 4.
et in ea opponi possit exceptio dominii ipsius conductoris,
quae non opponitur agenti ex remedio *d. l. si quis condu-
ctionis,* ut dictum est etiam supra ex relatis per Men. *recup.
rem* 11. *n.* 45. et Petr. Barbos. *in l. si alienam* 12. *nu.* 27.
ff. sol. matr. Et ulterius in ea non venit condemnatio in du- 110
plum, juxta *l. conductores c. loc. et l. non ob re c. unde vi*
de quibus supra, prout venit in dicto remedio *l. si quis con-
ductionis,*ut tradit idem Petr. Barbos. *ibid. vers. neque exi-
stimes,* in quo tamen contrarium videtur sensisse Bart. *in l.
non ab, re* 11. *n.* 1. *ad med. vers quidam dicunt c. unde vi*
licet e contra in actione locati, veniat etiam condemnatio ad 111
mercedes non solutas, quae non venit in dicto remedio Alex.
in l. si aliquam rem n. 35. *ff. de acq poss.* Petr. Barbos. *i-
bid.* Et poterit etiam locator agere rei vindicatione, sed uti- 112
lius, ac longe facilius est agere ex remedio *d. l. si quis con-
ductionis c. loc.* ut notant Adden. *ad dec.* 481. *n.* 8 *part.* 4.
to. 2. *rec.* Verum rei vindicatio nedum datur contra condu- 113
ctorem, sed etiam contra tertium, qui rem detinet, et ideo
practicatur in locationibus ad longissimum tempus et in em-
phyteuticis quando transierunt ad plures manus, et non con-
stat detinentes habere causam ab investitis, itaut non compe-
tat remedium *l. si quis conductionis* et in hoc judicio ne-
cesse habet actor probare dominium suum, finem locationis. 114
seu emphyteusis, et identitatem rei ad hoc ut possit obtinere
Barat. *dec.* 602. *n.* 1. Dunoz. Jun. *dec.* 938. *n.* 1. Et quo ad 115
dominium requiritur probatio omnino plena, et concludens,
ut saepissime firmavit Rot. et signanter cor. Veral. *dec.* 282.
par. 1. cor. Pen. *dec.* 466. *et dec.* 1224. *et in rec. dec.* 150.
et dec. 249. *et dec.* 606. *par.* 1. *et dec.* 281. *par.* 4 *tom.* 2.
semper n. 1. Adeout sola locatio,seu investitura non sufficiat 116
Grat. *disc.* 533. *n.* 43. *et seq.* ubi quod haec est opinio rece-
ptissima Adden. *ad dec.* 131. *n.* 46. *et* 47. *par.* 8 *rec.* Rot.
in dec. impres. per Ciarl. *contr.* 6. *n.* 39. Et fortius quod e- 117
tiamsi cum investitura concurrant solutiones canonum,et lau-
demii, ac alia adminicula, adhuc non sufficiant Veral. *decis.*
280. *n.* 5. *par.* 1. Millin. *dec.* 11. *n.* 9 *in rec. dec.* 281. *n.*
2 *par.* 4. *to.* 2. Sed in hoc contrarium, quod scilicet admi- 118
niculis concurrentibus, investitura probet dominium, etiam
ad hunc effectum, videtur verius, et receptius ex traditis per
Ciarl. *contr.* 6. *n.* 40. Rot. *dec.* 193. *n.* 1. *par.* 2. *dec.* 325.
n. 1. *et late seq. par.* 3. *dec.* 597. *n.* 3. *et dec.* 611. *n.* 6. *par.*
4. *tom.* 3. *et dec* 81. *n.* 2. *par.* 5. *rec.* Dunoz. Jun. *dec.* 939.
n. 2. ubi quod passim firmavit Rot. Quae autem sint admini-
cula sufficientia ad hunc effectum, vide signanter *in d. dec.*
597. *n.* 4. *par.* 4. *to.* 3. *rec.* et penes Dunoz. *d. dec.* 939. *n.*
2. *vers. adminic. et seq.* Sic quod non sufficiat recognitio in
dominum, et voluntas possessoris supponendi solum dominio 119
alicujus, ac nudum pactum. sed requiritur probatio traditio-
nis ad convincendum dominium ad hunc effectum Verall.
dec. 280. *n.* 1. *par.* 1. *dec.* 606. *n.* 4 *par.* 1. *rec.* Et hoc pro- 120
cedere etiamsi ultra recognitionem in dominum adsit etiam
pactum expressum, quod res in aliquo casu devolvatur, cen-
suit Rim Sen. *cons.* 410. *n.* 3. *et* 4. *lib.* 3. et in eisdem ter-
minis Rot. *dec.* 288. *par.* 7. *rec.* Sed in quodam casu contin-
genti, contrarium defendi in his terminis. quia dum agitur 121
vigore pacti, non autem ex solo rei dominio,non adest neces
sitas dominium ipsum probandi, sed sufficit probare esse fa-
ctum locum pacto, ut fuit dictum in Rot. cor. Serap. *decis*
1453. *n.* 3. et ad auctoritatem Rim. *sen.* respondi eum repro-
bari in specie tamquam inadvertenter locutum a Valasco *de
jure emph. q.* 9. *n.* 15. quo autem ad Rot. *in d. decis.* 288.
par. 7. *rec.* dicebam, quod licet vere loquatur in terminis
pacti, tamen ejus vigorem non considerat, sed transit cum
supposito, quod ageretur rei vindicatione, ut ex lectura, et
judex monstrabat agnoscere differentiam, sed causa fuit tran-
sactione sopita.
Quoad finem locationis, seu emphyteusis si est ad certum
tempus, vel indefinita. jam supra tactum est quomodo probe- 122
tur, sed si est ad lineam, vel certas generationes, probandus
est finis lineae vel generationum Peregr *cons.* 26. *n.* 24. *lib.*
1. Caval. *dec.* 558. *n.* 1. Bur. *dec.* 393. *n.* 6. An autem suf-
ficiat probare obitum illorum qui fuerunt in investitura no-
minati absq; probatione, quod obierint sine filiis, vel quod
eorum filii absq; filiis decesserint, videtur Rotam variasse. et
pro affirmativa stetisse cor. Seraph. *dec.* 1487 *n.* 1. et cum

Duran. dec. 301. n. 4. et 5. Pro negativa vero cor. Cav. dec.
123 558. n. 3. et cor Merl. dec. 506. n. 2. Sed ista variatio cessat
quia prima opinio procedit ubi non apparat filios extitisse,
secunda vero in casu contrario Rot in Ferrar. terrar. cor. Or-
tamb. penes March. par. 1. fol. 566. n. 2. et cor. Bur. decis.
393. n. 6. vers. maxime, adeout si non constet primum in-
vestitum habuisse filios, sufficiat etiam solum lapsum centum
annorum ad hoc, ut praesumatur finita linea Bich. dec. 402.
n. 3. et 5. dec. 227. n. 19. par. 13. rec. Si vero constat eum
filios habuisse, id non sufficit, sed probari debet etiam eos si-
ne filiis obiisse d. dec. 227. n. 20. ita ut ubi apparet lineam
extitisse, probandus sit ejus finis dec. 363. n. 3. et seq. par.
13. rec.
124 Identitas quoque requirit ad hunc effectum rei vindi-
cationis, seu caducitatis, et devolutionis probationem conclu-
dentem Serap. dec. 1137. n. 1. Burat. dec. 132. n. 4. et dec.
393. n. 10. Rot. dec. 226. n. 6. par. 4. to. 2. rec. adeo, ut
125 duae demonstrationes non sufficiant, si aliae non conveniant
126 Minoc. praes. 15 n. 30. lib. 3. Mant. dec. 54. n. 6. dec. 295.
n. 9. par. 1. rec. licet regula sit in contrarium, ut docet Bart.
in l. demonstratio falsa 17. n. 15. ubi reddit rationem, quia
aliae tanquam superfluae non vitiant ff. de cond. et demon.
Surd. cons. 44 n. 17. et seq. Adden. ad Burat. dec. 132. n.
127 9. Merlin. dec. 341. n. 7. nisi tamen sint duae demostratio-
nes quae aliis quoque rebus conveniant Corn. cons. 91. nu.
14. vers. secus videbitur lib. 1. Greg. dec. 455. n. 10. et ibi
128 Adden Burat. dec. 132. nu. 8. vel nisi aliae demostrationes,
quae non adaptantur rei cujus identitas praetenditur proba-
ta, per duas adaptentur alii rei, quia tunc quoq; illae duae non
sufficerent; ut docet ibidem Bart. in d. l. demonstratio fal-
so 17. n. 15. vers. et hoc casu ubi tamen addit probandum
adaptari alteri ff. de cond. et dem. et aliis pluribus adducens
Add. ad Burat. dec. 132. n. 10.
Caeterum licet in rigore hujus actionis ad caducitatem, et
rei vindicationem teneatur actor facere dictam probationem,
129 tamen durum est, et non facile admittendum, ut, ubi constet
de veritate concessionis, sola incertitudo loci, et quotae faciat
dominum succumbere Bald. cons. 109. ad med. vers. et ita
dico lib. 4. et ideo succedit alia doctrina ejusdem Bald. in l.
testamento quidam ff. de cond. et dem. ubi dicit, quod id
quod non potest fieri formaliter, debet fieri per aequipollens
130 arbitrio boni viri, et ideo si propter confusionem bonorum
non possit condemnari reus ad restitutionem rei, debebit con-
demnari ad restitutionem pretii, ut bene firmat Afflict. dec.
13. n. 7. ubi etiam dicit, ita fuisse in voto omnes de consilio.
Posset etiam locator hanc difficultatem praevidere, et prae-
131 venire intentando prius contra conductorem actionem ad exhi-
bendum rem locatam, quam ei competere est text. in l. Cel-
sus 5. in princ. ff. ad exhibendum, et eadem ratione poterit
etiam agere adversus conductorem, ut distinguat fines Angel.
132 in l. si rem n. 4. ff. de rei vind. cum aliis adduct. per Ruin.
133 cons. 50. n. 14. et seq. lib. 1. et sufficit quem solvere pensio-
nem, seu canonem pro bonis, ut teneatur ipsa bona, pro qui-
bus solvit, designare Grav. con. 217. n. 12. Nat. cons. 3. n.
6. Cyr. contr. 145. n. 14. Mag. dec. flor. 2. n. 10. et quod
teneatur etiam designare ejus fines Cyriac cont. 60. num. 2.
134 Et si, qui solvit, non designet bona, pro quibus solvit, in-
trat praesumptio, quod solvat pro omnibus suis bonis Albe-
ric. in l. Titius 50 nu. 2. ff. de act. empt. et vend. Ruin.
cons. 50. n. 14. ad med. lib. 1. Magon. dec. Flor. 2. n. 10.
et ubi non dubitetur de locatione, neque de ejus fine, posset
conductor immissionem in omnibus bonis pati, si bona locata
non indicet. ad tradita per Ang. in l. si in rem. n. 4. ff. de
rei vindic. Fusar. de subst. q. 618. n. 49. Add. ad Greg. dec.
573. n. 11. in fin. Dunoz. Jun. dec. 277. n. 5.
135 Et datur etiam locatori juramentum in litem de magnitu-
dine, et omnibus qualitatibus rei locatae adversus conducto-
rem, eam non designantem, ex tradita per Cyriac. cont. 60. n.
3. et 5. et quod contra conductorem rem non restituentem
detur hoc juramentum, est text. impress. in l. si cui 51. ff.
loc. qui tamen textus loquitur, si non agatur de stabilibus, sed
allegatur per Cyriacum in proposito non designantis fines rei
stabilis.
Imo si conductor rem non restituat, sed litem sustineat, et
expectet condemnari, non solum condemnari debet restituere
rem ipsam, sed ulterius etiam ejus aestimationem, tamquam
invasor, ut statuitur expresse in l. conductores penult. c. loc.
ubi glos. in verb. aestimationem dat modum hanc aestimatio-
nem ponendi, ita, ut conductor teneatur ad duplum, ut notat glos.
in l. si cui 51. in ver. jur. post med. ff. loc. et dictum est supra.

Verum praedicta, quod conductor teneatur designare fines 136
rei conductae, patiuntur plures declarationes, et primo quod
procedant in finibus antiquis, vel cum constat facto ipsius con-
ductoris fines immutatos esse, ut explicat Ruin. d. cons. 50. n.
14. et seq. lib. 1. et dixit Rot. cor. Mantic. dec. 251. n. 6.
Secundo, quod sufficit conductori designare rem, in qua 137
verificari possint verba locationis, ad hoc ut, si locator praeten-
dat aliam, vel majorem, probare debeat Magon. dec. Flor. 2.
n. 10. post med. Rot. cor. Mant. d. dec. 251. n. 6. vers. se-
cundo fuit responsum, vel si non adsit instrumentum lo-
cationis, vel non appareat, de qua re loquatur locatio, sufficit
ostendere quantitatem bonorum capacem mercedis, quam sol-
vit, nisi locator aliud probet Nat. cons. 3. n. 6. Rol. cons. 66.
n. 1. 2. et 7. lib. 3. Rot. dec. 150. n. 6. vers. nam respons.
part. 1. rec.
Tertio, quod dicta poena, quae propter confusionem irro- 138
gatur adversus confundentem, ut patiatur immissionem in
omnibus bonis confusis, vel juramentum in litem, non trans-
eat in successorem confundentis Rodansc. cons. 31. n. 15.
Dunoz. Jun. dec. 277. n. 6. et in Rot dec. 175. n. 5. vers.
etenim placuit p. 6. saltem si agatur de successore singulari,
qui dici possit tertius, puta de emptore, qui conveniatur, de 139
quo loquitur Alberic. in l. si in rem 5. n. 5. ad fin. ff. de rei
vindic. et in his terminis procedit conclusio, quod qui petit 140
fundum feudalem mixtum cum allodiali, forte ex amotione
terminorum, nisi sciat clarum, et distinctum reddere feuda-
lem ab allodiali, succumbit propter incertitudinem, de qua
Rolan. cons. 82. n. 17. lib. 2. Boss. in sua pract. crim. tit.
de principe. n. 247. Grat. disc. 736. n. 63. et seq. nisi eve-
nerit confusio culpa ipsius emptoris Ang. in d. l. si in rem. 141
5. n. 4. vers. quod credo verum. ff. de rei vind. quae culpa
probanda est Mant. dec. 151. n. 6. vers. quia fuit respon-
sum in rec. dec. 279. n. 11. vers. quoniam non applicatur p.
5. nec satis est pro culpa, quod doceatur ipsum confodisse cum
re sua, si probabiliter ignorabat rem esse locatam, et sic ad a-
lium pertinere Ger. Spin. cons. 60. n. 7. vers. respondetur
tertio. Sed si agatur de haerede, vel alio in quem transeat 142
locatio, itaut dici possit conductor, seu vassallus, vel emphy-
teuta, secus est dicendum, quia isti tenentur rem designare
ex praecitatis, et distinguendo declarat Cyriac. contr. 145. n.
7. et 15.
Quarta potest addi declaratio, quod si agatur de parte pre- 143
dii, quae sit locata, et constet de certitudine finium ab uno
latere nec non de quantitate petiarum non erit necessaria de-
signatio finium a parte alia, ut dixit Rot. cor Merl. dec. 134.
num. 7.
Posset autem dubitari, an conductor valeat a praecepto, seu 144
mandato de exhibendo appellare, et negative erit responden-
dum, regulariter loquendo Bart. in l. fin. §. jussus ad fin. ff.
de appel. et ibid. Ang. Aret. n. 3. et seq. Jo de Amic. cons. 147.
n. 3. Contard. de moment. lim. 14. n. 20. et seq. Rugin. de
appell. §. 2. c. 3. n. 695. vers. aut si reus, Ric. dec. 278. n.
4. par. 4. Grat. dec. Marc. 97. n. 9.
Limitatur tamen haec conclusio, ut procedat in simplicibus 145
terminis praecepti de exhibendo, secus autem si reus insimul
condemnetur ad rem restituendam, seu ad interesse, quia
tunc dabitur appellatio, ut est tex. expres. in d. l. fin. §. jus-
sus ff. de appel. et declarant Contard. d. lim. 14. n. 23. Ru-
ginel. d. §. 2. c. 3. n. 695. vers. secus vero Ric. d. dec. 278.
n. 4. post. med. p. 4. Grat. d. dec. Marc. 97. n. 10. et idem
si avocaretur sola possessio secundum Ossac. dec. 25. n. 11.
licet postea subdat non firmare.
Denique quaeri potest quid dicendum, si locator condem-
natus possessionem seu rem liberam domino dimittere, aut e-
vacuare appellet et aliqui tenent appellationem esse admit-
tendam Salust. Tiber. in prax. lib. 2. c. ult. no. 2. ubi lo-
quitur in terminis sententiae, seu mandati de evacuando, et
reddit rationem, quia hoc judicium non habet petitorium,
in quo ejus gravamen reparari possit, et addit, quod tunc
temporis hanc servabat signatura.
Verum contraria opinio est magis communiter recepta, et 146
verior. nam si locator egerit vigore facultatis capiendi pro-
pria auctoritate, et mandatum de associando obtinuerit, non
datur ab eo appellatio Thomat. dec. 112. n. 24. Rot. dec. 195
n. 3. post Statil de salvian. et idem si decretum, vel manda-
tum de evacuando, seu disgombrando reportaverit Marches.
de commis. p. 1. fol. 1073. n. 1. et 2. et fol. 1075. num. 2.
Barz. dec. 115. n. 9. Cast. dec. 42. n. 7. Tomat. dec. 112. n.
23. ubi quod hoc procedit etiam de jure canonico.
Idemque, et facilius dicendum est, si locator mandatum de 147

manutenendo obtinuerit, quia ab eo non datur appellatio *c.*
fin. *§. de possessione* 2. *qu.* 6. et si egerit dicto remedio *l. si*
quis conductionis c. loc. quod idem procedat Contar. *de mo-*
ment. posses. in ampl. n. 71. Scac. *de appel. q.* 17. *lim.* 6.
memb. 6 *n.* 37. Rugin. *eod. tit. §.* 2. *c.* 3. *n.* 656. et si in-
tentaverit remedium *l. fin ff. de acq. poss.* quod competeret
adversus eos, in quos conductor alienaverit, dictum est supra,
quod pariter non detur appellatio Scac. *d. lim.* 6. *memb.* 9.
n. 100. *vers. et similiter* Ruginel. *de appel. §.* 2. *c.* 3. *n.* 669.
148 Et generaliter, quod ubi locator reportaverit sententiam
de migrando, seu exfractando, quod non detur ab ea appella-
tio firmat Gramm. *dec* 58. *n.* 15. Caroc. *dec.* 19. *num.* 34.
Barz. *dec.* 115. *n.* 10. Giurba. *dec.* 59. *n.* 21.
Ex praedictis auctoritatibus patet haec esse magis commu-
149 nem, quod autem sit verior probatur duabus rationibus, una
quia haec judicia sunt momentaneae possessionis, in quibus
non datur appellatio *l. un. c. si de moment. poss.* alia, quia
150 materia ipsa restitutionis rei de natura contractus locationis
restituendae celeritatem desiderat, ut notatur *in l. proeses*
17. *c. loc.* et tradit Magon. *dec. Lucen.* 15. *n.* 29. quas duas
rationes considerant etiam ad hunc effectum signanter Con-
tard. *in d. l. un. in ampl. n.* 71. *et seq.* et Scac. *de appel. q.*
17. *lim.* 6. *memb.* 6. *n.* 37. *ver. ratio est*, ex quibus cessat,
quod considerari pro contraria opinione dictum est supra non
habere hoc judicium petitorium, in quo ejus gravamen repa-
retur, quia imo dum judicium est possessorium, respondetur
remanere petitorium, in quo de proprietate litigandum, ut
expresse habetur *d. l. si quis conductionis c. locat.* et dum
consideratur judicium celeritatem desiderare, et sic esse sum-
marium, respondetur, quod non est inconveniens, ut prius 151
de aliqua re summarie, et deinde de eadem plenarie cogno-
scatur Bart. *in l.* 1. *§. fin ff. de plenar. stipul.* Natt. *consil.*
521. *n.* 31. Menoc. *consil.* 1045. *num.* 12. *et in his terminis*
Giurb. *dec.* 59. *n.* 20. *ad fin.*
Temperari tamen debet secunda opinio praefata nonnullis 152
modis, et primo, ut procedat si egerit dominus, vel alius ex
juribus ipsius, secus autem si actum sit inter duos conducto-
res, et quaestio fuerit de praelatione Tomat. *dec.* 57. *n.* 12.
Secundo si non fuerit actum aliquo ex praedictis remediis 153
possessoriis, sed intentata fuit aliqua actio realis, quia tunc
danda erit appellatio, prout de jure in ea dari debet Contar.
de moment. poss. in ampl. n. 79. *et* 81. Ruginel. *de appel.*
§. 2. *c.* 3. *n.* 657. *vers. lim. vero.*
Tertio si admissa fuerit quaestio dominii, quia tunc quo- 154
que ratione mixturae danda erit appellatio Contard. *in d.*
ampl. n. 81. Ruginel. *in d. c.* 3. *nu.* 657. *vers. limitat vero*,
Scac. *de appel. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 6. *nu.* 41. et idem erit
dicendum, si fuisset d. quaestio admittenda, et tamen fuerit
rejecta, quia tunc danda erit appellatio ratione injustitiae, ex
quo capite numquam censetur prohibita, ex traditis per Ma- 155
resc. *var. c.* 65. *lib.* 2. Cappell. Tolos. *dec. ult. nu.* 2. *vers.*
quod intellige dec. 324. *n.* 3. *par.* 2. *rec.*
Quarto demum si liquido non constet de locatione, vel de 156
ejus fine, quia tunc quoque denegare non poterit appellatio,
ut firmat Scac. *de appell. qu.* 16. *lim.* 1. *n.* 54. et sequitur
Ridolphin. *in praxi part.* 2. *cap.* 13. *n.* 119.

FINIS.

SACRAE ROTAE ROMANAE

DECISIONES,

AD HUNC TRACTATUM DE LOCATIONE, ET CONDUCTIONE NOVITER ADDITAE.

R. P. D. CAPRARA.

Romaua Affictus.

Lunae 22, *Junii* 1693.

DECISIO I.

Sacrosanctae basilicae vaticanae capitulom de anno 1670. luravit per novennium March Horatiu Boujoanni Casalia Valcbae, et Valchetiae ad corpus, et non ad mensuram, pro annuo affictu scut. 3600, et eum accollatione oueris manutenendi propriis expensis fabricas, ac fureos, et solvendi taxas riarum,ac durante locatione retinendi ibi vaccinas subesa valoris scut. 7000. et ultra, quae tameu onera ibi declarata fuerunt esse pars aonuae respousionis, et affictus. Conductor ibi expresse renunciavit cuilibet restauro, seu dimiuutioni, etiam ex causa confinium Casalis, tam de praesenti, quam de futuro oritura, etiam comprehensis causis etiam privilegiatis *di gueira, peste, fame, sterilità, grilli, sorci, lucerte, inondaziune di tevere*, etc.

Die 20. novembris 1671. Conductor pro animalium receptaculo promisit se fabricaturum casas, et uti dicitue *un altra Cupanna* expensis propriis, reimbursandis tamen a capitulo pro rata scut. 1500. in quindecim paghis futuris ad rationem scut. 100. pro qualibet paga decurrenda, quarum intuitu fuit prorogatus affictus ad aliud novennium; Cumque conductor anno 1687. esset pulsatus a capitulo pro scut. 4800. residualibus affictus, et pro regula amicabilis concordiae fuerit factus calcolus affictuum, tam decursorum, quam decurrendurum, usque, et per totum mensem septembris. 1689. in quo terminabat affictus, et debitom conductoris concordiae stabilitum iu scutis duodecim millibus, ex quibus deberent tunc solvi ad bonum computum scuta duo mille, et pro reliquis data ulterior dilatio pro solutione annuatim scut. 2000. cum hac tamen praecisa conditione, et pacto, quod si quomodocumque solutiones non fierent in praescriptis temporibus, ipso facto corruat dilatio, et resolvatur, ac si nunquam fuisset concessa, ut in summario capituli num. 3. pro quibus omnibus fidejussores accesserunt, uti principales, principaliter, et in solidum canonicus Mutius Frater, et Marchio Ferdinandus filius, ut in summ. capituli numer. 4. Et quamvis de mense septembris 1689. Affictus fuerit terminatus, et subsecuta disdicta per conductorem, hic non dimisit vacuum Casale,sed continuavit ibi retinere animalia pro eorum commodiori substentatione usque ad diem s. Angeli septembris 1691. et sic per uorum biennium, quo fuit facta tacita reconductio, ut fieri potoit absque nova instrumenti confectione.

Cumque conductor defecerit in solutione sc. 2000. debitorum pro anno secundae dilationis, capitulum egit coram basilicae vaticanae vicario pro solutione affictuum decursorum et non solutorum,ac successive pro affictibus tacitae reconductionis, et obtinuit relaxari mandatum pro sc. 8337. Maturata interim oora paga in die 15. augusti 1690. novum obtinuit mandatum sub die 18 augusti, quod insimul foit executum super nonnullis cambiis conductoris, qui ad evitandam illorum deliberationem, obtulit solvere scuta duomille,quae cum locator acceptare negasset, utpote longe infra summam sibi debitam, taudem soluta fuerunt in causam affictus tacitae reconductionis primi anni, et respective mediante capituli exactore in hanc causam praecisam recepta sub die 26. septembris 1690. ut in summario capituli numer. 10 et 11. ubi factae aliae receptiones in d. computum, et eum debitis praeservativis.

Cumque locator hinc urgeret pro integrali satisfactione, et e contra conductor exciperet de restoro,pro quo instabat articulos admitti, quibus licet a judice admissis, sine retardatione, tamen fuit a locatore sub die 26. maji 1691. expeditum mandatum de deliberando pro scut. 5341. cujus vigore fuerunt effective deliberata cambia valoris sc. 6500. pro sc. 5150. ut in summario Bonjoannis num, 7.

Devoluta causa deliberationis ad R. P. D. Nicolaum Spinulam cum facultate purgandi attentata, ille concessit manutentionem adversus deliberationem cambiorum, declarando ulterius dilationem initam de anno 1687. non fuisse resolutam, sed adhuc durare, ac concordiam esse observandam, et quod scuta — 10296. — imputari debeant soluta in computum debiti in praedicta concordia in summa scut. 12. m. stabiliti, ut in summario Bonjoannis n. 8 quibus A. C. Taurusius in judicio recursus deputatos adhaesit, praeterquam quoad solutionem factam sub die 26. septembris 1690. et alias successive factas, quas negavit cessisse in extinctionem debiti instrumenti affictus, et concordiae de anno 1687 sed fuisse in causam affictus biennalis tacite reconducti, ut cantant receptae.

Capitulum acquievit judicio A. C. Taurusii, et in ejus executionem renunciavit deliberationi cambiorum, reservatis sibi juribus agendi contra quos de jure pro decursis usque, at per totam diem 26. septembris 1689. ad formam dilationis, quibus tamen non acquiescens Boujoannes, obtinuit mihi causam committi: Impetrata vero per capitulom nova commissione super communicatione facultatum A. C. et dubio per me proposito — *An, et pro qua summa constet de credito, et sit relaxandum novum mandatum* — Sac. Rota respondit constare de credito in summa scut. 8706. et esse relaxandum novum mandatum tam pro scut. 5901. 25. in reusam expressae conductionis contra bona haereditaria Marchionis Horatii, et contra DD. canonicum Mutium, et Marchionem Ferdinandum in concordia,seu transactione obligatos,ut in summ. capituli num 3. et 4. quam pro aliis sc. 2504. 75. contra bona haereditaria ejusdem Marchionis Horatii ex causa tacitae conductionis biennalis.

Quo enim ad primum mandatum, capitulum habet fondatam intentionem contra Horatiom in instrumento affictus clara obligatione camerali munito pro duobus noveniis finiendis anno 1689. ut in sum. et contra DD. Mutium, et Marchionem Ferdinandum in instrumento dilationis pro solvendis scut. 12. mill. pro affictibus usque ad annum 1689. decurrendis, ut in summar. capituli numer. 3. Galles. *de oblig. cam. quaest.* 2. *numer.* 8. *versic. Nempe* Rota *decis.* 52. *numer.* 2. *et decis.* 151. *num.* 3. *par.* 12. *et decis.* 478. *part* 17. *rec.* quarum executio cum facultatibus Aud. Cam. et privilegio viae executivae. fuit mihi commissa. ac si re integra procederem tanquam auditor camerae Bich. *dec.* 495. *num.* 2. Burat. *dec.* 752. *num.* 7.

Conductor opposuit duo, ut primo defalcum, quem quadrangulari praetensione magnificatom sibi deberi praetendebat: Primo. Eo quod Murium colluvies in tenuta Valchettae et in confinibus, immensa congerie ita excreverit,ut ejus numerus non potuerit recenseri, nisi illatire,et a quantitate eorum qui fuerunt capti in vim banuimentorum usque ad an799.ad officiom Agriculturae exhibiti, unde conductor conquerebatur de damnis ab hac herbarum lue turmatim accurrente, ac deota soriceo herbas hyemales, et aestivas aequali rabie corrodente. et quod ita per biennium in annis 1690. et 1691. Tenutam conductam devastaverit; ut prata arescere fecerit; ac deturpata facie ita absumpserit, ut testes in summ. Bonjoannis num. 8. referunt ibi — *Che parvero divenuti Maesi*, — quod factum, et si non dum fuerit per testes formiter examinatos comprobatum, dom modo sunt simpliciter exhibiti articuli ad effectum examinandi com interrogatoriis,

ex qua rei notorietate praetendebatur retardari solutio pensionis affictus pro annis 1690. et 1691. tacitae reconductionis, quae non habebat in ventre privilegium obligationis cameralis repetitum, vel saltem suspendi executio pro summa arbitraria usque ad liquidationem damni perficiendam.

Secundo praetendebatur etiam interfuisse locustas anno 1687. 1688. et 1689. quae similiter herbas corrodunt, sive tactu adurunt, ex testibus, et peritis, ut in summ. num. 20. ubi patent diligentiae adhibitae, et per centum operarios pro extirpandis foetibus undequaque dispersis, adhibitis etiam *colli Zapponi*, et expensae hac occasione factae per capitulum, quorum medietas fuit per agriculturae officiales accollata conductoribus, ut ex actis capituli vaticanae basilicae in officio agriculturae.

Tertio; conductores exaggerabant damna passa in notabili summa ex notoriis inundationibus de anno 1686. quae disruptis fluminis aggeribus, exaestuantes aquarum impetus, voraci gurgite herbas in radicibus submersas depresserunt, omnemque tenutae absorptae aream ita inundarunt, ut fontanile tenerint, et post cedentibus aquis, et terreno exiccato, tenuta, caenosa luteosa materie ita foedata, et inquinata fuerit, ut sterilis evaserit, ibique permanserit *il motrico*, itaut in illo anno, et subsequenti conductor non potuerit uti herbis hyemalibus, nec aestivis, limo devastatis, ut in summ. n. 19. et in vim inhibitionis agriculturae debuerit cogere vicinus ad vendenda sibi pascua, et signanter *del Monte Olivieri* ut ex testibus in summ. Bonjoannis n. 19.

Hinc conductor inferebat, omnem tenutae conductae, fructum in herbis, et pratis consistentem, sive muribus, sive locustis, sive undanti aquarum impetu, direptum, ac infructiferum penitus evasisse, ut substantia affictus in totum illis annis perierit; praetendendo, damnum, tamquam habens radices, in subsequentibus annis irrepsisse, itaut hodie mediante defalco sit facienda bonificatio conductori, non obstante renunciatione facta, cum similia pacta non intelligantur de casu tam insolito, per quem sit perempta substantia rei locatae, Grat. *disc*. 195. *n*. 6. Mart. Medic. *exam*. 12. *n*. 42. Pacion. *de loc*. *cap*. 49. *n*. 7.

Praeterea conductor urgebat pro defalco ex titulo novo, qui non poterat praetendi in instrumento remissus, videlicet quod non potuerit uti libere usu casalis conducti, ob servitutem transitus animalium, et hominum cum curribus in casali delectam, quam nec locator interpellatus impedire valuit, dum una cum conductore succubuit decreto bon: mem: Vallati ad favorem ecclesiae s. Laurentii in Damaso prolato, et tamen locator bene erat conscius hujus transitus, et in eum retorquebatur, quod illum non exceptuasset prout exceptuaverat alias hoc est traditionem foeni s. palatio Apostolico, et foveam Puteulanae, ut ex summ. Bonjoannis num. 3. lit. A.

Haec autem omnia, et singula ad justitiae examen revocata, et cum aequitatis lance accurate perpensa, visa sunt Dominis altiorem indaginem requirere, et consequenter in hoc judicio executivo minus apta retardationi relaxationis mandati pro affictibus Pacion. *de locat*. *cap*. 45. *num*. 17. *vers*. *sed iterum* Zacch. *de oblig*. *cam*. *quaest*. 18. *num*. 27. Rota *post eumdem dec*. 42. *num*. 1. Add. ad Greg. *dec*. 235. *num*. 6. Caval. *dec*. 217. *num*. 5. Burat. *decis*. 295. *nu*. 13. Dunozet Jun. *decis*. 1003. Rota *dec*. 8. *par*. 17. *et dec*. 101. *par*. 18. *rec*.

Nec in facto fuit per specificas probationes doctum, conductorem fuisse impeditum usu pascuorum et herbarum ac frui libere tenuta, ut fieri debuisset, cum sola citatio executa ad dicendum contra articulos, nihil de per se operetur, neque producti articuli pro conficiendis probationibus exceptionis, quae hodie allegatur.

In jure vero locator habet intentionem fundatam in expressa, et litterali renunciatione defalchi in instrumento conventa ibi — *Che detto affittuario non possi in modo alcuno dimandare defalco, restauro, nè meno per causa, et occasione di guerra, fame, peste, siccità, sterilità, grilli, sorci, lucerte, inondazione di tevere, benchè fosse eccessiva, e per qualsivoglia altro caso fortuito. pensato, ed impensato, quantunque insolito*, ut in summ. capituli n. 1. ubi fit mentio specifica de muribus, et si non legitur nominatim de locustis, ut de lucertis, ac de grillis, aliisque insectis. non minus est quod etiam illis non sit renunciatum, cum locustae veniant sub eadem exceptione ac grilli ex deductis ab Ettmullero *tom*. 2. *in Schrodari dilucidati Zoologia cap*. 504. et Koning. *in libro cui titulus est Regnum Minerale fol*. 126. ubi disponit in tabula insectorum turmas et sub eadem linea statuit locustas. et grillos insimul, ac immediate, et apud Pandectarium Cerad. invenimus grillum dictum animal locustae simile, et ex genere locustarum, apud Aelianum legimus. Aldrovandus meus Concivis in principio libri de animalibus insectis ponit ibi tabulam divisionis insectorum, in qua habet genus insectorum quod vocat Cleoptera sub quo enumerat grillos, et locustas. et parificat, idem dixit Aldrovand. *de animal*. *insectis lib*. 4. *c*. 2. *de grillo*. *et synonimis*.

De inundatione Tiberis est litteralis renunciatio prout Antoninus Augustus exprimendum mandavit *in leg*. *licet certis l*. 8. *c*. *locat*. ubi quod lues tempestatis, et damna, quae alio coeli vitio accidunt, tamquam in locatione expressa, ad onus conductoris pertinent ex deductis a Less. *de just*. *et jur lib*. 2. *c*. 24. *num*. 7. Giball. *de usur*. *lib*. 3. *c*. 8. *a*. 2. *diffic*. 3. Dunoz. Iun. *decis*. 1003. Rot. *decis*. 16. *num*. 3. *p*. 15. *et decision*. 8. *numer*. 1. *part*. 17. *recent*. Cum in contrahentibus nihil magis conformetur justitiae quam conventio *per tex*. *si in l*. §. *si Domus juncta gl*. *in verb*. *efficerent ff*. *locati*, Mantic. *de tacit*. *libr*. 5. *tit*. 7. *numer*. 29. Caroc. *de loc*. *et cond*. *p*. 4. *de expens*. *verb*. *melioramentum q*. 3. *n*. 1 *fol*. 224.

Insuper antequam fuerit locus defalco, debuit fieri collatio sterilitatis unius anni, cum ubertate alterius, in affictu pro novem annis inito, et per aliud novum instrumentum usque ad decem et octo annos prorogatu, per textus concordantes *in l*. *si uno* ubi quod sterilitas cum ubertate compensata remissionem excludat *ff*. *locat*. *et in l*. *si quis domum* §. *Julianus ff*. *hoc eod*. *tit*. et indistincte, quod valet compensari sterilitas ubertate praecedentis, vel subsequentis anni Coccin. *decis*. 422. *num*. 2. cum regulariter damna pro nonnullis annis non habeantur in consideratione simpliciter, nisi facta collatione ad pingues fructus. qui ex tenuta ante. vel post fuerant recollecti, et quando restaurum est reservatum, semper intelligitur juxta regulas juris, hoc est si tot fructus non superessent. quibus conductor posset medietatem pensionis locatori solvere ut ad rem nostram considerat Ludov. Guzadin. Bononien. Senator, qui *consil*. 74. *numer*. 2 *fol*. *mihi* 109. *a tergo* inquit, quod adhoc ut intret restaurum, fructus recollecti debent esse ita modici, quibus solvendo pensionem conductor remaneat deceptus ultra dimidiam justi pretii ex *glos*. *in l*. *si uno in princ ff locati*, Alvar. Valasc. *de jur*. *emphyt*. *quaest*. 27. *numer*. 24. Covarr. *de pract*. *quaest*. *qu* 6. *tom*. 2. Molin. *de contract*. *disp*. 495. §. 2. *fol mihi* 1097. Bois. *tit*. *de remiss*. *merced*. *nu*. 4. Cohell. *in bull*. *bon*. *regim*. *cap*. 48. *numer*. 47. Coccin. *decis*. 422. *num*. 5.

Quae cum per conductores fuerint admissa, nunquam fuit facta per eos interpellatio locatori, prout facta fuisset. si non esset renunciatum defalco *ad text*. *in l*. *si item quaeritur* §. *Exercitium ff*. *locat*. Ripa in *tract*. *de peste* 2. *par*. *numer*. 23. Card. de Luca *de locat*. *disc*. 2. *numer*. 9. Mant. *decis*. 35. *num*. 4. *in fin*. et signanter de anno 1687. in cujus principio jam locustae, et mures coeperant devastare tenutam, et tamen in calculis concorditer factis a conductore de mense decembris 1687. cum locatore, nihil de damno, aut defalchi praetensione oppositum, nec in aliis subsecutis solutionibus de anno 1688. ut in summ. conductoris num. 11. quod inservit pro interpretanda exclusione exceptionis defalchi, Rota *dec*. 16. *et dec*. 184. *p*. 15. *rec*.

Hac eadem responsione retunditur petitio defalchi ex causa inundationis Tiberis de anno 1686. secutae, cum de illo tempore nihil opposuerit. imo solverit affictus decursos absque ulla exceptione, nec minus opposita in calculo generali facto in fine anni 1687. immo novis accedentibus obligationibus promissa integralis solutio pensionum decursarum, ut in summario Capituli nu. 13. non obstantibus subsecutis irruptionibus, murium, grillorum, seu locustarum, ac inundationis Tiberis, quae non fuerunt habitae a partibus aptae retardare solutiones affictuum: casus vero inundationis non fuit insolitus nec inopinatus in tenuta prope flumen Tiberis situata, itaut potuerit praevideri, et ratione contingibilis periculi eo minus valutari affictus, quia imputandum fuit ei, qui scivit naturam rei conductae, et periculum cui tenuta erat exposita Ludov. Guzad. *d*. *cons*. 74. *n*. 5. quem sequitur Rim. Jun. *cons*. 40. *n*. 19. *lib*. 1. Coccin. *dec*. 432. *nu*. 2. Rota *dec*. 414. *n*. 21. *p*. 12. *rec*.

Nec majoris ponderis fuit visa altera exceptio per conductoris magnificata, videlicet transitus in re locata, ut ex mandato de manutenendo in quasi possessione transeundi per tenutam Valchettae cum armentis, curribus, et hominibus ad favorem ecclesiae s. Laurentii in Damaso per hoc me: Vallatum in contradictorio judicio relaxatum, quia revoluto instrumento affictus, non fuit inventa promissio libertatis ab hac servitute, prout conductor sibi allucinabatur, ut in summario capituli num. 1. et summ. Bonjoannis num. 3. lit. A. quae non potuit inferri ex reservatione herbarum ad commodum sac. palatii, et facultatis excavandi Puteolanam, tam, quam diversis, a quibus non procedit illatio, *l. ult. in fin.* et ibi Bart. *ff. de colum.* ideoque cum locator vere non promiserit tenutam liberam ab omni servitute, etiamsi post instrumentum locationis fuisset detecta via vicinalis nova, non inde fuisset reddita deterior conditio affictus, ut solutio pensionum diminueretur, satis enim visum fuit dominis quod locatio litteraliter fuerit ad corpus, et non ad mensuram, ut ex instrumento, summario capituli num. 1. ne locator teneatur rigorose manutenere conductorem in parvo spatio herbarum diminuto a transitu, et usu viae vicinalis et in possessione tenutae usque ad tantam quantitatem rubrorum terrae ibi expressam demonstrative, et non taxative. ex traditis ab Alex. *cons.* 127. in *princ. lib.* 2. Rota cor. Gregor. *decis.* 204. *num.* 1. *et decis.* 228, *pariter num.* 1. eo minus in libertate a transitu viae vicinalis dum capitulum basilicae non habebat, neque tunc profitebatur habere libertatem omnimodam. ut ex responsione ad positiones conductoris ut in summ. Bonjoannis num. 17. in quem retorquetur, cum non sit praesumendum locatorem voluisse locare illam immunitatem transitus, quam sciebat se non habere, et quod conductor poterat praevidere, et illi est imputandum si conducere voluit. nulla adhibita explicita promissione libertatis Jas. *in l.* 1. *num.* 98. *cond. de jur. emphit* Alex. *cons.* 112. *in fin. lib* 1. Pacion. *de locat. cap.* 44. *num.* 5. et quod omnem ambiguitatem substulit, est factum conductoris, qui postquam passus est mandatum de manutenendo in quasi possessione transitus relaxatum de anno 1679. in concordia de anno 1687 post octo annos inita, subiit novam onus, et obligationem de solvendo omnes, et singulos affitus decursos absque ulla diminutione, etiam additis novis fidejussoribus ad cautelam locatoris, ex quo resultat, vel remissio cujuscumque praetensionis ubliteratae defalchi, vel declaratio quod idem mandatum non aperuit viam diminutioni affictus, neque retardationi.

Secundo opponebatur solutionem scut. 2000. factam de mense septembris 1690. cum aliis successive solutis usque ad complementum scut. 4095. 25. in totum, referri debere ad causam conductionis expressae, pro qua currebat dilatio, ita ut nequest imputari in causam tacitae reconductionis, quidquid recipiens expresserit circa causam, in quam recipere voluerit, ad quem effectum praeter regulas generales, per quas praesumitur recepisse in causam debiti antiquioris, et durioris, pro quo ratione obligationis cameralis debitor poterat efficacius adstringi; cumulatur etiam interesse Muttii, et Ferdinandi, quibus tamquam fidejussoribus intererat, quod extinguerentur primi termini debiti Horatii, ut gradatim obligatio fidejussoria minueretur, et per hanc interpretationem evitaretur resolutio dilationis quinquennalis; quae alias non secuta solutione scut. 2000. intra primam conductionem resolvebatur, junctis aliis instantiis judicialibus, et signanter sub die 9. julii 1692. quae cum loquantur de solutione pro affictibus decursis post festum s. Angeli 1689. includerent eumdem annum, in quo fuit facta solutio.

Quia hae omnia conjecturae quomodocumque cumulatae dissipantur unica, et fatali responsione, nempe ex littera quietantiae ibi = a *conto dell'affitto del presente anno* = idest anni 1690. tacitae reconductionis, ut in *summ. capituli numer.* 10. *ad text. in l. primo ff. de solut.* non poterit in aliam causam praesumptivam, et privilegiatam referri Bich. *decis.* 281. n. 31. Rota *decis.* 66. *part.* 18. *rec.* et in romana dotis super restitutione quo ad reservata 20. junii 1692. §. rursus cor. R. P. D. Muto.

Idem etiam de aliis receputis immediate sequentibus cum dictione relativa *come sopra*, quae ad eamdem causam referuntur ex deductis in dicta romana dotis super restitutione §. *his vero*. Eoque fortius, quia nisi locator recipere voluisset a conductore in computum affictuum tacitae reconductionis, nullatenus suae indemnitati satis consuluisset, dum pro isto tempore non durabat obligatio Mutii, et Ferdinandi, quam ex peculiari conventione dilationis de anno 1687. reportaverat, ex quo distinctum fuit inter tacitam et expressam conductionem, et novam ac tacitam ultimi biennii, in qua non fuit dubitatum de comprehensione viae executivae, et summariae Bart. *in l.* 1. §. *et post operis ff. de nov. oper. nunc.* Bald. *in cap. Venerabile de elect.* Rebuff. *de litter. oblig. ar.* 2. *gl.* 1. n. 91. Alciat. *de praesumpt. reg.* 2. *praesumpt.* 17. et ex deductis a Magon. *dict. Flor. dec.* 2. *n.* 29. Galles. *q.* 31. ad Zacch. *de oblig. cam. n.* 20. Pacion. *de loc. cap.* 64. Rotae *decis.* 495. *numer.* 1. *part.* 1. *divers. alioquin debita pro pensionibus Casalium in l. praec. c. loc. et conduct. ex statut. urbis lib.* 1. *cap.* 88. Rota *dec.* 335. *n.* 3. *p.* 10. *rec.*

Quo vero ad secundum mandatum pro residualibus affictibus biennii dictae tacitae reconductionis, cum capitulum egerit pro affictibus primi anni d. tacitae reconductionis, pro sc. 3300. et non pro sc. 3600. placuit dominis ad eamdem mensuram sc. 3300. regulare affictum secundi, et ultimi anni dictae tacitae reconductionis, et sic calculato utroque anno, et summa debiti ascendente ad scut. 6600 relaxandum esse mandatum pro 2504. 75. bonificatis in hanc causam aliis scut. 4095. 25. in diversis partitis in eamdem causam receptis, cumque locator non sit passus conductorem dicere causam solutionis, sed conductor in arbitrium ministrorum, et exactoris capituli contulerit, cui potius debito acceptum ferret, prout fuerat permissum *per text.* in *l.* 1. *de solut.* ac istis exactoris receptis usus fuerit, ut in summ. numer. 11. nequit de efficacia quietantiae dubitari Genu. *de script. privil. quaestion.* 6. *dubit.* 2. *numer.* 18. eo minus praetendi quod in aliam causam cesserit *ad text.* in *l. sicut c. de act. et oblig. et l. Pompon. de neg. gest.* Ossac. *dec.* 62. *nu.* 12. et supervacaneum fuit descendere ad exclusionem conjecturarum quas conductores cumulaverant, et quas patronus capituli vaticani singillatim refellit, et nullius ponderis sunt habitae in concursu quietantiae litteralis videlicet *nel conto dell'affitto dell'anno presente*.

Et ita utraque etc.

R. P. D. CAPRARA.

Romana Affictus.

Veneris 30. *Aprilis* 1694.

DECISIO II.

Marchio Bonjoannes novis cumulatis probationibus, ac sex testium depositione suffultus, impugnavit decisionem per me sub die 22. junii praeteriti editam favore sacrosanctae Basilicae vaticanae, ejusque capituli, excipiens de intolerabili damno passo in conductione Casalis, in quo fundat petitionem defalchi ex quadruplici fonte desumptam, videlicet, detectae servitutis transitus seu viae ad casale montis Olivieri ss. Laurentii in Damaso, et ex inundatione Tiberis de anno 1689. ac superingruentia locustarum, ac successive morium.

At quia agnoscebat praetensionem praefocari pacto litterali renunciationis specialis defalchi, ex causa *di guerra, fame, peste, grandine, sterilità, grilli, sorci, lucerte, ed inondazione di Tevere, benchè fosse eccessiva etc.* et generaliter *per qualsivoglia altro caso fortuito, pensato, et impensato quantunque insolito, et straordinario.* et infra, *talmente, che nemmeno possi allegare il fatto del Principe, perchè così etc.* antequam descenderet ad liquidationem praetensi damni, ut securius se opponeret pacto, eiusque applicationi, distinguendum duxit inter species, et gradus insoliti; voluit enim dari casus insolitos, et nonullos magis insolitos, aliosque in gradu superlativo insolitos, ut explicat Corn. *in cons.* 23. *numer.* 3. *lib. secundo, et consil.* 12. *lib.* 4. itaut renunciatio defalchi debeat comprehendere totum id, quod est propinquum naturae actus qui agitur, et comprehendere singulos casus qui verisimiliter praevideri poterant, et non alios excedentes humanam considerationem, prout sunt, qui intra lapsum unius saeculi una vice contigerunt, ut exemplificat idem Corn. *d. consil.* 23. Mast. Medic. *exam.* 12. *num.* 42. Rocca *disputat. jur. select. lib. secundo cap.* 120. *num.* 23. *et* 24. qui dicuntur casus extra ordinem, et extraordinarii, et potius provenientes ex ira Dei punientis genus humanum, quam naturae actus, ut ratiocinatur Jo. Baptista Costa *cons.* 30. *numer.* 12. Modern. Pistorien. *de locat. cap* 49. *numer.* 72. Card. de Luca *disc.* 4. *eodem. tit.* Magon. *decision. Flo-*

rent. 67. *num.* 5. Millin. *decis.* 139. *per tot.* Rota *dec.* 188. *par.* 4. *divers.*

Praeterea conductor inculcabat, pacta, et renunciationes remissioni affictus, tamquam pro securitate locatoris apposita, et pro removendis cavillosis exceptionibus, quae ex subtilitate juris solent adinveniri; proinde intelligi debere aequitative, et discrete. Buratt. *dec.* 359. Millin. *dec.* 139. *et dec.* 145. Rota *dec.* 188. *par.* 4. *div.* cum inverisimile nimis sit, quod si conductor existimasset ex re sibi locata fructum consequi non posse, quod tamen voluerit eum tam evidenti damno obligari, et assumere in se pericula certa: ut interpretando similia pacta, advertit Cardin. de Luca *disc.* 4. *de loc.* Manzaned. *decis.* 591. *numer.* 1. Burat. *decision* 210. *numer.* 9. *et decis.* 539. *numer.* 5. Rota *decision.* 188. *num.* 4. *par.* 4. *divers.*

His praeliminaribus praemissis, conductor sibi allucinabatur, remotis repagulis praedictae renunciationis, aperuisse viam ad defalcum, pro quo allegabat primo, damnum ex via privatae servitutis transitus animalium, una cum gregibus, et hominum cum curribus, transeuntium continuo per medium pratorum Pantanellae, quae ex testibus in summario Bonjoannis fuerunt liquidata in scutis quadragintaquinque annuis, ut in ejus summario num. 14. quae cum diceretur servitus diversa ab illis duabus expresse in instrumento affictus praeservatis, ad onus capituli remansisse praetendebat, dum capitulum assumsit in se litem, et servitutem uti abusivam, et illegitime introductam impugnavit, licet in judicio succubuerit, ex quo dicebatur refectionem damni intrare, quamvis respectu tenutae magnae damnum esset modicum, per *text. in leg. Julianus* 13. § *idem Julianus, digestis de action. empt.* Mangil. *de evict. quaest.* 24. *num.* 12. *et num.* 32. Modern. Lucen. *consultat.* 26. *n.* 56. *et num.* 63. Rocca *disput jur. select. cap.* 120. *nu.* 7. *et num.* 15.

De mense novembris 1686. secuta fuit inundatio Tiberis, et aquae vagantis per pascua, de qua sex testes per conductorem examinati loquuntur, et quod tenuta exinde fuerit limo cooperta, et immixta, itaut aqua coenosa, afflantium ventorum impetu primo agitata, et ex post exiccata, impedierit herbarum assurgentium nativitatem, vel illas prius virentes, mox luto immistas, in palustres efformaverit, quod revertentibus aquis ad fluminis ripas non evanuit, ob lutum detto *mastrico*, prataque fuerunt eodem inquinata, et conspersa, unde herbae non exortae, aut pravae qualitatis evaserint in pestiferam alimoniam animalium, ex qua evenit ingens mortalitas, unde damnum non ex numero dierum inundationis, sed ex successivitate debuit metiri, ad bonificationem conductori faciendam; Surd. *dec.* 237. *n.* 19. *et. n.* 21. et ex congestis a Rocca. *disput. jur. dicto cap.* 120,

Hoc infortunium dicebatur traxisse secum alia, quod nempe ex limo, quo tenuta conglutinata, de anno sequenti 1687 ortae locustae, quae notabiliter auctae de anno 1688. habuerint statum de anno 1689. in cujus fine licet decreverint, successive tamen de anno 1690 supervenerunt mures, quibus in dies in immensum auctis, tenuta primo occupata, et undequaque obsessa, tandem in totum devastata, muribus depascentibus, et iniquo dente corrodentibus, ac faciem pratorum devastantibus. Insuper conquerebatur conductor, morbum fuisse auctum ex ipso remedii usu, venatores enim deputati contra utramque animalium pestem, calcabant, et conterebant herbam natam, et minus proficuam reddentes, itaut impedirent ex attritione continua vel herbam natam crescere, vel excavatione foetuum, avulsis herbarum radicibus, novas exoriri, itaut quod hominum venatio non potuit obtinere, irruptio porcorum per capitulum, quaesita effossione ovorum, et foetuum compleverit de anno 1687. et 1688. ut in summario Bonjoannis nu. 10. litt. B. Hoc tamen remedium corrupit herbas, easque devastavit, atque illis odorem suinum impressit, quo redditae minus gratae de pascentibus vaccinis et alimonia minus salutifera, unde mors illarum in magna quantitate, ut in summario Bonjoannis num. 12. itaut fuerit corrupta substantia rei conductae, ex relatis a Gratian. *disc.* 195. *num,* 6. Modern. Pistorien. *de loc. cap.* 49. *n.* 72. Ex quo inferebatur insolita gravitas infortunii, ob usum remedii extraordinarii porcorum, quos tam edicta agriculturae generalis arcebant a tenutis, quam specialia pacta in instrumento affictus apposita, itaut illorum introductio ad petitionem locatoris fuerit pro praecisa necessitate expurgationis. ut in summario num. 10. lit. A. Ex quibus dicebatur fuisse realiter, et in genere probatum damnum cum illa possibili liquidatione, dum damnum conductoris fuit emergens ob solutionem scutorum 1047. in actis agriculturae factam a locatore pro rata per conductorem debita, ut in summario n.° 9. et quod insimul cessaverit lucrum, ob non retractum pretium ab herbarum affictu, quae per immissos sues ad instantiam capituli fuerant devoratae modo insolito, imo insolitissimo, qui uti non potuit praevideri, ita nec praesumitur venisse sub renunciatione defalchi. Rota *dec.* 188. *part.* 4. *div.* Manzaned. *dec.* 591. *n.* 2. Millin. *dec.* 545. *n.* 2.

Animadvertebat pariter conductor, quod respectu murium damnum fuit in ultimis annis, et sic extra utrumque instrumentum affictus, itaut in hac tacita reconductione renunciatio remissionis defalchi non praesumatur repetita, ex deductis a Modern. Pistorien. *de locat. cap.* 64. *num.* 28. Rota *decis.* 432. *num.* 2. *part.* 9. *recent.* nec ex pactis terminorum factis remissa, dum conductor satis sibi cavit per protestationes, et durante primo, et secundo affictu, quo tempore nimis propera visa fuisset exceptio sterilitatis, ob compensationem sterilitatis unius anni cum ubertate sequentium, et decurrendorum, quod affictu terminato hodie libere peti potuit. Faber. *in cod. lib.* 4. *tit.* 42. *de loc. definit.* 3. Rocca. *disput. jur. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 64.

His sedulo, et exacte perpensis. et iterum atque iterum collatis. una cum substantia, et capitulis affictus, ejusque natura executiva et privilegiata obligationis cameralis, non fuerunt visa dominis apta ad reformandam decisionem, quam hodie domini confirmarunt.

Non fuit enim existimatum locatorem teneri ad minimam bonificationem asserti damni ex causa praetensi transitus, seu viae tendentis ad tenutam Montis Oliverii capituli ss. Laurentii in Damaso, quia cum hic transitus liber praeextiterit longe ante affictum Marchionis, ac antea nemini transeuntium fuerit praestitum impedimentum ut ex dicto conformi quatuor testium in summario capituli num. 7. et de facto de tempore affictus pateret haec libertas transeundi, et solitum, in quo fuit data manutentio capitulo ecclesiae ss. Laurentii in Damaso, tamquam existenti in actuali possessione libere transeundi ad suum casale, et per pontem manu factum, nullibique legatur promissio conductori de conservando tenutam immunem a quovis transitu, eo minus liberam a vis vicinali, nec obligationes novae subintelligi debent, ubi non leguntur, *l. quidquid adstringendae, ff. de verbor. obligat.* Immo capitulum sancti Petri bene sciret servitutem adesse, et eamdem profiteretur extare, ut ex ejus responsione ad positiones conductoris ex summario Bonjoannis dato sub die 25. junii praeteriti num. 17. atque hic dura nimis videretur, et imperceptibilis praesumptio, quod locator voluerit suo periculo promittere illam libertatem transitus, quam admittebat, et protestabatur se non habere, ideo conductor imputet sibi, si destruendo de facto pontem, qua itur ad tenutam Montis Oliverii, ut solitum transitum impediret, ipse fuit in causa, ut haec lis excitaretur, ex testibus capituli, summario numer. 8. vel potius, si clarius, et super hac praetensa libertate a servitute transitus non providit, ut poterat praevidere Jason. *in l. numer.* 98. *cod. de jur. emphyt.* Cyn. *in leg. Si a lege, cod. de usur.* Boss. *de remiss. merced. numer.* 4. Cancer. *variar. resolut. cap.* 15. *numer.* 14. Rota *decis.* 148. *num.* 11. *part.* 3. *recent.* quod forsan omisit ex consulto, dum illi haec vis, seu transitus fuit visus tolerabilis, ne vicini per mediam tenutam excurrerent, eamque everterent, quod observat Modern. Pistorien. *de locat. cap.* 24. *numer.* 9. Rota *decis.* 147. *numer.* 22. *part.* 3. *recent.* et ad obtruncandam omnem dubietatem, placuit dominis interpretatio desumpta ex facto conductoris de anno 1687. per informantes relato, ut perpendit decisio in §. *Nec majoris,* ad quam domini se habuerunt relative.

Quoad inundationem Tiberis, satis provisum ex litterali pacto in conductione casalis ad ripas fluminis apposito, itaut conductor bene sciverit tenutae subjectionem inundationi fluminis vicini, ut de eo, qui est naturaliter subjectus aquis dixit Ludovicus Gozadin. *cons.* 74. numer. 5. Modern. Brisien. *disputat.* 28. *numer.* 38. Coccin. *decis.* 422. *numer.* 2. Et hoc de damno contingibili ex inundatione, cogitavit, et renunciavit, etiamsi esset excessiva ut in similibus explicavit Larrea *allegat. Fiscal.* 17. *numer.* 15. et hoc non obstante absumpsit periculum ipsius per renunciationem defalco. ibi — *Per causa d'inondazione di Tevere, benchè fosse eccessivo.* — sub quo pacto veniunt casus insoliti, et plusquam insoliti, sive Tiberis subitis vorticibus actus campis innataverit, ut salum pro solo cerneres, et impetu vorsci suppelle-

citilem agrariam dissipaverit. dum haec inondatio brevi tempore non eripuit armenta, arbores non avulsit, non colles subruisse audivimus, nec quod planitiem in lacus, et stagna permundaverit, sed intra ordinem naturae, ac tempestatis hyemalis perstitit. Immo brevi tempore aquae intra riparum claustra revocatae, etsi limosam materiem in tenuta reliquerint, hoc non qualificavit casum inundationis, nec auxit damnum restrictum ad herbas hyemales pratorum, quae in totum non ascendunt ad tertiam partem tenutae, consistentis in rubris 716. et facile liquidatum fuit in exigua summa, dum conductori ex praedicta causa non defecit herba pro servitio Procodii, nisi pro minima parte, hoc est pro quadraginta rubris, quae colore inhibitionis agriculturae conductor in subsidium emit a Marco Bello affictuario tenutae sancti Laurentii, ut ex summario additionali capituli num. 1. et quod rem evincit, est factum ipsius conductoris, qui venditis sub die 29. octobris 1686. herbis falciativis quarti del Spinaceto, inundationi magis expositis, non fuit a subconductore requisitus pro defalco, et exegit pretium herbarum hyemalium, et aestivalium, et falciatirarum absque defalco, ut in summario additionali impresso num. 5. supervenientis enim pluviis cum aliquali impetu, prata fuerunt a luto, seu mastrico ex post omnimode abluta, et expurgata, itaut herbae natae virentes, et successive foenum in pratis Turris Quinti, consignatum fuerit ministris sacri palatii apostolici, quibus erat addictum et tenuta fuit in pleno fructu conductori, qui de mense aprilis 1687. vendidit herbas falciativas Sancti Luccio pro pretio scut. 14. 50. pro quolibet rubro, ut in summario capituli n. 2. Aliae vero herbae fuerunt venditae, ut ex testibus in summario num. 1. et instrumentis venditionis herbarum, ut in summario n. 2. et sic damnum qualecumque fuerit de anno 1686. ex ea parte, collatum cum aliis fructibus totius tenutae, ut fieri debere docuit Baldus *in leg. licet num.* 15 *in fin. cod. locat.* Natt. *consil.* 149. *numer.* 5. Surdus *consil.* 34. *num.* 21. Cahell. *ad bull. bon. regim. capit.* 48 *numer.* 47. Molin. *de contract. disput.* 495. §. *secundo*, Andreol. *controvers.* 119. *numer.* 3. Coccin. *decis.* 422. *numer.* 17. et etiam cum aliis annis ejusdem locationis, habita ratione anni fertilis cum sterili, erit intimum, et nullatenus bonificandum, uti sub pacto renunciatoria defalchi comprehensum, *leg. Si uno in princip. digestis locat. leg. licet, cod. eodem tit. cap. Propter sterilitatem eodem tit.* et ex congestis a Rocca *disputat. jur. cap.* 119. *et cap.* 120. Larrea *alleg. Fiscal.* 17. *n.* 15. Coccin. *d. dec.* 422. *n.* 1.

Quoad locustas, seu grillos, quorum damnum, ex immensa colluvie animalium, et praecipue ingruentia coogestum longo annorum 1687. et 1688. ac 1689. apparato protracta, in gravissimam molem excrevisse dicebatur, cum herbae montium corrosae fuissent, et in apertis pratis foeno tenero dente recisa, ut referunt testes *l'abbruciavano come fuoco*; sed hoc qualecumque damnum non fuit in facto justificatum, nec per triennium, nec in quantitate liquidanda pro summa ad defalcum requisita, quamvis tertius testis, in quo totam vim facit conductor, praetendat locustas, sive grillos incepisse de mense aprilis 1687. tamen idem tertius testis juxta nonum postquam retulit, *che venne l'infezione de grilli. e cominciò nella tenuta della Valchetta.* concludit, *che detti grilli si cominciarono a vedere in detta Tenuta verso il fine di Maggio, e quando cominciarono a scoprirsi non erano per tutto la Tenuta.*

Hinc duo resultant notabili animadversione digna, nempe, quod ubi coeperunt detegi locustae, seu grilli, non occupaverunt totam tenutam, ibi = *Non erano per tutta la tenuta* — ut refert quartus testis juxta quartum in summario num. 6. ibi — *Gli fu toccata una parte solo della tenuta della Valchetta* = et paulo infra idem testis prosequitur = *Nè il primo anno toccò altra parte, e se l'avesse toccata, lo saprei* = et ibi subdit = *Eccetto. che calò qualchè poco nelli prati della Pantanella* = ubi refert = *Che furono tutti falciati etc. e fecero maggior quantità di fieno di quello era stato nel precedente anno* = eadem retulit de secundo anno: In tertio vero dicit locustas ex abrupto redivivas in fine aprilis rediisse. et quod licet se dilataverint — *nelle rimesse delle Vitelle, e nelle Pantanelle*; dicit tamen hoc fuisse = *senza toccare in modo veruno altri prati, o siti di essa tenuta* — et tantum abest, quod damnum inde liquidetur in specie ad defalchi petitionem, dum potius omnino excluditur ex dicto testis, ibi — *Et in questo terzo anno questi prati delle Pantanelle resero l'istesso quantità di fieno, che erano stati soliti di rendere negli anni precedenti alle suddette influenze* — Ex quibus eliditur alacritas tertii testis, in dicto, quod locustae invaserint totum casale, et quod notabiliter damnificaverint herbas: cumque quartus testis fuerit a conductore inductus, contra ipsum perfecte probat, Farin. *de testib. quaestion* 62. *numer.* 244. Rota *decis.* 305. *numer.* 18. *part.* 15. *et decis.* 311. *num.* 10. *part.* 19. *rec.* et undequaque conservationis probationes dissipat.

Alterum vero, quod inceperunt in fine maii, de quo tempore herbae falciativae erant jam a solo per falcinatores separatae, et sic non potuerunt venire sub corrosione grillorum, quod ad unguem fuit comprobatum, tam ex libro magistratus, et consulum agriculturae, ubi ex relatione tunc data, locustae incoeperunt de mense junii 1687. ut in summario capituli, num. 10. et ex dicto eminentissimi cardinalis Cybo, et eorumdem consulum sub data diei 7. junii juncta depositione Farinae in commissarium electi sub die 12. junii, qui successive suam relationem exhibuit die 24. junii, prout fuerat sibi injunctum, ut ex summario additionali in scriptis num. 3. idem prorsus fuit de aliis herbis quae non fuerunt substantialiter damnificatae a locustis ex primo teste juxta septimum in summario nu. 6 ubi concludit, recollectam eamdem herbarum quantitatem, ibi — *Nocquero in detta tenuta della Valchetta l'erbe come nascevano prima, tanto nelli monti, secondo la loro povertà. quanto nelli prati* = quam idem pretium, ibi = *In detto anno furono vendute da detto Sig. Marchese l'erbe nel medesimo modo, che le vendeva prima* = quidquid affectent testes pro conductore, invicem sibi contrariantur, dum primus negat herbas venditas, quas alter ex dictis testibus fuisse venditas fassus est, auctoramento desumpto ex instrumento venditionum per Bonjoannem factarum ejusdem anni, *ut in summario capituli numer.* 2. *per totum. et ex summario additionali numer.* 2. Unde haec contrarietas in dicto enervat in judicio probationem ex testibus elicitam, Farinac. *de testibus quaest.* 65. *numer.* 2. Rota *decis.* 147. *numer.* 4. *part.* 10. *recent.* Rota *decis.* 266. *numer.* 8. *part.* 18. *et decis.* 73. *numer.* 20. *par.* 19. *recent.* Juncto mendacio, de quo redarguitur primus testis juxta octavum, conferendo ea, quae idem prius dixerat juxta sextum, et observando instrumenta venditionum herbarum, a quibus evertitur ejus dictum, una cum dicto tertii testis affectantis restringere fructuum herbarum ad quid minimum ex causa damni per locustas infecti, et insimul allicientis alios testes ad secum eadem contestandum, et affectantis sollicitare examen quinti testis, ut idem retulit juxta primum, ad tradita per Farinac. *con.* 130 *num secundo*, Rota dec. 194. *n.* 4. *post ejusdem cons. lib.* 2.

Sive mendacium extendi praetendatur ad omnes testes pro conductore examinatos, affectantes probare, locustas ingruentis majori nostrum casale devastasse de anno 1689. dum sane haec lues evaserit de mense septembris 1688. ut constitit ex actis in tribunali agriculturae, ubi declinato morbo dimissae congregationes fuerunt, et vigilantissimae provisiones, ut ex summario capituli num. 10. juncto summario additionali num. 4. Unde tota vis probationum restringitur ad damnum anni 1688. quod in specie non fuit liquidatum, itaut. facta computatione fructuum cum expensis, conductor inde appareat deceptus in fructibus ultra dimidiam, vel intra dimidiam saltem, juxta famigeratum cons. Ludov. Gozzadini 74. per totum, ubi negat constanter restaurum ei, qui passus fuerat laesionem in duabus ex quinque partibus affictus, se restringens ad dimidium damni, ut requiritur per *test. in l. Ex conducto, ff. locat.* Bartol. in *leg. Si uno*, §. *ubicumque eodem titul. et in l. licet, cod. eodem* Caroc. de *remiss. merced. numer.* 4. Boss. *de remiss. merced cond. num.* 5. *fol. mihi* 394. Joannes Baptista Costa *consil.* 30. *numer.* 1. Modern. Brixien. *de fruct disputat.* 28. *artic.* 2. *numer.* 15. Larrea *allegat. fiscal. disc.* 17. Hoc tamen damnum in medietate non est satis pro restauro si sit in anno sterili novennii, cum sterilitas anni debeat elici facta collatione cum fertilitate aliorum annorum affictus novennalis, ad secundum novennium renovati, et sic facta computatione annorum, sine quo non intrat restaurum, ex *cap. Sterilitatem.* et ibi Abbas *numer.* 3. *de locat. et conduct. gloss. in l. licet, c. de locat.* Modern. Brixien. *de fructibus disput.* 28. *art.* 2. *numer.* 19. *et* 21. ex quibus, tam in facto, quam in jure corruit exceptio ex locustis, seu grillis desumpta, cui fuerat etiam expresse renunciatum

Pacioni

Quoad mures, eorumque damnum illatum, illiquida fuit probatio facti, ex varietate, et contrarietate testium, et consequenter inefficax ad restaurum. Quartus etiam testis juxta 11. testatur mures natos de anno 1690. et durasse usque ad mensem Februarii 1691. ut in summario capituli num. 12. cujus dictum contestatur sextus testis juxta 11. licet ultra mensem aprilis murium durationem protrahat, et utrique adversat dictum tertii testis, qui retulerat mures durasse in tenuta per totum annum 1691. et quod prata videbantur *macsi*, cujus dictum implicat cum eo, quod animalia praecedenti ibi fuerint continuo depasta, ut ex dicto secundi testis juxta sextum, et quarti testis juxta octavum, in dicto summario num. 6. Immo, quod tempore murium conductor non solum fuit usus foeno tenutae pro sui servitio, sed etiam a prima die januarii 1690. per totum annum 1691. asportaverit in magna quantitate foenum ad urbem, ut in summario capituli num. 14. ex quo apparet mendacium quinti testis,ubi exaggerat damnum passum a muribus, quod venire sub restauro negarunt constanter consules agriculturae, eorumque assessores, et consultores deputati in similibus judiciis, ut ex dicto summario num. 15. Ex qua communi observantia judicandi in agro romano, declaratur qualitas hujus damni, et inefficacia ad restaurum affictus, Abbas. et Butr. *in cap. cum dilectus, de consuetud. et in cap. certificari, de sepulturis n.* 2. Larrea. *alleg. fiscal.* 17. *n.* 2.

Praeterea fuit animadversum mures irrepsisse in parte anni 1690. et 1691. tacitae reconductionis, dum affictus ad novennium una cum novenuali prorogatione jam diu terminaverat, et sic reconductio tacita currebat de anno in annum per locaturem, etiam cum diminutione pensionis scut. 300. tolerata. Cumque in pagam primi anni,quo urgebat murium infestatio, fuerint libere soluta scut. 2000. ibi — *A conto dell'affitto del presente anno*=ut in summario capituli dato sub die 22. junii 1693. num. 10. et fuerint factae reliquae solutiones ad complementum praedictae paghae, censetur renunciatum exceptioni defalchi, cui tamquam pacto in praecedenti affictu inito, conductor retinendo tenutam, non obstante interpellatione de illam evacuando,censetur se subjecisse, ob praesumptam repetitionem, ad *Text. in l. item quaeritur. §. Qui impleto, ff. de locat.* Larrea *allegat. fiscal.* 17. *per tot.* Cardin. de Luca *de locat. disc.* 16. *numer* 3. Rota *decision.* 335. *numer.* 8. *par.* 10. *rec.* nec capitulum passum fuit recedere in minimo pactorum priori affictus, ad *text. in l.* 1. *c. de dot promiss.* Coccin. *dec.* 857. *n.* 1.

Ab hoc primo anno reconductionis ad alterum durante lue murium bene infertur, dum conductor, ut poterat, sibi non praecavit ante ingressum in secundo anno, ad *text. in l. Qui bono, §. de illu, ff. de domn. infect.* Bald *in leg. Ex conducto §.* 1. *cod. locati*, Caval. *decision* 66. *numer.* 2. Dunozet. *decision.* 1003. *numer.* 3. neutra igitur ex supradictis exceptionibus involvit damnum insolitum, et intolerabile, quod fuit dictum requiri adhuc, ut conductor possit petere restaurum, non obstante, quod eidem exprese renunciaverit. et de singulis cogitaverit, ut in fortioribus terminis Capyc. Latr. *consultat.* 40. *num.* 7. *et num.* 18. Quoad alia domini se habuerunt relative ad decisionem.

In hac igitur probationum turbiditate, et illiquiditate exceptionum, visum est dominis non esse diutius retardandam executionem obligationis cameralis pro solutione affictus, et ideo steterunt in decisis, utraque parte eruditer informante etc.

R. P. D. MUTO.

Ferrarien. Restrictionis Ghetti super Negotio Principali.

Ven. 23. *Martii* 1696.

DECISIO III.

Secuta de anno 1624. per sa: me: Urbanum VIII. erectione Ghetti ferrariae, maturequa taxatis per quinque primariae nobilitatis viros ad id praelectos annuis domorum circumdarii affictibus, seu pensionibus, cardinalis Ginninus tunc de latere legatus anno 1627. ne aliqua contentio super illis oriretur inter dominos, et possessores praefatarum domorum,ac hebraeos inquilinos, nonnullas edidit constitutiones, seu capitula vim legis stabilis, hac perpetuae habitura.in quorum primo expresse sancitur, quod iidem domini nullo unquam tempore possint (sunt verba) *far contratti. o distratti di sorte alcuna di esse Case, Botteghe, o Stabili con Cristiani. o con Ebrei prejuditiali agli Affittuarii, nè meno alterare gli affitti di essa ec. nè escludere li Conduttori.quando usino le Case.e Beni affittateli arbitrio boni viri* — In secundo, et tertio capitulis providetur reparationibus, et damnis ipsarum domorum, ac tandem in quarto mandatur, quod si illae — *per mancanza di linea finita, o per il partire, che facesse qualche quantità di Ebrei da Ferrara o per qualunque altra causa non restassero affittate. vogliamo, che l'Università, e Naziona di detti Ebrei sia tenuta, ed obbligata de proprio al pagamento delli affitti di dette Case e Botteghe per un annata intiera.nel qual tempo mentre la suddetta università o Naziane, non voglia continuare a pagare detti affitti del proprio. sia obbligata fare istanza avanti l'Illustrissimo Signor Cardinal. Legato che sarà pro tempore, acciò si restringa il Circondario del Ghetto etc. e mancando detta Università, in fare dette diligenze,s'intendo anch essere obbligata pagare detti affitti passato il suddetto anno per un altro annata susseguente.*

Universitas hebraeorum antedicta de anno 1684. praetensionem excitavit restrictionis Ghetti. seu saltem reductionis pensionum et licet a vicario generali Ferrariae per cardinalem legatum tunc temporis deputato sententiam tam quoad restrictionem Ghetti, quam quoad reductionem pensionum favorabilem reportasset, suspensa tamen postmodum fuit ejus executio per ipsum cardinalem legatum, atque ad deputationem deventum quorumdam arbitrorum, cum facultate concordandi. qui laudum promulgarunt non esse locum restrictioni Ghetti. sed reducendas esse pensiones pro quinta parte affictuum,qui tunc persolvebantur, adversus quod appellantibus dominis, et possessoribus ad A. C lata fuit per istum sententia infirmans tam relatam vicarii Ferrariae,quam praedictum laudum, declarans nec esse locum restrictioni Ghetti, neque reductioni pensionum,sed per viam novae appellationis ex parte universitatis interpositae, delegata mihi contentione,proposui a dominis die 3. aprilis.et 5. julii 1694. *An sit locus saepe dictae restrictioni Ghetti, et Universitas teneatur, vel non ad continuationem solutionis pensionum, seu potius sit locus illorum reductioni*, et in utraque audientia demandatum fuit, quod *coadjuventur probationes hinc inde*; Qua propter processu in partibus compilato, cum causa denuo reproponi contigat, tandem patres agnitis in subsistentia utriusque instantiae universitatis, et inefficacis probationum per eamdem adductarum adversus potentiores per dominos, et possessores domorum deductas. *non esse locum restrictioni Ghetti, neque reductioni pensionum* authumarunt;

Quo enim ad primum dubii partem restrictionis Ghetti,nec illam universitas praetendere potest de jure, minusque ex dispositione relati quarti capituli; Non quidem de jure, nam cum in dicto primo capitulo statutum sit, non licere dominis domorum eos e circumdario Ghetti repetere, atque aliis locare, potius resistit, quam favet dispositio juris, quae ne alias locatores, et conductores ad imparia judicentur, minime permittit hebraeis, et eorum universitati, domos pro ipsorum libitu restituere, *text. in l. Julianus §. si quis ff. de act. empt. l. si cum dies §. penult. ff. de recept. arbitr.* Rota coram Mantic. *decis.* 186. *numer.* 4. coram Pamphil. *decis.* 424. *numer.* 3. et coram Buratto *decis.* 295. *numer.* 11. *cum seq.* Concordantibus in hoc ipsis capitulis nam licet in praenominato primo haec aequalitas litteraliter servanda non praescribatur, eadem tamen injuncta fuit in edicto cardinalis Pallottae legati successoris, quod cum promulgatum extiterit in declarationem ipsorum capitulorum, reputari debet ac si in illis fuisset insertum, ad *text. in l. haeredes palam, §. si quid ff. de testam.* Cyriac. *contr.* 210. *numer.* 11. *cum seq.* Rota *in recent. decis.* 100 *numer.* 3. *part.* 6. et coram Dunoz. Jun. *dec.* 997. *num* 10.

Minus eam petere potest universitas vigore quarti capituli; praemisso etenim,quod sicuti ex ipsius verborum lectura resultat adhoc,ut penes cardinalem legatum peti possit hujusmodi restrictio Ghetti, praecedere de necesse debet verificatio causae deficientiae lineae finitae hebraeorum, vel discessus alicujus quantitatis illorum e civitate Ferrariae.seu similis alias, et quidem ab ipsa universitate probanda, cum do-

minis domorum sufficiat illam negare, Mascard. *de probat. conclus.* 343. *numer.* 4. et 5. Surd. *decis* 64. *numer.* 29 *et* 30. Rota coram Dunoz. Iuo. *decis.* 743. *numer.* 4. coram Buratin *decis.* 151. *num.* 1. coram Bichio *decis.* 631. *num.* 4. et *in recent. decis.* 82. *num.* 7. *part.* 16. *et decis.* 352. *num.* 13. *part.* 19. Nec satis reputatur dislocatio in genere, nam quidquid sit de illius probatione, repugnat expresse dispositioni ipsius capituli, concursum unius ex relatis causis praescribentis, alias quodammodo melioris redderet conditionis Hebraeos quandocumque ad libitum petendi restrictionem Ghetti, quod essent Christiani domini, et possessores domorum prohibita eisdem a locationibus voluntario recessu, atque vetita facultate aliis locandi quod eum irrationabilitatem capituli involvat, praesumendum non est (quatenus etiam expressa dispositio deficeret) id per conditorem fuisse volitum ad text. in *leg. Solvius Aristo. ff. de leg. potest.* Bald. *cons.* 91. *n.* 2. *lib.* 4. Cravet. *cons.* 3. *n.* 23. Rota *in recent. dec.* 494. n. 15. *par.* 1.

Neutra ex praefatis causis in capitulo expressis verificata dici potest in hypothesi; Non quidem prima deficientiae lineae finitae, nam tametsi subsisteret lineae alicujus extinctio multis ab hinc annis secuta, universitas tamen ex lineae defecta reparationem obtinuit, eum plures domus e circumdario Ghetti concorditer separatae fuerint, sicut deponunt ipsimet testes universitatis, et abinde citra nulla probatione concluditur, alias extinctiones fuisse subsecutas, prout opus fuisset, nam facultas petendi restrictionem, si quae ex extinctionibus arcutis competiit per dictam separationem consumpta remansit, nec potest amplius reviviscere, nisi novae sequantur, argumento *text. in leg. Boves* ₴. *hoc sermone ff. de verbor. signific.* Gabriel. *commun. conclus.* tit. *de legib.* et *constitut conclus.* 2 Rauden. *de analog. cap.* 11. *num.* 1. *et seq.* Menoch. *praes.* 132. n. 1. *lib.* 4.

Eo minus altera discessus, seu diminutionis alicujus quantitatis Hebraeorum concurrit, nam praeterquam quod satis non fuisset quaelibet diminutio, sed deberet esse considerabilis, prout explicant ipsamet verba capituli, et quia modica, et occasionalis sub lege quantumvis generali non comprehenduntur, Tiraquell. *de judic. feren.* ₴. 36. et ₴. 84. Asin *in prax.* ₴. 26. *cap* 1. *numer.* 3. *et seq.* Diminutio nec modica per universitatem probatur, animadvertendo siquidem, quod de anno 1617. quo fuerunt edita praemissa capitula, numerus Hebraeorum ascendebat ad 1700. juxta notulam ab ipsismet exhibitam in cancellaria episcopali, modo vero in Ghetto Ferrariae non morantur ad minus, quam 1725 Hebraei.prout constat ex calculo dato per dominos domorum, summar. num. 7. comprobato in majori parte ex notulis juratis ipsorum Hebraeorum, et ex depositionibus nonnullo rum testium in eo, quod dictae notulae defectuosae dignoscuntur, ut calculanti patet, numerus hodie est major, eo quod erat de tempore publicatorum capitulorum, et hanc diminutionem non subsistere deponunt testes metu universitatis asserentes numerum Hebraeorum esse eumdem ad praesens, quo erat ante, qui eum fuerint per universitatem adducti, contra ipsam plene probant, *l. si quis testibus c. de testib.* Rota coram Burat. decis. 55. *numer.* 6. *in recent. decis.* 102. *numer.* 28. *part.* 9 *decis* 9. *numer.* 14. *part.* 15. *et decis* 132. *numer.* 20. *part.* 17. Non attento, quod de anno 1624. quo secuta fuit erectio Ghetti, numerus Hebraeorum fuisset 2074. nam quidquid sit de legitima desuper probatione, eum de anno 1617. quo fuerunt edita capitula, seu constitutiones per cardinalem legatum, numerus esset 1700. ad istum habita censetur relatio pro regulanda diminutione in futuris annis. non autem ad tempus antecedens, cum lex, seu constitutio de praeteritis non curet, text. in *l. leges la secunda c. de legib.* Rota coram Dunoz. Jun. *decis* 540. *numer.* 13. *in recent. decis.* 115. *numer.* 12. *part.* 8. *dec.* 520. *num.* 8. *par.* 18. cum aliis per Addeo. ad Pamph. *dec.* 596. *pariter n.* 8.

Alia neque probatur similis causa, ob quam universitas petere valeat restrictionem Ghetti, non urgente, quod perpensis illis verbis capituli — o *per qualunque altra causa* = satis quaelibet in proposito sufficiat, quin esse debeat uniformis superius narratis, nam ultra quam quod de hac generali causa nec minus docetur, praeadducta verba intelligi non debent effrenate posita, et cujuscumque etiam voluntariae causae inductiva, sed dumtaxat similium expressis, non obstante dicta dictione universali *qualunque*, cum per subsequentem *altra* modificetur sicuti explicant Altegrad. *cons.* 68. *n.* 42. *lib.* 1. Marot. *discept. forens. cap.* 15. *n.* 26. Pasqualig. *qu. moral. jurid.* 209. *n.* 6.

Clarius tam attento superius enunciato laudo in hac causa promulgato, in quo licet reduci mandatum fuerit pensiones, tamen denegata fuit restrictio Ghetti, et iis per consequens agnitum deficere causas per capitulum volitas, ut has hodie readducere nequeat universitas, cum laudum approbaverit, instando pro illius executione, quod propterea nequit impugnare, Bart. *cons.* 149. num. 1. *lib.* 1. Surd. *consil.* 528. *num.* 16. *et* 17. Rota coram Boist. *dec.* 229. *num.* 6. *et in recent. decis* 433. *numer.* 4. *part.* 18. quum facto ipsorum Hebraeorum, qui nedum retinent extra Ghettum quamplures mansiones, horrea, stabula, et promptuaria, *Summario dominorum numer.* 11. *littera A.* ac nonnullas voluntarias incorporationes aliarum domorum fecerunt post restrictionem Ghetti, considerabiles que innovationes elevando appartamenta, et construendo de novo aedificia *eodem summar. numer.* 11. *littera B. et C.* Ex quo enim consequitur, quod revera nulla ex relatis causis subsistit pro restrictione Ghetti, nam alias haec omnia peragi non tolerassent, et quod magis est, nec universitas pensiones per plures annos solvisset, cum praesumi non debeat, pomleratis signanter qualitate personarum, voluisse jactare suum. Rota in *rec. dec.* 253. n. 27 *part.* 4. *tom* 2. *et dec.* 520. *nu* 73. *p.* 14. ubi haec praesumptio omnium verissime appellatur, et passim in aliis.

Et hinc aliqua ex causis per capitulum volitis verificata dici non potest, ex quo domini domorum judicialiter etiam universitatem ad sibi solvendas pensiones cogerent quae ex dispositione ejusdem capituli solum illae per universitatem debentur, quoties accedunt relatae causae, quandoquidem animadvertebant domini nedum universitatem ex relatis causis teneri ad pensiones domorum dislocatarum in circumdario Ghetti; sed etiam in casu, quo easdem domus voluntarie desererent, ut plurimum accidit, eum hujusmodi generis hominibus, ad effectum vexandi dominos, et possessores domorum eisdem coactos domus locare pro ad quas reductione pensionum exturquenda, quinimo hujusmodi de causa, quando rabini statim ac aliqua domus dislocata remansit, sub poena praesumptae excommunicationis prohibuerunt Hebraeis, ne domus conducerent, ut resultat ex facti serie, relata per Rotam coram Seraphin. *decis.* 988. *numer* 1. *vers. ex eo*, et Romae ad hujusmodi fraudes compescendas, opus fuit, quod san. mem. Alexander VII. desuper opportunam constitutionem promolgaret, super cujus intelligentia emanavit *decisio* 49 *part.* 19. *recent.* ut ex his voluntariis actibus, et simulationibus controverti nequeat, universitatem teneri ad pensiones domorum dislocatarum, tum ex eo, quod ex ipsorum voluntate pendet adimplementum, ut in voluntaria non secuto, pro facto habeatur, *text in leg. labeo scribit*, et *leg. haec venditio ff. de contrah. empt.* Rota coram Burat. *decis.* 5. *num.* 11. *et recent decis.* 26 *num.* 3. *et* 4. *part.* 16. Tum ex quo sequitur non patitur, quod sicuti Cristiani domorum domini nequ unt aliis voluntarie locari, permitti debeat Hebraeis domus voluntarie deserere contra juris regulam supradictas expositam. Quod secus se habet respectu universitatis in ordine ad petendam restrictionem Ghetti, nam tunc voluntarium factum, quod operatur, ut eadem ad solutionem pensionis erga dominos, et possessores etiam teneatur eidem non suffragetur ad petendam restrictionem Ghetti, pro qua ex lectura dicti capituli non legitur attributa tam ampla facultas, sed solum restricta ad causas ibi enunciatas sufficit enim quod sint actus separati, quodque vigeat diversa ratio adhoc, ut correlatio inter unum, et alterum ex praeaddu-ctis nasibus non iutret, ut explicat Rota in *rec. dec.* 607. *n.* 27. *p.* 4. *to* 3.

Quo vero ad alteram dubii partem, reductionis pensionum, negativa resolutio desumpta fuit ex eo, quod taxa pensionum, adversus quam petitur reductio natura sub initio facta fuit, habito respectu ad valorem pretii domorum per 70. circiter annos ab erectione Ghetti observata, necnon in praenominatis capitulis, signanter pro ipsis observantia, et declaratione latis approbata, ita ut eum reddatur stabilis, et perpetua ex quo talis reputari debent capitula, tamquam edita per viam legis perpetuae, et universalis quod legato permittitur. ad *text in cap. fin. de offic. legat* Barbosa *de jur. eccles. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 84. Rot. cor. Seraph. *dec.* 536. *num.* 4. et bene explicat coram Bich. *dec.* 381. *nu.* 31. dubet propterea perpetuo servari, nec ab ea recedendum videtur, *leg. omnes populi ff. de instit act.* Amat. *dec.* 1. n 1.

Rota in *rec. dec* 8o. *n.* 1. *par.* 2. *dec.* 5o3. *nu.* 4. *p.* 14. *et dec.* 376. *n.* 7. *par.* 15.

Quin urgeat. quod nedom pensiones domorum, sed generaliter hodie fructus reliquorum bonorom stabilium sint diminuti, ut eadem diminutione gaudere pariter debeat universitas; Tum quia quemadmodum hebraeis pensiones augeri non possunt, ita quoque ferendum non est, quod domini domorum pensiones minuere per indirectum compellantur, ut in his terminis firmat Rota *in recent. decision.* 49. *numer.* 9. *et* 10. *part.* 9. Tum etiam quia pensiones ab initio taxatae fuerunt leves, nam pro valore domorom a scutis 3ooo. ad 66oo. taxantur ad rationem scutorum duorum pro quilibet centenario, domini domorum tenentur ad reparationes, hebraeique in eis habent jus *Gazagà*, quo enim caso non fit pensionom diminutio, tametsi supervenerit mutatio status, nam sicuti in antecetis temporibus gavisa fuit universitas commodo levium pensionum, quando regulariter caedem in majori quantitate persolvebantur, ita pariter hodie sentire cogitur incommodum, quatenus aliqua diminutio secuta fuisset, ex his quae tradunt Natt. *cons.* 49. num. 3. *od fin.* Capyc. Latr. *decis.* 18. *numer.* 13. *et* 14. et conferunt deducta *per Rotam coram. Cardinali Cerro decision.* 861. *numer.* 1. *et seq. et in voto discursivo Reverendiss. D. mei Decani edito in causa romana canonum de* anno 1694. in vim cujus prodiit uniformis resolutio 21. junii ejusdem anni cor. eodem.

Demum neque obstitit, quod pro reductione pensionum emanaverit superius adductum laudum. nam cum illud non fuerit a dominis domorum emologatum, sed potius ab eo reclamaverint, et ex firmatis detegatur injustum, censeri debeat ac si non emanasset, *l.* 4. ➰ *condemnatum ff. de re judic.* Soccin. Sen. *cons.* 1o1. n. 5 *in fin. vers. praeterea laudum,* cum aliis per Rot. *in rec. dec.* 31x. *n.* 2. *par.* 6.

Et ita non semel, sed bis, iterumque causa proposita resolutum fuit utraque etc.

R. P. D. MUTO.

Ferrarien. Restrictionis Ghetti super Negotio Principali.

Mercurii 4. Junii 1696.

DECISIO IV.

Ghettum civitatis Ferrariae, nec esse restringendum, minusque circumdarii illius domorum pensiones esse reducendas, post tertiam causae propositionem rota censuit coram me in audientia diei 23. martii praeteriti, adversus quam resolutionem concessa universitati Hebraeorum nova audientia, patres hodie dominorum dominis tantum informantibus, persistendum esse in decisis existimarunt,

Solida namque visa fuerunt decisionis fundamenta pro rejectione utriusque instantiae per universitatem antedictam promotae, nam quoad primam restrictionis Ghetti, obstat eidem tam dispositio juris communis, vetans locatores, et conductores ad imparia judicari, ut si priores in hoc casu ex dispositione capitulorum ipsius Ghetti in erectione compilatorum per cardinalem Centinum tunc in civitate legatum a latere, et declarationis illorum aeditae per cardinalem Pallottam legatum successorem, non possunt pensiones augere ad servandam aequalitatem, prohibita similiter dici debet Hebraeis conductoribus pensionum diminutio, ut per text. *in leg. Julianus,* ➰. *si quis ff. de action. empt.* firmat praecedens causam decisio ➰. *Quo enim ad primam.*

Quam pariter tenor quarti capituli praefatae erectionis, in quo praescribitur, quod dumtaxat in eventum deficientiae lineae finitas hebraeorum, sel ob discessum alicujus quantitatis illorum, seu ob similem aliam causam possit universitas instare pro restrictione circumdari Ghetti, quibus sane causis, ut infra deficientibus, denegata remanet universitati facultas talem instantiam promovendi, ut advertunt Surd *cons.* 294. n. 9. *cum seq.* Rota in *rec. dec.* 115. n. x. *par.* 3. *dec.* 651. n. 9. *cum seq par.* 4. tom. 3. et *coram Bichio dec.* 349. *num.* 7.

Nullam ex causis in relato capitulo pro conditione appositis verificatam probat universitas, sicuti tenetur tamquam fundamentum propriae intentionis Rot. *in recent decis.* 2o1. *numer.* 3. *et decision.* 639. *numer.* x. *part.* 4. *tom* 2. *et decision.* 174. *numer.* 28. *part* 17. Deficientia namque lineae finitae primo loco considerata non verificatur nam postquam universitas alia vice hujusmodi de causa restrictionem obtinuit, nullatenus nova deficientia probatur quae debuisset omnino concludi, eo quia antiqua ob restrictionem jam secuta in nulla amplius consideratione habetur; ad fimigeratum text. *in l. Boves.* ➰. *hoc sermone, ff de verbor. signific.* et si probaretur adhuc non relevaret, nisi unico contextu doceretur, nonas Hebraeorum familias in Ghetto Ferrariae domicilium non constituisse, aut quod ex dictis primis lineis novae lineae non fuerint multiplicatae, nam istae de jure in locum antiquarum, quae deficere potuerunt, de jure, subrogantur, argumento text. *in l. Gregge. ff. de pignor.* Card. de Luc. *de credit. disc.* 35 *numer.* 38. Rot post Pacif. de Salvian. *decision.* 125. *numer.* 8. *et seqq. et decision.* 126. *numer.* 8. Prout inanis est labor universitatis, in ostendendo numerum hebraeorum a tempore erectionis fuisse diminutum. nam do anno 1627. quo fuerunt aedita praemissa capitula numerus existens in Ghetto erat 1700. modo vero est ad minus 1725. juxta calculum desumptum tam ex confessionibus ipsorum hebraeorum, quam ex testibus, *summar. dominorum praeteritae Propositionis num.* 7. Unde potius detegitur auctus, quin obstem faciat, quod paulo ante facta capitula major esset numerus Hebraeorum, nam tempus capitulorum debet attendi, non autem antecedens, ad vulgat. text. *in l. leges. c. de legib.* Adden. ad Pamphil. *decision.* 596. *num.* 8. *et in rec. dec.* 52. *num.* 3. *part* 17.

Et quidem praesuppositam deficientiam non extitisse, sicut nec aliam quamcumque similem causam. vigore cujus ex dispositione praecitati capitoli postulari potuisset restrictio Ghetti, comprobat tam laudum super his contentionibus aeditum denegans restrictionem Ghetti ab ipsa universitate approbatum, instando pro illius executione, quam etiam positivum factum ipsorum Hebraeorum, retinendo extra Ghettum quamplures mansiones, horrea, stabula, et promptuaria, ac insuper voluntarias, considerabilesque incorporationes, et fabricas faciendo in Ghetto, sicuti ponderat decisio. quae confirmatur. ➰. *Clarius.* Ut hinc nihil officiant ad ostendendum praeexistere causas reductionis, solutiones domorum dislocatarum judicialiter etiam factae per universitatem, ad quas ex eisdem causis tenetur ex dispositione praeadducti quarti capituli, nam ultra has causas, universitas tenetur quoque ad pensiones domorum dislocatarum ex facto voluntatis ipsius. domos non conducendi, quod secutum praesumi debet in praesenti, cum sit idem numerus hebraeorum. et alias mansiones extra Ghettum conducat, quae enim praesumptio, seu etiam sola possibilitas excludit praesuppositam existentiam. et verificationem aliarum causarum. ut ponderat Rot. in *decision* 413. *numer.* 3. *part.* 5. *decis.* 281. *numer.* 23. *part.* 11. *et dec.* 64. *num.* 25. *part.* 17.

Respectu vero reductionis pensionum super qua versatur altera instantia universitatis; placent dominus fundamenta praeteritae decisionis firmantis inter caetera eidem non esse locum, ex quo taxatio pensionum facta fuit in capitulis erectionis vim legis perpetuae habentibus in moderata quantitate, et quidem minori aliarum pensionum extra Ghettum, et sicuti domini domorum tunc temporis diminutionem patientes instare, non poterant pro augmento, ita pariter modernis temporibus licitum non est universitati agendi pro diminutione ex causa aliqualia, et parvi augmenti, cum quibus decisionis fundamentis DD. transire voluerunt.

Et ita altera etc.

R. P. D. LANCETTA.

Ferrarien. Restrictionis Ghetti super Negotio Principali.

Vener. 22. *Martii* 1697.

DECISIO V.

Inter capitula occasione constructionis ghetti in civitate Ferrariae de mandato cardinalis Cennini tunc de Latere legati concordata per Haebreorum universitatem cum dominis domorum in circumdario designato existentiam, conventum extitit. quod — *Se per mancanza di linea finita, o per il partire, che facesse qualche quantità d'Ebrei da Ferrara, o per qualunque altra causa non restassero affittate etc (scilicet domus) l'università e naziona di detti Ebrei sia tenata. et obbligata de proprio al pagamento dell'affitti di dette Case, e botteghe per un annata intiera, nel qual tempo mentre la suddetta università, o nazione non voglia continuare o pagare detti affitti do proprio, sia obbligata fare instanza avanti l'Illustrissimo Signor Cardinale Legato, che sarà pro tempore, acciò si restringa il circondario del Ghetto* — Huic autem dispositioni praefata universitas innixa, coepit in partibus praetendere locum esse restrictioni Ghetti, vel reductioni pensionum, cum supposito quod causae ibidem expressae verificarentur; et quamvis in prima instantia utramque obtinuerit, nihilominus compromissa deinde controversia, denegata fuit per arbitros Ghetti restrictio, concessa tamen pensionum reductio. At dominis domorum huic laudo non acquiescentibus, causaque proinde ad curiam delata primo in tribunali A. C. ac postea in hoc sacro auditorio praeviis geminis decisionibus coram R. P. D. meo Muto, prodierant sententiae eutram ex instantiis per dictam universitatem promotis admittendam esse declarantes: Cumque causam in ulteriori instantia mihi commissam hodierna die proposuerim, et DD. posteriora judicata solidis fulcita rationibus recognoverint, ideirco sententiam rotalem confirmandam esse responderunt.

Hujus enim soliditate sopposita, justitiam satis resultare putarunt, ex quo controversa Ghetti restrictio non fuit in capitulis absolute, nec ad Hebraeorum libitum permissa. sed solum quotica illorum linea defecissent, vel aliquis eorum numerus e civitate discessisset: Quamobrem partes sunt universitatis alterutram saltem ex dictis causis justificandi tamquam propriae intentionis fundamentum ad text. *in l. Actor, qui asseverat, c. de probat.* Alex. *cons.* 46. n. 1. *lib.* 5. et Rota *dec.* 758. *sub.* n. 4. *vers. praeterea vero par.* 3. *rec.* cum caeteroquin domorum possessoribus illas negare sufficiat, Menoch. *d. praesumpt. praes.* 182. *per tot.* Altograd. *cons.* 77. *n.* 19 *et seqq. lib.* 2. cum aliis quos refert prima decisio R. P. D. mei Muti aedita 23. mar. 1696. §. *Minus eam.*

Tantum autem abest, ut linearum deficientiam, vel Haebraeorum discessum probaverit universitas, licet diu ad hunc effectum expectata, quin potius domorum possessores de contrario docuerint, signanter ex notula per ipsosmet Hebraeos in cancellaria episcopali exhibita de anno 1627. quo inita fuerunt praedicta capitula, ex qua constat Hebraeorum numerum tum temporis non accessisse 1700. summario possessorum dato 5. julii 1694. *num.* 2. Et tamen illorum quantitas in praesenti ascendit certi ad 1725. ut ex calculo distincte registrato in summario diei 23. martii 1696. *num* 7. Quod comprobarunt etiam notulae per Haebraeos successive traditae usque ad annum 1661. in quibus major semper legitur numerus eo, qui anno 1627. fuerat adnotatus, unde cum nullam ex conditionibus, sub quibus Ghetti restrictio conventa fuerit, evenisse probetur, locus illi non est contra pactum adeo accurate stabilitum *l. item quia, ff. de pact.* Rot. *dec.* 222. *n.* 11. *par.* 18 *rec.* et passim alibi.

Nec ad eitan. hujusmodi probationem duplex relevare videbatur exceptio per universitatem deducta: Prima nempe quod deficientia, vel discessus Hebraeorum fuerit in capitulis enunciatus pro causa, ob quam possessores pro domibus, quae locatae non essent, pensiones exigere valerent ab universitate nullatenus autem requisita fuerit hujusmodi causarum verificatio in ea parte capitulorum ubi fit mentio de restrictione Ghetti, ad quam obtinen. unice sufficiat universitatem coactam fuisse ad solutionem integrarum pensionum pro domibus dislocatis: Secunda quod in omnem casum Hebraeos hodie numerando comparative ad tempus constructionis Ghetti facta anno 1624. pateat, illos tunc temporis constituisse numerum 2074. modo vero non excedere 1725 ut supra dictum fuit, ita ut certa jam adsit probatio notabilis diminutionis.

Quo enim ad primam. quidquid sit, an dictae causae appositae fuerint correspective solum ad solutionem pensionum, nec ne, ponderarunt DD. fuisse quidem concessam universitati facultatem petendi restrictionem Ghetti, sed ad certum effectum, ut se eximeret a solutione pensionum, ad quam in eodem capitulo se obligaverat pro domibus, et Hebraeorum deficientia, vel discessu inconductis remanentibus. Unde cum universitas pensiones solverit in praeteritum, et solvat adhuc in praesenti non ex causis superius expressis, sed ex quo ipsa in fraudem Christianorum colludendo cum Hebraeis permisit istos voluntarie, nullaque cogente necessitate domos a principio conductas dimittere, partim ob alias eis benevisas adauctas, partim ob plures de novo constructas, et demum ob apothecas, et promptuaria extra Ghettum conducta, nulla ratio suadere videbatur, quod ipsa ex propria culpa. et malitia in aliorum praejudicium commodum reportare deberet, contra regulam text. *in leg.* in *fundo, ff. de rei vindicat.* de qua Barbos. *axiom.* 143. *num* 3. Rot coram Coccino *decisian.* 311. *numer.* 9. et coram Priulo *decison.* 34. *numer.* 42. adeout Hebraeorum conductorum arbitrio repositum esset domos deserere, quando e contra Christianis locatoribus permissa non est illarum arbitraria locatio, cum tamen nil magis aequum sit, ac naturale, quam ut locator, et conductor ad aequalia judicentur, ut ultra deductos in *dicta prima decisione* R. P. D. mei Muti, §. *Quo enim.* alleertunt Rolan. *cons.* 69. *nu.* 27. *lib.* 4. Surd. *cons.* 34. *nu.* 26. Gratian. *discept. forens. cap.* 740. *n.* 14. Cyriac. *controv.* 151. *n.* 19. Mell. *observat. for.* 137. *n.* 11.

Potissime dum ex edicto cardinalis Pallottae demandatum fuerat quod non possent Hebraei conductores domos dimittere praeterquam in casibus, quibus e contra juxta formam capitulorum licuisset domorum possessoribus illos ejicere, et hoc etiam casu requisita prius ab eisdem DD. licentia. addita ratione scilicet, ne isti cogantur ad Hebraeorum libitum pensiones reducere: Quo circa tanto minus poterat universitas antiquos domorum conductores ad illarum dimissionem admittere, ac liberare, nulla praecedente cognitione, an aliqua urgeret legitima causa dimittendi, et ita crescit probatio fraudis, et collusionis, bene Rota cor. Merlin *decis.* 13. *n.* 6. *et in rec. dec.* 525. n. 8. *par.* 13. *et dec.* 468. *n.* 4. *cum seq. par.* 18.

Quae non minus emicat, tum ex quo Hebraei licet alias hac eadem excitata praetensione obtinuerint Ghetti restrictionem, non desierunt tamen eisdem antiquis domibus novas incorporare, ac etiam ex integro nova aedificia in circumdario construere: Unde oritur evidens argumentum, quod allegata Hebraeorum deficientia nullo pacto subsistat, sitque purus praetextus ad fraudem colorandam emendicatus; Tum ex quo nec de praesenti dislocatae sunt domus, quarum pensiones solvit universitas, cum ista nonnullas ex eis aliis conductoribus sublocaverit.

Et ex hac circumstantia patet etiam domorum dislocationes non processisse (ut supponit universitas) ab inopia Hebraeorum. ista enim non probatur, et adhuc probata irrelevans esset ad obtinen. Ghetti restrictionem, quae solum conventa fuit in casu, quo domus — *non restassero affittate* — ideoque dum constat domus ab antiquis conductoribus dimissas, fuisse aliis sublocatas, jam non verificatur qualitas, seu circumstantia, sub qua fuit concepta dispositio, cui proinde locus esse non potest, Dec. *consil.* 49. *numer.* 2. Venturin. *cons.* 11. *num.* 129. *et cons.* 39. *a. n* 31. Cyriac. *contr.* 356. *numer.* 11. Ciarlin. *contr.* 222. *numer.* 52.

Respectu vero secundae exceptionis satisfacere videbatur responsio, quod calculus personarum, ad effectum recognoscendi, an istorum numerus fuerit diminutus, initium sumere debet non ab anno 1624. quo Ghettum fuit constructum, sed ab anno 1627. quo inita fuerunt, capitula, et specialis facta mentio de illius restrictione, unde cum ab eo tempore diminutio non evenerit, nulla est habenda ratio de illa, quae contractum praecesserat, ut in proximis terminis respon-

dit Rot. cor. Cavaler. *dec.* 60. *n.* 1. et firmat d. prima decisio R. P. D. mei Muti ?. *Eo minus in fine.*

Haec quoad restrictionem Ghetti: Quo vero ad reductionem pensionum, neque istam deberi censuerunt domini, ex quo pensionum quantitas fuit ab initio maturo judicio taxata, nulloque unquam contradicente servata spatio annorum 70. Unde modo minuenda non est sub generali praetextu, quod fructus omnium bonorum decreverint; Tum quia sicuti retroactis temporibus, quibus caetera investimenta majorem reddebant fructum, non curarunt, nec poterant domorum domini pensiones augere, ita aequum non est, quod cogatur hodie ad illarum reductionem, ut in terminis firmavit Rota *decis.* 49. *num.* 9. *et* 10. *part.* 9. *rec.* cum qua pertransit dicta prima decisio R. P. D. Muti ?. *Quin urgeat*; Tum etiam quia Hebraeis correspective ad dd. pensiones alias fuerunt in capitulis concessa, et signanter facultas aedificandi ad proprium commodum utendo, ut dicunt jure Gazagà quod esse pretio aestimabili, tradunt Gratian. *discept. for. cap.* 842. *numer.* 21. *et seqq.* Thomat. *decision.* 236. *numer.* 4. *cum duobus. seqq.* Card de Luca *de locat. disc.* 33. *numer.* 3. Pacion. *eod.* *in oct. cap.* 61. *numer.* 284.

Et ita utraque etc.

R. P. D. MOLINES.

Nepesina devolutionis.

Lunae 29. *Aprilis* 1697.

DECISIO VI.

Decisionem editam sub die 22. aprilis 1695. coram clar. mem. Cardinali Taurusio tunc nostri ordinis auditore hodie coram me in illius locum suffecto domini confirmarunt, iterum autumantes non esse locum devolutioni praedii de quo agitur in praejudicium Josephi, et aliorum de Palmeriis possessorum.

Cum enim non controverteretur in facto, quod de anno 1560. Rectores seu praesbiteri ecclesiae s. Joannis Oppidi Scrofani concessissent in locationem perpetuam q. Joanni Francisco Valtrino pro se suisque haeredibus quibuscumque controversum praedium. Hinc sequitur, quod donec, et quousque non docetur de extinctione hujus antiquae concessionis, a qua jus metiuntur Palmerii tertii possessores, nequeunt moderni rectores, seu praesbyteri d. ecclesiae ullam praetendere devolutionem vigore alterius investiturae factae de anno 1627. q. Horatiu de Carolis, et Sebastiano Millenterio sub praetextu extinctionis lineae eorumdem, cum anterior investitura praeferatur posteriori, ut praeter doctrinas relatas in decisione quae confirmatur tradunt Castren. *cons.* 142. *in fin. lib.* 2. Dec. *cons.* 193. *num.* 3. Surd. *cons.* 5. *num.* 65. Rot. cor. Cerro *dec.* 281. *n.* 31. *et dec.* 175. *n.* 10. *par.* 10. *rec.* praesertim quando, prout hic, possessores nullam habent causam ab ultimo investitis quo casu multo minus nova investitura praejudicare potest antiquae ad tradita per Rot. *dec.* 119. *n.* 5. *par.* 19. *rec.*

Nec obstat repetitum objectum, quod d. concessio facta de anno 1560. non veniat attendenda tamquam nulla ex defectu beneplaciti apostolici requisiti contractibus ecclesiae praesefereatibus ultra triennium perpetuam locationem juxta notissimam *extravag. ambitiosae de reb. eccles.* non *alienan.* Rot. *dec.* 483. *n.* 50. *et* 51. coram Bichio cum aliis cumulatis in romana domus 16. junii 1690. ?. *Non obstante coram me.* Et proinde stante nullitate antiquioris concessionis sit praeferenda posterior investitura, quae dicebatur suum habuisse effectum per ea quae firmant Soccin. Jun. *cons.* 76 *numer.* 68. Pappon. *cons.* 1. *numer.* 35. Rocca *disput. jur. cap.* 69. *num.* 29. Rota *decis.* 319. *numer.* 20. *et seq. part.* 13. *recent.*

Quoniam pro eliminatione objecti ponderatum fuit quod licet de expresso beneplacito apostolico alioquin reservato in dicta concessione anni 1560. hodie non doceatur, nihilominus cum citra controversiam a die d. primae concessionis usque ad diem motae litis effluxerint plusquam centum anni ex hac longissima temporis intercapedine nedum insurgit validissima praesumptio d. beneplacitum apostolicum intervenisse, et omnia fuisse rite, et recte gesta, ut optime probant Gozzadin. *consil.* 73. *num.* 20. Surd. *consil.* 181. *num.* 1. *libr.* 2. Cravett. *de antiqui. tempor. part.* 3. *capit.* 2. *numer.* 26. Gratian. *discept. for. capit.* 867. *numer.* 50. *et cap.* 893. *numer.* 17. Fontanell. *decision.* 217. *numer.* 19. Rot. coram Durano *decision.* 91. *numer.* 6. *et decis.* 268. *numer.* 18. *et seqq. part.* 12. *et decision.* 155. *numer.* 8. *par.* 16. *et decision.* 328. *numer.* 1. *part.* 17. *recent.* Verum etiam talis centenaria tribuit quemcumque meliorem titulum de mundo, habetque vim privilegii, et aequiparatur ad hunc effectum immemorabili per text. *in l. hoc jure ?. ductus aquae, ff. de aqu. quotid. et aestiv.* Peregrin. *cons.* 85. *n.* 4. *lib.* 4. Soccin. Jun. *cons.* 76. *num.* 9. Rot. *consult.* 12. *n.* 21. Rocca *disput. jur. cap.* 59. *n.* 5. Rot. *d. decis.* 155. *n.* 7. *part.* 16. *rec.*

Idque procedit non obstante constitutione Urbani VIII. de praejudicialibus ecclesiae edita de anno 1641 impressa in Bullar. *nov. la* 270. *in ordine tom.* 5. Quis in eadem constitutione expresse legitur praeservata d. centenaria ibi — *non intendimus. etc. tollere centenariam concurrentibus de jure requisitis*, ut saepissime dixit Rota in romana devolutionis 18. junii. 1657. ?. *Quia ponderatum* coram Albergato, et pluribus cumulatis prosequitur *dict. dec.* 155. *nu.* 10. *part.* 16. *et decis.* 328. *n.* 3. *part.* 17. *rec.*

Non attenta replicatione, quod centenaria praeservata in dicta constitutione intelligi debeat de completa ante illius promulgationem, adeout nequeat in ea computari tempus postea elapsum usque ad diem motae litis, super quo scribentes pro rectoribus ecclesiae allegabant decisiones Rotae 673. *n.* 13. cor Cerro *dec.* 268. *n.* 21. *et* 22. *part.* 12. et decisionem in romana domus 16. junii 1690. confirmata 10. martii sequentis anni 1692. coram me.

Placuit enim dominis amplecti contrariam opinionem uti veriorem, quod scilicet sufficiat complementum d. centenariae etiam de tempore motae litis post d. constitutionem, ut reprobatis contrariis pluribusque adductis rationibus probant Rocca *disput. jur. cap.* 59. *a numer.* 11. *ad* 14. Pacion. *de locat. et conduct. cap.* 14. ?. 11. *a numer.* 3. *usque ad* 7. Card. de Luca. *de alienat. disc.* 2. *per tot.* Galles. *in comment. ad d. constit. Urbani numer.* 308. Rot. *decision.* 328. *sub. num.* 3. *part.* 17. *et decis.* 33. *num.* 11. *part.* 18. *recent.*

Nec huic opinioni adversantur doctrinae in objecto relatae dum ex illarum singulari lectura apparet inibi dumtaxat fuisse dictum, quod centenaria in illis casibus allegata jam fuerat completa ante constitutionem Urbani absque eo quod quidquam firmetur utrum hoc necessarium sit nec ne pro praesumendo beneplacito apostolico, ut utiam observat Pacion. *de locat. d. cap.* 14. ?. 11. *numer.* 6. quinimo decisio in dicta romana domus 16. junii 1690. ?. *Nec ex diuturnitate* versic. *quod verius*, favet huic opinioni uti veriori, dicendo verius esse sufficere d. centenariam esse completam de tempore motae litis post dictam constitutionem.

Praeter quod in omnem casum semper valida censeri debet prima concessio facta de dicto anno 1560. Nam a dicto tempore usque ad annum 1627. posterioris investiturae jam effluxerant 67. anni, sicque quemadmodum usque tunc per lapsum d. temporis praesumendum erat in dicta concessione intervenisse d. beneplacitum apostolicum, omnesque solemnitates ex motivo, quod ante constitutionem Urbani sufficiebant de jure 30. anni, concurrente utilitate ecclesiae, ut pluribus cumulatis punctualiter dixit Rot *dec.* 309. *num.* 12. *part.* 15. *et d. decis.* 328. *numer.* 13. *part.* 17. *recent.* Ita stante validitate primae concessionis non poterat deveniri ad secundam investituram, cujus vigore hodie perperam agunt moderni rectores ecclesiae ex juribus supra relatis.

Quae omnia majus robur accipiunt ex subsequuta observantia resultante ex pluribus actibus late recensitis per scribentes pro Palmeriis. Primo nempe ex constructione domus, aliisque melioramentis factis a Francisco Valtrino primo investito juxta pactum oppositum in instrumento primae locationis anni 1560. secundo ex lapide sepulchrali indicante possessionem controversi praedii extitisse usque ad annum 1619. penes Julianum Palmerium virum q. Ersiliae Valtrinae, filiae d. Francisci primo investiti, tertio ex sequestro apposito Petro Paulo filio d. Juliani de anno 1620. super fructibus d. praedii ex causa restaurationis ecclesiae juxta pactum primae concessionis. Quarto demum ex epistola episcopi Sutrini exarata de anno 1651. super controversiis exortis inter rectores dominos directos, et Jo. Baptistam filium d. Petri circa solutionem canonis, et restaurationem ecclesiae, qui actus eum praeseferant regulatam, et continuatam possessionem, tam ante, quam post secundam investituram factam de dicto anno 1627. cum

solutione canonum, nequit revocari in dubium quin dicatur probata observantia primae concessionis anni 1560. ad tradita per Rotam *dec.* 328. *num.* 4. *par.* 17. *rec.*

Posita ex praedictis validitate primae concessionis cum d. subsequuta observantia, multo minus visum est obesse aliud repetitum objectum, praetensae devolutionis superventae ex quadam donatione facta Marchioni Pallavicino de anno 1625. quae causam praebuit d. secundae investiturae anni 1627. Quoniam ultra quod non probatur, d. donationem habuisse effectum, quatenus etiam probaretur non relevaret urgente optima responsione, quod cum prima concessio sit locatio perpetua transitoria ad quoscumque etiam extraneos, ut late probatum fuit in decisione, quae revidetur §. *Quod concessio*; Hinc sequitur, quod d. donatio nullam praeferre potuit devolutionem *Jas. in l. fin. cod. de jur. emphyt. n.* 135. Fulgin. *eod. tract. in praelud. qu.* 8. n. 28. Card. de Luca *de emphyt. disc.* 39. *num.* 2. Rot. *decis.* 400. *nu.* 9. *part.* 1. *recent.*

Prout non meruerunt attendi plura alia in contrarium educta, quod nempe Marchio Pallavicinus passus fuerit spoliari ab ecclesia domina directa, ad quam bona reversa fuerunt, quodque emanaverit sententia exequutorum beneplaciti apostolici pro confirmatione secundae investiturae cum subsequuto mandato de immittendo, cujus vigore asseritur tradita possessio Sebastiano Millenterio, et Horatio de Carolis ultimo investitis, quae ab eis continuata dicitur usque ad mortem, et postea translata in Eleonoram Uxorem et haeredem dicti Horatii, alias viduam relictam dicti quondam Petri Pauli Palmerii, et respective matrem Jo. Baptistae, a quo dicebatur, Palmerios moderuos possessores habere causam ex depositione tertium per rectores ecclesiae inductorum.

Quoniam haec omnia visa sunt tolli in jure unica responsione ultra alias datas perscribentes in facto, quod scilicet cum Palmerii moderni possessores controversi praedii nullam habeant causam a Marchione Pallavicino, nec ab ultimo investitis, praefata sententia, aliique actus supra recensiti tamquam res inter alios acta non afficiant ipsos possessores se tuentes ex priori concessione facta de anno 1560. per text. in *l.* 1. *totoque titulo, cod. res inter alios acto* Rota *decis.* 370. *n.* 4. *par.* 9. *et dec.* 392. n. 5. *part.* 18. *rec. et optime firmatur in dec. quae revidetur, §. Ex his inutilis.*

Potissimum quia non subsistebat in facto, quod dicta Eleonora fuisset uxor dicti Petri Pauli Palmerii, et mater dicti Jo. Baptistae: Nam ex fide baptismatis d. Jo. Baptistae apparet ipsum ortum habuisse ex quondam Tarquinia Vivalda uxore d. Petri Pauli, cumque in hoc reperti fuerint mendaces dd. testes in contrarium examinati ad perpetuam, eisdem neque venit fides adhibenda in aliis dictis, ex regula, quod testis mendax in uno, praesumitur mendax in omnibus ob individuitatem juramenti Rota *decis.* 169. *num.* 7. *part.* 16. *recent.* et dictum fuit in Calagurritana decimarum de Nalde 30. januarii currentis anni, §. *Quinimo dispositio coram me.*

Tandem ad intervertendam observantiam primae concessionis, et ad suadendam effectuationem secundae investiturae, nullius relevantiae visa fuerunt ea quae de novo adducebantur circa solutiones canonis non correspondentes quantitati scut. septem stabilitae in primo instrumento de anno 1560. sed potius importantes majorem summam scut. septem cum dimidio conventam in secunda investitura anni 1627. Quoniam quidquid sit de processu facto contra formam remissoriae rotalis super recognitione receptutarum, est certum, quod dd. solutiones non sunt attendendae ad effectum de quo agitur; Tum quia uti factae ab affictuariis controversi praedii, nullum inferre possunt praejudicium Palmeriis dominis, ut per text. *in l. non abstulit*, *cod. de novat.* tradit Rota post Mell. ad Castill. *decision.* 97. *numer.* 28. Gratian. *discept. forens. cap.* 56. *numer.* 19. *ubi num.* 23. docet quod non sufficiat scientia praesumpta, et elicita ex facto affictuariorum, quae in praejudicialibus non obest domino Molledan. *dec.* 160. *de probat.* Rot. cor. Puteo dec. 147. *lib* 1.

Tum quia cum in priori concessione anni 1560. data fuerit facultas primo investito acquirendi aliud praedium et d. augumentum canonis in summa scut. septem cum dimidio extaret de anno 1625. ut colligitur ex lectura donationis factae Marchioni Pallavicino, sicque ante annum 1627. quo facta fuit secunda investitura; Hinc sequitur, quod solutiones canonum uti aequivocae, et aeque referibiles, tam ad primam quam ad secundam investituram, vel praesumendum est fuisse factas in causam utiliorem, ad tradita per Gratian. *discept. forens. cap.* 105. *numer.* 15. quod est magis verisimile Gastald. *consult.* 87. *numer.* 16. Rot. coram Merlin. *decision.* 507. *numer.* 5. *et decision.* 50. *numer.* 8. *part.* 17. *recent.* vel possunt modo per Palmerios declarari in quam causam sint referendae per text. *in l.* 1. ubi Bartol. *alique doctores. ff. de solution.* Paris. *cons.* 122. *n.* 6. *lib.* 4. Gratian. *d. discept.* 105. num. 6. Rota coram Peutinger. *decis.* 147. *num.* 14.

Tum demum quia nonnullae ex dd. solutionibus leguntur in majori summa scilicet in scutis octo quae est incompatibilis cum quantitate expressa in prima, quam in secunda investitura, ex quo datur intelligi, eas fuisse factas ab affictuariis per errorem, quo concurrente nequaquam dici potest fuisse illatum praejudicium Palmeriis ad tradita per Rotam cor. Priolo *dec.* 101. *n.* 7. *alibique passim.*

Et ita in reliquis approbando d. decisionem ad trutinam revocatam, domini utraque parte audita resolverunt.

R. P. D. PRIOLO

Romana communantiarum, et Fontanilis.

Lunae 3. *Martii* 1698.

DECISIO VII.

In sinu trium tenutarum, quae prius sub diversis nominibus Turris majoris, Sulphuratae, et Sulphuratellae, possidebatur a Magdalenis, Cinciis, et Serlupiis, ac modo redactae in unum corpus, possidentur a Marchione, et Dominico aliisque de Serlupiis aderat quaedam Vallis privativa cum Fontanili in ejus angulo existente, quae ex praeambula voluntate dominorum, destinata ad promiscuum usum eorum animalium sortita fuit nomen *Communanza*: et quamvis ista ex decisionibus emanatis coram Marcomontio, et Buratto inter ejus *la* 513. *et* 648. appareat limitata ad dictas tres tenutas; sub praetextu tamen, quod tenuta Turris majoris, tamquam caput comprehenderet sub se casale Turris Tignosae, fuit a Marchione Riccardo istius possessore praetensa extensio communantiae etiam pro usu animalium dicti casalis: et obtenta manutentione ab A. C. in gradu tamen appellationis DD. semel, atque iterum requisiti hodiu censuerunt, illam esse dandam Serlupis.

Motivum ita decidendi non minus praebuit ipsius naturae libertas, quam ipsa servitutis natura; nam si omnia bona, juxta primaevam eorum originem, censentur libera, et a quocumque jugo servitutis exempta per textus *in l. altius cum alia l. seq. c. de servit.* ita quoque servitus si fuit certis limitibus acquisita, non debet ultra illos extendi, quia non modus praediorum, sed ipsa servitus terminum facit ad text. *expresse in l. non modus, c. de servit* ibique glos. *vers. modus, et l. ergo, §. Neracius.* ubique Bald. *ff. de servit. rust. praedior.* et Paitel. in *exped. caus. civil. annot.* 24. *num.* 58.

Retento autem hoc juris principio, et suppositis etiam decisionibus superius enunciatis, illico detegitur insubsistentia praetensionis Marchionis Riccardi; nam si ea illarum lectura apparet, jus communantiae de consensu dominorum fuisse limitatum ad pabulandum, et aquandum illorum animalia respective tantum ad dictas tres tenutas; quoties servitus reperitur certo modo praescripta, ne durior evadat in praejudicium fundi servientis, extendi non debet ad casale Turris Tignosae, de quo nulla mentio habetur in eisdem decisionibus, et propterea servitutis usus non venit diversimode alterandus, ne quid contra veterem formam, atque solemnem morem innovetur ad text. *in l. si manifeste, c. de servit. et l.* 1. *§. sunt, qui putant. ff. ne quid in flum. pub.* cum aliis, quae tradit Bartol *in l. quominus, in* 16. *quaest. ff. de flumin.* Bellon. Jun *cons.* 31. *num.* 15. Surd. *consil.* 27. *num.* 9. *cum seqq.* Cyriac. *contr.* 310. *num.* 149. Capyc. Latr. *consult.* 8. *num.* 5. *et seq.* Giurb. *observ.* 62. *numer.* 2. *vers. proinde in servitutibus.* et Rot. *in rec. dec.* 596. *n.* 3. *part.* 5. Et innovatio sane esset, si modo animalia hujus casalis conduci possent ad communantiam, de qua agitur, quando ea judiciali accessu, et ex testibus formiter examinatis, de quibus infra, constat ibidem numquam pabulasse, et ad effectum illa abbeverandi traducta fuisse ad Fontanilia Monialium Turris Speculorum, quod est longe remo-

tum: cumque haec depositio sit facta a testibus ab ipsomet Marchione inductis; contra ipsum plenissime probat ad firmata per Rot. *in rec. dec.* 38. *n.* 23. *part.* 5. et cor. Bichio *dec.* 214 *n.* 18. et alibi saepe.

Nec extensio hujus servitutis desumi potest ex probationibus adductis pro Marchione Riccardo; nam, quoad locationes datas in ejus Summ. *num.* 5. istae, tanquam antiquae, et sequutae de annis 1603. 1618. 1646 et 1669. non probant in hoc judicio, in quo attenditur sola possessio de tempore motae litis, ut notant Altograd. *consil.* 97. *numer.* 10. *libr.* 2. Rodolph. *in prox. part.* 2. *cap.* 12. *numer.* 103. Rota coram Coccin. *decision.* 52. *numer.* 4. *et in recent. decision.* 249. *numer.* 1. *part.* 4. et admitti non debent contra Serlupios possessores, non probata illarum effectuatione, vel per actualem conductoris possessionem, vel per subsequutam affictus solutionem *specialiter pro hoc jure aquandi, et pascendi*, ut late advertit Modern Pistorien. *de locat. capit.* 27. *numer.* 100. *cum seqq.* Rota coram Buratt. *decision.* 263. *numer.* 2. *et decision.* 566. *numer.* 6. et coram Priol. *decision.* 331. *numer.* 5. *et in recent. decision.* 345. *num.* 10. *cum seq part.* 18. et demum, quia plures factae fuerunt de tempore, quo Magdaloni erant possessores utriusque tenutae, et referri possunt non minus ad dominium unius, quam alterius, imo verisimilius sit, eas potius referri debere ad dominium Turris majoris, in cujus utilitatem istud jus communantiae apparet reservatum, ideo, tamquam aequivocae, et incertae, attendi non merentur in hoc judicio manutentionis ad notata per Posth. *de manut. observ.* 49. *numer.* 5. *cum seqq.* et Rota coram Buratt. *decis.* 312. *nu.* 11. *et in rec. decis.* 520. *num.* 85. *part.* 14. et admissum fuit *in Terracinen. manutentionis* 23. *januarii* 1697. §. *Nec ex eo coram me.*

Prout nec minus relevant instrumentum venditionis dicti Casalis Turris tignosae, et subsequutae illius locationes datae in eodem *summ. Marchionis numer.* 1. 7. *et* 8. nam quoad instrumentum venditionis, quid quid sit, an sub eo comprehendi potuerit hoc jus communantiae, quia tamquam annexum cum tenuta Turris majoris, pretendi potest forsan per istius alienationem longe ante translatum fuisse in Serlupios emptores, juxta ea, quae tradit Desart. *decis. Sard.* 97. *numer. primo cum seqq.* et Sess. *decis. Arag.* 139. *numer.* 7. *et seqq.* Rota in Tyburtina Castri s. Pauli 15. januarii 1590 coram Platto, *confirmat in recent. decision.* 199. *numer.* 10. *et seqq. part. primo*, certum est, quod illud, tamquam actus inter alios gestus, praejudicare non potest Serlupis in eo non intervenientibus, et maxime si aliunde non justificatur vera, et concludens probatio possessionis ad text. *in l. cum quaeritur, ff. de except. rei judic. et l. primo* ibique gloss. *verb. constitutum, cod res inter alios acta*, et iis quoque attendi non debet mensura casalis facta per agrimensorem, quia illa eadem responsione submovetur.

Quo vero ad locationes, praetermisso, quod communantiae fuerunt ibidem generaliter enunciatae, et nulla facta mentione Fontanilis, referri possunt ad alias communes cum Casali *di Paglia incolzata*: et quod, respectu confinium, et quantitatis, maxima intercedit differentia cum illis spectantibus ad Serlupios; adhuc tamen apud DD. multum urgere visum est, quod nulla datur locatio cum specificatione, quod communantiae erant communes cum Serlupiis et in tanto temporis defluxu nullus exhibetur actus possessionis sequutos cum illorum scientia, et patientia. Ideoque recursit responsio superius data, quod istae locationes, tamquam incertae, et alio referibiles, non probant possessionem.

Et demum non obstant dicta testium in contrarium adducta, quia, quatenus duo ex illis, nempe primus deponit, animalia fuisse inducta ad locum communantiae, et Fontanilis cum permissione dominici, et secundus superaddit, habuisse licentiam illa abbeverandi, cum prohibitione tamen pascendi, ibi — *Andate pure, purchè non pasciate.* — ex hac dispositione clare dignoscitur tales actus fuisse permissos ex quadam convenientia, et urbanitate; ideoque, tamquam aequivoci, et referibiles ad jus vicinitatis, probare non possunt possessionem manutenibilem, ut in specie advertit Posth. *de manut. observ.* 72. *numer.* 13. et Paitell. *in exped. caus. civil. exped.* 24. *n.* 30. *cum seq.* Rota *in rec. dec.* 632. *n.* 2. *cum seq. par.* 3.

Quatenus vero omnes deponunt de actibus gestis longe ante motam litem, nec minus attendi merentur, quia in hac actione negatoria possessio probari debet de tempore muti judicii, praesertim in concursu alterius pacifici possessoris, ut, ultra auctoritates superius allegatas, admittere videtur Rot. *in recent. decision.* 300. *numer.* 6. *part.* 9. et demum quia nemo dicit, animalia fuisse immissa in controversa communantia ex jure proprio Marchionis, et nemo concludit, actus *fuisse plures reiteratos* cum scientia, et patientia dominorum, possessio non dicitur legitime probata, ut in puncto comprobat Rota *dicta dec.* 300. *n.* 16. *et sequentibus, et decis.* 347. *n.* 17. *cum seqq. par.* 9. *rec.*

Tanto magis, quia contra dictos testes non solum urgent alii in contrarium, qui deponentes super omnimoda dispositione herbarum, et Fontanilis, favore domini habere dicuntur assistentiam juris, et tamquam exclusivi servitutis debent in concursu praeferri, ad tradita per Rotam *in dicta decision.* 3000. *num.* 21. *part.* 9. sed quod magis est, plurimum facit ipsemet judicialis accessus sequutus in faciem loci, in quo cum agentes Marchionis cubitalibus verbis fassi fuerint, quod in communantia, de qua agitur, *non ci hanno mai pasciuto gl'animali della tenuta de Signori Riccardi.* ex hac judiciali confessione, quae superat omne genus probationis, non solum exclusa remanet servitus ibidem pascendi, sed ex illa quoque declaratae remanent locationes superius adductae, quae loquentes de communantiis, de aliis intelligere voluerunt, quam de controversis.

Absque eo quod dici possit, jus communantiae fuisse implicite reservatum etiam pro casali Turris tignosae, tanquam de appendiciis, et pertinentiis Turris majoris, quia, praetermisso an data respecto utriusque tenutae diversitate confinium, et locationum, reputari possint duo corpora distincta, et separata, juxta ea, quae tradunt Paris. *cons.* 58. *n.* 7. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 337. *sub n.* 22. *cum seqq.* et Rota *in rec. dec.* 228. *n.* 2. *pariter cum seq. part.* 14. certum tamen est, quod hodie non constat de tali subalternatione, et dependentia, et sola turbiditas satis est ad effectum denegandi manutentionem.

Et ita utraque etc.

R. P. D. PIO.

Romana, seu Nepesina Affictus.

Lunae 5. *Maii* 1698.

DECISIO VIII.

Commissa mihi appellationis causa a sententia in devolutivo pronunciata per Rpd Sergardum judicem commissarium de et super solutione affictus tenutae Ronciliani de dominio monacorum Cistertiensium trium fontium urbis facienda a Fulvio conductore usque ad diem 7. martii 1695. qua supponebatur mutuo consensu absoluta locatio; Nec non de, et super refectione damnorum, quae ab eodem Fulvio passa dicebantur ex causa, et culpa monacorum locantium, dedi dubium, *An, et pro quo tempore debeantur affictus, seu potius damna, et interesse.* Quo proposito, et non resoluto sub die 28 februarii proxime praeteriti, cum hodie ad novum examen fuerit revocatum responsum accepi. *Affictus deberi patribus per Fulvium per totum mensem septemb.* 1695. *et damna non deberi Fulvio.*

Ratio resolutionis quoad primam partem stetit in eo, quod cum instrumento affictus conventum fuerit locationem incipere debere a festo s. Angeli mensis septembris, eamque duraturam esse de triennio in triennium usque ad disdictam faciendam per sex menses ante sum. monachorum *numer.* 1. controverti proinde non valet continuatio locationis usque ad d. diem 29. septembris 1695. pro qua solum probatur disdicta, seu recessus ab illa ad litterales text. *in l. conductores penultima, cod. locat. l. non ob re X. C.* unde vi Petr. Barbos. *in l. si alienam.* 12. *numer.* 31. *ff. solution. matrimon.* Carocc. *de locat. part.* 6. *remedium* 14. *numer.* 39.

In nihilum contrariante instrumento rescissionis contractus inter partes stipulato sub die 7. martii ejusdem anni 1695. quamvis in eo fuerit expresse dictum, quod licet affictus adhuc duraret, voluerint nihilominus contrahentes ab inde citra eumdem haberi pro finito, disdicto, et terminato objectio enim visum fuit radicitus tolli ex lectura ipsiusmet praefati instrumenti, ex eo namque apparet contrahentes noluisse absolute, et simpliciter ab affictu recedere, sed solum adim-

pletis conditionibus ibidem annunciatis *d. summ. num.* 7. ibi — *Cum pactis tamen, et conditionibus firmatis, stabilitis* inter quas potissimum recensentur illae — *che non pagando il nuovo affittuario a dd. Signori Fulvii il sopra più che importerà d. stima come sopra nel termine di sopra espresso, e respettivamente non volendo entrare nel nuovo affitto sino a Settembre futuro, nulladimeno d. Sig. Fulvio si contenta, e vuole, che d. nuovo affittuario possa e gli sia lecito entrare a lavorare, e rompere d. tenuta nel corrente mese di Marzo, conforme si stila nell'agricoltura, conchè però d. affittuario sia tenuto, ed obbligato fare li soliti defalchi* etc. ac proinde cum praefatae conditiones in voluntate, et placito novi affictuarii repositae adimpletae non fuerint, utpote quia novus affictuarius, qui novam locationem conficeret pro mense martii, fructusque pendentes justa valorem a peritis taxandum persolveret, adinventus non fuerit, novatio solum inducta censetur pro mense octobris, quo monaci tenutam Galluppo locarunt *citato summ. numer.* 8. justa text, *censuram in l. necessario §. Quod si pendente, ff. de peric. et cont. rei vendit.* l. *si pecunia, ff. si cert. petat* Paccion. *de locat.* et *conduct. cap.* 14. *numer.* 7. et advertit Rota coram Deran. *decision.* 139. *numer.* 36. Nec Fulvius quidquam aliud praetendere valet, quam aestimationem herbarum pro novalibus de mense martii factis a praefato Galleppo, consentiente ipsomet Fulvio qui caeteroquin inspecto agricolturae stilo in d. instrumento recognito, et approbato dissentiri non poterat.

Minusque obsistente, partes loquendo de novo affictuario intellexisse de Josepho Bucillo, qui tenutam conduxeret pro persona nominanda, omnesque actus monachorum secluso etiam d. instrumento rescissionis eo semper collimasse, ut affictum haberent pro resoluto de mense martii. Quippe, quia, omissis aliis responsionibus per informantes adductis, inter caeteras placuit, quod ubi etiam monachi a locatione cum Bucillo facta non recessissent (quod tamen adversaretur expressae declarationi emissae in toties memorato instrumento; affictum nempe adhuc durare cum Fulvio) haec nihilominus locatio cum Buccillo inita nullatenus Fulvio opitularetur, ex quo Buccillus pactus expresse fuerit novum affictum cum ipso stipulatum incipere debere, non quidem de mense martii, ut sibi Fulvius praefigurat, sed in fine septembris *summ. numer.* 3. ibi — *per triennium proximum incipien. in festo s. Angeli proxime futuri.*

Actus vero, ex quibus desumebatur contraria monachorum voluntas, cum distinguerentur in duas classes, quorum alii dicebantur facti ante concordiam, alii vero concordia inita. Illi ubi etiam subsisterent, amplius obesse nequirent; utpote enervati ex dicta mutua declaratione durationis affictus cum Fulvio. Caeteri vero ex post amissi inefficaces videbantur, vel quia fuerunt gesti pro recognitione Silvae, cujus incisio controvertebatur, an pertineret ad Fulvium, seu potius novo conductori esset reservanda, quae sane inspectio bene compatitur cum duratione affictus. vel quia respiciunt provisiones petitas, et respectiva pro sui securitate a judice obtentas cum clausula praeservationis *sine praejudicio, et per modum provisionis*, quae cum nulli praejudicium irrogare valeant, aptae non sunt ad concludendam rescissionem contractus, ut in his terminis alias respondit Rota. coram Ludovis. *decision.* 130. *num.* 4.

Urgentibus potissimum aliis innumeris in oppositum a Fulvio gestis, et in *summ. Monachorum relatis* a *numer.* 18. *ad* 32. quorum robur, et pondus debilitari non potuit, ex quo nonnulli ex illis emanaverint a Jo. Baptista fratre. Quia ultra quod iidem in communione vivebant, et ab exercitio, et permanentia in tenuta argui poterat dictum Jo. Baptistam negotio agrario fuisse tacite praepositum ad text. *in l.* 1. *§. Magistrum, ff. de exercit. act.* animadvertebatur efficaciores prodiisse ab ipsomet Fulvio, qui tantum abest locationem habere voluisse pro resoluta de mense martii, ut elapso toto septembris mense coacti fuerant monaci judicis brachium exposcere pro eo expellendo a tenuta, quam vacuam novo affictuario tradere pepigerant.

Quibus positis facilior visa fuit DD. resolutio postremae dubii partis respicientis praetensa damna, et interesse; nam probata continuatione affictus usque ad mensem septembris, ex quo repertus non fuerit, qui tenutam conduceret de mense martii de plano, consequenti resultat nullum damnum, et interesse Fulvio contigisse ex culpa monachorum, ob quam proinde ad eorum emendationem teneantur, haec namque eo solum casu a monacis deberetur, quando locatio, quae fuerit reposita in libera voluntate novi affictuarii *summ. numer.* 7. ibi — *E non volendo entrare etc.* — ex propria ipsorum monachorum culpa probaretur ineffectuata l. *is, ff. de action.* Silvan. *consil.* 46. *numer.* 4. *et* 6. Surd. *consil.* 12. *numer.* 20. Marc. Antonin. *var. resol.* 45. *numer.* 10. Thomat. *decis. March.* 93. *num.* 3. *et seqq.* Rota coram Gregor. *decision.* 278. numer, 4. et cor. Priul. *decision.* 20. *numer.* 3. coarctando etiam negativam, quod aliter evenire non potuerint justa Theoric. Bartol. *in l. ut certo, §. Sed interdum, ff.* commodat. Surd. *d. consil.* 12. cum aliis nuper citatis, Rota coram Bich. *decision.* 185. *numer.* 18.

Et eo certius, quia si aliqua culpa considerari posset in contrahentibus, ea potius se haberet ex parte Fulvii, qui in solutione pensionum defecit, adeout propterea sibi ipsi imputare debeat, si ex judicio contra ipsum a monacis moto damnum sentiit justa vulgatam juris regulam in *cap. damnum de reg. jur. in* 6.

Nec obstat, quod monaci defecerint in electione periti pro aestimandis satis, aliisque fructibus pendentibus, cum enim ista in memorato instrumento concordiae conventa legatur pro eo solo casu, quo repertus fuisset novus affictuarius, qui ingredi voluisset affictum in mense martii, et iste adinveniri minime potuerit, resoluta idcirco remansit assumpta per monachos obligatio eligendi peritum utpote pendens a dicto casu, qui evanuit l. *si pupillus* la 2. ubi Bald. et Imol. *ff. de acquiren. possess.* R. P. D. Ansald. *Collega meus de commerc. et mer. disc.* 32. *numer.* 2. Rot. *in rec. decis.* 408. *numer.* 2. *part.* 1. et in Asculana aquaeductus super damnis 11. martii 1697. *§. Quin in fine*, cor. R. P. D. meo Muto.

Et ita utraque etc.

R. P. D. LANCETTA.

Romana Affictus.

Veneris 20. Junii 1698.

DECISIO IX.

Tenutam nuncupatam *della Magliana* spectantem ad ven. monasterium, et moniales Sanctae Ceciliae de urbe, Tyberis fluminis adjacentem, ejusque inondationibus obnoxiam conducturus ad novennium Christophorus de Nicolais, monialibus obtulit annuos sc. 1300. quatenus tamen in casu quo flumen undis obrueret congruam mercedis, remissio sibi promitteretur. Cumque moniales licet oblationem rationi consentaneam putarent, renuerent. e contra dictam remissionem publice mediante instrumento in pactum deducere ad evitandum praejudicium, quod etiam impostarum sub hujusmodi lege, tenuta locari debuisset. convenerunt proinde quod instrumentum libere absque ulla reservatione stipularetur, et vice versa fieret per apocam bonae fidei recognitio, vel declaratio, quod in praefato casu promissa responsio proportionabiliter ad damnum exinde illatum esset minuenda, prout actum fuit, dum die 27. septembris anni 1691. sine ulla conditione receptum fuit instrumentum; Atque illinc ad paucos dies, nempe 10. Octobris subsequentis, Abbatissa praefati monasterii mediante apoca declaravit, quod in casu generalis inundationis teneretur aestimandum foret damnum ab illa proveniens, et ejus quantitas acceptu ferenda in causam solutionum pro affictibus faciendarum, ut ex apoca *in summ. Christophori n.* 1.

Praevisus casus evenit anno 1694. Ideoque tunc temporis monialibus affictuum solutionem judicialiter postulantibus, et Christophoro sibi restaurum deberi opponente fuit concorditer electus peritus, qui damnum aestimaret, eoque relato in sc. 320. judex ista in suspenso relinqui decrevit, mandatum pro reliquis relaxando, quae absque ulla contradictione fuerunt persoluta; Successive novis terminis decursis consentus ad solutionem Christophorus coram R. P. D. Vicesgerente anno 1696. quo altera fluminis inundatio supervenerat, denuo eamdem exceptionem oppo-

suit, electisque propterea hinc inde peritis, ille Christophori damnum retulit in sc. 515. ille vero monasterii, in tenui summa sc. 54. qua stante discordia judex ad tertii deputationem processit, sed postea his omnibus neglectis, declarando per sententiam defalcum non deberi, et apocam supradictam nullam fuisse, ac respective executionem non mereri, mandatum pro omnibus affictibus usque tunc decursis in sum. scut. 545. 60. relaxavit, quod cum in gradu appellationis exequi jusserit R. P. D. Fattiorellus, ideoque ulterioris appellationis causa mihi tamquam praelato extra Rotam commissa, dominos meos de more consului: *An sit procedendum ad legitimam executionem*, et negativam accepi resolutionem.

Cum enim specialiter fuisset inter partes conventum in casu inundationis restaurum, non poterat citra injustitiam relaxari mandatum pro integris affictibus, sed rata damni ab inundationibus illati, quamvis etiam illud modicum fuisset, erat detrahendum juxta magistrale *consil. Angeli* 312. *num.* 6. *et per tot.* Caval. Medic. *cons.* 23. *numer.* 15. Rocc. *disput. jur. cap.* 121. *n.* 1. Card. de Luca *de regal. disc.* 64. *n.* 2. *disc.* 65. *n.* 13. *et disc.* 134. *n.* 6. *et de loc. disc.* 1. *n.* 6. cum aliis relatis per rev. P. D. meum Ansaldum in *tract. de Commerc. et mercat. disc.* 96. *n.* 29.

Fortius quia praefata conventio praesefert, quod damnum liquidandum bonificari debeat in paghis, adeo ut aspectam non sit affictus terminatio ad effectum calculandi redditus integri inventionis, dum alias verba apocae — *Debba bonificarsi nelle paghe del medesimo affitto* — remanerent frustratoria Tondut. *qu. civil. cap.* 31. *n.* 11. et Rocc. *disput. jur. dicto cap.* 121. *num.* 1. *vers. idque*, et sicuti solutiones quolibet anno debentur, ita restaurum annuatim venit admittendum, quoties damnum emerserit, ut eleganter distinguendo probat Faber. *in cod. lib* 4. *tit.* 42. *defin.* 35.

Veritatem conclusionis non impugnabant scribentes pro monasterio, negabant tamen conventionem uti desumptam ex simplici apoca per abbatissam subscripta, quae absque monialium consensu aliisque solemnitatibus praejudicare nequeat monasterio, nec in concursu instrumenti attendi mereatur. Verum ad remotionem objecti ponderabant domini apocam non fuisse de novo, et independenter ab instrumento confectam, sed in sequelam conventionis praecedenter ad instrumentum stabilitae, adeoque illa tamquam continens meram bonae fidei recognitionem, recte potuit per Abbatissam, absque aliis solemnitatibus exarari, ut de praelato in praejudicium ecclesiae Torricell. *de reb. eccles. non alienan. capit.* 26. *numer.* 25. et Rota coram Buratt. *decis.* 453. *numer.* 6. coram Arguell. *decis.* 63. *numer.* 38. *in recent. decis.* 27. *numer.* 4. *part.* 9. Et generaliter de tutore, seu administratore, quibus Abbatissa aequiparatur est test. in *l. quoties*, §. *Sicut*, ibi — *Neque enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere. ff. de administr. tutorum.* et Rot. cor. eodem Buratt. *dec.* 49. *n.* 18. et *dec.* 154. *n.* 3.

Hujusmodi autem praecedens conventio satis comprobata videbatur ex dicto duorum testium formiter examinatorum deponentium, quod cum Christophorus in actu stipulationis instrumenti appositam in illo audivisset amplissimam renunciationem cuicumque defalco etiam in casu inundationis Tyberis, et hac de causa nullatenus vellet contractum perficere fuit ad stipulationem inductus sub spe futurae apocae *dicto summario Christophori numer.* 10. *et* 11. Ex his vero testibus alter est notarius de instrumento rogatus qui tamquam deponens de facto proprio, plusquam semiplenam constituit probationem, ut in puncto, respondit Rota coram Buratt. *decis.* 775. *num.* 5. *et* 6. *et decis.* 114. *numer.* 4. *et* 5. *part.* 8. *recent.* Alter vero negotiorum gestorum monasterii adhuc de tempore examinis illius servitio addictus, et sic plurimum attendendus Mascard. *de probat. conclus.* 758. *num.* 10. *et* 11. Farinacc. *de testibus qu.* 55. *n.* 143. *et seqq* Pax. Jordan. *var. elucubr. tom.* 3. *libr.* 14. *tit.* 18. *n.* 235. *et seq.*

Quibus frustra contraponebantur non nullae fides deputatorum monasterii negativam dictae conventionis testantium, illae namque, vel uti extrajudiciales, ac lite pendente confectae nil probant per text. *in l. si quando*, c. *de testibus*, vel tamquam emissae a personis erga monasterium affectis integram fidem non merentur, ita ut eo minus enervare valeant contrarias testium formiter examinatorum depositiones Farinac. *de testibus q.* 60. *n.* 267. *et seq.* et firmavit Rota *dec.* 333. *n.* 9. *part.* 19. *rec.*

Et sane istorum veritatem comprobavit observantia, dum moniales, ejusque ministri petente Christophoro anno 1694. restaurum ob damna ex flumine illata, eidem non opposuerunt illi fuisse renunciatum in instrumento, sed assensum praestiterunt electioni periti, qui damnum liquidaret, quodque in suspenso relinqueretur quantitas, ad quam illud ascendebat, quae profecto circumstantia manifeste demonstrat abbatissam non subscripsisse apocam ad gratificandum Christophoro, sed ex quo ita cum monialibus, earumque ministris fuerat praecedenter conventum, ex traditis per Rota coram Cels. *decision.* 15. *numer.* 11. *in recent. decision.* 190. *numer.* 1. *et seqq. part.* 18. *et decision.* 52. *numer.* 7 *par.* 19.

Quin istius efficacia eliditur ex responsione, quod relationes peritorum gestae fuerint in curia capitolina, in qua tamquam laicali nullum potuerit irrogari praejudicium monasterio. Cum enim actio coram judice laico intentata fuerit a monialibus pro consequutione affictuum, electio vero peritorum petita fuerit a Christophoro per viam exceptionis, nequit proinde incompetentia judicis opponi cum ecclesia coram judice laico agere non prohibeatur, ut distinguendo probat Fagnan. *in cap. si clericus laicum numer.* 20. *et seqq. de for. compet.*

Minus relevat, quod exceptio restauri, vel utpote ab apoca desumpta, vel uti majorem requirens liquidationem opponi nequeat ad impediendam executivam actionem ex publico instrumento promanantem quo enim ad primam objecti partem satis erat responsio, quod cum ex supra deductis instrumentum, et apoca sint duo actus correspectivi, adeo ut pactum remissionis mercedis censeri debeat appositum in instrumento, recte valet istius exequutio per talem exceptionem retardari, ut in specie respondit Rota apud Zech. *de oblig. camer. decision.* 8. *numer.* 1. respectu vero liquidationis ista in parte praecesserat, et si pro reliquo completa non fuit ob impedimentum a monialibus praestitum, vel haberi debet pro facta Conciol. *alleg.* 55. *num.* 4. Adden. ad Pamphil. *decis.* 227. *numer.* 4. *et seqq.* Rota *decis.* 19. *numer.* 10. *part.* 7. *et dec.* 44. *num.* 20. *par.* 17. *rec.* Aut saltem posita in genere probatione damni, dimitti poterat penes conductorem summa verisimiliter eidem damno correspondens Pacion. *de loc. cap.* 45. *nu.* 22. Rocc. *disput. jur. cap.* 119. *n.* 68.

Et ita praetermissis aliis levioris ponderis responsum fuit utraque etc.

REVERENDISS. P. D. MOLINES DECANO.

Romana Assentistatus.

Mercurii 19. *Novembris.* 1698.

DECISIO X.

Gubernium aeconomicum classis triremium pontificiarum, 1
quod olim penes se retinebat rev. camera apostolica, memoriae proditum est per binas vices sub pontificatu san. mem. Pauli quinti suis e particularibus personis commissum, certis statutis conventionibus, et pactis, tam circa stipendium a camera in hunc finem erogandum, quam circa modum ab electis administratoribus, et aeconomis in hujusmodi gubernio inviolabiliter servandum, qui sane usus tametsi non appareat proximis successivis temporibus continuatus, agnitus tamen anno 1664. decimo pontificatus san. mem. Alexandri VII. magis expeditus, non minus ut triremes melius tractarentur, quam ut minori ipsius camerae dispendio gubernarentur, fuit iterum institutus, invaluitq; usque ad praesens sed ut pro rerum, ac temporum varietate contingere solet cum aliquali discrimine, et additamento pactorum, quae praeteritarum administrationum experientia docuerat fore pro exactiori, ac tutiori gubernio, majorique ejusdem camerae beneficio proficua, et necessaria. Haec autem gubernii aeconomici concessio, Assentus; sicut, et deputatus aeconomus, *Assentista* vulgo nuncupatur, ducta fortasse denominatione a verbo *assetare*, quod legitur a nonnullis actoribus usurpatum ad explicandam dationem appaltus, seu stabilimentum alicujus partiti, ut ex Bergom. *libr.* 1. *capit.* 88. tradit *Du Fresne in glossar. mediae, et infimae latinitatis litt. A. verbo Assetore.*

Quanta porro legalitate versati fuerint in hac aeconomica 2
administratione sex assentistae, qui numerantur ab anno 1664. usque ad annum 1691. aeque mala, ac pessima fide compertum fuit se gessisse Alexandrum Zenagum in geminis assentibus per ipsum exercitis a prima die aprilis antedicti

anni 1691. usque ad diem 24. maii proxime praeteriti. qua decoctor, et cessans fugam arripuit, sed ea fortasse tam perniciosa non evasisset, si domini thesaurarii antecedens, et modernus majori vigilantia in ejus regimen animadvertissent. Quare dispunctis rationibus illius administrationis, eoque detecto residuali camerae debitore in scutis 63479. 34. prout per sententiam congregationis computorum fuit desuper pronunciatum, coeperunt ministri camerales exquirere modum assequendi camerae relevationem; Et quia pretium mobilium debitoris decocti summam scut. 11. mil. six excedens, nec non scuta 20. mil. locorum montium D. Antonii Columnae pro camerae securitate ie utroque assensu alligatorum satis non essent pro integra camerae satisfactione. Hinc sub obtentu. quod debitum Zinaghi traxerit originem ex quo praenominati thesaurarii non curaverint, ut ratione sui muneris tenebantur, imo neglexerint, totale adimplementum pactorum, quae in instrumentis dictorum duorum assensuum continebantur, praetensionem exciiarunt, damnum istud camerae obventum, fore a suis auctoribus emendandum: Commissaque per sanctissimum dominum nostrum cognitione hujus controversiae nostro tribunali, cum facultate procedendi summarie, simpliciter, et de plano, sine strepitu, et figura judicii. sola pue facti veritate inspecta, usque ad sententiam inclusive, quacumque appellatione, et recursu remotis, hodie disceptandum proposui ad formam commissionis dubium: *An. et pro qua summa quis teneatur relevare rev. cameram in casu*, prodiitque rescriptum: *Thesaurarios. et Antonium Columnam teneri relevare rev. Cameram in sc.* 63479. 34. *pro ratis, et juxta modum inferius exprimendum.*

3 Fundamentum resolutionis in ea parte, in qua generice statuitur relevatio camerae pro dictis scut. 63479. 34. petierunt domini ex sententia congregationis computorum, Zinagum hujus praecisae summae reliquatorem declarante, fundata (stante illius fuga, nullo exhibito jurato computo) in exacto calculo ratiocinatoris cameralis legitimae justificato quoad partites accepti ex pluribus documentis ibidem enunciatis, et nullam patientibus haesitationem; et quoad partitas impensi ex quibusdam notulis, et geminis computis per Josephum fratrem decoctoris, duosque ejusdem actuales ministros traditis; Cumque eadem sententia transierit contra ipsum Alexandrum, Uxore, nec non Antonio coluenus, pluribusque aliis praetensis creditoribus, in remque judicatam abierit, nullae aliae suet partes judicis, nisi ad exequendum *l. post rem judicatam, l. cum quaeritur junctis duab. seqq. ff. de re judic.* Rot coram sa. mem. Greg. XV. *decision.* 492. *num.* 3 Card. Cels. *decision.* 186 *numer.* 8. *et decision.* 127. *numer.* 3. cor. bo. mem. Car. Cerro. Potissime quia commissio nobis a sanctissimo directa cernitur restricta ad cognitionem articuli, an, et a quibus relevari debeat camera de praedicto residuali debito canonizato per congregationem computorum sine opportunis facultatibus residendi illius judicatum in gradu restitutionis in integrum; unde minime nobis licere visum fuit, excedendo fines delegationis, cognoscere super ipsius crediti subsistentia adversus ea, quae statuunt *cap. cum dilecto* 22. *de rescript. cap. cum olim* 32. *de offic. et potest judic. delegat.* Gonzal. *in cap. significasti* 36. *n.* 8. *de rescript. et in c.* 1. *de offic. et potest. judic. deleg.* Fermos. *in c. quin* 10. *de judic. q.* 1. *n.* 11. *et* 14. Rot. cor. Verall. *dec.* 153. *n.* 3. *p.* 1. *et dec.* 39. *nu.* 1. *p.* 1. *recent.*

4 Nihilominus ex abundanti subjectis rigoroso examini exceptionibus lato calamo deductis adversus praedictae sententiae validitatem, et justitiam, earum nulla subsistere visa fuit: Non quidem prima impugnans validitatem, eo quia fuit omissa deputatio curatoris in bonis Zinaghi sub concursu positis; Nam recepta est distinctio, quod aut decoctor praesens est in loco judicii, aut absens, et fugitivus; Si praesens, et tunc creditores, vel in unum consentientes possunt curatorem eligere, vel adire praetorem, qui illum de consensu eorum majoris partis constituet ad effectum bona distrahendi, et quod ex venditione redegerit, ipsis persolvendi. in quibus terminis loquuntur auctoritates firmantes decoctori curatorem dari; aut vero decoctor est absens, et fraudationis causa latitet, prout in hypothesi, et in hoc alio casu de curatore succurrendos non est, quoniam bona possideri, vendique jubet praetor, *l. Fulginius,* §. 1. *ff quibus ex caus. in possess. eatur,* ubi Ulpian. sic loquitur. *Praetor ait, qui fraudationis causa latitat, si boni viri arbitratu non defendatur. ejus bona possideri vendique jubebo.* et ex hoc textu notavit Accurs. *in l.* 1. *in verbo conditio, ff. de curat bon. dan* et Bart. *in l.* 11. *ff. eod.* et distinguendo egregie tradit Stracc. *de decoctor. par.* 7. *a n.* 6. *ad* 10.

5 Urgebat minus altera exceptio proposita adversus justitiam dictae sententiae, quod scilicet congregatio computorum, quoad partitas expensi a Zinago processerit cum puro lumine desumpto ex notulis, et computis informibus traditis ab illius fratre, et ministris non admissis pluribus partitis ibidem contentis, nonnullisque meliori discussioni reservatis; *nam* posita illius fuga, et fraudulenta latitatione (nullo ut diximus, dato jurato computo) utique poterant judices illum recte constituere reliquatorem in longe majori summa, eaque profecto, in qua ex libris camerali bus apparebat debitor, quin tenerentur admittere dictas informes notulas, et computa; non enim administratores rerum fiscalium debent rationes reddere in confuso, et foliis imperfectis sumptis ex libris administrationis, sed descriptis fideliter, et singillatim omnibus acceptis, et impensis, itaut de his manifesta veritas appareat; per text. *in l. appariteres* 5. c. *de exactor. lib.* 10. et in his terminis explicant Gaspar. Klokius *de aerario libr.* 2. *c.* 127. *numer.* 12. Franc. a Ponte. *de potest. proreg. tit.* 4. § 8. *num.* 24. ubi quod nulla fides est adhibenda schedulis privatis arrendatorum fiscalium, vel ipsorum libris in eorum beneficium, maxime si in malam fortunam pervenerint, et in necessitatem fuerint constituti, ex punctuali text. *in l. final. c. de convenien fisc. debitor. lib.* 10. *et l. exemplo, c. de probat.*

6 Quamobrem loco redarguendi hanc sententiam de ulla labe injustitiae ea potius canonizanda est in hac parte nimis rigorosa, et valde mitis, dum in statuendo credito Zinaghi admisit, et adhibuit informes notulas, et scartafaccia computorum exhibita ab ipsius fratre, et ministris; et quamvis nonnullas ex partitis ibidem contentas non admiserit, id processit, ex quo carebant justificatione, et verisimilis justificationis faciendae probabilitate. Ex quo autem pleraeque partitae retentae fuerint ad calculum, et reservatae meliori discussioni, colligebatur manifeste consueta ingenuitas, et candor judicantium, qui tamquam sufficienter, ut pateret, non justificatas, et fraudis suspectas, poterant absolute rejicere. Neque proinde Zinago calculum juratum non exhibente, ergo formalem suae administrationis rationem reddente ob futuram possibilem justificationem aliquarum modicarum expensi partitarum, retardari hoc interim potest in favorem camerae executio sententiae pro reliquatu certo, et liquido, ex relat. per Peregr. *de jur. fisc lib.* 6. *tit* 8. *n.* 5. 6. *et* 7. Escobar. *de ratiocin. cap.* 21. *n.* 25. Chartar. *dec.* 74. *n.* 25. Giurb. *dec.* 15. *n.* 10.

7 Ejusdem irrelevantiae visa est replicatio, quod in omni casu istud judicatum afficere possit Zinagum, Columnam, aliosque creditores citatos, nullatenus tamen haeredes bo. me. Paravicini absentes, et non citatos *ex regula text. in l. saepe, ubi omnes doctores, ff. de re judic. et tot. tit. c. quibus res judic. non noceat, l. de unoquoque. ff. eod.* Tiraquell. *in tract. res inter alios acta in principio nu.* 3. Surd. *decision.* 256. *numer.* 5. *cum seqq. et per tot.* ubi quod calculus factus contra debitorem nocere non debeat alteri non citato.

8 Enim vero cum judicium agitatum super redditione rationis d. oeconomici guberni, praecipue, et principaliter fuerit institutum contra Zinagum, Columnam, aliosque praetensos ipsius Zinagi creditores ad effectum exequendi sententiam adversus bona dd. principalium debitorum, et rejiciendi concreditores camerae, secus vero adversus DD. Thesaurarios, dum de eo tempore ignorabatur, an bona Zinagi, locaque montium alligata, essent sufficientia ad satisfaciendum reliquatum sui debiti, minusque certum erat, an domini Thesaurarii essent in culpa, adeo ut in subsidium tenerentur ad relevationem, hinc sequitur, quod haeredes Paravicini ob laesionem, quae eis in consequentiam contingere poterat, non erant citandi, et sententia prolata adversus principaliter interessatos illos afficit, et nocet, juxta *notabilem glos. in d. l. de unoquoque vers. quos causa, ff. de re jud.* ubi limitando dictum juris consulti, *quod de unoquoque negotio praesentibus omnibus. quos causa contingit judicare oportet, aliter enim judicatum inter praesentes tenet, ait Accursius hoc procedere quando principaliter contra eos lis mota fuerit.* Unde a contrario sensu inferunt omnes doctores, quod

quando lis non est principaliter contra eos mota, ac praeordinata, tunc sufficit citare illos, quorum principaliter interest, ut ex Imol. Alex. et Bart. tradunt Barbat. *cons.* 1. *col.* 3 *lib.* 2. Dec. *consil.* 367. *col. fin.* et late Tiraquell. *in d. tract. res. inter alias acta numer.* 3. Ex ea ratione, quod quoties judicium fit contra eum, cujus principaliter interest, lex praesumit taliter causam fuisse defensam, ut si omnes alii citati fuissent, idem judicatum esset, ut animadvertit Angel. *in d. l. de unoquoque numer.* 6. quem sequitur plenissime praeses a Pont. *cons.* 75. *per tot. et signanter. n.* 2. *et* 16. Rot. *dec.* 242. *n.* 9. *part.* 9. *rec.* repetit post Merlin. *de pignor. dec.* 79. et cor. Bich. *dec.* 79. *n.* 4. *et dec.* 69. *n.* 79. coram Arguell.

9 Contrariis procedentibus, quando constaret quod principaliter interessatus in judicium vocatus litem diligenter non fuerit prosecutus, vel in ea cum dolo sit versatus: in hoc enim casu sententia non nocet tertio non citato, quamtumvis ejus interesse non esset principale, sed consecutivum ad text. *in l. ex contractu, ff de re judic.* Imol. *in d. l. saepe. col.* 7. *numer.* 4. *ff. de re judic.* et late tradunt Covar. *pract. quaest. cap.* 13. *col. final.* Velasquez. *de emphyt. quaest.* 10. *numer.* 3 Molin. *de primog. libr.* 4. *quaestion.* 8. *numer.* 7. Et in hypotesi collusionis, et non factae diligentis defensionis, Senat. Mantuan. *in praefata decision.* 256. Surd. motus fuit principaliter ad resolvendum calculum factum contra debitorem non praejudicare altari creditori non citato, ut deprehenditur *ex numer.* 5. *et* 27. *in fine*, et individualiter noluit Rot. *d. dec.* 242. *n.* 8. *par.* 9. *rec.*

10 Hujusmodi tamen limitationis praesidio juvari nequeunt haeredes bo. m. Paravicini, quia liquet consanguineos Zinagi, et Columnam principales interessatos acriter, ac totis viribus incubuisse defensioni hujus causae, adeo ut etiam si essent citati habentes consecutivum interesse, nihil amplius allegare potuissent; pro ut revera nihil positivum hodie deduxerunt, sed in genere exclamabant, calculos esse de novo dispungendos sub praetexta, quod possint detegi erronei. Hoc tamen vagum, et generale refugium subversum fuit ex trita juris propositione, quod post semel redditam rationem, ut ad ejus novam revisionem deveniri valeat perspicuis, et clarissimis probationibus constare debet de errore, et quidem in specie, et non in genere, alias praesumptio juris semper militat pro illius exclusione, et notant *repetentes in l. unic. c. de errore calculi*, quos sequitur Bovadil. *lib.* 5. Polit. *cap.* 4. *num.* 76. *ad fin.* Escobar. *de ratioc. cap* 41. *num.* 28. late Rot. *decis* 126. *et* 184. *numer.* 4. *p.* 2. *recent. et dec.* 1. *per. tot.* cor. Cerro.

11 Ex quibus satis, et exuberanter vindicata ab omnibus obicibus sententia congregationis computorum declarante, reliquatum Zinagi in antedicta summ. scut. 63479. 34. assumentes domini cognitionem principalis articuli nostro auditorio vere delegati. *An scilicet, et quis de praedicta summa teneatur relevare Rev. Cam. Apostolicam*, unanimis fuit sensus, *teneri dominos Thesaurarios, et Columnam.*

12 Et quoad Thesaurarios moti ex ea certa, et incontrovertibili propositione, quod supremi officiales, et ministri, quibus principes committunt regimen, curam, et administrationem proprii aerarii, tenentur reddere exactam rationem de eorum regimine, et administratione, omneque damnum, et detrimentum ob eorum culpam obveniens eidem ratio, est ab ipsismet emendandum, et resarciendum, ad text. litterales *in leg. si provincia c. de annon. et tribut. lib.* 10. *l. missi opinatores, c. de exact. tribut. libr.* 10. *l. contra eos, c. de administr rer. public. et l. non similiter* 4. *et l. Magistratus* 7. *ff.* de *Magistrat. convenien* et tradunt in terminis Thesaurariorum generalium Rebuff. *in d. l. missi opinatores* et ibid. Bruneman. *numer.* 4. *et* 8. Afflict. *ad constit. regn. lib.* 1. *rubric.* 35. *verb. officialis num.* 1. Paris. de Put. *in Sindic.* §. *Judex num.* 4 Fragos. *de regim. reipubl. tom.* 1. *lib.* 7. *disp.* 22. *num.* 5. Francisc. de Cloper. *in centur. caus. causa* 62. *quaest.* 4. *numer.* 12. Gaspar. Escalon. in *Gazzafilac. reg. Peruan. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 17. Hesser. *de ration. redden. loc.* 10. *numer.* 266. *usque ad* 272. Mevins. *in Comment. in jus Lubecen. part.* 2. *libr.* 3. *numer.* 36. Casan. *in consuet. Burgun. rubr.* 2. §. 1. *cas.* 57. Gabr. Berart. *in specul. visit. c.* 11. *num.* 8. 9. Franciscus Marcus *in dec. Delfinat par.* 1. *q.* 440. *num.* 2. Christ. *dec. Belgic.* 167. *n.* 3.

13 Idque summo jure factum esse nemo inficiabitur, nam si supremi legislatores ad prospiciendum privatis subditis non valentibus, vel ob aetatis, vel mentis imbecillitatem, aut alias ob causas propriis oeconomicis rebus vacare, rigidis sanctionibus praeceperint, ut quilibet administrator, sive necessarius, sive voluntarius a lege, judice, vel homine constitutus quocumque nomine, titulo, vel causa administraverit suae villicationis et gestionis rationem reddere sit obnoxius, resque, et pecunias alienas eorum culpa, et negligentia, vel dispersas, vel in usus non legitimos conversas, et erogatas restituere teneatur, ut *toto titulo, ff. et cod. de tutor. et rat. distrahen. et de negot. gest.* et generaliter de omnibus administratoribus tradunt Castell. *in tract. de ratiociniis par.* 2. *per tot.* Escobar. *eodem tract. cap.* 1. *et* 3. Berart. *in specul visit. capit.* 23. Surd. *consil.* 7. *numer.* 14. Baez. *de decim. tutor. praestan. cap.* 2. *num.* 152. *et* 157. Non resistente quacumque contraria consuetudine, Afflict. *in constitut. regn. rubric. Minores in fin. libr.* 3 Casan *in consuet. Burgun. rubr.* 6. §. 6. *numer.* 20. Baez. *de decim. tutor numer.* 159. Escobar. *de ratiocin. cap.* 1. *numer* 5. *et pluribus aliis citatis*, Gabr. Berart. *in specul. visit. cap.* 23. *nu.* 5. qui duo ultimi probant redditionem rationis in administratore originem habere a jure divino.

14 Multo magis rationi consentaneum erat, ut iidem supremi legum conditores, vel extendendo ad eorum favorem, et totius reipublicae leges jam latas in beneficium privatum pupillorum, vel novas statuendo consulerent indemnitati, et conservationi propri aerarii, quod non custoditur in commodum privatum, sed in publicam utilitatem, et pro bono populorum regimine, defensione, et custodia, ut prae caeteris ait D. Thomas *de regimine principum lib.* 2. *c.* 7. et Guglielmus Benedictus *in repetit. cap.* Raynatius *de testamentis, verb. et uxorem nomine Adelasiam, decis.* 2. *numer.* 214. *vers. sicut enim; fol.* mihi 86. et pluribus citatis doctissime exornant Klock. *de aerar. libr.* 1. *capit.* 1. *toto. et Ageta in modernis adnotationibus pro regio aerario par.* 1. *praenot.* 2. *per. totam.*

15 Atque ideo, si aerarium principum saecularium cum tanta circumspectione, et vigilantia custodiri, et administrari debet ex praescripto legum civilium: quid erit dicendum de patrimonio supremi principis apostolici ex lege divina peculiaribus vinculis mancipato in subsidium pauperum, levamen oppressorum, redemptionem captivorum nec non pro Orthodoxae religionis propagatione, extremoque illius hostium exitio, ut late ait d. Ambrosius. *lib.* 2. *de offic. cap.* 28. *relatus in cap. aurum* 70. *caus.* 12. *quaest.* 2. et de aerario ecclesiae ob istas causas a Christo domino permisso, dicit venerabilis Beda *lib.* 4. *cap.* 54. *in Lucam* 22. ibi: *Cum et ipse dominus, cui ministrabant Angeli tamen ad informandam ecclesiam suam, loculos habuisse legatur. et a fidelibus oblata conservans, et suorum necessitatibus, aliisque indigentibus tribuens*; et hujusmodi aerarii Papa supremus dispensator a Deo constitutus, audiens illius bona detrimentum pati tenetur villicos deputatos vocare ad reddendam suae villicationis rationem, ut monuit Christus dominus per Lucam *cap.* 16. ibi, *quid hoc audio de te, redde rationem vilicationis tuae.*

16 Duplex autem extremum necessarium, ut hactenus firmata propositio fieret nostro themati applicabilis, quod nempe cura. et administratio aerarii pontificii resideat penes dominos Thesaurarios, quodque eorum culpa ipsum aerarium passum fuerit jacturam superventam ex cessatione Zinaghi, apparuit dominis praeclare justificatum, et comprobatum; primum namque convincebat inter alias constitutiones loquentes de facultatibus Thesaurarii generalis, illa Sixti V. in ordine suarum centesima, quae apertis verbis in ejus prooemio declarat ejus munus totum versari in administratione rerum bonorum, et jurium camerae, ibi, *ut salubri directioni indemnitati, et conservationi aerarii apostolici opportune consulatur, atque illius administratio talibus personis committatur, quae opera, studio, industria, bona fide, res, et jura praedicta camera diligenter conserventur, et augeantur*, eademque verba leguntur ad unguem transcripta in solito brevi deputationis, quod Pontifices tradunt Thesaurariis magisque singillatim clare, et distincte idipsum comprobatur ex formula juramenti, quod ipsi praestant in manibus eminentissimi cardinalis camerarii in primo muneris ingressu dato *in summ. haeredum Paravicini sub. numer*, 5. per quod tamquam praepositi aerario apostolico se adstringunt, illud bene regere, et conservare, et de omnibus, et sin-

gulis ad eorum munus pertinentibus rationem reddere. ibi, *fideliter, et legaliter geram. et diligenter procurabo, exequar, et exercebo.* et inferius ibi, *reddam camerae domini nostri papae veridicam rationem, et reliqua rationis praestabo, et illam rationem, sive computum reddere non differam,* quod sane juramentum consonat cum eo, quod olim praestare solebant antiqui Quaestores publici aerarii, de quo *in auth. jus jurandum tit 3 collat. 2. et in auth. de mandat. princip tit. 4 collat. 3. in §. oportet,* de quo Capyc. Galeot. *respons. fisc.* 15 *numer.* 129. Ossac. *decision.* 86. Cornazzan. *decision.* 196. *nu.* 2. Guidopap. *dec.* 631. *n.* 8.

Ex quibus manifeste resultat summos pontifices, utpote
17 curis gravioribus intentos, non valentes, neque debentes ministeria oeconomica per semetipsos exercere, sed per alium, qui sit fidelis servus, et prudens, ut Eugenium papam monebat D. Bernardus *ep.* 6. *alias* 9 *lib.* 4 *de consideratione* gubernium, curam, et administrationem redditum, et jurium camerae apostolicae reposuisse penes thesaurarios, prout omnes alii principes, proprium patrimonium custodiendum, et regendum tribuunt: eorum generalibus thesaurariis, qui nemo unquam dubitavit, qui sint veri administratores obnoxii oneri reddendae rationis, ut supra probatum fuit; et ad hunc effectum ab omnibus doctoribus aequiparantur quaestoribus aerarii, de quibus *in l.* 2. *ff. de origine juris.* Nec non comitibus sacrarum largitionum, de quibus extant tituli particulares *in cod. de palat. sacrar. largit.* Et denique Primipilis sic appellatis quasi primis inter administratores regalis pecuniae, de quibus *in titulo de Primipilo lib.* 12. *codicis,* et late explicant Alciat. *in rubr. dicti tituli,* Afflict. *ad consuetud. regn rubr. patres pro filiis numer.* 8. Covar. *var resol. lib.* 1. *cap.* 16. *numer* 7. Petr. Barbos. *in l.* 1. *part.* 7. *numer.* 1. *cum. seqq* Peregr. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 3. *numer.* 1. *et* 2. *et tit* 6. *numer.* 43. Capyc. *decision* 129. *numer.* 15. Berart. *in specul. visit. cap* 11. *numer.* 3. Mastrill. *de magistrat. libr.* 5. *capit.* 9. *numer.* 89. Regens a Pont. *de potest proreg. tit* 4. §. 8. *numer.* 1. *et* 2. Merlin. *de pignor. lib.* 3 *tit.* 2. *cap.* 194. *num.* 3. *et seq. et per tot.*

Frustra proinde conari videbantur defensores haeredum bo. me. Paravicini tam serio insinuare, quod domini thesau-
18 rarii reputari nequeant veri, et reales administratores aerarii apostolici, sed potius habituales, et honorifici superintendentes, adeout non teneantur reddere rationem de redditibus, et proventibus cameralibus, sicuti obnoxii sunt caeteri actuales administratores: quoniam contrarium evincunt verba bullae Sixtinae, breve deputationis, et juramentum supra expensa; praeminentialis vero, et honorifica illa superintendentia tertius residet penes eminentissimum cardinalem Camerarium, qui licet antiquioribus temporibus fungeretur vice Primipili papae, ut individualiter testatur Angel. *in l.* 2. *c. de privil. fisc. relat.* per Capyc. *d. decis.* 129. *numer.* 16. Tractu tamen temporis ejus auctoritas restricta fuit ad quandam potius honorificam praesidentiam, seu praefecturam camerae apostolicae, seu fisci utriusque principatus ecclesiastici, et temporalis, dum actualis administratio residet penes thesaurarios generales, ut hisce verbis notavit eminentiss. de Luca in relat. cur. Roman. *disc.* 11. *num.* 3. et comprobat *in disc.* 35. *numer.* 2 §. *Non solum.* ubi: *Quod thesaurarii habent oeconomicam, ac omnimodam primariam administrationem, et curam redditium, et proventuum cameralium,* et ante ipsum dixerat Card. Tusc. *pract. concl.* 229. *numer.* 1. ubi *Quod. officium thesaurarii sedis apostolicae est pecunias camerae solvendas recipere, et computum plenum de eis reddere:* Et refert Salgad. *in labyr. credit part.* 4. *cap.* 3. *numer.* 8. *et* 9.

Caeterum, quod attinet ad particularem negotium, de quo agitur concernens assentum triremium, nullo pacto visum
19 fuit, suffragari posse dominis thesaurariis praesidium honorificae, et praeminentialis superintendentiae, cum re vera hoc est alterum ex negotiis a pontifice eis particulariter demandatum, et in quo independenter a quocumque alio versantur; ipsi enim sunt, qui praevio chirographo eisdem solum et specifice directo a papa, capitula assentus concordant, instrumentum stipulantur, curam illius adimplementi suscipiunt, ex aerario pecunias extrahunt pro solutione stipendii conventi cum assentista, jubent fieri armamenta congruis temporibus, per plures diversas discessum triremium centum cellas migrant, ibique perlustrant armamenta, et recognoscunt, an assentista in suo explendo munere deficiat; quapropter incontrovertibile manet, quod respectu oeconomiae triremium habeant non solum superintendentiam honorificam, sed etiam actualem primariam administrationem, adeout de pertinentibus ad illarum assentum, et potissima de pecuniis quas in hanc causam erogari mandant ex aerario principis, debeant reddere strictissimam rationem, ad instar actualis, et particularis negotiorum gestoris, et specialis papae procuratoris tam ex censura, *l.* 2. *totoque titulo. ff. de negot. gest.* cum aliis collectis per Escobar. *de ratioc. c.* 3. *numer.* 3. quam etiam ex vi juramenti praestiti in primo eorum ingressu ad officium, per quod spondent *fideliter, et legaliter gerere, et exequi negotia a papa ipsis commendata,* quod vinculum, tametsi obligationem juris non augeat, eam tamen efficaciorem reddit ad text. *in l. fin. cod. de non num. pecun.* Ruin. *consil.* 134. *numer.* 8. *lib.* 1. Surd. *consil.* 20. *numer.* 7. et 8. Rimuald. Jun. *consil.* 72. *numer.* 4. Seraph. *de priv. juram.* 148. *n.* 2. Giurb. *dec.* 42. *n.* 26.

Progrediendo ad alterum extremum, quod scilicet camerae apostolicae obvenerit damnum reliquatus a Zinago relicti ex culpa utriusque thesaurarii, domini, ante discussionem facti examinarunt, quae culpa requiratur in stricta juris censura 20
ad effectum inducendae obligationis officialium pro refectione damni de proprio. et compertum habuerunt teneri de lata et levi culpa, nempe de deviatione ab ea diligentia, per quam quis non videtur intelligere, quod omnes intelligunt, vel major pars intelligeret, aut faceret, ut describitur lata culpa *in l. sedere diam* 213. §. *finali. et l. lata culpa* 223. *ff. de verb. signif.* Et rursus de deviatione ab ea diligentia, quam adhibere solent omnes diligentes ejusdem conditionis, ut definitur levis culpa per Doct. *in l. contractus, ff. de reg. jur.* et distinctim de utraque Donell. *in l. si procuratorem n.* 19. *ff. mandat. et in comment. lib.* 16. *c.* 6. *vers. altera,* Faber. *de error. pragmat. de sud.* 76. *error.* 1. Bellug. *in specul. princip. rubr.* 35. *n.* 47. Xamar. *de offic. judic. et advoc. par.* 1. *q.* 17. *n.* 6. *et* 7. Pegas. *var. resol. forens. cap.* 3. *n.* 73. et 74. ubi infiniti concordantes.

Cum enim administratores rerum publicarum aequipa- 21
rentur tutoribus, et curatoribus, et fiscus, ac respublica pupillis, adeout dispositum in uno censeatur dispositum in altero Peregr. *de jur. fisc. libr.* 6. *tit* 2. *numer.* 10. Cavalcan. *decision* 37. *numer.* 13. de Marin. *resol. jur. libr.* 1. *c.* 147. *numer.* 14. Inde fit, quod sicuti tutores tenentur de lata et levi culpa, ad text. *in l. generaliter* 11. *l. tutores* 14. *ff. de administrat. tutel.* Escobar *de ratioc. c.* 19. Pegas. *resol forens. d. c.* 3. *numer.* 670. ita de ejusdem culpis tenentur administrantes respublicas, et aerarium principis, ad text. *in l. magistrat. ff. de administr. rer. ad civitatem pertinentium,* ibi, *magistratus reipublicae non dolum solummodo, sed et latam negligentiam, hoc amplius diligentiam debent,* et tradunt Curt. Jun. *consil.* 19. *sub numer.* 1 ubi in terminis quaestoris, et magistri rationum, Nicol. Losaeu *in tract. de jur. universit. part.* 3. *c. ult. numer.* 37. *et* 42. Fragos. *de regim. reipubl. lib.* 7. *disp.* 22. *numer.* 5. ubi in specie thesaurarii generalis, et in iisdem terminis loquuntur Amaya *in tit. c. de suscept. proposit. et archarii. lib.* 10. *et tit. de exactor. tributor.* Berart. *in specul. visit. capit.* 12. *in tit. de decurion. et consiliar. civit. n.* 42. Pegas. *d. cap.* 3. *n.* 825.

Quae conclusio procedit tam pro culpis commissionum, 22
quam omissionum, quia eadem est ratio in omittendo, quam in committendo, *l. penul. c. de cohon. largit.* Mastrill. *de magistr. lib.* 6. *c.* 8. *numer.* 86. *et* 87. Bovad. *in polit. lib.* 5. *c.* 1. *num.* 153. *et* 196. Paris. de Puteo *in sindic, verb. negligentia numer.* 18. Franciscus Marc *decision.* 712. *numer.* 1. *part.* 2. Belluga *in specul. princip. rubr.* 35. *numer.* 8. *col.* 2. *circa med.* Cresp. de Valdaur. *obser.* 98. *numer.* 17. Giurba *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *quaest.* 6. *num.* 548. ubi ponderat; quod omittens licet non gratias, magis tamen peccat contra officium, quia directo laedit ipsius positivam obligationem, quae in faciendo consistit, et sequitur late Pegas. *contr. forens. cent.* 2. *c.* 28. *n.* 7. ubi ad propositum refert, et exornat dictum illud Joan. Andri quod non facere, facere est, et delictum in omittendo, fit delictum in committendo, et taliter est puniendum.

Variantibus tantum doctoribus circa obligationem officia- 23
lium de levissima culpa nimirum de deviatione ab ea diligentia, quam habent omnes diligentissimi ejusdem professionis, ut eam definiunt, Rebuff. *in dict. l. lata culpa, vers. levissima, ff. de verbor. oblig.* Belluga *in specul principip. praeallegato rubr.* 35. *numer.* 48. Pegas *d. resol.* 3. *num.* 951. Alii namque procedentes cum similitudine praedicta tutorum ajunt, quod officiales, ad instar tutorum, non

Pocioni

99

tenentur de levissima culpa, ut in specie de camerario tradit Cavalcan. *decision.* 37. *numer.* 12. et 13. cum aliis adductis per Rot. *decision.* 646. *numer.* 8. coram Bichio. Alii distinguunt judicium civile a criminali dicentes, quod quando agitur criminaliter contra officiales, tunc levissima culpa non sufficit, secus quando agitur civiliter, potissime ubi officiales habent jurisdictionem, et funguntur vice magistratus, et hanc distinctionem amplectitur. Menoch. *consil.* 246. *numer.* 62. *libr.* 5 Cyriac. *contr.* 433 *numer.* 10. et 11. Mastrill. *de magistrat. libr.* 6. *cap.* 8. *numer.* 3. et recentissime Urreol. *decision. florentin.* 21. *numer.* 14. Alii demum subdistinguendo in judicio civili culpam levissimam in omittendo, a culpa levissima in committendo putant, quod de prima officiales non teneantur, secus vero de secunda, ut probant relati per Urreol. *d. dec.* 21. *n.* 17.

24 In hac tamen opinionum varietate illud certum videtur, quod quando officiales speciali nexo, se obligant ministerium eis demandatum regere, et administrare diligenter, et diligentissime, prout in casu, de quo domini thesaurarii jurant omnibus ad eorum munus spectantibus operam dare, et incumbere *fideliter, legaliter, diligenter, et quantum in eis est.* quae verba important adhibitionem omnis illius diligentiae, quam homo in sua professione, et officialis in suo ministerio facere potest, et sic magnam, et superlativam diligentiam, tunc talis promissio auget obligationem legalem, et inducit obligationem ad omnem levissimam culpam, ut in minus duribribus terminis ejus, qui se obligaverat facere omnem diligentiam consulti responderunt Gabr. *cons.* 169 *n.* 29. *lib.* 2. Dec. *cons.* 274. *n.* 3. *vers. et a fortiori et magis diligens*, Negusan. *quaest. seu respons.* 192. *sub. n.* 1. *vers. hoc tamen. et n.* 2. *et* 4. quibus aliisque relatis plenius firmavit Rot. praedicta *dec.* 646. *num.* 21. 22. *et* 23. cor. Bichio.

25 Praemissis in jure sic explanatis, et praenotatis, domini revocando ad trutinam culpas per rev. cameram thesaurariis attributas, eas multiplices, et quidem in unaquaque specie culparum hactenus explicata, esse compererunt, et totidem quot sunt geminorum assentuum capita, quae partim tenebantur ipsimet adimplere et partim vigilare ut adimplerentur, quaeve nec ipsi in effectu impleverunt, neque curarunt, ut adimplerentur.

26 In primo enim capitulo conventum fuit, quod ex menstruis provisionibus assentistae pro triremium manutentione destinatis retinendum esset per cameram diversis vicibus pretium munitionum calculatum in summa scutorum 22545. nempe ejus medietatem pro quota singulis annis, et alteram medietatem in fine assentus. Et tamen D. Paravicinus tunc temporis thesaurarius non retinuit intra praescripta tempora stipendium ad mensuram dd. munitionum, sed totum bimenstruatim persolvit contra leges expressas instrumenti, et cum notabilissimo camerae damno, attento quod munitiones de tempore consignationis erant valoris, ut dictum fuit, scutorum 22546. et de tempore cessationis, et fugae *Zinaghi* repertae fuerunt valoris scutorum 9000. circiter.

27 Quo stante nulla ratione salvari potest culpa lata in committendo cum omnes homines ejusdem professionis hujusmodi retentionem in pactum expressum deductam facere non omisissent. Et profecto si de jure latam culpam contrahit thesaurarius generalis quando mutuat pecuniam fiscalem sine licentia principis, ad text. *in leg. sciant omnes, cod. de his, qui ex pub. rat. lib.* 10. etiam sub cautis Rovit. *ad reg. pragm. neapol. pragm.* 5. *num.* 1. de Marin. *ad decis. reverter.* 71. *numer.* 3. *tom.* 1. Berart. *in specul. visit. d. c.* 11. *num.* 6. Fragos. *de regim. republ. d. disp.* 22. num. 4. Quanto magis judicanda est culpa lata in committendo, solutio summae considerabilis scutorum 22545. quae ex pacto expresso debebat, et sine ullo impensa labore, vel diligentiae poterat retineri, et non fuit retenta, ex firmatis per Rota *decis.* 203. *numer.* 21. *part* 5. *recent* ut *decis.* 604 *num.* 19 *cor* Dunoz. Jun. Et quando haec culpa non esset lata quis negabit esse levem, et si non levem; quis levissimam, quas exitassent diligentes, et diligentissimi, et tamen eas sufficere ad effectum, de quo agitur fuit supra plene firmatum §. *Variantibus cum seq.*

28 Ejusdem gravitatis est secunda culpa. In praedicti enim assentus *capituli* 6. 7. 8. 9. 10. *et* 11. conventum legitur quod, Zinagus deberet in triremibus retinere designatum numerum officialium, militum, et nautarum pro armamento ordinario, et extraordinario, ut majorem, quatenus sanctissimo placuisset demandare validius armamentum, vulgo *detto di rinforzo*, adjecta declaratione, quod in casu augumenti dictarum gentium obligata esset camera proportionabiliter augere stipendium, sicut etiam, et illud diminuere quatenus Zinagus gentem designatam, vel ex beneplacito papae designandam non retinuisset, neve in hoc ulla ex parte Zinaghi contingeret fraus additum fuit alterum pactum, quod camera in hanc causam detinuisset in civitate centum cellarum particularem ratiocinatorem, cujus incumbentia esset, *dora mostra*, sunt verba instrumenti, *alla gente suddetta, e ciurma mese per mese, u notare tutti quelli; che mancheranno, o che vi saranno di piu*, acciò *sul fine dell'anno si possano aggiustare i conti, e rifare reciprocamente secondo restarà il debito*, o *credito.*

Salubris profecto, et provida dispositio optimis cautelis munita, sed ad nihilum profuit, quoniam uterque Thesaurarius tam antecessor, quam modernus in causam expensarum faciendarum, pro armamento validioribus mandarunt exsolvi pluribus vicibus ingentem summam pecuniarum ascenden. ad scut. 115229. 27. ubi e contra dispunctis, et excussis rationibus compertum fuit, assentistam non retinuisse numerum militum, et nautarum sibi praeordinatum pro dictis armamentis validioribus *di rinforzo*. Quinimo nec etiam numerum expresse stabilitum in instrumento assentus pro armamento ordinario, et extraordinario, adeo quod proportionabiliter ad gentes, quas non retinuit, constitit fuisse super erogatum, et plus debito exsoluta a bo. mem. Paravicino scuta 2140. 8. 58. et a moderno thesaurario scuta 22254. 47. 29

Si itaque thesaurarii nequeunt pecunias fiscales mutuo dare, uti supra probavimus, nec ut superadditur extra usus deputatos erogare, etiamsi essent usus publici. Jo. de Plat. *in l.* 1. *et l.* 3. *et l. judices. c. de his. qui ex public. collat.* Bald. *de constit. numer.* 5. ubi quod non possunt solvere unum nummum de proprio capite. Mastrill. *de Magistr. lib.* 5 *cap.* 9. *numer.* 101. Berart. *d. capit.* 11. *numer.* 6. *et* 7. Fragos. *d. disput.* 22. *numer* 3 utique nulla ratione excusabilis est lata culpa in committendo ob anticipatam solutionem summae adeo conspicuae pro expensis faciendis, et non factis Ab hac enim nimia facilitate solvendi abstinuissent omnes homines ejusdem ministerii, et professionis, in quo consistit lata culpa, ut supra dictum est §. *progrediendo.* 30

Quin admitti potuerit excusatio, quod si Zinaghus retinuisset numerum militum, et nautarum sibi demandatum, ipse nedum nihil anticipate recepisset, sed in non exigua summa creditor camerae remansisset. quoniam parum refert, quid secutum esset si Zinaghus sui muneris partes fideliter adimplerisset, sed videndum, quid in effectu ipse gessit, et quid fecerunt, ac omiserunt domini thesaurarii, Zinaghus enim plura notabilissimae quantitatis mandata extorsit, et pecunias fiscales in alios usus dispersit ex culpa DD Thesaurariorum, qui neglexerunt adimplementum pactorum assentus. Si enim singulis annis, prout in eo praecipiebatur coegissent Zinaghum ad reddendam rationem accepti, et impensi in causam dicti validioris armamenti, et catalogum gentium exactum per ratiocinatorem camerae cimassent, utique illius fraudes recognovissent, et hoc casu adeo improvide exsolvere non continuassent, tot summas sub illo specioso, et generali titulo expensarum *fatte, o da farsi*, quae expensae juxta ordinem demandatum nullo modo fiebant, atque rursus magna facilitate cum proportionabili stipendii retentione reparabatur camerae jactura, conflatumque non esset ob hanc causam creditum tam ingens evasum successive inexigibile, ut monuit imperator verbis ad nostrum propositum aureis *in l. neminem* 4. *c. de suscept. lib.* 10. ibi. *integro igitur anniversarii anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta disperserint, ut facilius si quis in furto fuerit deprehensus recentem queat reintegrare jacturam*, et comprobat text. *in l. sive ex praetoris. c. de exact. et exactat. lib.* 12. *leg. cum servius, ff. de condit. et demonstr.* a Pont. *de potest. pro reg. tit.* 4. §. 8. *numer.* 19. *vers. fuit igitur*, Klock. *de aerar. libr.* 2. *capitul.* 128. ubi quod nihil aeque principum facultates exhaurit, quam rationum reddendarum neglectus, per quem fit tacita licentia furtorum, fidique etiam ministri ad peculatum, et socordiam invitantur, et concordant Heeser. *de ration. redden. loc.* 4. *num.* 7. 31

32 Atque ideo ob hanc saltem omissam singulis annis petitionum redditionis rationis non est, quod controvertatur magna dominorum thesaurariorum negligentia, quae illos constituit in lata culpa, ad text. *in l. cedere diem* 213. *§. Lata culpa. et in l. magna negligentia. ff. de verb. signif.* ubi *magna negligentia. culpa lata est, et dolo proxima.* Et non jam in omittendo, sed in committendo, quia non facere id, quod quis facere debet, est delictum facere, et delictum in omittendo, efficitur delictum in committendo, ut praeter supra relatos *in §. Quae conclusio*, tradit Rovit. *decision.* 36. *num.* 19. Cresp. de Valdaur. *obser.* 98. *num.* 10. Amaya *in cod. libr.* 10 *de con. largit. libr.* 10. *numer.* 17. *et seq.* Urceol. *d. decis.* 21. *num.* 45. Et per consequens multo magis evitari nequit levis, et levissima culpa in committendo, dum nullus diligens, et diligentissimus officialis, qui jure jurando se obstrinxit *diligenter, et quantum in se est* incumbere muneri suo incideret in adeo supinam negligentiam erogandi pecunias fiscales fere per spatium octo annorum sine exploratione, vel, ex stimulo simplicis curiositatis, an fuerint impensae in usus legitimos, et demandatos, quod tamen compertum esse potuisset, si provida conventiones in capitulis assentus ad huoc effectum initas, observari curassent.

33 Neque ad salvandas praedictas anticipatas solutiones, et negligentiam in exigendo singulis annis redditionem rationis profuit excusatio desumpta ex solito observato ab aliis thesaurariis, quasi quod officialis immunis remaneat ab omni et quacumq; culpa quando facit, quod sui praedecessores facere consueverunt. ex Cravet. *cons.* 280. *num.* 3 *post. med.* Cancer. *var. resol. par* 3. *cap.* 5. *n.* 127. Fontanel. *decis.* 356. *n.* 11. Cavalcan. *dec.* 371. n. 19.

34 Nam tale solitum non fuit justificatum in facto, nec probatum relevaret in jure. Non regit quidem in facto quo ad anticipatas solutiones, quia docuerunt camerae defensores, quod in assentu proxime antecedenti his duobus, de quibus agitur, neque unum mandatum fuerit a thesaurariis illius temporis anticipate subscriptum pro expensis extraordinariis, sed eas posticipate fuisse persolutas; Quare quatenus sibi praefixissent successores thesaurarii regulam desumere ab observantia, par erat, ut respicerent, et attenderent proximam, et non remotam, prout juris est ex notatis per Rot. *decis.* 679. *num.* 13. *et* 14. coram Burat. *et decis.* 172. *numer.* 26. *part.* 17. eoque libentius, quia erat tutior, et camerae magis proficua, sicque per eos practicanda, dum jurant facere quidquid esset camerae utilius, neque sane oscitanter sequenda est via antiqua, sed ex antiquis seligenda est via melior, et securior, ut ipso divino Spiritu per Hierem. cap. 6. monente ibi, *State super viar. et interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona, et ambulate in ea.*

35 Praeterea nec remota observantia hoc solitum concludit, quia licet exhibita fuerint plura mandata facta ab antiquioribus thesaurariis pro expensis extraordinariis, ostensum tamen fuit ex attestationibus ratiocinatorum Cameralium, ejusmodi solutiones re vera fuisse demandatas pro expensis saltem in majori parte jam factis, et erogatis, procedendo semper enim ex in hisce aeconomicis administrationibus salubri cautela solvendi minus. et longe minus debito, ut ex *summ. responsivo camerae n.* 4. Idque fuisse generaliter observatum in omnibus aliis assentibus, satis edocuit eventus, dum omnes fere assentistae remanserunt in fine assentuum creditores camerae notabilis summae.

36 Indeque ex hoc ipso non relevat in jure confugium soliti, et observantiae, quia ut in eo constitui potuisset aliquod apparens fundamentum, probare oportebat, quod ob solutiones anticipatas factas ab antiquioribus thesaurariis obvenerit cam. jactura, et ab ejus auctoribus in subsidium non emendata, quod non fuit probatum, nec ex praedictis poterat ullatenus probari; Ob idque observantia specifice, et in individuo casus, de quo agitur non justificata, ad nihilum suffragatur, *l. quod non ratione, ff. de legat. cap fin. de consuet.* in 6. Rot. *decis.* 304. *numer.* 6. *et seqq part.* 12. *recent.*

37 Alteri praetenso solito non dispungendi computa annuatim, sed post absolutam aeconomiam, deest pariter assistentia facti et juris Facti quia ultra quod ejusmodi excusatione tueri nequit bo. me. Parasicinus, dum nec terminato primo assentu, curavit fieri computorum excussionem, permisitque Zinaghum admitti ad novi assentus administrationem antequam solveret reliquatum superioris administrationis contra expressam dispositionem, text. *in l. locatio* 9. *§. reliquatores, ff. de publicon.* ubi per haec verba respondit Pompon. I. C. *reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem antequam superiori conductioni satisfaciant admittendi non sunt.* et melius *in l. neminem. c. de suscept. lib.* 10. Perег. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 11. Posth. *de subhast. inspect.* 32. *n.* 55. Cohell. *ad bull. bon. regim. c.* 44. *n.* 30. *vers. quod quidem.* Revert. *dec.* 539. *per tot.* a Pont. *de potest. pror. tit.* 4. *§.* 8. *n.* 19.

Recognoverunt domini dictum stylum vigere, quoad generalem dispunctionem amplectentem universam, et totalem redditionem rationis totius administrationis, quae praecisive a consuetudine non potest fieri ex natura contractus, nisi in fine assentus, dum inter alia consistit in aestimandis munitionibus, et attrettiis, nec non accarrattatione triremium, et scafarum reconsignandarum novo assentistae, nec non in generali liquidatione dati, et recepti ad effectum faciendi finales, et generales quietantias. Unde mirum non est, quod fieri consueverit in fine assentus, et plerumque longe post. Praesertim quia cum camera semper soleat manere debitrix erga assentistas, nullum propterea eidem enasci potuit praejudicium ex protelatione dispunctionis generalis computorum. 38

Haec autem non est omissa, et neglecta dispunctio rationum, ob quam domini thesaurarii contraxerint praedictas 39 culpas aere proprio luendas; respicit quippe ea, de qua ipsi gravantur, illam annuam verificationem, et recognitionem expensarum, quas Zinaghus ex particulari papae jussu, et ex contracta per ipsum obligatione pro armamentis *di rinforzo* facere debuerat, et non fecit. quantumvis tot vicibus in hanc causam summas considerabiles recepisset, quasque dispunctis annuis computis non extorsisset; Et in hac parte nequaquam justificatum fuit praetensus stylus aliorum thesaurariorum non recognoscendi, vel in fine anni vel saltem ante demandandas solutiones utrum dictae expensae re vera factae fuerint; imo credendum est illos adhibuisse hujusmodi diligentes excussiones, vel explorationes. quia ut repetere fas est constat semper minus debito exsolvisse, et cameram in fine assentus remansisse debitricem, recurrit idcirco regula superius firmata, quod de stylo non probato in individuo casus, de quo agitur, ratio nulla habenda est. ut praeter supra relatos, notasit Rota *dec.* 172. *n.* 5. cor. Cavaler. *et dec.* 422. *n.* 13. *par.* 1. *rec.*

Deficit etiam juris assistentia eo, quia cum in nostro casu adesset lex expressa circa modum solvendi expensas extraor- 40 dinarias, praevia videlicet annuatim explenda solidatione, et revisione gentium, et nautarum, quas Zinaghus retinuisset nullius est operationis solitum expresso pacto adversativum, ex traditis per Natt. *consil.* 38. *num* 11. Becc. *consil.* 94. *nu.* 28. *lib.* 2. Loderch. *cons.* 61. *in fin.* Cancer. *in* 1 *par. var. resol. cap.* 8. *de donat. num.* 181. Gratian. *discept.* 722. *num.* 33. Rota coram Ludovis. *decis.* 184 *num.* 5 6. *et* 8. Non resistentibus auctoritatibus allegatis in objectu principali, quod officiales excusantur, quando peragunt, quod sui praedecessores fecerunt, quia vel loquuntur quando agitur criminaliter, et non civiliter, vel procedunt. quoties factum praedecessoris non esset de se malum, et reipublicae damnosum. ut notavit Cavalcan. *de brach. reg. par.* 5. *num.* 77. Mastrill. *de magistrat. lib.* 6. *cap.* 10. *nu.* 127. Vel demum quando non resisteret solito expressa rotunda, et litteralis conventio, quia in hoc casu talis observantia judicanda est abusus non admittendus, sed eliminandus, ut in individuo exclamant Rovit. *dec.* 36. *nu.* 3. *et* 4. *et seq.* Urceol. *dec.* 21. *num.* 33.

Tertia culpa resultat, ex quo in chirographo sanctissimi. 41 et in instrumento secundi assentus desuper stipulato praeordinatum, et respective conventum fuit, quod pro cautione camerae loco dictae locorum montium attergationis factae in primo assentu deberet Zinaghus relinquere ab illius initio usque ad finem scut. sexdecim mil. Et tamen neque Paravicinus superstes per octo menses saltem integraliter, neque modernus successor detinuerunt ex solito stipendio hanc summam; Imo quod non mediocriter auget culpam domini moderni thesaurarii ipse non solum summam scutor. decem mil. et amplius, quam a Zinagho inexactam reliquerat antecessor loco retinendi residualem summam praedictarum scutor. 16. mil. unico mandato in principio ejus regiminis persolvit, sed etiam contraveniendo papae oraculo, et evertendo expressas leges instrumenti, permisit Zinagho reattergare vice dictorum scutor. 16. mil. eadem loca montium Columnae specialiter pro primo assentu attergata, et ex illius

reliquato absorpto. Quod autem ex hoc facto contraxerint domini thesaurarii latam, levem, et levissimam culpam, et damnum exinde camerae resultans debeat ab eisdem resarciri evidenter convincitur ex ipsa simplici historiae narratione. et ex juribus superius adductis; Solumque ulterius ponderatur. quod hujusmodi negligentia caret omni, et quacumque excusatione. Non suffragante illa vaga, et generali optimae fidei, qua processerint domini thesaurarii, cum eam jus non admittat, quando resistit contraria conventio munitae claro, et expresso principis oraculo, ex trad. per Rot. *decision.* 300. *numer.* 4. *et* 5 coram Mantic *et decision.* 1794. *numer.* 5. coram Cocein. *et decision.* 585. *numer.* 11. *et* 14. coram Merlino.

42 Ex praemissis fundamentis evincentibus culpam, et negligentiam majorum officialium in adimplendis pactis, et conventionibus instrumentorum utriusque assensus, Antonius Columna conceperat spem eximendi ab onere relevationis camerae loca 177. montium pro summa scutor. 20. mil. loco cautionis attergata, contendendo quod ipse in hoc negotio gesserit figuram meri, et simplicis fidejussoris, dictaque sua loca obligaverit tantum pro causis contentis in dicto instrumento assensus, proptereaque cum aes alienum Zinaghi processerit ex aliis causis diversis, quia nimirum, ut dictum est supra ex ejus stipendio non fuerint per dominos thesaurarios retenta scuta 22. mil. munitionum. et rursus, ex quo fuerint ei persolutae plures summae pro expensis extraordinariis nulla praevia computorum dispunctione contra leges expressas assensus, utique ob istius innovationem juxta strictam fidejussionis naturam, praedicta ejus loca montium libera et ab onere relevationis immunia evasisse allegando tamquam punctuales auctoritates, Rim. Sen. *consil.* 641. *numer.* 3. *libr.* 4. Bursat. *consil.* 224. *numer.* 27. *libr.* 2. *et consil.* 428. *num* 12. *lib.* 4. Ger. Spin. *cons.* 39 *nu.* 13. Cyriac. *contr.* 546. Surd. *cons.* 460. *num.* 6. et saepe *citat. dec.* 21. *n.* 46. Urceoli.

43 Libratis tamen per DD. cum consueta lance justitiae omnibus hinc inde deductis, concluserunt hanc Columnae praetensionem esse, undequaque insubsistentem; Et primo loco: quia in stricta juris censura illius obligatio non potuit canonizari fidejussoria, adeout regulanda sit cum rigidis principiis contractus fidejussionis. ponderando quod neque Zinaghus petendo assensum obtulerit fidejussionem, neque pontifex in chirographo super concessione assensus ad favorem camerae demandaverit stipulationem fidejussionis. sed solum concessio cavisset: *Che debba il Zinaghi obbligare a favore della camera tanti luoghi di Monti Camerali per la somma di scudi* 20. *mil.* cujus obvius verborum sensus est, quod ipse Zinaghus deberet mediante attergatione locorum montium tradere in manibus principis scut. 20. mil. de suis propriis bonis loco pignoris, nec per umbram referri potest ad fidejussionem: Non repugnante instrumento assensus postea stipulato, quia tametsi ibi loco dictorum verborum *di obbligare*, apposita fuerint alia verba *di fare obbligare*; haec tamen compatiuntur in substantia cum primis contentis in chirographo, dum solum praeseferunt, quod si Zinaghus non suppeterent loca montium, valeret illa ab aliis exquirere ad effectum tamen illa subjugandi oneri pignoris transferendi penes cameram, eo ferme modo. quo Zinaghus obtulit, et papa jusserat, ut illius propria loca subjugarentur absque eo, quod haec subjugatio ullo modo detorqueatur ad fidejussionem.

44 Huicque obligationi sic intellectae, nedum conforme est solitum generale principium, qui ut ait Klock. *de aerar. libr.* 2. *cap* 130. *numer.* 1. solent pro indemnitate aerarii cautionis loco exigere ab administratoribus rerum publicarum certam summam, cujus usuras annuatim percipiunt, et in fine administrationis in rationibus subducunt, sed etiam coincidit illud ipsum, quod apparet conventum in concessione secundi assensus, in quo vice dictorum scutorum 20. mil. locorum montium fuit stipulatum, quod ex consueto stipendio detinerentur assentistae scuta sexdecim. millia. idque fieri consuevit cum animadversione, quod semper melius est pignori incumbere, quam rem prosequi, cum eventus executionis sit incertus, ex traditis per Gait. *de credit. cap.* 4. *q.* 4. Faber. *de error pragm. error* 6.

45 Praeterea nec ipsamet attergatio montium successive facta a Zinagho quadrat cum fidejussionis natura, quia de ejus principali essentia est, ut fidejussor stipuletur directe cum ipso principali creditore puro, vel conditionali, adeo ut stipulatione non interveniente nulla fidejussio esse possit, *l.* 5. *§. satie acceptio, ff. de verb. oblig. l. si haereditatem* 32. *ff. mandat. l.* 2. *§. penult. ff. de administrat. rer. ad civitatem pertinentium*, Menoch. cons. 212. *numer.* 41. Ant. Faber. *in c. tit. de fidejuss. definit.* 5. *numer.* 2. Henrig eodem *tract. cap.* 11. *numer.* 2. Vessembecchius *in paratitlis ad jus civile ad tit. ff. de constitut. pecun. numer.* 3. In praesenti autem nulla intercessit stipulatio Columnae cum camera, sed solum hic obligavit, et hypothecavit ejus loca montium, eo modo, quo fecisset Zinaghus ad formam suae obligationis. quatenus ipse illa in suo habuisset patrimonio, adeout Columna in hac scena respectu camerae faciat quoad dicta loca montium figuram, vel commodantis pignus, vel expromissoris, vel demum constituturis.

Et quamvis constitutum pignus, et expromissio sint affines fidejussioni, et in aliquibus aequiparentur, eorum tamen similitudo consistit in eo, quod sint remedia adinventa ad assecurandos creditores, sed in modo, et effectu valde differunt. Pignus enim non admittit excussionem debitoris principalis, Negus. *de pign. part.* 1. *numer.* 7. *et part.* 8. *memb.* 1. *numer.* 18. Merlin; *de pign. lib.* 1. *quaest.* 2. *numer.* 11. quam tamen admittit fidejussio ex vulgatis: constitutum fit nudo pacto. sine ulla stipulatione, *tot. tit. ff. de constit pecun.* juncta *l.* 2. *c. eod. et §. de constitu'a iustit. de action.* secus est in fidejussione *ex supradictis.* Et quod praesertim facit ad nostrum institutum, fidejussor obligatur accessorie, constituens tamen tamquam principalis debitor, ita ut efficiatur correus debendi ad text. *in l.* 10. *ff de constit. pecun.* et explicant praeclare Bart. *in rubr. l.* 1. *ff. eod.* et Faber. *in suis rational.* in *d. l.* 1. in *rubr. vers. accedit, et §* un *potest*, ubi quod constitutum pro solutione est, non etiam datio fidejussionis, et comprobat in *l.* 10 *ejusdem tituli*; Expromissio denique emisit principalem debitorem ab obligatione et illam in totum transfert in expromissorem, non sic fidejussio, quae non perimit debitum principalis debitoris, ut distinguendo tradunt Faber. in c. *lib.* 4. *tit.* 13. *defin.* 1. *in glos. n.* 7. Heringius *de fidejussor. c.* 4. *nu.* 28. *et* 29. Tondut. *d. resol.* 162. *n.* 9. *et defens. c.* 59. *n.* 4. *et* 5. ubi concordantes 46

Quo circa quemadmodum si Zinaghus obligasset propria loca montium excipere non potuisset, quod residuum sui debiti provenerit ex culpa DD. thesaurariorum negligentium implementum legum, et conventionum, quas continebant instrumenta assensuum; ita istiusmodi exceptiones nequeunt suffragari Columnae, quia adimplevit incumbentiam, et obligationem Zinaghi; vel per modum commodationis pignoris, vel constitutae pecuniae. vel demum expromissionis ex regula, quod subrogatus assumit qualitates, et onera illius, in cujus locum subrogatur text. in *l. si cum §. qui injuriarum ff. si quis caut.* cum aliis collectis per Rot. *decis.* 561. *n.* 20. *p.* 18. *rec.* 47

Sed quatenus Columna censendus esset fidejussor, adhuc DD. secundo loco observabant, praedicta loca montium semper esse obnoxia controversae relevationi, quia ipse in illorum attergatione, expresse fassus fuit, ea attergare, et obligare pro Zinagho, et obligatio fuit concepta indefinite pro effectibus, et causis contentis in concessione assensus in favorem Zinaghi, unde cum ejus debitum provenerit ex ipsiusmet facto, et culpa, ex quo non bonificaverit cum parte sui stipendii pretium supradictarum munitionum, prout ex pacto tenebatur, et rursus, ex quo pecunias receptas pro expensis extraordinariis ad usum tiremiunt in proprium commodum converterit; manifeste patet evenisse casum dictae promissionis Columnae; fidejubens namque simpliciter nulla limitatione fidejussioni apposita, ultra quam teneri noluit, censetur fidejubere in omnem casum. et causam, quae ex natura, et conventionibus negotii procedant, ad text. in *l. quaero* 56. *ad fin. et ibi gloss. verb. praestabit, ff. locati, l. si quis pro eo* 57. *§. si nummus, ff. de fidejussion.* Henrig. *de fidejussion. cap.* 24. n. 138. cum *trib. seq.* Surd. *dec.* 312, *num.* 8. Rot. cor. Bich. *decis.* 646. *num.* 30. *et seqq.* 48

Nec facit, quod Zinaghus non remansisset reliquator ex dictis causis summae adeo conspicuae si domini thesaurarii bonificationem, quam ipse non obtulit, de facto fecissent, retinendo tantumdem ex suo stipendio bimestrali, prout nec dispersisset in usus alienos tot summas eidem traditas pro expensis extraordinariis, quatenus excussissent computa annuatim secundum leges instrumenti, ad quarum formam exclamabat Columna se contraxisse, alias non contracturus. 49

50 Quandoquidem responsum fuit, quod litteraliter capitula assentos obstringunt ipsummet Zinaghum ad boonificandum praedictam summam munitionum, prout etiam in ipsom dirigitur praeceptum relinquendi scuta 26. millia ab initio ad finem secondi assentus; ipsumque pariter obligent ad reddenda computa, et solidandas rationes; et ad istarum obligationum adimplementum faciendum a Zinagho hypothecavit Columna loca montium, dum expresse dixit ea obligare, et hypothecare pro Zinagho pro effectibus,et causis contentis in instrumento assentus, specialiter paciscendo inter caetera, quod ejus hypotheca eo usque esset favore camerae duratura quousque fuissent solidata computa ibi, *et finito dicto assentu,exhibitoque in secretaria fide solidationis praedictae reverendae camerae deleri possit obligatio.* Quapropter dum Zinaghus, nec sponte boonificavit summas bonificandas, minusque unquam reddidit rationem, neque pes consequens asportavit solidationem computorum; hinc sicuti certum est, quod tamquam constitutus in more, ex culpa, dolo tenebatur ad interesse, nec non ad omnia damna exinde per cameram passa, ita pro eisdem condemnari debet ejus fidejussor, dum obligavit rem propriam pro omnibus causis in genere contentis in dicto assentu, et in specie dependenter a redditione rationis, et solidationis reportatione, ex traditis per Mant *de fidejuss. por.* 2. *cap.* 4. *nu.* 2. et bene de Mar. *var. resol. resol.* 137. *n.* 21. *lib.* 1. Rot. *decis.* 554. *n.* 4. coram Ludovis. et melius *dec.* 301. *per. tot. et signanter. num.* 4. *par.* 4. *rec.*

51 Et quamquam domini thesaurarii non careant culpa, ex quo ratione sui muneris tenebantur esse sollicitii, ut Zinagus si non sponte, coacte saltem suam expleret obligationem: eorum tamen negligentia quemadmodum non efficit, quin Zinagus dicatur delinquens, et morosus eo, quia dolose non adimpleeit id, ad quod etiam expresse sese obligaverat, ita non potest operari quo minus Columna fidejussor teneatur sobire damna, et interesse, ad quae tenebatur Zinagus principalis debitor, cujus obligationem suscepit expresse, et indefinite pro effectibus, et causis contentis in instrumento concessionis assentus triremium.

52 Bene tamen operatur dd. thesaurariorum negligentia, ut ipsi etiam luere debeant camerae jacturam, sed eum eo discrimine, quod Zinagus,et Columna erant conveniendi, prout fuerunt conventi primo loco, eo quia sunt principales debitores,ille ea quo directe contraxit cum camera assumens tamquam principalis, et nomine proprio assentum triremium; iste sive consideretor uti commodans pignus, vel constitutarius, sive expromissor, sive etiam fidejussor indefinite obligatus, ex quo casus ejus obligationis jam evenit, ut probatum esse dd. autem thesaurarii in subsidium, ea ratione, quia licet fisco plura sint concessa privilegia contra suos debitores, ut patet *tot. tit. ff. et c. de privileg. fisc. et tit. de conveniendis fisci debitoribus in c. lib.* 10. et explicant Peregrin. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 6. *et* 7. tamen supremi legislatores mandarunt, ut suas actiones etiam pro damnis aerarii, et aliorum jurium fiscalium prius dirigeret contra principales debitores, et postea in istorum defectum, in officiales negligentes, et male administrantes, uti ex hac causa accessorie, et in subsidium obligatos, et ita responsum dederunt in pluribus casibus particolaribus, in quibus agebatur de interesse fisci, ut patet *ex l.* 2. *cod. de conveniendis fisci debitorib. libr.* 10. *l.* 2. *cod. de susceptoribus libr.* 10. *l.* 3. *c. quo quisque ord. conven. libr.* 11. *l.* 1. *cod. de decurion. libr.* 11. *l. ordine* 15. *§. In eum, l. imperatores* 38. *ff. ad municipal. l.* 1. *et tot tit ff. de magistrat. convenien.* et in terminis easme nostri tenent a Ponte *de potest. proreg. tit.* 4. *§.* 8. *numer.* 20. *et* 22. Menoch. *consil.* 719. *numer.* 9. *in fin. et numer.* 10. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *numer.* 20. *versic. qui tamen*, Berart. *in spec. visit. cap.* 11. *numer.* 11. Cardinalis de Luca. *in supplem. disc.* 22. *de tutor. et curator, numer.* 3. *et* 4 ubi loquens de casu simili nostro ait, quod obligatio administratorum majorum introducta est in gratiam, et pro relevatione illius, cujus bona administrantur, cui juaum, et rationabile est, ut per leges in subsidium succurratur, non autem in gratiam, et levamen ipsius administratoris actualis, et male administrantis, vel ejus fidejussoris, qui illum approbavit, ejusque suscepit obligationem, cum nulla juris ratio, vel dispositio id suadeat.

53 Ad auctoritates propterea in objecto allegatas *sup. num.* 41. per defensores Columnae, domini responderunt eas loqui in terminis simplicis subsidiarii fidejussoris, et non prout in specie, in casu constitutorio, expromissorio, vel commodantis pignus, neque loqui in casu, quo fidejussor se obligavit pro principali indefinite pro omnibus causis, et effectibus contractus usque ad totalem redditionem rationis prout fecit Columna pro Zinagho, ex cujus facto, et eolps jam evenit casus illius promissionis, et obligationis. Atque ideo placuit dominis opinio Andreoli *in controv.* 213. *numer*, 4. ubi in similibus terminis rejiciendo omnes doctores, in quibus suas spes reposuerunt defensores Columnae, ait, pacta, et ordinationes revidendi singulis annis compota officialium respicere favorem civitatis, vel principis, non autem officialium, nec eorum fidejussorum, et consequenter non esse retorquenda in odium illorum, quorum favore condita sunt; hocque confirmat Menochius *consil.* 719. *numer.* 9. *vers. tertio pro fidejussorib. cum duob. requentib. et numer.* 6. et Peregr. *de jure fisci lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 3.

Jam ergo ex actenus deductis stabilito, Rev. Cameram apostolicam esse primo loco relevandam pro scut. 20. mila locorum montium Columnae, et secondo loco, et in subsidium pro restanti summa scutorum 43479. 34. a DD. thesaurariis, reliquum est, ut sensum dominorum exponamus circa ratam eorum quemlibet tangentem. Et distinguendo tempora assentuum dubitatum non fuit, quo minus totom debitum contractum a Zinagho in quatriennio primi assentus liquidati per ratiocinatorem camerelem in scut. 36340. veniat resarciendum ab haeredibus bon. mem. Paravicini, qui eo tempore fungebatur munere thesaurarii, prout etiam ob hanc eaosam, nec ulla contingebat haesitatio, quod eadem haereditas remanere debeat sublevata pro rata scutorum 20. mila dictorum locorum montium, utpote primo loco obligatorum, et hypothecatorum in causam, et pro effectibus ejusdem primi assentus, *l. cedere diem, ff. de verb. oblig. l. si fundum* 4. *c. qui pot. in pign. habet.* 54

Aliqua tamen occasio disputandi emersit super nonnullis partitis, vel demendis ex dicto computo tamquam indebitis, vel excomputandis eum aliis effectibus principalis debitoris: contendebant enim haeredes Paravicini indebite appositam ed illorum damnum partitam scutorum 1136. sub praetexto, quod fuaret soluta in vim mandati eorum auctoris, cum potius dici deberet soluta ab eminentissimo camerario sede apostolica sacante per obitum sac. me. Alexan. VIII. Item conquerebantur,quod ratiocinator camerae sine ullo rationabili fundamento scut. 12653. provenientia ex pretio munitionum,et accarratationum triremium bonificasset in secondo assento, cum ad instar aliorum scutor. 98017$\frac{3}{6}$ provenien. ex aliis munitionibus debebant in stricta juris censure bonificari in primo assentu; subjiciebant demum, quod in excompotum debiti ejusdem primi assentus defalcanda essent etiam scuta 11. millia circiter partim retracta, et partim retrahenda ex venditione mobilium Zinaghi a camera sequestratorum. 55

Verum tamen domini reputarunt praetensionem subductionis partitae scutor. 1136. quia haec est altera ex summis quam bo. mem. Paravicinus excessive persolverat in causam armamenti ordinarii: non subsistente, quod excessus iste provenerit ex primis duobus mandatis exaratis sede vacante de tempore, quo ipse non erat adhuc thesaurarius, sive quia pro ratione sui muneris tanquam diligens, et diligentissimus paterfamilias tenebatur, suscepto munere, et ante demandandam ullam solutionem exquirere, quae nam solutione eaque tunc Zinagho factae fuerunt ad regulandas successivas per ipsum demandandas, si hanc enim diligentiam peregisset, Camera hoc detrimento non grevaretur; unde tamquam ejus auctor luere debet ex probatis, sive quia ex fide ratiocinatoris data *in summario responsivo rev. Camerae*, patuit eminentissimum cardinalem Camerarium non exsolvisse obolum plus debito,sed excessum desumpsisse originis ea successivis solutionibus factis de ordine, et mandato ipsius Paravicini. 56

Viceversa, quo spectat ad defalcationem partitae sc. 12653. conclusum fuit ratiocinatorem, minus recte illam bonificasse in secondo assentu;nam eum omnia bona Zinaghi essent affecta duplici hypothecae conventionali, scilicet quam tribuit instrumentum assentus, et legali concessae a jure adversus administratores, quae incipiunt currere a die coepti officii, et non commissae fraudis, ad text. *in l. cum oportet, §. fi-* 57

nal. ff. de bonis. quae liber qui licet loquetur de administratione gesta per patrem in bonis filii, fuit tamen estense in quolibet administratore, et in specie illius bonorum fiscalium, tradit late Fulvius Constent. *in comment. super posterior. lib. c. in l. 1. de jur fisci numer.* ea. de Marin *resol. jer. lib. 1. cap.* 148. *numer.* 1. et *seqq.* Merlin. *de pignor. libr.* 3. *quaest.* 4. *per tot.* Card. de Luca. *de cred. disc.* 37. *numer.* 5. Et capit non solum bona possessa de tempore coeptae administrationis, sed etiam acquisita post administrationem, *l. final. c. quae res pign. oblig. poss.* Covarr. *pract. quaest.* 13. *numer.* 29. *cap.* 4 Pacific. de Salv. *interd. cap.* 41. *numer.* 11. et 12. Merlin *de pignor. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 10. *num.* 23. Rota coram Seraph. *decis.* 1290. *numer.* 12.

58 Inde de plano sequitur, quod eum de tempore cessationis Zinaghi repertae fuerint inter alia ejus bona omnes praedictas munitiones nulli dubium est. quin illae sint affectae in primo loco anteriori hypothecae contractae ex primi assentus stipulatione ex regula satis trita, test. *in l* 4. *cod. qui pot in pig. hab. l creditori* 3 *l. potior.* 11. *ff. eod.* Negus. *de pig. par.* 5. *membr.* 2. *n.* 1. et 5. Gam. *de credit. cap.* 4. *n.* 1193. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 2. *per. tot.* Rot. *dec.* 174. *n.* 3. *par.* 6. *rec.*

59 Ultimam demum partitem scutor. circiter 11. mil. partim retractorum, et partim retrahendorum ex venditione mobilium Zinaghi censuerunt domini, non esse modo defalcandam quae licet ista mobilia sint aestimata, et sequestrata per cameram, tamen super illis pendet formalis concursus creditorum, qui fortasse ratione eorum prioritatis et anterioritatis poesunt in exclusionem camerae obtinere praelationem, unde visum non fuit eam cogi posse ad illorum prosecutionem cum satis sit ad consulendum dd. thesaurariis, quamvis, ut supra in subsidium obligatis amplissime jurium cessio per ipsam cameram facienda juxta privilegium fisci. de quo in *l. misit opinatorer. vers. judices, c. de exactorib. tribut. lib.* 10. et *l. hi, qui fisco. c. de convenien. fisci debitorib. lib.* 10. Pereg. *de jur. fisc. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 7.

60 Quare bonificatis haereditati Paravicinae scutis 20. mil. locorum montium Columnae, nec non scutis 12653. munitionum remanet liquida debitrix scutorum 4087. pro quibus tenetur relevare rev. Cameram, praevie ejusdem jurium cessione contra alia bona Zinaghi.

61 Quod pertinet ad debitum contractum in secundo assentu, et liquidatum a ratiocinatore Camerae in scutis 26743. censuerunt domini totum adscribendum esse domino moderno thesaurario, utpote conflatum de tempore suae praesidentiae: addita tamen partita scutor. 12653. provenientium ex pretio munitionum, quae minus recte fuerunt excomputatae in secundo assentu, cum ut supra dictum est, bonificandae veniant in primo. Absque eo quod ex debito secundi assentus eubluei debeent scuta 16. mil. quae Zinaghus ad praescriptum pontificis relinquere debebat ex suo stipendio: *dal principio fino al fine dell'assento*, pro camerae securitate sub praetextu, quod culpa non factae retentionis dictae summae tribuenda sit domino Paravicino, qui supervixit pro octo menses post stipulatum hunc secundum assentum.

62 Tum quia probabilius esse censuerunt domini, dicta verba: *dal principio sino al fine*, non praeseferre obligationem relinquendi dictam ingentem summam scutor. 16. mil. in principio assentus unica vice, sed proportionabilem quotam in singulis illius annis, animadvertendo, quod huic interpretationi minime repugnabat ipsorum verborum significatio et verisimilitudo illam mirifice suadebat, nam quatenus demandata fuisset retentio totius dictae summae in principio assentus auferebatur Zinagho unica solutione stipendium plurium mensium, et per consequens etiam possibilitas manutenendi triremes; perpensa potissimum illa notabili circumstantia. quod dies dictae retentionis cedebat de mensibus aprilis, maii, et junii, in quibus assentiste magis, quam aliis temporibus egeret pecuniis promptis ad parendas provisiones necessarias pro discessu triremium, inverisimile proinde apparuit, quod papa intellexerit illum gravare ad relinquendum summam tam notabilem exponendo hac ratione triremes periculo mali, et pessimi tractamenti, et rursus quod de tempore illarum discessus deficerent omnes necessariae provisiones. Unde rationi, et verisimilitudini magis consonum visum fuit quod dicta retentio demandata fuerit pro ratis proportionabilibus, et in jure quando verba contractus sunt dubia, et propria eorum significatio patitur, potens est interpretatio a verisimili, ut loquit Alex. *consil.* 34. *numer.* 8, *lib.* 2. Card. Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit* 14. *num.* 30. Rota coram sa. me. Gregor. XV. *decis.* 554. *numer.* 7. et coram Merlin. *decis.* 619. *numer.* 2. Qua stante intelligentia, subducta rata retinendae per d. Paravicinum proportionabiliter ad octo menses. in quibus fuit superstes, culpa non factae retentionis residui tota cedit in damnum domini thesaurarii successoris.

Tum quia admissa altera interpretatione, quod unica vice, et in principio fieri debuisset retentio dictae summae scutorum 16. mil. adhuc tamen cum Paravicinus tempore sui obitus reliquerit sc. 10800. et si supervixisset alios duos dies, maturabat alterum bimestre, quo poterat complere totam dictam summam, utique ex ejus culpa non retinendi in principio nullum irrepsit damnum camerae, quod sufficit, ut ab ejus relevatione liberetur, ex traditis per Cravett. *cons.* 319. *numer.* 17 *lib.* 2. Felic. *de societ. cap.* 22. *numer.* 20. Hesser. *de ration. reddend. loco* 10. *numer.* 182. Non obstante, quod non constat summam praedictam fuisse per Paravicinum retentam in causam praedictorum scut. 16. mil. quia id suadent juris elementa, secundum quae quilibet actus gestus praesumitur in executionem praecedentis obligationis *l. port. dotem ff. solut. matrim.* Menoch. *de praesumpt. praesumpt.* 49. *per tot. lib.* 3. Rot. *dec.* 331. *n.* 3 *part.* 9. *rec.* Prout etiam ipsa juris praesumptio dictat, quod si Paravicinus supervixisset de bimestri maturando retinuisset residuum pro complemento sc. 16. mil. dum unusquisque praesumitur, quod muneri suo satisfaciat, quando praesertim caeperat satisfacere, *l. 1. ff. de off. praetor.* Soc. Sen. *consil.* 2. *lib.* 1. Menoc. *cons.* 83. *n.* 21. — 63

Retentaque hac altera intelligentia, tota culpa remanet D. thesaurarii moderni, qui, ut supra meminimus, dictam summam scutorum 10800. quam retinere debebat in causam dictorum scutorum 16. mil. prout in haec ex juris praesumptione censebatur conflata ab antecessore, illam nihilominus unico mandato persolvit, adeoque subsequens jactura illius proprio aere venit emendanda. — 64

Quemadmodum neque existimerunt domini demende esse ex summa debita pro secundo assentu, scuta 8849. 99. quae Paravicinus mandavit tempore, quo in illo supervixit, exsolvi pro expensis extraordinariis, quaeque non factae supponuntur. Quoniam post habita, quod hujusmodi partita controvertebatur, quatenus subsisteret, adhuc ponderatum extitit, quod cum Paravicinus obierit ante lapsum annum dicti primi assentus, et sic antequam cessisset dies discutiendi computa juxta praeceptum capitulorum assentus, utique non est eidem imputanda fraus Zinaghi ob non factas dictas expensas. quia si vixisset usque ad finem totius assentus, forsan quas fieri non curaverat in primo assentu. redditiones rationis in secundo demandasset, et cum retentione bimestrium successive maturandorum hanc camerae jacturam reparasset. Atque ideo ob hanc caussam excusandus videbatur, sed non ita dominus modernus thesaurarius; quia cum tempus redditionis advenerit tempore sui gubernii, partes sui muneris erant, illas exequere, et reliquatum sui praedecessoris recuperare, ut praeter ea. quae in terminis generalibus omnium administratorum colligunt Barza *de decim. tutor. cap.* 2. *numer.* 10. *cum seqq.* Garz. *de expensis cap.* 20. *numer.* 16. in terminis Massarii reipublicae tradunt Bovadilla *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 79. et Berart. *in speculo visitationum cu.* 22. *nu.* 41. *in fine*, e Pout. *de potest. proreg. tit.* 4. § 8. *n.* 19. *vers. fuit igitur.* — 65

Atque ideo ex supradictis omnibus decisum fuit rev. cameram relevandam esse pro scutis 63479. 34. Primo loco videlicet ab Antonio Columna tamquam principali debitore pro scutis 20. mil. locorum montium aliergatorum. Pro reliquis, et in subsidium ab haeredibus bon. mem. Paravicini, et moderni dom. thesaurarii: e primis, ex computatis dictis sc. 20000. locorum montium, et scut. 12653: supradictarum munitionum, pro scut. 4087. Et pro reliquis, nempe pro sc. 39392. 34. pro complemento summae scutorum 63479. a d. thesaurario moderno, facta tamen per rev. cameram cessione jurium favore omnium praedictorum contra omnia bona Zinaghi; — 66

Et juxta hunc modum, et veterum distributionem. resolutum fuit, reverenda camera, et haeredibus bo. mem Paravicini, ac Antonio Columna informantibus, et moderno thesaurario, quamvis monito, non comparente.

REVERENDISS. D. MOLINES

DECANO.

Perusina Affictus.

Vener. 20. *Martii* 1699.

DECISIO XI.

Responderunt domini esse exequendum mandatum ab A. C. relaxatum favore comitis Joannis Baptistae Planciani contra Franciscum Mariam de Ciccis uti validum, et justum pro summa inferius exprimenda. Nam de credito in genere pro affictibus, de quibus agitur decursis, et non solutis visum est constare ex publico locationis instrumento dato *in summario actoris numer.* 1. quod facit rem notoriam, ac manifestam, et probationem probatam, ut in puncto firmavit Rota *decis.* 454. *num.* 13. *part.* 18. *recent.* Plenumque est pro eo competere viam executivam, sive inspiciatur natura ejusdem crediti provenientis ex contractu locationis ad text. *in leg. praeses, cod. locati*, sive attendatur, controversos affictus ex bonis locatis conventos, et stipulatos fuisse sub obligatione camerali, quae adinstar rei judicatae, seu judicialis confessionis secum fert paratam executionem Castreus. *in l. post rem judicatum ad fin. ff. de re judicat.* Gabr. *consil.* 66. *num* 8. *lib.* 1. Galles. *ad form. obligat. cameral part.* 1. *q.* 2. *numer.* 11. *et* 12. et ibidem Zacch. *numer.* 4. Rot. *decis.* 686. *numer.* 1. *part.* 1. *et decis.* 141. *numer.* 1. *par.* 11. *recent.* alibique passim. Sive tandem quia commissio mihi directa fuit cum clausula si quid exequendum, quae in omnibus instantiis tribuit facultatem procedendi executive, ut relatis concordantibus, optime prosequitur Rota *in d. dec.* 141. *n.* 2. *et* 3. *par.* 11 *rec.*

Nec ad offuscandam justitiam ejusdem mandati visa est posse suffragari Ciccio reo convento exceptio erroneitatis, seu falsi suppositi, quae impedit etiam executionem obligationis cameralis, ut notant Bouden *collect. legal.* 27. *numer.* 66. Palon Nepos *allegat.* 57. *numer.* 6. Rot. *dec.* 43. *num.* 4. *et* 6. *part.* 11. *et decis.* 369. *num.* 2. *et* 3. *par.* 16. *recent.*

Quoniam praemisso, quod hic agitur de contractu locationis, proindeque ad evitandam solutionem affictuum decursorum conductor nequit refricare locatori dominium bonorum conductorum ad text. *in leg. si quis conductionis cod. locat.* Adden. ad Sanfelic. *decis.* 371. Rot. *decis.* 222. *et decis.* 297. *part.* 8. *et decis.* 57. *numer.* 1. *part.* 9. *et decis.* 165. *numer.* 7. *part.* 10. *recent.* Adhuc pro omnimoda objecti eliminatione placuit responsio, quod ad effectum impediendi executionem contractus obligatione camerali vallati, exceptio erroris, seu falsae causae debet concludenter, et incontinenter probari per claras probationes, in quibus terminis possunt procedere doctrinae in objecto relatae, secus autem est, quando effectus contractus locationis, in quo versamur vult impediri cum exceptione erroneitatis, et ex falsa causa proveniente ex alio diverso praecedenti contractu patente multas turbiditates ad tradita per Rota *decision* 550. *sub. num.* 4. coram Cavaler. et ratio est, quia excipiens contra publicum, et juratum instrumentum praeseferens propriam debiti confessionem cum fiat actor in sua exceptione, fundamentum ejusdem debet plene, et perspicue probare Covar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. et 5. Rota *in puncto dec.* 631. *n.* 9. *par.* 18. *recentior.* et quidem non aliunde, quam ex tenore ipsius contractus de quo agitur, ut prosequitur Rota *in mox allegata decision.* 631. *n.* 12. *par.* 18. *rec.*

Verum tantum abest posse dici in nostra hypothesi incontinenter probatum praetensum errorem, seu falsam causam, ut recognitis aliis scripturis dati *in summ. Plantiani a numer.* 3. *ad* 9. potius de contrario constiterit. Nam terminato sub appaltu lacus Transimeni, aliorumque proventuum Dohanae civitatis Perusiae alias suscepto de anno 1667. per Julium de Ciccis fratrem majorem rei conventi a comite Planciano tunc Thesaurario generali Umbriae, factisque computis inter partes concorditer solidatis, huic soli-dationi cum aliis fratribus se quoque subscripsit dictus Franciscus Maria, absque ulla causae expressione, ex quo non solum oritur legitimus modus se obligandi, ex regula quod suscribens approbat ea omnia, quae in scriptura continentur per text. *in l. emptor.* §. *Lucius Titius ff. de pact. l. pluribus* 140. *ff. de verbor. obligat.* Bursat. *cons.* 39. *n.* 24. Rota coram Cels. *dec.* 396. *num.* 8. *et in rec dec.* 381. *num.* 16. *part.* 4. *tom.* 3. *et decis.* 334. *num.* 4. *et* 5. *part.* 16.

Sed etiam exclusa remanet asserta deductio, sub qua praetenditur fuisse inductum d. Franciscum Mariam a d. Julio fratre ad subscribendam solidationem computorum factam ex causa praecitati subappaltus lacus Transimeni, cum ille non esset vir. crassae Minervae, sed veluti tunc temporis doctorali laurea decoratus, verisimile prorsus, et improbabile videtur, quod ante subscriptionem noluerit de omnibus se bene informare, cum hujusmodi subscriptiones per viros doctos, et prudentes non soleant fieri, nisi sibi omnia pro justitia contractus necessaria praecessisse constiterit Abb. *consil.* 523. *num.* 6. et in consimilibus terminis dixit Rota *dec.* 681. *n.* 5. *par.* 18. *rec.*

Quamobrem semper magis urget responsio, quod error, seu falsa causa, circa id, quod praetenditur indebitum debent per clariores probationes convinci juxta doctrinam Bart. *in l. cum de indebito* 25. *numer.* 4. *vers. tertio nota ff. de probat.* Alexan. *consil.* 83. *sub. numer.* 5. *vers et primum est libr.* 5. Cyriac. *controv.* 253. *numer.* 7. *et* 11. Rot. *decis.* 337. *numer.* 30. coram Duran. *et decis.* 89. *numer.* 19. *part.* 10. *et decis.* 145. *numer.* 13 *par.* 12. *recent.* ubi quod haec conclusio fortius procedit, quanto (prout hic) non agitur de facto alieno cujus ignorantia posset allegari, sed de facto proprio sciebat enim d. Franciscus Maria, quod in primordiali instrumento subappaltus lacus Transimeni, ipse non intervenerat, nec se obligaverat, sed dumtaxat Julius frater promiserat comiti Planciano sublocatori esse insolidum accessuros, seu ratificaturos caeteros fratres, et Elisabetham matrem, unde nequit dici subscriptionem debiti provenientis ex d. sub appaltu post solidationem computorum processisse ex falsa causa, sed potius convincitur, d. Franciscum Mariam voluisse in d. debito se voluntarie obligare, et ex integro tamquam bene informatus de omnibus ex regula, quod in concernentibus factum proprium non praesumitur ignorantia per text. *in l. plurimum* 3. ibique glos. *in figuratione casus, ff. de jur. et fact. ignorant.* Menoch. *cons.* 454. *nu.* 7. Bouden. *collect. legal.* 36. *n.* 61. *tom.* 1. Surd. *decis.* 393. *n.* 12. Rot. *decis.* 414. *n.* 7. cor. Gregor.

Praeterquam quod quidquid dicendum foret, quatenus idem Franciscus Maria reus conventus fuisset pulsatus ad solutionem summae debitae in vim solius calculi, seu d. solidationis computorum, cui se subscripsit. Certum tamen est, quod ultra praecitatum actum ejusdem subscriptionis, habemus alias approbationes hujus debiti serio emissas in aliis publicis instrumentis, mediante petita, et obtenta dilatione ad solvendam summam debitam, ut supra calculatam, cum subsecuta actuali solutione scutorum sexmilium circiter, necnon datione in solutum pro residualibus scutis 27400 de bonis controversis, et in locationem ab omnibus fratribus de Ciccis receptis. Quibus omnibus simul junctis, insubsistens penitus apud dominos remansit praetensa erroneitas, vel seductio, ad cujus exclusionem exuberat sola possibilitas in contrarium rota in romana quarti dotalis 1. julii 1697. §. *caeterum, et* §. *final.* coram R. P. D. meo Ansaldo, et in ferrarien. fideicommissi 12. decemb. 1698. §. *siquidem coram me.*

His positis circa justitiam crediti in genere; quia tamen ex parte Francisci Mariae, rei conventi fuerunt allegatae plures solutiones factae post annum 1683. quo bona data fuerunt in solutum, et contemporanee locata, quarum cognitio fuit mihi per dominos remissa, ad effectum ut urgenus super illis patres audirem, praecipue, attenta dicta clausula *Si quid exequendum*, quae operatur, ut mandatum, de quo agitur exequi valeat, saltem in ea parte, in qua detractis detrahendis, creditum vere, et realiter subsistit, et verificatur Rota *decision.* 166. *num.* 4. *part.* 10. *recent.*

Idcirco auditis partibus, fuit coram me ab eisdem concordatum, quod ex scutis 7700. debitis per Ciccium ex afficibus decursis a die 28. junii d. anni 1683. usque ad diem 27. junii 1694. essent defalcanda scuta 3876. 17. soluta a debitore, et proinde mandatum ab A. C. relaxatum pro majori summa exequendum venit pro solis scutis 3823.

83. de aliis vero scutis 3500. ex affictibus decursis a die 28. junii 1694. usque ad 27. junii 1689. non debet haberi ratio in praeseuti disputatione, obi soluoi disceptatum fuit sob congruo dubio de executione dict. maudati A. C. absqoe eo quod sub eo caderet inspectio, au novum esset relaxaudum; sicque de illis, et aliis affictibus postmodum decursis prauserverunt domiui jus Planciano creditori videndum in alia disputationu, sicuti etiam salvas asse voluerunt favore Cicci debitoris alias partitas solutionam contentas io duabus recepotis confectis ab eodem comite Planciano sub dicta die 29. junii 1683. de quibus pariter discutiendum erit quid operari poterunt adversus dationam in solutum factam ab omnibus fratribus de Ciccis sub eadem die 28. junii ejusdem anni.

Et ita utraque parte etc.

R. P. D. PIO.

Romana, seu Nepesina Affictus.

Lunae 11. Maii 1699.

DECISIO XII.

Domini iterum responderunt *Affictur deberi patribus per totum mensam reptembris* 1695. *et damna non deberi Fulvio.*

Nam quoad primam resolutionis partem subsistere visum fuit fuudamuntum alterius decisionis coram me aeditae sub die 5. junii superioris anni, quod cum locatio facta Fulvio expiraret solum de meose septembris 1695. et illius rescissio conventa die 7. martii ejusdem anni effectum sortita non fuerit antu d. tempus, ex quo reperiri non potuarit novus conductor, qoi emendo sata, aliosque fructus pendentes subingredi vellat in affictu de meuse martii, dici debet, Fulvium permansisse in eo per totum mensem septembris, adeoque teneri pensionum solutioni usque ad d. diem decursarum juxta plenius deducta io dict. decisione, quae revidetur, § *Ratio, et seq.*

Haud subsistente, quod licet in mamorato Instrumento coucordiae sub die 7. martii stipulato repositum foerit in libera voluntate, ac placito novi affictuarii subiogredi in affictu pro mense martii, vel septembris, ex eo tamen, quod ille intrare noluerit pro meuse martii, coocludi non possit illius duratio cum Fulvio usque ad mensem septembris, attento quod possint optime stare simul haec duo, quod novus affictuarius nollat ingredi nisi de mense septembris quodque nihilominus affictus esset resolutus cum Fulvio, quoad monachos de mense martii, ut suaderi dicebatur; tum ex ipso instrumeoto cum verbis praeseutis, ac praeteriti temporis stipulato ib: *Et quanquam d. affictus adhuc non sit terminatur, et finitus, nihilominus contrahentes ipsi haberi voluerunt, et volunt pro finito, et terminato:* Tum etiam ex aliis facti circumstantiis idem iostrumentum antecedentibus, et subsequentibur.

Contrarium namque manifeste convincitur ex eo, quod verba praefata absolutam rescissionam importantia, apposita noo leguntur simpliciter, ut absolute, sed juncta cum aliis praeseferentibus restrictionaie ad casum, quo novus affictuarius vellet ingredi tenutam de meose martii: *Cum pactis tamen, capitulis, et conditionibus inferius intar partes firmatis, et stabilitis.* Ac proinde cum regulare sit, verba quamtunvis generalia restringi, ac declarari dubere ab adjunctis, dubitari non valet quin ea secundum conditiones adjectas intalligenda veniant, *l. non est novum ff. de leg. l. si ex pluribus, ff. de solut.* Rota coram Priol. *decision.* 220. *numer.* 11. *in recent. decision.* 69. *numer.* 23. *part.* 19. et in tiburtina Castrorum 18. aprilis 1698. § *Quin. praemissae*, coram Reverendissimo dom. meo decano.

Idque satis, superque comprobatur ex natura caeterarum conditionum ibidem expressarum aperte puguautium cum absolota rescissione affietus ex tuuo ineuoda; quippe quia conventum quoqu fuerat, quod in casu, quo reperiri non potoisset novus coodoctor pro mense marti.,teneretur Fulvius alteri ingressuro in mense septembris novalium confectionem pro anno futuro libere permittere: quodque e contra in hypothesi, qua adinveotus fuisset novus affictuarius, qui vellet statim tenutam ingredi, eidemque Fulvius obstaculum praeberet, possent monachi iustantias prosequi pro executione decretorum obtentorum auper evacoatione ipsius Fulvii e tenuta: supposita autem novatione contractus de tempore stipolationis instrumenti inducta, licentiam pro conficiendis novalibus impartiri non debuisset Fulvius, sed concedenda fuisset a monachis teoutae renuntiatariis, nec valuisset Fulvius, ubi rescissionem affictus simpliciter convunisset, obstaculum praebere alterius ingressui in tenutam pro mense martii; atque ideo monachos compellere ad instaurandum judicium pro recuperanda possessione novo affictuario tradenda.

Absqua eo quod suffragari potuerit responsio; monachos pepegisset, ut liceret novo affictuario terras rumpere de mense martii, ex quo Fulvius tenutam dimitteru non tenebatur, priusquam eleretur peritia super valore herbarum, aliorumque fructuum pendeotium, novusque conductor eorumdem pretium exsolveret, pro quibus omnibus tametsi absolvendis intra quindecim dierum decursorum, absumendus nihilominus erat totus fere mensis martii. Quia cum in d. concordie cubitaliter fuerit expressum, licentiam conficiendi novalia concedi solummodo debere pro eo casu, in qoo novus affictuarius locationem incipere noluisset pro mense martii ibi: *E non volendo entrare nel nuovo affitto sino a settembre futuro, nulladimeno d. Sig. Fulvio si contenta, e vuole, che detto nuovo affittuario possa e li sia lecito entrare a lavorare, e romper d. tenuta nel corrente mese di marzo:* causa d. conventioni aliunde quaerenda non est, cum contrariae interpretationi ab argumentis desumptae locus esse oon possit, quotiescumque de explicita mente contrahentium apparet. juxta regulam desumptam ex text. *in leg. fin.* § *Sin autem. ff. de bon. quae liber.* Rot. *in recent. decision.* 15, *num.* 14. *par.* 12. *decision.* 177. *numer. fin. et decis.* 811. *num.* 10. *part.* 18. *tom.* 2. et in Boooniem. transactionis 19. aprilis 1697. § Fortius coram R. P. D. meo Anseldo, et in romana pecuniaria super exhibitione 2. junii 1698. § Ex hac cor. R. P. D. meo Muto.

Nec quidquam relevant actus pro comprobanda praetensa rescissione adducti; Nam sepositis iis, qui stipulationem concordiae praecesserunt, utpote inefficaces redditi a mutua partium declaratione, quod locatio adhuc duraret, solumque terminari, ac dissolvi deberet in casu, quo reperiri potuisset novus affictuarius, qoi tenutam ingrederetur in mense martii, ut advertit decisio, quae revidetur §. Actus vero, caeteri omnes contemnandi visi sunt dominis, tum ea rationibus expensis in eodem §. Actus vero, quia nempe respiciant, vel puram cognitionem qualitatis silvae, quae controvertebatur utrum caedi posset a Fulvio nec ne, seu potius novo conductori esset reservanda, vel provisiones a judice decretos sine praejudicio jurium partium, vel denique ut hodie addabatur, traductionem pecudum de una ad alteram tenutam quae tamquam aequivoca, cum fieri potuerit ad aliam effectum, et probata solum per testes ad perpetuam, pendente lite, et absque partis citatione examinatos, tenutam fuissa vacuam dimissam antu mensem septembris, nullatenus concludit. Tum etiam quia ex innumeris propemodum contrariis actibus, accusationum nempe, et respective executionum pro reparandis damnis illatis, nec non exactionum diversarum responsionum frumenti, ac caeterorum fructuum a subaffictuariis factarum, aliorumque a monachis in suo summ. adductorum e *num.* 18. *ad* 33. ostenditur continuatio Fulvii in affictu per totum dict mensis decursum, sub quo monaci praevio judicia decreto super consignatione clavium casalis cum facultate aperiendi per vim, judicialem possessionem nacti fuerint, quam subinde attentatam Fulvius praetendens petiit quoque circumscribi.

Haud attenta replicatione Fulvii, se praedicta gessisse ne executionem sortiretur sententia, in qua fuerat condemnatus ad solutionem affictuum usque ad mensem septembris, caeterosque actus fuisse emissos a Joanne Baptista ipsius fratre sine speciali procurae maudato, qui propterea eidem Fulvio praejudicium inferre non valuit, non obstante arcta sanguinis conjunctione, nisi prius saltem doceatur fuisse inter eos initam communionem omnium bonorum, quae cum minime praesumatur, probanda venit cum omnibus ejus requisitis, ut advertit Card. de Luc. *de credit. disc.* 87. *n.* 4. *circa finem.*

Etenim executio sententiae superque evitabatur ex appellationis interpositione, adversus sententiam de sui natura appellabilem; maudatumque pro solutione affictuum re-

laxatum retardari poterat ex ipsa supersessoria signaturae justitiae, absque eo quod foret necesse petere d. Sententiae circumscriptionem respicientem manutentionem in possessione tenutae: semperque in omnem casum subsistet jus et efficacia adducti argumenti in eo sita, quod Fulvius usque ad d. diem permanserit in illius possessione, coactusque fuisse monachos judicis officium implorare pro habenda eadem libera, et vacua.

Non nullos vero actus fuisse gestos a Joanne Baptista fratre excusationem praebere non potuit, nam licet hodie dubitaverint domini utrum fratres vixerint in perfecta omnium bonorum communione, nihilominus tamen ex eo, quod d. Joannes Baptista retentus fuerit ab ipso Fulvio in tenuta, videtur tacite fuisse praepositus huic negotio agrario, ut advertit altera decisio §. Urgentibus proindeque ex actibus ab ipso emissis Fulvium praeponentem remansisse obligatum dubitari non valet juxta text. *Censuram in l. si servus,* §. *Si fornicarius, ff. ad leg. Aquil. et in l. meminem, c. de decur. libr.* 4. Amat. *decision. Ferrarien.* 45. *numer.* 29. 30. *et* 37. Cardin. de Luca. *de regal. disc* 109 *numer.* 8. *vers. et quamvis cum. seqq.* R. P. D. Ansald. *College meus in suo tract. de commerc. et merc. disc.* 21. *numer.* 19. *disc.* 23. *numer.* 2. *et disc.* 39. *numer.* 24.

Maxime quia nec desunt actus magis convincentes ab ipsomet Fulvio expleti, cum ipse adierit signaturam justitiae pro avocanda causa a consulibus agriculturae, institerit pro d. circumscriptione possessionis tenutae a monachis raptae, aliaque plura gesserit, ex quibus tantum induci valet ratificatio omnium gestorum ab ipsius fratribus, quae supplet defectum mandati juxta text. *in c. rati habitionem de regul. jur. in* 6. Rot. *in recent. decision.* 739. *numer.* 4. *par.* 18. Verum etiam demonstratur ipsum Fulvium nunquam habuisse affictum pro resoluto in mense martii; Verbaque concordiae intelligenda esse juxta sensum superius expressum; observantia enim est optima interpres omnium contractuum, et quarumcumque dispositionum, ut alias dixit Rot. coram Ottobon. *decision.* 136. *numer.* 15. coram Priul. *decis.* 104. *num.* 5. *et in rec. decis.* 899. *n.* 8. *part.* 9.

Probata autem duratione affictus per totum mensem septembris ex quo reperiri non potuerit novus conductor pro mense martii; patet illa damna deberi Fulvio per monachos, qui in nihilo defecerunt, ut latius probat altera decisio, §. *Quibus positis et seq.*

Et ita utraque parte responsum fuit.

R. P. D. ANSALDO.

Perusina Affictus.

Lunae 7. Decembris 1699

DECISIO XIII.

Decreverat tribunal nostrorum executionem mandati, quod in causa controversorum affictuum decursorum usque ad diem 27 junii 1694. adversus Franciscum Mariam reportaverunt com. Jo. Baptista, et alii de Plancianis praevia decisione edita sub die 20. martii labentis anni coram reverendissimo domino meo decano, quando petita fuit ex parte eorumdem de Plancianis coram me tamquam ulteriori in causa delegato novi mandati relaxatio pro reliquis affictibus successive maturatis a praedicta die 27. Junii 1694. usque ad praesens, agnitaque incontinenti per dominos desuper a me consultos justitia, et rationabilitate instantiae non haesitarunt esse annuendum.

Nulla namque circa ordinem inventa fuit difficultas, quin procedi posset ad novam mandati relaxationem, attentis facultatibus Aud. cam. auditorio nostro specifice collatis per signaturam justitiae, in quibus terminis facilius, et quotidie per nos expediuntur nova mandata etiam pro terminis decursis post introductam causam in rota, quemadmodum habetur *in dec.* 115. *n.* 1 *part.* 16. *rec.* in Pisauren. dunationis 27. junii 1685. et 8. februarii 1686. utrobique §. 1. coram bon. mem. Albergato, in romana census 27. junii 1698. §. *final.* cor. Reveren. patre domino meo Caprara, et in Bononien dotis 1. julii proximi praeteriti §. *penult. et fin.* cor. R. P. D. meo Priolo.

Minusque aliqua intercessit asperitas circa congruitatem

petitionis; cum enim Franciscus Maria abinde citra continuaverit, et actenus perduret in detentatione bonorum, de quibus agitur, titulo conductionis, aequi bonique ratio suadet, quod conventas pensiones, sive affictus domino, et locatori refundere compellatur, ad tradit per Rot. *dec.* 16. *par.* 15. *rec. et dec.* 45. *part.* 16. *utrobique n.* 1. *et* 2. et in reatina pensionum 28 junii 1697. §. Ratio resolutionis, coram reveren. patre domino Priolo.

Absque eo quod in aliquo relevare visa fuerit unica oppositio, quam sibimet ingenue faciebant scribentes pro actoribus, nimirum, quod cum com. Carolus eorumdem actorum genitor sub eadem die celebrati instrumenti affictus duas exararerit receputas, seu confessiones de recepto favore Julii fratris Francisci Mariae pro summa, et quantitate scutorum 3382. 23. idcirco eadem quantitas, quam rota noluit acceptio ferre favore Francisci Mariae in exonerationem debiti praeceden. affictuum, sed illam particulari discussione reservavit, deberet saltem contraponi debito ulteriorum affictuum, super quibus hodie succedebat disceptatio, sive per viam compensationis, sive per alteram aequipollentem retentationis, quemadmodum licitum esse conductori, qui sit ex alia causa creditor locatoris, patet ex adductis per *modern. novarien. de compens cap.* 3. *quaest.* 23. *ex n.* 2. *cum seq.* Francisc. Merlin. *dec. Lucens.* 46. *n.* 4. *et seq.*

Propenso quippe tenor earumdem receputarum illico compertum fuit, illarum alteram praeseferre simplicem quietantiam liberatoriam Julii pro nonnullis exactionibus ab eodem Julio factis ad commodum com. Caroli in praecedenti appalto thesaurariae provinciae Umbriae per ipsum Carolum exercito, et de quibus praedictus Julius rationem reddere praetermiserat in computo generali utrimque antecedenter solidato: Secunda autem recepta importabat quidem confessionem Caroli de solutione scut. 2800. et ultra sibi facta per Julium, sed insimul exprimebat, quod hujusmodi summa Julius exsolverat pro totidem, de quibus indebite, et per errorem constitutus fuerat creditor tam in libris thesaurariae, quam in consecutiva solidatione generali, de qua supra quapropter absonum videbatur praetendere, quod unica, eademque solutio literaliter facta per Julium in causam expressam debiti erga thesaurariam posset hodie referri, seu contraponi in exonerationem alterius debiti postea contracti ex capite, titulo, et radice penitus distincta controversorum affictuum, contra regularem naturam ipsius solutionis, quae semper imputatur, et cedit in titulum, et causam expressam, ut inquit Scaevola *I. C. in leg. si ex pluribus* 89. §. 1. *in fin.* ibi: *respondi, eam solam obligationem dissolutam ex qua solutum proponeretur, ff. de solut.* Rot. cor. Caval. *decis.* 163. *sub. n.* 1. *vers. hoc autem. et dec.* 346. *n.* 10. *par.* 9. *rec.* et in romana, seu tusculana pecuniaria 10. januarii 1689. §. Tum magis quia cor. bon. mem. Ursino decano.

Potissime licet ex abundanti, quia solutio affictuum in sui primordio convento noscebantur posticipate de semestre in semestre, unde ultra detectam in praecitata praecedenti instantia retinentiam, et contumaciam ejusdem Francisci Mariae in solutione, et implemento propriae obligationis admodum inverisimile de per se reddebatur quod ipse, sive Julius ejus frater in solidum obligatus cum adeo praegrandi anticipatione sex fere annatus (prout ferme importasset eadem solutio respectu ad affictus annuorum sc. 700.) persolvere unico contextu voluisset, quando tamen caeteri, ac cuncti debitores communiter accidentibus vix statuto, et praefinito tempore propriae satisfacere solent obligationi, ut apposite considerant Conciol. *allegat.* 12. *n.* 17. *et allegat.* 57. *n.* 8. *et* 9. Modern. Argentan *collect.* 27. *num.* 85. *et* 92. *lib.* 2. Rot. cor. Burat. *dec.* 108. *n.* 10. et in dicta romana, seu tusculana pecuniaria 13. maii 1689. §. Et consequenter, cor. bon. mem. Ursino.

Et ob id parum refragabatur, quod reservata, ut praemisimus extitisset favore Francisci Mariae exceptio praedictarum solutionum ad hoc ulterius subsequendum Judicium super relaxatione novi mandati, ut habetur *in dicta decision. edita* sub die 20. martii proxime praeteriti §. *fin.* cor. reverendissimo domino meo decano: dum enim ex hucusque insinuatis praecitatae solutiones apprachensae sunt oculariter inefficaces ad obtegendum debitum quorumlibet affictuum, frustra quaerimus in praesenti de vi, et efficacia reservationis, illam namque nullum jus de novo tribuere, nilque operari, quoties in successiva trutinatione detegitur irrelevantia ejus, quod fuit reservatum volumina sunt plena, et praecise ait Cravet. *cons.* 144. *n.* 15. Rum. *cons.* 40. *num.* 7. *lib.* 1. Surd.

Paciom

cons. 377. *n*. 21. Rot. in romana, seu spoletana census 28. junii 1694. § Non obstat, coram reveren. patre domino meo Pio, confirmata 1. julii 1697. § Nec demum, coram reverendissimo domino meo Molines decano.

Et ita comite, aliisque de Plancianis dumtaxat informantibus responsum fuit, etc.

REVERENDISS. D. MOLINES

DECANO.

Romana Pecuniaria.

Lunae 11. *Januarii* 1700.

DECISIO XIV.

Quamvis ab hoc sacro tribunali declaratum fuerit justum ac validum, nullaque usurae macula infectum instrumentum, per quod de anno 1635. bo. mem. princeps Nicolaus Ludovisius concesserat ad decennium in locationem, seu appaltu venam ferri insulae quae status Plumbini qq. Marchionibus Carolo, et Joanni de Rinuccinis, ut deprehenditur ex *decision*. 58. 164. *et* 254. *part*. 13. *recent*. et testatur clar. mem. Card. de Luc. *scribens in causa disc*. 117. *de regal. disc*. 4. *de usur. et disc*. 24. *de camb*. Adhuc tamen detrectante principe, dictos conductores in illa locatione per totum tempus conventum continuare, ulteriores et quidem multiplices inter easdem partes enatae fuerunt controversiae, nimirum super generali refectione damnorum, et interesse passorum a Rinuccinis ob inobservantiam contractus locationis, super satisfactione sortis, et fructuum cambii scut. 175. mil. quod correspective ad susceptum appaltum in ventre ipsius contractus conductores principi locatori tradere sese obstrinxerant, et paucos post dies effective exbursaverant, super imputatione in unam, vel alteram causam facienda de quibusdam pecuniis a principe solutis dictis Rinuccinis, aliisque praetensionibus, frustra hic recensendis, quae disputationes sub congruis dubiis in rota dispunctae in majori parte resolutae fuerunt favore dd. Marchionum, ut patet ex discussionibus relatis a Cardin. de Luca *dicto disc*. 165. *de regal*. sed quia causa haec apparuit dominis tunc in tribunali sedentibus vel hidra plura continens capita, quorum aliquibus excisis totidem continuo renascebantur, opere pretium censuerunt amicabilem concordiam partibus anteponere, cui ipsis optimo consilio adhaerentibus, demandatus fuit illius tractatus tribus tunc nostri ordinis praeclaris auditoribus, eminentissimo scilicet cardinali Carpineo Urbis vicario, clar. memor. cardinali Cerro, et bon memor. Veropsio, qui post plures congressus, sedulamque omnium praetensionum hinc inde vertentium discussionem, protulerunt laudum redactum subinde in publicum transactionis instrumentum stipulatum, die 31. julii 1666.

In quo ad creditum Marchionum de Rinuccinis adscriptae fuerunt plures partitae ex causa residui Cambii, ejusque fructuum, venae subministratae pro servitio furnorum principis, bonificationis, seu parificationis venae per principem non consignatae, aliisque de causis conflantes in totum scut. 52244. E contra vero ad creditum principis positae fuerunt plures solutionum partitae constituentes in totum scut. 21098. 82. quibus subductis, declarati fuerunt Rinuccini residuales principis creditores in scutorum 31150. 60. ut latius apparet ex calculo inserto in ipso transactionis instrumento, quae omnia partes acceptarunt, et emologarunt cum praeservativa cujuscumque anterioritatis, ac privilegii creditorum citra ullam imaginabilem novationem prioris obligationis, et hypothecae ex instrumento appaltus competentium, tributa Rinuccinis potestate antedictum eorum residuale creditum cambiandi, et recambiandi ad rationem scut. quatuor cum dimidio pro centenario.

Cum autem ad instantiam creditorum domus Ludovisiae auctoritate congregationis baronum deliberatum fuerit Castrum Fiani, una cum aliis super ejus pretio concurrentibus, comparuit dominus Marchio Fulcus de Rinuccinis pro consequenda dicti cambii satisfactione, fuitque tamen eidem denegata illius consignatio, et concessa D. Duci ab Altemps, et Fulvio Roberto cum obligatione de restituendo prioribus, et potioribus, qua de re habito per Rinuccinum recursu ad Sanctissimum, ulteriorem impetravit causae commissionem, cum clausula *sine praejudicio executionis*, directam eidem congregationi baronum, adiecta lege procedendi de voto nostri auditorii; Idcirco cum ad praescriptum delegationis in hodierna audientia prima saeculi nascentis proposuerim dubium ex controversiae visceribus exceptum: *An constet de credito*; *itaut sit relaxandum mandatum de restituendo*: responsum fuit: *Constare de credito in summa scutorum* 31150. *mandatum vero relaxandum esse pro summa scutorum* 26143. 38.

Quo attinet ad primam resolutionis partem, moti fuerunt domini, tam ex instrumentis dd. locationis, et Cambii, quae evincunt causam primordialem majoris partis dicti crediti Marchionum de Rinuccinis, quam etiam ex enunciato instrumento transactionis inito inter ipsos, et principem Ludovisium, in quo, ut praefertur, factis calculis dati, et recepti Rinuccini apparent constituti creditores residuales summae praedictae scutorum 31150. cum facultate illos cambiandi de facto, ac propria auctoritate ad rationem scut. quatuor cum dimidio, concurrentibus propterea tot publicis instrumentis, nulla ad controversum creditum adstruendum melior, ac manifestior adduci poterat probatio ad text. *in leg. emancipatione* 11. *cod. de fid. instr*. Bald. *in l. interest*. 21. *n*. 2. *cod. de solut*. Rot. cor. san mem. Greg. XV. *decision*. 180. *numer*. 1. et coram Alex VIII. *decis*. 110. *num*. 1. *et* 2.

Nullatenus relevante, quod nonnullae ex partitis conflantibus summam dicti crediti: Illa nempe scutorum 6000. sortis residualis dicti cambii scut. 175. mil. et alia scuta. 7600. suorum fructuum, atque altera demum scutor. 12385. 88; pro parificatione venae remanserint longe ante transactionem extinctae a principe Nicolao, mediante solutione conspicuae summae scut. 235. mil. prout particulariter. discusso articulo, resolutum fuit in *decision*. 341. *part*. 13. *recent*. in qua legitur denegatum Rinuccinis mandatum pro praetenso eorum credito dicti cambii, et fructuum.

Ultra quod enim *d. decision*. 341. *part*. 13. emanata die 10. junii. 1661. coram Veropsio, apparet reformata de anno 1662. coram eodem, funditus enere visum fuit objectum, quia eo ipso, quod una cum reliquis aliis controversiis vigentibus inter principem Nicolaum, et Rinuccinos exiuerit in praenominatos tres Sacr. rotae Auditores, compromissa etiam illa, de qua actum fuerat in dd. decisionibus. An scilicet omnes summae a principe solutae cesserint in causam extinctionis cambii scutorum 175. mil. et electi arbitri optime conscii de eo, quod antea decisum fuerat, utpote qui de illo tempore erant rotae auditores, laudaverint Rinuccinos remanere creditores ex titulo ejusdem cambii pro rata scutorum 6000. et pro fructibus 21 annorum in scutorum 7600. prout etiam in majori summa scutor. 12385. 88. pro credito paraequationis venae, istudque laudum fuerit postea a partibus emologatum, et in instrumentum transactionis deductum, nulla ratio est habenda de eo, quod ante ipsam concordiam resolutum fuerat in praecedentibus decisionibus; Imo neque etiam attendendae essent sententiae cum subsecuta re judicata, quatenus adessent cum successivum laudum, et transactio omnem litem extinxerint, induxerintque novam, ac posteriorem rem judicatam unice attendendam ad text. *in l. non minorem* 20. *c. de transact*. Urceol. *de transaction. capit*. 4. *numer*. 65. Rota coram Duran. *decision*. 81. *numer*. 7. *et decision*. 854. *numer*. 2. coram Merlin. et in Bononien. transactionis 12. maii 1681. § 1. coram Florez.

Frustra proinde repetebantur ad unguem fundamenta ob quae tunc censuit tribunal, quod solutiones factae per principem, potius cedere debuissent in causam duriorem cambii, et pro aliis creditis eorum de Rinuccinis trahentibus originem ab ipso appaltus instrumento, quam pro aliis simplicibus creditis chirographariis, illoque signanter magis conspicuo venae, susceptae ab eodem principe pro servitio suorum furnorum juxta censuram text. *in l. iis vero § final. ff. de solut. et leg. cum ex pluribus eodem*. Quoniam hujusmodi refricationes fieri nequeunt in particulari judicio, de quo agitur, sed proponendae sunt in alio speciali intentando su-

per rescissione transactionis. Interim tamen, et donec per tres sententias conformes non tollatur de medio concordia, firmiter in ea praesistendum est absque ulla indagine an fuerit justa, vel injusta, quando non esset nulla, prout de facto non est ex defectu consensus ex traditis per Urceol. *de transact. quaestion.* 70. *numer.* 6. *et pluribus seqq.* Rota coram Duran. *decision.* 216. *numer.* 5. coram Merlin. *decision.* 480. *numer.* 3. et alibi passim.

Non urgente responsione, quod dict. transactio afficere valeat principem Ludovisium, et Rinuccinos illam stipulantes secus vero ipsius principis creditores absentes, et modo ex jure proprio venientes, quibus proinde licitum esse debeat, ac si nulla emanasset concordia uti antedictis Rotae decisionibus statuentibus cambium dd. scut. 175. mil. fuisse extinctum.

Quoniam cum principaliter interessati in d. judicio discusso in nostro tribunali super adimplemento instrumenti praefati appaltus respiceret principem Ludovisium locatorem, et Rinuccinos conductores, et non nisi in consequentiam poterat contingere aliis principis creditoribus, favor, seu praejudicium; certi juris est, quod sicuti alii creditores non erant in dict. judicio citandi, ita sententia, seu res judicata prolata adversus principaliter interessatos, afficit etiam tertios consequutivum interesse habentes juxta gloss. communiter receptam *in l. de unoquoque, vers. quae causa. ff. de re judicata.* ubi omnes doctores, et late tradunt Tiraquell *in tract. res inter alios acta sub numer.* 3. et plenissime a Ponte *consil.* 75. *per totum. et signanter numer.* 2. *et* 6. Rota *decision.* 242. *numer.* 6. *part.* 19. et coram Bichio *decision.* 79. *numer.* 4. *et decision.* 97. *numer.* 79. coram Arguell. cum aliis concordan. congestis in romana assentistatus 19. novembris 1698. § Enim vero coram me.

Neque haesitandum est, quod ea, quae dicuntur de sententiis, et de re judicata locum sibi vindicent in laudo emologato, et in transactionem deducto, quia ut superius comprobatur pari passu ambulant, et unum, ac idem reputantur in jure quoad vim, et efficaciam obligandi transactio, et res judicata, et additur Gratian. *discept.* 755. *numer.* 34. Rota *decision.* 657. *numer.* 4. coram Ludovis. ibique Adden. Contrariis procedentibus, vel quando agitur de voluntaria concordia debitoris facta in praejudicium creditorum anteriorum; sive de similibus actibus, emptionibus, et confessionibus, citra ullam necessitatem, aut ex fraude, dolove emissis a communi debitore; vel demum quando agitur de transactione stipulata a debitore de tempore suspecto, nimirum decoctionis, et postquam illi fuit interdicta administratio suorum bonorum; At ubi agitur de laudo, et transactione sequutis de ordine nostri tribunalis, postquam fere inextricabiles comperterit controversias totics judicialiter discussas, ac de tempore quo princeps Ludovisius libera frueretur suorum bonorum administratione, in tali casu procul dubio transactio, tam evidenti bona fide stipulata cum legitimo contradictore, suorumque bonorum defensore, nocet etiam tertiis secundarium interesse habentibus, eo ferme pacto quo communiter receptum habemus in terminis sententiarum, ut distinguendo tradunt Salgad. *in labyr. credit. part.* 3. *cap.* 13. *numer.* 52. *et* 53. Castald. *consult.* 218. *numer.* 3. *lib.* 2. Nugueroll. *allegat.* 33. *numer.* 77. *in fine*, Rota post Salgad. *in labyr. decision* 62. *numer.* 19. *et* 20. et prosequitur etiam in dict. romana assentistatus § 9. coram me Et in specie transactionis allegatis concordantibus; et fundamentis. quae generaliter ponderantur a DD. in proposito sententiae emanatae cum legitimis contradictoribus principaliter interessatis, egregie ratiocinatur, Card. de Luc. *de usur. disc.* 35. *fere per totum.*

Caeterum citra ullam necessitatem, sed ad simplicem exuberantiam probabilissimum, quinimo clara justitia suffultum apparuit dominis, placitum arbitrorum, in ea potissimum parte, in qua declararunt, ac laudaverunt, quod de tempore transactionis Cambium scutorum 175. mil. adhuc pro rata sortis scutorum 60m. vigeret una cum altero principis debito scutorum 12385. 88. pro parificatione venae, neque in illorum extinctionem cessisse solutiones ab eodem principe factas, quandoquidem licet sit regula text. *in d. l. in iis vero, § fin. ff. de solut.* comprobata generaliter ab universa DD. Scola ex citatis concordantibus *in dicta decis.* 341. *part.* 13. et in romana assentistatus 23. februarii 1699 § Progrediendo coram me, quod solutiones praesumuntur factae a debitore in causam debiti antiquioris, quodque ratione oneris est durius, et eidem solventi damnosius; Vera pariter est limitatio, quod conclusio ista procedat quotiescumque non constet, dubiumque, et anceps sit, in quam causam factae essent solutiones, sed quando apparet, quod istis designata fuisset ejus praecisa, et particularis causa debiti minus duri, tam ex parte debitoris solventis, quam creditoris recipientis, *tunc* praesumptio cedit veritati, et solutiones referendae sunt ad titulum a partibus praedeterminatum ad textum *in l. primo, et in l. quarto, et l. Paulus, ff. de solution.* Maurus. *de solut. cap.* 9. *numer.* 26. Capic. latr. *decision.* 21. *numer.* 3. Gratian. *discept.* 224. *numer.* 15. Gubb. *consult.* 60. *num.* 30. *et consil.* 127. *numer.* 53. Cardin. de Luca. *de credit. disc.* 45. *numer.* 2. Mart. Medic *decision. Senen.* 27. *numer.* 1. Rota *decision.* 120. *numer.* 22. *part.* 16. *recent. et* 185. *numer.* 12. coram Priol et in romana ductus 12. decembris 1681. § Obiiciebatur, et 16. februarii 1685. § Quoad primam coram bon. memor. Panluccio, et in romana pecuniaria 23. januarii 1698. § Etenim coram R. P. D. meo del Olmo, et in confirmatoria prima junii 1699. § Geminis, coram me; Neque ad hunc effectum necessaria est expressa debitoris voluntas solvendi in causam minus duram, quodque manifestetur in ipso actu solutionis, sed sufficit illam ex conjecturis, et praesumptionibus, et ab actibus antecedentibus, vel subsequentibus deprachendere; Angel. *in l.* 1. *ff. de solut.* Roman. *consil.* 94. *num.* 2. Rota *decision.* 92. *numer.* 2. *et* 3. *part.* 1. *divers. et decision.* 679. *numer.* 7. *eadem part.* 1. Adden. ad Ludovisium. *decision.* 541. *numer.* 7. *et decision.* 423. *numer.* 38. coram Bichio, et prosequitur in romana pecuniaria prima julii praeteriti § Nec coram me.

Porro in casu praesenti clare patebat multas ex solutionibus, et signanter illas appositas in calculo transactionis ad creditum principis Ludovisii revera factas non fuisse in causam extinctionis cambii, sed in alteram dimissionis debiti venae pro furnis ejusdem principis susceptae, nam quatenus attinet ad partitam scutorum 10000. Constat ex facto quod inter principem, et Rinuccinos intercesserit pactum conventum de anno 1636. ut quotica intra mensem junii sequentis princeps persolvisset scuta 60. mil. in causam cambii, ac pretium venae pro illius officinis venditae, cambium a scutis septem reduceretur ad quinque, ut legitur in epistola eorumdem de Rinuccinis transcripta in eorum praesenti summ. *numer.* 11. *et in decision.* 341. *numer.* 1. § *Fructus. part.* 13. Unde propterea cum de annis sequentibus 1637. 1638. appareant factae per principem geminae solutiones in scutis 70000. *dicto summo numer.* 12. *et* refert etiam *decisio praecitatae part.* 13. *numer.* 4. et comprobat subsequens emanata die 6. martii 1662. § *Licet enim*, inde clare assequimur, quod praemissae solutiones cessarunt pro rata scutorum 60000. in causam extinctionis cambii, et reliqua scutor. 10000. in satisfactionem venae subministratae a Rinuccinis pro furnis, ac officinis principis in sequelam antecedentis conventionis, in cujus executionem de jure expleta censetur subsequens solutio ex traditis per Bartol. *in leg. triticum* 94. *numer.* 2. *ff. de verbor. obligat.* Decian. *consil.* 52. *numer.* 41. *lib.* 3. Spad. *consil.* 293. *numer.* 4. *libr.* 2. Rota *decision.* 820. *numer.* 1. coram Merlin. *et decision.* 1170. *numer.* 21. *part.* 16. *et decision.* 579. *numer.* 2. *part.* 18. *et decision.* 250. *numer.* 21. *part.* 19. *recentior.* et admittitur in *decision. Causae saepe citato* 341. *numer.* 10. *part.* 13. *recentiorum.*

Secunda partita scutorum 1500. et tertia scutorum 210. leguntur litteraliter factae *a buon conto di quello doveo il Signor Prencipe per la vena ricevuto.* Unde quoad illas cessat omnis quaestio in quam causam cesserint. attendendaque venit illa, quae fuit a partibus expressa, absque ulla distinctione, et indagatione. sitne durior, sive levior ex auctoritatibus supra congestis, quibus additur rota in romana dotis super restitutione, quoad reservata 20. junii 1692. § Quae regula coram R. P. D. meo Muto.

Postremo quo spectat ad quartam partitam scutorum 9388. haec proveniebat ex majiori scutorum 40000. quae fuerunt soluta. Rinuccinis in vim ordinis Laviniae albergatae principissae Ludovisiae partim in caussam expressam solutionis cambii, et partim in causam declarandam a cl. mem. card. Barberino, qui tunc fungebatur officio arbitratoris ad componendas praefatas controversias, ex hac autem praeservata declaratione, in quam causam cedere debuisset pars dictae solutionis, et si liquido non constet, quod ea compensari debuisset cum credito eorum de Rinuccinis pro vena a principe suscepta, illud certum tamen resultat, quod tam solvens, quam pecunias trahens intellexerint illam excomputandam fore pro alia causa disparata, ab ea extinctione cambii; ex efficacia separationis caussarum pro quibus legitur facta solutio unius ratae ab altera; Cumque ultra sortem, et fructus census, aliaque sub inclusa in dicto instrumento appaltus Rinuccini nulla alia haberent credita anteriora, ac deriora adversus d. principem, inde patet, quod aliqua pars d. solutionis ex intentione partium cedere pernecesse debebat in alium titulum leviorem, et minus durum per d. Card. aperiendum, ex traditis per Surd. *consil.* 150. *numer.* 92. *et* 143. *numer.* 20. *et decision.* 254. *numer.* 34. Rota coram Bichio *decision.* 77. *numer.* 10. et ponderat Rota in dict. romana pecuniaria prima julii 1699. ₰. Ejusdem, vers. quamobrem, coram me. Id autem quod non declaravit Card. Barberinus optime potuerunt declarare praememorati tres rotae auditores tam eti in illius locum subrogati, quam etiam ex dispositione legis secundum, quam remittitur arbitrio boni viri declaratio, quae ex partium conventione erat ab homine facienda, et non fuit facta, Soccin. *in l. si quis arbitratu numer.* 28. *vers. postremo. ff. de verbor. oblig.* Menoch. *de arbitr. qu.* 68. n. 55. Ridolph. *allegat.* 162. *n.* 16. Rota *decis.* 201. *nu.* 5. coram Pamphil.

Praemissa autem argumenta desumpta ex visceribus caussae. in quam sequutae fuerunt dd. solutiones mirifice corroborantur ex pluribus extrinsecis conjecturis, et praesumptionibus, quarum prima depromitur, ex quo princeps Ludovisius pro debito cambii, ac bonificationis, seu parificationis venae, non poterat ex pacto durante tempore locationis conveniri, et quamvis de anno 1636. intercessarit conventio, quod solvere debuisset pro una vice scutorum 60000. ad effectum assequendi reductionem cambii de scutis septem ad quinque, talis solutio apparet facta de annis immediate sequentibus; Reliquae ergo solutiones censentur factae pro vena subministrata in servitium fornorum ejusdem principis, pro quibus compelli poterat ad arbitrium creditorum, *l. cum ex pluribus*, ₰. *ultimo*, Menoch. *de praesumpt lib.* 3. *praesumpt.* 36. *numer.* 13. Gratian. *disceptat.* 234. nu. 26. Rota coram Gregorio *decis.* 521. *n.* 7. et coram Merlin. *decis.* 507. *num. primo, et dec.* 201. *n.* 6. *par.* 13.

Fortissima quoque est secunda conjectura desumpta ex epistola principis data die 6. octobris 1637. in qua scribendo Rinuccinis, eisdem instetit pro subministratione venae ad rationem pretii anno superiore conventi, se excusando, quod usque tunc adhuc illud non satisfecerat, sunt praecisa verba: *Per non avere avuto io dispaccio di alcuni effetti di quelle parti. per il che prego V. S. scusarmi, se io non sono stato puntuale come dovevo, ma siccome averà sentito dal Bernetti questi miei ministri tengono ordine di rimborsarle quanto prima avendo assegnamento necessario costi.* Ex cujus epistolae tenore palam dignoscitur venam fuisse per Rinuccinos traditam, et per principem receptam praevia promissione, et obligationem illatam satisfaciendi prompte, et sine ulla mora, proindeque successivae solutiones praesumuntur factae animo adimplendi antecedentem promissionem, et oblationem ex supra deductis ₰. Porro, et bene etiam Rota *dec.* 79. *n.* 1. *et dec.* 80. *n.* 10. post Massobr. Trismegist. legal.

Potissime quia habemus binas solutiones factas in hanc expressam causam, quae optime declarant alias expletas fuisse in complementum satisfactionis debiti jam in executionem propriae obligationis solvere incepti, ut monet Rota *decis.* 125. *num.* 5. *part.* 1. *divers. et dec.* 20. *num.* 23. *part.* 16. et in dicta romana dotis ₰. Nec subsistit, cor. bon. mem. Paluccio.

Desuper ponderando, quod ut plurimum docet experientia, ne dum viros nobiles, et magnates, sed quoscumque aliqua civilitate aspersos recepta pecunia titulo mutui in solo verbo cum promissione promptae restitutionis solvere potius consuevisse hujusmodi aes alienum, quam alterum pro quo strictissimo contractu obligati reperiuntur, ut in proposito hujusmet causae observavit Cardin. de Luca *de credit. disc.* 45. approban. resolutionem captam a dd. tribus auditoribus arbitris quamvis ipse contrarias partes principis tamquam advocatus patrocinaretur.

Neque spernenda est tertia praesumptio, esse scilicet prorsus inverisimile, quod Rinuccini voluerint, et princeps permiserit illorum pecunias in summa conspicua scutorum 23688. tanto temporis spatio otiosas permanere, quando aliis fuerunt subministratae sub bona fide, et cum spe illa quamcitissime reimbursandi, et postquam etiam Rinuccini occasione ejusdem venae appaltus tot, tantasque passi fuerint aerumnas, et praejudicia tam in litis sustentatione adeo acerrimae super justitia appaltus, quam ob damna passa ob non implementum locationis, quam demum ob ipsius cambii reductionem de scutis septem ad quinque. Agitur quippe de materia regulanda potissime ex facti circumstantiis, congruentiis, et verisimilitudinibus, et tradunt Gratian. *discept.* 224. *n.* 95. Rot. cor. Burat. *dec.* 284. ubi Add. Card. de Luc. *d. disc.* 45. *de credit.*

Ex his itaque firmato, quod tam attenta vi transactionis, quam etiam illius summa justitia creditum cambii pro rata scutorum 6000. et alterum scutorum 12385. 88. parificationis venae adhuc vigeret atque extinctum non esset, manifesta insubsistens visa est replicatio, quod cum iidem arbitri in calculo in eadem concordia inserto descripserint ex una parte credita tam hypothecaria, quam chirographaria illorum de Rinuccinis constantia in totum scutorum 52248. 88. et ex altera contraposuerint nonnullas partitas crediti principis Ludovisii importantes scutor. 21098. 82. per hujusmodi contrapositionem inducta fuerit compensatio crediti, et debiti in confuso absque eo, quod dici possit, quod arbitri statuerint partitas debiti referri debere in unam magis crediti causam, quam in aliam; Adeoque interpretando eamdem contrapositionem juxta regulas juris, concludendum sit, quod censeri debeat extinctum primo loco debitum hypothecarium, et derius dictae ratae cambii, et fructuum, necnon parificationis venae.

Nam eo ipso, quod arbitratores crediderint solutiones factas a principe usque ad tempus transactionis non cessisse in extinctionem cambii pro rata scutorum 6000. nec minus pro credito parificationis venae, sed in extinctionem crediti venae subministratae pro officinis ejusdem principis ex supra luculenter firmatis, et testatur litteris intendis Card. de Luc. *d. disc.* 45. *numer.* 7. *de cred.* Sequitur pernecesse, quod contraponendo in eodem calculo partitas crediti, et debiti principis in confuso, intellexerint compensandum esse primo loco debitum, pro quo easdem solutiones factas esse censuerant, cum contrapositio partitarum plus operari nequeat, quam ipsamet pecuniarum effectiva consignatio, ac solutio, si itaque istam adscribendam esse, arbitratum fuit in causam extinctionis debiti venae traditae pro furnis Principis Ludovisii illius tantum solutionem praeseferre debent contrapositae partitae illius crediti, ex ponderatis per Rot. cor. Cavaler. *dec.* 165. *n.* 3.

Quamobrem descendendo ad secundam partem resolutionis compensantis dd. scutor. 21098. 82. in quibus constitutus fuit in dictae transactionis calculo creditor princeps Ludovisius cum totidem per ipsum debitis Marchionibus de Rinuccinis ex causa subministrationis dictae venae. concluserunt domini mandatum de restituendo eunte D. Ducem ab Altemps et Robertum concedentem esse pro scutorum 26143. 38. tantum, quia licet illorum creditum residuale declaratum fuerit in majori summa scutorum 31150. 06. Nihilominus ipsi non habent hypothecam, nisi pro quatuor partitis confessae. dictam summam scutorum 26143. 38. nempe pro prima scutorum 6000. ratae sortis cambii, pro secunda scutorum 7600. illius fructuum. pro sexta scutorum 12385. 88. parificationis venae, et pro septima scutorum 157. 50. solut. ministris superextantibus excavationi ejusdem venae, quae

credita cum proveniant ex dd. instrumentis appaltus, et ambis initis de anno 1635 dubium non est quin potiantur expressa hypotheca, cumque sit anterior ea ducis ab Altemps, et Roberti longe postea contractu, adversus eos non potuit denegari mandatum de restituendo Marchionibus Rinuccino, tum ex juris dispositione secundum, quam ubi par extitit diligentia omnium creditorum, et unus ex posterioribus reportaverit a judice consignationum semper anteriori creditori datum est adversus ipsum agere pro pecuniae restitutione ex deductis per Fontanell. de *pact. claus.* 5. *gloss.* 8. *part.* 7. de Marin. *resol.* 71. *numer.* 9. *libr.* 1. Rot. coram Seraphin. *decision.* 1074. *numer.* 3. *ut seqq.* Burat. *decision.* 687. *numer.* u. Card. de Luca *de credit. disc.* 17. *numer.* 16. *et* 17. R. P. D. meus Ansaldus *de commerc. et mercat. disc.* 95. *numer.* 98. Quam etiam ex speciali pacto, et obligatione de restituendo prioribus, et potioribus cum quibus consignata, et recepta fuerat pecunia, quibus stantibus licitum sit creditori anteriori quandocumque avocare pecunias a posteriori, Castill. *controv. tom.* 2. *capitul.* 6. *numer.* 74. Gratian. *discept.* 732. *numer.* 12. Noguerol. *allegat.* 7. *numer.* 6. *et* 35. *numer.* 24. Rota in romana pecuniaria 9. junii 1687. §. Siquidem, ut 22. martii 1688. in princ. coram bon. memor. Emerix.

Nec obstat, quod Rinuccini sint posteriores in tempore tamquam desumentes suam hypothecam a die stipulatae transactionis, ut creationis novi cambii de anno videlicet 1666. cum enim dicta concordia non contineat novum cambium ex tunc, neque novationem antiquioris cambii, et contractus dictae locationis stipulatae usque de anno 1635. sed declaret dicta credita adhuc vigentia, et non extincta cum expressa praeservatione anterioritatis, ut potioritatis Rinuccinis ex dd. antiquis instrumentis competen. citra ullam innovationem, satis vulgatum est, quod in minimo laesa non fuerit eorum antiqua hypotheca, adeout ipsius vigore agere valeant, perinde ac si non intercessisset, d. posterius novum cambium, ex iis, quae tradit Rot. *decision.* 160. *numer.* 5. *et* 6. *et decision.* 183. *numer.* 10. *et seqq.* coram Priol. *decision.* u. *numer.* 9. *ut decision.* 413. *numer.* 13. coram Merlin. *et decision.* 131. *numer.* 10. coram Otthoboo. *et decision.* 326. *numer.* 15. coram Cels. et in romana cambii 1. julii 1695. §. Non obstat, coram Emerix.

Prout non officit, quod attentis constitutionibus ss. Pontificum Sixti V. Clementi VIII. Pauli V. et Urbani VIII. prohibentibus alienationum bonorum stabilium, et praesertim jurisdictionalium in forenses, Rinuccini uti exteri, incapaces fuerint acquirendi hypothecam generalem super bonis jurisdictionalibus principis Ludovisii, proindeque nequeant pro eorum credito concurrere super pretio Castri Fiani, sive quia praefatae constitutiones, utpote loquentes de alienationibus translativis dominii, vel possessionis, seu etiam detentationis non porriguntur ad simplices hypothecas generales per quas non transfertur dominium, et possessio, prout ad differentiam hypothecae specialis, nec minus tribuitur jus in re, sed jus ad rem, ex plene deductis per Episc. Rocc. Scribentem in causa pro Rinuccinis *disput. jur.* 57. *numer.* 46. *cum plurib. seqq.* et dixit Rota in romana pecuniaria 27. februarii 1690. cor. bon. memor. Emerix. Sive quia Rinuccini obtinuerunt tempore habili amplissimum indultum Urbani VIII. quo habilitati fuerunt ad acquirendas quascumque hypothecas bonorum stabilium status ecclesiae, et licet hujusmodi indultum excipiat bona jurisdictionalia, adhuc tamen semper suffragatur pro bonis principis Ludovisii allodialibus, prout sunt plures tenutae Castri Fiani, de cujus pretio agitur, quae quamquam sint intra fines Castri eique adhaereant, de jure nisi contrarium doceatur, praesumuntur allodiales, Du Ponte *consil.* 95. *numer.* 1. *libr.* 1. Capiblanc. *de Boron. progm.* 11. *numer.* 53. *et seqq.* Caron. *resol.* 112. *numer.* 11. Cardin. de Luca *de feud. disc.* 2. *numer.* 11. Rot. *decision.* 28. *numer.* 13. *et seqq.* coram Duran. *et decision.* 67. *numer.* 4. coram Ubald. Sive idemum quia innegabiliter vult contracta fuit hypotheca super palatio parvo domus Ludovisiae posito in platea Columnae, et de tempore contractus existente in dominio principis; Ideoque cum occasione venditionis ipsius palatii, Marchio Baldinottus emptor obtinuit a sanct. memor, Clement. IX. chirographum per quod omnes hypothecae creditoribus competens super palatio transferentur, ac translata intelligerentur super aliis quibuscumque principis bonis stabilibus, ac etiam jurisdictionalibus, ut patuit ex chirographo, illiusque meminit Rota in romana Pecuniaria 15. martii 1694. coram bon. memor. Emerix Decano. Inde fit. quod sicuti in dicto palatio competiisset Rinuccinis hypotheca, ita illam exercere possunt super Castro Fiani, licet jurisdictionali utpote in illius locum subrogato ex deductis per Rot. *decision.* 385. *numer.* 17. coram Peuting. *decision.* 11. *numer.* 12. *et seqq.* coram Ubago, et in romana census 26. junii 1684. § Et domini coram Emerix.

Pro aliis vero tribus partitis crediti Marchionibus Rinuccini, scilicet pro scutor. 1287. 50. mutuo datis principi Nicolao Ludovisio, et pro scutor. 730. solutis Nurlio pro fructibus census passivi ejusdem principis, ac demum pro aliis scut. 2589. 18. residui crediti scutor. 23688. peraequationis venae, cum reliqua scutorum 21098. 82. compensata remanserint cum pluribus solutionibus factis per principem, domini censuerunt denegandum esse mandatum, quia cum sint credita chirographaria, nequeunt vincere creditum D. Ducis ab Altemps. et Roberti hypothecarium quantumvis hoc secundum esset primo credito in tempore posterius ex cumulatis per Rot. *decis.* 19. *num.* 10. cor. Priol.

Et ita utraque parte informante etc.

REVERENDISS. P. D. MOLINES

DECANO.

Romana subappaltus Theatri.

Vener. 22. *Januarii* 1700.

DECISIO XV.

Post concessam novam audientiam Hyeronimo Bonanno adversus decisionem in hac causa, ipso inaudito, editum coram me, sub die 27. junii 1698. in illius iterato examine, habito de mense junii anni proxime elapsi, nulla fuit capta resolutio; Unde consultis iterum dominis super congruo dubio, *An sit standum, vel recedendum a Decisis*, affirmativum accepi responsum, nempe *in Decisis*.

Cum enim versemur in terminis subappaltus suscepti a dicto Hieronimo Bonanno, qui se obligavit in forma camerae apostolicae favore fortunii sublocatoris. non est dubium, quin rite, et recte in curia gubernatoria urbis fuerit contra eum relaxatum mandatum pro affictibus decursis, et non solutis, nam sive attendatur natura contractus locationis, sive obligatio cameralis, qua per apocam desuper confectam munitus fuit, ex utroque capite sublocatori competebat via executiva ex doctrinis allegatis in decisione, quae revidetur §. Validitas, ubi jure merito dictum quoque fuit, esse exequendum ob illius validitatem, ut justitiam.

Nec validitati visa est quidquam obesse exceptio, quod dictum mandatum fuerit relaxatum sub diversa die, in qua cadebant citationes, et si nulliter, quoniam hoc processit non ex defectu citationis vere, ac legitime executae, sed ob injuriam notarii, qui partibus praejudicare nequit ex doctrinis in praecedenti decisione allegatis §. In nihilum. Imo seclusa hac praetensa nullitate, cum concurrat illius justitia, existimarunt domini, posse ad novam concessionem mandati procedere, tamquam in prima, et in proximis terminis sententiae latae extra terminum citationis practicatum fuit per Rot. in romana restitutionis in integrum 23 junii 1698. §. finali, coram Rev. P. Dom. meo Caprara. Praesertim, attenta clausula, *si quid exequendum*, cum qua rescripsit signatura justitiae, et commissa fuit causa nostro tribunali, quae operatur, ut judex ad quem possit executive procedere, concurrente justitia mandati, Rota *decision.* 12. *numer.* 4. post Zacch. *de obligat camer.*

Quod autem in nostra hypothesi concurrat clara justitia, ex eo apprime convincitur, quod in capitulis in sequelam praecedentis apocae concordatis, et in scripturam redactis sub die 24. januarii 1696. dictus Hiero-

Pacioni   non

nymus Bonannus subconductor sexti ordinis Cellularum. vulgo *Palchetti*. existentium in celebri theatro nuncupato *Tordinona*, hodie destructo, promisit se soluturum Fortunio sublocatori scut. 95. pro qualibet die, in qua recitaretur comoedia, unde cum ille defecerit in promissa solutione, non est dubium, quin judiciali gladio coerceri debeat ad illam explendam favore Dominici Antonii Salvioni cessionarii praefati Fortunii sublocatoris: capitula enim subappaltus habent vim legis, et pacta in illis apposita religiose inter contrahentes servanda veniunt, per textum *in l. ea lege* 53. *in princip. vers. responde, ff. locat.* Paris. *consil.* 79. *numer.* 18. *lib.* 3. Corn. *consil.* 339. *in princip. libr.* 1. Becc. *consil* 45. *numer.* 25. Pacion. *de locat. et conduct. capit.* 23. *numer.* 129. Cardin. de Luca *de regalib. disc.* 61. *numer.* 2. cum aliis pluribus allegatis in decisione, quae revidetur §. Justita, cum seq. ubi late materia exornatur.

Nec ad evitandam solutionem suffragari potest Bonanno praecipua exceptio, pluribus juris conclusionibus per ejus defensores exornata, scilicet, quod eatenus ipse suscepit affictum Cellularum sexti ordinis in dicto theatro pro dictis scutis 95. dietim solvendis in qualibet recitatione comoediae: Quatenus ei a Fortunio promissa fuit correspective facultas privativa singillatim locandi easdem cellulas personis accessuris ad audiendas comoedias, absque eo quod aliquis alius similes locationes aliarum cellularum faceret minutatim, veluti sibi privative promissum fuerat. Unde cum versemur in pactis correspectivis, itaut nequeat dari positio unius, nisi ponatur alterum, et utriusque sit idem judicium, et pro unico contractu habeatur, per textum *in l. si ventu*, § *in bonis, ff. de privileg. credit.* Menoch. *consil.* 201. *numer.* 169. *cum seq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 924. *num.* 2. Giurb. *dec.* 85 *n* 20.

Ut quo data hac correspectivitate, et non adimpleta promissione dictae privativae ex parte Fortunii sublocatoris, dum locationes aliarum cellularum factae fuerunt minutatim ab aliis personis, et praesertim a Salviono cessionario, d. Fortunii, subintrat dicta valide exceptio non adimplementi, quae impedit in quolibet contractu executionem obligationis cameralis etiam juratae, ad tradita per Grass. *except.* 13. *numer.* 37. *et* 40. Galles. *de oblignt. camer. quaest.* 2. *numer.* 1 *et* 7. Rota post Zacch. *eod. tract. decision.* 113. *numer.* 15. *et decision.* 116. *numer.* 1. *et decision.* 139. *numer.* 2. *et dec.* 146. *num.* 1.

Verum praedicta minime obstare visa sunt, nam praetermissa inspectione circa plures juris effectus resultantes ex pactis, seu promissionibus correspective adjectis in contractibus nominatis, inter quos recensetur locatio, et in quibus non solet ita faciliter admitti rescissio ex defectu implementi ex parte alterutrius ex contrahentibus sed dumtaxat datur actio ad implementum, ex doctrinis allegatis in decisione, quae revidetur §. In omnem casum, quibus non contradicunt plures aliae adductae per scribentes pro dicto Hieronymo Bonanno subconductore, cum procedant in casu, quo adsint pacta resolutiva expresse adjecta cum clausulis effraenatis, et removentibus consensum ab actu, ut in rescatius donationis, seu renunciationis 10. maji 1697. coram me, ex adverso allegata pro punctuali.

Ponderabant domini in concreto casus nostri, quod conductor excipiens de non implemento, efficitur in sua exceptione actor, ut omissis generalibus in puncto tradit Gratian. *discept forens. capit.* 989 *numer.* 3. ubi concordantes, proindeque eidem incumbit onus probandi impedimentum passum in affictu provenisse ex culpa locatoris, ut firmatum fuit in nostris terminis per Rot. *dec.* 11. *num.* 3. post Zacch. *de oblig. camer.*

Tantum enim abest, ut possit afferri super his aliqua probatio, quod potius ista aperte excluditur tam ex lectura apocae, quam capitulorum subappaltus, in quibus nullibi legitur pactum super praetensa privativa locandi dictas cellulas minutatim, in quo fundatur defectus adimplementi; Non extante igitur tali pacto; consurgit juris axioma, ut non entis nullae sint qualitates. *l. Pomponius, ff.* § *finali, de acquir possess.* Barbos. *axiom. jur* 160. *num.* 1.

Nec tale pactum visum est posse convinci ex testibus ad hunc effectum formiter examinatis, qui videntur sufficere ad illud probandum, cum non versemur in contractu requirente necessario scripturam, sed recipiente etiam perfectionem ex solo partium consensu, per text. *in l.* 1. *ff. locat. l. contractus* 24. *c. eodem*, Pacion. *de locat. et conduct. capit.* 16. *num.* 2. *et* 3. Rot. *decis.* 507. *num.* 8. *part.* 4. *recent.*

Quoniam praetermissis pluribus defectibus oppositis adversos dictos testes, est certum, quod praeliminaris apoca, pro suscipiendo controverso appaltu, confecta fuit sub die 9. decembris, ibique contrahentes se restrinxerint ad futura capitula, quae inita fuerunt die 24. januarii subsequentis absque ulla expressione intermediae pactionis super praetensa privativa; Et licet iidem testes deposuerint de illius conventione facta de praeciso tempore intermedio, nempe sub die 1. ejusdem mensis januarii, adhoc per dominos observatum fuit, illorum depositionem concernere, vel finem ad perpetuam, vel simplices articulos, adeout eamdem depositionem non recte evacuarunt super interrogatoriis, quae in concursu cum articulis semper veniunt praeferenda in materie probatinuum. Bald. *in l.* 2. *numer.* 4. ibique Dec. *numer.* 3. *c. de eden.* Farinac. *de testib. quaest.* 73. *numer.* 14. Rot. apud Balduc. ad Ramon *decision* 50. *numer.* 5. *tom.* 2. et coram Bich. *decis.* 120. *numer.* 20. coram Cerro *decis.* 675. *num.* 9. *et decis.* 91. *num.* 13. *et decis.* 249. *n.* 11. *par.* 15. *recent.*

Imo, cum in tortura interrogatoriorum dicti testes immorati fuerint in simplici tractatu, seu velleitate contrahentium, sequitur proinde, quod non alia pacta censeantur conclusa, nisi illa, quae contenta, seu expressa leguntur in praefatis capitulis postea in scripturam redactis, ad tradita in puncto per Rocc. *disput. jur. Select. capit.* 108. *numer.* 8. Rota coram Ludovis. *decision.* 168. *numer.* 2. ibique Adden. *numer.* 7. *et decision.* 413. *numer.* 4. *part.* 0. *recent.* Addita praesertim ea efficaci animadversione, quod non est verisimile, contrahentes voluisse pactum istud tam substantiale circa privativam retinere in solis verbis, et non ponere in scriptis quae sane inverisimilitudo non solum minuit fidem testibus, per textum *in l. ob carmen.* § *final. ff. de testibus*, Abb. *in capitul. Quia verisimile numer.* 3. *vers. nota, quod contra testes*, ibique Felin *numer.* 4. *de praesumption.* optime Rota coram Celso *decision.* 40. *numer.* 8. *et. decision.* 19. *numer.* 1. *et* 2. *part.* 19. *recent.*

Verum etiam operatur, ut magis deferendum veniat instrumento, seu capitulis, in quibus non legitur tale pactum, quam testibus de illo deponentibus, ut in nostris proximis terminis dixit Rota *decision.* 157. *numer.* 9. coram Peutinger. *ubi subdit*, quod hoc magis procedit, quando, prout in casu nostro, testes non sunt instrumentarii, et patiuntur plures alios defectus, ad quos proinde repellendos, tamquam deponentes contra formam instrumenti, sufficit quaelibet exceptio, etiam levissima, Bald. *in capit.* cum *Joannes numer.* 8. *de fid. instrum.* Jason. *consil.* 124. *numer.* 10. *libr.* 1. Farinac. *de falsit. et simulat. quaest* 158. *num.* 91. Cyriac *controv.* 407. *numer*, 208. *libr.* 3.

Nec ex eo, quod dictus Hieronymus Bonannus in praecedentibus annis susceperit appaltum similium Cellularum in eodem theatro pro minori summa scutorum 55. argui potest intercessisse inter ipsum, et Fortunium locatorem dictum pactum tacitum super praetensa privative sublocandi Cellulas, attento augmento affictus in dictis scutis 95. Quoniam, cum idem theatrum, mediante nova structura, redactum fuerit in ampliorem et elegantiorem formam, cum augmento dictarum Cellularum in quolibet ordine, utique ex natura rei debuerat etiam augeri affictus, cum hoc ipsum suadeat illa juris conclusio, quod regulariter pretia rerum non solum varientur ex diuturnitate, seu beneficio temporis, sed etiam ex varietate loci, juxta theoricam Bart. *in l. pretia rerum*, §. *nonnullam sub. numer.* 2 *vers. Et hoc dico, ff. ad l. Falcidiam*, optime Rota coram Ludovis. *decision.* 101. *numer.* 4. ibique Adden. *ver. concurrentibus*, ubi quod homines non solent esse fatui ad conducendum, seu emendum res pluris, quam ex eis possunt percipere; Imo, cum Bonannus optime sciret statum, et conditionem

rei conductae, sibi imputet, quatenus noluit per specialem, et expressam conventionem sibi prospicere super praetenso pacto locandi privative dictas Cellulas, ut apposite relatis concordantibus tradit Gratian. *discept. for. d. capit.* 989. *n.* 7.

His positis minime suadere possunt recessum a d. contractu subappaltus plures actus judicialiter gesti ab utraque parte in ipso calore Scenicorum repraesentationum in curia gubernatoris urbis, cui principaliter incumbebat moderari jura theatri; Quoniam illi gesti a Bonanno, ultra quod praeseferebant solam dispositionem recedendi a contractu, cum nunquam intercesserit positiva clavium restitutio, et correspectiva receptio ex parte Fortunii, prout requiritur pro dissolutione locationis, ut tradit per Pacion. *de locat. et conduct. capit.* 58. *numer.* 3. est certum, quod non potuerunt aliquo modo praejudicare eidem Fortunio, cum duntaxat ad ejus favorem appositum fuerit pactum resolutivum, quod proinde in illius odium retorqueri non poterat, per text. in *l. quod favore, ff. de regul. jur.* Rot. *dec.* 27. *num.* 6. *part.* 19. *recent.*

Actus denique peracti ab eodem Fortunio, prout sunt ejus interpellationes factae Marcello de Rosis, et respective comiti Alibert, qui dicebantur principales domini theatri, nullam valent inducere acceptationem resolutionis controversi subappaltus Cellularum suscepti a d. Bonanno, et ratio est, quia censentur expleti ad abundantiorem cautelam, adeout cum in casibus dubiis bonum sit, imo necessarium sibi in aliquo praecavere; propterea subintrat juris conclusio, quod ea, quae fiunt ad majorem cautelam, non immutant naturam contractus, nec praejudicant, Rota *dec.* 212. *num.* 12. et *dec.* 320. *num.* 46. *part.* 16. *recent.*

Demum decreta judicis facta super dictis actibus, seu instantiis utriusque partis, cum legantur munita clausulis salutaribus, et praeservativis, nullum praejudicium attulerunt ex notissimis juribus.

Caeterum pro coronide, ac in universum arbitrati sunt domini, quod cum exceptio non adimplementi non sit clara, ac liquida, nec incontinenter probata, sed turbida, et requirens altiorem indaginem, utique non est apta interim impedire locatori consecutionem affictuum, decursorum, et non solutorum, ut in puncto tradit pluribus relatis Gratian. *dicto cap.* 989. *numer.* 5. *et* 11. et Rota post Zacch. *de oblig. camer. decis.* 11. *per. tot.* et cor. Mantic. *dec* 222. *n.* 7.

Et ita in reliquis approbantes domini praeteritam decisionem circa remissionem Arcae, resolverunt, utraque parte audita.

R. P. D. LANCETTA.

Mantuana Emphyteusis.

Lunae 8. *Martii* 1700.

DECISIO XVI.

Fundamenta decisionis editae coram me 29. aprilis anni praeteriti nullatenus everti visa fuerunt ex juribus longa serie deductis pro comite Zucchio in hodierna audientia comparente, idcoque responsum fuit, standum esse in decisis.

Iterum namque censuerunt domini investituram a Jacobo Ottino de anno 1566. susceptam *pro se*, et *haeredibus suis*, adhuc perdurare in fratribus de Castillionis a dicto Jacobo per medium Juniperae Aviae descendentibus, cum haeredum suorum appellatione foeminas, et ab eis descendentes comprehendi late comprobet prima hujus causae decisio 15. martii 1697 §. Nec dubitari coram b. mem. Ursino, et postrema coram me, §. Quin adversaretur.

Nec ad excludendum praedictos fratres a foemina descendentes placuit allegatus in eis defectus haereditariae qualitatis respectu Francisci Mariae ultimi masculis ex linea investitorum. Hujusmodi enim objectum supponit emphyteusim simpliciter haereditaria, quod tamen non subsistere probant geminae decisiones coram bon. mem. Ursino prima nempe in d. §. Nec dubitari, et secunda nec resistebat.

Et sane adversus haereditariam qualitatem urget natura emphyteusis ecclesiae pro qua sicut ea capi debet interpretatio, quae transitum in extraneos impediat, Cephal. *consil.* 345. *numer.* 24. *et seqq.* Bardellon. *consil.* 41. *numer.* 2. *cum seqq.* Rota coram Merlin. *decision.* 583. *numer.* 16. ita donec ex verbis, clausulis aliisque pactis non resultet haereditariam duntaxat qualitatem fuisse requisitam, contra illam semper militat juris praesumptio, et assistit alia pro restrictione ad haeredes sanguinis tamquam ecclesiae magis favorabilis. Cephal. *dict. cons.* 345. *numer*, 24. *et* 25. Magon. *dec. Lucens.* 12. *numer.* 13. et Rota *decis.* 350. *numer.* 2. et 6. *part.* 16. *recentior.*

Hujusmodi autem verba, clausulae, et pacta in instrumento non leguntur. Quatenus enim constituitur fundamentum in verbis: *Pro se, et haeredibus suis*; illud suo Marte corruit animadvertendo, quod in emphyteusi ecclesiastica, mentio haeredum intelligitur pro haeredibus sanguinis, non autem bonorum ex opinione millies per hoc Sac. tribunal canonizata, de qua in romana emphyteusis 4. februarii 1688. §. Justitia vero, coram Reverendissimo domino meo decano. Quatenus vero recurritur ad clausulas, ibi: *Ad habendum etc. et quidquid dicto investito deinceps perpetuo placuerit faciend.* istae nequeunt extendere concessionem ad extraneos, sed earum quaelibet est operativa intra limites emphiteusis ecclesiasticae; facultas enim alienandi resultans ex dicta clausula *ad haben.* compatibilis est cum emphyteusi ad haeredes sanguinis restricta, ut scilicet conferat arbitrium alienandi, ac disponendi erga personas de genere comprehensorum, Rota coram Zerat. *decision.* 95. *numer.* 20. Perpetuitas vero intelligitur durante linea investitorum, Cardin. de Luca *de emphyt. discurs.* 59. *sub numer.* 14. Rota *decision.* 427. *num.* 23. *cum seqq. part.* 9. *et decision.* 385. *numer.* 2. *part.* 16. Et quod in effectu ambae clausulae, habeant se famulative ad connaturalem essentiam contractus principalis, cui sunt adjectae optime probat secunda hujus causae decisio 27. junii 1698, §. Nec regulariter coram bon. memor. Ursino.

Potissime stante clausula immediate apposita, ibi: *salvo semper jure dicti Archipresbyteratus*: quae stat coarctative, ac modificative ad praecedentes, earumque vim adimit. Rota *dec.* 83. *num.* 9. *part.* 18. *recent.* ac pluribus congestis advertit dicta secunda decisio bon. mem. Ursini, §. Et haec clausula.

Non attenta responsione, quod hujusmodi clausula praeservativa respiciat solum dominium directum ecclesiae, non autem impediat transitum utilis in extraneos, siquidem cum inutilis esset expressa dominii directi praeservatio, dum ex dispositione juris illaesum remanebat, ac laudemium in casu alienationis in extraneos, etiam in emphyteusi haereditaria solvendum erat ex firmatis, in dicta secunda decisione bon. memor. Ursini §. *Veritas autem*, illa dictio *semper* complectens omne tempus, omnesque casus, Giurb. *consil.* 99. *numer.* 28. Gratian. *decision. March.* 183. *numer.* 6. Rota *decision.* 128. *numer.* 3. *part. secunda diversor.* adjecta dici debet ad omnes effectus magis ecclesiae proficuos, et consequenter, imo praecipue ad illum, ne emphyteusis transeat in extraneos, cum in hoc vertatur primarium ecclesiae interesse, ut ad ipsam celerius, ac facilius bona revertantur, Andreol. *controvers.* 378. *sub numer.* 17. Rota coram Merlin. *decision.* 583. *numero.* 16.

Neque huic intelligentiae adversatur *decision.* 268. *part.* 12. *recentior.* aliaeque auctoritates adductae ad probandum, quod clausulae praeservativae appositae post alias haereditariam emphyteusis naturam suadentes, illam non immutent. Procedunt enim in casu quo certo constet omnia jura fuisse amplissime translata in emphyteutam, vel locatarium, ac nihil fuisse favore ecclesiae reservatum, qui est casus *dictae dec.* 268. ut videre est sub *n.* 7. *versic. sive etiam.*

Quatenus demum recurritur ad pacta, ista neque alterare videntur naturam emphyteusis ecclesiasticae, illamque haereditariam constituere; Non quidem primum

solvendi pensionem fructibus correspondentem, tum quia hujusmodi correspondentia non bene desumitur ex promissa solutione solidorum 46. pro qualibet bebolca terrae, dum ignotum est quid, et quantum ex dicto terreno retrahatur, ideoque deficit probatio ad hunc effectum necessaria, ex notatis per Mell. *allegat.* 70. *numer.* 31. *libr.* 2. Gob. *consult.* 24. *numer.* 14. Magon. *decision. Lucen.* 12. *sub. numer.* 20. *versic. Praeterea*, Surd. *decision.* 198. *numer.* 27. tum etiam quia probata non relevaret eum magna pensio emphyteusis ecclesiasticae naturae non repugnet. Franc. Palm. *consultat.* 71. *numer.* 8. *et* 9. Gob. *dicto consultat.* 24. *numer.* 12 Tondut. *resolut. civil. capit.* 25. *numer.* 9. *part. prima*, Gizzarel. ad decis. Capyc. Latr. 18. *num.* 8. Et in terminis de pensione constituta juxta valorem rei ad rationem quinque pro centenario, loquuntur Nat. *consil.* 49. *ante numerum* 26. *versic. duodecimo*, Surd: *dict. decis.* 198. *n.* 20.

Alias enim si pensio fructibus correspondens in emphyteusi ecclesiastica immutaret illius naturam, nunquam possent ecclesiae bona in emphyteusim concedi, dum semper ad hunc effectum major ecclesiae utilitas requiritur, istaque verificari non potest, nisi canon fructibus correspondeat, Hodiern. ad Surd. *dicta decision.* 198. *numer.* 8. et Rota in Ferrarien. Cappellaniae decima junii 1695. § Neque obstat, coram Reverendissimo P. Domino meo Priolo, quod absurdum ponderat Cardinalis de Luca *de emphyt. discurs.* 30. *sub num.* 6.

Minus urget pactum francandi mediante assignatione ad favorem ecclesiae facien. de aliis bonis majoris valoris, illud enim obstaret quoties affrancatio conventa legeretur in pecunia, quo casu emphyteusim esse transmissibilem ad extraneos tenet Gob. *consult.* 11. *numer.* 9. secus vero, quando, ut hic permissa fuit eam assignatione alterius aequivalentia, vel majoris proprietatis, quia tunc hujusmodi facultas naturae emphyteusis ecclesiasticae potius accedit, quam adversetur, Cardin. de Luc. *de emphyt. disc.* 59. *numer.* 15. et dictum fuit in secunda decis. bon. memor. Ursini. 27. junii 1698. § Et sub iisdem. Ea ratione quia eadem emphyteusis, omniaque illius jura, et qualitates in re subrogata continuantur citra necessitatem alicujus immutationis, vel alterationis antiquae naturae, Gob. *consul.* 11. *numer.* 20. *et consil.* 91. *num* 1.

Sicut autem de praemissis neque verba, neque clausulae, neque pacta suadere possunt investituram fuisse ab initio haereditariam, et ad extraneos transitoriam, ita, et multo minus hoc deduci valuit ex observantia. Quippe licet allegaretur controversa bona de anno 1504. transiisse in Ambrosium Mazzolarium, qui non erat de sanguine Tridapalei de anno 1500. investiti, et successive de anno 1514. ex Mazzolario transisse in Ottinum de Ottinis, attamen animadvertebam domini observantiam admitti potuisse quoties alienationes sequutae fuissent libere absque licentia, seu assensu domini directi, qui deinde extraneum in novum emphyteutam agnovisse, juxta notata per Cardin. de Luc. *de emphyteusi disc.* 34. *numer.* 3. *in fin. vers. septimo demum*, non autem in praesenti, quo processum non fuit per viam alienationis, sed per viam investiturae, et concessionis factae per Archipresbyterum dominum directum favore Mazzolarii eum praesentia, et consensu d. Tridapalei, qui bona renunciavit *d. summario comitis Zucchi numer.* 2. Alia vero translatio in Ottinum de anno 1525. fuit investitura facta per Archypresbyterum vigore pacti cum Mazzolario initi de anno 1514. quo dicta bona affrancavit, seu permutavit cum aliis nuncupat. li Correzzuoli *d. summario num.* 3. *et* 4.

Posito ex his, quod investitura anni 1566. comprehendat fratres de Castillionis utpote de sanguine Jacobi eo tempore investiti, animadversionem non meruit repetita exceptio; quod eadem antiqua investitura de medio sublata fuerit per aliam novam a Marcello reportatam anno 1636. istaque ad ejusdem Marcelli descendentiam restricta, cessaverit per obitum Francisci Mariae sine filiis, adeoque fratres de Castillionis initi nequeant antiquae cessioni amplius non existenti. Siquidem supposito, quod iidem fratres in d. priori concessione fuissent comprehensi, ut firmant omnes hujus causae decisiones, nil prorsus in eorum praejudicium urgere potest nova concessio, sive consideretur inductiva diversae qualitatis, ut dixit Rota in romana emphyteusis. 4. februarii 1688. § Eo minus, coram Reverendissimo D. meo Decano, sive ut verius est, antiquae peremptoria reputetur, Cephal. *consil.* 173. *sub. numer.* 9. *versic. Quod ego*, Bussatt. *consil.* 54. *numer.* 24. Caldas *de renovat. emphyteut. libr.* 1. *quaestion.* 5. *numer.* 3. *vers. sed consensu tamen*, Rot. in Cervien. emphyteusis 14. martii 1695. § Nec talis coram R. P. D. meo Priolo.

Responsio autem, quod de tempore posterioris Investiturae, antiqua cum effectu, ac jure permittente cessasset ob defectum Joannis Baptistae a solutione canonum, ex pluribus admitti non potuit. Primo, quia sola caducitatis acceptatio facta fuerat per rectorem ecclesiae dominae directae, sed judicis sententia super devolutione non intercesserat, adeout emphyteusis dici non posset annihilata, sed annihilanda, ut in puncto probat Bursat. *consil.* 54. *numer.* 22. *et consil.* 65. *numer.* 4. *cum seqq. juncto numer.* 18. Secundo, quia devolutio, quae ex non solutione canonum praetendebatur incursa per Joannem Baptistam declarari non poterat contra Marcellum successorem, cum non procederet ex pacto, sed a simplici poena per legem inducta, ut advertit prima decisio bon. memor. Ursini, § Incalescit cum seqq. et postrema coram me, § Quinimo. Ac tertio demum, quia data per hypothesim devolutione, ista facillime poterat evitari per purgationem morae antiquae concessionis restaurativam, ut prosequitur dicta prima decisio bon. memor. Ursini, § Devolutio, et alteram cor. me, d. § Quinimo.

Atque hinc sicut emergit defectus potestatis in Marcello praejudicandi per acquisitionem novae investiturae personis in antiqua comprehensis, ad evidentiam quoque comprobatus remanet defectus voluntatis. Illa namque processit sub erroneo supposito caducitatis per Joannem Baptistam ejus antecessorem incursae ob canones non solutos, ac etiam ob non renovatam investituram temporibus debitis *summario comitis Zucchi numer.* 12. ibi: *De gratia speciali, et tamquam de re legitime devoluta ad dictum Archipresbyterum ob non solutos canones per quondam dominum Joannem Baptistam Ottinum, etc. ac etiam ob non renovatam Investituram temporibus debitis, etc.* Et tamen devolutio ob canones non solutos, vel contra Marcellum intentari non poterat, vel ex supra deductis evitabatur per remedium purgationis morae, quod ex aequitate canonica semper etiam post declaratam caducitatem admittitur ex firmatis in mea praecedenti decisione § *Quinimo ante finem.* Illa vero desumpta ex non petitie renovatione cessabat ex lectura instrumenti, quod in nulla sui parte hujusmodi obligationem complectitur, et late probat prima decisio § *Devolutio quidem cum seqq.* et secunda § *Verius usque ad finem*, coram bon. memor. Ursino, et ultima coram me § *Minus. verificabatur.* Vel in omnem casum quatenus renovatio de jure peti debuisset cum rector semper canones exegerit, ac Marcellum in emphyteutam agnoverit negari non valet bona fides, aut juxta credulitas, quod renovatio necessaria non esset, itaut etiam ex hoc capite remedium purgationis morae competeret, ut in fortioribus terminis non petitae renovationis ex pacto conventae, Rot. *decision.* 165. *numer.* 30. *part.* 10. *et decision.* 65. *numer.* 4. *et* 5. *part.* 17. *recentior.*

Nec ad evitandam falsitatem, et erroneitatem suppositae devolutionis quidquam relevat, quod Marcellus fuisset interpellatus ad solven. canones, et sic defectus non solutionis etiam ipsius respectu verificaretur. Siquidem in praefato instrumento devolutivo unice incursa supponitur ob canones non solutos a Joanne Baptista, non autem a Marcello successore, ibi: *Ob non solutos canones per quondam Joannem Baptistam Ottinum ultima loco defunctum scilicet sub die* 3. *octobris* 1635. Et revera diverso modo supponi non poterat, dum ab hac die obitus Joan. Baptistae usque ad diem stipulatae novae concessionis sub die 19. martii 1636. solum effluxerant quinque menses cum dimidio, itaut nulla prorsus in Marcello considerabilis esset mora, vel contumacia.

Quiuimo neque respectu canonum a Joanne Baptista debitorum dici poterat Marcellum fuisse morosum in solutione, dum a die 30. octobris 1685. qua dominus directus caducitatem acceptaverat, *dicto summario comitis Zucchi numer.* 11. *litt. A.* usque ad dictam diem 19. martii 1636. qua fuit facta nova concessio, nec quinque menses elapsi fuerant, cum tamen ad purgandam moram semestre concedatur, juxta communinem sententiam, de qua Gratian. *disceptat. forens. cap.* 378. *numer.* 21. Castald. *consil.* 97. *numer.* 9. Et quidem a die acceptatae devolutionis, non autem omissae solutionis numerandam, Carol. Anton. de Loco ad Gratian. *observat.* 378. *numer.* 11. *in fine*, Pacion. *de locat. cap.* 55. *numer.* 57.

Consitto autem de falsa, et erronea causa deventum ad stipulationem novae investiturae, sicuti potuisset Marcellus acquirens defectum consensus allegando illam impugnare, ita, et fortius hoc licitum est dictis fratribus in antiqua concessione; ut supra comprehensis, ut prae caeteris firmat secunda decisio coram bonae memoriae Ursino §. *Quatenus vero*, et probant Natt. *consil.* 289. *sub. numer.* 4. *versic. sed omisso*, Menoch. *consil* 89. *num.* 9. Gubb. *in tractat. de permiss. feud. et emphyteus. alienat. quaest.* 7. n. 41.

Et ita in reliquis approbando praedictam decisionem responsum fuit utraque die.

R. P. D. MUTO.

Viterbien. usus Pascuorum.

Lunae 15. Martii 1700.

DECISIO XVII.

Innixi antiquissimae consuetudini tribuenti liberam facultatem communitati Viterbii disponendi de pascuis herbarum, spicarum, et frondium, in proprio territorio existentium, duplici statutaria sanctione cives Viterbienses talem pertinentiam, et dominium constabilire curarunt; et ad majorem firmitatem, confirmationem etiam apostolicam in amplissima forma a san. mem. Paulo III. obtinuerunt, addito insuper, quod pretium pro tempore ex dictis pascuis provenien. in solutionem impositionum, et onerum eidem communitati incumbentium converti deberet.

In exequutionem talium ordinationum, communitas praefata semper adstrinxit depascere volentes animalia in suo territorio illa in secreteria conservatorum assignare, seseque obligare ad solvendam taxam quot annis ab eisdem conservatoribus stabilitam. Verum quia moderno tempore in hac antiquissima quasi possessione turbari coepit ab affictuario d. principis Pamphilii, fuit introducta causa coram A. C. qui ad favorem communitatis pronunciavit, a cujus sententia interposita ex parte d. principis appellatione, causaque mihi delegata dedi in hodierna audientia dubium: *An, cui, et quomodo competat jus pascendi, ac respective manutentio*; et a dominis meis responsum obtinui, *jus pascendi, et respective manutentionem competere communitati juxta modum*.

Etenim quoad competentiam juris pascendi in genere, illud spectare ad communitatem abunde probatum remanet, sive attendatur statutum in *rubr.* 41. *de pascuis* datum in *summario communitatis numer.* 2. in quo asseritur jus pascendi pertinere ad communitatem, verbum enim, *pertinere* dominium denotat, ut tradunt Felin. in *rubric. de rescript. numer.* 7. *versic. Hoc autem limitatur*, Menoch. *consil.* 251. *numer.* 4. Cald. *de emphyt. et vendit. capitul.* 22. *numer.* 26. Barbos. *diction.* 257. *numer.* 3. Rota coram Coccino *decision.* 1068. *numer.* 3. coram Bichio *decision.* 153. *numer.* 8. et *in recentior. decision.* 264. *numer.* 8. *part.* 8. et ulterius demandatur depascentes animalia, solvere debere communitati taxam a prioribus quot annis faciendam, quae impositio taxae illiusque exactio pro pretio herbarum, dominium earumdem penes communitatem sequi ex firmatis per Honded. *consil.* 84. *ex numer.* 15. *lib.* 2. Paulmoll. *decis.* 25. *adnot.* 2. *numer.* 11. *et seqq.* Rota *in recent. decision.* 632. *numer.* 2. *part.* 3. sive resolutio consilii generalis, cujus tenor refertur in bulla san. memor. Pauli III. *summario ejusdem numer.* 3. in qua datur libera facultas communitati non solum pascendi, at pascere faciendi animalia cum herbis in territorio Viterbien. existentibus, sed etiam de eis libere ad sui libitum disponendi, abolita quacumque contraria praetensione civium, quae libera, et totalis pascuorum dispositio nonnisi ad dominum spectat, et dominium disponentis denotat, ut de verbo, *libere*, Alexand. *consil* 214. *numer.* 3. *lib.* 6. Gabriel. *consil.* 99. *numer.* 33. *libr.* 2. Sord. *consil.* 143. *sub. numer.* 23. Altograd. *consil.* 8. *numer.* 14. *libr.* 1. Rota *in recent. decision.* 19. *numer.* 2. *part.* 6. et de verbis disponere ad libitum R. P. D. collega *de commerc. et merc. disc.* 87. *numer.* 36. Rota coram Ubago *decision.* 3. *numer.* 4. *et in recent. decision.* 54. *numer.* 4. *part.* 14. *et decision.* 289. *numer.* 17. *part.* 17. Cumque hujusmodi resolutio fuerit amplissimis verbis a san. memor. Paulo III. confirmata, et ex abondanti in ejusdem breve declaratum fuerit non licere civibus particularibus facere reservationes herbarum, et pascuorum ad suam privatam utilitatem, easque custodire, nisi de licentia consilii universitatis, quinimo plus urget ulterius etiam processum fuerit, dando communitati ad libitum potestatem herbas vendendi, et pretium retractum in solutionem impositionum, et onerum, aliosque communitatis usus convertendi; Ex hoc promanat ejusdem dominii concessio, et confirmatio, cum libera facultas vendendi rem, et pretio utendi nonnisi domino competat in specie Honded. *consil.* 84. *numer.* 16. *et seqq. libr.* 2. Joann. de Amicis *consil.* 8. *numer.* 54. *et* 56. Cardin. de Luca *de servit. disc.* 35. *numer.* 10. *vers. secundo ex pluribus*, Paulmoll. *decision.* 25. *adnot.* 2. *numer.* 11. Rota *in recent. decision.* 632. *numer.* 2. *part.* 3. sive attendatur laudum latum a clar. memor. Cardinal. de Carpo; qui praetensionem cleri Viterbien. super herbis, spicis, et pascuis in dicto territorio existentibus extinxit, illasque ad communitatem spectare declaravit, quod laudum cum fuerit subinde expresse acceptatum ab ipso clero cum explicita confessione dominii dictorum pascuorum ad eamdem communitatem, plenam probationem facit, et transit in vim pacti, et transactionis, Urceol. *de transact. quaestion.* 3. *numer.* 41. *et sequent.* Rota post eum *decision.* 4. *numer.* 1. et coram Merlin. *decision.* 799. *numer.* 12. *et* 13. *et in recent. decision.* 588. *numer.* 1. *part.* 2. *decision.* 516. *numer.* 1. *et decision.* 574. *numer.* 2. *part.* 3. etiamsi latum sit inter diversas personas, dum si tale dominium communitatis non fuisset patens, et innegabile Ecclesiastici Dioecesis Viterbien. in praejudicium proprium, et ecclesiae illud non acceptassent, cum alioquin praesumi non debeant segnes in tuendis juribus propriis, et ecclesiae juxta notata per Rot. *in recent. decision.* 809. *numer.* 17. *part.* 18. et in toletana jurisdictionis super decimis 25. aprilis 1690. §. Hujusmodi, coram reverendiss. D. meo decano, et in romana pensionis 29. februarii 1692. §. finali, coram R. P. D. meo Caprara; sive inspiciantur decreta sacrae congregationis boni regiminis, quae in plurium casuum contingentiis declaravit communitatem esse dominam juris pascendi, et mittentes animalia ad pascendum in ejus territorio teneri solvere affidam *summario communitatis numer.* 5. *et* 6. Decreta enim hujusmodi habent vim legis universalis, facientia jus quoad omnes, tam pro praeteritis, quam pro futuris controversiis, ut tradunt Fagnan. *in capit. Quoniam numer.* 72. *et seq. de constitut.* Barbos. *de jur. eccles. libr.* 1. *capitul.* 3. *numer.* 85. Pignatell. *consultat. canonic.* 44. *numer.* 27. *consult.* 84. *numer.* 19. *et consult.* 108. *numer.* 1. *tom.* 1. Rota in calaguritana pontificalium 16. novembris 1696. §. In praesenti, coram bon. memor. Ursino; sive demum depositiones plurium testium utrinque examinatorum, uno ore deponentium pascua in territorio Viterbien. non spectare ad dominos praediorum, sed ad Communitatem *summario ejusdem numer.* 7. *et* 8. qui cum sint numero plures, formiter examinati, et optime de materia informati plenissimam constituunt probationem, Rota coram Dorano *decision.*

127. *numer.* 2. *et in recent. decision.* 345. *numer.* 2. *part.* 14.

Positio autem, quod universale dominium pascuorum spectet ad communitatem, D. princeps Pamphilius, qui controversam tenutam nuncupatam *le Case grandi* in eodem territorio possidet, non potest herbas, spicas, et frondes in ea nascentes vendere, et locare, nec animalia ad vescendum retinere; cum tali casu dominium possidentium praedia in districtu restringatur ad quamdam speciem coloniae, et ad solam culturam pro fructibus dumtaxat industrialibus reservatis naturalibus communitati territorii dominae, ut tradunt Covarr. *pract. quaestion. capitul.* 37. *numer.* 3. *in fine*, Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *Pragmat.* 11. *numer.* 30. Capyc. Latr. *consult.* 83. *numer.* 9. 13. 14. *et* 36. Freccia *de subfeud. part.* 2. *auctor.* 46. *numer.* 11. *prope finem*, Pont. *de potest. Proreg. titul. de elect. offic.* §. 2. *numer.* 4. *et* 5. Cardinal. de Luca *de servit. discurs.* 35. *numer.* 7. *et* 8. *et discurs.* 39. *sub. numer.* 7. §. *Alter. casus*, Episcop. Rocc. *Select. jur. disput. capitul.* 168. *numer.* 9. *et capitul.* 170. *numer.* 2. et casu quo idem d. princeps vellet tali jure pascendi uti; Id ei permissum non esset, nisi facta prius assignatione animalium in secretaria conservatorum, et cum solutione taxae quot annis ab eisdem conservatoribus stabilitae, ut praescribitur in eodem statuto dato in *in dicto summario numer.* 2. et in breve confirmatorio Pauli III. *summario numer.* 3, quae solutio cum non sit species gabellae, sed fiat pro pratio herbarum, ad eam tenentur omnes indistincte, sive laici sint, sive ecclesiastici, ut in terminis hujus communitatis resolvit sac. congregatio boni regiminis de anno 1635. et 1697. ut in decretis per extensum datis in *eodem summario numer.* 5. *et* 6. et quorum primum registratum etiam legitur apud Cohell. *ad bullar. bon. regimin. in collect. bullar. ac resolutionum concernentium utilitatem communitatum fol.* 201 *in fine secundum romanam impressionem et fol.* 81 *in princip. secundum novissimam impressionem Lugdunen.* et generaliter tradunt Jason. *in leg.* 1. *in prima lectura sub numer.* 19. *vers. Advertit tamen, et in secunda lectura numer.* 25. *cod. de Sacrosanct. eccles.* Episcop. Rocc. *d. disput.* 170. *numer.* 3. *et* 4. Cardinal. de Luca. *de regalib. discurs.* 94. *numer.* 2. *in fine vers. Ideoque dictum vectigal.* modernus Episcop. Verulan. *ad statut. Faventiae libr.* 5. *rubr.* 7. *sub. n.* 48.

Quo vero ad modum, quo communitas uti deberet tali jure pascendi, approbarunt DD. illum datum in sententia A. C. praescribente D. principi licuisse; et licere colligere fructus in sua tenuta existentes a die S. Angeli septembris usque ad diem S. Andreae, quatenus banditae rumpentur, quatenus vero non, prorogavit tempus recollectionis fructuum ad totum tempus carnis, privii. declaravitque pendente dictae recollectionis tempore, permissam esse eidem D. principi venditionem fructuum pro animalibus suinis, istorumque introductionem in tenuta, non vero equorum, caprarum, aliorumque similium animalium, quae non tantum fructibus, sed etiam herbis, et frondibus pascuntur. Innixi in dispositione juris communis municipalis, et consuetudinis per testes probatae. Et sane attenta sanctione juris communis juxta quam posita existentia dominii herbarum, spicarum, et frondium penes communitatem, prohibitum esse debet particularibus animalia introducere, quae illis vescantur multoque magis ea vendere ne alias cum ejusdem communitatis jactura locupletentur contra regulam textus *in l. plene, ff. de petit. haered, leg. si quis manicipiis.*, §. *finali. ff. de instit. et leg. jura naturae* 207. *ff. de regul. jur.* Rota coram Coccin. *decision.* 978. *numer.* 17. *et in recentior. decision.* 608. *numer.* 2. *et decision.* 675. *num.* 3. *part.* 18.

Hoc idem convincit dispositio statutaria in *rubr.* 4. *de Pascuis*, ubi enumerantur species, super quibus jure dominii communitas exercere potest jus pascendi, nempe herbae, spicae, et frondes, et excipiuntur fructus, et propterea si communitati reserventur pro pascuis herbae, spicae, et frondes, istis uti non poterant domini praediorum; Non obstante, quod praefatae species assignentur communitati pro pascuis, *demptis fructibus*, quae verba per ablativum absolutum concepta, cum resolvantur in conditionem, suspendant effectum assignationis praefatae, et juris pascendi communitati concessum, donec recollecti non sunt fructus, adeout dicto tempore recollectionis durante, dominus fundi, qui nullum a statuto impedimentum habet, libere valeat de dictis speciebus disponere, objectum enim est innixum falso supposito, et in illatione non subsistit, et quidem innititur falso supposito; Supponit enim verba illa statuti *demptis fructibus*, idem significare, ac recollectis fructibus, quod est omnino falsum, dum verus, et germanus intellectus dd. verborum videtur esse, ut communitas frui debeat jure pascendi super herbis, spicis, et frondibus, non tamen super fructibus, adeout verba illa, *demptis fructibus*, idem sit, *ac exceptis fructibus*, ne alias repugnet aliis partibus ejusdem statuti, resolutioni conciliari, et brevi confirmatorio, ut inferius dicetur.

Et quatenus etiam suppositum subsisteret, adhue non curreret illatio, dum dato etiam, quod jus pascendi herbas, spicas, et frondes spectaret ad communitatem solum recollectis fructibus; adhue durante tempore recollectionis, illis ad libitum uti non possent possessores praediorum; Cum enim eorum dominium spectet ad communitatem generaliter, et nulla habita distinctione ante, vel post recollectionem fructuum eidem spectare deberet jus disponendi de dictis speciebus sub jure pascendi comprehensis; Tum quia talis est natura dominii; Tum etiam quia aliter statutum, et breve Pauli III. elusorium, et de vento remaneret; Statutum enim disponit animalia minuta, et grossa depascentia solvere debere taxam communitati, quot annis a conservatoribus faciendam, et breve dat eidem facultatem, pascua vendendi, et pretium inde pro tempore proveniens in solutionem impositionum, et supportationem aliorum onerum eidem communitati incumbentium, aliosque in usus, et utilitatem communitatis convertendi *summario numer.* 3. Haec enim adimpleri non possent, si durante tempore recollectionis fructuum, particulares domini praediorum uti possent speciebus pro pascuis, communitati reservatis, dum ante dictam recollectionem praefati domini omnes herbas, spicas, et frondes venderent, vel affidarent, sicque deficientibus pascuis solutio taxae a statuto pro animalibus depascentibus volita fieri non posset; Minusque posset communitas pascua vendere, et pretium in solutionem impositionum, et onerum communitati incumbentium, aliosque in usus convertere, ut praescribitur in breve Pauli III. omnis autem possibilis semper capi debet interpretatio per quam superfluitas in legibus, et statutis evitatur et juxta quam illa de vento, et sine effectu non remanereat ex tradita per Rot. in romana, seu Balneorregen. fideicommissi 8. currentis mensis, et anni §. Non obstante, et §. Minusque revalet coram me. Tum etiam quia breve, et resolutio consiliaris non solum adhibuerunt verba indefinita, quae universalibus aequipollent, Surd. *cons.* 476. *n.* 6. Rota *in rec. dec.* 712. *n.* 1. *p.* 3. *et dec.* 265. *n.* 3. *par.* 18. Sed in primo etiam leguntur verba praegnantia, et amplissima, quae ad herbas, spicas et frondes post recollectos fructus in agris remanentes restringi non possunt, ut videre est ex lectura dicti brevis signanter in fine, ibi: *Pascua hujusmodi quoties eis placuerit vendendi ac plenam, et liberam facultatem, et licentiam concedimus*: et antea, *libere, et absque aliquo impedimento*; Si enim communitati concessa est plena, et libera facultas vendendi ad libitum pascua, signum est illa spectare ad eamdem, et ab ea vendi posse cum effectu, et pretium in proprios usus converti omni, et quocumque tempore, sive ante recollectionem fructuum, sive post; Verba namque: *plene libere, absque aliquo impedimento, et quoties placuerit*: important amplissimam potestatem nulla lege, tempore, restrictione, aut onere limitatam, et de verbo: *libere*: late Barbos. *de diction. usufrequent. diction.* 190. *numer.* 4. 5. 11. *et seq.* de verbo: *plene*: quod omnia comprehendat, et recipere non possit augmentum, nec diminutionem, Gozzadin. *cons.* 47. *numer.* 7. Soccin. Jun. *cons.* 1. *numer.* 12. *libr.* 4. Menoch. *consil.* 19 *numer.* 12. Roland. a Valle *consil.* 85. *numer.* 53. *libr.* 4. Surd. *consil.* 515. *numer.* 6. Peregrin. *de fideic. art.* 3. *numer.* 95. Barbos. *diction.* 265. *numer.* 2. Gratian. *decis. Marchiae* 239. *numer.* 5. et de verbo: *ad libitum*: Costa *de clausul. convent. clausul.* 26. *numer.* 6. Gratian. *discept.*

58. *numer.* 21. *et sequent.* Barbos. *claus.* 6. *numer.* 1. Surd. *decision.* 72. *numer.* 15. *et decision.* 272. *numer.* 14. *et sequent.* Maxime quando, ut hic, sont simul junctae, et geminatae, ut de verbo: *libere: et ad libitum:* Soccin. *consil.* 170. *numer.* 8. *libr.* e. et prosequitur Barbos. *de claus.* 6. *numer.* 3. Tum demum quia resolutio consilii generalis relata in d. breve Pauli III. et ab eodem confirmata amanavit, ex quo domini praediorum utentes herbis, et pascuis facultatem convertendi pretium in solutionem impositionum cameralium, ael in alios communitatis usus ademerant, vel diminuerant? Si igitur consilium generale, at pontifex noluerunt pretium pascuorum ad communitatem spectans diminui, signum evidens est, quod multo minus anlueriot herbas, apicas, at frondes, durante recollectione fructuum in domioium particularium relinquere, qui illas noo solum diminuerent, sed verisimiliter in totum venderent, nisi praesumere velimas, quod perdere et jactare suum scienter voluerint, reliquendo res ad se spectantes ad commodum communitatis, quod non est dicendum ad textum *in l. cum de indebito, ff. de prob.* et tradita per Rot. in tiburtina castrorum 18. aprilis 1698. ꝸ. Indubitantius, coram reverendiss. D. meo decano. et 7. decembris praeteriti. ꝸ. Eoque facilius, coram me.

Et denique haec omnia ponit in claris subsequuta observantia, plene probata ea tribus testibus formiter examinatis, uno ore deponentibus in territorio Viterbiensi nullo anni tempore fuisset introducta umquam animalia ad pascendum, exceptis suinis. aut si quae introducta fuerunt id processisse praevie assignatione facta in secretaria Viterbiensi et solutione taxae *summ. civitatis numer.* 3. qui cum sint versati in loco, et plene informati, auique dicti optimam reddant rationem, non solum sufficienter probant, Rot. *in recentior. decis.* 393. *num.* 9. *et dec.* 622. *numer.* 2. *part.* 18. et coram Celso. *decis.* 379. *num.* 6. Sed aliis etiam ex parte d. principis examinatis, minus specifice deponentibus. et exceptiones personales patientibus veniunt praeferendi, Paris. *consil.* 74. *numer.* 45. *libr.* 1. Cravet. *consil.* 94. *numer.* 3. Boer. *decis.* 322. *numer.* 8. Rot. coram Pamphil. *decision.* 13. *numer.* 7. ibique Adden. *sub num.* 14. *et in rec. decis.* 642. *nu.* 3. *part.* 16.

Potissime quia cum testibus communitatis concordat etiam unus ex parte dicti d. principis inductus, et approbatus *d. summ. communitatis numer.* 8. qui solus testis sufficeret ad hoc, ut contra inducentem plenam probationem faceret, Bonden. *in oddit.* ad *Otter. de pascuis cap.* 48. *numer.* 102. Rota in Lauden. pensionis 4. februarii 1695. ꝸ. idipsum coram bon. mem. Ursino in Bonon. dotis, et Antephati 6. aprilis 1696. ꝸ. Argenta vero, in Calaguritena pensionis 11. januarii 1697. ꝸ. portiones autem, et in Carthaginen. beneficii 20. decembris praeteriti, ꝸ. Praecipue in omnibus coram me.

Non obstat, quod testes universitatis patiantur plures captiones in personis signanter primus, qui fuit minister civitatis, et ulterius sint inter se contrarii, quia licet dictus testis inservierit communitati, tamen de tempore examinis amplius non erat nec minister, nec salariatus, quo casu servitium praecedens ei fidem non adimit in specie Rota in Alatrina juris pascendi 5. martii 1674. ꝸ. Non obstat, coram clar. mem. Card. Tayas Aliae vero exceptiones, vel sunt insubsistentes, vel modici momenti, quae eos a testificando non repellunt, maxime quando sunt numero plures, et cum eis concordant testes patris, et sumus in judicio manutentionis, Rot. coram Greg. *decis.* 340 *n.* 6. *et seqq. et in recent. decis.* 214. *numer.* 16. *et seqq. par.* 16, et in Asculana aquaeductus super reservatis quoad damna 11. martii 1697. ꝸ. Absque eo quod, coram me. Et in propria materia pascuorum rota in d. Alatrina jurispascendi ꝸ. Non obstantes Contrarietates autem optime conciliantur ex responsionibus datis per scribentes pro civitate, quas sufficit esse possibiles, ad hoc, ut evitari debeat in testibus contrarietas, Rota *in recentior. decision.* 57. *numer.* 10. *et* 11. *part.* 12. *et decision.* 188. *numer.* 15. *part.* 17. et in Avenionen. renunciationis 29. maii 1693. ꝸ. Sicut, coram R. P. D. meo Priolo, et in dicta Asculana aquae ductus 1697. ꝸ. Contradictiones, coram me.

Minus obstat, quod sicut permissa est introductio animalium suinorum absque solutione impositae, ita etiam permissa esse debeat introductio vaccarum, caprarum, equorum, aliorumque similium animalium, cum non minus ista quam illa herbis, et frondibus vescantur, quia quidquid sit, an sues comedant etiam herbas, et frondes; Attamen cum isti de tempore quo imittuntur, possint vesci glandibus, et castaneis nondum recollectis; istis aluntur, non autem herbis, et frondibus, ad quas solum in subsidium forsan possent recurrere, sicque eum introducere sues non pariat praejudicium herbis, et frondibus, prout pariunt vaccae. equi, et caprae, qui principaliter istis aluntur ab introductione unius speciei, ad alterius introductionem non potest inferri, ex diversis enim fieri non solet illatio juxta monitum text. *in l. Papianus exul. ff. de minoribus*, Rot. in Asculana, beneficii 5. martii 1700. ꝸ. Pariter non obstat, coram me.

Constito ex his de bono jure communitatis, et de ejus quasi possessione ex praedictis testibus probata procul dubio eidem manutentio debet concedi, Rota coram Duran. *decision.* 23. *numer.* 1. *et* 6. *et in recentior. decision.* 38. *numer.* 16. *part.* 9. et in Camerinen. manutentionis, seu censuum 7. martii 1698. ꝸ. His tamen, coram reverendiss. D. meo Decano, et in his terminis rota in dicta Alatrina jurispascendi ꝸ. Insuper, juncto ꝸ. Unde citati.

Et ita utraque etc.

R. P. D. ANSALDO.

Ferrarien. seu Imolen. Bonorum.

Veneris. 26. *Martii* 1700.

DECISIO XVIII.

Adversus monasterium S. Catharinae civitatis Foroliviensis. utpote perperam detinere contendens ex persona Theodorae, et Laurae inibi professarum nonnulla bona emphyteutica de directo dominio Parochialis ecclesiae S. Stephani de Barbiano sitae in temporali territorio, seu legatione Ducatus Ferrariae, provide curavit Jacobus Maria ejusdem ecclesiae rector obtinere ex titulo incapacitatis praedicti monasterii prius coram A. C. et deinceps coram reverendissim. D. meo Decano necessariam, et opportunam reintegrationem, eaque utrobique feliciter impetrata studuit ad operis consummationem devenire mediante tertia sententia: Quapropter causa ad me in hac ultima ad terminos *leg. properandum, c. de judic.* Instantia devoluta, domini non dubitarunt ambarum sententiarum approbare justitiam praevio de more responso pro sententiae nostrae rotalis confirmatione.

Robustissima namque effulserunt fundamenta (non enim de validitate erat quaestio) praecitatae sententiae reverendiss. D. mei Decani veluti amplissime demonstrata in decisionibus eamdem sententiam praecedentibus sub diebus 1. julii, et 2. decembris 1699. unde ad eas sese habendo in reliquis domini remissive, ne jam egregie firmata, et exornata inutili praetexerentur apparatu, solummodo ad magis sternendam semitam veritati, causamque etiam ex officio a suis cardinibus reassumendam animadvertere, quod praecisive a particulari indulto, seu constitutione edita ad preces Alberti Marchionis Estensis, totiusque populi, et communis praedictae civitatis Ferrariae a sanct. memor. Bonifacio IX. deinde a sanct. memor. Paulo V. post jam secutam devolutionem ejusdem status ad supplicationem eorumdem nobilium, ac civium Ferrariensium confirmata, et respective declarata, ac innovata, habebat rector intentionem de jure fundatissimam, quod bona emphyteutica ecclesiastica transire regulariter non valent in illa corpora, universitates scilicet, et collegia, quae tamquam semper e supervenientibus particularibus repraesentata nunquam moriuntur, et ideirco nuncupentur e suo contrario, cujus est eadem disciplina, *manus mortuae*, et inter quas pari ratione connumerantur capitula ecclesiastica, monasteria, et ecclesiae, quia

nimirum, et numquam moriuntur, et de jure non valent reponere in commercium bona semel acquisita, nisi concurrentibus solemnitatibus praescriptis *in Extravag. ambitiosae, de reb. eccl. non alien.* ad tradit per Petr. Gregor. Tholosan. *in jus canon. sub titul. de rescript. libr.* 1. *capitul.* 27. *numer.* 7. Marescott. *var. resol. libr.* 3. *capitul.* 3. *ex num.* 8. *usque ad* 16. Cald. *de renov. emphyt. libr.* 1. *quaestion.* 19. *numer.* 18. *et* 19. Fulgin. *de jur. emphyt. tit de succes. in bon. emphyt. quaest.* 14. *num.* 10. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *quaest.* 22. *num.* 34.

Unde quis in his terminis ecclesia domina directa fraudaretur jure devolutionis, ac laudemiorum determinato etiam *in imperatoria l. fin. c. de jur. emphyt.* quod aequum non est, ne (discurrendo etiam de ecclesiis acquirere volentibus) discooperiatur unum altare pro altero cooperiendo, idcirco pro regula in se verissima receptum apparet, quod bona ecclesiastica emphyteutica transitum facere non valent nedum in hasce manus mortuas profanas, sed nec etiam in ipsas ecclesias, aliaque corpora ecclesiastica, juxta gloss. *in celebri capit. potuit, verb. prohibentur*, ibique Abb. *numer.* 10. Imol. *numer.* 25. Henric. Boich. *numer.* 16. et Barbos. *numer.* 169. *de. locat.* Engel. *in colleg. universit. jur. canon. libr.* 3. *titul.* 18. §. *unic. numer.* 15. *in fin.* Marescott. *d. capitul. sub numer.* 7. *vers. quod sane, et seqq* Andr. Censal. *consil.* 1. *numer.* 7. *et seqq. impress. post ejus decision. Lucen.* Adden. ad Gregor *decision.* 520. *numer.* 14. Rota *in recent. part.* 2. *decision.* 170. *numer.* 1. *in fin. et part.* 11. *decision.* 321. *numer.* 1. *et* 6. *et decision.* 340. *numer.* 29. *et seqq.* et coram Cardinal. Cerr. *decision.* 226. *numer.* 27. *et decision.* 271. *numer.* 17. *et* 18.

Solumque intra cancellos ejusdem juris communis, ut ex litterali sanctione text. *Autenth. titul. de alien. et emphyt. in princip.* §. *Si vero contigerit*, vel ex famigerata doctrina Speculat. *lib.* 4. *titul. de emphyt.* §. *Nunc aliqua quaestion.* 117. *numer.* 143. *et quaestion.* 154. *numer.* 182. quotiescumque non agatur de praejudicio domini directi, quia nimirum alias concessio, et investitura duraret ad commodum cujuscumque haeredis extranei, intrat subalterna disceptatio, utrum ecclesia, quae caeteroquin (ut praemisimus) regulariter incapax est perpetuae, et sempiternae translationis ecclesiasticae emphyteusis, possit bona ecclesiastica adipisci sub obligatione intra annum, seu biennium illa recepto pretio, seu aestimatione distrahendi in manus non mortuas, seu particulares personas laicales, ad hoc, ut ipsa ecclesia domina directa suo loco, et tempore valeat consequi, aut saltem sperare devolutionem, ac reversionem, et consolidationem utilis dominii cum proprio directo, numquamve avulso ab ecclesia concedente, ac interim respective assequi laudemia debita per transitum bonorum de una persona ad alteram extraneam; Et certe in his terminis, alio non obstante, regula assistit ecclesiae non investitae, sed acquirere volenti ex legitimo titulo successionis, donationis, aut legati cum similibus, nam in hoc casu praeseratur alterius ecclesiae praejudicium, et altera ecclesia, si non ipsam rem, consequitur aestimationem, quemadmodum de veriori, aequiori, magisque stabilita opinione videre est apud Gratian. *discept.* 481. *numer.* 67. *cum* 2. *seqq.* Cald. *de pot. elig. libr.* 3. *capit.* 1. *numer.* 16. Modern. Molphyten. *de assens. Apost. et Reg. quaestion* 149. *numer.* 6. Ciroec. *discept.* 56. *numer.* 3. Rota *decision.* 649. *numer.* 1. *et seqq.* coram Merlin. *et in recent. decision.* 76. *numer.* 22. *cum.* 2. *seqq. part.* 12.

Quinimo ad differentiam quarumdam legum a seculari, proindeque inhabili potestate provenientium, ac demandantium, ne bona saecularia transire possint in ecclesias, aliaque corpora ecclesiastica, veluti manus mortuas, jure illo, quod vocant *Amortizationis*, per quod injungitur, ut hujusmodi corpora ecclesiastica recepta aestimatione teneantur distrahere bona quocumque legitimo titulo comparata, et praesertim emphyteutica, quaeve leges idcirco, utpote falcem immittentes in messem alienam, merito sunt per apostolica proclamata, sacrosque canones damnatae, ut signanter habetur *in capitul.* 1. *de immunit. eccles. in* 6. et observant Bart. *in l. filius familias*, §. *Divi il* 2. *numer.* 12. *ff. de leg.* 1. *ibique* Jas. *numer.* 8. Alex. *numer.* 12. Fabian. *de empt. et vend. part.* 3. *quaestion.* 21. *numer.* 46. Redoan. *de reb. eccles. non alien. quaestion.* 52. *numer.* 121. Eman. Roderic. *quaestion. regul. tom.* 1. *quaestion.* 66. *articul.* 4. Mart. *de jurisd. part.* 4. *cas.* 76. *per tot.* Olie. *de for. eccles. part.* 1. *quaestion.* 28. *numer.* 44. *cum seqq.* quidquid dicant Tholosan. *in jus canon. titul. de rescript. libr.* 1. *capitul.* 27. *numer.* 8. *cum seqq.* Bellug. *in specul. princip. rubr.* 14. §. *Veniamus numer.* 37. Peroir. *de manu reg. lib.* 2. *cap.* 64. *ex num.* 9. *usque ad fin.*

Non defuere quamplurimi reputantes, quod ubi non intermediet ingestio, et abusus potestatis saecularis, ipsamet ecclesia domina directa habeat jus cogendi ecclesiam legitimam succeditricem, legatariam, aut donatariam horum bonorum emphiteuticorum ad illa infra annum, seu biennium relaxanda ad manus privatorum obtento pretio, sive aestimatione a privatis alienatariis ad praeservandas imposterum supra anunciatas devolutiones, juraque laudemiorum pro domina directa, sive ecclesia concedente, ut patet ex Marescott. *var. d. libr.* 3. *capitul.* 3. *numer.* 17. *et* 18. Fulgin. *de jur emphyt. titul. de success. in bon. emphyt. quaestion.* 14. *sub numer.* 9. *vers. et quod ecclesia*, Rot. coram Martin. Andrea *decision.* 6. et coram Buratt. *decision.* 601. *utrobique numer.* 1. et coram Coccin. *decision.* 2357. *num.* 9. *et* 10.

Praesupposuimus hucusque, ista in abstracto procedere respectu prohibitae de jure sempiternae translationis bonorum emphyteuticorum ecclesiasticorum, alio non obstante; quoniam si ecclesia domina directa non reclamet, seu cedit, bona sua in emphyteusim concessa remanere penes alteram ecclesiam, et sic manum mortuam, nulla notatur in jure prohibitio, quin potius aperta legitur permissio *in d. Authent. de alien. et emphyt.* §. 1. *vers. Si vero contigerit*, et uno ore admittunt Fulgin. *de jur. emphyt. titul. de alienat. quaestion.* 1. *numer.* 223. Adden. ad Gregor. *decision.* 520. *numer.* 14. *in fin.* Antunell. *de temp. legal. libr.* 2. *capit.* 25. *numer.* 10. Ciroec. *discept.* 56. *numer.* 33. Rot coram Buratt. *decision.* 394. *numer.* 6. *et in recent. decis.* 65. *num.* 11. *part.* 17. *et dec.* 593. *n.* 9. *part.* 18.

Inter caetera vero obstantia impedimenta potissima censetur illud pacti conventi inter ipsam ecclesiam dominam, et concedentem cum suis investitis, et concessionariis, ne bona eis concessa transferant, et alienent in ecclesias, collegia, vel corpora ecclesiastica; al etenim in primordiali investitura in hunc modum extiterit conventum, tunc ecclesia domina directa potest recusare, ne ullatenus, etiam temporaliter ad annum, bona sua remaneant apud aliam ecclesiam, vel manum mortuam, sicuti praeclare distinguendo casum, in quo agatur vigore solius juris communis a casu pacti prohibitivi concomitantis, observarunt Vermigliol. *cons.* 9. *numer.* 7. Marescott. *var. resol. d. lib.* 3. *capit.* 3. *ex numer.* 23. *usque ad fin.* Andreol. *contr.* 378. *numer.* 14. Andr. Censal. *d. consil.* 1. *numer.* 11. *et* 12. Castald. *consult.* 150. *numer.* 2. Cardinal. de Luca *de emphyt. disc.* 27. *numer* 3. *et* 4. *et disc.* 28. *num.* 8. *et* 9. Rota coram Dunozett. Jun. *decision.* 692. *numer.* 3. *et* 4. et coram Cardinal Cerr. *d. decision.* 226. *num.* 28. *et seqq.* et *decis* 271. *num.* 14. *et* 15. *et in recent. decis.* 26. *n.* 8. *part.* 17.

Hujusmodi autem obstantia, sive impedimentum fortius perurget, quando per aliquod pontificium indultum explicite vetatur ex causa aestimabilioris, et uberioris commercii, aliave consimili, ne bona quomodolibet emphyteutica transferantur in ullam manum mortuam, quantumvis ecclesiasticam, in his namque terminis cessante defectu potestatis, et concurrente ratione illius vis, quae dicitur directiva, subingreditur loco pacti omnimoda incapacitas etiam quo ad manum mortuam ecclesiasticam, bonaque emphyteutica ex ipsa magis forti infractione legis pontificiae revertuntur ad

ecclesiam concedentem, ut per Riminald. jun. *cons.* 452. *numer.* 8. *et seqq.* Fulgin. *de jur. emphyt. d. titul. de alien. quaestion.* 1. *numer.* 222. *vers. advertendum, et sub. nu.* 233 *limit. ult.* Rot. *decis.* 375. *nu.* 28. coram Priol.

Absque eo, quod tamen per hoc in suis legitimis casibus interdicatur ecclesiae succeditrici, legatariae, aut donatariae, aut alio modo legitimae acquirenti praetendere contra haeredes, vel alios obligatos tradere illam rem emphyteuticam correspectivam aestimationem, sive pretium, prout debetur a quibuscumque causam habentibus a scienter disponentibus de re aliena, quemadmodum ad interpretationem superius laudatae doctrinae speculatoris apponere voluit Thesaur. *quaestion. for. libr.* 3. *quaestion.* 83. *numer.* 5. Marescot. *var. resol. d. libr.* 3. *capitul.* 3. *numer.* 21. Fulgin. *ubi proxime, vers. et opinio.* Rotae *decision.* 368. *num.* 4. *part.* 1. *recent. et decision.* 211. *numer.* 34. *part.* 6.

Recolligendo igitur consparsas hucusque conclusiones, firmum remanebat, quod (ut diximus) rector parochialis ecclesiae S. Stephani foveret undique bonum jus in expostulanda reintegratione ad bona emphyteutica suae ecclesiae, inquantum de jure monasterium S. Catharinae tamquam manus mortua, eodem rectore renuente, non poterat sempiternam praetendere acquisitionem; Inquantum vero ageret idem monasterium S. Catharinae ex persona praedictarum Theodorae, et Laurae assequi pretium, sive aestimationem mediante distractione, seu reconcessione eorumdem bonorum in alias privatas personas, ultra se, quae abstractive, ac solide ex praemissis forma voluisset rector replicare, cessabat amaritudo, ut haesitatio per claram determinationem superventae constitutionis san. memor. Pauli V. quae praecise, et signanter explanando, seu declarando praecedentem constitutionem Bonifacii IX. in ordine ad illa verba: *Sic tamen, quod de hujusmodi utili dominio, translatio, donatio, aut alienatio, vel legata in loca, vel personas de jure prohibita fieri non debeant, nec possint, et facta penitus viribus non subsistant*, ita individualiter superaddidit: *intelligantur etiam respectu aestimationis*, ut legitur in bulla ejusdem Pauli V. registrata per Amat. *decision. Ferrar.* 10. *numer.* 56. et apud Pigant. *ad Statut. Ferrar. fol. mihi* 43. *tom.* 2. quia propter palmare erat, quod monasterium de jure prohibitum (ecclesia domina directa abnuente) retinere in perpetuum bona haec emphyteutica ecclesiastica, neque etiam poterat obtinere per revenditionem eorumdem bonorum pretium, seu aestimationem, ad terminos *l. illa, aut ille*, §. *cum in verbis*, *ff. de leg.* 3. *et in l. continuus*, §. *Cum ita, in fin. ff. de verb. oblig.* et in praecisis terminis tradiderunt post Marescott. *var. resol. d. libr.* 3. *capitul.* 3. *numer.* 20. qui etiam loquitur ad solum tenorem constitutionis Bonifacianae, Contr. *discep.* 1. *numer.* 2. Pigant. *ad Statut. Ferrar. d. tom.* 2. *rubr.* 157. *numer* 16. Modern. Argentan. *colluct.* 9. *num.* et 35. *et seqq. colluct.* 10. *numer.* 13. *cum seqq. libr.* 2. Leoncill. *decision. Ferrar.* 99. *num.* 8. *et decis.* 16. *num.* 6. Rot. in Ferrarien. Investiturae 4. julii 1692. §. Neque ex eo, coram bon. mem. Benincasa.

Et ob id comperto, quod rector ad mentem simplicitatem juris haberet ad sui favorem intentionem undique fundatam super expetita, et reportata per ipsum reintegratione ad praedicta bona emphyteutica in perpetuum retineri praetensa per monasterium S. Catharinae, quodque altercatio subinde dempta respectu pretii, et aestimationis sublata ad literam extiterit per constitutionem Paulinam, ex semetipsis prosternebantur omnes aliae oppositiones excitatae in praeteritis instantiis per praedictum monasterium: Illa etenim primordialis, quod eadem constitutio Paulina praeservaverit explicite pacta contraria investiturarum sub illis verbis, *dummodo tamen pacta ad favorem ecclesiarum, et priorum locorum in investituris, seu renovationibus expressa non obstent*, et consequenter, quod cum investitura celebrata de anno 1555. favore DD. de Manzolis positive cautaret *pro haeredibus, et successoribus quibuscumque*, hinc proinde non foret praepediendum monasterio, quominus ex vi praedictae investiturae, et pacti succedere posset in hisce bonis ad quoscumque transitoriis, secundum tradita per Buratt. *consil.* 60. *num.* 34. Fulgin. *de jur. emphyt. dict. titul. de alien. quaestion.* 4. *numer.* 201. *in fin.* Antonell. *de temp. legal. libr.* 2. *capitul.* 25. *numer.* 1. Castald. *consult.* 235. *numer.* 4. *et consult.* 243. *numer.* 16. Modern. Melphyten. *de Apost. et Reg. assens. quaestion.* 149. *numer.* 5. de facili vim est collabescere,

Siquidem praecisive etiam a validitate, vel invaliditate praedictae investiturae anno 1555. jam ex supra firmatis perspicuum erat, minime sufficere, quod bona per concessionem emphyteuticam essent transitoria ad quoscumque haeredes extraneos, sicuti revera importabant clausulae praedictae investiturae, ex collectis per Gabr. *consil.* 76. *numer.* 11. *et seqq. libr.* 2. Mpot. *de tacit. libr.* 20. *titul.* 19. *numer.* 22. Adden. *ad decision.* 26. *numer.* 19. *part.* 3. *recent.* Cardinal. de Luca *de emphyt. disc.* 32. *sub, numer.* 5. *vers. Secundo clarius, et disc.* 52. *num.* 2. Rot. *dec.* 748. *num.* 41. coram Dunozet. Jun.

Nam nisi congrueret, et applicaretur limitatio obstantiae pactorum praeservatae in loco ubi supra, et alibi per ipsam Paulinam, jam de jure, vel de recepta forensi consuetudine apertissimum erat, quod ecclesia domina directa renuente non posset altera ecclesia tamquam manus mortua praetendere perpetuam acquisitionem, et solum quaestio in hoc casu reduci valebat ad simplicem aestimationem, ita namque explicando quoscumque contrarios, vel potius nimium generaliter obloquentes, ultra superius methodice animadversa magistraliter habetur *in decision.* 649. *numer.* 3. coram Merlin. ubi *sub numer.* 4. subjungit, hanc esse germanam declarationem, et intellectum praecedentium decisionum nostri tribunalis; Et ita etiam in suo casu substantialiter concludit Buratt. *decision.* 394. *numer.* 6. *et in recent decision.* 377. *numer.* 3. *et* 4. *part.* 14. et postremo ita pariter caeteris adductis conclusum fuit in Urbinatem. seu Senogallien. emphyteusis 23. martii 1696. §. Aut intellexit, coram Reverendissimo D. meo Decano, et notatum extitit in prima decisione hujus causae edita sub die 1. julii 1699. §. Inter haec, coram eodem.

Ad hunc itaque dumtaxat posteriorem, et quodammodo subsidiarium effectum percipiendi aestimationem, ac pretium adaptari valuisset fortasse limitatio pactorum praeservatorum in eadem Bulla Paulina: Verum sedulo rimato per dominos integro tenore ejusdem Paulinae, manibus (ut ita dicamus) tetigerunt, eamdem praeservationem particularium conventionum stare tantummodo ad favorem ecclesiarum investientium, ac dominarum, non autem in earum detrimentum, ac praejudicium, sic injusta faenda particularibus, saecularibusque personis investituram ab ecclesia recipientibus; postquam enim Pontifex plura in levamen civium investiendorum ordinaverat circa minorem solutionem laudemii, seu Capsoldi, aliorumque consimilium, ut habetur *sub* §. *Ac insuper* usque ad *ver. praeterea*, non intellexit per hoc tamen idem Pontifex, ecclesiarumque omnium pater impedire, quominus ipsae ecclesiae concedentes, et investientes possent per voluntarias investiendorum conventiones, et pacta plus obtinere, quam quod pro regula decernebatur in bulla, uti perspicue convincitur in *d.* §. *Ac insuper prope fin.* et in §. *Et insuper, vers. et praedictae omnes renovationes*, ut ibi: *dummodo tamen pacta ad favorem ecclesiarum, et Piorum locorum etc. non obstent.* et rursus ibi: *non tamen in illis casibus, in quibus pacta ad favorem ecclesiarum, et piorum locorum etc obstant etc. servari volumus etc.* Ac propterea ut nolimus detorquere litteram tam claram de beneficio ad odium, ex suamet levitate corruebat haec, ut diximus, primordialis limitatio ad regulam vulgatissimam text. *in l. nulla, ff. de legib. et in l. quod favore, c. eodem*, de qua in nostris terminis Modern. Argentan. *dicta colluct.* 9. *numer.* 37. *et* 39. *libr.* 2. Rot. *dec.* 118. *num.* 6. *et* 7. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Quin idcirco oporteret ad ullam aliam interpretationem descendere: Sed et irrationabile, et imperceptibile erat (praecisive a claritate litterae) quod ubi papa confirmando, et innovando Bonifacianam noluit, emphyteusim ecclesiasticam devenire in personas prohibitas,

scilicet ad manus mortuas; neque etiam respectu aestimationis, et pretii, intellexerit postea, id esse permittendum contra exauditam supplicationem civium, quotiens fortasse in aliqua investitura adiicerentur illae clausulae generales, et frequenter per notarios adjici solitae *pro se, haeredibus, et successoribus quibuscumque*, quae ad summum ex supra dissertis praeservarent receptionem pretii specialissime innovatam, et etiam in dicta Paulina, quando tamen etiam inclusive etiam contrariis praeservationis pactorum, videlicet ut applicari quoque possent laicis investiendis ab ecclesia, ipsa pacta contraria debuissent esse subitulia, et expressa, ut non semel, sed bis et ter praedictus Summus Pontifex declarabit ibi: *nisi expresse etc. in investituris, seu renovationibus expressa etc.* quemadmodum jure merito ex hac ipsa ratione ad exclusionem pactorum implicitorum, vel sollummodo virtualium perpetuo censuit S. Rota, ut signanter in una Ferrarien. bonorum 27. Novembr. 1630. §. Neque his visum fuit obesse, coram clar. memor. Cardinal. Hieronymo Verospio m. a. et prosequitur utraque decisio Reverendissimi D. mei Decani, prima nempe 10. julii 1699. §. Exploso, et altera die 2. decembris praeteriopsi §. Sive quia.

Superfluumque per consequens reddebatur etiam animadvertere, quod eadem investitura anni 1555. super qua totus rumor fiebat ex parte monasterii, evidenti laborabat nullitate tamquam destituta causa, et Beneplacito Apostolico praemensio vero, quod idem Beneplacitum non esset necessarium stante praecedenti solito solemni, et ad quod habita fuerat relatio, de plano cessabat; nam ad amussim praedicta investitura anni 1555. excedebat istud allegatum solitum in ulteriori superadditione illius clausulae *quibuscumque*, quae non extabat in praecedenti exarata de anno 1528. Ideoque cum per praecitatam additionem *quibuscumque* oriretur haec quaestio circa eodem aestimationem, et pretium, et excluderetur illa strictior interpretatio, quod in concessione rei ecclesiasticae factae *pro se haeredibus, et successoribus* sumatur intellectus *pro haeredibus, et successoribus sanguinis*, juxta firmata communiter per Marescott. *var. resol. libr.* 3. *capitul.* 1. *numer.* 7. *et seqq.* Ande. Consil. *dicto cons.* 1. *n.* 6. Andreol. *contr.* 378. *num.* 1. Rot. coram Merlin. *dec.* 683. *num.* 8. *et* 4. et coram. Bicot. *dec.* 42. *n.* 1. *et in rec. dec.* 321. *num.* 5. *et dec.* 340. *num.* 11. *cum plur. seq. part.* 11. cum aliis in prima decisione Reverendissimi D. mei Decani sub. §. Eoque magis.

Evidens quoque erat, et ineluctabilis nullitas praedictae posterioris investiturae anni 1555. ob hanc quippe tam sensibilem, et praejudicialem alterationem deveniri non poterat, nisi causa utili perpensa, et positivo apostolico beneplacito interveniente ex deductis per Marescott. *d. libr.* 3. *var. cap.* 2. *num.* 22. *cum* a. *seqq.* Ceosal. *d. cons.* 1. *num.* 25. *et seqq.* Pattimoll. *decis.* 135. *num.* 28. cum reliquis praeter hos laudatis in praecitata priori decisione hujus causae §. fin.

Neque minori facilitate enervata remansit altera oppositio, quae pro eludenda utraque constitutione Bonifaciana, et Paulina, nec non explicita prohibitione transitus horum bonorum ecclesiasticorum ad manus mortuas adducebatur, nimirum quod Bonifacianam signanter inducens hanc prohibitionem edita foret favore civium Ferrariensium, et respectu dumtaxat concessionum expletarum in personas eorumdem civium, ac propterea cum ad praesens ageretur de bonis jam concessis de anno 1528. personis exteris, nempe DD. de Manzolis civibus Bononiensibus, et iterum de anno 1634. DD. a Balneo Mantuanis, nequiret super his eisdem bonis ulla congruere constitutio, ac respectiva prohibitio, ad terminos *decision.* 118. *part.* 4. *tom.* 2. *recentior.* et tradita in proximis, sive similibus in illa Ravennaten. emphyt. 12. Februarii et 10. decembris 1694. et 14. martii 1695. coram bon. mem. Emerix Jun.

Inconvenienti namque assurrexit nos enunciata consideratio, quod frustratoria foret haec altera limitatio, quotiescumque investitura anni 1555. existeret, prout erat nulla, sive aboleretur clausula *quibuscumque*, per quam de jure, vel de consuetudine intrabat occasio discurrendi de aestimatione; Et nihilominus etiam ex officio oculis dominorum effulxit debilitas objecti, quidquid enim disposuisset habita consideratione ad solam Bonifacianam; clarum erat, quod superveniens constitutio Paulina hosce terminos egrediebatur, non solum in ea parte, in qua (ut enunciavimus) praependebatur etiam receptio aestimationis, et pretii prius in litera non sublata per Bonifacianam, verum et in hac ipsa alteratione, dum eadem Paulina literaliter complectitur *omnes concessiones*, et consequenter quaslibet quomodolibet, usque ad diem promulgationis ejusdem Paulinae subsecutas, ut etiam fuit in proposito animadversum per Rot. in Ferrarien. bonorum 20. junii 1695. §. Nec ad tollendam, et 20. februarii 1696. §. Et quamvis, coram bon. mem. Urano Decano, et solide firmatum in prima decis. hujus causae 10. julii 1699. ex §. Atque eo quod, usque ad §. Exploso. et in ejus confirmatoria 2. decembris subsequentis ex §. Non relevant, usque ad §. Prout neque, coram Reverendissimo D. meo decano, et ad quas profecto exuberans habere se remissive.

Potissime reflectendo, quod praefata Bonifaciana principaliter in fine respexit ad casum faciendae de novo investiturae, atque mandavit renovari dumtaxat subditos jurisdictioni civitatis Ferrarien., sicque dum antecedenter prohibuerat transitum ad manus mortuas, finis ab eadem prima constitutione volitus, praecisive a confirmatione, et innovatione Paulinae manifestissime deficeret, quia remaneret impedita renovatio jussa, et stabilita favore civium, quotiescumque bona ecclesiarum ejusdem status deflecterent in manus mortuas reversionum, ac devolutionum impeditivas, idcoque consecutive parum relevabat etiam in spiritu rationis, quod emphyteusis esset a principio concessa forensibus, vel civibus, pro exclusione quippe manus mortuae superabundat, quod perpetua translatio in ipsas manus mortuas de jure prohibita existat, et temporalis ad annum sub obligatione distrahendi in manum vivam recepta aestimatione successive contulisse noscatur per Paulinam, in ordine namque ad praedictum favorem civium a Bonifacio IX. exoptatum vis stat, quia non remaneat per intrusionem manuum mortuarum interdicta reversio, devolutio, ac commercium, quod per concessionem factam privatis ab initio quantumvis exteris minime erat abscissum, et penitus impeditum, quoties etenim eadem ratio legis intercedit, eadem quoque debet intercedere, sive applicari dispositio, ad text. *in l. illud, ff. ad l. Aquil.* cum concord. apud Barbos. *axiom.* 197. *num.* 3.

Adderem ego in privato sensu extensoris, quod sermo de comprehensione forensium de reliquo ex praedictis effectus extraneus, rectius poterit examinari, quando contingeret praecedi, concessiones esse necessario renovabiles ad favorem proximiorum ultimi investiti, vel ecclesia nollet pro se bona ipsa retinere, tunc etenim dispungendum erit, utrum suffragetur, quod a principio concessio facta fuerit forensi, ad hoc, ut non intret renovatio ordinata per eumdemmet Bonifacium ad commodum subjectorum jurisdictioni Ferrariae, vel solum requiratur de tempore petitae renovationis per forensem civilitas acquisita per privilegium, onerumque actualis, vel habitualis supportatio, secundum pleno disputata tam ante, quam post Paulinam in Ferrarien. Bonorum de Schianchis coram S. M. Innocentio X. olim Pamphil. Jun. inter. suas in 545. *et decis.* 680. *per tot.*

At quantum attinet ad hodiernum reintegrationis effectum jam vidimus, quod magis communiter conjungitur jus commune cum constitutione Bonifaciana circa prohibitionem transitus in manus mortuas; quod subsidiaria praetensio aestimationis in emphyteusi transitoria ad quoscumque radicatur in investitura omnino nulla; quodque Paulina amplectitur indistincte omnes concessiones per extra etiam factas favore Forensium: sed forte non esset ponere os in Caelum, quod etiam praescindendo ab utraque constitutione Bonifacii IX. et Pauli V. de jure, et de forensi consuetudine magis propria non obstante doctrina speculatoria, corpora ecclesiastica, manusque mortuae non essent capaces etiam temporaneae acquisitionis, et receptionis pretii, prout varios casus distinguendo colligitur ex Marescott. *d. libr.* 3. *var. capitul.* 3. *ex numer.* 20. *usque ad fin.* et alias demonstravit Rot. in pulchra *decision.* 368. *per tot. et signanter numer.* 4. *part.* 1. *recent. et decision.* 211. *ex numer.* 30 *pariter usque ad fin. vdrt.* 6. vel

quod in omnem casum respectu status, ac ditionis civitatis, et legationis Ferrariae superventa constitutio Paulina in hoc conflictu intelligentiae doctrinae speculatoris adduci meretur, nisi in vi auctoritativa legis, in altera saltem declarativa juris inter doctores et tribunalia per ipsam doctrinam speculatoris ambigui, quemadmodum praeseferunt illa verba Paulinae *intelligantur etiam respectu aestimationis hujusmodi rei*, et habemus frequenter in aliis terminis, et signanter statuti urbis per papam specifice confirmati *capitul.* 142. *l.* 1. super quaestiones de filiis in conditione positis, ut non intelligatur determinativum de novo, sed solum declarativum controversiae alias inter doctores desuper exagitatae, et ambiguae, teste Gabr. *consil.* 105. *numer.* 1. *libr.* 1. Cardin. de Luca *de fideic. disc.* 74. *numer.* 10. *et disc.* 80. *num.* 9. Rot. *decision.* 1. *numer.* 19. coram S. M. Alexand. VIII. et in romana cambii 15. maji 1699. §. Siquidem, coram me.

Et ita rectore ecclesiae parrochialis S. Stephani dumtaxat informante, monialibus vero S. Catherinae nil opponentibus, licet pluries lacessitis, et congruo tempore expectantis, responsum fuit etc.

FINIS.

INDEX

CONCLUSIONUM, ET VERBORUM,

QUAE IN HOC TRACTATU DE LOCATIONE, ET CONDUCTIONE CONTINENTUR.

A

CIVITAS.

CLAVES.

CLAUSULA.

CONFESSIO.

CONFIRMATIO.

CONFRATERNITAS.

CONJECTURAE.

CONIUNCTIO, ET CONIUNCTUS SEU. CONSANGUINEUS.

CONSENSUS.

CONSTITUTIO.

CONSUETUDO.

CONSULENTES.

CONTRAHERE CONTRACTUS.

CONTRARIORUM

CONVENTIO.

CORRECTIO.

CORRESPECTIVITAS.

EMPHYTEUSIS.

EMPTIO, EMPTOR.

G.

GABELLA.

H.

INVENTARIUM.

INVENTOR.

INVESTITURA.

JUDEX.

JUDICIUM.

JURA.

JURAMENTUM.

JURISDICTIO.

JUS.

JUS ACCRESCENDI.

JUSTITIA.

L.

LABRA.

LAICI.

LAUDEMIUM.

LEGATUM.

LEGATARIUS.

LEGITIMA.

LEGITIMATI.

LENOCINIUM.

LAESIO.

LEX.

LIBELLUS.

LIBER.

LIMITATIO.

LINEA.

LIS.

LITERAE.

LOCATIO.

LOCATOR.

Quis dicatur, et alia generalia n. 1.
Ad quae teneatur n. 2.
Quid possit n. 3.

LOCUS.

LUPUS.

LOCUPLETARI.

LOCUSTAE.

M.

MAGAZENI.

MANDATUM.

MANUMISSIO.

MANUTENTIO.

MANUS.

MARITUS.

MEDIA.

MEDICUS.

MELIORAMENTA,

Quid sint, quae necessaria, quae utilia, et alia generalia numer. 1.
Quis facere ea teneatur n. 2.
Quae repetantur, et quomodo n. 3.
Probari debeant, et quomodo n. 4.
Pacta circa ea n. 5.

MENSORES.

MENSURA.

MERCES VENALES.

MERCES REI LOCATAE.

MERETRIX.

MILITES.

MINISTER.

MINOR.

MINUTA.

MOBILIA.

MODICUM.

MODUS.

MOLENDINA.

MONACHI, MONASTERIUM.

MONS.

MORA.

MORS.

MULIER.

OBSTACULUM.

OBVENTIONES.

OFFICIALIS.

OFFICIUM.

OMNIA.

OPERAE, OPUS.

PATER.

PATRONUS.

PAUPER.

PECUNIA.

PEDAGIUM.

POENA.

POENITENTIA.

PENSIO.

PERICULUM.

PERITI, PERITUS.

PERPETUITAS.

PERSONAE.

PESTIS.

PIA LOCA, PIETAS.

PIGNUS.

PLURALITAS, ET PLURES.

POENITENTIA, vid. *POENITENTIA*.

PORTICUS.

POSSESSIO.

POSSESSOR, POSSIDENS.

PRAEBENDA.

PRECARIUM.

PRAECEPTUM.

PRAEDICATIO, PRAEDICATOR.

PRAEDIUM.

PRAELATIO.

De praelatione in contractu, n. 1.
Inter creditores, n. 2.
Inter duos qui eamdem rem conduxerint, n. 3.

PRAELATUS.

PRAESCRIPTIO.

De statutaria praescriptione, num. 1.
De interpretatione, num. 2.
Alia omnia, num. 3.

PRAESENS

PRAESUMPTIO.

PRETIUM.

PRIMOGENITURA.

PRIMOGENITUS.

PRINCEPS.

PRIVILEGIATUS.

PRIVILEGIUM.

PROBATIO.

REMISSIO MERCEDIS.

RENOVATIO LOCATIONIS.

1. CONDUCTORI QUI MELIORAVIT bona, renovanda est locatio c. 62. n. 2.
Ampl. procedere tam de jure civili, quam canonico ib. n. 3.
Lim. ut tunc facienda sit renovatio propter melioramenta, quando agri de sterilibus fertiles redditi sunt c. 62 n. 6.
Sufficit tamen in solo inutile factum esse domum, vel domum ruinosam fuisse restitutam ib. n. 9.
Etiamsi quid prius ex re aliquid perciperetur, adhuc potest esse meliorata sufficienter et debeat renovari locatio cap. 62. num. 10.
Sterilitas, quae sit necessaria, et quae melioramenta sufficiant, stetur arbitrio judicis ad dictum effectum ib. n. 11.
Idem si non redactum ad culturam totum praedium ibidem numer. 12.
Lim. 2. si conductor praetendens renovationem, melioramenta non probaverit c. 62. n. 13.
Et probari debet status antiquus, quod terrae essent incultae, et per multorum tempus praecisum locationis factae ibidem numer. 14.
Melioramenta ad dictum effectum probari debent facta a conductore c. 62. n. 16.
Sufficit tamen petentem renovationem esse successorem universalem vel particularem ejus qui melioravit ib. n. 19.
Qui dictam renovationem petit non potest petere aestimationem meliorementorum c. 62. n. 20.
Lim. 3. si in locatione convetum fuit bona meliorari, et adhuc locatio fuit restricta ad certum tempus c. 62. n. 21.
Et ab hac limitatione non est recedendum licet aliqui contrarium teneant ib. n. 22.
Lim. 4 in colono partiario c. 62 n. 23.
Decl. limitationem non procedere in praediis patrimonialibus civitatis, vel fiscalibus c. 62. n. 24.
Lim. 5. si melioramenta non sint facta de licentia, et consensu domini c. 62. n. 25.
Lim. 6 si post facta melioramenta locatio fuit renovata ad certum tempus c. 62. n. 26.
Contrarium tenent alii ib. n. 27.
Declarat. limitationem procedere si renovatio non fuit pro eodem tempore pro quo fuit facta prima concessio ibidem numer. 28.
Declar. 2. limitationem procedere si renovatio facta fuit finita locatione culpa conductoris, secus si per lapsum temporis cap. 62. num. 29.
Lim. 7. si conductor juri petendi renovationem renuntiaverit c. 62. num. 30.
Lim. 6. si dominus reperiisset meliorem conditionem quam factam a conductore c. 62. n. 32.
Declar. intelligi de tempore primae concessionis, et incumbere domino onus probandi, quod meliorem conditionem repererit ib. num. 33.
Declar. 2 renovationem faciendam cum eisdem pactis, quibus facta fuit prima locatio, etiamsi meliora reperiantur ibidem num. 34.

2. CONDUCTORI ad longum tempus debet locatio renovari etiamsi non melioraverit c. 62. n. 35.
Conductori ad modicum tempus non est necessario facienda renovatio c. 62. n. 38.
Renovationem locationis faciendam esse conductori ad longum tempus, procedit etiam in locatione bonorum ecclesiae cap. 62. num. 39.
Decl. tunc faciendam esse renovationem conductori ad longum tempus, cum dominus vult alteri relocare, secus autem si velit pro se retinere c. 62. n. 41.
Ampl. etiamsi adsit statutum consuetudo, vel pactum, quod fiat relocatio ib. n. 42.
Domino volente pro se retinere, censet acquitas, ut debeat relocationem facere, c. 62. n. 43
Decl. 2. tunc faciendam relocationem praedictam cum agitur de locatione perpetua, seu ad vitam, vel certas generationes, secus si agatur de locatione ad certum tempus c. 62. n. 45.
Ampl. etiamsi locatio sit ad tempus longum ib. n. 46.
Contrarium tenent alii ib. n. 47.
Et haec contraria tutior erit si locatio fuerit ad tempus longissimum ib. n. 48.
Decl. 3. deberi renovationem praedictam si petatur intra annum, alias secus c. 62. n. 49.
Lim. si dominus locaverit extraneo, quia tunc potest peti usque ad triginta annos c. 62. n. 50.
Secus si fiat locatio consanguineis conductoris remotioribus, quia tunc debet peti infra annum c. 62. n. 51.
Lim. 2. et talis annus non currit nisi a die quo constat de scientia proximiorum ib. n. 52.
Et requiritur scientia praecisa, et probari debet specifice cum omnibus suis qualitatibus c. 62. n. 53.
Decl. 4. deberi renovationem praedictam non solum descendentibus, sed etiam transversalibus c. 62. n. 54.
Et non solum agnatis, sed etiam cognatis ib. n. 55.
Decl. 5. sufficere petentem renovationem praedictam esse proximiorem absque eo quod sit haeres c. 62. n. 56.
Contrarium, quod hoc jus renovationem petendi sit haereditarium ib. num. 57.
Prima procedit in emphyteusi ex pacto, et providentia, secunda in haereditaria c. 62. n. 58.
In haereditaria mixta non debetur renovatio, nisi habenti qualitatem haereditariam c. 62. n. 59
Renovatio investiturae regulari debet ad normam, et exemplum investiturae renovatae c. 62. n. 60.
Renovatio ista si debeatur haeredi et agatur de emphyteusi ecclesiastica non attenditur, quod quis sit exclusus ab haereditate per statutum locale c. 62. n. 61.
Renovatio etiam in emphyteusi haereditaria proximioribus debetur, si haeres non sit capax c. 62. n. 62.
Et e contra in emphyteusi ex pacto, si non adsint proximiores capaces, debetur haeredi c. 62. n. 63.
Intellige, ubi nullus adsit proximus capax ib. n. 64.
Et inter proximos nulla habetur ratio agnationis, vel cognationis, sed sola proximitas attenditur ib. n. 65.
Consuetudo circa hanc praelationem concedendam, et cui concedi debeat attenditur c. 62. n. 68
Decl. 6. attendi proximitatem respectu ultimi possessoris non primi investiti c. 62. n. 73.
Contr. tenent alii ib. n. 74.
Et in haereditaria petens renovationem, debet esse haeres ultimi non primi ib. n. 75.
Re emphyteutica, seu locata, alienata, vel in divisione obveniente uni, ejus tantum personae attenditur, et qui sit ei proximior cap. 62. num. 76
Decl. 7. ut si concurrant plures in eodem gradu, debeat renovatio fieri omnibus c. 62. n. 77.
Ampl. etiamsi in prima investitura vocatus sit tantum unus ibidem num. 78.
Intellige si omnes intra annum petant ib. n. 79.
Decl. 8. posse peti etiam a foeminis renovationem emphyteusis, seu locationis rei ecclesiae c. 62. n. 80.
Ampl. etiamsi prima locatio facta sit pro masculis tantum ibidem num. 81.
Ampl. 2. etiamsi adsint masculi agnati remotiores ibidem numer. 82.
Decl. 9. non deberi renovationem si petatur res non integre, quando scilicet dominus devenit ad locationem, seu traditionem favore alterius c. 62. n. 84.
Contrarium tenent alii, et est verior opinio cap. 62. numer. 85
Prima procedit si lapsus sit annus, et facta relocatio alteri consanguineo, vel triginta anni, et facta relocatio extraneo c. 62. num. 86.
Decl. 10. posse peti renovationem finita locatione absque culpa conductoris, secus e contra c. 62. n. 87.
Decl. 11. posse conductorem huic juri petendi renovationem renuntiare c. 62. n. 88.
Et renuntiatum censetur per pactum, quod finita locatione bona revertantur libere ad dominum secundum aliquos cap. 62. num. 89.
Contraria opinio est verior ib. n. 90.
Requiritur renuntiatio expressa ib. n. 91
Nec sufficit expressa in uno casu, ut prosit in alio cap. 62. numer. 92
Et non sufficit pactum, quod dominus possit pro se retinere nisi additum, et cui vult relocare ib. n. 94.
Decl. 12. non impediri hanc petitionem renovationis ex eo quod praecedens locatio fuerit declarata nulla ex defectu solemnitatum c. 62. n. 95
Declar. 13. quod volens hanc praelationem afferre debeat omnes conditiones, quas dominus esperit ab alio quocumque cap. 62. num. 96.
In locatione rerum ecclesiae non attenditur pro meliori conditione, quod solvitur praelato, sed solum quod cedit in utilitatem ipsius ecclesiae ib. n. 97.
Omissio oblationis similis illi factae per extraneum, non nocet proximo si de ea non fuit certioratus ib. n. 96.
Declar. 14. non deberi renovationem si locatio facta fuerit propter aliquam specialem rationem, uti propter benemerita cap. 62. num. 99.
Intellige procedere declarationem in renovatione necessaria, non in voluntaria c. 62. n. 100.
Decl. 15. ut obligatio faciendi renovationem non liget supremum principem c. 62. n. 101.
Intellige posse principem huic juri derogare, si velit, sed non creditur velle c. 62. n. 102.
Decl. 16 ut is cui competit hoc jus petendi renovationem possit bona retinere c. 60 n. 103.
Intellige post quam dominus declaravit velle alteri locare ibidem num. 104.
Decl. 17. hoc jus petendi renovationem esse mere personale, et ideo cedi non posse c. 62. n. 105.
Intellige procedere in proximiore, secus autem in ultimo conductore ib. n. 106.
Et ultimus conductor, si relinquat jus petendi renovationem, prodest a voluntate domini ei adhaerere, vel non ib. n. 107.
Et non sufficit legatam esse rem, ad hoc ut veniat jus petendi renovationem in emphyteusi ex pacto c. 62 n. 108.
Neque sufficit in emphyteusi haereditaria ad compellandum dominum sed requiritur ut leget in specie jus petendi renovationem ibid. num. 109.
Sed potest dominus, si velit, legatum approbare, etiam in emphyteusi ex pacto ib. n. 110.

Paciani

RENUNTIATIO.

REPRAESENTATIO.

RES.

RESCRIPTUM.

RESIGNANS, RESIGNATARIUS.

RESOLUTIO.

RESTAURATIO.

Vid. in ver. *Melioramento*.

RESTITUTIO.

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

RETENTIO.

Quid sit num. 1.
In quo judicio, et quando opponi possit n. 2.
Cui competat n. 3.

SCIENTIA.

SCHOLARES.

SCRIPTURA.

Pacioni

SEMEN.

SENTENTIA.

SEQUESTRUM.

SERAE.

SERMO.

SERVITUS.

SIMONIA.

SIMULATIO.

SOCCITA.

SOCER.

SOCIETAS.

SOCIUS.

SOLEMNITAS.

SOLUTIO.

SOLITUM.

SPES.

SPIRITUS.

SPOLIUM.

STABILIA.

STABULUM.

STANTIA.

STATUAE.

STATUTUM.

STIPULATIO.

STUDIUM.

SUMMA.

SUPERLATIVUS.

SUTORES.

T.

TAXATIVA.

TELARIA.

TEMPUS.

TERMINUS.

TERRA, TERRITORIUM.

TESTATOR.

TESTES.

Qui sint idonei vel non, num. 1.
De eorum depositione, et probatione, num. 2.

Testes longis informati, et deponentes de facto proprio, dicuntur valunt partiari, et laborantes deponentes de labore praedii, cap. 19. o. 120.
Decl. procedere si non sint interessati ib. n. 121.
Testibus probantur omnes contractus, qui consensu perficiuntur c. 22. num. 1.
Lim. in emphyteusi c. 22. n. 2.
Testibus in pari gradu existentibus praeferuntur, qui deponunt contra laesionem c. 19. n. 123.
Modus probandi valorem per testes est difficilis c. 19. n. 90.
Vid. in ver. *Valor* n. 2.
Testes deponentes super affirmativa praeferuntur deponentibus super negativa c. 19. n. 133.
Ampl. ut magis credatur duobus affirmantibus, quam mille negantibus ib. n. 134.
Decl. procedere si deponentes super negativa eam non coarctent c. 19 n. 133.
Decl. 2. procedere in rebus, quae percipiuntur sensu corporis non in eisque percipiuntur judicio intellectus c. 19. n. 138.
Decl. 3. procedere quando affirmativa est concludenter probata ibid. num. 139.
Testes tres si deponant unus de decem alius de quindecim, et alius de viginti facta erit probatio de quindecim c. 19. n. 140.
Testes deponentes de parva quantitate fructuum ad effectum rescindendi contractum, vel remissionis mercedis, debent etiam deponere de cultura soldi c. 19. o. 86.
Testes ad convincendam justitiam, vel injustitiam mercedis debent deponere de quantitate fructuum, et de eorum valore, cap 19. num. 96.
Testes deponentes de simplici tractatu non probant, quod fuerit effectuatus c. 22. n. 5.
Testes deponentes vidisse contrahi, et convenire de re, et mercede, si non exprimunt quantitatem non relevant cap. 22. numer. 120.
Decl. procedere si agatur inter contrahentes de executione, vel validitate contractus, secus si inter unum ex contrahentibus, et tertium ib. n. 121.
Decl. 2. ut suffragetur dicta probatio etiam inter contrahentes, ubi non agitur de executione contractus, sed tantum de probando ipso actu ib. n. 122.
Testes discordantes in quantitate pretii non probant contractum venditionis c. 22. n. 123.
Contr. quod censeantur concordari in minori summa, ibidem num. 124.
Declar. et si prius deponant de perfectione contractus, et deinde interrogati de quantitate pretii in ea discordent, censeantur convenire in minori, et probent, secus si unico contextu dicant fuisse factam locationem pro tanta summa, et in ea discordent cap. 22. o. 125.
De caeteris rebus quomodo probentur vide in suis verbis, puta de valore, vid. in ver. *Valor etc.*
Testes non probantes concludenter praebent indicium, cap. 30. numer. 43.
Testes deponere debent tantum de iis, quae percipiuntur sensu corporis c. 34. § 4 n. 40.
Testes ipsius patris, qui melioramenta fecerunt non sunt idonei ad probandum eorum valorem c. 34. § 4. o. 45.
Vid. in ver. *Melioramento* n. 4.
Testis etiam unicus, et minus idoneus probat in judicio manutentionis c. 43. o. 32
Lim. si adsint conjecturae in contrarium ib. n. 55.

TESTIMONIUM.

TESTIMONIUM veritatis ferendum est gratis c. 15. n. 13.
Decl. et non possit accipi aliquid pro ipsa depositione veritatis, secus pro impensis, et in commodis ib. n. 14.

TEXTUS.

Text *in c. terrulas* 2. *q.* 2. declaratur c. 14 § 5. o. 2.
Ecclesiarum bona et alienari possunt ex dispositione dicti cap. quae requiruntur ib. n. 5.
Tex. in *c. non liceat papae* 12. *q.* 2. declaratur cap. 14 § 5. numer 23.
Tex. in *c. ad aures de rebus eccl. alien.* vel non declaratur c. 14. § 3 n. 12.
Text. in *c.* 2. *de feud.* declaratur c. 14 § 3 n. 23.
Text. in *l. si quis domum §. hic subjungi ff. locat.* explicatur c. 34. § 5. num. 23.
Lex 1 *ff de var. et extraord. cognit.* quomodo intelligatur, cap. 35. num. 81.
Text. in *l. qui procurat.* 34. *c. de decur. lib.* 10 declaratur cap. 35. num. 91.
Text. in *l. praeter* 17. *c. locat.* quomodo intelligatur cap. 59. numer. 5.
L. si in lege 27. §. *si colonus ff. locat.* intellectus cap. 40. numer. 64.
L. diem functo 4. *ff. de offic. assessor.* est obscura, et quomodo intelligatur c. 50. n. 57.
Text. in *l. si merces* 28. §. *vis major ff. locat.* intellectus cap. 51. numer. 1.
Text. in §. *licentiam auth. de alienat. et emphit.* concedens facultatem faciendi emphyteusim ecclesiae perpetuam, fuit correctus cap. 85. num. 26.
L. si quis conductionis c. locat. et singularis, est quomodo intelligatur c. ult. n. 48.

Conventus ejus vigore non liberatur constituendo se nomine domini possidere nec solvendo interesse ib. n. 49.
Praebet actionem personalem ib. n. 50.
Et vid. in verb. *Remedium.*

TRACTATUS.

TRACTATUS differt a contractu, et eum praecedit c. 22. n. 3.
Tractatus non requirit consensum deliberatum c. 22. n. 4.
Tractantur multa, quae postea non fiunt c. 22. n. 6.
Tractatus simplex non obligat c. 22. n. 7.
Tractatus de contractu praesupponit contractum existere cap. 22. numer 8.
Tractatus junctis aliis ex quibus deprehenditur eum habuisse effectum probat contractum c. 22. n. 9.
Tractatus non arguit perfectionem contractus quia multa tractantur, quae non perficiuntur c. 16. n. 68.
Tractatus locationis non cum possessione subsecuta probat locationem c. 22. n. 10.

TRADITIO.

TRADITIO rei locatae operatur, ut sustineatur locatio collata in voluntatem unius ex contrahentibus c. 16. n. 35.
Traditio rei supplet defectum scripturae c. 24. n. 26.

TRIBUTUM.

TRIBUTA solvuntur ratione rei, et sequuntur fructus cap. 34. §. 1. num 54.
Tributa solvenda sunt a conductore fructus percipiente c. 34. §. 1. n. 35. et 57.
Contr. ib. n. 36.
Decl. ut si tributum solvendum sit in fructibus procedat prima, si in pecunia secunda ib. n. 58.
Intellige si locatio non sit pro modica pensione, quia tunc tenetur semper conductor ib. n. 59.

TRIREMES.

TRIREMIUM locatio censetur tacite renovata ad annum cap. 84. num. 50.

TRITICUM.

TRITICUM destinatum pro semine reputatur inter instrumenta fundi c. 23 n. 80.
Et debetur conductori, quatenus in fundo adhuc paratum existat ibid. num 81.

TUTELA.

TUTELA per excessum pupillaris aetatis illico expirat, cap. 8. numer 19.
Tutela, licet expiret per pubertatem pupilli, tamen officium tutoris non finitur nisi redditis rationibus, vel data curatore cap. 8. num. 22.

TUTOR.

Quid facere debeat, et possit pro pupillo n. 1.
Quid pro se n. 2.

1. TUTOR contrahit pro pupillo c. 10. n. 7.
Tutor obligat pupillum in forma camerae c. 10. n. 8.
Tutores si plures sunt, adhuc unus solus locare potest, nisi aliud expresse sit cautum in deputatione c. 8. o. 27.
Tutor praesumitur confecisse solemnia, dum publice pro tutore segessit c. 8. n. 26.
Tutor habet mandatum cum libera in bonis pupilli c. 7. n. 51.
Tutores, et curatores locare possunt res pupillorum, et minorum c. 8. num 1.
Tutores, et curatores, ut locare possint ad longum tempus, requiruntur solemnitates c. 8. n. 2.
Tutor locare potest absque interventu pupilli, et curator sine interventu minoris c. 8. n. 5.
Tutor si solus locet absque interventu pupilli non tenetur servare solemnitates statutarias, si statutum loquatur de persona minoris, secus si consideret alienationem bonorum c. 8 n. 9.
Tutor gerens male negotium pupilli tenetur de suo capit. 8. numer. 14.
Tutor si locet post quam pupillus excessit pupillarem aetatem, an sustineatur contractus c. 8. n. 18.
Tutor, si postquam pupillus excessit pupillarem locat sine dolo, valet locatio c. 8 n. 20
Tutores post pubertatem de generali consuetudine continuant administrare c. 8. n. 21.
Tutor si locet ante confectum inventarium valet locatio, cap. 8. numer 24.
Decl. procedere quoad utilitatem pupilli, non autem quoad ejus damnum c. 8. n. 25
Pupillus major infante necesse habet intervenire actui gesto per tutorem vel curatorem solum in certis casibus c. 8 n. 7.
Solemnitates requisitae in contractu minoris sunt necessariae etiamsi contrahat cum interventu curatoris c. 8. n. 2.

V

VALOR.

Quid sit et an sit semper idem vel variet n. 1.
Probatur testibus n. 2.
Locationibus, et quantitate fructuum an probetur n. 3.
Alia omnia n. 4.

VECTIGAL.

VECTURA, ET VECTURINUS.

VEHICULUM.

VENDITIO, VENDITOR.

VERBUM.

De aliquibus verbis in specie n. 1.
De verbis in genere n. 2.

VERSIO.

VIA.

VIA EXECUTIVA.

VICARIUS.

VICINUS.

VICTUALIA.

VIDUA.

VILLA.

VINEA.

VIOLENTIA.

VIR.

VIS.

VITREATAE.

UNIO.

UNIVERSITAS.

UNUMQUODQUE.

UNUS.

VOCATUS AD FIDEICOMMISSUM.

VOLUNTAS.

USURA, ET USURARIUS CONTRACTUS.

USUS, ET USUARIUS.

USUSFRUCTUS, ET USUFRUCTUARIUS.

UTILITAS.

FINIS